DE EXTENSIONE
LEGVM TAM IN GENERE, QVAM IN SPECIE
Tractatus ampliss.

In quo multis Præludijs ad faciliorem cognitionem miro ordine præpositis, omnium Legum humanarum, tam correctoriarum, quàm pęnalium, materia vberrimè per Quæstiones, § §, ampliationes, & declarationes discutitur,

Proposita plenissima dilucidatione omnium, quæ ad materiam Legalem conferunt, tam in delictis, quàm in statutis, rescriptis, & priuilegijs, eorum præcipuè, quæ metus, conatus, & immunitatis Ecclesiarum resolutionem respiciunt;


Opus, omnibus Theoricis, & Practicis, in vtroque Foro causas generis cuiuscunque tractantibus, consulentibus, in Scholisque publicè profitentibus adeo vtile, & necessarium, vt nullum forsan vtilius, & magis proficuum hucusque in lucem prodierit;

AVTHORE


D. Alphonso Villagut Neapolitanò, Abbate Monasterij S. Benigni Ordinis Sancti Benedicti Congregationis Cassinensis.

Cum duplici Indice, altero Capitum materiarum; altero verò singularium notabilium.

Superiorum permissu, & Priuilegijs.



VENETIIS, apud Damianum Zenarium M D CII.



BEATISSIMO, SANCTISSIMOQVE PATRI CLEMENTI VIII. PONT. MAX.

D. Alphonsus Villagut Monachus Congregationis Casinensis, & Abbas Monasterij Sancti Benigni eiusdem Congregationis.

SANCTISSIMA illa fuit,& melioribus dignissima seculis,siue Consuetudo,siue Religio, Pater Beatissime,qua ducti Populi cæteri barbari,in eo certe maximè humani,eosdem & sacrorum Antistites,& litium omnium Iudices constituere consueuerunt; sic enim secum ipsi ratiocinabantur; Hominem animal nobilissimum,à Deo Opt.Max.ita cõstitutum esse,vt nulli subiectum esset,nisi legi,hoc est,rectę rationi, incertas verò rationes omnes humanas,& multis erroribus immixtas,nisi à summa illa, & ęterna Lege, quæ in mente Dei est,dimanent, atque humanæ rationis imbecillitas, diuini testimonij authoritate aliquo tandem modo firmetur. Eam ob rem,eiusdem esse Hominis volebant,& Legum nodos dissoluere,& Religionum cęremonias moderari;quod crederent Pontificem, diuino afflatum spiritu (sic enim loquebantur) omnium mortalium optimè & Leges condere,& legum omnium ambages extricare posse, quibus cęteri implicari, atque inter se obstinatum in modum solent digladiari. Hinc Licurgus suas leges,quamuis in Cęlo didicisse videretur, tamen noluit maiorem habere vim, quàm quantam eis oraculũ Apollinis indulsisset. Hinc Minoem celeberrimum Iudicem annos plures cum Ioue, Regem Numam, cum AEgeria quotidie egisse,finxit antiquitas, ad conciliandam legibus authoritatem. Hæc illi cùm Diuinæ veritatis luce orbati essent,& lumen quo venientes in hunc Mundum omnes illuminantur,tenebris Gentilitatis penè extinctum haberent; Quid nos sacris edocti eloquijs? nempe Dei ipsius monitu Sacerdotes de lege interrogandos esse; labia enim Sacerdotis custodire Scientiam, & legem requirendam ex ore eius, & quidquid difficile, quidquid ambiguum in iudicio esse perspexerimus,

mus, ad iudicem, quem Deus elegerit deferendum esse, atque ab eo omnis iudicij veritatem requirendam diuinitùs edocemur. Sed quid necesse est Diuina afferre miracula, vt probem quod meridiana luce clarius est? cùm enim ad tuæ Sanctitatis pedes (Pater Beatissime) Legum latores accedant, eisque purpuræ, ac sceptra suponantur, miremur si sua decreta ijdem Apostolicæ vltro submittant authoritati? Neque Soles duos Cęlum ferre potest, neque Terra plures Iudices summos; si enim quot sunt capita, tot erunt Legum latores, Deus bone, quis nō videt, in quos se mortalitas inducat labyrinthos? Quæ cùm ita se habeant, quis dubitet, postremas hasce meas lucubrationes, quæ sunt de Legum ampliatione, ac restrictione, hoc est de recta omnium Legum interpretatione, tuæ Sanctitati deberi? & quod Pontificis Maximi sit, fines Legibus statuere; extra quos vagari non possint, & quod eiusmodi Pontifex diuinarum ope virtutum, ac legū scientia, quasi duabus alis sublatus sit ad fastigium mortalitatis huius. A me verò in primis & mea, & meæ Congregationis Cassinensis causa Beatitudini tuæ dicandum erat, quale, quale hoc opus, cùm vt aliquod obseruantiæ nostræ signum, quod nobis omnibus maximè in votis fuit, præberem, tum vt Pater optimus, & nostri obseruātissimus intelligeret, quod ei in optatis esse scimus, quàm bene interualla diuinarum laudum (sicut de Scipione scribit Paterculus) negotioso otio dispungamus. Hoc paruum munus (Pater Beatissime) si benignis oculis Sanctitas tua aspexerit, tum me morsibus eripuerit temporum, & Criticorum, tum nos omnes eiusdem Congregationis Monachos ad maiora quotidie operæ pretia facienda excitarit; quod quoniam à tanta ista Clementia sperandum nobis est, nouo nos illo beneficio deuincti, à Deo Optimo Maximo, cuius vices in terris gerit omnem fœlicitatem etiam, atque etiam oramus, & obsecramus.

AD SOLERTISSIMVM

LECTOREM

OCTONELLVS RISCALTIVS

IVRISCONSVLTVS PATAVINVS,

IVRIS CIVILIS HORIS MATVTINIS

PADVAE PRIMARIVS

INTERPRES,

EQVES DIVI MARCI,

ET COMES CAESAREVS.

CVM tripudio præ manibus accipe, ac perlege non lippis oculis Tractatum hunc de Extensionibus cuiuscunque dispositionis tam iuris, quàm hominis Reuerendissimi Domini Abbatis D. Alphonsi Villagut Congregationis Cassinensis Monachi: Nam si auidissimè perlegeris (vt me perlegisse fateor) proculdubio inuenies eum mirabili methodo, summaq; dicendi copia, & facilitate materiam admodum arduam & difficillimam explicasse: & vnà mecum admiraberis hominis ingenium, profundamq; doctrinam, atque pro certo habebis Librum ipsum typis impressum studiosis iuris prudentiæ omnibus, patronisq; causarum in cunctis Italiæ foris, & vbique vtilissimum, & necessarium futurum fore. Necnon in laudem Dei Optimi Maximi, qui tantam contulit Auctori gratiam, & in non minimum suæ Congregationis Cassinensis decus: Nam in vniuersa iuris, statutorum, priuilegiorumq; disputatione semper incidit sermo (prout latius ex titulo eiusdem tractatus clarius

rius emicuit) de extensiua interpretatione cuiuscunque dispositionis tam iuris, quàm hominis. Et quidem mea est sententia, quòd numerandi fuissent dies ante eius lucubrationem, cum maxima huius operis expectatione: Precandaq; Diuina maiestas, vt diu incolumen seruet hunc Reuerendissimum Patrem pro vniuerso literatorum commodo, atque disciplinarum incremento. Vale.

TRA-

TRACTATVS DE EXTENSIONIBVS.

SEV DE INTERPRETATIVA EXTENSIONE,

cuiuſcunque diſpoſitionis tam iuris, quàm hominis: Vt infra. Nempè.

De Extenſionibus.

FINIS.

Gli Eccellentissimi Signori Capi dell'Eccellentissimo Consiglio di X. infrascritti: Hauuta fede dalli Signori Reformatori del Studio di Padoa per relation delli tre à questo deputati, cioè del Reuerendo Padre Commissario dell'Inquisitione, del Circ. & fidelissimo Secretario Lorenzo Massa, & di Domino Fabio Paulini D. Lettor publico, che nei Trattati de Extensionibus, & Interpretationibus iuris di D. Alfonso Villagut: Item nelle Decisioni, & Consilij dell'istesso non vi è cosa contra le Leggi, & sono Libri degni di stampa, concedeno licentia, che possino esser stampati in questa Città.

Dat. die 14. Iunij 1600.

D. Nicolò Querini
D. Marc'Antonio Loredan } *Capi dell'Eccellentiss. Consiglio di X.*
D. Lorenzo Capello

Illustriss. Cons. X. Secr.
Caluus Magnus.

1600. à 13. Luglio Registrato in Libro.
Antonius Laured. Officij con. blasph. Coad. Sec. sub.

INDEX RERVM SENTENTIARVMQVE OMNIVM;

QVAE INSIGNIORES ATQVE ILLVSTRIORES HOC TOTO HABENTVR OPERE; QVAM ACCVRATISSIMVS ATQVE COPIOSISSIMVS.

A

INDEX.

Arbiter

INDEX.

INDEX.

Deus

tur

E

Electio

INDEX.

INDEX.

Exten-

F

b Factum

Fictio-

I N D E X.

Homi-

I N D E X.

Iu-

INDEX.

INDEX.

Iudicare

I N D E X.

Diuina

I N D E X.

Lata

I N D E X.

L

simul

Multitudini

I N D E X.

P

Patroni

I N D E X.

Prio.

INDEX.

Priuile-

INDEX.

Q

R

I N D E X.

Statu-

T

INDEX.

V

dante

Vniuersitas

I N D E X.

F I N I S.

D. ALPHONSI VILLAGVT
ABBATIS
IN MATERIAM EXTENSIONVM
TAM IN GENERE, QVAM IN SPECIE
Tractatus Amplißimus.

SVMMARIVM.

1 *Legis prima definitio.*
2 *Legis secunda definitio.*
3 *Legis tertia definitio.*
4 *Legis quarta definitio.*
5 *Legis quinta definitio.*
6 *Legis sexta definitio.*
7 *Legis septima definitio.*
8 *Legis octaua definitio.*
9 *Legis nona definitio.*
10 *Legis decima definitio.*
11 *Legis vndecima definitio.*
12 *Legis duodecima definitio.*
13 *Lex propriè dici non poterit, nisi iusta illa sit.*
14 *Voluntatis appellatione non semper venit tertia animæ potentia, cum etiam ipsa voluntas denotet actũ, seu opus potentiæ animæ, quod nolitio, seu volitio a sacris Theologis appellatur, & quomodo luculenter probatur.*
15 *Legis effectus qui sint.*
16 *Lex dicitur ab electione, & sic potius dicenda erit actus voluntatis, quàm intellectus, & quando.*
17 *Lex non est actus prudentiæ.*
18 *Legis conditiones secundùm Isidorum, & earum interpretatio.*
19 *Lex quare debeat continere possibilia.*
20 *Legem esse iniustam quando conuincetur.*
21 *Consuetudo quæ toleranda, & quæ exterminanda sit.*
22 *Legislatores oportet in legibus condendis attendere locum, & tempus ipsius legis condendæ, & quare.*
23 *Lex cõdi non dẽt pro aliquo priuato cõmodo, et quare.*
24 *Leges debent accommodari vtilitati Reipublicæ, & non Respublica legibus deseruire, & quare.*
25 *Lex quare necessario debeat vim habere cogentem, et efficaciter inducentem homines ad sui obseruãtiam.*
26 *Legis promulgatio quare necessaria.*
27 *Voluntas humana non fertur in incognitũ, & quare.*
28 *Lex naturalis quare necessario non requirit eius promulgationem faciendam per homines.*
29 *Lex positiua, vt obliget ad sui obseruantiam requirit talem fuisse intentionem Legislatoris.*

PRAELVDIVM PRIMVM.

ARGVMENTVM.

Humana lex quid sit:

ET cùm de interpretatiua extensione Legum humanarum limitatiuarũ non pęnalium correctoriarũ, pœnalium simpliciter, & pęnalium correctoriarũ nobis sit agendum: operæ pretium duximus quęstionibus necessariò discutiendis de hac difficillima ac saluberrima materia, præmittere nonnullas Quæstiunculas summoperè deseruientes veræ intelligentiæ eorum, quæ dicenda erũt, ac in præsenti Tractatu necessario omnibus causidicis meritoriè cupiẽtibus munere suo fungi, afferenda. Nè ignoratis (quodãmodo) primis elementis tanquam ęcutientes procedamus in tam arduo negotio scitu dignissimo. Cũ ergo de Legum humanarũ extensione sermo erit habendus: meritò de quidditate ipsius Legis primò verbum faciemus. Quapropter animaduertendum erit, quòd diuersimodè hic terminus [lex] diffinitus, seu descriptus in iure, & a Doctoribus vtriusque censuræ reperitur.
1 Nam primò diffinitur sic. Lex † est, quam populus Romanus Senatorio magistratu interrogante (veluti consule) constituebat, vt docuit textus in quinto. Constat autem in versic. Lex est. Institutio. de iure natur, gentium, & ciuili. Se-
2 cundò sic. Lex † est commune præceptum virorum prudentum consultum, delictorum, quæ sponte, vel ignorantia, id est sine dolo, etsi

non sine culpa, vt ibi exponit glo.)contrahuntur
coertio; communis Reipublicę sponsio. vt docuit
3 textus in l.1.ff.de legibus. Tertia lex est, † cui
omnes homines debent obedire. Cùm propter
multa & varia, tum maximè, quia omnis lex
est inuentio quędam, & donum Dei: Decre-
tum autem hominum sapientum, correctio au-
tem voluntariorum, & non voluntariorum pec-
catorum, (idest, eorum quæ fiunt non ex do-
lo, licet ex culpa, vt docet ibi glo.) ciuitatis
autem compositio communis, secundum quam
omnes docet viuere. & hæc definitio fuit tradita
a Demosthene, & refertur in l.2. ff. de legibus.
4 Quarta lex † est omnium diuinarum, & huma-
narum rerum regina: oportet autem eam etiam
præsidere bonis & malis, & Principem ac Ducē
esse, & secundum hoc regulam esse iustorum, &
iniustorum, & eorum, quę natura ciuilia sunt ani
mantium, pręceptrix quidem faciēdorum, pro-
hibitrix autem non faciendorum. & hæc defini-
tio fuit Chrisippi Philosophi summi Stoicorum.
& habetur in dicta l.2.§. Idest, lex est. ex cuius
definitione Glos. in dicto §. Constat. in vers. lex.
est, elicit & sub sequētem. Quintam definitionē
5 legis, † quæ talis est, videlicet lex est sanctio san-
cta, iubens honesta, & prohibens cōtraria. Sexta
6 lex est † constitutio populi, qua maiores natu si-
mul cum plebibus aliquid sanxerunt. vt docet
7 textus in c.lex, dist.2. Septima lex † est æternum
quoddam, quod vniuersum mundum regit, im-
perandi, prohibendique sapientia. Vt docuit Ci
cero in lib.2.de legibus. hæc tamē definitio (se-
cundum Sotum in lib.1.de iustitia, & iure, q.1.
articulo 1.) congruit legi æternæ. Octaua lex est
8 † communis ciuitatis consensus, qui scriptis præ
cipit quomodo vnumquodque agendum sit: vt
ait Arist. in Rhetorica ad Alexandrum, cap. de
Genere deliberatiuo: cuius definitio videtur
cōuenire cum supradicta sexta diffinitione. No
9 na lex † est, recta voluntas eius, qui vicem popu
10 li gerit. Decima lex est † quædam rationis ordi-
natio ad bonum commune ab eo, qui curam cō-
munitatis habet, promulgata. vt docuit S. Tho-
mas in 1.2.q.90.art.4. in corp. quæst. Vndecima
11 lex est † quædam rationis ordinatio, & præce-
ptio in commune bonum ab eo, qui curam Rei-
publicæ gerit, promulgata. vt docuit vbi supra
Sotus, asserens hanc diffinitionem exprimere ge
nus legis, finem, causam, positionem, & formā.
Duodecima est illa legis humanæ diffinitio,
12 † quam tradit eruditissimus Alphōsus a Castro
in suo non minus elegantissimo, quàm vtillimo
tractatu de potestate legis pœnalis, cap.1. libri
primi: dicendo, ꝙ lex est recta voluntas eius, qui
vicem populi gerit, voce, aut scripto promulga-
ta, cum intentione obligandi subditos ad paren
dum illi. Hæc tamen definitio, cum multas & va
rias scitu dignissimas in se contineat partes: om
nesq; sigillatim explicare summoperè expediet:
quapropter eo breuiori stilo vti studebimus,
quo vti desuper concessum fuerit, vt indè apertis
simè eliciatur ipsas non a casu, sed maxima cum
rōne definitioni supradictæ insertas fuisse. Præ-
mittendo, tamen, ꝙ dictus Alphonsus intēderit,
vt ipsemet ibidem fassus fuit, tradere nobis defi
nitionem tantum legis iustæ: qm̄ lex, quę iusta
non esset, nullo pacto mereatur nomine legis de-
corari: Diuo Augustino auctore in lib.1. de libe-
ro arbitrio: qui dixit: Mihi lex esse non videtur,
13 quę iusta non fuerit, † quod & alijs verbis repe-
tijt in lib.19. de ciuitate Dei. c.21. dicens. Non
enim iura dicenda sunt, vel putanda iniqua ho-
minum constituta. Cùm illud etiam ipsius esse
dicant quod de iustitiæ fonte manauerit: quod
& elicitur quoque ex eo, quod habetur in c. ius
generale. dist.1. his verbis [ius generale nomen
est: lex autem iuris est species. Ius autem est di-
ctum: quia iustum est omne autem ius legibus,
& moribus constat.] ex quibus patet legem iuris
speciem esse; si ergo species iuris: inde neccessa-
rio concluditur, ꝙ lex dici non poterit humana
aliqua constitutio, quæ iusta nō fuerit. Cùm oīs
species particeps sit eorum, quæ sunt de essentia
sui generis: quia cui genus nō conuenit, nec spe-
cies vlla ipsius generis illi conuenire poterit.
Quibus ergo breuiter præmissis descēdemus ad
enucleādas singulas particulas ipsius diffinitio-
nis legis, Diximus primò ergo, legem esse [vo-
14 luntatem rectam] per voluntatem, † non tamen
intelligitur hic ipsamet animæ potentia libera:
sed vt ipsos eiusdem animæ potentiæ actus deno
tat; prout hanc vocem Apostolus Paulus vsurpa-
uit, seu intellexit, cùm dixit Rom. c.10. [Volun-
tas cordis mei, & obsecratio ad Deum sit pro il-
lis in salutem.] & rursus Ephes. c.2. [Faciētes vo
luntatē carnis.] In quibus omnibus locis proba
tur primo nomen voluntatis non pro ipsa animę
potentia: sed pro quouis illius potentiæ opere,
quod volitio aut nolitio a sacris Theologis nun
cupatur. Et quia vtrumque horum, videlicet vo-
litio, aut nolitio potest vim legis habere: ideo
peroptimè ipse Alphonsus a Castro (auctor di-
ctæ definitionis) vt vtrumque vnica voce comple
cteretur, nomine voluntatis fuit vsus, cùm lex
non sit opus solius intellectus. Quapropter neces
sariò sequitur, ꝙ ipsi intellectui accedat volun-
tas iubendo, aut prohibendo id, quod ab intel-
lectu præcognitum dignoscitur fuisse. Nam si ab
eo, qui legem statuere posset, amoueas, volunta-
tem, etiā si multa scripto aut voce proferat, quæ
honesta, & Reipublicæ vtilia esse dicat, nullum
tamen eorum pro lege tenēdum erit. Non enim
id, quod Princeps nouit, aut benè intellexit, sed
quod Principi placuit legis habere virtutem, do
cet textus in l.1.ff. de constitu. Princi. cui conso-
nat illud, quod Diuus Augustinus in lib.4. de ci-
uit. Dei loquēs de tempore illo primæuo, in quo
primum regna inter homines cęperunt: dixit, ꝙ
tunc populi nullis legibus tenebantur, sed ꝙ ar-
bitria Principum pro legibus erant. Pręterea se-
cundò hoc ipsum cōprobatur ex ipsis effectibus
15 legum; qui sunt, † vt docet textus in l. legis vir-
tus. ff. de legibus, imperare, vetare, permittere, &
punire. Cùm ergo nullus istorum effectuum con
ueniat intellectui, at solum (vt per se patet) effe-
ctibus voluntatis, indè & secūdò sequitur, ꝙ hic
terminus [voluntas] in hac legis definitione cō-
tentus, solùm sumatur pro quouis opere poten-
tiæ ipsius animę. Tertiò ad ipsum apertissimè
colligitur ex ipso legis nomine & denominatio-
ne, si tamen vera illius origo rectè consideretur,
16 ꝙ s. potius ad voluntatem pertineat lex, † q̄ ad
intellectū: cùm dicta sit ab electione, teste Cice-
rone in lib.1. de legib. his pręcisis verbis vtente.
Arbitrantur prudentiā esse legē, cuius ea vis sit,
vt rectè facere iubeat, vetet delinquere, eam-
que

que rem illi græco putant nomine, suum cuique
tribuendo, appellatam: ego uero a deligendo.
Nam vt illi equitatis, sic nos delectus vim in le-
ge ponimus: & proprium tamen vtrumque legis
est. Hæc Cicero. sed quoniam pactò sit vis dele-
ctus in lege, exprimit Augustinus (si modò titu-
lus libri non fallit) in libro quæstionum noui &
veteris testamenti, in secunda parte additionū,
quæ additæ in impressione Parisiensi per Clau-
dium Cheuallonium quæst. 15. vbi sic ait, lex a le
ctione dicta est, vt de multis quid eligas, scias.
Inter errores ergo politi acceperunt, vt intelli-
gant verum. Hæc Augustinus. Constat autem ele
ctionem ad voluntatem pertinere, non ad intel-
lectum: quoniam electio sine libertate esse non
potest, quæ intellectui minimè congruit, qui se-
cundum naturam operatur. ex his omnibus re-
ctè conuincitur errare eos, qui dicunt legem es-
17 se actum prudentiæ. † Etsi non negemus Legisla
tores omnes esse debere prudentes in legibus
condendis: Cùm idipsum docuerit Isidorus,
quod & habetur in cap. Erit autem lex. distin. 4.
vbi recensentur conditiones legis, his verbis vi-
18 delicet: [erit autē lex† honesta, iusta, possibilis,
secundum naturam, secundum patriæ consuetu-
dinem, loco, temporique cōueniens, necessaria,
vtilis, manifesta quoque, ne aliquid per obscuri-
tatem in captionem contineat: nullo priuato cō-
modo, sed pro communi ciuium vtilitate con-
scripta.] hæc ibi. Pro quarum conditionum in-
telligentia vtillima legislatoribus ac causidicis.
Cum expediat causidicis scire vim illarū, vt pos
sint scire, quòd transgressores aliquarum legum
carentium aliqua ex ipsis conditionibus nō ve-
niant de iure puniendi: Cùm ob talium defectū
lex violata non mereatur nomen legis: sic ergo
in proposito. Prima conditio legis est, vt ipsa sit
possibilis: hoc est, vt possit obseruari a subditis:
Cum nulla recta ratio suadeat aut permittat, vt
19 lex † possit aliquem obligare ad id, quod quis
præstare non possit, iuxta vulgatissimam senten-
tiam Diui Augustini dicentis. Neminem pecca-
re in eo, quod quis vitare non possit; cuius simi-
le repetijt in sermone dicens, quòd Dominus
seruum pigrum non damnaret, si ea, quæ fieri nul
lo modo poterat, imperaret. Cui simile docuit
Beatus Hieronymus in quadam epistola ad Da-
masum dicens, execramur etiam eorū blasphe-
miam, qui dicunt impossibile aliquid homini
præceptum esse: & diuina mandata non a singu-
lis posse seruari. Si ergo lex diuina non obligat,
vel obligare potest ad impossibile. Quis ergo si-
ne rubore dicere audebit legem humanam pos-
se obligare ad impossibile? Igitur consonum ra
tioni rectæ est & conforme: vt lex. quę iusta es-
se debet, possibilis sit: hoc est, vt ea solum præci-
piat, quæ seruari possunt: & sciendum quòd in
hac materia illud etiam dicetur impossibile,
quod nimis difficile esset. Cùm & hæc impossi-
bilia soleant appellari, teste Arist. in lib. 5. Meta
physic. Ex hac prima legis iustæ conditione col-
ligitur apertissimè, quòd in multis rebus, seu fa-
ctis non possint vniuersales leges pro omnibus
20 dari ac promulgari. † Quia cum nō sit omnibus
æqua facultas & potentia, cōtingit sæpè vt quod
facillimum est vni, sit alteri difficillimum; &
quod vni est possibile, alteri sit impossibile. Qua-
propter in huiusmodi rebus iniusta lex conuin-
catur, quæ sine vllo discrimine omnes eadem
mensura metiri vellet. Nam iniusta quidem es-
set lex, quæ senes obligaret ad portandas sarci-
nas, quæ uiribus iuueni essent ferè pares. Iniu-
stam etiam eadem ratione censeremus legem,
quæ illud tributum a paupere exigeret, quod
non nisi diues posset reddere. Alia verò ad le-
gem iustam exacta, quæ referuntur in dict. cap.
erit autem lex. facile cognoscuntur esse rectę ra-
tioni consona. Nam rectæ rationi congruit; vt si
consuetudo patriæ sit honesta & Reipublicæ vti-
lis, obseruetur, & pro lege habeatur. De tali .n.
21 consuetudine † intelligendum erit id, quod ab
Isidoro supradictum refert Gratianus in c. con
suetudo, dist. 1. & lex quæ hanc abrogaret con-
suetudinem, iniusta censenda esset, nec digna
quæ obseruari debeat. Si verò consuetudo nec
honesta, nec inhonesta est: nec Reipublicę vtilis,
aut inutilis, expediet tunc eam tollerare: ne for-
tè illam abrogare tentantes, alicuius mali occa-
sionem præbeant: si autem consuetudo mala es-
set, vt puta, quia inhonesta aut Reipublice incom-
moda: tunc iuxta ipsam lex institui non debebit.
Cum potius ipsa per legem omnino fuerit tol-
lenda: quoniam tunc sicut talis consuetudo est
mala: ita & huiusmodi lex illam approbans. Alię
autem duæ legis iustæ conditiones, quæ in illo
sæpè citato capitulo proximè sequuntur, videli-
cet, quòd lex sit loco, & tempori conueniens:
Cum circunstantiæ sint, quæ ferè in quolibet ope
re virtutis considerandæ sint: eo quòd illæ neces-
sariæ censeantur ad constituendum actum virtu-
tis: quando de illis spirituale præceptum fuit
22 datum. At quoniā legē statuere † est actus virtu-
tis: Inde sequitur conuinciturq; Legislatores in
legibus statuendis oportere omnino considera-
re locum & tempus, locum: inquam, in quo lex
statuitur considerari oportet non vnica ratione.
Nam primò ne statuatur aliquid contrarium ra-
tionabili patriæ consuetudini. Secundò, quia iu-
xta locorum varietatem, sæpè multarum rerum
conditiones variantur. Vnde consequitur neces-
sariò, vt si de rebus illis esset aliquid lege sta-
tuendum, iuxta locorum varietatem, leges etiā
varias statuere oporteat. Constat siquidem alia
in alijs locis esse rerum pretia: proterea quòd
aliqua in aliquo loco abundant, & pauci illa
perquirunt, quæ in alijs locis sunt nimis rara, &
a multis desiderata. Si istarum ergo pretia rerū
essent statuenda lege; necessariò oporteret aliam
alio loco condere legem. Cum non possit vnum
in omni loco eiusdem rei iustum statui pretium.
Et ob easdem causas conuincitur etiam, vt in le-
ge statuenda temporis conditio consideretur.
Quoniam apertissimum est ex temporum decur-
su mores hominum variari: & ideo necessarium
erit, vt diuersis succedentibus moribus, diuersa
etiam antidota per leges parentur; eo magis quod
mutentur successu temporis multarum etiam re-
rum cōditiones; ob quam causam euenire neces-
se est: vt quod vno tempore vtile est, alio tempo-
re fiat nociuum; & quod hodie est vile propter
eius abundantiam, post mensem sit magnæ æ-
stimationis propter eius penuriam, & propter
multos illud cupientes. Quapropter necessa-
riò concludendum erit, quòd si de his lex sta-

tuenda eſſet, oporteret neceſſariò id eo tem-
pore, quo nociuum eſt, prohibere: & ſi id ip-
ſum, vel aliud alio tempore eſſet proficuum
& vtile, quòd eſſet permittendum, vel præci-
piendum. Meritò igitur conuincitur huic ra-
tioni fuiſſe conſultum per ſacrum Concilium La
teranẽſe, ſub Innoc. Tertio celebratũ, & habetur
in cap. Non debet. extra de conſanguin. & affin.
his præciſis verbis, videlicet. [Non debet repre-
henſibile iudicari ſi, ſecundum varietatem tem-
porum, ſtatuta quandoque varientur humana:
prę ſertim cùm vrgens neceſſitas, vel euidens vti-
litas id expoſcit] peroptimè id innuiſſe. & hoc
quidem licet pro conſulendo bono communi,
& non vt deſeruiatur effrenatis hominum con-
23 cupiſcentijs. Vltima verò, legis † iuſtę conditio
ab Iſidoro poſita eſt, vt pro nullo priuato com-
modo, ſed pro communi ciuium vtilitate ſta-
tuatur. per hãc ergo conditionem manifeſtatur
apertiſſimè diſcrimen inter legem iuſtam & in-
iuſtam: & quòd lex reſpiciens communem ci-
uium vtilitatẽ meritò iuſta dicenda ſit, & è con-
uerſo, omnino opus eſt nobis aſſerere, ꝙ illa lex,
quæ pro priuato commodo daretur communis
iniuſta eſſet dicenda, & merè tyrannica. Quàm
enim iniuſtitiam ipſa natura docente, facilè po
terimus demonſtrare. Nam in corpore humano,
ad cuius imitationẽ (vt Apoſtolus docuit Rom.
c. 12.) vera Reſpublica componenda eſt, quodli-
bet particulare membrum natura ad hoc incli-
nantẽ libentiſſimè patitur ſibi aliquid detrahi,
& ſe totum interire, vt totum corpus ſeruetur in-
colume. Huius autem contrarium fieri: vt videli
cet toti corpori detrimentum inferatur, pro ali-
cuius membri, etiam ſi caput illud ſit, pari vtili-
tate aſſequenda, natura repugnat. Nã & ſi quod-
libet particulare membrum ſigillatim ſe pro ca-
pitis tutela cuilibet exponat periculo, vt omnia
tamẽ ſimul ſubeant, natura non patitur. Quoniã
pereuntibus omnibus alijs membris, caput ſolũ
ſaluum conſiſtere non poſſet. Ita in recta Repu-
blica, quæ ad imitationem corporis humani for
mãda eſt, fieri oportet. indè ſequitur, ꝙ quilibet
particularis homo, etiam ſi Rex ille ſit: quia tan
quam particulare totius Reipublicæ membrum
cenſetur, potius toti Reipublicæ quàm ſibi ſoli
conſulere debet, & potius Reipublicę vtilitatẽ,
quàm propriam debet optare. ex quibus apertiſ-
ſimè cõuincitur, ꝙ lex, quę ſpreta communi vti-
litate, pro ſolo particulari aliquo commodo ali
quid ſtatueret, iniuſta ſit cenſenda, & rationi na
turali apertè cõtraria: qua propter iure optimo
24 Ariſt. 4. Politic. c. 1. dixit, oẽs leges † ad rẽpubli-
cam accõmodandas fore, non autem rempubli-
cam ad leges. Hę igitur ſunt cõditiones legis iu
ſtæ, quæ ab Iſidoro enumeratę, & poſtea recenſi-
tæ fuerunt a Gratiano in c. erit autem lex, diſt. 1.
quas nos comprehendere poſſumus duabus vo-
cibus. dicendo legem eſſe aut volitionẽ, aut no-
litionem rectæ rationi conformem: Cum ſupra
recenſitę oẽs conditiones ſint rectę rationi con
formes: ex quibus conuincitur nõ ſine graui rõ-
ne nos dixiſſe in legis diffinitione illam eſſe re-
ctam voluntatẽ. quibus verbis ſubintulimus &
hęc, videlicet [eius, qui curã populi gerit.] ad
denotandũ poteſtatẽ legiſlatoris in legibus con
dendis fore omnino neceſſariã: cum nõ ſit vniuſ-
cuiuſq; hominis rectam voluntatem conſulendi
bono publico, condere leges obligantes alios ad
25 ſui obſeruantiã. Cum Ariſt. 10. Eth. teſte, lex † ne-
ceſſariò de ſui eſſentia debeat vim habere cogen
tem, & efficaciter inducentẽ homines ad ſui ob-
ſeruantiam. Is autem, qui populi curam non ha-
bet, ac per conſequens ſuper ipſum non hẽt iu-
riſdictionem: licèt meritoriè poſſit alios ad virtu
tes, & ad actus bonos hortari exemplo, verbo,
& ſcripto, non tamen ad illos actus bonos coge
re: & ſic nec illis leges tradere. Addidimus in no
26 ſtra legis diffinitione: ꝙ lex ſit † ſcripto, aut vo-
ce promulgata: Cùm proculdubio legis promul
gatio ſit neceſſaria, vt poſſit obligare ſubditos
legiſlatoris ad ſui obſeruantiam: Cùm aliàs vo-
luntas Legiſlatoris in lege expreſſa non poſſet
ſubditis innoteſcere, quibus aliquid in ipſa præ
cipitur, aut prohibetur fieri. Non. n. eſſet ratio-
ni conſentaneum, vt quis poſſit obligari ad fa-
ciendum id, quod nullo modo implere poteſt.
Conſtat autem neminem poſſe velle id, quod
prorſus ignorat: ac per conſequens patebit ne-
minem poſſe morem gerere Legiſlatoris ignotæ
voluntati: ex quo deducitur Legiſlatorem ſua
voluntate ſola non poſſe aliquẽ ex ſubditis obli-
gare ad aliquid faciẽdum, vel omittendum: niſi
priùs ſuam voluntatem ei notam fecerit voce
vel ſcripto. Cùm tanta ſit in ſtatuenda lege,
publicationis neceſſitas: vt Deus ipſe, cui re-
rum eſt ſumma poteſtas, non poſſit lege poſitiua
ab eo data, citrà eiuſdem legis publicationem,
aliquem ad illius obſeruantiam obligare. De
quo loquebatur Diuus Hieronymus ſcribens ad
Damaſum, dicens. Execramur eorum blaſphe-
miam, qui dicunt impoſſibile aliquid homini
præceptum eſſe, & mandata non a ſingulis poſ-
ſe ſeruari. Cui conſonat quod docuit Ambro-
ſius in libro primo de Iacob. & vita beata cap.
3. dicens, nemo tenetur ad culpam, niſi volunta-
te propria deflexerit. At per ſe patet neminem
poſſe propria voluntate deflectere ab aliquo,
qui ignorat id, a quo deflectit. Quoniam, vt ait
27 Auguſtinus, voluntas † nunquam fertur in inco-
gnitum. Cuius ſententia confirmatur auctoritate
Diuina. Dominus Ieſus enim apud Ioannem c.
15. dixit [ſi nõ veniſſem, & loquutus eis non fuiſ
ſem, peccatum non haberent.] oportet ergo fate
ri, ꝙ leges, quæ conſtringunt hominum vitas ab
hominibus ſciri & intelligi: vt vniuerſi, præce-
pto earum manifeſtius cognito, vel inhibita de-
clinent, vel permiſſæ ſectentur, vt in l. leges ſa-
cratiſſimæ. Hæc tamen omnia, quæ de neceſſita-
te publicationis diximus, intelligenda erunt ve-
rificari in lege poſitiua, & non in lege naturali:
28 † quoniam hæc cùm ſit ſcripta in corde vniuſcu
iuſque hominis, iuxta Apoſtoli ſententiam, non
indigebit aliqua alia publicatione. Vltimo lo-
co in noſtra legis diffinitione ſuperius tradita
diximus, quòd ſit [Cùm intentione obligandi
29 ſubditos † ad parendum illis. Non enim quæli-
bet legiſlatoris voluntas, etiam ſi voce aut ſcri-
pto fuerit ſufficiẽter promulgata, eſt pro lege te
nenda, niſi talis ſit, ꝙ ſubditos conſtringat ad id,
quod lege decretum eſt. Nã ſi legiſlator aliquid
ſubditis ſuis cõſuleret, tali conſilio apertè ſuã vo
luntatem illis patefaceret: illa tñ voluntas non
eſſet pro lege tenenda; quia per illã nequaquam
ſubditi

subditi cogerentur ad aliquid faciendum, aut ab illo fugiendum: lex verò, vt supra fuit probatum, de sui intrinseca natura vim habet subditos legislatoris compellendi ad sui obseruantiam. At necessitare ac compellere aliquem ad opus aliquod non potest legislator, nisi præcipiendo aut prohibendo: Inde sequitur, quòd sola illa legislatoris voluntas, quæ per præceptũ, aut prohibitionem manifestatur, est pro lege tenenda. Et hæc allata sufficiant pro vera intelligentia definitionis legis per nos traditæ.

SVMMARIVM.

1 *Pœna quid sit.*
2 *Pœna quomodo dicatur passio, & agens pati.*
3 *Passionis nomen a Grammaticis quomodo sumatur.*
4 *Pœna in damnatis an ponat aliquid reale.*
5 *Passiones.*
6 *Pœna vel opus pęnale dupliciter sumitur.*
7 *Pœna duplex est, contracta, & inflicta, & quid sit vtraque.*
8 *Remorsus conscientiæ, quæ pęna dicatur.*
9 *Passio, quæ propriè dicenda sit pęna.*
10 *Peccator merito a tribus puniri potest, eoque a triplici subiectione peccando recesserit.*
11 *Lex pęnalis quid sit.*
12 *Lex pœnalis quando non dicatur incurri ipso facto, sed solum ministerio Iudicis committitur, & quando incurratur ipso facto.*

PRAELVD. II.

ARGVMENTVM.

Pœna quid sit.

CVm in pręcedenti capitulo actum fuerit de quidditate legis, meritò in præsenti agẽdum erit de quidditate pœnæ, vt tandem loco suo facilius & elegantius verònni facere possimus de quidditate legis pęnalis, tanquam de quodam composito ex lege & pœna: Sciendum igitur, quòd & si diuersimodè reperiatur diffinitus hic terminus [pœna] a iure & Doctoribus. Tamen nos libentissimè sequuti eruditissimum Alphonsum de Castro in suo doctissimo tractatu de lege pęnali, cap. 3.
1 dicimus, quòd pœna † sit passio inferens nocumentum illam substinenti, aut saltem apta ad inferendum, nisi aliundè impediatur, inflicta, aut contracta propter proprium peccatum pręteritum.
2 teritum. Diximus, [Pœnam esse passionem † & nõ actionem:] quia licèt multi in actionibus aut operationibus suis pœnam sentiant, vt puta, scribendo, aut pingendo, aut terram fodiendo, aut ligna scindendo, aut aliquid quoduis faciendo: non tamen ea ratione, qua agunt, pœnam sentiunt, sed qua patiuntur: Cum omne agens (teste Arist.) in agendo repatiatur. Et ex hac repassione, quam substinet agens ab illo, in quo agit, euenit, vt ex longa & continua actione vires illi decrescant, ac paulatim minuantur. Substinet igitur homo pœnam in multis suis actionibus non quia agit, sed quia in sua operatione laxatur & fatigatur. Calamus enim, & penniculus, & quoduis aliud paruum instrumẽtum aliquantulum resistit in manu motoris: & ex hac qualitate parua resistentia oritur, vt manus tandem laxetur in continuo, & longo motu talis instrumenti, & sic pœnam sentiat in motu, tum propter grauitatem manus resistẽtem potentię motiuæ: tum etiam quia ex longo motu spiritus animales minuuntur, quibus diminutis, necesse est motoris vires debiliores effici, & sic tandem laxari, & pœnam sentiat. Cum igitur homo aliquid agens, non ob eam rationem pœnam sentiat, quia agit: sed quia agendo repatitur, meritò diximus, pœnam esse passionem. Aliquando autem actio aut ipsum agens dici solet pœna: vtputa, cum dicimus inferni ignem, aut vermes, aut fętorem esse pęnam damnatorum: hoc tamen ea loquutionis figura dicimus, qua causam pro effectu nominare solemus, hoc est per synecdochen. Hæc enim omnia, quæ proximè recensuimus, pœnæ dicuntur, non quia sint: sed quia pœnas causant in ipsis damnatis: Quapropter conuincitur apertissimè pœnam non semper esse passionem, prout de passione tractant Physici, aut Logici: cum illos solam illam passionem vocare pateat, quę opponitur actioni, & illam respiciat tanquam suum correlatiuum: prout est calefieri, aut calore, cuius oppositum correlatiuum est calefacere: & frigefieri, cuius oppositum est frigefacere, & multa alia similia. Est adhuc aliud passionis genus, iuxta Grãmati-
3 corum regulam, qui passionem † dicunt omne, quod verbo passiuo nominatur: vt iuxta hoc passionis genus dicimus videri, audiri, & tãgi, esse passiones: quãuis nec res visa, nec audita, nec tacta aliquid recipiat a uidẽte, aut ab audiẽte, aut a tangente. Iuxta hunc etiam modum dicimus, rerum priuationes esse quasdã passiones: quamuis talis priuatio per nullam actionem sit inducta: immo potius per defectum actionis. Nam aliquem priuari re aliqua, puta diuitijs, valetudine bona, parentibus, filijs, honore, dignitate, officio, beneficio, & huiusmodi, verbo passiuo designatur. Cum ergo, dicimus pœnam esse passionem (vt optimè Beatus Thomas docuit in 4. sent. dist 35. quęst. in resp. ad quartum) non erit sumendum passionis nomen, prout soli Physici, aut Logici illo vtuntur: sed etiam iuxta Grammaticorũ consuetudinẽ. Quoniam (vt ex sequentibus clarè patebit) sola rei alicuius priuatio, quæ maxima est damnatorum pœna, apertis-
4 simum reddit testimonium. Hæc enim pœna † nihil reale est in ipso damnato, neque aliquam actionem diuinam, sed per solam carentiam voluntatis diuinæ poterit inferri: quia Deo non volente reddere damnato beatitudinem, vt docuit Alphonsus de Castro in cap. 3. fol. 18. tract. de potestate legis pœnalis, necesse est illum perpetuò beatitudine carere. Illam ergo perpetuam beatitudinis priuationem, sicut dicimus esse pœnam: ita etiam dicimus esse passionem: quia verbo passiuo expressam: nam qui illam sustinet priuatus esse dr̃ beatitudine, quã vehementer desiderat. Et idẽ dicendũ est de mulcta pecuniarũ, de infamia, & de priuatione officij, aut beneficij: quia hę oẽs sicut pœnæ, ita & passiones meritò dñr, prout nũc de passionibus sermo fit. Additũ fuit demũ in diffinitione pœnæ: ꝙ inferat

nocumentum illā sustinēti: aut saltem ꝙ sit apta
5 ad illā inferendā: nō enim omnes passiones † (ēt
si Physicorum aut Dialecticorū more eas appel-
lemus) nocent illas tolleranti: neque etiam om-
nes aptæ ex se sunt ad nocendum, cum mult̄ę ex
illis potius prosint sustinenti, & delectationem
quandam, atque voluptatem illi afferant, quo-
niam passiones varient secundum concordiam
aut discordiam agentis cum patiente. Nam si
agens conuenit patienti, causat coniunctione,
aut actione sua delectationem in illo, vt si dulcis
& suauis cibus, aut potus contingat linguam,
aut palatum: aut leue, aut blandum contingat
carnem vestram. Duobus itaque modis aliquid
6 pōt dici pęna, † & opus aliqđ dici pęnale, videli
cet absolutè, & cū restrictione: hoc est, Aut quia
res ipsa ex sua natura apta est ad offendendum,
& nocendum: aut quia licèt illa ex se hoc non
possit, is tamen, qui illam sustinet, propter suam
proprietatem, ab illa offenditur. Et propter hāc
causam in definitione pœnæ vtrumque istorum
modorum posuimus sub distinctione, dicentes,
Pœnam esse passionem, quæ noceat sustinenti
illam, aut saltem ex sua natura sit apta nocere.
Et indè sequitur, vt quocumque istorum modo-
rum res sit pœnalis, possit iustè in sacramentali
pœnitentia dari pro satisfactione peccatorum,
& a Iudice dari in satisfactionem delicti, & a Iu
dice infligi pœnam siue taxatam a iure, siue spe-
cialiter nunc a Principe, siue a seipso Iudice. Quod
autem nouissimè in definitione pœnæ addidi-
mus, dicentes: [sit contracta, vel inflicta pro-
pter peccatum præteritum] sciendum igitur,
7 quòd pœna (in proposito) est duplex, † alia con-
tracta, & alia inflicta: Contracta enim pœna il-
la dicetur, quæ sine noua aliqua alterius actione
statim oritur ex peccato, prout est fomes con-
cupiscentiæ, & priuatio gratiæ, & remorsus cō-
scientiæ: & talem meritò dicendam esse pœnam
docuit S. Bonauent. in primo sent. dist. 40. ar. 3.
quęst. 1. quo loco ipse hanc pœnam appellat pœ
nam contractam. Sanctus autem Thomas in 2.
8 sent. dist. 27. q. 1. quamuis dicat remorsum † cō-
scientiæ esse meritò dicendam pœnam, non illā
appellat pęnam contractam, sed pœnam concō-
mitantem: propterea quòd semper concomita-
tur ipsam culpam: prout testatur Aug. in libro
primo confessionum: sic inquiens, Iussisti domi-
ne & ita est, vt omnis inordinatus animus sit si-
bi pœna. Pœna autem inflicta est, quæ non sem-
per oritur necessariò ex peccato: neq; illud con-
comitatur: sed postea infligitur aut à Deo, aut
ab homine iudice: illa vero, quā homo sibi ipsi
ex arbitrio suo infligit, etiam si illam pro pec-
catis suis sumat, non est propriè dicenda pœna:
quia (vt Sanctus Thomas ait) de ratione pœnę est
quòd sit contraria voluntati: Deinde aduerten-
9 dum est, quòd nō omnis passio † quamuis offen-
siua, siue concomitans, siue inflicta, est dicenda
pœna, nisi illa habeat aliquem ordinem ad pec-
catum: vtpura, quòd per illam quodammodo
puniatur peccatum. Ideo Ioannes Gerson de vi-
ta spirituali animæ, dixit pœnam & culpam dici
correlatiuè, & idem reperit de punitione & cul-
pa. Quapropter meritò Diuus Thomas docuit in
10 1. 2. q. 87. artic. 1. quòd homo peccans † à tri-
bus iuste puniri poterit, cū à triplici subiectio-
ne peccans recesserit. Subditur quidem homo
ordini propriæ rationis: deinde subditur ordi-
ni exterioris hominis gubernalis vel spirituali-
ter, vel corporaliter, politicè, aut œconomicè:
vltimò subditur ordini diuinæ & supremę guber
nationis. Contingit autem vt peccans hos tres
ordines peruertat agens contra rationem natu-
ralem, & contra legem humanam, & contra le-
gem Diuinam. Oportet igitur, vt qui talis est,
triplicem pœnam suscipiat, per quam ad ordi-
nem, quem peruerterat, redigatur. Punitur qui-
dem homo a seipso per remorsum conscientiæ,
deinde ab homine per varia nocumenta, & po-
stremò a Deo. & sic punitus redigitur in ordinē
a quo recesserat peccādo, quia illi, a quo pœnam
patitur, vel inuitus subditur, cui subijci noluit
peccando. Ex illis sequitur, aliqua esse, quæ & si
vulgariter, & ex communi vsu pœnę dicantur,
tamen iuxta veram & propriam vocis significa-
tionem, pęnæ verè dici non possunt, quia pro-
pter nullam culpam reperiuntur inflictæ. Nam
irregularitas, quam iudex patitur ex iusta san-
guinis sententia contra alium per eum lata, aut
quam incurrit is, qui secundam post mortem
prioris duxit vxorem: aut is, qui contraxit cum
ea quam putauit esse virginem, quæ tamen non
erat, pęna ab omnibus nominatur, ad hoc solum-
quia irregularitas est. Insuper sciendum, quòd
vt pęna inflictum aliquod dicatur, satis nō erit,
quòd fuerit inflicta propter peccatum, nisi fue-
rit inflicta propter peccatum proprium illius,
cui inflicta reperitur, & peccatum illud sit iam
præteritum. Ex his ergo omnibus iam allatis in
præsenti capitulo, quàm facillimè colligi pote-
11 rit, ꝙ lex † pęnalis dicatur lex, quæ statuit pęnā
alicui infligi propter culpam commissam. Erit
tamen, hic animaduertendū, ꝙ leges pęnales nō
semper sunt eiusdem formæ, & conditionis, cū
ea varientur s̄m varium modum, qui in eis tradi
tur, reperitur in pœnis infligendis: Cùm aliquan
do lex statuat pœnam, non tamen speciem pœnę
exprimit, & tunc eo ipso lex reliquisse videtur
arbitrio Iudicis pœnam, qua ille quem lex puni-
12 re voluit, sit puniendus. Sed quando lex † præci
pit pœnam aliquam expressam & taxatam, sed a
iudice infligendam, vtputa, si lex dixerit, qui
hoc, vel illud fecerit, relegetur, aut mulctetur pę
na decem ducatorum, vel simili, aut excommu-
nicetur, aut priuetur beneficio, aut officio: lex
ergo, quæ talibus vteretur verbis non imponeret
pœnam, sed statueret illam imponendam fore a
Iudice competenti: Quapropter meritò iuris pe
riti dicunt huiusmodi leges continere sententiā
ferendam, seu comminatoriam, & non senten-
tiam latam. At quando lex statueret pęnam ex-
pressam & taxatam, quam non committit iudi-
ci, vt ab eo imponatur: sed ipsamet lex commit-
tit reo, vt ille in seipso pœnam exequatur, prout
sunt multæ recensitæ multis in locis vtriusque iu
ris. Certum esse (ait Alphonsus a Castro in tract.
de potestate legis pęnalis, in fine capituli tertij
primi libri,) has omnes leges committere ipsis
delinquentibus, vt ipsimet pœnas illas sibi ipsis
infligāt, nec expectent ut a suis superioribus ad
illas suscipiendas compellantur. Quando autem
lex statueret, ac exprimeret pęnam taxatam, nec
committeret Iudici, aut reo, ut ille eā exeque-
retur:

retur: sed ipsamet lex talem pœnam exequitur in reo: prout sunt multæ leges in vtroq; iure scriptæ his uerbis vtentes, videlicet: Qui hoc, aut illud fecerit, sit excommunicatus, aut irregularis, aut sit priuatus beneficio, aut possessione bonorum suorum. Sed quanta huiusmodi legum potestas sit, & quantum possint reum in conscientia obligare, & quomodo possint agnosci, & vna ab altera discerni: infra Deo Optimo Maximo duce latiùs dicetur.

SVMMARIVM.

1 *Lex pœnalis duo respicit, scilicet culpam, & pęnam.*

2 *Prælatus an possit per suam legem sic obligare subditum, vt ex eius trangressione pœna æterna dignus fiat.*

3 *Prælati Ecclesiæ non possunt obligare subditos ad aliqua non contenta in Euangelica regula, quam in baptismo sunt professi, ex sententia Ioan. Gers. quæ multis argumentis impugnatur, nu.4.*

5 *Sacerdos legis veteris poterat sibi subditos obligare ad aliquid faciendum, vel omittendum sub pœna culpæ mortalis, idem in Sacerdote legis Euangelicæ.*

6 *Sacerdotem legis Euangelicæ minoris esse potestatis in his quæ ad Ecclesiæ gubernationem spectāt, quam fuerit olim Sacerdotium legis Mosaicæ ad regimen synagogæ, asserere nedum non licet, sed nec opinari.*

7 *Imperium Principum maius est super subditos, quàm patrum super filios, & ratione comprobatur.*

8 *Principes quando possint aliquid præcipere subditis in rebus eorum domesticis, sub mortali culpa.*

9 *Pater non potest præcipere filio circa ea quæ ad rem domesticam conseruandam non pertinent, etsi ad bonum commune spectent.*

10 *Prælatus Ecclesiasticus potest condere Canonem, etiā de re non prohibita diuino vel naturali iure, obligantem illius transgressorem ad excommunicationem ipso facto incurrendam.*

11 *Leges purè humanæ quod obligare possint transgressores ad peccatum mortale, ostenditur.*

12 *Prælati possunt ratione aliqua moti, in scriptis, vel oretenus obligare subditos temerarios, & transgressores suorum præceptorum, ad peccatum mortale, etiam si res, de qua agitur non sit prohibita iure Diuino.*

13 *Præcepta humana iuxta quod censeantur esse Diuina, demonstratur.*

14 *Prælatis præcipientibus fieri aliquid iure Diuino non prohibitum, non obediens peccat mortaliter.*

PRAELVD. III.

ARGVMENTVM.

Vtrum lex humana possit obligare ad culpam mortalem ipsius transgressores.

DVo consideráda principaliter circa potestatem ac virtutem legum pœnalium fore in vtroque iure peritis semper perspicuum fuit.
1 † Nempè culpam, & pœnam, de quibus sigillatim antequàm verba faciamus, operæ pretium duximus hìc accu-
2 ratissimè inuestigare, an Prælatus † tam secularis, quàm Ecclesiasticus ex potestate a Deo sibi tradita possit per legem ab eo editam sic obligare subditum ad aliquid faciendum, vel omittendum, vt si illam legem transgrederetur, fiat ille transgressor pœna æterna dignus. Pro cuius quæstionis uera decisione sciendum, quòd non uniformis apud Catholicos Doctores reperitur sententia. Cùm Ioannes Gerson Cancellarius Parisiēsis, uir quidem pius ac doctus in lib.4. de vita spirituali animæ censuit, solum Deum posse dare leges, & præcepta, quorum transgressio sit tam noxia, ut hominem ad pœnam constringat æternam: quia (inquit) solus Deus est, qui infligere potest pœnam æternam, ac subinfert, nullam legem purè naturalem, vel purè humanam (quatenus talis est) posse hominem ad aliquid faciendum, vel omittendum sub pęna mortis ęternę obligare, etsi possit lex humana aut naturalis obligare illius trāsgressorem ad peccatum mortale, sed hoc non faciet quatenus talis est, sed quatenus illę cum lege Diuina miscentur, ut gratia exempli, (inquit) si Præpositus aliquis suis subditis per legem præcipit non furandum, aut non adulterandum fore: peccabit proculdubio mortaliter, qui aliquam ex his legibus fuerit transgressus, non quidem quatenus humana lex est, sed quatenus cum lege Diuina mixta reperitur, a qua talia prohibentur sub pœna peccati mortalis: addens Gerson, quòd non esset bona consequentia hæc. Transgrediens huiusmodi legem humanam peccat mortaliter: ergo transgressio illius legis, quatenus humana est, est mortale peccatum: & exemplificat in Medico, qui docens ęgrotum cibum aliquem esse mortiferū, & admonens ut ab illo tanquàm a ueneno abstineat, idcirco non obligat ægrotum, si comederit, ad pœnam æternam: quamuis ille contra pręceptum Medici comedens, mortaliter peccet. Aeger igitur transgrediens (inquit Gerson ubi supra) Medici præceptum peccat mortaliter. Hæc tamen transgressio quatenus talis (ut Gerson ait) non est mortalis, sed quatenus est trangressio Diuini precepti, quo præcepit, vt neminem occidamus. Quapropter concludens as-
3 seuerat, Prælatos † Ecclesiæ non posse obligare subditos ad aliqua non contenta in Euangelica regula, quam in Baptismo professi sunt, sicut Monachorum Prælati non possunt obligare Monachos sibi subditos ultra ea, quæ in sua regulari professione continentur. Hæc omnia docuit Gerson vbi supra, contra quę uera non desunt fundamenta iuris tam Diuini, quàm humani, ac Doctorum grauium vota non pauca; quæ diffusissimè recensentur ab Alphonso de Castro in dicto tract. doctissimo de potestate legis pœnalis. c.4. per totum. quæ nos hìc ferè per modum epilogi recensebimus, breuitati studentes. Arguitur ergo sic contra supradictam conclusionem Gerso-
4 nis, † & primò Sapientissimus Rex Salomon in lib. Prouer. cap.6. dixit [Conserua fili mi præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuę.] In quibus verbis non sola Dei, qui verus est Pater noster, præcepta conseruanda docet, sed etiā Ecclesiæ, quæ vera est mater nostra, legem dicit
5 non esse dimittendam. Secundò, Sacerdos † veteris legis poterat sibi subditos obligare ad aliquid

quid faciendum, vel omittendum sub pœna culpæ mortalis: inde sequitur, idem posse Euangelicæ legis Sacerdotem. Antecedens verissimum comprobatur authoritate sacræ Scripturæ: Dicitur enim in lib. Deuter. cap. 17. [Qui superbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrabat domino Deo tuo ex decreto Iudicis morietur homo ille, & auferes malū de Israel: cunctusq; populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia.] Constat autem ex omnium Theologorum sententia pro nullo peccato mortem tunc fuisse ex lege illa Mosaica inflictam, nisi pro peccato mortali: Consequentia patet ex eo, quòd non solum non licet asserere, sed nec quidem opinari Sacerdo-
6 tes † legis Euangelicæ minoris esse potestatis in his, quæ ad Ecclesiæ gubernationem spectant, quàm fuerit olim Sacerdotium legis Mosaicæ ad regimen Synagogæ, vt docuit Apost. ad Hebr. cap 7. qui Apostolus volens nos docere præceptum patris posse obligare filios ad peccatum mortale. Ad Rom. c. 1. inter mortalia peccata enumerauit inobedientiam filiorum, subdēs, qui talia agunt digni sunt morte, quod prius docuerat Deus ipse per Moisen in lib. Deuter. cap. 21. dicens [Si genuerit homo filium contumacem, & proteruum, qui non audierit patris, aut matris imperium, & coercitus obedire contempserit, apprehenderit eum, & ducent ad seniores ciuitatis illius, & ad portam iudicij, dicentque ad eos: Filius noster iste proteruus & contumax est, monita vestra audire contemnit, com messationibus vacat, & luxuriæ, atque cōuitijs, lapidibus eum obruet populus ciuitatis: & morietur, vt auferatis malum de medio vestri, & vniuersus Israel audiens pertimescat.] & tamen patet neque in testamento veteri aliquando impositam pœnam mortis, nisi pro culpa mortali. Tertiò idem probatur sic; Maius & potētius est
7 imperium Principū † super sibi subditos, quàm patris super filios: Inde sequitur, etiam principes aliquid præcipiendo posse obligare subditos illius præcepti trāsgressores ad culpam mortalem. Consequentia probatur per locum arguendi a minori ad maius. Minor in antecedenti collocata per superius allata probata fuit. & pro maiori intelligentia illorum Sciendum,
8 quòd & si Principes † non possint regulariter aliquid præcipere sub mortali culpa sibi subditis in rebus domesticis illorum, non impedientibus bonum commune ciuitatis, aut regni: tamen poterunt præcipere circa pertinentia ad bonū publicum. Cum Principis regnum super subditos dicatur politicum. Imperium verò paternū super filijs dicatur œconomicum, quia ad solam rem domesticam, & pacificam illius conserua-
9 tionem dirigitur: Quapropter pater † non poterit præcipere filio circa ea, quę ad rem domesticam conseruandam non pertinent, etsi ad bonū commune spectent: & indè patuit alterum ex his imperijs præualere alteri in re peculiariter sibi attinenti. Quartò sic arguitur. Prælatus Eccle-
10 siasticus † potest condere Canonem (etiam de re non prohibita Diuino, vel naturali iure, obligantem illius trāsgressorem ad excommunicationem ipso facto incurrendam. Indè sequitur, ipsum posse statuere Canonem obligantem ad culpam mortalem. Antecedens probatione non indiget. Cum quàm plurimi sint Canones in corpore iuris Pontificij latam excommunicationē continentes, præsertim cum multi ex illis sint nō solùm a Papa solo, verumetiā a Concilijs gñalibus legitimè cōgregatis cōditi: quorū Decisiones erroneas esse nullus catholicus asseuerare au debit. Consequentia ab omnibus Doctoribus approbatur, éum vnicà ac consona voce doceuerit neminem posse excommunicari, vel incidere in excommunicationem latam a iure nisi pro mortali, & nō tantum pro simplici quocumque mortali, sed mortali contumaciæ exhibito præcepto excommunicanti. ex his ergo conuincitur, ius
11 humanum, seu leges † purè humanas obligasse, ac posse obligare transgressores earum ad peccatum mortale: quoniam aliàs non potuissent proprer solam illam transgressionem illos excommunicare: Nam in c. super Specula. extra Ne Clerici, vel Monachi excommunicantur Religiosi exeuntes Claustra ad audiendam legem, vel Physicam, quamuis talia audire non tantum malum non est, vel prohibitum de iure Diuino vel naturali, imò tacitè concessum, vt ipsi Religiosi Sacerdotes postea talib. disciplinis aptiores reddantur ad curam animarum, & ad saluti proximorum piè & cum fructu prospiciendum, & tamen vt a talibus abstineant præcipitur eis. Idem comprobatur in c. ut periculosa Ne clerici, vel Monachi, in sexto, vbi excommunicantur Religiosi extra Claustrum egredientes sine habitu propriæ Religionis, & sic de multis alijs possem⁹ asseuerare, nisi studio breuitatis (quantum fieri poterit sine obscuritate sermonis) delectaremur. Remanet ergo firmissima conclusio
12 posse Prælatos † per sua statuta in scriptis redacta, vel solùm oretenus facta (ratione aliqua ad hoc moti, obligare sibi subditos temerarios trāsgressores suorum præceptorum ad peccatū mortale, etiam si res, de qua agitur, non sit prohibita iure Diuino. Quintò contra eandem opinio-
13 nem sic poterit argumentari: Præcepta † humana iusta, censentur esse Diuina, & sic appellātur ab ea. Inde consequens erit, quod illis, perinde ac Diuinis præceptis erit obediendum: quoniā quæ illi rectè præcipiunt, a Deo præcepta esse dicuntur. Nam sicut Deus ea, quæ credere nos voluit, loquutus est nobis per os Sanctorum, qui a sæculo sunt Prophetarum eius: ita etiam pie credere oportebit, ipsum Dominum sæpè ea, quę facere oporret, præcipere nobis per os Pastorum suorum, quibus nos oues eius commisit. Quapropter hac de causa præcepta Præpositorum, qui curam populi habent, meritò præcepta (aliquo pacto, Diuina censentur: quia a Deo potestatem illam receperūt, vt populo sibi commisso ea, quæ ad leges Dei obseruationem maximè conducūt, præcipere possent. Vnde Ambros. exponēs illud Apostoli Rom. c. 11. Quę aūt sunt a Deo ordinata sunt, ait. Vt nemo putet quasi humana cōmenta contēnenda. Videt enim ius humanis auctoritatibus deputatum. Hic ergo subiectus est potestati, qui se terrore Dei ab his abstinet, quæ prohibet. Hæc Ambrosius. Sed ad hoc ipsum ꝓbandum non video tot testibus indigere: Cùm ipsummet eliciatur ex sacra Scriptura in lib. Exodi c. 19. Populus enim Hebręorū cùm murmuras-

muraſſet contra Moyſen & Aaron fratrem eius: dixit illis Moyſes. Dabit vobis Dominus veſpere carnes edere, & mane in ſaturitate, eò ꝙ audiuit murmurationes veſtras, quibus murmurati eſtis contra eum. Nos enim quid ſumus? Nec contra nos eſt murmur veſtrum, ſed contra Dominum. Hoc ideo dixit Moyſes: quia illi a Deo miſſi erant, & poteſtatem a Deo ad populi regimen acceperant: & ob hanc cauſam, iniuriam illis illatam, Deo inferri cenſebat. Idipſum verò apertius docuit Apoſtolus 1. Theſſal. c. 4. dicens, [ſcitis quæ præcepta dederim vobis per Dominum Ieſum: & paucis interpoſitis, ſubdidit: Itaque qui hæc ſpernit, non hominem ſpernit, ſed Deum, qui etiam dedit Spiritum ſanctum in nobis.] Idipſum adhuc apertiùs docuit idem Sanctus Apoſtolus 1. Corint. c. 4. poſtquàm nonnulla ſtatuerat, quæ in Scripturis antea non erant expreſſa: ſtatim ſubiungés [ſi quis videtur Propheta eſſe, aut ſpiritualis, cognoſcat quæ ſcribo vobis: quia Domini ſunt mandata. Sed apertiùs ipſemet Dominus Ieſus idipſum docuiſſe animaduertet, qui accuratè perlegerit, ac ponderauerit quæ docuit in ſancto Euangelio apud Lucã cap. 10. verſic. 16. dicens. [Qui vos audit, me audit: & qui vos ſpernit, me ſpernit. Qui autem me ſpernit, ſpernit eum qui me miſit.] & apud Matth. c. 23. nu. 2. & 3. vbi protulit hæc verba Dominus Ieſus, dicens, [ſuper Cathedram Moyſi ſederunt Scribæ & Phariſæi: omnia ergo quæcumque dixerint vobis, ſeruate, & facite: ſecundum opera verò eorum nolite facere: dicunt enim & non faciunt.] Idem docuit Deus omnipotens in lib. Deuter. c. 17. nu. 12. & 13. dicens, [Qui autem ſuperbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, (qui eo tempore miniſtrat Domino Deo tuo) ex decreto Iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Iſrael, cunctuſq; populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumeſcat ſuperbia.] hæc ibi. ex quibus apertiſſimè elicitur, Prælatis
14 præcipientibus † fieri aliquid indifferens, ſcilicet iure Diuino non prohibitum, non obedientem mortaliter peccare: Cùm idipſum tacitè fieri videatur contra Diuinum præceptum omnibus præcipiens morem gerere pręceptis Prælatorum, ac aliorũ noſtrorum Superiorum. & hæc pauca, de multis afferendis in tutelam præſentis quintæ rationis, attuliſſe ſufficiat. Cùm his allatis quinque rationibus poſſet quiſque reſpondere cuicumque obiectioni ſibi faciendæ.

SVMMARIVM.

1 *Lex humana quod obliget eius tranſgreſſorem ad culpam mortalem necne, quomodo cognoſcetur.*
2 *Conſcientia erronea, quomodo dicatur obligare ad mortale.*
3 *Bonum & malum ex quibus cauſis proficiſci dicatur.*
4 *Lex humana poteſt dici iniuſta per contrarietatem ad bonum Diuinum. & ex alijs defectibus, vt ibi.*
5 *Par in parem non habet imperium, nec multominus inferior in ſuperiorem.*
6 *Poteſtas datur a Deo ad ædificationem, non ad deſtructionem.*
7 *Legis iuſtæ defectus, eſt defectus debiti finis, & quare, & quid operetur.*
8 *Legis iuſtæ defectus alius eſt poteſtatis defectus in legiſlatore. etiam ſi in ea nihil contra naturalem, aut Diuinam legem ſtatutum fuiſſet, quod fieri quomodo contingat.*
9 *Prælatus ordinarius excommunicans ſubditum ſuum extra limitem iuriſdictionis ſuæ degentem, iniuſtè agit, & eius excommunicatio nulla cenſetur.*
10 *Lex redditur iniuſta ex defectu formæ debitæ. & ibi in quo conſiſtat hæc forma.*
11 *Lex iniuſta an obliget eius tranſgreſſorem ad mortale, & quid de quocunque alio ſuperioris mandato.*
12 *Lex humana, quantumlibet iuſta, an & quando non poſſit vel poſſit obligare illius tranſgreſſorem ad culpam mortalem.*
13 *Princeps per quam legem non poteſt quid ei ſimile præcipere. & declaratur lex 1. de conſtit. princ.*
14 *Princeps, vel Prælatus an poſſit pro re leuiſſima legem aut præceptum facere obligando ad mortale.*
15 *Peccatum mortale quid ſit, & in quibus differat a veniali.*
16 *Prælati, præſertim regulares taxantur, dum putant ſe legitimè poſſe ſubditis ſuis quicquid voluerint præcipere cum obligatione ad culpam mortalem. & aſſignatur ratio.*
17 *Ceſſante iuſtitia cauſa, qua lex condita fuit, ceſſat & obligatio eius ad mortalem culpam, etiam ſi Prælatus tale præceptum non reuocaſſet, & quare.*
18 *Poſſeſſio quomodo acquiratur, & quomodo amittatur.*
19 *Cauſa mouentis Prælatum ad aliquid præcipiendum ſub præcepto, parte adhuc durante, non ceſſat vis præcepti, & id quando, & quare.*
20 *Tributorum impoſitionis cauſa ceſſante; an ceſſet obligatio illa ſoluendi, diſcutitur.*
21 *Tributum imponendi cauſa iuſta quæ ſit.*
22 *Lex humana pœnalis quando obliget tranſgreſſorem eius ad mortale peccatum.*
23 *Canon loquens per verbum præceptiuum, aut æquipollens præcepto, denotat ipſius Canonis tranſgreſſionem eſſe peccatum mortale.*
24 *Lex humana vtens verbis præceptiuis quare non ſemper obliget tranſgreſſorem ad peccatum mortale. & quid de lege Diuina.*

PRAELVD. IIII.

ARGVMENTVM.

Quomodo poßit cognoſci legem aliquem humanam pœnalem obligare aliquem tranſgreſſorem ad culpam mortalem.

NE forſan, incauto Lectori allata in præcedenti Pręludio ſcandalum, ac fomitem peccandi, vel deſperandi ſubminiſtrarent, præter intentionem noſtram: eò ꝙ forſan intelligeret nos docuiſſe quemlibet trãſgreſſorem cuiuſcunque legis humanę ex qualibet eius tranſgreſſione mortaliter peccare: (quod nunquam docere intendimus per ſupraſcripta) operæ pretium duximus apertiſſimè interpretari ſupraſcripta procedendo per nonnullas concluſiones, vt manifeſtiùs veritas deciſionis

nis præſentis quæſtionis declaratiuæ præceden-
tis omnibus innoteſcat.
Prima Concluſio ergo ſit hæc. Quòd lex hu-
mana obliget eius tranſgreſſorem ad culpã mor-
1 talem, necne, cognoſcetur † ex iuſtitia contenta
in ea: qm nulla lex humana iniuſta poterit ali-
quẽ directè & propriè in conſcientia ad culpam
mortalem obligare. Dixi [directè & propriè in
conſcientia.] quoniã quando quis ſtimulo con-
ſcientiæ erroneæ agitatus, ne aliquod indifferẽs
ſub pœna peccati mortalis fuerit facere prohibi
tus, ſi ille (tali erronea conſcientia non depoſita)
illud tale auſus fuerit facere: proculdubio mor-
taliter peccabit, non propter opus tale indiffe-
rens operatum, (cùm illud fieri ſupponatur nul-
lo iure prohibitum) at quoniam tale quid ope-
2 rans, † credensq́; ſe illud faciendo peccare mor-
taliter, prælegit potius tranſgredi illam legem,
quam credebat mortalis peccati noxa ac vincu-
lo vincientem ipſius tranſgreſſorem, quàm abſti
nere a tali opere ſibi prohibito: (vt latius, Deo
dante, dicemus in tracta. nuncupato Scrutinium
iuris,) quapropter meritò ad declarationem ma
iorem præſentis Concluſionis appoſuimus illa
verba, videlicet: [Directè & propriè in conſcien
tia. His breuiter ergo præmiſſis inueſtigandum
eſſet & meritò quænam lex foret appellanda iu-
ſta: & licèt hoc ipſum latiſſimè probauerimus ſu
pra, pro eo ꝙ iuxta Ariſtotelis ſententiam, Con-
trariorum eadẽ ſit diſciplina: Cùm cognito vno
de contrarijs, cognoſcatur & reliquum. Nihilo-
minus cùm Diuus Dionyſius docuerit, quòd bo-
3 num † ſit ex cauſa integra: malum autem ex par-
ticularibus defectibus. Omnes autem defectus,
qui poſſent legem reddere iniuſtam: & ſi tribus
nominibus Diuum Thomam noſtrum compa-
triotam in 1.2.quæſt.96.artic.4.dicens, Primum
eſſe defectum poteſtatis. Secũdum defectum bo-
ni finis. Tertium eſſe defectum formæ debitæ:
Tamen his tribus poterit addi & quartus ex mẽ-
te ipſiuſmet Diui Thomæ, ſcilicet defectus debi
tæ materiæ, qui defectus contingit, quando res
quæ a lege pręcipitur eſt mala: nam legis obie-
ctum & debita materia, oportet quòd ſit bonum
aliquod: cùm ipſemet Sanctus Doctor docuerit
in 1.2.quęſt.96.art.4.in reſp.ad 3.quòd lex huma
na præter illos tres defectus poſſet dici iniuſta
4 † per contrarietatem ad bonum Diuinnm. Sed vt
melius percipiãtur ipſi quatuor defectus, operę-
pretium duximus aliqua ſigillatim de ipſis ſub-
inferre. Primus ergo defectus (qui reddit legem
iniuſtam) eſt quando in Legiſlatorem deeſſet po
teſtas legem ſtatuendi de eo, de quo legem con-
didit: Quapropter meritò ratione huius defe-
ctus iniuſtæ cenſebuntur omnes leges humanæ,
quæ aliquid contra legem Diuinam ſtatuerunt.
Et ratio rationum eſt, quoniã ſi par in parem nõ
5 habet imperium, † multò minus inferior in ſupe
riorem: vt in clem. Exiui de Paradiſo. de verb.
ſignific. ſi ergo inferior in ſuperiorem nõ habeat
imperium, conſequens erit, vt inferior non poſ-
ſit ſuperioris legem irritam facere, aut aliquid
contra illam ſtatuere. Cui ſententiæ cõſonat id,
quod Saluator noſter apud Mattheum c.10. ait.
[Nõ eſt diſcipulus ſupra Magiſtrum, nec ſeruus
ſupra Dominum ſuum.] Ad hoc facit peroptimè
ſententia Apoſtoli Pauli, 1.Corint, c.10. dicentis
6 datam fuiſſe a Deo miniſtris eius poteſtatẽ † in
ædificationem, & non in deſtructionem. Conſtat
autem eum, qui contra legem Dei ſtatuit, lege
ſua deſtruere velle id, quod Deus antea per legẽ
ſuam ędificare volebat. Omnis ergo lex huma-
na, quæ aliquid contra legem Diuinam ſtatuit,
ob defectum poteſtatis cenſebitur iniuſta: ac per
conſequens talis lex nullius hominis conſcien-
tiam obligare poterit: & quoniam apud Catho-
licos hoc certiſſimum retinetur, ideo de hoc pri
mo defectu dictum ſatis ſit: Cùm latiſſimè de ip
ſo loquens Alphonſus de Caſtro, in tract. de lege
pœnali, lib. 1. cap. 5. multis Doctorum ſententijs
idipſum probauerit. Secundus defectus cuius ra
7 tione lex dicetur iniuſta. † eſt defectus debiti fi-
nis. Dixi [debiti finis] vt Lector intelligat non
omnem malum finem a Legiſlatore intẽtum ſuf
ficere ad reddendam legem iniuſtam: ſi enim fi-
nis intentus non noceret Reipublicæ, ſed eſſet il
li indifferens, & res, quæ per legem præcipere-
tur: apertè cognoſceretur eſſe Reipublicæ vtilẽ:
quamuis Legiſlator talem condens legem malè
agat & peccet: lex tamen taliter condita dicetur
iuſta: ſi cætera adfuerit, quæ ad legem iuſtã con-
ſtituendam neceſſariò exiguntur. Verbi gratia, ſi
Princeps ad reprimendum effrenatum veſtimen
torum luxum legem ſtatueret, quæ pro varietate
cuiuſque ſtatus, & conditionis veſtimenta mo-
deraretur: pœnam etiam moderatam legis hu-
ius tranſgreſſori, hac ſola intentione adijciens,
vt lucrum ſibi ex talibus pœnis pararet: vel ut
vnum, aut alterum eiuẽ, (quem odio habet) hac
poſſet occaſione punire, certum eſt Principem,
Cùm legem hoc fine ſtatuat peccare. ſi tamen id,
quod per legem illam decretum eſt, in vtilitatẽ
Reipublicæ vergere dignoſcatur, erit proculdu-
bio lex illa iuſta cenſenda. & in his omnibus nõ
obſtante malo principis fine, populus tenetur le
gi ſic ab eo ſtatutæ, propterea quòd iuſta eſt, obe
dire, quamuis ille talem legem condens, pecca-
8 ret. Tertius defectus eſt † legis iuſtæ propter ſo-
lum poteſtatis defectum in Legiſlatore: etiam ſi
in ea nihil contra naturalem aut Diuinam legẽ
fuiſſet ſtatutũ: quod fieri continget, quando Le-
giſlator maiori vteretur poteſtate in legẽ ipſam
condendo, quàm fuiſſet ſibi a ſuperiore cõmiſſa:
et propter hãc cauſam Prælatus ordinarius ſub-
ditum ſuum extra limitẽ ſuæ iuriſdictionis de-
9 gentem excommunicans † iniuſtè agit, & eius
excommunicatio nulla cenſetur, vt habetur in c.
vt animarum, §. ſtatuto. de cõſtit. in ſexto, & huic
veritati conuenit illa regula iuris, quæ habetur
in c. At ſi clerici. in princ. extra de Iudic. vbi di-
citur, quòd ſententia lata a non Iudice ſuo nulla
ſit. quod & nouiſſimè ſtatutum fuit in Concil.
Trident. ſeſſ. 14. de Reformatione, c.7. in princ.
& propter hunc defectum plerique Sacri Theo-
logi cenſerunt iniuſtam eſſe legem humanã, quæ
de actibus hominis interioribus, qui ſoli Deo pa
tent, aliquid præciperet. Quoniam, vt aiunt, ta-
les actus non ſubſunt iudicio humano, & inde
conſequens eſſe arbitrantur, vt nullam ſuper il-
los habeat homo poteſtatẽ: de qua tamen quæ-
ſtione latiſſimè pertractabimus infra in quęſtio-
ne vltima per totum: vide ergo ibi. Quartus de-
10 fectus, quo redditur lex † iniuſta, eſt defectus for
mæ debitæ, quæ quidem forma conſiſtit in hoc,
vt

vt seruetur qualitas proportionis Geometricæ
inter eos, quibus imponuntur onera propter bo-
num cōmune. Iniustum enim est, vt debiles, aut
pauperes plus, aut tantum oneris pro bono com
muni sustineant, quantum fortes, aut diuites su-
stinere possunt. sed pensandæ sunt priùs cuiusq;
vires, & iuxta cuiusq; potentiam onera illis erut
postea imponenda. Cum & Deus ipse totius iu-
stitiæ fons, iuxta hanc rationem, cuique necessi-
tatem imponit operū, qui ab illo, qui multa po-
test, multa exigit; & ab eo, qui nō nisi pauca pre-
stare valet, pauca etiam petit: iuxta sententiam
Diui Gregorij dicentis: Cùm augentur dona, ra
tiones etiam crescuut donorum. & hæc æquali-
tas erit consideranda, atque obseruanda inter
onus ipsum, quod nouiter imponitur, & causam
propter quam onus imponitur. Alioquin si onus
multum excederet causam: ob id solum lex dice
tur iniusta ex defectu formæ. His ergo omnibus
sic declaratis, dicimus, omnem legem quæ ali-
quem horum defectuum patitur esse iniustam;
ac proinde nullius hominis conscientiam ad il-
11 lius obseruationem obligari. † & idem prorsus
dicendnm erit de particulari quocumque supe-
rioris mandato, ita vt nullus inferiot teneatur il
li obedire, si illius mandatum propter aliquem
defectum constiterit esse iniustum. Hoc tamen
hac conditione intelligendum esse volumus:
Nisi fortè ex eo, quòd legi, aut particulari præ-
cepto non obediatur, graue aliquod oriretur
scandalum. Nam in multis casibus expedit legi
iniustæ, aut precepto iniusto propter scandalum
euitandum obedire. Vt exempli gratia, si Prin-
ceps aliquod tributum apertè iniustum subditis
imponeret: posset subditus si absq; scandalo hoc
facere valeret Principi tributum negare: vt no-
tant Doctores, post Bart. in c. 1. extra de constit.
Si tamen id citra scandalum negare non potest,
expediet magis tribntum soluere (quamuis in-
iustum) quàm scandalum suscitare. Et in hoc ca
su intelligendum est, quod ait Ambrosius, & ha-
betur in c. si tributum. 11. q. 1. Quia etiam si nul-
lum esset tributum a Principe impositum, tene-
retur quilibet ciuis diuitiarum suarum partem,
& fortè aliquando eas omnes expedire ad tol-
lendum graue Regni, aut ciuitatis scandalū: pre
sertim si illud tolli non possit nisi pro talium di-
uitiarum oblationem. Nam hac, aut illa simili
tam arcta necessitate vrgente, præcepit Saluator
noster vnicuique, vt iure suo cedat, sic inquiens.
Qui vult tecum in iudicio contendere, & tunicā
tuam tollere, dimitte ei & pallium: & quicunq;
te angariauerit mille passus, vade cum eo alia
duo. Ad eundem modum etiam dico, eum, qui
iniustè carceratus est, posse absque culpa morta-
li carceres frangere vt exeat, si aliter exire non
potest: quoniam precepto, aut legi iniustæ nemo
parere tenebitur: ergo poterit contra illius inin
stum præceptum a carcere exire: Nec ipsa carce
ris effractio poterit illi ad culpam imputari, si
aliter exire non potest. & potissima ratio est fun
data in defensione vnicuique indulta a iure natu
rali, Diuino, & humano. vt in clem. 1. de homic.
& in l. vt vim. ff. de iustitia, & iure. Cùm iniusta
detentio in carcere sit manifesta violentia. Et ex
his sequitur primò, q̄ is, cui talis iniustitia esset
manifesta, non teneatur illi citra scandalum in
conscientia obedire. Et inde vlteriùs sequitur, vt
qui per talem sententiam iniustam fuisset re sua
priuatus, si aliter non potest damnū sibi illatum
resarcire, poterit ab illo, qui per iniustam senten
tiam rem suam abstulit tantundem clanculo sur-
ripere, quantum fuerat ab eo iniustè sublatum.
12 Secunda cōclusio sit. Nulla lex humana † quan
tumlibet iusta sit, obligare poterit illius trāsgres-
sorem ad culpam mortalem: nisi illa sit circa ma
teriam talem, quæ possit causam sufficientē præ-
bere ad inngendam talem obligationem. Hæc
cōclusio infrascriptis medijs fulcitur: Cum ipsius
veritas eliciatur ex alia conclusione, in qua dici-
tur Legislatorem nihil sine causa legitima, & ra-
tione posse præcipere: Alioquin (vt docuit Arist.
5. & 8. Etic.) ipse legislator censeretur tirannus.
Nam vt dicitur in Clem. Pastoralis, de re iudic.
Princeps non potest sine causa legitima rerū do
minia ab vno tollere, & alteri dare, prout latissi-
mè docuit Antonius Gabriel. in tract. conclusio-
nis veræ ampliationes & limitationes. ex his er-
go implicitè sequitur Principem per suam legē
non posse quid ei simile præcipere iusta causa.
Nec obstat text. in l. 1. ff. de constitut. princip. di-
13 cens, quod Principi placet, † legis habet vigo-
rem: quoniam intelligendum hoc ipsum erit, si
iusta adsit voluntatis causa: aliàs sola voluntas
Principis sine causa legitima non poterit aliquē
in conscientia obligare. Nec obstat sentētia Glo
sæ in l. Relegari. ff. de Pœnis, dicentis, Magnam
esse rationem in Principe solam eius voluntatē;
si aliquid veritatis habet, in foro exteriori tan-
tùm illud verificari æstimamus: ita vt a Principe
non sit ratio legis ab eo statutæ petenda: sed so-
la eius voluntas pro ratione sufficere debeat.
Quia semper præsumendum est pro Principe: ni
hil illum sine causa, & sine ratione facere. Aliud
tamen in foro conscientiæ erit necessario dicen-
dum: quia ibi nō præsumptioni, sed veritati stan
dum erit, quandocunque illa cognosci poterit.
Et quòd nostra præsens cōclusio sit vera, elicitur
etiam ex hac naturali ratione: Nam longissimè
a naturali ratione dictare potest, quòd Principi
14 vel Prælato † non liceat de quacunque re leuissi-
ma legem aut præceptum facere, obligans illius
transgressorem ad mortalem culpam. Quoniam
si ita res se haberet: inde sequeretur, quòd mul-
tò maior, & crudelior esset politiæ spiritualis se-
ueritas, quàm politiæ corporalis: & peior atque
miserior esset animæ in hac vita subiectio, quàm
corporis. eò quòd lex humana in corporali, &
mundana politia non potest pro aliqua leui cul-
pa hominem ad mortem corporalem obligare:
ergo in politia Ecclesiastica & spirituali non po
terit lex pro qualibet etiam leui culpa hominē
ad mortem spiritualem ordinare: Consequentia
ista probatur auctoritate Diui Augustini, qui
(lib. 21. De ciuitate Dei, cap. 11.) mortem spiri-
tualem in politia spirituali comparat ad mor-
tem corporalē in politia mundana: sic inquiēs.
Quod est de ista ciuitate mortali homines sup-
plicio primæ mortis, hoc est, de illa ciuitate in
mortali homines supplicio secundæ mortis au-
ferre: Hæc Augustinus. sicut ergo in politia mun
dana nulla lex morte punit aliquē, nisi pro gra-
ui, Principis, aut Reipublicæ offensa: vt est crimē
lęsę maiestatis, aut crimen heresis, aut graue fur-

rum,

tum, aut homicidium, aut aliquod aliud simile
peccatum; ita nulla lex poterit aliquē obligare
ad mortem spiritualē nisi pro re magni momen-
ti: quæ scilicet valde Deū, aut proximum offen-
deret: & huic sententiæ fuit Riccardus de San-
cto Victore in tract. de Differētia peccati morta-
lis, & venialis: q mortale peccatū per distinctio-
nē definiens; hæc inquit, Peccatū mortale, quan
15 tum mihi vr, triplici ratione distinguitur † Nā
primò sic dicendo, q mortale sit, quod a quouis
non possit cōmitti sine graui corruptione sui. Itē
& secundò mortale est, quod nō possit cōmitti si-
ne graui læsione proximi. Item & tertiò mortale
erit, quod nō poterit committi sine magno con-
temptu Dei. Cætera verò videntur oīa mihi ve-
nialia. Hæc Riccardus. In quibus verbis id po-
tissimum animaduertēdū erit, iuxta illius senten
tiam. Granem semper oportere esse rem, & ve-
hementer aut noxiam, aut offensiuam; circa quā
peccatum possit mortale committi. Modicam &
leuem proximi offensionem, prout est leuissima
iniuria, aut leuissimum furtum, aut leuis percus-
sio à leuissima ira procedens: dicit nō esse mor-
tale peccatum, sed veniale. Ex qua peroptima re
gula ab omnibus Doctoribus communi consen
su recepta, inferimus multas esse leges in iure
ciuili, quæ obligare non possunt illorum trans-
gressores ad peccatum mortale: quia res, circa
quas versantur, & de quibus disponunt, nō sunt
tanti momenti; nec sunt Reipublicæ tam neces-
sariæ, vt propter illarum omissionem iustè de-
beāt homines mortem incurrere æternā. Ex qua
regula apertissimè conuincitur pessimam esse
16 ignorantiam nōnullorum Prælatorum, † & pre-
sertim regularium: qui putant se legitime posse
subditis suis quicquid voluerint cum obligatio-
ne ad culpā mortalē præcipere. ex qua etiā igno-
rantia euenire in dies constat: vt sæpe præcepta
preceptis addant innumera, & pro leuissima cau
sa, quæ parum aut nihil ad Religionis obserua-
tionem faciat, obedientiæ necessitatem iniun-
gant. Summa enim fatuitas est, si Prælatus putet
se passim posse obligare subditos ad culpā mor-
talem propter solam silentij violationē, aut pro-
pter morosum ad Missam accessum, vel propter
alias hmōi. obseruantiarn regularium minima-
rum trāsgressiones. Hæc enim omnia, & his simi-
lia ex se, & ex sua natura nō sunt tāti valoris, nec
illarum simplex omissio potest tam grauiter re-
ligioni nocere, vt propter illa sit meritò religio-
sus ad mortem æternā obligandus: vt puta, gra-
ue scandalu religionis, aut magna occasio trans-
gressionis votorum regulæ suæ professionis: &
tunc meritò posset Prælatus res illas sub inter-
minatione gehennæ prohibere. Nō quidem pro-
pter res ipsas, quæ re uera tanti meriti non sunt,
sed propter grauem circumstantiam illis ex acci-
denti cōiunctam. Illis autē Prælatis qui passim,
& de rebus leuibus pracepta cum necessitate
obedientiæ imponunt, conuenit apertissimè id,
quod Deus per Ezechielem Prophetam olim
(in cap. 34.) Iudeæ pastoribus & Prælatis dixit
[cum austeritate imperabatis eis, & cum poten-
tia] & illud Saluatoris nostri apud Matth. cap.
23. [Alligant onera grauia & importabilia, &
imponunt in humeros hominum, digito autem
suo nolunt ea mouere.] Nonne onus est gra-
ue, & importabile pro modica, & leuissima re
passim iniungere præcepti necessitatem sub in-
terminatione gehennæ?

Limitanda sunt, quæ diximus in præcedenti
conclusione, dicendo illa solum locum obtinere,
perseuerante tali iusta causa sub tali pœna illud
tale de sui natura leue, prohibendi in virtute san
ctę obedientiæ: Nā cessante tali iusta causa, ces-
sabit per consequens talis obligatio ad culpam
17 mortalē transgressorem talis pręcepti. † vt exem
pli gratia. si Prælatus propter scandalum graue,
quod inde verisimiliter timetur, præciperet sub
obligatione ad culpam mortalem, ne aliquis re-
ligiosus accederet ad hortum communem Con-
uentus: aut ne accedat ad talem, aut ad talē se-
cularis hominis domū, etiam si cum licentia sua
egredi Conuentū cōtingeret: aut ne cū tali, aut
tali persona loquatur, quoties occasio manet, ip
sa etiam obligatio ad culpam mortalem manet.
Si verò huiusmodi occasio scandali prorsus fue-
rit ablata: tunc & obligatio etiam ad culpā mor-
talem erit penitus nulla, etiam si ipse Prælatus
non reuocauerit præceptum suum: sed velit ad-
huc manere cum eadem obligatione, qua prius.
Hæc limitatio probatur; hoc inconuertibili iacto
fundamento. Nam si à principio, quando huius-
modi Prælatus tale tradidit præceptum, nulla
scandali occasio, aut alia iusta causa similis de-
fuisset, non potuisset (vt in secunda conclusione
docuimus) per præceptum suum in leuis mo-
mēti reobligare sibi subditos ad mortalem cul-
pam. Inde sequitur apertissimè, quòd neque mo
do hoc possit: quando ea, quæ fuit iusta causa
talis præcepti cessasset. Cōsequentia patet ex ve
rissima conclusione contenta in regula iuris, quę
elicitur ex l. quemadmodum. ff. de acquir. possess.
scilicet omnis res per quascunq; causas nascitur;
per easdem dissoluitur. Hæc enim habentur in
dicta l. Quemadmodum, videlicet ff [Quemad-
18 modum nulla possessio † acquiri sine animo, &
corpore potest, ita nulla amittitur, nisi in qua
vtrumque in contrarium actum est.] At obli-
gatio ad culpam mortalem orta est propter solā
occasionem scandali vitandam: ergo illa occa-
sione prorsus ablata, talis obligatio ad culpam
mortalē protinus dissolueretur: quod elicitur ex-
pressius per ea, quæ habentur in regula tradita
in c. Cessante causa, extra de appellat. Vbi dici-
tur, q cessante causa, cesset & effectus. quæ regu-
la etsi admittat quamplurimas exceptiones, & li
mitationes: quas loco suo afferemus: tñ in pñti
proposita materia ipsas nō recipiet. Cùm potis-
sima & principalissima causa inducendi obliga-
tionem ad culpam mortalem, fuit occasio scan-
dali, vel alia similis. Inde ergo sequitur, quòd
illa cessante, cessabit etiam obligatio ad culpam
mortalem. Nec pręsenti decisioni obstabit, quòd
huiusmodi lex pœnalis exprimeret ipsam cau-
sam motiuam, vel illā silentio præteriret: quia si
causa ipsa taliter cognosci potuerit, quòd illa
fuerit talis, quòd indubitata ratione cognosci-
tur illa & non alia; idem esset dicendum procul
dubio ac si illa aperte exprimeretur: prout do-
cuerunt plerique omnes Doctores per me intra
referendi in tract. de extensione legū pœnalium
& correctoriarum conclusione & limitatione.

Sublimita quæ dicta fuerunt in præcedenti li-
mita-

mitatione, dicendo ipsa habere locum, quando
19 tota causa Legislatoris † motiua ad tale quid præcipiendum cessasset: secus tamen quando adhuc aliqua pars causæ in suo robore permaneret: quoniam tunc non cessaret talis obligatio huius modi legis: Nisi fortè talis partialitas causæ esset, q solum ab illa legis aut præcepti obligatio pendebat: ita vt omnia alia seclusa, illa per se sufficeret inducere obligationem, & sine illa nulla alia hoc efficere posset. Hinc oritur, vt licet aliquis per virtutum exercitia carnem suam planè subiecisset spiritui: nihilominus ad ecclesiastica ieiunia obseruanda teneretur. Quia repressio carnis non est sola causa, propter quam indictum est ab ecclesia ieiunium. sed sunt aliæ; vt puta, eleuatio mentis in Deum. Augumentum meriti & præmij, quæ satis sunt ad obligationem ieiunij imponendam. vt docuit Alphonsus de Castro in primo lib. capitulo quinto, documento tertio in fine.

Ex præcedentibus immediatè duabus limitationibus, sequitur hoc notatu dignissimum corro-
20 larium. s. multa tributa, † quæ olim in conscientia debebantur, nunc in conscientia nō deberi: quãmnis lege adhuc manente talia tributa exigantur. Cum cesset causa iustæ impositionis factæ ipsorũ. Hoc corrolarium (vltra innumera allata a Tiraquel. in tract. Cessante causa) probatur per hoc, quòd circa multa tributa, quę in varijs Prouincijs & Regnis a diuersis principibus exigúntur, non extant illæ iustæ causæ propter quas constat talia tributa fuisse olim imposita: aut si illę iustæ causæ extant, ipsi tamen, qui tributa exigunt, non præstant id, propter quod constat talia tributa fuisse a principio concessa. Vnum ergo ex multis, quæ communi Doctorum sententia requiruntur
21 ad tributum iustum imponendum, † est iusta causa, quæ sit communis & non priuata vtilitas, cui consuli procuratur per huiusmodi tributorum impositionem & exactionem. Alioquin si pro vtilitate priuata imponeretur: pura tyrannis diceretur. At si aliqua istarum causarum adesset, iustè posset ab Imperatore, aut a Rege tributum moderatum imponi: causa tamen cessante, tributum iniustè exigetur. Vt gratia exempli, si ad constructionem pontis, aut mnrorum ciuitatis, aut alicuius arcis ad tutelam regni necessariæ tributum imponatur, consumatis huiusmodi ædificijs, non poterit iam illud tributum exigi. & sic de singulis similibus. Et ratio rationum est: Quia cessante causa iusta, per quam constat impositum fuisse tributum, oportebit cessare tributum. & iuxta hunc modum dicendum est in omnibus reliquis tributis, quorum impositionis causa cognoscitur esse iusta, ita vt illa protinus cessante, cesset etiam iusti tributi obligatio. Quapropter tunc poterit subditus tributo sine vllo peccati scrupulo principem de tali tributo fraudare, non obstante contraria lege per eum lata de tali tributo soluendo, prout expressè docuit Bartolus in l. vectigalia. ff. de Publicanis. quem sequitur Abbas in capitulo primo, extra de Constitutione, nisi indè immineret scandalum, vt supradictum fuit: vt optimè docuit Alphonsus a Castro in suo elegantissimo tractatu de lege pęnali, libro primo, documento tertio in fine.

22 Tertia conclusio sit. Lex humana † pœnalis iusta, & de re graui aliquid statuens, obligat illius transgressorem ad culpam mortalem, aut venialem, iuxta variam Legislatoris voluntatem, quæ ex varijs ipsius legis verbis conijci poterit, & non aliundè: nisi fortè ipsemet Legislator posset de hac re consuli, & suam ipsius voluntatem voce propria exprimere. Indè sequitur, quòd
23 quicquid in iure canonico statuitur † per verbum præceptiuum, aut æquipollens pręcepto: denotat illius canonis transgressionem esse culpam mortalem: Hæc conclusio probatur per textum in clemen. exiui. §. Nec tamen putandum. De verborum significatione. Vbi hæc habentur, videlicet. [Nec tamen putandum est, quòd Beatus Franciscus professores huius regulæ, quantum ad omnia contenta in regula modificantia tria vota, seu ad alia in ipsa expressa intenderit æqualiter esse obligatos, quin potius apertè discreuit, quòd quo ad quædam ipsorum, verbum apponat præcepti, vel æquipollentis eidem: & quoad aliqua verbis alijs sit contentus.] hæc ibi. ex quibus verbis elicitur veritas præsentis conclusionis. Cum inibi Summus Pontifex non dixerit hoc esse peculiare in regula Fratrum Minorum, quam tunc interpretabatur, sed ad illius interpretationem præsupposuit tanquam quid ex iure elicitum apertissimè: scilicet, quòd verba significantia præceptum, & verba illis æquipollentia habent vim exprimendi obligationem ad culpam mortalem.

Limita singulariter præcedentem tertiam conclusionem, dicendo, quòd etsi regulariter ipsa vera sit: tamen indè non erit inferendum, quòd in omnibus alijs statutis idem sit semper tenendum, scilicet, quòd lex humana pœnalis loquens per verba præceptiua, vel præceptiuis æquipollentia semper obliget transgressorem ad culpam mortalem. Quapropter lex aliqua huma-
24 na † vtens verbis præceptiuis, videlicet, Præcipimus, mandamus, iubemus, prohibemus, inhibemus, vetamus, & interdicimus: Verba verò æquipollentia præcepto, sunt: Debeant, teneantur necessario, necesse est, non licet, non potest: Attamen si huiusmodi verbis adderentur, sicut sæpè addi solent sequentia verba, videlicet in virtute Sanctæ obedientiæ, aut sub interminatione gehennæ, vel sub pœna excommunicationis, tunc apertissimè declararetur obligatio ad culpam mortalem. Non ergo erit hoc inferendum in alijs statutis. Cum hoc pateat & in lege diuina. In qua multa reperiuntur posita sub verbo præceptiuo, quæ tamen de sui natura non obligant ad mortale peccatum, sed solum ad veniale: vt exempli gratia: quando Christus Iesus Dominus ac Saluator noster præcepit discumbere (vt Marcus Euangelista testatur in capit. octauo,) eos qui septem panibus erant reficiendi, & Discipulis iussit, vt paucos, quos habebant pisciculos apponerent. Et multis infirmis ab eo curatis præcepit vt nemini dicerent. Atque nullus sanæ mentis diceret Christum Dominum, & Saluatorem nostrum in illis omnibus præceptis obligasse illos, quibus præcipiebat, ad culpam mortalem. Lex enim diuina non erit extendenda ac declaranda vltra intentionem Legislatoris: sed quia quàm facillimè comprehenditur ex verbis ipsius met Domini, eius mentem non fuisse præcipiendi obseruantiam supradictorum sub censura, & pœna peccati mortalis. Indè apertissimè elicitur dictam tertiam nostram conclusionem recipere præsentē nostram limitationem.

Idemque dicemus de quocumque iure humano, quando ex leuitate materiæ prohibitæ inibi eliceretur non fuisse mentem Legislatoris obligare illius legem transgredientem ad peccatum mortale, prout etiam latissimè docuit Alphonsus de Castro vbi supra in documento quarto & quinto.

S V M M A R I V M.

1 *Extensio interpretatiua legum quid sit.*
2 *Extensio vnde dicatur, & quot extrema habeat.*
3 *Extensionis extremum dictum a quo, quid sit.*
4 *Extensio duobus modis fieri contingit ipsam sumendo largè, & extensio localis quid sit.*
5 *Diffinitio conuerti debet cum suo diffinito.*
6 *Extensio quare dicatur progressio iusta.*
7 *Extensio quare fieri dicatur dispositio.*
8 *Exempla non ampliant nec restringunt regulam.*
9 *Arguere non licet a verbis narratiuis cum non faciant ius, nec probent.*
10 *Lex loquens in Titio, quãdo habeat locum in Sempronio, seu alio.*
11 *Extensio regulariter non cadit in nomine proprio, & quare.*
12 *Extremum a quo concurrens in extensione quando dicatur expressum.*
13 *Expressum quando dicatur, & quando tacitum.*
14 *Testatare in suo testamento se glosante, ac declarante non erit recurrendum ad glosas Doctorum pro testamenti intelligentia.*
15 *Expressam ingrediens diffinitionem extensionis interpretatiuæ legum quotupliciter contingere dicatur.*
16 *Expressè aliquid fieri dicitur multiplex.*
17 *Ratio conueniens in pluribus casibus, etsi vnica sit, decidit omnes ipsos non per extensionem, sed per comprehensionem & quare.*
18 *Ratione speciæ differentes, tamen similes per extensionẽ, tunc dicetur procedere dummodo sint similes.*
19 *Expressum tacitè quid dicatur.*
20 *Ratio vnica verisimilis, quæ mouere potuit legislatorem vel testatorem habebitur pro expressa, etsi in tali dispositione non fuisset expressa.*
21 *Interpretatio legum extensiua propriè quid sit.*
22 *Casus in aliqua lege tacitè expressus quis dicatur.*
23 *Ratio & mens legis vbi erit, tunc non dicitur fieri extensiua interpretatio, sed intellectiua, & quare.*
24 *Ex mente legis elicitum dicitur quasi expressum, & idem erit si fiat per consuetam interpretationẽ legis.*
25 *Legis mens dup. est, videlicet extrinseca, & intrinseca, & quid vnaqueque earum.*
26 *Extremum ingrediens diffinitione extensionis interpretatiuę non debet esse expressum.*
27 *Extensiua interpretatio legis quid sit, seu quando dicatur contingere.*
28 *Extensio legis dicitur repletio, suppletio, adiectio, et ampliatio legis.*
29 *Significatio verborum legis in quo differat ab extensione, & quando propriè dicatur fieri.*

PRAELVD. V.

ARGVMENTVM.
Extensio interpretatiua legum quid sit.

EXTENSIO ergo interpretatiua legum quarumcunque (siue illæ sint correctoriæ, & pęnalis simul siue penales tantum, siue limitatiuæ tantum, siue illæ neque correctoriæ, & pœnales simul, sed correctoriæ solum, neque pœnales tantum, neque limitatiuę, de quibus specia-
1 liter erit agendum) est † progressio iusta de dispo
sito expresso ad non expressum. vt docuit Bartholomeus Cępolla in suo tract. de extensione interpretatiua legum in princ. Vbi de hac diffinitione generali asserit fieri mentionem in l. si cui lana. §. 1. ff. de legat. 3 & in l. omnia alias. in l. cum ita legatur. §. in fideicommisso in fi. ff. de leg. secundo, & in alijs legibus inibi per ipsum citatis. Er nos descendendo ad singula verba ipsius diffinitionis enucleanda, (vt melius ipsa diffinitio percipiatur, prout docuit fieri textus in l. item veniunt. §. aptanda. ff. de petit. hæredit.) monebimus lectorem quòd diximus, in diffinitione. [extensio] id est extra tentio, ad denotandum, quòd extensio
2 habeat duo extrema. † Vnum scilicet a quo fit.
Aliud, ad quod fit: sicuti etiam habet fictio trãslatiua, siue extensiua. vt docuit Bartolus in l. si is qui pro emptore. in quinta quæst. principali. ff. de vsucap. & nos latissimè docuimus in quæst. de extensione legum de casu fictitio ad casum verum. Nã
3 extremum a quo fit extensio † dicitur id, quod est
expressum (vt latius infra) si enim esset quocumq; modo expressum extremum, ad quod fit extensio, non diceretur extensio, sed intensio, seu comprehensio: & appellaretur talis interpretatio intensiua, non extensiua seu extrinseca: vt quàm elegantissimè docuit Baldus in consilio suo 149. incipiente Quidam Angelus: ad quod probandum facit optimè textus in l. in his. & in l. conditiones, quæ extrinsecus. ff. de conditione, & demonstratione, & quod docuit Baldus in l. Gallus. §. nunc de lege Velleia. in not. 3. ff. de liberis, & posthumis. Et ista extrema debent esse habilia, aliàs non posset fieri extensio, vt notatur plenè per Bartolum in dicta l. si is qui pro emptore, in oppos. & in quinta quęstione principali. Vbi eleganter declarat quomodo extrema debeant esse habilia: & licet loquatur de fictione translatiua, seu extensiua: quæ in hoc est similis (vt fuit supradictum.) Quapropter si fieri contingat aliqua de causa rationabili extensio, extremum a quo debet esse habile, saltem potentialiter: & si extremum ad quod debeat esse essentialiter. Diximus extensionem [interpretatiuam] quia extensio potest esse duobus modis.
4 Vno modo, quo significat extensionem localem.
Alio modo, quo significat extensionem rationalem, seu intellectiuam. Ad denotandum, quòd significatur tantum illa extensio, quæ fit cum motu, seu sensu rationali, seu iuridico; & ad differentiam extensionis, quæ fit cum motu locali, quæ duobus modis esse potest: Vno quando non additur substantia, vel quantitas: vt quando extenduntur fimbriæ. alio modo, quando additur substantia, vel quantitas: vt quando extenditur imperium, vel volumen, idest, ampliatur. vt in l. cùm quidam. circa principium, ibi [Non leue libri volumen extendere.] C. de verborum significatione. Attamen sciendum, quòd de ista extensione locali non disputabitur in præsenti tractatu. Sed solum de rationali, seu iuridica. Ex his ergo patentissimè elucet, quòd ista dictio [interpretatiua] necessario fuerit apposita in diffinitione suprascripta. Nam sine ipsius appositione, diffinitio extensionis non esset bona: cum inde plus continetet res diffini-

ta,

ta ſcilicet extenſio, quàm ipſa diffinitio, eo quòd
reperiatur & extenſio localis, (vt diximus) cui ta-
lis diffinitio non competit : & ſic eſſet contra na-
5 turam diffinitionis, † quæ eſt, vt conuertatur cum
ſuo diffinito, vt docuit Glo. prima, in rubr. de
ſumm. Trinit. & fide Cathol. & glo. in l. prima, §.
dolum, ff. de dol. Diximus in extenſionis diffini-
tione [Progreſſio] quaſi procul greſſio : docente
Bal. in rubric. C. qui admitt. in quæſt. octaua, quæ
operatur mẽte Iudicis illius qui legem extendit,
& hoc prout eſt in habitu vel in actu volentis tunc
extendere legem rationabili de cauſa. Diximus
[iuſta] primò quia ſi progreſſio non eſſet iuſta,
6 non diceretur extenſio, † ſeu interpretatio, ſed
potius peruerſio : vt dixit Imperator in l. ſecun-
da, columna penultima ante finem. C. de veter.
iur. enuclea. Secundò iuſta, ideſt legitima & a iu-
re approbata. Tertiò iuſta, ideſt probabilis a iu-
re ſcilicet approbanda : vt habetur in l. prima, C.
de legibus. & Quarto iuſta, ideſt, quæ habet iuris
effectum. Diximus, Primò [de diſpoſitiuo] ad
differentiam extenſionis, quæ fit cum motu lo-
cali. Item ad differentiam fictionis, quæ regula-
riter non fingit ſuper diſpoſitiuo, neque ſuper his,
quæ ſunt iuris, ſed ſuper his, ſiuè in his, quæ ſunt
facti: Ex his ergo elicitur, quòd extenſio non ca-
dat in verbis enunciatiuis, quæ non diſponunt :
7 ſed in verbis tantum diſpoſitiuis. † diximus ſe-
cundò [de diſpoſitiuo] ad differentiam eorum,
quæ ponuntur exempli gratia. Nam ipſa exten-
ſionem non recipiunt: eo quòd exempla non re-
ſtringant, nec amplient regulam : etſi eam decla-
rent. vt docet textus in l. prima. §. quod vulgo. ff. de
vi & vi armata. Nec dicendum erit fieri extenſio-
nem de eo, quod in exemplo ponitur, ad alia,
quæ ſub exemplo non ſunt, ſed ſub regula conti-
8 nentur : † ſicuti non erit dicendum fieri exten-
ſionem de genere ad ſpecies ſub genere compre-
henſas : quia illa non eſt extenſio, ſed compre-
henſio : vt docuerunt eleganter Petrus, & Cyn. in
Lliura non in ſingulos. ff. de legibus. Bal. in l. de
quibus. ff. de legar. & Pau. de Caſtro in conſilio.
331. columna ſecunda, eo magis, quòd verba
exempli ſint narratiua, que de ſui natura non pro-
bant, neque diſponãt, vt docuit Innocentius in ca
pitulo finali, extra de fide inſtrument. Diximus &
tertio [de diſpoſitiuo] ad differentiam verborum
narratiuorum: & ratio in promptu eſt, quia a ver-
9 bis narratiuis non licet arguere. † Cum non fa-
ciant ius, vt docuit Glo. not. in l. vnica. C. non pe-
ten. part. Ludoui. Romanus in repet. Authent. Si-
militer. columna vigeſimaſecunda, in principio,
ad l. Falcid. Ioan. And. in capit. dilecti, extra de
præben. Glo. in cap. Cum qui. in verſiculo. Non
teneris, ext. de dolo, & contu. in ſexto, & ibidem
Dominicus a Sancto Geminiano. Glo. in capitulo
primo, verſiculo collatio. de rer. permut. in ſexto,
& ſentijt quoque Bartolus in l. ſi peſluſorio. in
principio. ff. de appellar. & probatur in capit. ſi
Papa, in princip. de priuileg. in ſexto, & ibi Ioan.
And. & Geminianus: qui dicunt, quòd natura nar
ratiuorum eſt, vt non probent, ſed vt probentur.
Diximus & quarto [de diſpoſitiuo] vt excluda-
tur nomen proprium prolatum a lege : quia lex
10 † loquens in Titio, habet locum in Sempronio,
quando termini ſunt indifferentes, quia nomen
proprium videtur tunc expreſſum cauſa exempli,
vt not. Cynus in l. vnica, quæſt. 2. C. vti poſſi. Vnde

in nomine proprio regulariter non cadit exten-
11 ſio † etiam ſi eſſet lex condemnatoria, quæ no-
men proprium exprimeret, iuxta capitulũ primũ,
de ſciſmaticis in ſexto, quia quando lex loquitur
in nomine proprio alicuius, & deciſio eſt ſim-
plex, vel generalis, nomen proprium videtur ap-
poſitum gratia exempli: vel quia ſic de facto con-
tingit, & ſic extenſio non conuenit : (vt ſæpe di-
ctum eſt, ſed quando lex eſt condemnatoria ſub
nomine proprio, licèt poſſit conuenire extenſio
de perſona ad perſonam : tamen non poteſt, nec
debet fieri: ex quo ſententia eſt pœnalis, & ſtricti
iuris, vt in l. ſi patronus. §. ſi quis cum eſſet. ff. de
bon. lib. & notatur in l. quicquid aſtringendæ. ff.
de verborum obligatione. Diximus in diffinitio-
ne extenſionis [expreſſo] hoc eſt, primum exten-
ſionis extremum a quo. Nam tale extremum de-
bet eſſe expreſſum, & habile ſaltem potentialiter.
Dicitur autem illud extremum a quo eſſe expreſ-
12 ſum, † quando ſcriptum, vel dictum reperitur, vt
in l. Oratio. ff. de ſponſ. ibi [vel loquuta eſt] &
hoc etiam Bal. tenet in l. ſed & ſi quis. §. Quæſitum
columna quinta, verſiculo venio ad quæſtiones.
in fine. ff. ſi q. caut. dicens expreſſum etiam illud,
13 † quod voce profertur, vel quod per ſcripturam
apparet ad oculum. Tacitum verò illud, quod
colligitur ſolùm per rationem intellectus. Et ideo
idem Bal. in Authen. Niſi rogati, columna ſecun-
da, C. ad Trebel. dixit, quòd tacitum conſiſtit in
interpretatione iuris. Non autem expreſſum.
Nam vbi teſtator ſeipſum in ſuo teſtamento glo-
14 ſat, † ſeu declarat: non debemus recurrere ad glo-
ſas legis. facit. l. continuus. §. cum ita. ff. de verbo-
rum obligatione : Attamen memoriæ tenaciſſi-
15 mè tradendum erit, quòd expreſſum † verbis vel
ſcriptum ingrediens diffinitionem extẽſionis po-
teſt contingere tribus modis. Vno modo in ge-
nere, vt in l. finali. in fine. Cum ibi not. C. quod
cum eo. Secundo modo ſpecialiter, vt in l. prima,
§. inter filium. ff. ad l. Cornel. de fal. Tertio modo
ſingulariter, quando proprio nomine aliquid ex-
primitur, vt in l. cum in rerum. §. finali, ff. de legat.
priuiò & ibi glo. paruula, vt eleganter not. Bart. in
l. prima in principio ſecundæ columnę, ff. de vul-
gar. & pupil. Et habetur per glo. & Doct. in l. ſi
mihi & tibi. §. finali, verſiculo valebit. ff. de le-
gat. primò. Cuius dicto addendum erit ſingula-
riter, primò, quòd quando reſpectu certæ perſonæ
16 lex mandat quid fieri, tunc dicitur expreſsè † fie-
ri illud, quod fit verbis ſingularibus, ſiue ſpecia-
libus, non autem tacitè per coniecturas, vt glo.
ordinaria in capitulo Inquiſitores. verſiculo ex-
preſsè de Hære. in ſexto. Et ſecundò idem erit
dicendum, vbi lex corrigens deſiderat quid ex-
preſſim fieri : quia ad ſatisfaciendum ei, neceſ-
ſe eſt fieri expreſſionem verbis ſpecialibus : non
autem tacitè inferri ex coniecturis. vt in l. ſi quis,
in principio teſtamenti: verſiculo ſed hoc ita. De
legat. tertio, & in l. finali, C. de indicta vidui. tol.
Item tertiò quando lex requirit aliquid fieri ex-
preſſim, ſi illa lex venit ad correctionem alterius
legis : Illud dicitur fieri expreſſim quod fit ſim-
pliciter. vt in Authen. de trien. & ſemiſ. §. illud
quoque, colla. tertia, ſecundum Auguſt. ibi, & eſt
textus in Authen. ex teſtamento in fine, C. de col-
latio. Item quarto vbi aliquid requiritur fieri
expreſsè, non ex eo, quòd fit contra diſpoſitio-
nem iuris communis: ſed quia lex ſic mãdat, tunc

dicitur fieri expressè etiam si hoc ex coniecturis
appareat. facit textus in l.licet Imperator. Cum
ibi not. ff. de legat, 1. sed quinto, vbi lex requirit
aliquid fieri expressim pro eo, quia factum sim-
pliciter est contra dispositionem iuris commu-
nis, Tunc illud videtur fieri expressim pro eo,
quia factum simpliciter est contra dispositionem
iuris communis: tunc illud videtur fieri expres-
sim, quod fit per verba expressim hoc importan-
tia, non per coniecturas, vt docuit notabiliter
Angelus in Authent. de hæred, & fal.§.si vero ex-
pressim per illum text.in columna prima, in fine,
Quapropter memoriæ commẽdandum erit quod
docuit Bal. in l.De quibus.ff.de legibus,quod an
tea docuerant Pet. & Cyn. in l,iura non in singu-
las, ff.de legibus,dicens, quod quando pluribus
17 † casibus est eadem ratio, tunc vna & eadem ra-
tio numero decidit omnes casus, non per exten-
sionem,sed per comprehensionem. Nam sicut di-
cimus genus comprehendere omnes species: sic
generalis ratio diuersas species casuum emergen
18 tium, sed quando essent rationes † specie diffe-
rentes,tamen similes: tunc diceretur fieri exten-
sio, quæ alias dicetur quædam progressio de ter-
mino ad terminum, per adæquationem, seu pa-
ritatem; cuius dictum est notatu dignissimum ac
verissimum, vt ait Paul. de Castro, qui ad ipsum
docuit in suo consilio 83. incipien. In Christi no-
mine. Amen. Præsens casus modicam dubitatio-
nem habere videtur in columna secunda, quos
omnes insimul refert, & sequitur Cepolla in suo
tract.de interpretatione legis extensiuæ. in capi-
tulo primo, incipien. Extensio interpretatiua est.
numero 114. 115. qui ibidem numero 116. Ad-
dit prædictis dicens. Cui adde, illud expressum
19 † esse saltem tacitè, vbi esset omnimoda ratio,&
rationis identitas: nec tunc dicitur fieri exten-
sio, vt not. Petrus de Anch. in repetit. capituli
Canonum statuta. in columna trigesimaquinta,
versiculo ex prædictis argue. extra de Constitut.
Qui Cepolla ibidem numero 120.versiculo.Quan
do autem subdit dicens, quando autem vnica
20 tantum ratio potest subesse,† seu vna tantum po-
tuit mouere testatorem,vel legis conditorem, ta-
lis ratio habetur pro expressa: vt docuit Glo.not.
in l.Quamuis C.de fideicommiss. & ibi Bal.& Do
cto.& rursus Bal. in l.Quotiens. eodem titulo, &
in l.Maximum vitium,columna secunda, versicu-
lo,sed ista ratio, Bart.mihi non placet. C. de li-
beris præteritis, allegat l. Nominatim. ibi dum
dicit [si modo vnicus sit] ff. de liberis & posthu-
mis, & idem voluit Pau. de Castro in l.si vero.§.
de viro. ff. soluto matrimonio, facit quod notat
Barr. in l.qui Romæ.§. Duo fratres, columna se-
xta, in fine, ff.de verborum obligatione, & quòd
tunc habeatur pro expressa: Vide quæ dicentur
infra in quæstio. conclusione limitat.Interpreta-
21 tio ergo extensiua († prout docuit Ang. in l. sed
sciendum.ff.ad l.Pomp.de parricid.) propriè est:
Cum casus, de quo quæritur, non continetur in
mente, nec in verbis legis alicuius: sed solum
propter identitatem rationis lex extendi potest
ad casum, de quo quæritur, allegat ille not. in l.
Non dubium. C. de legibus. & sic sentit quod si
22 casus † de quo quæritur, non sit verbis expressus,
si tamen colligetur ex mente legis,seu verborum,
dicetur tacitè expressus & comprehensus in dicta
lege; nec tunc locum habebit propriè extensio,

sed comprehensio; prout etiam docuit Cepolla
vbi supra numero 117. addens, quòd hoc ipsum
probetur per textum in dicta l.sed sciendum. in
fine ibi [sentẽtia tantum legis continentur] Quoe
confirmauit in suo consilio 148. incipiente. Qui-
dam Ang. & in l.quamuis, in principio. C. de fi-
deicommiss. dicens, quòd vbi est ratio & mens
23 legis, non fit interpretatio † extensiua, sed in-
tellectiua, quia ratio & intellectus idem sunt.
Et quòd ratio, mens, & intellectus legis idem sint
docuit Bal. in dicta l.maximum vitium, columna
quarta, C.de liberis præteritis, allegans Dyn. in
cap. finali, de regu.iur.in sexto,& Petrus de An-
charano in capitulo primo, columna trigesimase-
cunda, extra de constitut. Quibus omnibus adden
dum est quod docuit Cepol. vbi supra, numero
131.versiculo. Quibus adde, dicens, quòd illud,
24 quod colligitur † ex mente legis in consequen-
tiam dicitur quasi expressum: quod elicitur ex
text. in l.non dubium. C.de legibus, ibi [quasi ex-
pressa lege] qui Cœpol. subdidit dicens, quòd il-
lud, quod fit ex consueta interpretatione legis,
dicitur liquere perindè ac si per verba expressa
disponentis appareret: vt docuit glo. valde not.
in l.penultima.ff.de legat.primo, & ibidem hoc
ipsum notarunt Bal.& Ioan.de Imo. & de hoc la-
tissimè dicetur in Præludio vbi de hoc fiet. Obli-
nioni nullo pacto erit tradendum, quòd mens
25 legis † vniuscuiusque duplex, est videlicet, intrin
seca & extrinseca, mens ergo legis, quæ intrinse-
ca dicitur est illa, quæ sub verbis comprehendi-
tur,& hæc alio nomine nuncupatur interpretatio
intrinseca, vt docuit Bal. in l.Gallus. §.etiam. ff.
de liberis.& posthumis, & Antonius de Ros. in l.
si vero. §. de viro, fall.6. ff.soluto matrimonio, &
hoc ipsum dicetur, quando suberit mens, sine
qua dispositum non posset substinere. vt in l.si ita
stipulatus fuero per te.ff.de verborum obligatio-
ne, vt not. idem Antonius de Ros. vbi supra in
secunda fall. quos sequitur Cœpol. vbi supra, nu-
mero 133.versiculo. Et aduertè mens verò legis,
quæ extrinseca appellatur, dicitur illa, quam na-
tura verborum non est apta comprehendere, sed
venit ex tacita ratione ipsius legis. prout docuit
Bal. in dicta l.Gallus, §.etiam allegans. notata in
simili per Cyn. in l.sciendum.ff.de verborum obli
gatione. Idem docuit Antonius de Rosa in di-
cto.§.de viro. fall.6. quos omnes fuit sequutus Ce-
polla vbi supra. Diximus denique in definitione
extensionis [Ad non expressum] id est ad extre-
mum, ad quod fit extensio. Cum istud sit extre-
26 mum † ingrediens diffinitionem extẽsionis quod
non debet esse expressum, sed omissum, & supplen
dum per extensionem faciendam: vt elicitur ex
l.Oratio. ibi [vel loquuta est] coniunctio sine ibi
[vt suppleatur quod orationi deest]. ff. de spon-
sal.& ex l. qui seruandarum. ibi [supplet prætor.
ff.de præscriptio. verbor. & ita vult Baldus in l.
prima in vltima colum. l. si rector. prouint. di-
cens, quòd de principali ad antecedens fit ex-
27 tensio † per interpretationem extensiuam, cum
verba deficiunt per dictam l.Oratio. quia inter-
pretatio extensiua nihil aliud est, nisi vbi ver-
ba deficiunt, sed non deficit ratio, vt ibi pa-
tet: & idem tenet etiam Baldus in l.si furiosi.
C. de nupt. qui dixit per illum textum, quòd in-
terpretatio extensiua est vbicumque deficienti-
bus verbis trahitur legis effectus ad aliud per
simili-

similitudinem rationis; & subdit, quòd ille est
ita bonus textus sicut alius reperiatur; & pro-
28 pterea extensio † appellatur repletio, supple-
tio, adiectio, & ampliatio: & idem docuit An-
gelus in l.sed sciendum. ff. ad l.Pompe. de Par-
ricid.qui dixit, quòd interpretatio extēsiua pro-
priè est, Cùm casus, de quo quæritur non conti-
netur in verbis, nec in mente: & iste casus omis-
sus debet esse in extremis, ad quæ fit extensio, vt
patet ex prædictis. Sed si extremum, ad quod es-
29 set expressum in verbis,† vel in mente:tunc dice-
rètur potius significatio, quàm interpretatio ex-
tensiua: quia significatio est quando non recedi-
tur a vero & proprio intellectu vocabuli:sed quan
do dilaratur, seu extenditur, vel coarctatur, seu
restringitur intellectus vocabuli, tunc illa non vi-
detur significatio, sed interpretatio extensiua, vel
restrictiua: vt in l.Non aliter. ff. de legat. tertiò
& in l.scire oportet. §. sed si maximè. ff.de excus.
tuto. secundum Bal. in Rubr. in principio. C.de
verbor.signif. & per Ang.in l.1. ff.de tribu. opor-
tet ergo(vt extensio propriè locum habeat) quòd
extremum,ad quod fit extensio, nō sit expressum:
seu non comprehendatur sub extremo, a quo se-
cundum impropriam eius significationem: sed
comprehendatur secundum propriam: vel quòd
nec secundum propriam vel impropriam com-
prehendatur; vt patet ex prædictis, prout docuit
Bart. in l.Si is, qui pro emptore, colum.23. in
principio, ff.de vsucap.qui dicit, quòd extende-
re est interpretari ad fictum, & improprium in-
tellectum. Et hæc omnia dicta sufficiant ad pro-
bandam veritatem diffinitionis traditam de ex-
tensione.

SVMMARIVM.

1 *Extensio interpretatiuà legam est duplex, videlicet acti ua, & passiua.*
2 *Extensio interpretatiua legum fieri qaando dicatur, seu quod sit.*
3 *Extensio actiua legum quando fieri dicatur.*
4 *Extensio interpretatiua legum passiua, quia dicatur.*
5 *Extensionis actiua natura qaæ sit, & quæ passiuæ.*
6 *Signa vniuersalia restringantur ad habilia.*

PRAELVD. VI.

ARGVMENTVM.

Extensio interpretatiua legum quotuplex sit, & de extensione octaua.

DIGESTO aliquali sermone de quid-
ditate extensionis interpretatiuæ,
meritò verbum subsequenter fa-
ciendum erit de ipsius quotupli-
citate. Quapropter sciendum,
1 quòd extensio † interpretatiua le-
gum est duplex: videlicet Actiua & Passiua: vt
docuit Bartolus in l.omnes populi, in quarta que-
stione 6. quæst. princip. numero 60. versiculo
Dic aut quæris. ff.de iust. & iure. & ibidem Bal.
in columna decimaquarta, versiculo. Item quę-
ro, quòd illud ius, quod trahit: dicens quòd il-
lud ius quod trahit aliud ad se dicatur recipere
interpretationem passiuam si ab eo informatur:
sed si non informaretur ab eo, dicatur interpreta-
tio passiua, ergo interpretatio est suscipere: acti-
ua influere alteri. & in col.16. vers.sed quæ est in-
terpretatio actiua, & in columna octaua, numero
22. & rursus per Bart. in l.prima, §.Hære Falcidia.
ff.ad l.Falc.& in l.1.ff.de mun.& hon.& in l.si quis
seruo.in fine, & ibidem per alios Doctores, C.de
fur. & in suo consil.368. incipien. Visa quadam
constitutione Episcopi Florentini. columna se-
cunda, & Angel.in l.Gallus.§. Et quid si tantum.
in principio, columna secunda, ff.de liber. & po-
sthum.& per Anton.de Butr.capitulo finali.§.Ter
tiò restat columna antepenult.versiculo. Nunquid
autem liceat extendere. extra de consuetud. &
Petr.de Anch. in repet.cap.Canonum statuta, co-
lumna 168.in fine cum sequenti. extra de Consti-
2 tu.Extensio † ergo actiua fieri dicitur, seu est illa
per quam dispositio in casu expresso in iure com-
muni, vel municipali extenditur ad casus ibi non
expressos, secundum Bart.& alios Doctores in lo-
cis præallegatis. Verbi gratia: statutum dicit, si
quis occiderit:si trahimus statutum ad mandan-
tem: dicetur interpretatio seu extensio actiua,
3 quia statutum informat similem casum, & sic dat
formam:& omne, quod dat dicitur agens secun-
dum Bal.in dicta l.omnes populi, columna deci-
masexta, versiculo sed quæ est interpretatio acti-
4 ua. † Extensio passiua non dicitur propriè exten-
sio, & exemplificando in statutis dicimus, quòd
quando leges se extendunt ad statuta: tunc di-
cuntur statuta recipere interpretationem, seu ex-
tensionem pàssiuam: quia ipsa statuta patiuntur
dispositionem legum loquentium de materia sta-
tutorum: quia omnia iura, & regulæ ipsorum ex-
tenduntur ad statuta. exempli gratia, statutum
dicit, quòd filius familias possit facere testamen-
tum, certè lex se extendit ad istud statutum, quòd
faciat legitimè, & secundum leges, iuxta l.Hac
consultissima. in principio, C.de testamentis, &
quòd ex ea adeatur hæreditas, iuxta not. in l.eam
quam, C.de fideicomis.& Falcidia detrahatur, &
quòd omnes leges testamentariæ in eo locum ha-
beant. vt in l.prima, §.secundo, ff. ad l.Falc. pro-
ut apertissimè docuit Bartolus in l.prima, §.lex
Falcidia, numero secundo, ff.ad l.Falcidiam. Et
circa vtramque speciem extensionis conclusiuè
5 loquendo dicimus, quòd natura extensionis † acti
uæ sit influere alteri: natura verò extensionis pas
siuæ est, suscipere & ab alio iure informari. vt pul
chrè docuit Bal. in dicta l.omnes populi. colum-
na decimaquarta, versiculo. Item quæro quòd il-
lud ius. ff.de iust.& iure, & idem docuit Petrus de
Ancharano in capitulo canonum statuta, colum-
na 178. in fine versiculi. Vlterius etiam aduerten-
dum est extra de constitut. Idem eleganter docuit
Paul. de Castro in l.1. §. lex Falcidia, nnmero se-
cundo, & per totum. ff.ad l.Falcidiam. his præci-
sis verbis vtens, videlicet licèt statutum, quod est
contra ius commune non recipiat extensionem
vt extendatur de casu ad casum; recipit tamen
passiuam; vt ius commune ad illud extendatur;
vt si dicit statutum; quòd pupillus maior duo-
decim annis possit testari, nō extēdetur ad alium
inhabilem, vt testari possit, quia esset extensio
actiua, sed omnes leges tractantes de testamentis

validis locum habebunt in talibus testamentis,si-
cut in testamentis aliorum . Arg. hic dicit Paul.
scilicet in dicto §.lex Falcidia;Vbi hæc habentur
inter alia,videlicet: [propter quam fictionem lex
6 Falcidia,&c.] Nam signa † vniuersalia restringun
tur ad habilia. Vnde inducitur,quòd si Statutum
dicit,quòd statuta loquétia de coniunctis locum
habeant in extraneis, & loquentia de fisco,locum
habeant in priuatis: debebunt intelligi si fuerint
talia,quæ possunt locum habere,& congruere:Vn
de si fuisset aliquod statutum decernens, ꝙ causæ
inter consanguineos compromittantur,generale
statutum illud non habebit locum inter consan-
guineos communes,vt idem sit in extraneis . Ad
hoc idem probandum facit etiam ; Nam si testa-
tor instituerit plures filios, quorum vnus sit in sa-
cris , præcipiens , ꝙ restituant tali si sine hærede
parierint : tunc dicetur quòd in tali generalitate
non comprehendentur, qui non possent liberos
legitimos habere . statuta,ergo extenduntur pas-
siuè per alias leges , quę loquuntur de materijs
contentis in dictis statutis . hæc Pau. de Castro.
vbi supra .

SVMMARIVM.

1 *Extensio interpretatiua actiua legum propriè quid sit.*
2 *Diuersum ingrediens diffinitionem extensionis interpre tatiuæ legum actiuæ in quo consistat , & quare .*
3 *Extensio an possit fieri ad extremum ad quod non expressum, & quare .*
4 *Extensionis actiuæ proprium quid .*
5 *Extensionis passiuæ proprium quid sit .*

PRAELVD. VII.

ARGVMENTVM.

Extensio actiua quæ dicatur.

PRAEMISSIS nonnullis notatu di-
gnissimis de extensionis interpre-
tatiuæ quotuplicitate , in genere,
iure optimo,hic de prima eius spe
cie , nempè de actiua extensione
verbum faciendum erit. Quapro-
1 pter sciendú,ꝙ extensio † actiua dicitur progres-
sio iusta de dispositiuo expresso ad diuersum in-
trinsecè,non expressum. Et notandum,ꝙ hæc defi
nitio, seu descriptio vsq; ad verbum.[ad diuersú]
conuenit in omnibus diffinitioni ipsius extensio-
nis interpretatiuę in genere sumptæ:de qua latiùs
diximus supra.Ideo ea,quę ibi attulimus ad dictę
extensionis interpretatiuę declarationem:hic re-
petita intelligi volumus : ne eadem opus sit rur-
sus repetere,& indè tempus frustra conterere. Et
ideo nobis sufficient hic declarare solum, quare
diximus in præsenti diffinitione.[Ad diuersum
intrinsecè,nó expressum.]Sciendum ergo,ꝙ ideo
diximus[Ad diuersum] quia extremum,ad quod
fit extensio actiua , debet esse diuersum , a quo fit
extensio, vt probatur in l.Oratio.ff.de sponsal. &
in omnibus legibus vbi supra citatis.Et hoc diuer
2 sum † poterit esse non solum in substantia , sed in
quantitate, & qualitate & in alijs (de quibus di-
cetur infra, in Præludio, vbi de hoc peculiaris ser
mo fiet: in quibus casibus fieri possit extensio) &
probatur in l.Scripturæ diuersæ.iuncta glo. C.de
fide instrum.& in multis alijs similibus . Et intel-
lige diuersum esse extremum , ad quod ab extre-
mo a quo,non autem aduersum, idest contrariú:
sicut dicitur in c. Cú apostolica. extra de his,quæ
fiút a Præl.sine cons.Cap.& docuit Glo.in c. Cum
sint homines.extra de Decimis.in versic.Diuersę.
& Archidiaconus in c.Cum sit Iudex. versic. Ne-
quiuit.de officio leg. in sexto. Et ratio est,qm ex-
3 tensio † non potest fieri ad extremum ad quod,nó
expressum,contrarium extremo a quo expresso.p
l.vbi repugnantia.ff. de regu. iur. & per l. 1.C.de
furtis.Cum similibus. Ac etiá quia de natura ex-
4 tensionis † actiuæ est supplere id , quod est omis-
sum, & non expressum,non autem ei contradice-
re,vt in d.l.Oratio. & c.Cum ante. extra de cele-
br.miss.Diximus quoque [intrinsecè non expres-
sum] Primò,quia si esset intrinsecè expressum,seu
cóprehésum,non diceretur propriè extensio acti-
ua, vt in l.in his. ff.de condit.& demonstr.& in l.
Conditiones, quæ extrinsecus. eod.titu. Secundo
vt ostenderemus ipsam differre a prima diffini-
tione generali,quæ non solum comprehendit istá
extensionem specialem actiuam, verùm etiam &
passiuam: dum simpliciter in fine eius dicitur[Ad
non expressum.] Tertiò vt differat a diffinitione
5 extensionis passiuæ, † quæ fit ad id , quod est in-
trinsecè expressum:vt latius probabimus in subse-
quenti §.

SVMMARIVM.

1 *Extensio legum interpretatiua passiua quid sit .*
2 *Extensionis interpretatiuæ passiuæ proprium seu natura quæ sit, & quare .*
3 *De substantia alicuius quid esse dicitur .*
4 *Forma substantialis quid sit .*
5 *De forma accidentali alicuius quid esse dicatur .*

PRAELVD. VIII.

ARGVMENTVM.

Extensio interpretatiua legum passiua quæ dicatur .

PASSIVA autem interpretatiua ex-
1 tensio † legum dicitur progressio
iusta de dispositiuo expresso ad ei⁹
formam extrinsecè non expressam:
ista diffinitionis verba, videlicet,
[extrinsecè non expressam] conue
niunt diffinitioni extensionis generalis,& actiuæ
vsque ad illa verba[Ad eius formá,&c.] Quæ ver-
ba ideo ingrediuntur dictam diffinitionem: quia
extremum ad quod fit extensio informatur, idest,
recipit formam,quæ est ipsius dispositioni simpli
cis expressi:sicut saccus recipit formam , quando
impletur frumento , vt docuit Glo. in l.iurisgen-
tium.§. Quinimò in glo.prima magna. in princi-
pio.ff.de pactis. Et sicut pactum incontinenti ap
positum formam recipit: vt ibi notatur . Et ideo
meritò dicendum erit , quòd natura extensionis
2 † passiuè sit suscipere,& ab alio iure formari,quia
illud ius, quod trahit aliud ad se , dicitur recipe-
re interpretationem passiuam, si ab illo informe-
tur

tur, vt docuit Bald. in l. omnes populi, colum. 14.
versicul. Item nota, quòd in d. l. ius. ff. de iustitia,
& iure. Et hæc extensio appellatur passiua non
ex eo, quòd dispositiuum expressum extendatur
ad aliud non expressum, sicuti fit in extensione
actiua: sed ex eo, quòd aliæ leges, vel alia iu-
ra, quæ loquuntur de forma dispositiui expressi,
extenduntur ad illud dispositiuum expressum:
& ideo hæc extensio dicitur passiua: quia susci-
pit & patitur formam aliorum iurium de forma
dispositiui loquentium: formam igitur substan-
tialem patitur, qua scilicet posita, actus ponitur,
& qua deposita, actus deficit: vt docuit Antonius
de Butrio in c. Tua nos. per illum textu. in vltimo
Notabili, ext. de sponsal. & Bart. in l. Prolatam in
fine. col. 1. C. de sent. & interlocu. omn. iudic. vbi
3 dicit illud esse de substantia † rei, qua cessante res
esse non potest, vt in l. Pacta conuenta. ff. de con-
trahen. emptio. & ibi hoc etiam not. per Docto-
4 res. Et dicitur illa forma † substantialis quæ ten-
dit ad esse rei, & aduenit rei existenti in potẽtia,
vt docuit Bal. (sequens Aristot. & Auerroem) in l.
Vniuersa. colum. 2. C. de precibus Imper. offer. &
in l. 2. C. quando prouo. non est necesse. & hoc ip-
sum exemplificando dicemus, quòd statutum di-
sponens testamẽtum fieri posse coram duobus te-
stibus: recipiet extensionem passiuam, vt susci-
piat formam substãtialem testamenti a iure com
muni traditam: videlicet vt sint masculi, puberes,
liberi, vno contextu; & reliqua huiusmodi recen-
sita in l. Hac consultissima, in princ. cum ibi not.
C. de testamentis, & in toto titul. Institu. quibus
non licet facere testamentum. quia de illis statu-
tum intelligitur. Item intelligi potest de forma
5 accidentali: † quæ est quædam obseruantia super-
ueniens post actum, & ista non dat substantiã rei,
quæ iam est, sed postea requiritur ad cõfirmatio-
nem rei in esse productæ, vel ad vtilitatem conse-
quendam. vt per Bal. & Doct. in dicta l. Vniuersa.
Vnde si lex requirit aperturam testamenti, iuxta
l. publicatis. cum ibi not. ff. de Testamentis, & l. 2.
& per totum tit. ff. & l. quemadmodum testamen.
aper. Et statutum dixerit, quòd testamentum fa-
ctum coram duobus testibus valeat: tale enim sta-
tutum recipit istam interpretationem passiuam,
vt informetur a legibus, quæ loquuntur de forma,
& aperitione testamenti, & sic de forma acciden-
tali. Potest etiam intelligi de forma materiali, vt
not. Cyn. in l. 1. C. de contrahen. & commit. stipul.
& Bart. in l. sciendum. ff. de verb. obligat. Exem-
plum tale proponi poterit, stante supradicto statu
to. Nam ipsummet statutum recipiet interpreta-
tionem, seu extensionem passiuam: Cùm recipiat
formam materialem, quæ in testamento adhibe-
tur, puta vt possit scribi manu Testatoris, vel No-
tarij, vt in Authent. Quod sine subscriptione. C. de
Testamentis. Et potest scribi testamentum in ta-
bula lignea, siue cuiuscumque alterius materię, si-
ue chartæ, siue membranæ sint, vel in corio alicu-
ius animalis. vt in l. 1. in princ. ff. de bonor. posses.
secundum tabul. Vltimò diximus in diffinitione
extensionis passiuæ [intrinsecè non expressam]
quia ista forma, quã recipit dispositiuum expres-
sum, non est extrinsecè expressum, licèt intrinsecè
possit dici comprehensum. arg. in l. in his, & l. con
ditiones, quæ extrinsecus. ff. de condit. & demon.
& in hoc differt hæc diffinitio a diffinitione extẽ-
sionis actiuæ: quoniam extremum ad quod fit ex-
tensio, non est in ea comprehensum intrinsecè, vel
extrinsecè, vt in fine pręcedẽtis Pręludij diximus.

SVMMARIVM.

1 *Extensio interpretatiua legum quo iure sit introducta,
seu a quo iure originem traxerit.*
2 *Legum interpretatio est necessaria de iure naturali se-
cundario, idest de iure gentium.*
3 *Extensionum distinctio est de iure ciuili, & quare.*
4 *Extensio interpretatiua legum nulla constitutione po-
test prohiberi, & quare.*

PRAELVD. IX.

ARGVMENTVM.

*Extensio interpretatiua quo iure sit in-
troducta, atq; vsu ipso meritò recepta.*

CVm in præcedẽtibus Præludijs nõ-
nulla notatu dignissima per nos
fuerint in medium prolata, pro ali
quali notitia quidditatis extẽsio-
nis interpretatiuæ legum commu-
nium ac municipalium, earum-
demque quotuplicitatis, iure optimo in præsenti
Præludio quæretur: Quo iure ipsa interpretatiua
tam actiua, quàm passiua extensio fuerit introdu-
cta, ac postmodum curiali vsu ipso recepta, atque
1 approbata. Sciendum ergo, quòd extensio † ipsa
interpretatiua introducta fuit a iure naturali se-
cundario, idest iure gentium. arg. in l. 2. §. his legi-
bus. ff. de orig. iur. vbi dicitur [legibus latis natu-
raliter euenire solet, vt interpretatio desideraret
prudentum auctoritatem, necessariamque fori di
sputationem:] & per illum tex. dicit ibi Bal. quòd
2 interpretatio † necessaria est de iure naturali, id
est gentium quodammodo, quod est ius naturale
secundarium: vt in §. singulorum. institu. de rer. di
uis. Non autem intelligas de iure naturali primę-
uo: quia illud est commune omnibus animalibus
etiam sensu carentibus. Instit. de iure natur. gent.
& ciui. in princ. & in c. ius naturale, dist. 1. Et ista
extensio interpretatiua tam actiua, quàm passiua
fundatur super ratione & æquitate: vt latius infra
dicetur. Sciendum insuper erit, quòd distinctio
3 † quæ est, vt vna extensio appelletur actiua, & alia
passiua: & dictæ diffinitiones supra a me traditæ
procedunt potius a iure ciuili, quàm a iure gen-
tium: & ratio est, quia ius naturale, vel gentium,
licèt inuenerit materiam extensionis, seu interpre
tationis, vt in dicto §. his legibus latis. Tamen nõ
inuenit formas, aut definitiones prædictas: & lu-
ce meridiana clarius colligitur ex his, quæ huc vs-
que per nos dicta fuerunt: & quod dicitur de ma
trimonio: in institu. de iure naturali. in princ. vbi
dicitur, quòd matrimonium licèt sit origine de
iure Diuino, seu naturali: tamen respectu formæ
poterit dici de iure gentium, vel ciuili, Vel etiam
canonico, vt ibi posset etiam extensio introduci a
iure municipali, quod traderet certam formã ex-
tensionis faciendæ, eadem ratione vt latius infra
dicetur. Item posset etiam introduci a iure con-
suetudinario ex quadam consueta interpretatio-
ne, de quo est Glosa not. in l. pen. vers. Voluntas, &
ibi

ibi Doct. ff. de legat. primo, & glos. valde notãda,
in l. quid ergo. §. Pœna grauior. & ibi Doct. ff. de
his qui not. infa. at hæc omnia inuestigasse, ac li-
teris commendasse deseruit: quoniam ex quo re-
4 spectu originis dicitur extensio † introducta de
iure naturali, seu gentium; nulla constitutione po
terit prohiberi: quia hoc est impossibile secũdum
Bal. in d. l. 2. §. his legibus,

SVMMARIVM.

1 *Extensionis interpretatiuæ introducendæ, quæ fuit ratio.*

2 *Casus omnes non possunt lege, aut alia dispositione comprehendi.*

3 *Negotia plura sunt, quàm vocabula.*

PRAELVD. X.

ARGVMENTVM.

De causa introductæ extensionis interpretatiuæ tam actiuæ, quam passiuæ.

1 NE viderentur iura, & Doctores con
cessisse extensionem † interpreta-
tiuam tam actiuam, quàm passiuã
sine rationabili causa, iure optimo
post sermonem habitum de ipsius
origine, ac introductione, sequi
debet de causa huiusmodi introductionis: Qua-
propter sciendum erit, quòd talis introductionis
causa fuit necessitas ipsius; Nam quàm primum,
aliqua dispositio fit, naturaliter euenire solet, vt
requiratur a viris prudentibus ac iure peritis in-
terpretatio eius. vt in l. 2. §. his legibus latis. ff. de
orig. iur. vbi hæc habentur, videlicet: [His legi-
bus latis cępit, vt naturaliter euenire solet, vt in-
terpretatio desideraret prudẽtum auctoritatem,
necessariamq; de disputationem fori:] hæc ibi. &
2 ratio est, quia non possunt omnes casus † sigilla-
tim lege, vel alia dispositione comprehendi. vt in
l. neque leges. cum tribus ll. sequen. ff. de legibus.
Nam in dicta l. neque leges. hæc habentur, videli-
cet: [Neque leges, neque Senatus consulta ita scri
bi possunt, vt omnes casus, qui quandoque incide
rint, comprehendãtur, sed sufficit ea, quæ plerum-
que accidunt, contineri.] & in l. sequenti dicitur.
[Et ideo de his, quæ primò constituuntur, aut in-
terpretatione, aut constitutione optimi Princi-
pis certius statuendum est.] & in l. subsequenti di
citur. [Non possunt omnes articuli singulatim,
aut legibus, aut Senatus consultis comprehendi:
sed cum in aliqua causa sententia eorum manife-
sta est: is, qui iurisdictioni præest, ad similia pro-
cedere, atque ita ius dicere debet.] hæc ibi. & in
l. subsequenti hæc habentur, videlicet: [Nam, vt
ait Pedius, quoties lege aliquid vnum, vel alterũ
introductum est, bona occasio est, cætera quę ten
dunt ad eandem vtilitatem, vel interpretationẽ,
vel certa iurisdictione suppleri.] hæc ibi. Ex his
ergo omnibus legibus claruit quæ necessitas fue-
rit causa introducendi extensionem interpretati-
uam legum tam communis, quàm municipalis iu
ris, ad hoc accedit, quoniam plura sunt negotia,
3 † quàm vocabula, prout docuit text. in l. Natura
enim, ff. de præscriptis verbis, vbi dicitur. [Natu-
ra enim rerum inductum est, vt plura sint nego-
tia, quàm vocabula.] hæc ibi.

SVMMARIVM.

1 *Extensionis interpretatiuæ tam actiuæ, quàm passiuæ fundamentum quod sit.*

2 *Aequitas est fundamentum interpretandi leges & pacta.*

3 *Statuta, & rescripta interpretantur secundum æquitatem.*

4 *Regulam non fallere ineptum est si hoc æquitas suaserit.*

PRAELVD. XI.

ARGVMENTVM.

De extensionis interpretatiuæ tam actiuæ, quàm passiuæ fundamento.

CAVSA cognita introductæ exten-
sionis interpretatiuę meritò ad in-
uestigandum ipsius fundamẽtum
nos excitamur, vt etiam perfectè
cognoscere possimus ipsi⁹ causam.
Cum aliàs (propriè loquendo) ad
veram causam ipsius cognoscendam nõ possimus
perduci, nisi cognita eius origine. Sciendum er-
1 go quod extensio † interpretatiua tam actiua, quàm
passiua fundatur in primis super æquitate, vt eli-
citur ex c. 1. §. vt autem æquitas. in princ. sub titul.
de Pace. iuram. firm. & ibidem ad ipsum sentit
Bal. asserens per illum textum, omnia statuta ex-
tensiuã interpretationem recipientia debere fun-
dari in æquitate: quod & probatur per arg. in l.
vnica, ff. quibus non compet. bonor. poss. vbi hæc
habentur, videlicet; [Seruo meo hærede instituto,
dolo feci ne testamentum mutaretur, eumque po-
stea manumisi: quæsitum est, an actiones ei dene
gandæ essent? Respondi, hic casus verbis ædicti
non continetur. Sed æquum est, si Dominus dolo
fecerit, ne testamẽtum mutaretur, quo seruus eius
scriptus hæres erat (quamuis manumissus adierit
hæreditatem, ei denegari: Cùm etiam emancipa-
to filio denegentur: si pater dolo fecerit ne testa-
mentum mutaretur.] hæc ibi. Dixi probari per
arg. in d. l. vnica: quia quamuis inibi secundũm
sonitum verborum nulla fiat mentio de proposi-
tione allata, bene tamen secundum mentem Le-
gislatoris: Cùm inde eliciatur, quòd vbi æquitas
aliquid suaserit, ibi lex sit extendenda de casu ex-
presso ad casum inibi ad verbum non expres-
sum. Idipsum apertius docuit Bald. in l. si detun-
ctus. C. de suis & legit. qui sing. lariter dixit, quod
2 æquitas † sit fundamentum interpretandi leges &
pacta: & ad hoc allegat l. si socius pro filia. ff. pro
socio. & probatur in l. ex facto in princip. versic.
etenim. ff. de vulgar. & pupil. & ibidem hoc ipsum
vult iterum Bal. & alij Doctores, dicentes, quòd
3 statuta, † & rescripta interpretantur secundũ æqui
tatem: quapropter inde elicitur, quòd æquitas sit
fundamentum extensionis interpretatiuæ: de quo
est etiam text. not. in l. in ijs. ff. de condit. & de-
monstr. vbi hæc habentur, videlicet: [In ijs, quæ

extra

extra testamentum incurrunt, possunt res ex bono & æquo interpretationem capere: Ea verò, quæ ex ipso testamento oriuntur, necesse est secūdum scripti iuris rationem expediri.] hæc ibi. quorū ratione ibidem Bal. dixit, ꝙ extensiua interpretatio debeat esse bona & æqua: & sic habere istos duos comites, scilicet bonum & æquum, vt ibi & in l. pen. in princ. cum glos. 1. & ibi Doct. ff. de iustitia, & iure, quod & rursus docuit Bal. in c. causam, extra de rescript. & glo. singularis in Authen. vt fine prohibit. mat. cred. & deb. in princ. in vers. æstimauimus, dicens per illum text. notandum fore hoc mirabile, scilicet quòd ineptum sit non fal
4 lere regulam † si æquitas videatur. cuius sententiam sequutus fuit Panorm. in cap. vt debitus. col. pen. extra de appell. hoc ipsum docuerunt quàm plurimi alij Doctores recensiti a Barthol. Cœpolla in tract. de extensione interpretatiua legum in cap. de causa introductionis dictæ extensionis a nu. 9. & deinceps. Attamen pro maiori intelligentia materiæ præsentis Præludij examinanda sunt infrascripta scitu necessaria. Quorū primū est, quę differentia sit inter æquitatem, & rigorem. Secundum videndum erit de quotuplicitate æquitatis. Tertiū de significationibus istius termini. [equitas.] Quartum de qualitate æquitatis, super quam diximus fundari extensionem interpretatiuam, vt per ipsam fieri talis extensio de iure possit. Quintum de prælatione æquitatum inter se. Sextum quando æquitas sit præferenda rigori iuris in extensione interpretatiua legum facienda.

SVMMARIVM.

1 *Aequitas in specie quid sit.*
2 *Aequitas in genere quatruplex diffinitio traditur, & prima est.*
3 *Iudicium Ecclesiæ æquum est claue non errante.*
4 *Rigor est mansuetudine temperandus.*
5 *Rigor quid sit.*
6 *Rigor iuris quid sit.*
7 *Aequitas est duplex naturalis & ciuilis, & quid sit æquitas naturalis, & au appelletur alio nomine.*
8 *Aequitas ciuilis quid sit.*

PRAELVD. XII.

ARGVMENTVM.

Quæ differentia sit inter æquitatem & rigorē, & quid sit æquitas, & quid rigor.

AD primum quæsitum propositū respondeo, ꝙ ex diffinitione vtriusq; quam facillimè venari possumus in quibus differat æquitas a rigore: Idcirco vtriusque definitionem hic
1 referemus: Aequitas † ergo est applicatio animi, seu iudicium singuli, in quo circūscripta regula iuris aliquid dictante, propria ratione statuitur. & hic loquimur de æquitate in spe
2 cie: Aequitas † autem in genere dicitur applicatio animi ad rectum indicium intellectu non errante in substantia, nec in circumstantijs facti, si
3 cut dicitur, quòd æquum † est iudicium Ecclesiæ claue non errante, prout docuit Bal. in l. 1. in prin. col. 2. versic. Tertiò opp. ff. de iust. & iur. vel aliter poterit diffiniri, sic dicendo, æquitas dicitur rerū conuenientia: quæ in paribus paria iura desiderat: & omnia benè æquiparat. vt in cap. 1. §. vt autem æquitas in princ. in tit. de pace iuram. firm. & ibi hanc diffinitionem tradit Bal. per illum tex. Et idem docuit Specu. tit. de dispensat. §. 1. vers. æquitas. & Alber. de Rosat. in l. 1. C. de legibus. vel aliter secundum Specul. vbi supra, sic dicendo, æquitas est motus rationabilis regens misericordiæ rigorem, vt in c. disciplinæ, & c. qui emendat, & c.
4 vera, dist. 46. & ratio est, quia rigor † est mansuetudine temperandus, vt in c. cùm in iuuentute, extra de purgat. canon. & hæc est illa æquitas, quam Iudex semper præ oculis debet habere, vt habetur in l. ꝙ si Ephesi, ff. de eo, quod cer. loc. Vel vltimò, Aequitas dicitur (secundum Archid. in c. ius generale, dist. 1.) Iustitia dulcore misericordiæ tem
5 perata. Rigor † autem dicitur generalis ordinatio habens eandem uim in differentibus ratione, vt in l. prospexit. ff. qui, & a quibus secundū Bald. in l. 1. colum. 2. ff. de iustitia, & iure. vel dicamus,
6 quòd rigor † iuris dicatur quidam excessus iuris factus ad terrorem. vt docuit glos. in c. vt constitueretur. dist. 50. & ibi per Archid. & alios Doct. & hæc dicta sufficiant quoad primum quæsitum.
7 Quotuplex sit æquitas † Præludium, sciendum ꝙ æquitas principaliter loquendo, est duplex, alia quæ dicitur naturalis, alia uerò, quæ dicitur ciuilis: & de prima fit mentio in l. 1. §. 1. ff. si q. testa. liber. & l. 1. in princ. ff. de pactis, & in l. Stichum, §. naturalis. ff. de solut. & hæc æquitas naturalis appellatur alio nomine iustitia primitiua, seu alio nomine, prima æquitas, vt docuit text. cum gl. fin. ff. de public. & in l. iure naturæ, ff. de reg. iur. & in l. Nam hoc natura. ff. de condit. indeb. & hæc etiā dicitur rudis æquitas non scripta: contra quam multa quandoque obijciuntur: de qua latiùs habetur per glos. in cap. ius generale. dist. 1. Aequi
8 tas † verò ciuilis alio nomine appellatur iustitia positiua, & præcedens, necnon & æquitas de bono publico introducta; de qua dicitur in cap. ius generale. dist. 1. secundum ibidem.

SVMMARIVM.

1 *Aequitas quotupliciter capiatur.*
2 *Mens & ratio legis dicitur æquitas.*

PRAELVD. XIII.

ARGVMENTVM.

Aequitas quot modis in iure capiatur.

AEQVITAS (secundùm Bal. in c. 1. §. vt autem æquitas. tit. de pacc. iuramento firm. & Iacob. de Beluis.)
1 capitur † quinque modis, vno modo prout distinguitur inter æquitatem & dolum. vt in l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil. & in l. Bonafides, ff. de deposi. Secundo modo, prout distinguitur inter rigores, & iuris regulas, vt in l. si quis seruo. C. de furt. & in l. si seruum, §. sequitur, ff. de verbor. oblig. Tertio mo
2 do dicitur ipsa mens † & ratio legis, vt in l. scire oportet. §. etsi maximè, ff. de excusat. tut. Quartò modo

modo dicitur ipsum ius & iustitia, ff.ut in l.1. in princ.ff.de iustitia, & iure. Quinto modo dicitur æquitas temperantia, seu æqualitas, vt in l.vt liberis.C.de collatio.& in l.illam, cum Authen.ibi posita, & in l.illud, §.fin.ff.de collatio.& in l.fin.C.de fruct.& lit.expen. Quapropter æquitas illa dicenda erit, quæ semper vna, & eadem permanet, ut not.in l.1.C.de in ius uocan.secundum Bal. in l.si defunctus, ante finem.C.de suis & legit. Et debet potius inspicere sensum, quàm uerba legis, prout not.Bal.in l.etiam, C.de iure dotium.

S V M M A R I V M.

1 *Extensio legum fundatur primo super æquitate naturali, secundo ciuili, tertio scripta, & quarto super æquitate non scripta.*

2 *Aequitas quando reperitur in iure scripta, & non loquitur personaliter, tunc extendit ius illud ad alium casum, in quo æquitas reperitur.*

3 *Aequitas in genere quo ad omnes reperta in aliquo iure loquente in quibusdam casibus, extendit ipsum ad alios casus, in quibus subsistit eadem æquitas.*

PRAELVD. XIIII.

A R G V M E N T V M.

De qualitate æquitatis super quam fundatur legum extensio.

DE quarto proposito, scilicet de qualitate æquitatis, super qua fundatur extensio legum,
1 † & per quam extensio fieri possit. dicimus quòd primò est æquitas naturalis: vt in l. Marcellus diffinit.& in l.Quotiens æquitatem.ff.de reg.iur. Secundò æquitas ciuilis. Tertiò æquitas scripta, cum per illam fiat quoque extensio, ut docuit Alber.de Rosat.in tract.statutorum.q.8.col.4.ubi dicit, quòd quando æquitas
2 † est scripta in corpore iuris, & non loquitur personaliter, tunc seruit etiam in alio casu, in quo æquitas reperitur: Verbi gratia, statutum concedit immunitatem maiori 25.annis, & minori 40. annis: multò magis uidetur concedi maioribus 25. annis: quia æquitas scripta est in l.1.ff.de minor. Item si statutum expellit maiorem 25.annis, & minorem 40.multò magis videtur expellere minorem 25.annis, vt in l.ad rem publicā.ff.de muneri.& honor. alias resultaret absurdum, quod nō est dicendum, vt in l.nam absurdum.ff.de bon.lib. & not.in l.Diuortio in princ.ff.soluto matrim.Idē
3 est etiam quando est vna æquitas † in genere quoad omnes, quia tunc licèt sit expressa in quibusdā casibus, tamen extenditur ad alios casus, in quibus subsistit eadem æquitas, vt not.in l.1. C.de interdict. vbi æquitas erat vna in genere quoad omnes gradus, per quos arbor nocetur: tū per l.prætorē uō erat illa equitas scripta nisi in duob.casibus: extenditur ergo illa equitas scripta ad non scriptā per idētitatem rationis, & quia participat in eodem genere æquitatis: vt notabiliter docuit Bal. in l.si mater.C.de instit.& substit.& est de mente Glo.in d.l.1.in vers.quibus ostenditur.quæ incip. Idest ex mente, & ibi per Doct. Item intellige de æquitate non scripta, quando sequeretur absurdū, si non fieret extensio. Absurditas enim semper excluditur, etiam si verbis non exprimatur, vt in l.in ambigua.ff.de legibus, & in l.cum pater.C.de cōdit.inser.& in l.si quis a filio, in princ.ff.de legat. 1.& in l.aliud.§.absurdum, ff.de reg.iur. Aliàs secus, secundum Alber. de Rosat. in prima par. statu. quæst.8.

S V M M A R I V M.

1 *Aequitas ciuilis præfertur naturali.*

PRAELVD. XV.

A R G V M E N T V M.

An æquitas ciuilis præferatur æquitati naturali.

DE quinto proposito quæsito dicimus, quòd æquitas
1 † ciuilis præfertur æquitati naturali, vt docuit textus in l. Bonafides.in principio. ff. deposi. ubi est casus notabilis de hoc: & ibi latius habetur per Bartolum & Doctores.

S V M M A R I V M.

1 *Aequitas quando præferenda sit rigori, & econtra.*
2 *Speciale quando deroget generali.*
3 *Vrbanum quod sit minus, quàm æquum.*
4 *Rigor vsucapionis, vel præscriptionis scriptus in specie, præfertur æquitati naturali scriptæ in genere, & quare. cum limit. num.5.*
6 *Specialibus derogat minus speciali.*
7 *Indiuidua derogant speciei.*
8 *Simile æquitatis, quam simile rigoris iuris sequi potius debemus.*
9 *Iustitia naturalis, & æquitas idem sunt.*
10 *Rigor scriptus quando præferendus sit æquitati non scriptæ.*
11 *Principis solius est discernere, & indicare de legis æquitate.*
12 *Legis intellectus æquior & benignior in dubio sumendus est.*
13 *Aequitas non scripta quibus casibus rigori scripto præferenda sit.*
14 *Iudex in arbitrariis non tenetur sequi rigorem scriptū, immo sequi potest æquitatem etiam non scriptam.*
15 *Ius canonicū quādo æquitatē sequatur, et quādo rigorē.*

PRAELVD. XVI.

A R G V M E N T V M.

An æquitas præferatur rigori in legum extensione.

CIRCA sextum propositum quæsitū dicimus, quod vti debemus huiusmodi distinctione, videlicet primò.
1 Aut æquitas, † & rigor loquuntur in diuersis casibus. & tunc dicendum erit, quòd vtrumq; remanet in casu suo, ex quo stare nō prohibetur, ut docuit text.

text. in cap. cum Apostolica. extra de his, quę fiũt
a Prælat. sine consensu Capit. secundum Gabriel.
de Montella. in clem. quamuis, de appellat. Secun
dò aut æquitas contradicit rigori, vel econtra: &
distinguendi quatuor casus erunt: quorum pri-
mus est, Aut æquitas est scripta, & rigor scriptus.
Aut æquitas nõ scripta, neque rigor iuris scriptus.
Aut æquitas scripta, & rigor iuris nõ scriptus. Aut
æquitas non scripta, & iuris rigor scriptus. In pri-
mo ergo casu, quando scilicet æquitas & rigor iu
ris reperitur scriptus, taliter erit subdistinguen-
dum, videlicer, Aut vnum se habet ad aliud, vt spe
2 cies ad genus, & tunc specialis † derogat genera-
li, vt in cap. generi per speciem. de reg. iur. in sex-
to, & in l. in toto. ff. de reg. iur. & in l. 1. cum ibi
not. ff. de vsucap. & hanc doctrinam tradit quoq;
Dynus in c. 2. de reg. iur. in sexto, & Iacob. Butr.
& Bal. in l. placuit. C. de iudi. & Cyn. in l. 1. C. de le
gibus. in vlt. q. & ibi per alios Doctores. Et ideo si
æquitas est tanquàm species, & rigor tanquam ge
nus, æquitas præfertur rigori, secundum Bal. in d.
l. placuit. qui loquitur quando æquitas & rigor est
scriptus, secundum Bar. ibidem, & in l. 1. C. de le-
gibus. Et est glo. in cap. fin. & ibi Canon. extra de
transact. & hoc est verũ inspecto iure simpliciter,
sed pro vrbano a lege nõ præfertur æquitas rigo-
ri, vt in l. creditores. de pignor. & sic minus est vr-
3 banum, † quàm æquum, secundum Bal. in d. l. cre-
ditores. col. 2. in vlti. notabili. Econtra similiter
quando est scriptus iuris rigor in specie, & æqui-
tas in genere, prefertur rigor ipsi ęquitati: vt do-
cuerunt Iac. de Butr. Bald. & alij in d. l. placuit. &
rursum Bal. in Authent. ex testamento, in col. 4. in
princ. C. de secund. nupt. idipsum docuit, dicens:
quòd rigor iustitię vincat naturalẽ ęquitatem in
genere. Idem docuit Guil. in clem. quamuis, de
appellat. quod & probatur etiam per tex. in l. 1. ff.
de vsucap. iuncta l. naturaliter. cum l. sequen. ff. de
4 condit. indeb. Nam rigor vsucapionis, vel pręscri
ptionis scriptus in specie pręfertur ęquitati natu
rali scriptę in genere: qua prohibemur locupleta-
ri cum aliena iactura. Dictus enim rigor est bo-
nus propter bonum publicum, cui tali pacto con-
sulitur, ne rerum dominia sint in incerto: quam-
uis dictus rigor non sit ęquus, cum sit contra ra-
tionem naturalem, quę succumbit propter iusti-
tiam positiuam, quę uersatur in rigore. Attamen
id ipsum recipit duas limitationes. Prima quarũ
5 est: dicendo ipsa vera, nisi ęquitas † esset aliqua
consuetudine antiqua roborata: vt probat tex. in
clem. quamuis, in princ. de appellat. Secunda est,
nisi pręsumptio esset pro ęquitate, ut docuit text.
not. in cap. sciscitata, iuncta glos. in vers. æquitate
pensata, extra de in integr. restit. Aut rigor & ęqui
tas se habent aut duæ species scriptæ, vel duo ge-
nera scripta, & in hoc duplex fuit opinio: Vna, ꝙ
illud, quod est vltimum in compositione præfera-
tur. arg. in c. 1. de constitut. in sexto, & in l. non est
nouum. C. de legibus. & hanc sequitur Petr. & Cy.
in l. 1. C. de legibus, & Guil. in d. clem. quamuis,
quod dicit Cynus esse verum quando de priorita-
te, & posterioritate constat. Vbi verò est dubium,
statur æquitatis. arg. l. in ambiguis, ff. de reg. iur.
Alia fuit opinio, quòd præferatur æquitas, quam
tenet Dynus in c. 2. de reg. iur. in sexto, & sequitur
Iac. Butr. & Bal. in d. l. placuit, C. de iudi. quæ etiã
hoc modo potest intelligi: vt docuit Barthol. Cœ
polla in tract. extensionum, in cap. quia fuit causa
introduc. extens. nu. 51. vers. & hanc etiam ego se-
quor. addens, quòd si aliter diceremus, seque-
tur, quòd nulla esset differentia inter æquitatem
& rigorem, & econtra: posito quòd vtrumque es-
set scriptum, quam tamen iura facere voluerunt
in d. l. placuit, & cap. fin. de transact. cum simili. &
hanc opinionem tenuit quoque Raph. in d. l. pla-
cuit: dicens ita tenere Doctores. Animaduerten-
dum tamen, quòd quando æquitas & rigor se ha-
bent ut duæ species, potest esse, ꝙ vna species erit
specialior altera, quo casu videtur dicendum, ꝙ
sicut vna quæ est in specie derogat alteri, quæ est
in genere (vt diximus) ita vna quæst. specialis
6 † derogat minus speciali per eandem rationem,
& hoc etiam voluit Bal. in l. hac consultissima, cir-
ca princ. C. qui testamentum fac. poss. dicens no-
tabiliter, quòd inter species illa, quę est specialior
7 derogat alteri: pari ratione, qua indiuidua † de-
rogant speciei: vt docuit Dyn. in d. cap. generi. de
reg. iur. in sexto, & Bald. vbi supra addidit, ꝙ illa
dicitur specialior, in qua est maior ratio speciali-
tatis. Vel poterit dici, quòd sit illa, quæ conuenit
paucioribus. arg. in l. iurisgentium, §. sed si fran-
dãdi. ff. de pactis: & quod notat Bar. in extrauag.
ad reprimendum, vers. non obstantibus. in fine. &
Bal. in l. executorem, C. de execut. rei iudic. & in
l. Titia textores, in princip. ff. de lega. 1. & in l. qui
habet. in princ. ff. de tutel. cum simil. Secundo ca-
su principali, quando æquitas non est scripta, ne-
que rigor scriptus, puta quãdo occurrit casus nõ-
dum scriptus similis cuiusdam iuris positiui scri-
ptĩ, & similitudo æquitatis in alijs terminis sua-
det oppositum: Certè debemus potius sequi simi
8 le † æquitatis, quàm simile rigoris iuris. arg. in d.
l. placuit. C. de iudi. quia sufficit naturalis ęquitas,
vt in l. scire oportet, §. sufficit. ff. de excusat. tut. se-
cundum Iac. Butr. Bald. Rapha. & alios in d. l. pla-
cuit. in fin. & Cyn. & alios in l. 1. C. de legi. & ratio
est: quoniam etsi ęquitas non sit scripta, ipsa tamẽ
ex solo dictamine rationis debet seruari, vt in d.
l. scire oportet, §. & si maximè: quia naturalis iu-
9 stitia, † & æquitas idem sunt, & tenet Pet. & Cyn.
in l. non dubium. in fine. quęst. 1. C. de legibus. &
sequitur Bal. in cap. pastoralis. in fine. ext. de can.
poss. & propr. Tertio casu principali, scilicet quan
do æquitas scripta est, & rigor non scriptus: & iste
casus non habet dubium: quòd æquitas præfertur
rigori, quia scriptum regulariter præfertur nõ scri
pto: & ita debet intelligi d. l. placuit, & l. fin. vers.
quid enim, C. de negot. gest. & in c. si. in fine. extra
de transact. & est tex. in d. cap. pastoralis. in fin. &
ibi gl. fi. Et hoc modo potest intelligi illud, quod
scribitur in lib. Sap. cap. 5. nu. 20. vbi dicitur, scu-
tum inexpugnabile esse æquitatem. Quarto & vl-
timo casu principali, quando rigor est scriptus, &
æquitas non scripta: & tunc erit dicendũ, ꝙ regu-
10 lariter rigor † scriptus præferendus erit æquitati
non scriptæ: & si prima fronte videretur rigor nõ
æquus, durus, & non seruandus, vt in l. prospexit.
ff. qui, & a quib. & in l. fin. in vers. hoc decidentes.
& vers. sed ex quo die. C. de negot. gest. & isto mo-
do potest intelligi Glo. in c. si propter tua debita.
in vers. vacabunt, de rescript. in sexto, quæ dicit,
quòd æquitas eo solo casu iuris rigori pręfertur,
in quo scripta reperitur, in alijs non: & talis ęqui
tas non scripta dicitur a iure improbata, quando
rigor est scriptus. Ita docuit Bald. in cap. 1. tit. an
maritus succedat uxori. per dictam l. prospexit. Et

ideo pet se patet nostrum non esse dicere istam
legem esse nimis duram, vel rigorosam, & contra
omnem æquitatem non scriptam; quoniam ad so-
11 lum Principem † spectat istam æquitatem discer-
nere, vt habetur in l. 1. C. de legibus. Cùm non de-
beamus ex capite nostro propter æquitatem, quã
subesse putamus, a iure scripto recedere: quia isto
modo omnes leges (vt ita dixerimus) possuut abo
leri, secundum Paul. de Castro in d. l. placuit, C. de
iudi. quod ipsemet asseuerar esse memoriæ cõmen
dandum, contra præsumptuosos & temerarios as-
serentes contrarium contra iura scripta propter
æquitatem sui capitis, dicentes, non curamus de
vestris legibus, sed imus per æquitatem, quam nõ
vident, nec cognoscunt, etsi credant ipsam cogno
12 scere: & prędicta sunt vera quãdo intellectus † le
gis est clarus; sed si de eo esset dubium, & possent
dari plures intellectus: tunc deberemus sequi in-
tellectum æquiorem, & benigniorẽ, vt in l. in am-
bigua, ff. de reb. dub. Attamen quod diximus ri-
gorem scriptum præferendum fore æquitati non
scriptæ, etsi regulariter verissimum sit, tamen hęc
vera assertio tres recipit limitationes, memoriæ
commendandas. Prima quarum est: quòd illud nõ
13 procedat in arbitrarijs: † & ratio est, quoniam in
talibus Iudex ex causa poterit pręferre ęquitatem
non scriptam legi & rigori scripto: vt docuit An-
tonius de Butr. valdę notabilitet in c. 1. extra de
constitu. vbi refert Bart. ita eleganter dixisse in l.
1. C. de sacrosanct. eccles. Et quod in arbitrarijs Iu
14 dex † non teneatur sequi rigorem iuris scriptum,
imò ꝙ possit sequi æquitatem etiam nõ scriptam
est casus in Authent. de defens. ciui. §. iusiurandũ.
secundum vnum intellectum: vt docuit Antonius
de Butr. in d. cap. 1. & probatut etiam in Authen.
iusiurandum, quod præstatur ab his, §. 1. vbi Iudi-
ces vel Consules debent iurarę sę iudicaturos, se-
cundum id quod sibi æquum videbitur, & secun-
dum æquitatem: vt in Authent. sed hodie, C. de
iudi. quæ iura intelliguntur in his, quæ Iudicis ar
bitrio committuntur. secundum Raph. in d. l. 1. C.
de legibus, & Bal. in d. Authẽ. sed hodie, & Innoc.
& Butr. in d. cap. 1. sed de materia primæ huius li
mitationis vide latissimè allegata pet me in tract.
de conatu, sen affectu puniẽdo, in limitationibus
& ampliationibus quintæ conclusionis inibi alle-
gatæ, quia ibi hanc materiam pertractamus, non
sine Lectoris maxima vtilitate: cùm ibi congesse-
timus omnia, quæ diuersis in locis iura, & Docto
res de hac eadem materia docuerint. Secundò li-
mitabis supradicta in his, quæ sunt fori pœniten-
15 tialis: † Cùm in ipsis ius Canonicum semper
amplectatur æquitatem contra rigorem, sed quan
tum in his, quæ sunt contentiosi fori, amplectitut
rigorem, quando non detegitur euidens pecca-
tum: vnde agentem possessorio admittit, licèt sit
prædo, quia non admittit ad discutiendum an sit
prædo: sed si constaret eum esse prædonem, benè
repelleretur; quia iam detectum esset peccatum,
vt docuit Anto. de Butr. in c. in literis, col. 5. in fi-
ne, versic. secundò oppono. extra de restit. spoliat.
Tertiò limitabis dictam regulam, quando esset
quæstio inter fratres de hæreditate paterna, quia
tunc debemus sequi potius æquitatem, & senten-
tiam benigniorem, quàm iuris rigorẽ; quod pro-
batur in l. nonnunquam. ff. de collat. bon.

SVMMARIVM.

1 *Lex ambigua erit interpretanda secundum moderamen iuris, seu rationis naturalis.*

2 *Legis intellectus quando est dubius, recurrendum erit ad naturalem rationem.*

3 *Ratio naturalis potentissima est in qualibet statutorum interpretatione.*

4 *Legis verba sunt sicut corpus, & ratio, seu mens legis, sicut anima, & sicut anima corpori dominatur, sic ratio legis dominatur verbis legis.*

5 *Lege deficiente allegari poterit ratio pro lege.*

6 *Ratio seu æquitas naturalis est vnum ex fundamentis interpretationis extensiuæ legum, & quare.*

7 *Iure dubio existente recurrendum erit ad rationes naturales, cum ipsæ possint in tali casu allegari pro lege.*

8 *Ratio ciuilis est quoque fundamentum extensionis interpretatiuæ legum.*

9 *Legis mens colligitur ex ratione per legem assignata, cum ex ratione intelligatur dictum.*

10 *Ratio ciuilis per quam extenditur, lex est dup. scilicet finalis, & impulsiua.*

11 *Ratio impulsiua legis præsumitur vbicunque lex, statutum, vel alia dispositio est potentior sua ratione, & hæc inpulsiua dicetur melius occasio legis, quàm ratio, vnde in dubio ratio impulsiua extimabitur magis, quàm finalis.*

12 *Ratio legis non expressa in lege habetur pro expressa quoad extensionem legis operandam.*

14 *Legis verba interpretari secundum mentem ipsius, & non econtra.*

13 *Mens cuiuscunque dispositionis semper verbis ipsius præferenda erit, & quare, cum nonnullis exemplis.*

15 *Legis verba non erant extendenda vltra ipsius mentem.*

16 *Rationis diffinitio multiplex redditur, seu ratio quid quo ad præsentem materiam.*

17 *Aequitas quid sit, propriè loquendo.*

18 *Ratio vbi non attenditur, sed sola auctoritas voluntatis, ibi forma præscripta extensionem non recipit, & quare.*

19 *Extensio legis interpretatiua fundatur super simplici voluntate legis, vel hominis disponentis vt aliqui fiat. Iudex tunc quid faciat.*

20 *Extensio legis fundatur super fauore Reipublicæ.*

21 *Extensio legis fundatur etiam in concernentibus fauorem animæ.*

22 *Extensio legis fundatur in his, ex quibus sequi potest aliqua vtilitas.*

23 *Extensio legis fundatur in uitando ne lex delusoria sit, seu ludibrio habeatur.*

24 *Extensio legum fundatur etiam in uitando materiam circunscribendi legem, vel aliam dispositionem, & delinquendi.*

25 *Extensio legum fundatur in uitando absurdo, quod aliàs inde oriretur.*

26 *Absurditas semper intelligenda erit exclusa a quacunque lege etiam si verbis ipsius omissa videtur, & etiam sumendo verba legis contra proprium significatum eorum, & quare.*

27 *Extensio legum fundatur quoque in uitanda iniquitate, aliàs resultante ex lege non sic extensa.*

28 *Extensio legum fundatur in uitando damno, aliàs iniustè inferendo alicui.*

PRAE-

PRAELVD. XVII.

ARGVMENTVM.

De fundamentis extensionis legum in specie.

CVM in quarto quæsito proposito,
& exarrato in præcedēti Præludio
sermo habitus fuerit, de fundamen
tis extensionis legū in genere ope-
ræpretium duximus hic agere de
vnoquoque fundamento in specie,
& primò de legis extensione facienda propter in-
sitam inibi rationem, seu æquitatem naturalem.
Cum iure optimo sit statutum ab omnibus obser-
1 uandum, quòd lex ambigua † interpretanda sit se-
cundum moderamen iuris, seu rationis natura-
lis, vt docuit text. in l. non sine. circa medium. C.
de bon. quæ libe. & l. 1. §. 1. C. de caduc. toll. & pro
hoc facit dictum Bald. in cap. 1. colum. 5. in princ.
in tit. de aliena. feu. vbi dicit eleganter, quòd quo-
2 tiens legis † intellectus est dubius, recurrendum
sit ad naturalem rationem, vt in l. scire oportet.
§. & si maximè. ff. de excusat. tut. qui Baldus rur-
sus id ipsum sentiens in titu. de pace Constan. co
lum. 32. dixit notabiliter, quòd etiam instantis
habet locum hæc interpretatio; quia naturalis
3 ratio † est potentissima in qualibet statutorum in-
terpretatione, citans (ad hoc ipsum proban-
dum) Cyn. in l. non dudum. circa finem. C. de le-
gibus, & probatur optimè in l. cui pacto. in fine.
ibi. [naturalem habet intellectum.] ff. de seruis
expos. & in l. cùm ratio, in principio. ff. de bon.
dam. vbi dicitur rationem naturalem esse quan-
dam legem. Quapropter optimè docuisse hoc ip-
sum Panormitanus in capit. ad audientiam, ex-
tra de decimis, comprobatur: Cùm dixerit, quòd
4 verba, † & integritio, seu ratio se habent, prout cor-
pus & anima. Nam sicut anima dominatur cor-
pori, vt l. sancimus. C. de sacrosanct. Eccles. ita ra-
tio legis dominatur verbis, vt in l. non dubium,
cum ibi not. C. de legibus, & in regula Certum,
de regul. iur. in sexto, ad hoc etiam facit quod di
xit Glo. not. in cap. consuetudo. versic. rationem,
distinctione prima, asserens, quòd vbi deficiunt
5 leges, potest allegari ratio naturalis: † quod & do
cuit eleganter Romanus in suo singul. 74. incip.
Reconuentio in causa. addens, quòd Baldus ad
hoc soleat allegare, cap. fin. in fine, extra de tran-
sact. qui in cap. 1. colum. 3. in titu. de succes. feud.
dixit, quod naturalis iustitia, quæ nihil aliud est,
quam ratio naturalis, vbicunque locorum exten-
dit vires suas: & naturales & bonæ consuetudi-
nes sunt in ipsa naturali iustitia, vt docet text. in
capitulo primo, §. sed sunt quædam. in titul. in
quibus caus. feu. amitt. facit. cap. consuetudo, di-
stinctione 12. & §. Decretales, distinctione 20. Et
6 quòd ratio, † seu æquitas naturalis sit vnum ex
fundamentis interpretationis extensiuæ legum,
probatur etiam per textum, in l. in confessioni-
bus. in principio, ibi. [Confessiones naturalibus
conuenire debent.] ff. de interrog. act. per quem
textum dixit Bald. in l. 1. columna quarta, C. de
seruis fugitiu. quòd interpretationes legum de-
beant conuenire naturalibus. Vnde concluditur,
7 quòd iure † dubio existente, ad rationes recurren
dum est: nam deficiente iure scripto, debemus re-
currere ad rationes naturales, prout etiā docuit
Ioannes Andreas in capitulo pastoralis, extra de
fide instrumentorum, & Panormitanus in capit.
cum sint homines, in vltimo notab. extra de de-
cimis. Quapropter inde sequitur, quòd vbi non
habemus textum alicuius legis, poterimus alle-
gare naturalem rationem, secundum Iacobum
de Ra. & Cyn. & Bald. in l. scire oportet. §. sufficit.
ff. de excusat. tut. per ipsum textum in dicto §. suf-
8 ficit. Secundò extensio † interpretatiua legum
fundatur super ratione, seu æquitate ciuili, vt not.
in cap. ego solis, in fine. distinctione octaua, & in
§. decretales. in principio, distinctione vigesima,
& in capit. Marchion. & Basilides, 1. quæst. 1. vbi
eleganter dicitur per Beatum Hieronymum in
Epistola ad Galatas. [Non putetis in verbis Scri-
pturarum esse Euangelium: sed in sensu, non in
superficie, sed in medulla: non in sermonum fo-
lijs, sed in radice rationis.] Et ideo ratio legis est
anima legis, ut in l. cum ratio, in principio. ff. de
bon. damn. & in l. cum mulier, cum ibi not. ff. so-
9 luto matrimonio, & hæc mens legis † colligitur
ex ratione per legem assignata, vt in l. cùm pater.
§. dulcissimis. ff. de legatis secundo, & docuit Pau.
de Castro in dicta l. cum mulier. in fine, & Bald. in
l. suum. in fine. C. de iure deliber. qui dixit, quod
ex ratione intelligimus dictum, per not. in l. si is,
qui animo. ff. de acquiren. possess. & sicut dictum
legis restringitur per rationem, prout docuit Bar.
in dicto §. dulcissimis. & not. in l. quod dictum. ff.
de pact. eodem modo dictum legis ampliatur per
rationem ampliorem dicto, vt docuit eleganter
Bartolus in l. pater. §. fundum. & est text. in l. Pam-
philo. ff. de legatis secundo. Animaduertendum
10 tamen summopere primò est, quòd hęc ratio, † seu
æquitas ciuilis, propter quam fieri potest legum
extensio, est duplex, alia scilicet finalis, & alia im-
pulsiua: & de prima habetur in l. adigere, §. quam-
uis. ff. de iure patron. & l. cùm clericis. C. de Episc.
& cleric. & cap. cum cessante, extra de appellat.
De impulsiua vero habetur in l. 1. §. sexum. ff. de
postul. & traditur talis regula, quòd vbicumque
lex, statutum, vel alia dispositio est potentior sua
11 ratione, ibi ratio præsumitur impulsiua, † quæ
tamen propriè loquendo, non esset appellanda
ratio legis, sed occasio legis, seu dispositionis
condendæ: & idcirco in dubio ratio, seu causa
præsumitur impulsiua, non finalis, vt docuit Glo.
not. & Doctores in l. 2. §. fina. ff. de donat. Memo-
riæ insuper erit commendandum, quòd quando
dicitur, quòd extensio legum fundetur super ra-
tione, debet intelligi de ratione finali, seu deter-
minata tantum, ut patet in iuribus præallegatis.
Animaduertendum est rursus, quòd hæc æquitas,
seu ratio finalis aliquando reperitur expressa in
lege, & aliquando non: Quando ergo reperitur
expressa in lege, tunc dicendum erit, quòd possit
fieri extensio legis per illam rationem, ut in l.
cùm mulier. & ibi not. ff. soluto matrimonio, &
in l. vnica, iuncta glos. & ibi etiam not. per Do-
ctores, C. de his, qui ante ap. tab. Cynus in dicta
l. prima, in tertia oppos. & Alber. in prima parte
statutorum, quæstione octaua, & est glos. not. in
Clementina prima, in versic. eligatur, de elect. &

hoc ipsum ibidem notant Canonistæ: & Anto-
nius de Butr. in cap.fina. extra de consuet. & Do-
minicus in cap.1.de tempor.ordin.in sexto.Paul.
de Castro in l. si verò.§.de viro. ff. solut. matrimo.
Flor.in l.pen.ff.si quadrup.pau.fec.dicatur,& in l.
pen.ff.ad exhib. & in d.l.unica, & Paul. de Castr.
in consil. 330. qui ibidem eleganter declarat an
ista sit propriè extensio. Quando uerò hæc ratio
finalis non inuenitur expressa in aliqua lege, uel in
alia dispositione: sed unica tantum reddi potest,
12 † illa habebitur pro expressa, ut docuit gl.notab.
in l. quáuis, C.de fideicom. & ibid. hoc ipsum do
cuerunt Paul.Bald.& alij Doctores,& rursus ipse-
met Bal.in l.quotiens.la prima, quæst.4. C. de fi-
deicom.& in l.maximum vitium, col.4.versic.sed.
ista ratio Bart.mihi non placet. C. de liber. præ-
ter, & Paul.in d.§.de viro.facit etiam quod nota-
uit Bart. in l.qui Romæ,§.duo fratres,q.6.in fin.ff.
de verbor.oblig. Tertiò principaliter extensio in-
terpretatiua legum fundatur super mente dispo-
13 nentis: quia non debet solum verba legis † atque
dispositionis alicuius simpliciter considerari: at
potius voluntas ac intentio Legislatorum, & di-
sponentium accuratissimè librari in ipsis interpre
tandis ac executioni mandandis: cùm iuxta com
munem Doctorum sententiam non debeat inten
tio disponentis deseruire verbis, sed verba inten-
tioni, vt in c.humanæ aures.22.q.5. & in c.secun-
dò requiris.in princ.extra de appellat. cum simi-
libus iuribus vulgatis. Nam mens legis, & ipsa ra
tio legis a lege ipsa non differunt, vt in l. creden-
dum.circa princ.ff.qui pet.tu.secundum Angel.in
l.prætor. §.1. ff.de nou.oper.nuncia.& hæc mens,
14 † seu ratio non solum in legibus,& canonibus,ve
rum etiã in omni alia dispositione est verbis præ-
ferenda: prout docuit glo.not.in cap.quanto,ex-
tra de priuileg. secundum Floria. in l.penult. ff.si
quadr. paup.fe. dicat.quapropter Bald. dixit in l.
quidam. C. de necess.seruis hær.instit. per ipsam.
l.quidam, quòd lex pedetentim vadit post men-
tem testatoris, sicut venator post leporem: cuius
dicto poterit addi secundum Cœpollam (in tra-
ctatu de extensione legum, in cap.quę fue.cau.in-
trod.extens. nume.128. versic. & ego etiam dico)
quòd sicut themo gubernat nauem, sic mens Le-
gislatoris seu disponentis gubernat verba, & di-
spositionem quamcunque, & in tantùm mens est
consideranda in omni humana dispositione, quòd
licèt verba in dubio sint intelligenda, vt aliquid
operetur, vt in l.si quando. ff.de legatis primo.Ta
men etiam quando nihil operarentur, potius est
præsumẽdus verisimilis eorum intellectus, quam-
uis verba superfluant, quàm verba sint extenden-
15 da † vltra mentem disponentis, vt aliquid ope-
rentur. vt in l.Cornelius. ff.de hære. instit. & in l.
quę dubitationis.ff.de reg.iur.& ita docuit Raph.
Raij. in consil. suo 4. incip. Testator instituit A,
& C, in fine. Non ergo mirum videri debet ali-
cui si extensio, siue alia interpretatio fundatur su-
per mentem disponentis, ipsam extendendo, vel
restringendo. Nam non videntur discrepantia,
16 quæ in ratione conueniunt: eo quòd ratio † est
coniunctio diuersorum ad eundem finem tenden
tium, vt docuit implicitè text.in l. & ideo.& in l.
non possunt. ff. de legibus. Est etiam ratio vrgens
disputatio, vel audens demonstratio, vt not. in
l.1. §. veteres. ff. de acquiren.possess. & in l. fin. ff.
de offic.procur. Cæsar. vel ratio est quidam animi
motus iustum a vitijs, veraque a falsis distinguens.
vel ratio est motus mentis in his, quæ dicuntur
distincta, vt in l.fina. C.de indic. viduit. toll. & in
17 l. his solis. C. de reuocan. donat. Aequitas † verò
est rectitudo iudicij naturalem sequens rationem.
vt in l.1. post princip. ff.si qui testam.lib. Eadem
ergo æquitas & ratio simul iunctæ inducunt in-
terpretationem legalem ex auctoritate l. nõ pos-
sunt: quia non refert quid ex æquipollentibus
fiat, cùm ratio attendatur, vt in l.fina.in fine.iun-
cta glos. ff. mand. Est autem æquipollentia simi-
lium rerum æqua paritas. vt in l. si mater.C.de in-
stitu. & substit. sub condit.fa. Sed vbi non atten-
18 ditur ratio, † sed sola auctoritas voluntatis, ibi
forma præscripta extensionem non recipit, vt in
cap. susceptum. de rescript.in sexto, & in l. in te-
stamento. ff.de condit. & demonstr. Ideo statuta
carentia ratione, quæ sola æquitate nituntur sta-
tuentium, vt non extrahatur frumentum extra di
strictum. l.quod vero ratione.ff.de legibus. Item
statuta, quæ sunt contra rationem iuris non exten
duntur, vt in l. quod verò contra. ff.de legibus, &
ratio est, quia non debet esse medium illud, per
quod fit extensio, quapropter vbi deficit ratio,
quæ debet esse bona & æqua (vt in l.1. ff. de iusti-
tia,& iure.) non potest fieri extensio, vt plenè no-
tatur per Bald.in l.omnes populi, colum.12. ff.de
iustitia, & iure. Quartò principaliter extensio
19 † interpretatiua fundatur super simplici volun-
tate legis, vel hominis disponentis aliquid vt fiat.
Et tunc quando Iudex super hoc pronunciat, di-
citur potius declarare extensionem esse facien-
dam, quàm quòd ipse extensionem faciat: vt su-
perius fuit dictum. Quintò principaliter exten-
20 sio † fundatur super fauore Reipublicæ, vt in l.
hoc modo, in fine.ff.de conditio. & demonstra. &
ibi Bald.notauit, dicens, quòd lex Reipublicę vti-
lis est extendenda, & non minuenda: & statim
subdit, quòd hoc faciat ad statuta terrarum: vt
propter publicam vtilitatem recipiant interpre-
tationem extensiuam: & idem docuit Antonius
de Butr. in cap. finali. §. quartò restat. colum. 12.
extra de consuet.& Angel.in l.sciant cuncti. ad fi-
nem, colum.1.C.de legit.hæred.& notant alij Do
ctores in dicta l.hoc modo. Sextò principaliter
21 fundatur extensio † in his, quæ concernunt fauo-
rem animæ, vt not. Archid. in cap.1. in vers. qua-
cumque re. in fine. de statu regu. libro sexto, &
Antonius de Butr. in cap. inter Monasterium. in
fine. colum.penult.extra de sent.& re iudi. & Pa-
normitanus in cap. ex tenore. extra qui filij sint
22 legit. Septimò principaliter fundatur in his, † ex
quibus potest sequi aliqua vtilitas, vt in simili di-
citur de fictione, vt in l. 1. §. si vir vxori, cum ibi
not. ff. de vsucap. Nam regulariter loquendo, ne
dispositio reddatur inutilis fiet extensio legum,
vt in l.si stipulatus fuero per te non fieri.ff.de ver-
borum obligatione, quod & elegantissimè docuit
quoque Bartolus in l.non dubium. C. de legibus,
& in l.omnes populi, ff.de iustitia, & iure, dicens,
quòd extensio fiat ad casum sine quo dispositio le-
gis nullum sortiretur effectum: idem docuit An-
tonius de Butr. in cap.fina.§.14.fallentia. extra de
consuet. qui citat ad hoc ipsum probandum. ca-
pit.si postquam, de elect. in sexto, & idem do-
cuit Geminianus in capitulo primo, fallentia vn-
decima, de tempor.ordin. in sexto, qui ad hoc af-
fert tex.in c.quoniam, extra de sent. excommuni-
cationis.

cationis. Idem docuit Io. And. in c. eos. §. clericis. in fin. de sent. excommunic. in sexto. Idem docuit Florianus in l. pen. ff. si quadru. pau. fecisse dicatur, asserens, quod statuta si non haberent effectum, nisi extenderentur, tunc facienda erit extensio. allegat id, quod habetur in l. si aduersus. ff. de arbi. & in l. fin. C. de usu. rei iudi. cuius dictum etsi sit uerum, regulariter tamen fallit quando mens disponentis aliud suadeat. ut in l. Cornelius, ff. de hære. institu. & Cœpolla in tract. extensionum. c. de causa finali, nu. 2. vers. prima ut sequatur. Octauò funda-
23 tur extensio † ne dispositio legis delusoria sit, uel ludibrio habeatur. ut in l. fin. in fine. ff. ne quis in loco publi. & l. si prætor. in princip. ff. de iudic. & docuit Bart. in l. omnes populi, in princ. quæstio. sextæ. ff. de iustitia, & iure, Bal. in l. cunctos populos, colum. 9. C. de summa Trinit. & fide Cathol. & quod notat Ioannes de Imol. in l. 3. col. 2. uers. Et pro tanto facile potuisset eludi dispositio illius legis, ff. de testa. ideo si lex, uel statutum, etiam pœnale loquitur de testamento, illa extendetur ad codicillos, & ad aliam ultimam uoluntatem, ne dispositio testatoris efficitur delusoria, ut docuit gl. not. in c. quamquam, in fine. in uers. aliter facta, de usur. in sexto, & ibi latius per Doctores. Quapropter tradi poterit hæc optima regula, dicendo, (prout etiam docuit Cœpolla. ubi supra, num. 7. uers. unde tradi potest) quòd quando legis uel hominis dispositio esset euidenter frustratoria, uel delusoria; quia de facili posset deludi, si intelligeretur solum in casu, in quo loquitur: tunc fiet extensio etiam ad alios casus, ne possit delusio fieri. ut probatur in d. c. quamquam, cum glo. & alijs iuribus supra allegatis, & in c. si ciuitas. de sent. excommunicatio. in sexto, ubi interdicta ciuitate, interdicta fuisse etiam suburbia ipsius ciuitatis subintelliguntur, ne fieret delusio interdicto, ad idem in c. commissa. §. porrò, & c. nemo deinceps. de elect. in sexto, cum gl. fin. idipsum docuit Ioan. de Imola in l. si nero, §. de uiro, uers. fallit secundò, ff. solut. matr. dicens hoc modo posse intelligi Paul. in clem. 1. de sepultu. dicētis, quod id quod disponitur ibi in sepeliēte manifestos vsurarios in cimiterijs, extendatur ad sepelientes in Ecclesia, quia subest eadem ratio & maior: eo magis quoniam ibi non fit extensio ad alias personas, sed inter easdem in casu valde simili, & in quo si non fieret extensio resultaret absurdum: Cum inde minus puniretur peccans in Ecclesia, quàm in cimiterio: & quia aliàs de facili posset deludi decisio illius dispositionis de non sepeliendo vsurarios in cimiterijs, sed in ecclesia: ideo non mirum si fiat
24 extensio. Nonò fundatur extensio † interpretatiua legum in uitando materiam circumscribendi legem, vel aliam dispositionem, vt in l. cùm hi, §. sed cum his. cum ibi not. per Doct. ff. de transact. & in l. magis puto, §. si pupillus, ff. de rebus eorū qui. & c. quia istud non est tolerandum, vt not. Alber. de Rosat. in prima par. statu. quest. 8. col. 4. & sic ne fiat fraus legi, vt in l. fraus. & ibi Bal. ff. de legib. & in l. non dubium. cum ibi not. per Doct. C. de legib. & docuit Petrus de Anchar. in c. canonum sta. tuta. 207. col. ext. de constit. Et ne sequatur captio. vt in l. cum Aquiliana, ff. de transac. & ne detur materia delinquēdi, vt habetur institu. vi bono. rapt. §. sed ne dum talia excogitentur. & in l. 1. §. sed & si quis. ibi. [Nam etsi aliter obseruetur.] & ibi est gl. in uers. cat. ff. de Carb. edi. cum alijs iuribus re-

latis a Cœpolla vbi supra, nu. 10. uers. tertia causa, idipsum sentiēs. & alij Doctores in Authen. si qua mulier. C. ad Velleia. vbi volunt, quod illa Authent. quę loquitur in contractu mutui, locum habeat in omni cōtractu. Item quia lex loquens de viro, trahitur ad parentes viri: quia aliàs de facili fieret fraus illi. Authent. sub vmbra alterius contractus. vt in l. Senatus. C. ad Velleia. vbi uerba Velleiani loquuntur tantum in fideiussore: quæ tamen extenderetur quando mulier transfert obligationē. Et ideo (ut refert ubi supra Cœpolla) in quæstione Paduæ, stante conuentione inter duos uicinos, ne murus, qui erat inter ipsos posset leuari ultra tot pedes, ne tollatur eis lumen, uel Sol. Alter eorum in domo sua propè illum murum, alium ædificauit ultra illos pedes, ita quod auferebat Solem uicino: dixi (inquit Cœpolla) quòd non poterat, quia illa constructio muri fiebat in fraudem, & per eam fieret conuentio illusoria: & per prædicta ita fuit ibi iudicatum. Idem dicendum esset, si lex uel statutum diceret, ut Bladum non extrahatur extra districtum cum equo, ne ciuitas fame pereat: Nam talis lex, uel statutum habebit etiam locum in extrahente cum curru, uel alio modo: quia mens disponentis est prohibere omnē transportationem: & ideo ista mens legis & Legislatoris extenditur ad casum istum, ne fiat fraus legi in isto casu, de quo, si statuentes fuissent interrogati, ita proculdubio respondissent, cum ad hoc ipsum decernendum ratio ipsa eos mouisset. De-
25 cisio fundatur extensio † in absurdo uitādo, quod aliàs inde orirerur: cum in qualibet dispositione iuris & hominis debeat absurditas uitari, etiam si in uerbis dispositionis explicitè ipsa non excluderetur, ut in l. Pomponius. ff. de neg. gest. & in l. aliud. §. absurdum. ff. de reg. iur. & in l. uam absurdum, ff. de bo. lib. & ita quoque docuit Alberic. de Rosat. in suo opere statutorum, in prima par. quæstione octaua, (quem refert & sequitur Cœpolla ubi supra, nume. 16. uersic. quarta causa.) pro cuius dicto facit l. ita uulneratus. uersic. quòd si quis absurde. ff. ad l. Aquil. & est text. cum glo. in cap. quòd si dormierit. 31. q. 1. & c. clericos. in fi. extra de officio Vicar. & c. cùm satis sit absurdum. ext. de off. Archid. quapropter dixit Pet. de Anchar. in repet. cap. Canonum statuta, extra de constitut. quòd interpretatio extensiua de uno casu ad aliū habet locum etiam ratione absurditatis, & cir-
26 cumscriptionis euitandæ: absurditas † enim debet semper intelligi exclusa, etiam si exclusio uerbis uideatur omissa. ut in l. scire oportet, §. aliud, ff. de excusat. tutor. & in l. si duo. §. aut prætor. in colum. 2. ff. de constitu. pecu. & ibi Paul. de Castro, qui dixit, quòd uerba legis recipiunt supplementionem ne sequatur absurdum: per dictam l. si duo. Et animaduertendum, quòd ne sequatur absurdum debebit fieri extensio etiam sumendo uerba contra proprium significatum: quia istud uidetur esse de mente disponentis, ut docuit Bartolus in l. omnes populi, in 3. quæst. quæstionis sextæ principalis. in uersicul. iuxta præmissa quæro. in fine. ff. de iustitia, & iure. Similiter etiam lex restringitur ne sequatur absurditas. ut in l. furti, §. pactus, ff. de his, qui not. infam. & ibi hoc notat Bartolus, quem sequitur Cœpolla ubi supra, nu. 20. in uers. & ista extensio. Vndecimò funda-
27 tur extensio † legum in uitanda iniquitate aliàs resultante ex lege nō sic extensa, vt in l. scire opor-

tet, §. & si maximè, ff. de excusat. tuto. de quo infra
28 latius. Duodecimo extensio † legum fundatur in
vitando damno indebitè, alias incurrendo ab alio
quo vt in l. 2. & ibi per Doct. C. de noxa. & in l. fin.
C. in quibus caus. in integ. restit. non est necesse,

SVMMARIVM.

1 *Legum species consideranda in materia extensionis, est quadruplex.*

PRAELVD. XVIII.

ARGVMENTVM.

De quadruplici specie legum consideranda circa materiam extensionis.

CVM circa extensionis interpretati
1 uæ legum † materiam meritò pon
derandæ veniant quatuor species
legum, circa quæ fieri contingat,
vt plurimum, extẽsio. Idcirco præmittendum fore duximus, ꝙ quædam iura dicuntur correctoria solùm, quędã correctoria & pœnalia simul, quædam pœnalia solũ, quædam limitatiua, seu limitantia, vel taxatiua alia iura, & quædã iura sunt nec correctoria, nec pœnalia, nec limitatiua, seu taxatiua, sed quæ solum prouident aliquibus specialibus casibus ab alijs iuribus nõ expressis, de quib. oibus quatuor speciebus interpretatiuæ extensionis peculiaris sermo erit habendus gradatim in presenti tractatu perutili: Ponderandũ insuper putamus, ꝙ quadrupliciter de extensione legũ loqui necesse erit: cùm & ipsas leges extendendas in quadruplici differentia esse compertum sit. Nam aut ex hmõi extensione legum sequetur alicuius legis correctio, & sic agetur de extensione fienda in correctorijs: aut ex extẽsione legum sequetur ampliatio fallentiarum regulæ iuris: & sic agetur de extensione facienda in exorbitantibus a iure communi, seu limitatorijs iuribus. Aut ex extẽsione legum sequeretur ampliatio pœnę ad alium casum in his, quæ sunt secundum ius, vel pręter ius: & sic agetur de extẽsione facienda in non correctorijs, nec exorbitantibus, nec pœnalibus.

SVMMARIVM.

1 *Causa propriè refertur ad præteritum.*
2 *Causa in quo differat a ratione.*
3 *Causa multipliciter sumitur, & quid sit.*
4 *Ratio quid sit.*
5 *Causa quid sit.*

PRAELVD. XIX.

ARGVMENTVM.

De causa diffinitione, quotuplicitate, & differentia inter causam & rationem quoad præsentem tractatum spectat.

CVM in toto pręsenti tractatu extensionũ, quàm sæpissimè mentio erit habenda de hoc termino [causa] meritò post generalem diuisionem legum seu quarumcunque dispositionum extensionis merito subsequetur sermo de causa: ne (iuxta tex. in l. 1. §. 1. ff. de origine iuris) in hoc absurdum incurramus, vt omissis initijs atque extensionum origine non repetita, quasi illotis (vt ita dicamus) manibus protinus materiã extẽsionum per quæstiones ingrediamur. Et scien
1 dum in primis erit, ꝙ causa † propriè est de præte
rito, quæ etiam si vera non esset non ideo vitiaretur dispositio, vt docuit Bart. in l. 2. §. vlt. ff. de donat. per text. in l. 1. §. sexum. ff. de postulando. & ratio est secundum eum, quia huiusmodi causa erit impulsiua. Non inutile erit & secundò causam differre a ratione. Nam hoc scire etiam oportebit:
2 quapropter sciendum, ꝙ causa † a ratione in hoc
differt (vt quampluribus Doctoribus placet.) Nã causa dicitur ex quo, vel per quod, vel a quo, vel propter quod aliqd fit: ex quo illud freqũes apud bonos Auctores. Quid causæ est? & vt scribit Cicero ex libro de fato ex Carneade: causa ea est, quæ id efficit, cuius est causa: vt vulnus mortis, cruditas morbi, ignis ardoris: Itaque non sic causa intelligi debet: vt quod cuiq; antecedat, id & causa sit: sed quod cuiq; efficienter antecedat. Ex Canonistis antẽ Ioan. Mona. in c. vlt. de iuram. calum. in
3 sexto, dixit causam † multipliciter accipi, & cãm
esse animi impulsum ad aliqd agẽdũ, vt accipitur in l. 1. §. sextum, ff. de postul. Rationem aũt esse gerendorũ ordinẽ ex causa ueniẽtiũ. Vnde subdidit causa põt esse sine rõne, ratio verò nõ põt esse sine causa. cùm causa finalis legis (propriè loquendo.) dicẽda sit rõ, prout docuerunt Imo. in c. post trãslationẽ. col. 6. nu. 40. ext. de renunc. citans ad hoc ipsum probandũ, Bar. in l. 2. §. fi. ff. de donat. etsi Bar. ibi hoc nõ dixerit expressè, vt retulit Tiraq. ĩ trac. cessante causa, in 1. par. nu. 9. cuiꝰ dicto adde tu id, quod scripsit Cic. in lib. 2. ad Herennĩũ, si is sit: Ra
4 tionẽ † esse causam, quæ demõstrat verum esse id,
quod intẽdimus breui subiectione. Ex quo id certẽ apparet nullã rõnem esse sine causa. Paul. tñ de Eleaz. in clem. dudum. §. nos aũt. vers. in studijs. & ibi post eũ Card. Flor. ĩ vers. ab olim, col. 1. oppos. 3. Imol. ibid. col. 12. vers. tertio, Paul. hic de sepulturis. occasione sumpta, ꝙ ille tex. vtat his verbis ex aliqua rõne, vel causa. idem oẽs isti Doct. dixerunt, ꝙ s̃. Io. Mona. quẽ etiã sequutus fuit Io. And. in c. cum dilecti, col. 2. vers. in Glo. ibi, de accusat. Qui Doctores subdiderunt, ibidem, quibus alijs modis dicatur, prout fecit Host. in d. c. cum dilecti. in vers. ex causa. & ibid. Io. And. col. vlt. vers. in glo. causa. extra de accusat. & Bart. in l. demonstratio. §. quod autem, col. 1. per totum. ff. de condit. & demonstr. & Luc. de Penna, in l. 1. col. 2. vers. Item nota. C. de his qui non imple. stipen. lib. 10. & Henricus Boich in c. forus, §. causa. extra de verbor. signific. Ratio autem est (vt supradictis Doctoribus placuit) ordo gerendorum ex causa venientium, vel (ut docuit Bal. in l. omnes populi, col. 7. vers. tertio quæro, ff. de iustitia, & iure) est vrgens disputatio, vel euidens demonstratio, vt dicit not. in l. 1. §. veteres. ff. de acquir. posses. & in l. non omnium. ff. de legibus, vel (vt ipsemet Bal. subdit ibidem) ratio est quidam motus animi visum acuẽs, veraq; a falsis distinguens, vel est mentis motus in his, quæ dicuntur, decernere vel conuertere valẽs. per l. vlt. C. de indicta viduit. toll. & in l. his solis. C. de reuoc. donat. Ex his ergo omnibus colligimus causam esse de præsenti, vel præterito, rõnem verò de futuro: ut docuit Bar. in d. l. demõstratio.

§. quod

§.quod autem, col.ult. uers.in octaua questione, & in l.2.§.ult.col.2.uersic.tertiò sumitur,ff.de donat.& alij Doct.alibi passim. Et si nô negemus huiusmodi duos terminos ad inuicem confundi, ut in l.eas obligationes, ff.de capit. diminut. Alber. in suo dictionario utriusq; iuris, in uers.ratio aliquando, & Paul.Paris.cons.12.incip.trâsactio.nu. 186.lib.2. quam confusè sumptionem reperimus apud Bar.in l.2.§.ult.ante finem, ff.de donat.& in Extrauag. ad reprimendum, in uersic.absentia, & alij Doctores passim. Tamen nô poterit negari, q proprie loquêdo, causa differat a ratione. Cùm dicat Bal.in c. Monasterium. de vita & honest. cler.
5 q illa dicatur causa,† cui ratio inest: cùm si nô insit ratio non possit dici aliquid causa alterius, sed abusiuè, ut in l. si stipulatus fuero,§.te sisti, §.possum, in fine ibi,[nec rarè probabilis causa est,].ff. de uerb.obligat.& sequitur Decius in c. cùm cessante, non multum post principium, extra de appellat.& Paul.Paris.in cons.32.incip.Potissima dubitatio.col.5.nu.53.lib.1. Et hæc pauca de multis dicendis circa causæ quidditatem, & differentiam inter rationem, & causam sufficiant libara.

S V M M A R I V M.

1 *Ratio quid sit secundum Baldum.*
2 *In dispositionibus correctoriis & exorbitantibus fiet extensio propter rationem ibi expressam.*
3 *Rationis auctoritas quæ sit.*
4 *Dispositio cessat cessante ratione qua motus fuit dispositor ad disponendum.*
4 *Ratione legis correctæ legem ipsam correctam esse censetur cum eius substantia dicatur correcta.*
6 *Ratione legis correcta, tunc dicetur fuisse correctam legem, quando generaliter fuisset correcta, secus si solum in vno casu ex multis, quibus lex complectitur, deficeret, seu corrigeretur ratio.*
7 *Cessante causa, seu rationem dispositionis cuiuscunque, cessat & ipsa dispositio.*
8 *Ratio est mens & medulla statuti.*
9 *Ratio siue mens legis est sicut anima, & verbum sicut corpus siue superficies, cum sit tanquam virtus legis, & quare.*

PRAELVD. XX.

ARGVMENTVM.

De quidditate, & effectu rationis quo ad præsentem materiam extensiuæ interpretationis legum.

CVM ea, quæ in ratione conueniant minimè dissidentia esse inter se dicêda fore Doctores docuerint, inter quos fuit Bal.in l.omnes populi,col.7.vers.tertiò quæro,ff.de iustitia, & iure, inde eliciens diffini-
1 tionê rationis dixit, q ratio † sit côiunctio diuersorum casuum ad eundem finê tendentiû: quod & probat per tex.in l.non possunt.& in l.nam ut ait, & in l.ideo quia,ff.de legibus, quod & rursus idê Bal.confirmauit, ut in d.l.omnes populi, col.ult. uers. secundò notabis, dicês, q ubi est eadem rô, nô propriè dicimus statutum extendi, quia inest tacitè per glo.in c.sæpe, in uers.Italiæ.de tempor. ordi.in sexto, & quod ipsemet Bald. rursus docuit in repet.l.de quibus.col.12.uers. Item nota, q nô uidetur.ff.de legibus, dicens, q ubi plura habent eandem rationê: cùm de uno tm̃ fiat mêtio, uidetur id fieri exemplariter, non restrictiuè: quod & repetijt Alex. in côs.75.incip. Videtur in præsenti côsultatione.col.1.lib.5. Iason in l.a Titio, in princip.col.vlt.ff.de verb.obligat.& cons.63.incip.Per reformationem, col.4. vers.secûdò principaliter, §.3.Tiraq.in repet.l.si vnquã, vers.libertis, nu.45. vers.quorû sententia, C.de reuoc.donat. Quę omnia adeo vera sunt, q obtinent locum etiam in di-
2 spositionibus † correctorijs, & exorbitantibus, in quibus fiet extensio propter rationem expressam etiã ad alios casus inibi non expressos, de quo tñ infra statim latiùs sermo habebitur. Cum tanta sit
3 auctoritas rationis † alicuius legis, vel alterius dispositionis, q ipsa cessante, & dispositio ipsa cessat, prout docuit text. in l.adigere, §.quamuis, ff. de iure patro.& in l.quod dictu,ff.de pactis.& ibi Bar.& Ang.prout & docuit Euerardus in Topica iuris, in loco a cessatione rationis. Idem quoque probatur per argumentû, in l.ita autem, in princ. ff.de administr.tut. vbi in vers.& cùm causa depositionis exprimatur.vbi hæc habentur, videlicet, [& cum causa dispositionis exprimatur, vt prędia pupillis côparentur, manifestu est, ut ad minimas summas nô videatur pertinere, quib.mod. præfiniri gñaliter non pôt, cû facilius causa cognita per singulos possit examinari.] hæc ibi. Idê probatur per arg.in l.illud quæsitû, in princ.in vers.cu ergo, ff.ad l.Aquil.ubi hæc habêtur, videlicet. [cû.n.circa furti actionê hęc rô sit, ne ex uno delicto tota ia milia Dñs earcat: ea, quę rô similiter & actio damni iniuriæ interueniat, sequitur ut idê debeat existimari: præsertim cû interdû leuior sit hic causa delicti, ueluti si culpa & nô dolo damnu detur.] hęc ibi. idê probatur per arg.in l.1.§.hoc interdictum.ff.de fonte.vbi hæc habêtur, videlicet. [Hoc interdictû ponitur ei, qui fontana aqua vti prohibetur. Seruitutes.n.non tm̃ aquæ ducêdę esse solû, verum etiã hauriendæ. Et sicut discretæ sunt seruitutes ductus aquæ, & haustus aquæ, ita & interdicta separata redduntur. Hoc autem interdictû locum habet, si quis vti prohibeatur aqua, hoc est siue haurire prohibeatur, siue pecus ad aquam appellere. Et eadem sunt hic dicenda, quæ ad personam attinent; quęcumque in superioribus interdictis diximus. Hoc interdictum de cisterna non competit. Nam cisternam non habet perpetuam causam, nec viuam aquam] hęc ibi. Diximus probari per arg.in dictis iuribus: qm̃ luce cla-
4 rius ex ipsis elicitur dispositionem † cessare, cessante ratione, qua motus fuit dispositor aliqua disponere. Quod & infrascripti Doct. expressè docuerunt videlicet Bar.in l.demonstrantia.§.quod autem.q.8.ff.de condit.& demôstr. & in l.2.§.vlt. vers.tertiò sumitur.ff.de donat.& in extrauag. ad reprimendum, in vers.ne ex eorû absentia in fine. Raph. Fulg.in l.1. C.de liber.pręter.in l.fin.not.1. C.de edic.Diui Adria.tol.& Cardi.Flor.in Clem. 1.col.1.nor.10.de iudicijs.Glo.in l.cu tale.§.falsam causam legato. in vers.non cohęret.ff.de côdit. & demôs.Bal.in c.1.§.Et quia vidimus.col.pen.vers. mô queritur quę est rô.tit.qui feud.dare pos.Ang. in repet.l.si certis annis.col.5. vers. Alij aût dixerunt.C.de pactis. Vbi loquitur in casu l.1.C.de fideicom.Imo. in l.si filius qui. col.5.vers.secundus

effectus est.ff.de vulg.& pup. Quapropter meritò intrascripti Doct. asseruerunt, quòd correcta ratione legis, † lex ipsa correcta esse censeatur, videlicet Glo. in l.1. in princ. in vers.prouidentia,& ibi Alex.in addit. Bar.in princip.ff.de legit.tuto. & in l.1. C. eodem titul. Ex quibus locis patet, φ licèt olim agnati præferentur cognatis in tutela, quamuis essent remotiores gradu: tamẽ hodie secus est;quia id olim fiebat ea ratione, quòd agnati præferebantur cognatis in successione, & eadẽ ratione in tutela, vt in l.quod tutela.ff.de reg.iur. sed hodie quo ad successionẽ sublata est differentia agnationis & cognationis per Authen.in successione.C.de suis & legit. & in Authen.defuncto. C.ad Senat.consul.Tertul.& in Auth.post fratres. C.de legiti.hered. & sic correcta est ratio legis circa tutelas, & ideo etiã correcta est dispositio: ad quod benè facit tex.in Autheut.sicut. C.de legit. tut. Idem docuerunt & infrascripti alij Doctores, videlicet Glo.in l.1.§.filiusfamilias qui est,& glo. vlt.vers. Item numquid poterit, ff.de donat.causa mortis.quã ad hoc ipsum probandum citauit Iac. Butr.in l.2.C.de condit. ob causam.Glos.in l.1.in princ.glo.1.ad finẽ.ff.de coniung. cum emancip. liber.Glo.in l.2.in princ. in vers.filio præced.ibi, Item quod de adoptione. ff.de vulg. & pupil.substitu. Bal.in cons.179. incip.quædam D.Catherina, paulò post medium.ibi nõ obstat, l. Titia,lib. 1.dum dicit, quòd correcta ratione legis,correcta est ipsius legis substãtia.Salic.in Authen. ingressi. col.2.versic.Itẽ nota, φ lege correcta. C.de sacros. Eccles.& in l.vt liberis, in fine, C.de collat. & in l. vlt.in fine, C.de legit.hæred. Imol.in c. dotalem, col.2.vers.sed certè hac ratio.ff.soluto matri.& in l.si vero, §. de uiro.col.3. vers. aut erat vnica rõ, ff.eod.tit.vbi illam primam glosam facit singularem,& in d.l.2.col.3.vers.sed tu potes tenere.ff.de vulg.& pupil.Idem rursus Imo.& Rom.qui idipsum latè tractant post alios; Nam Imo.in l.2.§.vlt. col.3. vers.vltimo adde. ff.de donatio. Rom.verò in d.l.2.col.1. vers. quintò, in quanto idẽ repetijt Imo.in c.post translationẽ,col.9.vers.pòt dubitari,an correcta,extra de renunc.idem docuit Alex. reputans singularem sententiam glos. supradictæ, quam sequitur in l.si cõuenerit,col.4.vers.nec obstat ratio, ff.de re iudic. & in l.quod dicitur col.8. vers.vnde videtur recidere.ff.de verb.oblig.& in l. 1.col.3. vers.vnum tamen nota.ff.soluto matr.vbi & illam glos. dicit singularem Paris de Puteo in tracta.de sindicatu. in vers.contra officiales, & in vers.qui semel ostensa.Felin.in c.1.col.6. vers.non sic econtrario, & ibi Dec. in priori lectura, id intelligens in ratione siue causa finali, in 4.col.vers. tertia conclus.& ibi August.Berous,col.18.nu.86, ext.de cõstit.& ipse Fel.in c.vlt.col.vlt.de rescrip. & in c.quãto,col.vlt. vers.limita tamen vt nõ fiat de iudic.& in c.tua nos,col.2.vers.similiter videmus,extr.de iureiur. & Iason in l.quod dictum,ff. de pactis,& in l.si quis filium,col.pen. vers.cogitatamen,C.de inofficios.testam. & in l. posthum. col.5. vers.& pro ista sententia. C. de bonor.poss. contra tabul. Franciscus Curtius iunior in consil. 12.incip.videtur prima consideratione,colum.3. num.10.August.Berous,in c.quæ in Ecclesiarum, charta vltima,num.189.extra de constitut.& hæc
* est Doctorum communior,& verior opinio,cuius veritas roboratur legum auctoritate:Cùm ad hoc ipsum probandum citetur text. in l.generali,iuncta Authen.ingressi: quæ illam confestim sequitur, C.de sacrosanct.Eccles.nam per dictam l.generali permittebatur monachis testari : quia bona per ingressum nou transinittebantur ad Monasteriũ: sed cùm postea ea ratio correcta fuerit : nempè cùm bona ingressi transferantur ad monasterium, correcta fuit lex dans facultatem testandi per dictam Authent.ingressi: vbi id ipsum docuit Salic. & citantur quoque, l.placet.C.eo.tit.iuncta l.1.C. de indictio.lib.10. Nam per eam l.priorẽ, qui excusabantur ab extraordinarijs muneribus, excusabantur ab indicto,quia id erat extraordinariũ, sed cùm postea factum fuerit ordinarium per dictam l.1.& sic correcta fuit illa prioris legis ratio, & ea quoque in hoc correcta fuit per dictam l.1. facit etiam ad hoc ipsum probandum tex.in c.miramur.cum glo.ext.de seruis non ordin.iuncto c. a multis,de ætate & qualit.ordi.ex quibus patet, φ constitutio loquens de Subdiaconatu tanquam de ordine nõ sacro,quia tunc etiam sacer ordo nõ erat,correcta censetur ea etiam ratione correcta, quia is ordo nouis constitutionibus sacer factus fuerit,idem docuit permulta , Tiraq. in tract.cessante causa,in prima par.a nu.25.vsque ad num. 133. Hæc oĩa verissima sunt, intelligendo ea prout peroptimè docuit intelligenda fore Franc. Aret. in l.2. colum.7. versic.tu autem aduerte.ff.de vulgar. & pupill. quem sequutus fuit Tiraquellus vbi supra,nu.132.dixit ergo Aret.φ dicta iura locum habeant solùm quando lex specialiter disponeret super uno,ita ut certũ esset uerba complecti personã,uel casum,in quo ratio legis corrigitur. Nã tũc poterit habere locum tex. in d.c.a multis,qui videtur velle , φ requiratur contraria constitutio reuocans priorem: & hoc inquit Aret.fortasse uerius esse,quod & uidetur probari, in l.1.in princ. ubi idipsum not.Bal.C.de caduc.toll.& facit optimè quod notat Glosa in l.liberos,§.1.ff.de capitis diminut. sed & id (ut Aret.subdit) intelligendum
6 erit: ut scilicet correcta ratione legis, † intelligatur lex correcta, quando ratio legis generale corrigeretur : secus si in uno casu tantum ex multis, (quos lex complectitur) deficeret, siue corrigeretur, ratio per notata a Bar.in l.cùm hi.§.eam autẽ. ff.de transact. & peroptimum textum in l.1. in fi-
7 ne.ff.de minor. Et φ cessante causa, † uel ratione dispositionis cuiuscunque, cesset & ipsa dispositio, probatur, cùm ratio sit anima legis, ut uoluit Dynus in c.fin.de reg.iur.in sexto, Cynus in l.non dubium,col.ult.uers.primò quæro,& ibi clarius Bar. colum.2.uersic.secundum dubium est, & Bal. ibidem col.3.uersic.sequitur uidere de tertio, ibi secundò quãdo ratio.C.de legibus.Bar.in l.cùm mulier.in princ, & ibi quoque Bal.Imo. Raphael Cu. Paul.de Castro in fine.Alex.col.1. not.5. uers.omnes per eum tex.ff.soluto matrim.Bald.in l.1.col. pen.uers.Item an cessatio,ff.eod.tit.ubi de hoc dicit esse meliorem textũ totius iuris in l.scire oportet,§.aliud autem,uers.sed etsi maximè.ibi mens Legislatoris, ff.de excusat.tut. ubi & hoc ex eodẽ tex.not.ipse Bald.qui idipsum repetijt in l.1. col.
8 ult.in princ.ff.si cert.pet.ubi dixit,quòd ratio † sit mens & medulla statuti : qui rursus in l.2. in fine, & ibi quoque Imo.col.2.uers.nec obstat,quod remanet, ff.de donat. & in l.maximum uitium,colum.3.uers.propterea istud statutum, C.de liber. præter. & in l.1.colum.2. uers.pone alium casum, C. de interdicto, & in l.1.col.2. uersic. ex quibus conclu-

concludo.C.quæ sit longa consuetudo.& in c post transactionem. col.2. versic.quæro vtrum cessante.extra de renunc.& in consi.2.incip.verba statuti. lib.1. vbi dicit tria hæc vnum & idem operari, scilicet verbum,rationem,& mentem,& in consi. 199.incip.in causa ista,circa medium. lib.3. & in consi.433.incip.Domina Ioanna. col.2. versic. est vltimo considerandum.eod.lib.3.& inter consilia Ange.consi.281. incip. Martinus Ioannes de Florentia.col.1.& ipse Ang.consi.211.incip. in volumine statutorum col.2.versic.Nec obstat huic decisioni.& Federicus de Senis in consi.4.incipien. Testator in vltima voluntate. circa medium Petr.Anchar.in repet. c.1.char.14. in paruis. versic. circa tertium casum.de Constitu. Cardin.Flor.in hoc confundens causam & rationem in c.si quando, ad finem.extra de rescript. vbi dixit mentem legis & rationem,idem esse : ideo rationem, seu causam legis esse ipsam legem. & Raph. Fulgo.in consi.78.incip.supposito statuto tenoris. colum. 2.versic. igitur & in nepote.Corneus in consi.193.
9 incip.Placet,lib.1.Ratio † quoque seu mens legis est sicut anima & verbum sicut corpus siue superficies, sicut scribit Bal. in l.si quis seruo. col.vltima, versic.ex his apparet, C.de furtis. & in l.vlt. quæst.15.C.de hæred.institu.dicens rationem esse animam ipsius scripturæ.& in Authen. Post fratres.la secunda, versic.Item frater.C.de legit.hæred. dixit, quòd ratio legis debeat attendi tanquam virtus intrinseca legis, & tanquam genus prædicans de suis speciebus singulis.vt not.in §.1. Institu.de legit.patron.tut.& in c.1.§. & quia,vidimus.col. antepen. versic. extra quæritur titu. qui feud.dare poss.dicit,quòd essentia legis,vel statuti consistit in mente statuentium. & in c.dilectus. el primo,col.1.versic.Item nota,quòd appellatione.extra de rescriptis,asserens, quòd sicut sententia vel statutum inducit dispositionem, ita ratio statuti : vt in l.emptor. §.vltimo. ff.de rei vendic. quia ratio inquit, ius facit,& in consi.275.incip. quod pro regula.col.3.versic.si autem ratio lib.2. dicens,quòd ratio legis siue consuetudinis seruari debet tanquam anima & spiritus eius.Id ipsum docuit Pan. in c.nihil.col. 5. versic. Nec obstat si dicatur.extra de elect.quòd sic se habet ratio legis ad verba legis, sicut anima ad corpus : vnde sicut anima dominatur corpori, ita ratio verbis: quod & idem ipsemet repetijt in consi.suo primo incip. in facti contingentia talis est, quidam A. contraxit.col.3. versic.vltimo adduco pulchrum. lib.1. & consi.78. incip. Quidam decessit . col.4. versic. Et ex his coniecturis . eod.lib.1.Rom.in l. 2.§.vltimo,versic.Non obstat,quòd dicit.ff.de do nat.& Marianus Socinus senior in consi.30. incipien.quamuis ex his.col.1.versic. Quare cum præfatum.lib.1.& in consi.35.incip.Circa prædictam consultationem. col.2.versic. Et quamuis hæc ratio.eod.lib.1.Bart.Socinus eius filius id ipsum docuit in consi.241. incip. Circa primam difficultatem.colum.12.versic.Præterea & tertiò.lib.2. vbi dicit, quòd spiritus & anima statuti est ratio illius. Alex.in consi.12. in eap. circa hanc dubitationem.col.3.versic.Præterea faciat,lib.3.Franc. Curtius senior consi.9.incip.Ticinensi statuto,colum.9.versiculo . Quia uerba statutorum . Vbi dicit , quòd ratio statuti est anima eius. & in consilio 45.incipien.statuto & consuetudine.colum.6. versic. Quia mens & ratio est sicut anima , & verba sicut corpus & superficies, & Felinus in capit. tua nos,colum.2.

SVMMARIVM.

1 *Ratio & mens legis quod sit ipsa lex .*
2 *Ratio vnica vbi excogitari potest, illa habetur pro expressa.*
3 *Veniens ex mente, & ratione legis, dicitur ex ipsa lege venire, & non ex extensione .*
4 *Ratio omnimoda vbi est, ibi non dicitur, nec est extensio, aut ampliatio, & quare :*
5 *Rationes cum sunt specie differentes , tamen similes, tunc est extensio, idest progressio de termino ad terminum per adæquationem .*

PRAELVD. XXI.

ARGVMENTVM.

Quòd mens & ratio legis sit ipsa lex.

NON enim obscure, sed eleganter quàmplurimi infrascripti Doctores collegerunt ex hucusque allatis mentem & rationem legis esse
1 ipsam legem . † & hoc docuerunt Glo. in l.2. in versic. rationem vel legem, paulò post princ.C.quæ sit longa consuetudo.Bal.in consi.467.incip. de iure communi in fine lib.2.per not.in l.eum tale.§. pen.ff.de condit. & demon. Ang.in l. Prætor ait.§.1.versic. Concludo ergo : vbi dicit mentem & rationem legis ab ipsa lege non differre per l.credendum. in princ. ff.qui pet.tut.Pan.in c.vlt. colum.3. versic. Nec ex hoc dicas.extra de rescripr.& in c.2.col.pen. versic.Item mens. de præbendis. & in c.1.col.4. vers. Quid autem si lata. extra de re iudic. & in c.quia plerique. col. pen.vers. Ego latius,de immun.eccle.& in suo consi.75. incip. Quidam decessit col. 4.vers. ex his coniecturis lib.1. Corn. in consi.15. incip.ex quo dictus Franciscus . num.4. colum.3. versic.& ratio legis,lib.1. asserens hoc ipsum docuisse Ang.in l.2.ff.de donat. Bal.in Authen. Post fratres.la seconda,C.de legit.hæred. eo quòd ratio est anima scripturæ,vt docuit Bal.in l.fin.ff.de hæred. instit. & loquuntur etiam in ratione non scripta: dummodo sit certa. Vbi enim vnica ratio
2 † excogitari potest, illa habetur pro expressa, vt in l.quamuis simpliciter, & ibi Bal.C.de fideicom.& rursus id ipsum repetijt idem Bal. in l.maximum vitium.C.de liber.præter.Idem Decius docuit in cons.64. incip. Præsupponitur tempore , col. pen. versic.confirmatur prædicta conclusio. Vbi etiam multa ex superioribus tradit, & Doctores vbique. Non omittemus tamen, quòd ratio dicatur cordis facies secundum Glo.in §.Gibbosus.versic.faciem.dist.49.Ex his omnibus infrascripti Doctores elicuerunt hoc axioma, dicentes id, quod venit
3 ex mente † & ratione legis, ex ipsa lege, & non ex extensione venire : ita vt ex ea competat directa actio per l.hominis & rei. §. verbum ex legibus. ff. de verborum signif. & l.1.ff.vti possidet. & ibi Cynus de quo per Bart. in l.3.in princ.ff.de legit. tut. & in l.curator colum.1. versic. Alio modo , & ibi quoque per alios Doct. maximè per Alex.qui multos

multos alios citat. C.de negot.gest.quod & confirmarũt Raph.Fulgo. Corn. & Philippus Decius in l.bonorum. C.de bono. posses. secun. tabu. Et ratio est in promptu: quoniam vbi est omnimoda
4 ratio,† ibi non dicitur, nec est extensio, aut ampliatio, vt voluit Glo.not. in c.1, versic. Italiæ. de tempor.ordi.in sexto, etiamq; vt ea dicit in pęnalibus. per c, si post quam. de elect. in sexto, vbi constitutio c.cupientes, de elect. in sexto, licet sit pęnalis, declaratur tamen habere locum in prouisionibus, appellationibus, & confirmationibus, de quibus ibi cautum non erat. & allegat etiam l.si postulauerit. §. idem, ff.ad l.Iul. de adult. & l. quædam. §.nummularius. ff.de edendo. Et idem propemodũ voluerunt Pet.& Cyn.l.in iura, non in singulas.ff.de legibus: dum dicunt, quòd cum in pluribus casibus est eadem ratio, ea decidit omnes istos casus, non quidem per extensionem: sed sicut genus comprehendit omnes suas species: & sic & generalis ratio diuersa species casuum. Cum
5 autem rationes † sunt specie differentes, tamen similes tunc est extensio, idest, progressio de termino ad terminum per adæquationem. Idipsum docuerunt infrascripti Doctores. Nam Petr. & Cyn. in l.quòd vero contra rationem. ff.de legib. & ibi quoque Bal. in priori lectura. col.1. versic, Item verisimile est.eod.tit.idem Bal.in Auth.post fratres.la seconda, versic. Item frater. C.de legit. hæred.Pet.Anch.in consi.112.incip. superstite domina. col.1. Panor. in c.nihil. extra de elect.Pau. de Castro in consi.83. incip. Præsens casus, col.2. versic.Constat autem quòd quando, lib.2.vbi idipsum pulchrè declarat. Idipsum docuit Tiraq. in tract.cessante causa. par.prima nu.37. & in repet. l.si vnquam. in versic.libertis. nu.45. uersic.quorum sententia.C.de reuocan.donat.

S V M M A R I V M.

1 *Ratio seu causa in quibuscumque dispositionibus, maxime, & in primis attendenda est, & seruanda.*

2 *Dispositio quantumcumque generalis per rationem restringitur, & specialis per rationem generalem ampliatur. quod exemplificatur in multis.*

3 *Ratio quæ solum præsumptioni innititur non restringit, nec ampliat aliquam dispositionem.*

4 *Legem restringere quando, & ex qua causa quis possit, & non.*

5 *Dispositio specialis potest extendi, & ampliari ex ratione generali, etsi dici possit extensio vel ampliatio etiam in pœnalibus.*

6 *Ratio eadem vbi est, & idem ius esse debet, & quare:*

7 *Dispositiones etiam correctoriæ, & exorbitantes extenduntur ad casus ibi non expressos ex ratione in ipsis expressa.*

8 *Dispositiones etiam pœnales extenduntur de casu expresso ad casum non expressum ratione rationis ibi expressæ, quod multis comprobatur.*

PRAELVD. XXII.

ARGVMENTVM.

Quod ratio seu causa tam in legibus, statutis, consuetudinibus, quàm in omnibus dispositionibus interpretandis, an inprimis sit attendenda.

EX his omnibus, quæ supra attulimus apertissimè elicitur, quòd ra-
1 tio seu causa † tam in legibus, statutis, consuetudinibus, quàm in alijs quibuscumque dispositionibus maximè, & in primis attendenda est, & seruanda: ut elegantissimè docuerunt infrascripti Doctores, uidelicet Bart. in l.contra legem.post medium. ff. de legibus.auctoritate Iac. Aret.& Cyn.in l.quicũque. C.de seruis fugit.quos sequitur Iason in l.de quibus.col.1. uersic.alij intelligunt.ff.de legibus.& ante illos scripserat idipsum Glo. in dicta l.2. in uersic. Rationem aut legem.C. quæ sit consuet.non minus attendi mentẽ siue ratione legis, quàm ipsammet legem per eundem tex.& legem præcedentem, quod omnes Doctores ibi asseuerauerũt: Insuper indè colligendũ summopere erit, quod diximus de ratione statuti, & consuetudinis. Propterea quòd dispositio
2 quantumcunque generalis per rationem restringatur, & è contrario dispositio quantumcunque specialis per rationem generalem ampliatur. Primum enim probatur per text. in l.cum pater.§. dulcissimis, & ibi per Bar.Bal.Albericum.& Pau. de Cast.ff.de legat.2.& in l.pater.§.fundum.& ibi Bar.ff.de legat.3.& in l.adigere.§.quamuis. ff.de iure patro. & in l.ex facto. in primo respon. ff.de vulg.& pupil.substit. vbi & id in priuilegijs quoque procedere probatur. & in l.quod dictum.ff. de pact.ex qua Ang.ibi post princ. notat, quòd limitata legis ratio limitat ipsam legem. & in l.is qui animo. & ibi glo. in versic. amittere.Dyn.Alber.Ang.Pau.de Cas.& Claud.Seisel. ff.de acquir. poss. & in l.cancellauerat.& ibi Bar. ff.de his quę in testam.delen.facit & ita autem. in princ. & ibi etiam Bar.ff.de administ.tut. & facit l.hæc actio. secundum vnã lecturam. ff.de calumniat. & facit l.non omnium. C.de suspect.tut. facit quoque ad hoc text.in c. suggestum. & ibi Paris.in not.2. & ibidem Philippus Franchus, & Decius in 1. & 2. not.extra de appellat.idipsum voluerunt glosa in l.1.§.hoc interdictum eandem. ff.de fonte. Bar.in l.adigere. §.quamuis. ff.de iure patro. Bal. in l.de quibus.colum.10.versic.ad secundum. ff.de legibus.& in l.si quis seruo. colum. vltima vers. ex his apparet. C.de furtis. & in l.data.colum.9. versic. Item nota, quòd ratio.C.qui accusare nõ possunt, & inter consilia Ang.consi.221. incip.in volumine, versic.Nec obstat huic decisioni.& in consilio 346.incip.Titius vt hæres. Vbi dicit id procedere in dispositione legali testamentaria, & inter viuos, per multa ex iuribus supra allegatis. Idem docuit Salic. in l.2.colum.2.versic. Ideo & meritò.C.de noxal.actio.Idipsum sentijt Pet.Anchar. in consi.258.incipien.super primo quæsito. qui & hoc dicit procedere non solum in legibus, sed & in contractibus, & vltimis voluntatibus, & iudicijs. Idem dixit Rapha. Fulgo. in consi.99.incipien.magister. colum.vltima. vbi dixit, quòd ratio regit, idest restringit & ampliat dispositionẽ, quod repetijt in consi.186. incip.pro determinatione. colum.3. versic.2. quoniam ipsa domina, Idem Raph. Cum. in consi.2. incip. Proponitur, quòd Ser Blancus.colum.1.in fine, & in consi.143.

incip.

Incip. Titius, & Seius, Roman. in consi. 16. incip.
Viso themate consultationis. col. 2. vers. Item &
quia ex dicta ratione. Paul. de Cast. in consil. 438.
incip. Quantum ad primum. col. 2. versicu. Non
obstat, quòd statutum. lib. 2. Panor. in c. vlt. col. 3.
extra de rescriptis. & in c. secundo requiris. col. 1.
not. 1. extra de appellatio. & in c. 1. col. 3. versi.
Et quia plerique a legc. ibi, ego latius, extra de
immuni. Eccle. & in c. de vxore. col. 2. versi. sed
quero quid in abbate, extra de sepultu. & in cons.
93. incip. Statuto ciuitatis Grossetanæ. col. 3. ver-
sicu. Nam ad rationem legis. lib. 1. & in consi. 3.
incip. Nitar in præsenti causa. & in quæst. 23. lib.
2. & in consil. 58. incip. Quidam Nicolaus. col. 3.
versi. secundò hoc videtur. eod. lib. 2. Alex. in cōsi.
75. incip. Videtur in præsenti consultatione. col. 3.
versic. sed hæc dispositio. lib. 5. Francis. Aretin. in
consil. 160. incip. Verum est, quòd comicus. col. 3.
versic. moueor primò. Soc. in consil. 165. incipiē.
Visis inuestituris. col. 3. versi. secūdò probatur. lib.
2. Felinus in c. Tua nos. col. 2. vers. in textu. ibi res,
de iureiuran. Franc. Curtius senior, qui hanc di-
xit esse regulam infallibilem (quem refert & sequi
tur Tiraquel. in tract. Cessante causa, par. 1. nume.
140. in fi.) & idem Socinus in consil. 9. incip. Tici-
nensi statuto. col. pen. versicu. Concludo igitur fra-
trem: & latiùs in consi. 81. incip. Rectè præfatus,
col. 2. versic. sed præmissis, & multis sequentibus:
Idem docuit alter Franc. Curtius iunior in consil.
12. incip. Videtur prima consideratione. col. 3. nu-
me. 10.

Limita primò q in præcedenti Præludio dixi-
mus, quod generalis dispositio restringitur per li-
mites rationis: Nam etsi hoc regulariter sit verum
vt fuit superiùs probatum, tamen idipsum non ha-
3 bebit locum in ratione, quæ † solùm præsumptio-
ni innititur: quādo per eandem rationem non re-
stringeretur generalis dispositio legis, vel statuti,
aut cuiuscumque alterius dispositionis, vt inter
alios eleganter docuit Bal. & ex facto respondit
in consil. suo 250. incip. In quæstione Domini Mi-
lani, col. vltima paulò ante finem. lib. 1. per not. a
Iacobo, & Oldrad. in l. 1. ff. soluto matr. quos re-
citat & sequitur Tiraquel. in tract. Cessante causa.
par. prima, nume. 145. & in limitatione 29.

Limita & secundò singulariter allata in Prælu-
dio 21. præcedenti: vtendo hac sequenti distin-
ctione, qua vtitur Bar. in l. Non dubium, col. 2. ver.
secundò quæro, ibi. & ideo aduerte. C. de legi-
4 bus. si quis, inquiens, vult restringere † legem ob
defectum rationis, aut aliam succedentem æquita
tem, tunc si voluerit restringere, non licebit, &
ita loquitur l. Prospexit, ff. qui, & a quibus: si ve-
ro voluerit legem restringere, ne aliquis indebite
lucretur, & id quidem licebit, vt habetur ex l. Vt
gradatim. ff. de munet. & hono. & in l. 1. C. de sa-
crosan. Eccle. Si verò quis voluerit restringere ne
aliquis patiatur damnum, & potest: & ita loqui-
tur l. Adigere, §. quamuis, ff. de iure patronatus,
quod & repetijt Bar. in d. l. Prospexit. & in dicta
l. Adigere. §. quamuis. & in l. omnes populi, col.
18. versi. secundò quæro an statuta. ff. de legibus.
& Bal. in dicta l. non dubium, col. 2. versi. sequitur
videre de interpretatione. Imo. in l. si verò, §. de vi-
ro. colum. 2. versi. circa primum conclude. ff. solut.
matrimo. vbi id dicit procedere etiā si ratio esset
expressa in lege per tex. in Clemen. 1. iuncta glo.
de elect. & idem docuit ipsemet Imo. in l. vbi pu-
rè §. 1. in fine. ff. Ad Senat. consul. Trebel. Idem do-
cuit Marianus Socinus in consil. 1. incip. In casu
supra narrato. col. vlt. lib. 1. & Felinus in c. si quan-
do, col. 8. versic. sed videtur mirabilis. extra de re-
script. quos sequitur Tiraquel. vbi supra nu. 146.

5 Amplia primo, q dictum fuit de † dispositione
spirituali, quod ipsa possit extendi & ampliari ex
ratione generali (dato quòd forsan posset dici hu-
iusmodi extensionem esse aut ampliationem, ita,
quòd vbi habet locum illa ratio generalis, habeat
& dispositio. & hanc veram esse ampliationē pro-
batur infrascriptis medijs, vers. per tex. in l. nomen
debitoris. §. vltimo. ff. de legat. tertio, & in l. cum
mulier. ff. sol. matrim. & in l. regula, §. si quis. & ibi
Bart. & Bal. & iterum, §. & licet, ff. de iur. & facti
ignor. & in l. 1. §. hoc interdictum eādem. ff. de fon
te. & in l. 1. §. mater, versiculo quid si curatores. &
versic. quid si decesserunt. ff. ad Senat. consul. Ter-
tul. & in l. pater filium. §. fundum. ff. de legat. 3. &
in l. cū pater, §. dulcissimis. ff. de legat. secundo, &
in c. secundo requiris. & ibi Bal. extra de appellat.
& in c. constitutionem. de regular. in sexto, quod
& docuit quoque Glo. in clem. 1. in versic. eliga-
tur. & ibi Cardin. Flor. qui eam appellat singula-
rem. De elect. Bal. in l. quod dicitur. per eundem
textum. ff. de pactis. dum dicit eatenus extendi di
ctum, quatenus ratio illius extenditur: quod &
repetijt in consi. 309. incip. opinio communis. an-
te medium. lib. 4. Ang. in consi. 221. incip. in volu-
mine, col. 2. versic. nec obstat huic decisioni. & in
consi. 246. incip. Titius tanquam hæres. Vbi & id-
ipsū asserit procedere in omni dispositione. Imo.
in consi. 1. incip. in casu præmisso. col. 3. versic. Et
primò non videtur. Vbi ex hoc dicit, quòd cap.
quamuis. de pactis. lib. sexto loquens de pacto de
non succedendo, quod ei fit, cui debet succedi,
habet locum in eo, quod fit alteri, ex generali il-
lius ratione: quod & repetijt in consi. 174. incip.
spectabilis domine: post princip. Idem docuit Ia-
nor. in c. 1. de iuramento calum. vbi & idipsum as-
seuerat procedere ēt in odiosis. & in c. 1. de re iu-
dic. asserit idē procedere ēt in pœnalib. cum ratio
est expressa. vt in c. secundò requiris. not. 1. extra
de appellat. & in c. quia in insulis, extra de regul.
& in consi. 93. lib. 2. Dominicus in c. statutum. §.
cum verò. col. vlt. de rescript. lib. sexto, Pau. Ca-
stren. in l. si verò, §. de viro. post princ. ff. sol. matri-
mon. & in consi. 430. incip. quantum ad primum.
lib. 1. Alex. in consi. 111. incip. Consideratis verbis
inquisitionis. col. 2. versic. & cum ibi, lib. 1. & in
consi. 50. incip. Circa hanc dubitationem. colum.
3. versic. præterea faciat vbicumque, libro 4. & in
consi. 57. lib. 5. & in consi. 51. incip. In casu præsen-
ti. col. 2. versic. Tamen istis non obstantibus. lib.
7. Socinus in consi. 241. incip. circa primam diffi-
cultatem. col. 4. versic. Nec obstat si dicatur, lib. 2.
Iason in l. licet inter priuatos. col. 2. versic. Primò
quia quando ratio. C. de pactis, & alij Doctores
quam plurimi idipsum docuerunt. Ad hoc ipsum
probandum accedit regula illa iuris vulgatissima
& verissima, in qua habetur, quòd vbi est eadem
6 ratio, † & idem ius statui debet, vt in l. illud. ff. ad
l. Aquil. & in l. a Titio. in princ. ff. de verb. obliga-
tio. & ibi cōcor. in glo. vltima, quas addemus te-
xtus not. in l. his solis. ibi satis tacitè cautum. C.
de reuocan. donat. quem ad hoc dicit singularem
Bal. in c. quia V. in fide iudici. & meliorem totius
iuris appellat idem Bal. in rubr. C. de nautico fe-

nore

nore.necnon, facit tex.in c.translato.de constitu. & in c.inter corporalia. de translat. prælat. & ratio est, quoniam (iuxta sentẽtiam Bal.) in l.omnes populi. col.7. versic.tertiò quæro. ff.de iustitia, & iure, non videntur inter se dissidentia, quæ in ratione conueniunt: quia ratio est coniunctio diuersorum casuum ad eundem finem tendentium per textũ in l.non possunt. l. nam vt ait & l.ideo quia. ff.de legibus, & rursus idem Bal. in eadem l.omnes populi.col.vltima versic.secundo notabis, ꝙ vbi eadem ratio, non propriè dicimus statutum extendi, quia inest tacitè per glo.in c.sepe, versic. Italiæ. de tempor. ordin.lib.6. Et quod ipse Bal. scribit in repet.in l.de quibus. col.12.versic.Item nota quòd non videtur. ff.de legibus, dicens, quòd vbi plura habent eandem rationem: cum de vno tantum fiat mentio, videtur id fieri exemplariter, non restrictiuè 1 cum alijs multis aggregatis ab Alex.in consi.75.incipien. Videtur in præsenti consultatione.col.1.lib.5. & Iason in dicta l.a Titio.in princ.col.fi.ff.de verb.oblig.& in consi.63. incip. Per reformationem. col.4. versic. secundò principaliter. §.3. & a Tiraquel. in repet.l. si vnquam, versic. libertis, num.45. C. de reuocand. donat.

Amplia & secundò dicẽdo supradicta oĩa locum
7 habere etiam in dispositionibus † omnibus correctorijs & exorbitantibus: in tantum quòd huiusmodi dispositio extenderur de casu expresso in ipsis ad casus inibi non expressos ex ratione in ipsis expressa. Hanc ampliationem docent esse verissimam infrascripti Doctores, videlicet Glo. reputata singularis in clem.2. in versic.eligatur. & ibi Henric. Paul. Elez. Card.Flor. in 22.quæst. & latè ibidem Imo.col.6. versic. Tertiò quærit glo. de elect. Bal.in Authen. quas actiones. colum.2. versic.sed ego dico.& ibi etiam Pau. de Cast.col. 2.versic.item verum est. & Iason, qui id latissimè & optimè dispntat & declarat. col.4. versic. pro clara intelligentia, & 2. sequenti. colum. C. de sacrosanctis Eccles. per textũ in dicta l. his solis, C.de reuocan.donat.Idem docuit Bal. non quidẽ obscure in l.maximum vitium. col.3. C. de liber. præter.Imo.in l.si vero.§.de viro, col.2. versic.circa primum. ff.sol.matrim. Raph. Cu.ibidem post medium.& Pau.de Cast.ibidem post principium. qui Imo. idem repetijt in l.vlt.col.3.versic. & nota diligenter.& in consi.123. incip.In causa, quæ vertitur.col.2.versic.& pro ista parte.Vbi dicit singularem esse dictam glo.in clem.2. in versic.eligatur.de elect.Idem docuit Raph. Fulgo.in consilio 104.incip.Titius condidit testamentum, colum. 2.versic.& illa etiã ratione.& iterum Raph.Cum. in l.cum mulier. per illum textum, & ibi etiã Alexan.in not.5.ff.sol.matrim. & in l.quamuis. & ibi etiam Pau.de Cast.in fine. C.de fideicom. Panor. in c.vlt.col.3.versic. & licet Bart. dixerit.extra de rescript.& in c.nihil.col.5.versic.Nec obstat si dicatur.extra de elect.Alex.in l.4.§.Cato.colum.6. versic.& vltra prædicta. ff.de verbor.obligat.& in consi.50.incip.Visis actis causæ, colum.3.versic.& saltem vbi scripta.lib.2.& in consi.17.incip. Ponderatis his, quę in themate.col.penult.versic.Nec obstat, quòd textus, lib.3. & in consi.89. circa primum dubium.col.2.vers.vnde sicut, lib.6. Franciscus Aretinus in consi.27.incip.Proponitur ex facto, colum.1.vers.Præterea etiam iunctis his, quæ dicit, col.2.vers. Non obstat, quòd melior. & vers. sequenti. Cœpolla in suo consi.crim.74.incip.Viso statuto Taruisij.col.vlt.vers. quia respondetur, quod illud Iason in l.de quibus.col.4. vers. Puto, quòd vtrumque, ff. de legib. Franciscus Curt.sen. in cons.81.incip.Rectè pręfatus, col.2.nu.7. Et ad hoc ipsum probandum benè facit textus in l.emptor. in fine. ibi ea ratione reddita. ff.de rei vendic.& in l.& fideicomm.§.cum Pollidius.ibi [Idque sibi mater ideo placuisse testamento comprehendisse].ff.de vsur.Glo.in §.1.in vers.ad curationem. in Authen.vt hi, qui se hab. perhib.& quod tradit glo. in cap.si postquam.in versic.mente.de elect.in 6.Idem docuit Tiraquel.in tract.Cessante causa par.1.nu.153.& nu.154.

Amplia & tertiò quæ dicta fuerunt dicendo ipsa locum obtinere etiam in iuribus ac dispositio-
8 nibus † penalibus, prout latissimè docuerunt infrascripti Doctores, videlicet Bal.in l.data opera. colum.4.vers. Et adde quòd vbi est.C.de accusat. per l.his solis. C.de reuocan. donat.quæ propriè loquitur in materia pœnali. & in l.vlt. C.de indicta vidui.tol.& idem Bal.in c.1.§.porrò.col.2.per illum text. (quem dicit meliorẽ de iure) titu.quæ fuit prima cau.benef.ammitt.Salyc.in l.si serui.colum.pen.versi.prima est quòd etiam iunctis præcedentibus.C.de noxali.Pet.Anch. in consi.304. incip.Illa allegata in cõtrarium, ante finem, vbi etiã dixit talem casum potius venire ex mente legis quàm ex extensione.Nam ratio (inquit) extendit verba legis, per l.nominis & rei. §.verbum ex legibus. ff. de verbor.signif. & dicit esse textum expressum ad casum, qui venit ex mente legis, extendi constitutionem pœnalem in d. c. si postquam. de elect. in sexto. Idem quoque docuit Panor. in c.vlt.col.2.vers.sed mihi placet. extra de rescript. per text.vt (inquit) apertissimum in l.2. §. Quid si curatores, & §.quid si decesserint. ff.ad Senat.cõsul.Tertul.& per bonum textum (iudicio suo) in l. libertum.§.Senatus.ff.de ritu nupt. addens id non esse interpretationem extensiuam, sed intẽsiuam, & intellectiuam.Quod & repetijt idem Pauor.in c.1.col.3.versic.Nota ibi intentione: de iuramento calum. dum dicit procedere etiam in odiosis, & in dicto c.1.col.4.versic.dispositio etiam penalis.extra de re iudic. & in c.quia plerique, colum. pen.vers.ego latius.extra de immun.Eccle.Dominicus in c.si ciuitas, §.1. in princ. de sent. excom. lib.6. Alex.in l.cum mulier. col.1.not.5. per illum tex.ff.sol.matrim. & in consi.75. incip. Videretur in præsenti, col.1.lib.5. Iason in l.1.§.si is, qui in princip.col.vlt.vers. Tertiò moueor. ff. ad Senat. cons.Trebell. Decius in l.non videtur. colum.vlt. vers.septimò fallit, ff.de regu.iur. Tiraquel.vbi supra num.155.

SVMMARIVM.

1 *Causa qui! sit.*
2 *Causa quæ propriè dicenda erit alicuius rei causa.*
3 *Causa finalis est primum principium intentionis, & vltimum executionis.*
4 *Argumentum solum elicitur ex ratione finali, & causa finali, & quare.*
5 *Correcta ratione legis, legem quoque ipsam correctam dicitur censeri, locum habet solum in causa finali, & non in impulsiua.*
6 *Causa impulsiua quid sit, & quare ita describatur.*
5 *Causæ impulsiuæ virtutes quæ sint.*

8 *Causa*

PRAELVD. XXIII.

ARGVMENTVM.

De quidditate & duplicitate causæ dispositionum quarumcunque.

HABITO sermone de ratione dispositionum quarumcūque, ratione cuius quælibet dispositio contingat extendi de casu inibi expresso, ad casum ibi ad verbum nō expressum: subsequenter verbum faciendum erit de quotuplicitate causarum, quibus assolent Legislatores, vel alij dispositores rerum suarum moueri ad aliquid disponendum.
1 Causa igitur † iuxta Doctorum sententiam communem supra in primo cap. latius relatam est, dicentium. Causa est, qua posita, ponitur effectus: & qua non posita, non ponitur effectus: quæ causæ definitio videtur elici ex definitione tradita per Arist. in primo de Generatione. c. 4. textu 55. dicentem. Causa est vnde motus, vel a qua motus est: & hæc est duplex, alia impulsiua, quæ aliàs dicitur causa sine, idest minus principaliter mouens qua non: alia finalis causa dicitur, & est illa, quæ principaliter mouit legislatorem vel quemcunq; disponentem ad aliquid faciendum, vel disponendum. Regula illa iuris in c. cessante causa. extra de appellat. intelligenda erit de causa finali & nō de impulsiua innumeris Doctorū sententijs prout latissimè docuit Tiraquel. in tract. cessante causa in limitatione prima dictæ regulæ.

Summoperæ attendendum erit, quòd causa ea
2 † solum dicitur causa, quæ finalis erit, non autem impulsiua, quæ abusiuè, & impropriè dicetur causa, prout infrascripti Doctores dixerūt, videlicet, Cynus in l. generaliter, in prima oppos. C. de Episcopis & cler. vbi & Bal. col. 2. opposit. 2. vbi docuit auctoritate Arist. quòd causa finalis sit causa aliarum quod Arist. in lib. 2. Physic. docuerat. Idē repetijt ipse Bal. in rubr. C. de institu. & substitu. col. 1. versic. causa verò est, per l. Titio centum. in principio, ff. de condit. & demonstr. & in l. demonstratio, eod. tit. & in l. 2. §. vlt. ff. de donar. & in c. post translationem. col. 5. versic. quæro vtrum cessante, ibi dicit Ioannes And. in nouella. de renūc. Socinus in dicta l. demonstratio. §. quod autem. colum. 1 not. 2. vbi tamen dixit auctoritate illius textus appellatione causæ vtramque venire finalem & impulsiuam causam. & rursus idem repetijt Bal. in l. eam, quam. colum. 1. versic. venio ad no. C. de fideicommis. dicens, quòd causa finalis sit fons causarum: quod ex eo reassumit Barbat. in consi. 30. versic. sacro scriptum est, col. pen. versic. Preterea facit ad prædicta, lib. 2. & idem Bal. & post eum Mattheus de Afflicto in cap. primo, ad finem. tit. statut. vel aliàs imperfect. dicens, quòd causa finalis substantia appellatur, per glo. in l. iuris gentium. §. quod ferè. ff. de pactis. & alibi appellatur forma, vt docuit glo. not. in §. item si quis postulante, institu. de action. sed & idem Bal. in l. auia. colum. vlt. C. de iure dotium, dixit, quòd cau
3 sa † finalis sit primum principium intentionis, licet sit vltimum executionis. Idem docuit subtilis doctor Mattheus Matthesil. in suo tract. extensionum. col. 2. dicens, quòd ex ratione finali tantum
4 potest † argumentum elici per text. in Authen. Hæc constitu. in no. circa medium. Idem probatur per not. per Io. And. Glo. & alios in c. 1. versic. Italiæ. de temp. ordin. idem Iason in Authen. quas actiones. col. 4. vers. Puto tamen disputationis gratia: & iterum col. 7. vers. Tertiò limita. C. de sacro sanctis Eccle. quapropter peroptimè loquentes Doctores de virtute causæ finalis dixerunt, non posse sumi argumentum a contrario sensu, nisi ex causa finali tantū. de quorum numero fuerunt Per. Cyn. Iac. Butrig. Bal. & Salyc. in l. conuenticulam. C. de Episco. & cler. Anton. in c. Publicato. colum. vlt. de elect. & in c. cum Apostolica, col. vlt. versic. Item nec a verbis modalibus. extra de his, quæ fi. a Prælat. de conse. Cap. Dominicus in c. Imperatores, versi. quicunque, dist. 9. Pan. in l. qui testamento. §. mulier. ff. de testam. Alex. in l. 1. col. 11. versic. tertiò fallit. & versic. quinto fallit. ff. de officio eius, cui mandata est iurisd. Iason in dicta colum. 1. & 10. vers. sextò fallit Felinus in c. significasti. col. pen. vers. item fallit in verbis causæ impulsiuæ. extra de foro compet. Nicolaus Euerardus in locis legalibus in loco a contrario sensu. colum. 2. & rursus. col. 10. versic. dicta regula. Intantum sunt suprascripta vera, quòd id, quod dicitur a Doctoribus, quòd correcta ratione legis,
5 legem quòque ipsam correctam censeri, procedit in causa finali, non autem in impulsiua: vt docuit Tiraquel. in tract. cessante causa, limit. prima, numero 10. Et breuiter enarremus naturā, ac assen-

tiam

tiam vtriusque causæ sciendum quòd tunc ratio,
seu causa dicetur impulsiua, quando decisio cano
nis vel dispositionis cuiuscunque est generalior,
quam ipsa causa: tamen si causa seu ratio erit ge-
neralior ipsa decisione canonis vel cuiuscunque
dispositionis, aut æque generalis: tunc erit finalis,
& non impulsiua; sed in dubio causa dicetur po-
tius impulsiua, quàm finalis, vt latissimè docuit
Euerardus in sua Topica iuris, tit. a cessatione le-
gis. nu. 5. per totum. Bal. in l. 1. col. 1. versi. item po
ni possunt in vim. C. quando non peten. par. dixit
causam finalem illã intelligendam fore, qua posi-
ta in esse, ponitur quoque in esse voluntas dispo-
nentis, & ea cessante, cessat consensus per l. vlt. ff.
de hæred. instit. quem sequitur Tiraquel. vbi supra
num. 32.

6 Cùm causa impulsiua, †(propriè loquendo) non
dicatur causa, sed quoddam motiuũ ad disponen-
dum vel contrahendum. indè elicitur sententiam
Matthesillani in suo tract. extensionum, colum. 2.
optimam fuisse, dicendo, quòd ex ratione seu cau
sa finali tantum possit extensionem fieri, non au-
tem ex impulsina per textum in Authen. Hæc con-
stitutio. circa medium: & per not. per alios cita-
tos a Tiraquel. in tract. cessante causa. limit. 1. nu.
8. in fine, sicut non poterit sumi argumentum a
contrario sensu a causa impulsiua. Et si non nege-
7 mus causam seu rationem impulsiuam † maximi
valoris esse. Primò in rescriptis. Secundò in gra-
tiosis priuilegijs. Tertiò in gratiosis rescriptis. Et
quartò in remissione banni. de quibus sigillatim
aliqua differere operæ pretium duximus. De pri-
mo ergo loquendo dicimus in rescriptis, ergo ad
beneficia: surreptitio vitiat non solum quando ad
illa concedenda fuisset quis motus causa inducti-
na & finalis rescripti: verum etiam si fuisset causa
impulsiua. Vt quia Papa aliàs & sine causa conces-
sisset, sed non tam faciliter, siue leuiter; in quo ha-
bemus textum egregium in c. postulasti. in illis
verbis [de leui non scribimus] de rescriptis, vbi &
hoc not. Imo. qui hoc dicit diligenter notandum
in quarto notabili. & ibidem Panor. in colum. 3.
nor. Vltimo vbi item dicit illum singularem, &
semper menti tenendum Felinus ibidem. col. 3.
vers. per istum text. & Philippus in c. cum cessan-
te. col. 1. extra de appellat. idem Tiraquel. in dicta
limit. prima, nu. 11. sunt tamen Doctores, qui di-
ctum text. in dicto c. postulasti intelligunt; non
solum in beneficialibus, sed & in ceteris omnibus
gratiosis, & ita eum textum intelligit Panor. in c.
constitutus. col. 2. versic. Item nota quòd non om-
nia, ext. de religio. domib. idem docuit Barbat.
(loquens in materia legitimationis) in consil. 49.
incip. Clementissimum Deum & Patrem. colum.
3. versic. rursus oportunè lib. 4. Vbi & ad hoc illũ
textum dicit singularem, & meliorem de iure:
quod repetijt in consi. 55. incip. Clementissimum
& Omnipotentem. col. 1. eodem lib. 4. vbi dicit il
lum singularem & expressiorem, quàm qui sit ali-
bi. Corn. (loquendo in legitimatione) in cõs. 245.
incip. licet aliàs consuluerim. col. 1. in fine lib. 1.
vbi illum textum appellat singularem. & in consi.
217. incip. Prima facie col. 3. versic. Non enim at-
tenditur. lib. 2. vbi dicit, quòd ille text. etiam pro-
cedat in gratiosis rescriptis ad lites. & ita allega-
ti per Doctores in c. super litteris. de rescriptis.
qui idem Corneus in consi. 98. incip. quamquam
videatur, col. 2. versic. solum autem videndum.

lib. 3. idipsum reperijt. Alex. verò loquens in re-
missione banni, in cons. suo 114. incip. ponderatis
his, quæ narrantur. col. 1. versic. plus probat text.
lib. 1. vbi & illum textum dicit reputari singula-
rem. Idem docuit Franciscus Ripa in l. ex facto. co
lum. 3. num. 15. ff. de vulgar. & pupil. substit. multa
alia notatu digna de effectu ipsius causæ impul-
siuæ recensuit Tiraquel. vbi supra nu. 14. & sequen
tibus, quæ cum non videantur ad rem nostram fa-
cere, illa omittemus.

Nunc dicamus, causa aliqua quando in dubio
8 dicenda sit finalis, † in quo & si varia reperiatur
apud Doctores sententia circa præsentem propo-
sitam quæstiunculam: tamen Deo optimo maxi-
mo dante eorum vota colligẽdo hic inseram om
nia signa, quibus erit fas nobis cognoscere ex ver-
bis dispositionis vniuscuiusque: quando causa seu
ratio disponentem ad huiusmodi dispositionem
fuerit finalis. Qua cessante, cessat constitutio vel
quæcunque dispositio. Et sciendum quòd Bartol.
in l. 2. §. vlt. ff. de donat. docuit, quòd conditio, mo
dus, & causa in præsenti materia sumuntur loco
sinonimorum, & per consequens conditio & mo-
dus sumuntur vt in causa.

Primum ergo signum erit ad cognoscendum,
9 quando causa sit finalis, hoc † causa apposita in le
ge presumitur finalis, tanquam ipsi coherens, pro-
ut docuerunt infrascripti Doctores, nempè Accur
sius in l. cum tale. §. falsam causam. ff. de condit. &
demonstr. & ibidem Bald. sumens occasionem ex
glo. ibi quod & repetijt in l. generaliter. colum. 2.
versic. sed in dubio. C. de Episcopis & cleric. per
dictum text. in dicta l. generaliter. Cynus in l. 1. ff.
sol. matrim. & ibi quoque Bal. col. 5. versic. Item
an necessariò. Ang. qui dictam glo. dicit singularẽ
in l. sciendum. la seconda, & ibi Cœpolla col. 1. ff.
de edilit. edict. Card. Flor. & Imola in c. ex parte
(quod est pen.) vterque ad fin. extra de cleric. con-
iug. Alex. & Iacobus a Sancto Georgio qui dicũt
dictam glo. singularem in l. vterque. col. 1. C. de
edic. Diui Adria. tol. Philippus Franc. qui & illam
dicit singularem, in cap. quoniam, versic. in glo. in
versic. Ecclesiasticum. extra de immun. Eccles. Car
din. Alex. in c. verum col. 2. versic. Item vbicunque
lex exprimit causam. extra de condit. appos. vbi
illam glo. dicit notabilem. idem rursus docuit Ti-
raquel. ex Bal. vbi supra num. 24. in fine. dicens ip-
sam tũc iudicari causam, rationem, ac ipsam met
mentem legis, vt not. in l. cum ea. §. pen. ff. de con-
dit. & demon. Nisi appareret, quòd esset impul-
siua: vtputa si causa esset specialis, & lex genera-
lis: vt in Senat. consult. Macedo. & similibus. Idem
Tiraquel. vbi supra num. 29. Idem docuit Oldr. in
consi. 224. incip. Istæ allegationes. col. 5. versic. præ
terea quando causa hoc probans per text. in l. abi-
gere. §. quamuis. ff. de iure patro. Idẽ docuit Bart.
in l. 2. §. vltimo. ff. de donat. per text. in dicta l. cum
tale. §. falsam. quem citat & sequitur Tiraquel. vbi
supra nu. 41. Romanus & Imo. in dicta l. 2. sequun-
tur Bar. ibi, prout refert Tiraquel. vbi supra num.
42. Amplia allata in primo signo dicendo idem di
ci de causa appositiua a Principe, quòd in dubio
dicatur finalis per text. in l. pen. C. de donat. inter
vir. & vxorem, vt docuit Oldr. in cons. 224. incip.
istæ sunt allegationes col. 5. quem sequitur Alber.
in dicta l. generaliter. col. 2. & Tiraquel. vbi supra
numero 30.

Secundum signum causa finalis dicetur, quan-
do

do aliqua constitutio est inducta in fauorem alicuius vel impietatē, vtputa quis donat vt nubat, vel vt redimat captiuo, vel huiusmodi, vt docuit Specul. in titu. de disput. & allegat. §. post hoc autem. vers. vel illud statutum fuit. Idem docuerunt infrascripti Doctores, videlicet Bar. Imo. & Rom. in l. 2. §. vlt. ff. de donat. qua propter hac causa cessante, cessabit dispositio legis, vt in c. cum cessante. extra de appellat. & in c. magnæ, extra de voto. idem docuit Cynus in l. si quis pro redemptione. C. de donat. citans ad hoc probandum text. in l. si ego, in principio. ff. de iure dot. Idē docuit Salyc. in l. si pecuniam, in princ. col. vlt. vers. nunc ad declarationem. ff. de condict. ob cau. citans ad hoc dictam l. si quis pro redēptione, & dictam l. si ego. quem citat ac sequitur Tiraq. vbi supra nu. 40. in fine. Idem docuit Bar. in l. 2. §. vlt. ff. de donat. citās ad hoc suprascripta citata iura.

Limita dicta in primo signo, dicēdo ipsa vera: nisi aliud exprimeretur in ipsa lege, prout docuit Bar. in l. 2. §. vlt. ff. de donat. per tex. in l. 1. §. textum. ff. de postulando. Imo. & Rom. in d. l. 2. sequuntur Bart. ibi prout refert Tiraq. vbi supra nu. 42.

11 Tertium signum est, † quando in aliqua dispositione tam iuris, quàm hominis. s. tam in legato in contractu, quàm in legibus, & statutis causa ponitur conditionaliter, & non causaliter. Nam tunc huiusmodi conditio arguit causam finalem. exemplum traditur in l. a Titio. ff. de verbor. obligat. & in l. demonstratio. §. quod autem. ff. de condict. & demon. hæc Bal. quem refert, & sequitur Tiraq. in tract. cessante causa, limit. 1. nu. 23. in l. 1. §. si parendi. ff. de cōdic. cau. dat. idem Bart. in l. 2. §. vlt. ff. de donat. quē sequuntur ibidem Imo. & Rom. prout refert Tiraq. vbi supra, nu. 42. idē Bar. in l. demonstratio. §. quod aūt, col. 3. vers. tertio modo, per eū text. ff. de condic. & demōst. Aegidius Bellamera in c. post translationem. col. 4. vers. de condict. extra de renūc. Salyc. & Bologni. in l. damus. ff. de cōdic. inde. Raph. Cuma. in l. 2. §. vlt. circa mediū. & ibi Pau. de Cast. vers. secundus casus. ff. de donat. Iacobi. a S. Georgio in l. vlt. col. 1. C. de edict. Diui Adria. toll. Ioānes Franc. Oze. in §. supradicta. col. 2. nu. 7. Instit. de milit. testam. & nullus ex Doctoribus huic decisioni repugnare asserit Tiraq. vbi sup. limit. 1. nu. 61. vers. nemo repugnat. idque optima ratione firmatur: ēt si deessent text. id expressim probantes. Ratio verò est, qm̄ conditio formā inducere & solennitatem non leuē per se patet, & docuit Bal. in Authen. Matri. & Aniç. col. 1. versic. quidam tñ dicunt. C. qñ mul. tute. offic. Alex. in l. 2. §. viti. col. 2. vers. passus nō est. & ibi quoq; Frāc. Aret. col. vlt. vers. secundò principaliter. & ibi Iason. col. 2. vers. limita istā regulā. ff. de vulg. & pup. substit. vbi ex eo dñt nō leue esse ꝙ per condōnem proferturˍ cum alijs concord. ibi ab illis adductis.

Limita primo nisi aliud appareat expressè vel ex coniecturis, quia sic intelligēdo resultaret patuus, vel obscurus, vel sci contrarius intellectus, vt in l. 2. cum ibi not. C. de condict. infer. vt docuit Imo. in l. 2. §. vlt. ff. de donat.

Limita in casibus notatis in l. 1. C. de Institu. & substitu. per glo. & Cynum, & Dynum in c. imputari. de regu. iur. in sexto, & in l. in testamento. ff. de condict. & demon. idem docuit Bar. in d. l. 2. §. vlt. ff. de donat. quem sequuntur Rom. & Imo. ibidem, prout refert Tiraq. vbi supra nu. 42.

Quartum signum, in contractibus, tunc causa

12 † dicetur finalis, quando ponitur causa per modū causæ respicientis tempus præteritum ab errante & ignorante eam non esse veram. & talis error est causæ obligationis, vt docuit Bal. & Tiraquel. vbi supra, qui Bal. idipsum confirmauit in l. etsi post tres. in lect. 1. col. 2. vers. causa autem. ff. si quis cautio. quod & probat verum, per textum in l. 2. §. circa. ff. de except. dol.

13 Quintum signum † dispositio ponēs causam per modum causæ de futuro, & inest vtrique parti, & tradens sciat causam possibilē, & huiusmodi causa continet in se aliquod certum, vergens in vtilitatem tradentis: & præsumitur finalis, vt in l. 1. §. si parendi. ff. de condict. cau. da. & ibi per Bal. & per Tiraquel. vbi supra, nu. 23.

Amplia primo allegata in dicto quinto signo, dicendo idipsum esse si concernat tradentis pietatē, & ratio est, quia ipsa pietas habetur pro causa immediata & finali, vt in l. si ego. ff. de iure dot. & in l. cum his. §. in ea. ff. de condic. indeb. & idem docuerunt Bal. & Tiraq. vbi supra. Idem docuit Cyn. in l. si ego. in princ. ff. de iure dot.

Amplia secundo suprascripta in dicto quinto signo dicendo ea locum ēt obtinere, quando concerneret cōmodum tertij, vt in l. Nesennius. ff. de excusat. tut. & in l. si tibi homo. ff. de legat. 1. & in l. si hæres. ff. de condic. ob cau. Idē docuit Bal. vbi supra, & Titaq. vbi sup. & nu. 39. idem docuit Cynus in l. si quis pro redemptione. C. de donat. per text. in l. si tibi legatum. ff. de legat. 3. idem docuit Bar. in l. 2. §. vlt. ff. de donat. citans ad hoc text. in l. Titio, in fi. ff. de condict. & demon. & in l. quibus diebus in fi. eod. titu. & in l. si tibi pure. ff. de legat. 3. quem Bar. sequuntur ibidem Imo. & Rom. prout refert Tiraq. vbi supra nu. 42.

14 Sextum signum. Quando causa † apponitur alicui dispositioni, in qua modus, & forma aliqua traditur nudo executori: quoniam talis causa præsumetur finalis, vt docuit Tiraquel. vbi supra, nu. 24. in fi. in vers. sed & vbicunque.

Septimum signum, qñ in dispositione hominis

15 apposita fuerit aliqua conditio † tunc etiam si ex perfectione seu adimpletione dictæ conditionis, nullus reportaret aliqđ commodū: huiusmodi tñ conditio hēbit vim causæ finalis, vt in l. Menius. ff. de condict. & demon. Bal. & Tiraq. vbi supra.

16 Octauum signum est, quando causa † reperitur apposita in sententia, quoniam semper intelligetur finalis; licèt in contractibus, & vltimis voluntatibus præsumatur impulsiua, vt docuit text. in l. cum enim. ff. de suspect. tut. & in l. qui cum vno, §. 1. ff. de re milit. & in l. Aurelius. §. vlt. ff. de liber. hæc docuit Bal. in l. Senatorum. ff. de Senatoribus. quem refert ac sequitur Tiraq. vbi sup. nu. 25.

17 Nonum signum. Quando causa † concepta est de futuro, & expressa per modum conditionis tunc erit finalis, vt puta, Do tibi centum quia hæres eris, vt docuit Bal. in l. damus. ff. de condict. indebiti, quem refert, ac sequitur Tiraquel. in suprascripto tract. cessante causa, limit. 1. nu. 26. etsi illud repeti possit dicta causa non sequta, vt ipsimet dixerunt. idem Salyc. in l. si pecuniam. in principio, versiculo nunc ad declarationem. ff. de condict. ob causam. citans ad hoc text. in l. secunda, §. vltimo, ff. de donat. & not. glo. vltima, in l. si militem. C. de condict. ob causam. nisi in certis quibusdam casibus notatis per l. primā, C. de Institu. & substit.

D Amplia

Amplia dictam regulam traditam in suprascripto figuo nono quoad repetitionem obtinendam dictæ rei sic traditę: quãdo quis & si scripsisset causam conceptam de præterito: vt puta dicendo, dò hoc tibi, quia gessisti mea negotia, & regulariter dicta causa dicatur impulsina, & cesset repetitio: Tamen quando quis non fuisset aliàs daturus, tũc daretur repetitio, ipsa causa cessante, quia dicta causa dicenda erit finalis, & non impulsiua: vt in l.finali. ff.de hæred. instit. vt docet Bal. & Tiraquel. vbi supra, & rursus Bald. in l.si repetendi. versiculo quæro nunquid causa. C.de condict. ob causam.

Amplia & secundo dicta in suptascripto signo nono, dicendo, quòd etsi dicatur causa impulsiua regulariter causa de præterito, propter quam non datur repetitio ipsa cessante: Tamen quando causa esset vera importans verum debitum: tunc dicetur causa finalis, vt in toto tit.de condict. iodebi. & sic daretur repetitio ipsa cessante, vt ibidem docuerunt Plat. Iac. Aret. quos Tiraquel. sequitur. vbi supra nu.26. Idem docuit Iac. Rauen. qui addidit, quòd vera causa dicenda erit illa, quæ est fundamentum, & principium sui effectus, vt in l.2.§. circa. ff.de except. dol. & in dicta l.damus. ff. de condict. indebit. in qua quidem causa datur talis regula, quòd aut si vera esset, importaret verum debitum, & tunc præsumetur finalis, aliàs impulsiua. hæc retulit Bal. in l.etsi post tres. in prima lectura. columna 2. versiculo causa autem. ff. si quis cautio.

Limita dictum signum nonum: dicendo inibi allata esse vera, quando dictæ causæ de futuro impletio respiceret commodum tradentis vel tertij: secus si solius recipientis, & non requireretur ad substãtiã actus in ipsa causa de necessitate: quia tunc præsumeretur causa impulsiua, & non finalis. vt docet Petr. per textum in l.Titio centum. ff.de condict. & demonst. quem refert Tiraquel. vbi supra. Idem docuit Salycetus, in l. si pecuniam io princ. col. vlt. versic. nunc ad declarationem. ff.de condict. ob cau. citans dictam l.Titio. & in l.quibus diebus. §. vlt. ff. de condict. & demonst. & text. in l.naturalis. §.1. ff.de præscript. verbor. & in l.liberto. §.Lucius. ff. de annuis legat. & in l.si tibi pure. ff.de legat. tertio, idem docuit Bartolus in l.secunda, §. vltimo. ff. de donat. citans ad hoc text. in dicta l.Titio centum. in secundo respon. quem sequuntur Imo. & Rom. ibidem, prout refert Tiraquel. vbi supra nu.42.

18 Decimum signum est, quando causa † per se infert in quemlibet effectum inclusum sub dispositione illius: nam tunc præsumitur finalis, vt docuit Bal. in l.prima, columna penultima, versiculo adde, quòd illa causa. ff. soluto matrimonio. Tiraquel. vbi supra nu.28.

Amplia & tertio allata in nono signo, dicendo illa habere locum etiam in contractuum quatuor innominatorum speciebus. (Cum habeant in se relationem causæ) positis in l.naturalis. ff. de rescript. verb. & in l.prima in fine. ff.de rerum permut. Bal. & Tiraquel. vbi supra. Idem docuit Salycetus in l.si pecuniam. in principio, columna vlt. versic. nunc ad declarationem. ff.de condict. ob cau. citans ad hoc text. in dicta l.1. & in dicta l.naturalis. §.1. quem citat & sequitur Tiraqoel. vbi supra nu.40.

Amplia & quarto dicendo, quòd etsi regulariter causa apposita in cõtractibus, qui non habent in se relationem causæ, & in contractu donationis, legati, & libertatis, in dubio causa præsumatur impulsiua: tamen præsumetur finalis in tribus casibus. Primus si contineat interesse illius, qui causam apponit, vt in l.secunda, §. vltimo. ff.de donat. Secundus si causa apposita esset dę essentia actus, idest, si ea circunscripta, vel si deficiente, actus non subsisteret, vt in l.sed si maritus. §. vltimo, ff.de donat. inter virum, & vxor. Et tertius quando ex apposita causa augeretur effectus, vt in l.si pro redemptione. C.de donat. Hæc docuit Bal. in l.si repetendi, versiculo quæro nunquid causa, C.de condict. ob cau. quem Tiraquel. vbi supra nu.31. sequitur.

19 Vndecimum signum. Nam causa † finalis caprę sumitur; quæ secundum iuris rationem debet esse finalis. per text. in l.eam quam, col.2. vers. venio ad not. C.de fideicom. & in l.si pater. C.de hęred. instit. docuit Bal. in dicta l.eam quam, sequitur Tiraquel. vbi supra nu.33.

20 Duodecimum signum. Causa † finalis præsumetur, quæ a disponẽte assignatur loco finalis causæ. vt docet Bal. in dicta l.eam quam. per text. in l.cum pater. §. dulcissimis. ff.de legat.2. & in l.si is, qui animo. ff.de acquiren. poss. & ita eum sequitur Barbat. in consilio 19. incipien. sacroscriptum est Euangelio, colum. pen. vers. præterea facit ad prædicta, lib.2.

Tertium decimum signum erit, quando quis non fuisset aliquid aliàs facturus, tunc causa illa,
21 † qua fuit motus ad illud faciendum dicetur finalis: & huic signo se subscripserunt Ioannes Monachus in capit. cupicotes. colum.2. numero 4. de rescript. lib.6. Collect. & in cap. post translationẽ colum.1. versic. sed quam causam. de renunc. Imo. in dicto cap. post translationem. colum.6. numero 42. de renunc. & alij plurimi, quibus se subscripsit Tiraquel. vbi supra numero 37. Addens quòd hoc scire esset inutile, oisi & illud sciremus, scilicet, quando disponens esset, vel non esset facturus: & certè id minime dubium, cum disponens id expresè declarat, vt dicit Alberic. in l.generaliter. col.2. versic. est etiam quarta. C.de Episcopis & cler. sed si quis latius, & apertius id ipsum scire vellet, illud reperiet declaratum a Bart. in l.demonstratio. §. quod autem. col.3. ff.de condict. & demonstrat.

Quartum decimum signum est, quando sensus alicuius causæ assignatæ ab aliqua dispositiooe non esset contrarius iuri communi. tunc dicta cau
22 sa † dicetur finalis, vt docuit Salycetus in l.conuenticulam. colum.1. versic. sed tunc quæro. C.de Episcopis & cler.

Quintum decimum signum est quando causæ
23 † appositæ in aliqua dispositione, expressio requiritur necessariò ad substantiam actus, qui geritur, & iudicatur finalis. vt in l.sed si mors. in fine. & l.sequenti. & in l. & hoc habebit locum etiam quando causa respiceret commodum eius, cui datur. Quòd adipiscendæ. ff. inter vir. & vxor. prout docuit Salycetus in l.si pecuniam, in principio, columna vltima, versiculo nunc ad declarationem. ff. de condict. ob cau. quem refert ac sequitur Tiraquel. in tract. Cessante causa, limitat. 1. num.40. in fine. Idem docuit Bar. in l.a.§... ff.de donat. citans ad hoc textum. in l.sed si mors. §. vltimo cum l.sequenti. ff.de donat. inter vir. & vxor.

quem

quem citat, & sequitur Tiraqnel. vbi supra nu.41. & ipsum Bart. vbi supra sequuntur Imo. & Rom. ibidem, prout refert Titaquel.vbi supra nu.42.

Decimum sextum signum est tam in lege antiqua, quàm noua. Nam in antiqua declarante aliã
24 antiquiorem colligetur causa † finalis ex dicta antiquiore lege, quam declarat, vt patet ex ferè omnibus legibus iurisconsultorum. & maxime ex l. sed etsi lege. §. Item si rem. ff. de petit. hæred. & in l. stipulatio illa. §. alteri. ff. de verb. obligat. & illa (inquit) propriè dicitur ratio. Docuit Tiraq. in tract. cessante causa. limit. 1. nu. 43. vers. item Bart. sequens Bar. in extrauag. ad reprimendum, in vers. ne ex coram absentia. ad finem. addens hanc dici propriè rationem. Idem docuit Imo. in l. 2. §. vltimo, col. 1. versic. item ac circa id : & post ipsum Rom. ibidem col. 1. versic. & potest dubitari. ff. de donatio.

25 Decimum septimum signum est † quando lex est noui iuris inductiua, & tunc ratio illius ex eadem colligitur si sit expressa, vel ex præfationu eiusdem. vt in dicta extrauag. ad reprimendum, & in l. vltima. ff. de hæredibus instit. & in l. 1. ff. ad Senatuscon. Macedonia. quoniam talis ratio magis propriè appellatur causa finalis, quàm ratio, vt in l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de legat. primo, & in l. illis libertis. ff. de condict. & demon. & in l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patron. hæc Bart. in dicta extrauag. ad reprimendum. quem vbi supra sequitur Tiraquel. addens, quòd hac causa cessante, cessat lex, vt in dictis legibus. Vbi verò ratio non apparet, debemus stare propriæ significationi verborum, vt in l. 1. §. si is, qui nauem. ff. de exercit. actio. Idem docuerunt Rom. in l. 2. §. vlt. col. 1. versic. & potest dubitari post Imo. ibidem. col. 1. versi. item. At circa id adstipulantes dictis Bar. vbi supra, etsi addant, quòd in hoc vltimo casu cum non appareat de ratione, recurrendum esset ad rationem naturalem : arg. in c. quia ratio. extra de præben. & c. consuetudo. distin. 1. & in §. sed naturalia Institu. de iure nat. gent. & ciui. quod & ipsemet Imo. repetijt in c. post translationem. col. 8. nu. 50. extra de renunciat. & Panor. in cap. sugestû. col. 1. not. 2. ext. de appellat. Iacobi. de Sancto Georgio in l. vlt. col. 1. C. de edict. Diui Adri. toll. vbi expressè dicit, quòd hæc ratio naturalis præsumitur esse finalis. idem docuit Tiraquel. vbi supra num. 44.

Amplia allata in præcedenti decimo septimo, dicendo eadem ibi allata habere locum etiam si ipsa naturalis ratio non fuisset expressa in lege, vel alia dispositione: nam propter ipsam dicemus ibi affuisse causam finalem, vt ex doctrina doctorum, qui fuerunt citati in signo decimo septimo, cuius hæc est ampliatio, quod & probatur quoque per textum in l. cum ratio. in princ. ff. de bon. damnat. qui dicit naturalem rationem esse legem quandam tacitam, & in l. 1. §. in primo. Ibi naturali ratione subnixum. C. de caduc. toll. ex quo ibi in principio Bal. elicit, quòd ea quæ sunt naturali ratione subnixa, debent intacta, & illibita custodiri, & ideo subdidit fore recurrendum ad naturalẽ rationẽ, quæ optimus est legis clipeus, ꝙ dicit menti tenendum 1 quod & sequitur Felinus in c. tua nos. col. 2. vers. & ad ista. extra de iure iuran. & Mattheus Afflict. in c... col. 5. num. 25. tit. qui success. teneant. Idem docuit Tiraquel. vbi supra nu. 67. & 68. multis iuris auctoritatibus.

Decimum octauum signum est, quando causa
26 † dispositionis cuiuscunque in ipsius proœmio ponitur: nam tunc huiusmodi causa inserta præsumetur finalis, prout docuerunt infrascripti Doct. videlicet Bat. Bal. Ang. & Imo. non semel in l. vltima per text. ibi iuncta glo. in vers. modus, in fi. ff. de hæred. institu. & id quoque dixit vbi supra in not. 2. esse notatu dignum, nec aliam legem esse, quæ hoc ita benè probet : quod & repetijt ibidem in oppos. 1. & idem Bal rursus in proœmio C. §. quibus. qui est vlt. in primo not. & iterum in l. vt liberis in not. 1. per illum text. C. de collat. & in l. nostram. col. 1. vers. tu dic. C. de testamentis, & in l. 1. ff. de origine iur. & in consi. 250. incip. in quæstione Domini Milani. col. vlt. vers. Item proœmium. lib. 5. Cardin. Flor. & Imo. in c. pen. ext. de cleric. coniugat. vterque Doctor. in fine. Rom. in cons. 180. col. 2. vers. præmissis tamen non refragantibus. Alex. in consi. 119. incip. viso processu causæ. col. vlt. vers. circa secundum. lib. 5. Ang. Aret. in §. sed & si quis. col. 2. vers. in glo. expressum. Institu. quibus modis testam. infir. Philippus Franchus in c. quoniam post medium. de immun. Ecclesiæ in sexto. Soc. in consilio 67. incip. consilijs &c. Visis inuestituris. col. 3. vers. secundò probatur. & interim in versic. Tertio si dicta conclusio, lib. 1. quod consilium repetitur in consi. 165. lib. 2. & rursus idem Socinus in consi. 159. incip. Præmittens aliqua. col. 5. vers. quarto & vltimo lib. 2. & in consi. 273. incip. In præsenti consultatione considerata. col. vlt. versic. præterea dico, quòd ex quo. dicto lib. 2. Iacobi. de Sancto Georgio in l. vltima, col. 1. C. de edict. Diui Adria. toll. Franc. Curtius senior in consi. 29. incip. Visis & diligenter. col. 1. Philippus Decius in cons. 379. incip. requisitus pro consilio. col. 3. vers. si & vlterius ista conclusio. Ioannes Franc. Ozet. in §. præterea, col. 3. nu. 10. Institu. de indit. testam. Maria. Socinus iun. in cons. 21. incip. circa propositam quęstionem. col. 1. lib. 1. Idem docuit Tiraq. in tract. cessante causa, limit. 1. nu. 64.

Ratio decisionis huius signi est: quoniam mens & voluntas disponentium in quacunque dispositionis specie elicitur ex proœmio ipsius dispositionis, prout colligitur ex infrascriptis auctoritatibus. Nẽpè ex l. item quia. §. vlt. ff. de pactis. & ex l. cum his, in princ. & ibi Bar. col. 1. vers. item nota ex isto verbo. ff. de transac. & ex l. regula. §. si quis. & ibi quoque Bar. & Bal. ff. de regu. iur. & ex l. Titia. §. idem respondit, ff. de verborum obligatione, & in l. 1. & ibi Bart. ff. ad Senatusconsult. Maced. & ex l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de legat. secundo, & ex c. ex multa. §. secundo quæsiuisti, ibi [verum si ad superiora 1 & ibi Panormitanus. colum. 2. in not. 4. extra de voto. & in c. vbi periculũ. & ibi Ioannes And. ne clerici, vel mona. in sexto. Bar. in l. eum, qui certarum. ff. de verb. oblig. & in proœmio C. vlt. vers. oppono, & videtur. & ibi Bal. in §. vlt. not. 1. & idem Bar. in l. ambitiosa. col. antepen. vers. visis & examinatis. ff. de Decret. ab ord. facien. Imo. in l. fi. col. 1. ff. de hæred. institu. Rom. in cons. 16. incip. Viso themate. col. 1. vbi ex hoc dicit, & ꝓbat sigillatim ex statuti præfatione dispositionẽ constringi, extendi, & declarari, & in cõsi. 90. incip. Viso themate quæstionis. col. 1. vers. his tamen non refragantibus. Pan. in cons. 93. incip. statuto ciuitatis Grossetanæ. col. 2. vers. secundo videtur. lib. primo. Alex. in consi. 7. incip. Visis & diligenter animaduersis. col. 2. vers. verba. n. appo

sita.libro secundo,& in consilio 55.incipien. Quoniam causa post principium,libro quinto,hoc tamen intelligendum erit (dicit Tiraquel.vbi supra numero 66. vers.sed illud, in fine) verissimum, nisi natura ipsius causæ repugnaret, quamuis Bartolus in extrauagan. Ad reprimendum . in versiculo ne ex eorum absentia docuerit simpliciter dicendo causam sumptam ex præfatione præsumi finalem .

Decimum nonum signum est, quando in aliqua
27 dispositione inest aliqua causa† innixa ratione naturali , etsi forsan huiusmodi rationalis non fuisset in ea specialiter expressa. Nam ratio naturalis etiam nõ expressa in lege, vel alia dispositione, facit præsumi eam esse finalẽ, vt ex Bart. in dicta extrauag.ad reprimendum,cui Imo. in l. 2.§.vltimo columna t.versic. Item ad circa id:& ibi quoque post eum Rom. columna prima, versic. & potest dubitari . ff.de donat. & addunt, quòd hoc casu : cum scilicet non apparet de ratione,recurrẽdum est ad rationem naturalem.arg in c.quia ratio.extra de præben.& in c.consuetudo, distin.1.& §.sed naturalia, Institu.de iure naturali, gent. & ciuili. & idem voluit ipse Imo. in c. post translationem. colum.8.num.50.extra de renunc.Panor.in c.suggestum.colum.1.not.3. extra de appellat. Iacobi. a Sancto Georgio in l.vltima,colum.1.C. de edicto Diui Adr.tol.vbi expresse dixit,quòd hæc ratio naturalis præsumatur esse finalis. Concordat suprascriptis sententijs text. in l.cum ratio.in principio.ff.de bon. damnat. qui dicit naturalem rationem esse legem quandam tacitam.& in l.1.§.in primo. ibi naturali ratione subnixum . C. de caduc.toll.ex quo Bal.ibi in principio notat ea, quę sunt naturali ratione subnixa, debent intacta, & illibata perpetuo custodiri,& ideo inquit ad naturalem rationem esse recurrendum,quę optimus est legis clipeus, quod subdidit menti tenendum fore: quem sequitur Felinus in c.tua nos. colum. 2.vers.& adiecta. extra de iureiuran. & Mattheus Afflic.in cap.1.colum.5.nu.25.titu,qui successi.teneant.quod & videmus etiam aliàs iurisconsultos suis legibus inniti ratione finali , vt in l. 1. §. si id quod,ff.de actio. & obligat. ibi [Palam est naturali ratione inutile esse.] & in l.itaque in principio.ff.ad l.Aquil.& in l.si a patre.§.vltimo.ff.de petit.hered. & in l.2.§.1. ff.de vsufru. ear.ret. quę vsu consum.& in l.1.§.parens.ff.de liber.agno. & in §.Institu. de nupt. & §. constituitur. Institu. de vsufru.Idem docuit Tiraquel.in tract.cessante causa, limit. 1.nu.66.& 67.

Vigesimum signum est,quando lex vel quęcunque alia dispositio innititur naturali equitati, nã
28 tunc dicetur causa † finalis & non impulsiua, vt elicitur ex l.1.in principio.ff.de pact.vbi hoc glossa declarauit,& in l.1.in princ. ff. de minor.in l. 1. in princ. ff.de legat. præstan. quod & sepe faciunt Canonistæ ac Iuristæ,& præsertim Bal.prout quisque animaduertere poterit in notatis per eum in l.rescripta.paulò ante finem. C.de præcib.imper. offer.& in l.1.quam vnam legit.C.si aduersus delic.& in Authen.Nisi rogati.col.3.vers. hac ratione determinatur.C.ad Senat.conf. Trebel.& in c. 1.§.hoc,quod nos,col.1.in versic.pro bono pacis. titu. de pace Consta. quod non distat ab ipsa ratione naturali , vt quàm facillimè comprehendi poterit ex supra not. Nam & rationem simpliciter pro naturali æquitate intelligit Glo. in c.1.§.denique titu.quæ fuit prima cau.benefic. ammitten.Idem docuit Tiraquel. vbi supra nu.69.

Et ratio,qua fulciuntur dicta tam in decimo nono signo, quàm in vigesimo est, quoniam lex , &
29 † quęcũque alia hominis dispositio debet imitari naturam in quãtum poterit, vt elicit Franc. Aret. ex l.3.§.ex contrario.ibi contra naturam.ff.de acquir.possess.ad quod facit quoque text.in l.1.§.furiosum.ibi[Natura manifestum est] & idem in §. Mutum,vtente ijsdem verbis. ff.de actio.& oblig. & in l.vbi aut.§.illud ibi[ipsa natura manifestissimum est].ff.de verbor.obligat. cuius etiam auctoritate tradit etiam Bal.in c.1.col.5.vers. Itẽ quæritur:ibi dicit Ioannes de Bronesco.titu.an agna. vel filij, dicens ꝙ id,quod apparet per rerum naturam non indiget probatione. Ad quod etiam facit text.in l.scire etiam oportet.ff.de excusat.tut. ex quo Iac.Ray.Cyn.& ab eis Bal.circa medium.no
30 tant sufficere naturalẽ rationem † sine lege: quod ipse Bal. dicit notatu dignum, & sequitur Iason in l.illam.col.3.vers.limita tamen.C.de collat.vbi ex hoc limitat id, quod per eundem textum dici solet, ꝙ erubescimus sine lege loqui:ex eo quoq; idem Cynus in l.non dubium.col.vlt. versic. primo quæro . C.de legibus dixit, ꝙ propter rationẽ naturalem etiam nõ scriptam possumus recedere a verbis legis: & sequitur Bal.ibi col.3.vers.sed hic vnum quæro. & Pan. in c. 1.col.3. vers.nota ibi intentione.de iuramento calum.a quibus non lõgè distat,quod scribit Andr.Iser.compatriota meus in prooemio feud.col.vlt.versic. nam rationabile: dicens dictum naturale & rationabile sine lege, ita debet mouere Iudicem vt ipsamet lex: & ita illum citat, & sequitur Marianus Socinus iun. in consi.61.incip,inspectis.col.12. nu.43. Hinc ipsemet Andr.egregiè dixit lib.2.(licet Andr.ipse nõ loquatur de dicto naturali,sed tantum rationali.) attamen in id allegat Marianus Ang.in cons. 225. incip.Thema,super quo, col.vlt. dicentem vt ipse
31 refert, auctoritate Aristotelis:quærere legem† vel rationem,vbi id ipsum faciendum naturaliter sentimus,nihil aliud esse, quam infirmitatem intellectus, quamuis Ang.simpliciter loquatur de his , quæ sensui patent, & ideo optima fuit decisio textus in l.2. ff.de vsufru. eat. rer. quæ vsu consum.
32 vbi dicitur naturalem † rationem auctoritate legis immutari non posse; quod sequens Bal.in c.1. col.14.in versic.aliquid, titu.de pace Constan.cõposita(quem citat ac sequitur Iason in l.is qui pro emptore,col.69.nu.62.ff.de vsucap.)dixit quòd ratio naturalis est potentissima in statutis interpretandis:cui simile est,quod docuit Ang.in consilio 345.incipien.Primo matris.columna secunda,ver siculo ego in hac disputatione, dicens, quòd ratio naturalis certa est ratio : & in dubio habetur pro lege scripta . Idipsum docens Panorm. in capit. fin.colum...versic.& licet ratio. extra de re iudic.
33 dixit , quòd licet ratio † non exprimatur in lege, tamen illa debet coniecturari, quæ potuit naturaliter mouere Legislatorem ; quod & repetijt in c. secundo requiris . col. 1. not. 1. extra de appellat. & ibidem rursus versic. vltimo dicens licitè in decisionibus causarum posse allegari rationem naturalem.quod & confirmauit idem Panor. in c.cum sint. col. 1. not. vltimo, extra de decimis, dicens, Cum ius scriptum deficiat, debemus recurrere ad rationem naturalem. & denique idem repetijt in c.nulla,not,1.extra de preben, dicens nos posse argumen-

gumentari a ratione naturali absque allegatione iurium, probans hoc per eundem textum, in dicto capit. nulla. & hæc pauca de multis dicta sufficiant.

34 Vigesimum primum signum † quo cognoscere possumus causam cuiuscunque dispositionis fuisse finalem, est quando in ea reperitur insertum gerundium, prout sequentes Doctores dixerunt. Nam Bart. hoc ipsum docuit in extrauag. ad reprimendum in versic. Ne ex eorum absentia, col. 1. dicens id probari in l. 1. col. 1. ff. de dolo. in definitione doli. & in l. 1. ff. de tutel. in definitione tutelæ. Bal. in l. id quod pauperibus. colum. prima, versic. iuxta hoc est sciendum. Vbi id declarat. C. de Episcopis & cleri. Alexan. in addit. ad Bar. in l. 2. §. vltimo. ff. de donat. Ioan. Plat. in §. 1. versic. & sic, institu. de actio. Ang. Aretinus in rubr. eiusdem tituli, colum. 2. vers. ex qua etiam not. & ibi quoque Iason, col. 14. in paruis. vers. Aduertendum tamen est. & Hieronymus Gratus in consil. 124. incip. cum hæc causa. colum. 2. numero 18. libro primo.

Et ratio huius decisionis est, quoniam gerun-
35 dium † importat necessitatem, vt docuit Glo. & Bal. in rubr. ff. de eden. Odofred. in rubr. C. eod. tit. Bal. in rubr. de liber. & posthum. addens ibi, quòd etiam importet formam. Idem docuit Angel. in l. 1. in principio eodem tit. addens, quòd importet necessitatem causatiuam. Idem docuit Maria. Socin. in capitulo primo, in fi. de Mutuis perit. de quo tamen, quia id perpetuum non est, videndus est Alexan. & Iason post alios antiquiores, quos citant in dicta rubr. C. de eden. & Salic. in l. 1. versic. quæro ab extra. C. de his, qui latron. occul. vbi & alia multa docuit de vi & natura gerundij: & huic rationi facit id, quod communiter docuerunt Doctores, dicentes gerundium facere conditionem: & tamen communiter tenetur conditionem denotare causam finalem, vt latius supra diximus, secundum communem Doctorum sententiam, quando gerundium iungetur verbo futuri temporis: vt habemus ex Bart. in l. si tu. ex parte. ante finem. & ibi Franciscus Aretinus in not. 2. ff. de acquiren. hæredit. & rursus ex eodem Bart. in l. 1. columna vltima, versic. Octauò quæro. ff. de condict. & demonstr. idem ex Bal. in l. falsus. colum. 3. versic. & nota hic in dictione. C. de furt. Corn. in consi. 90. incipien. in causa vertente, col. 2. versic. quia gerundium. lib. 4. & in consilio 143. incip. licet in hac consultatione. versic. illud enim gerundium, eodem libro 4. Felinus in capit. exceptionem, colum. 3. versic. noto quòd illud, ext. de except. Ioannes Plat. & Ang. Aretinus in rubr. titu. de actionibus. Institu. columna secunda, versiculo ex qua etiam notat Decius in consi. 413. incip. Visa copia. col. 2. versic. non obstat quod secundò.

Vigesimum secundum signum est, quando in
36 dispositione inseritur dictio, quia, † nam illa faciet denotare causam finalem, prout infrascripti Doctores docuerũt, videlicet Bal. in l. 1. col. 1. per glo. ibi in vers. occupati, in 2. lect. ff. de ferijs. & in l. 1. colum. 2. versic. & nota, quòd causa. C. de fals. cau. adiectis. quem sequens Tiraquel. in tract. cessante causa, limit. prima. num. 82. versic. ego verò cum Bal. dixit, quòd hæc dictio propriè significet causam propriam, & sic finalem: eo quòd nulla dictio sit magis finalis, quàm hæc: vt etiam patet ex notatis a Cardin. Flor. in cap. quia propter in not. 1. de elect. & in c. verũ post princ. ext. de condict. apposit. nisi tamen aut natura, siue subiecta materia, aut aliud quidpiam ex his, quę diximus, aliud suaderetur: vt bene intelligit ipse Cardin. Flor. in capitulo quia circa. extra de consang. & affin. in fine. Nam semper & vbique naturam negotij: siue subiectam materiam inspicere debemus, vt late docuit, ac probauit Tiraquel. in repet. l. si vnquam. in versic reuertatur. numero 37. Nec tamen erit omittendum quod ipsemet Bal. scriptum reliquerit in dicto cap. quia propter. colum. 4. versic. In textu, ibi quia. Nempè quod huiusmodi dictio, quia, est redditio causæ, vt not. in l. si is, qui animo, ff. de acquiren. poss. & subdit, quòd quando tali dictione vtatur lex: tunc præsumatur causa finalis illa, quæ per talem dictionem redditur: vt not. in l. cum tale. §. vlt. ff. de condict. & demonstr. si verò talis dictio proferetur ab homine: & tunc erit tali distinctione vtendum: sic dicendo, aut est necessaria, vt ratio, quæ redditur a teste: & tunc præsumetur finalis, vt in cap. cum causam. de testibus. Aut est voluntaria, tunc talis causa præsumetur impulsiua, vt in l. 2. §. vlt. ff. de donat.

Vigesimumtertium signum est, quando causæ,
37 † quæ cohærent dispositioni, & quæ inspecta iuris dispositione inducunt & arctant ad ita disponendum. Nam tunc dicendæ erunt finales: hoc enim signum tanquam regulam tradit Socinus in consi. 159. incip. in præsenti consultatione. colum. 6. versic. confirmatur etiam prædicta. lib. 2. & allegat dictam l. 1. & ibi Bar. C. de fals. cau. adiect. legat. & ipsum Bart. in l. demonstratio falsa. §. 1. versic. Tertiò quæro de effectu causæ. ff. de condict. & demonstr. & in l. damus. ff. de condict. indebi. Idipsum expressius Imo. in l. 2. §. vlt. ff. de donat. & in cap. Post translationem, ext. de renunc. Idem docuit Tiraquel. in tract. Cessante causa, limit. prima, numero 86. Ex his ergo signis quàm facillimè cognosci poterit, quando causa, seu ratio inserta in dispositione iuris, vel hominis sit dicenda finalis, aut impulsiua, & per consequens sit facienda extensio ad aliquem alium casum ibi ad verbum non expressum.

SVMMARIVM.

1 *Mens vniuscuiusque legis, & conditoris eius ex tribus colligitur, & primo si sensus proprius contincet iniquitatem, tunc iudicandum erit secundum improprium, & sic potius sententia verborum, quàm ipse verborum sonus.*

2 *Priuilegium personale personam sequitur, & extinguitur cum persona.*

3 *Mens legis seruanda erit, quotiescumque ex verbis legis simpliciter intellectis resultaret iniquitas.*

4 *Mens legis colligitur ex ratione, etiam si illa sensui verborum repugnaret.*

5 *Maritus repellitur a petitione dotis sibi lucranda propter vxoris adulterium, & etiam ab accusatione ipsius adulteræ, si ipse fuisset leno, aut aliquo modo adulterium approbasset.*

6 *Legis ratio, est anima legis, & mens legis est virtus legis, & ipsa lex, & ideo semper recurrendũ potius erit ad mentẽ ipsius. Nã verba legis non erunt iudaicè, &*

ſecundum corticem intelligenda.

7 *Vſus communis loquendi prænalet ſeu repugnnt propriæ ſignifientioni verborum legis, qun propter ipſe vſus interpretatur legem, & mens legis, vnde ſecundum ipſum iudicandum erit, & non ſecundum corticem verborum legis.*

8 *Loqnendi vſus communis non eſt propria ſignificatio, ſed figurata.*

9 *Statuta in quibus dicitur qui intelligantur ſecundum proprium verborum inibi contentorum ſignificationem, non erunt interpretanda ſecundum communem vſum loquendi, ſed ſecundum propriam verborum ſignificationem, quia communis vſus loquendi dicitur figurata, & non propria ſignificatio: ſed ſi dicta clauſula non eſſet in ſtatutis, tunc ipſa ſtatuta interpretari poſſemus ſecundum communem vſum loquendi.*

10 *Loquendi vſus communis differt nb vſu communi vtendi, & ab vſu communi intelligendi, & ponuntur exempla de communi vſu loquendi, & traditur norma formandi articulos ad declarandum ſeu probandum quod tnlis ſit communis vſus loquendi.*

11 *Articulnndi traditur modus ad probandum cõmunem vſum vtendi,*

12 *Articulandi normn traditur ad probandum communem vſnm intelligendi.*

13 *Loqnendi communis vſus, etſi nõ ſit propria verborum ſignificatio, tamen ei præfertur.*

14 *Negatiua dua non fnciunt vnam nffirmatiuam ſecundum communem vſum loquendi (cui ſtandum erit) ſecus eſt ſecundum proprietatem vocum.*

15 *Quod vſus communis loquendi præferatur propriæ ſignificationi vocum, varia exempla per Doctores traduntur, & his recenſentur.*

16 *Verborum interpretatio ſumi debet ſecundum communem intelligentiam, attentn tnmen qualitate verborum, & proferentium.*

17 *Scriptura priuata non venit appellatione inſtrumenti, in ſtatutis propter communem vſum loquendi, licet aliàs de iure veniret.*

18 *Doctor ſecundum proprietatem vocabuli (quin ſemper ſtudet) venit appellatione ſtudentium, tamen ſecundum vſum loquendi (qui ſemper attenditur etiam in materia ſtricta) non venit.*

19 *Statuta dicentia, vt ipſa intelligantur ad litteram, non erunt interpretnuda ſecundum proprietatem verborum ibi contentorum, ſed ſecundum vſum loquendi. Nam vſus loquendi dicitur dare proprium ſignificatum verbis, ſecus tnmen ſi diceretur in ſtatutis, vt ipſa intelligantur propriè, nullo extrinſeco addito, vel intellecto, quia tunc ſtandum eſſet proprietnti verborum, & non vſui loquendi, cum hic dicatur extrinſecus intellectns.*

20 *Teſtis dictum intelligendum eſt potius ſecundum commune vulgare, quàm iuris intellectum.*

21 *Loquendi vſus communis eſt attendendus in interpretnndis ſtatutis, & odioſis diſpoſitionibus, & non vocum proprius ſignificatus.*

22 *Vidua dicitur quaſi ſine duitate, ac per hoc qualibet mulier ſine viro, ſeu viro non coniugata per matrimonium, dici poſſet vidua ſecundum proprietatem vocabuli, non tamen ſecundum communem vſum loqnendi, qui præfertur ipſi proprietati; ſed dicetur ſolum mulier, quæ habuit virum, qui poſt quam carnaliter cognouiſſet, mortuus fuit. & hoc etiam procedet in pœnalibus conſtitutionibus, & quod etiam in pœnalibus vſus communis loquendi ſit attendendus.*

23 *Spurij quoque intelligentur banniti, ſi fuiſſent banniti omnes de tnli familia, & hoc ſecundum communem vſum loquendi: licet aliàs non dicantur propriè de tnli familin.*

24 *Teſtes in materia ſtricta non veniunt appellatione inſtrumentorũ propter communem vſum loquendi, licet aliàs venirent in materia larga, & communi.*

25 *Caſtri appellntione quid veniat ſecundum vſum loquendi, & quid ſecundum proprietatem vocabuli de rigore iuris.*

26 *Vocabulum hnbens duo ſignificata, videlicet vnum largum, & aliud ſtrictum: ſi inueniatur in materia ſtricta, & exorbitanti, debebit accipi in ſignificato ſtricto, niſi aliud ſit dicendum propter communem vſum loquendi.*

27 *Statutorum etinm exorbitantium, & correctiuorum iuris communis, verbn erunt intelligenda ſecundum vſum regionis, non obſtante quòd in iure talia verba aliter nccipiantur.*

28 *Statnta in quacunque materia diſponentia quomodo ernnt intelligenda.*

29 *Vſus communis loquendi quando & quomodo ſit attendendus.*

PRAELVD. XXIIII.

ARGVMENTVM.

Mens vniuſcuiuſque legis, & Legiſlatoris ex quibus colligatur.

MENS vniuſcuiuſque humanæ di-
1 ſpoſitionis ac Legiſlatoris, † aut tali
ter diſponentis colligi poterit ex
tribus. Primò, nam ſi ſenſus pro-
prius ipſius contineret iniquita-
tem: in tali caſu erit lex intelli-
genda ſecundum improprium eius ſenſum, atten-
dendo potius ſententiam quàm verba ipſius, vt
docet textus in l. in ambiguis. la ſeconda. ff. de re-
gu. iur. & in l. ſcire oportet. §. aliud, ff. de excuſat.
tut. nam in dicta l. in ambiguis. hæc habentur, vi-
delicet, [in ambiguis orationibus maximè ſen-
tentia ſpectanda eius, qui eas protuliſſet] vbi
gloſa notabilis dixit, quòd hæc regula obtinet lo-
cum in reſcriptis: vt in l. Neratius. ff. de regu. iur.
in quo dicitur. [Priuilegium impetratum a pro-
curatore pro ſuo domino, ei non ſuffragatur, ſi
mortuus fuiſſet is, pro quo fuerat procuratum,
ſed nec ipſi defuncto, quia tum a ſolo Deo poſſet
obtinere priuilegium, neque defuncti hæredi, niſi
de ipſo ibi fiat mentio] & hoc procedit quoque
iuxta aliam regulam iuris in capitulo priuile-
gium. de regu. iur. in ſexto, vbi dicitur [Priuile-
2 gium † perſonale perſonam ſequitur, & extin-
guitur cum perſona.] Item dicta regula in ambi-
guis habet etiam locum in teſtamentis, vt docet
textus, in l. aliter. ff. de legat. tertio, vbi hæc ha-
bentur, videlicet. [Non aliter a ſignificatione
verborum recedi oportet; quàm cum manife-
ſtum eſt, aliud ſenſiſſe teſtatorem] hæc in prin-
cipio dictæ legis. in dicta autem l. ſcire oportet,
§. aliud, inter alia hæc habentur, videlicet, [erit igi-
tur in deteriori ordine, qui lõgius habitat eo, qui
intra centũ miliaria eſt, vel in ipſa ciuitate, ſi vti-

que

que his quidem super quinquaginta dies spatij
sunt, illis vero pauciores, sed etsi maximè verba le
gis hunc habeant intellectum, tamen mens Legis-
latoris aliud vult,] ex quibus verbis Doctores eli
ciunt hanc veram regulam, dicentes, quòd quo-
tiescunque ex verbis legis simpliciter intellectis
resultat iniquitas: tunc a verbis receditur, & mēs
3 † seruatur, vt docuit etiam in d.§.aliud. gl.in vers.
mens, & quòd verum sit, quòd mens Legislatoris
attendenda sit, quando alias, si sensus proprius at-
tēderetur, iniquitas inde resultaret: probatur per
tex. apertissimum in l.benignius, & in l. in ambi-
gua voce.ff.de legibus, & Senatus consul. Nam in
d.l.benignius hęc habentur, videlicet.[Benignius
leges interpretandæ sunt, quo uoluntas corū con-
seruetur,] & in d.l.in ambigua. hæc habentur, vi-
delicet. [In ambigua uoce legis, ea potius acci-
pienda est significatio, quæ vitio caret: præsertim
cum etiam uoluntas legis ex hoc colligi possit.]
Idem probatur per text.in l.nulla iuris. ff.de legi-
bus, & Senatus consul.ubi hæc habētur, uidelicet.
[Nulla iuris ratio, aut æquitatis benignitas pati-
tur, ut quę salubriter pro hominum utilitate intro
ducuntur, ea nos duriore interpretatione contra
ipsorum cōmodum producamus ad seueritatē,]
& ex his omnibus potuit ueritas propositæ pri-
mæ regulæ, ex qua possumus colligere mentem
uniuscuiusque legis. hoc idem docuit Bart. in l.
non dubium, num.10. C. de legibus. & Anchar. in
cap.si postquam.col.2.in uers.sed hic quęritur.de
elect. in sexto.

4 Secundò, mens legis † colligi poterit ex ratio-
ne legis: quādo scilicet ratio legis repugnat sen-
sui verborum: Nam ratio legis, mens legis est, vt
quam apertissimè docuit text. in l.cum mulier.ff.
soluto matrim.vbi hæc habentur, videlicet [cum
mulier viri lenocinio adulterata fuerit: nihil ex
dote retinebit. cur enim improbet maritus ma-
res, quos ipse aut ante corrupit, aut postea proba-
uit? si tamen ex mēte legis sumet quis, vt nec ac-
cusare possit, qui lenocinium vxori præbuerit, au-
diendum est,] hæc ibi, vbi glo.in vers.si tamen.di
cit, videbatur quòd non: quia in lege non conti-
nebatur nisi de dote, super qua repetenda diceba
tur nihil posse obijci mulieri de adulterio: vnde
videbatur secus esse in accusatione, quasi fauore
dotis illud diceretur: non tamen est ita: & hoc est
quod sequitur, si tamen &c. ex qua l. Cum.elici-
tur, ꝙ etiam in pœnis fiat extensio ratione men-
5 tis legis. Bart. ibidem dixit, ꝙ siue maritus † exci
piat de adulterio vt dotem lucretur, siue crimina-
liter accuset lenocinij exceptione repelletur: &
nota ex fine quòd ratio legis est mens legis. idem
docuit textus in l.nominis, & rei.ff.de verb.& rer.
signific.vbi hæc habentur, videlicet:[Nominis, &
rei appellatio, ad omnē cōtractum, & obligatio-
nem pertinet. verbum ex legibus, sic accipiēdum
est, tam ex legum sentētia, quàm ex verbis.] Idem
docuit tex.in cap.intelligentia, & in c.propterea.
extra de verb.signific.nam in dicto c.intelligentia
hæc habentur, videlicet. [Intelligentia dictorum
ex causis est assumenda dicendi: quia non sermo-
ni res, sed rei est sermo subiectus,] & in d. c.pro-
pterea.hæc habentur, videlicet.[Propterea si pro-
lixam epistolam ad interpretandum accipere te
fortasse contigerit: rogo non verbum ex verbo,
sed sensum ex sensu transferri: quia plerunq; dum
proprietas verborum attenditur, sensus veritatis
amittitur:] hæc ibi: Idem docuit Bar.in l.non du
bium.nu.10.C.de legibus. Anchar.in c.si postquā.
col.1.in vers.sed hic quęritur.de elect.in sexto. Dy
nus in c.certum est, in fine.de reg.iur.in sexto.idē
docuit Philippus Francus in d.c.certum. vbi con
cludendo in fine. nu.2. infrascriptis vtitur verbis,
videlicet: Nam cessante ratione legis, cessat ipsa
lex, vt in l.quod dictum.ff.de pactis.vnde dicebat
Bart.in Authen.post fratres. C. de l.hær. quòd ra-
6 tio † legis est anima legis, & mens legis, est virtus
legis, & ipsa lex, vt ibi per eum.ad mentem ergo
& rationem legis est recurrendum, & non debent
verba intelligi ad corticem, & iudaicè, sed secun-
dum mentem, & id quod est rationis.vnde ex his
dicebat Bar.in l.non dubium.C.de legibus.quòd
si statutum imponit pœnam capitis facienti san-
guinem in palatio, intelligitur tale statutum secū-
dum id, quod est iuris, & rationis. & sic quando
iniuriosè: non autem in flobothomante. hæc do-
cuit Francus vbi supra, & sciendum quòd idem
exemplum & doctrinam, & alij docuerunt. Nam
Bart.idem docuit in d.l.non dubium. nu.11.& in
l.omnes populi, nu.55.circa finem. ff. de iustitia,
& iure. Idem docuit Bar.in cap.1.nu.37.extra de
constitu.idem docuit Panorm.in c.solitæ, num.2.
extra de maior.& obed.idem Salicet.in 2. nu.11.
vers.& idem si dicat.C.de nona lib.

7 Tertiò mens legis colligitur ex vsu cōmuni † lo
quendi: nam vsus communis loquendi præualet,
repugnat propriæ significationi: tunc enim mens
legis est quòd intelligamus eam secundum vsum
communem loquendi, licèt ipse communis vsus
sit improprius, vt docet text.in l.librorum appel-
latione. §. quod autem Cassius. ff.de legatis 3.vbi
hæc habentur, videlicet: [Quod autē Cassius scri-
psit de membranis prunis verum est. Nam chartæ
puræ debentur, nisi forte & hic nos vrserit volun-
tas, vt puta si q̃s forte sic reliquerit, chartas meas
vniuersas, qui nihil aliud libros habebat, studio-
sus, studioso: nemo enim dubitabit libros deberi.
Nam, & in vsu plerique libros chartas appellant.
Quid ergo si quis chartas legauerit, putas? Mem-
branæ non continebuntur, neque cæteræ ad scri-
bendum materiæ,] hæc ibi.idem docuit text.in l.
in vulgari.§.si quid filio.ff.de verb.& rer. signific.
vbi hęc habentur, videlicet. [Si quid filio meo ac-
ciderit, Damas seruus meus liber esto: mortuo fi-
lio, Damas liber erit: licet enim accidat & viuis,
attamen vulgi sermone etiam mors significatur.]
Idē elicitur ex l.hæredis appellatione. ff.de verb.
& rer. sign.vbi hæc habentur, videlicet. [Hæredis
appellatione omnes significari successores, credē-
dum est, etsi verbis non sint expressi:] hæc ibi. Idē
probatur per text.in l.Labeo ait.§.non enim.ff.de
suppellectile legata: vbi hæc habentur, videlicet,
[Non enim ex opinionibus singulorū, sed ex com
muni vsu nomina exaudiri debere.] Idem docuit
text.in cap.ex literis.el primo, extra de sponsal.&
matrim. vbi infra habentur, videlicet: [de hoc au
tem quòd cōsuluisti, quid debeat obseruari, quan
do inter aliquos sponsalia contrahuntur, nec in-
telligit alter, quod alter proponit. Respondemus,
quòd inspiciendum est Iudici, si matrimoniū con
tracturi ad id faciendum sint idonei scientia, &
ætate: quo cognito, si alter nō intellexero quod al-
ter proposuit, ad communem verbi intelligētiam
recurratur, & cogatur vterque verba prolata meo
sensu retinere, quem solent rectè intelligentibus
gene-

generare,] hæc ibi docuit Alexander Tertius Papa.

Idem habetur ex l. vt Alphenus. ff. de uerb. & rer. signific. vbi hæc habentur, videlicet: [vt Alphenus ait, vrbs est Roma, quæ muro cingeretur. Roma est etiam, qua cōtinentia ædificia essent: Nam Romam non muro tenus æstimari, ex consuetudine quotidiana possit intelligi: cum diceremus Romam nos ire, etiam si extra vrbem habitaremus.] hæc ibi. Idem docuit text. in l. anniculus amittitur. ff. de uerb. & rer. signific. ubi hæc habentur, uidelicet, [Anniculus amittatur, qui extremo anni die moritur: & consuetudo loquendi id ita esse declarat,] hæc ibi, inter alia ijdem probatur per text. & in cap. quamquam, a. quæst. 7. ubi dicitur. [Quamquam secundum honorum uocabula, quæ iam Ecclesia usu obtinuit,] ex quibus paret uerba intelligenda fore secundum communem usum loquendi: & quòd interpretanda sint iura, & mēs ipsorum colligenda sit ex communi usu loquendi docucrunt infrascripti Doctores, uidelicet Petrus de Anchar. & Bar. ubi supra, & rursus Bart. in l. non dubium, nu. 11. C. de legibus, & constitu. ubi infrascriptis usus fuit uerbis, uidelicet si communis usus loquendi repugnat propriæ significationi: tunc mens legis est, ut intelligamus secundū communem usum loquendi, licet sit improprius, ut in l. librorum. §. quod Cassius. ff. de legat. 3. Idem Bar. docuit in d. l. Labeo, nu. 1. & 4. nam in nu. 1. dixit. Nota textum ibi: [non enim ex usu] quòd communis usus loquendi dat significationem rei, & in nu. 4. infrascriptis vtitur verbis, videlicet Dicitur hic non enim ex opinionibus, &c. quæro vtrū communis vsus sit propria significatio, vel impropria? Respondeo communis vsus potest esse idem cum propria significatione, & nil repugnat: & potest esse, q aliud est propria significatio, & aliud
8 communis vsus loquendi, † & tunc non erit propria, sed figurata: & hoc dicit glo. hic. & post nonnulla ait, vnde concludo, quòd communis vsus loquendi nō est propria significatio, sed figuratiua: & ista sunt verba Iacobi Butr. in quadam sua di-
9 sputatione: & hoc est vtile ad statuta, † quę dicūt, q debeant intelligi secundum propriam significationem: aliàs si tale statutum non reperitur; stamus communi vsui loquendi, & recederetur a propria significatione, vt in d. l. librorum. §. quod tamen Cassius. & pro huius declaratione tria occurrunt ponderanda. Primò circa communem vsum loquendi. Secundò circa communem vsum vtendi. Tertiò, circa communem vsum intelligen-
10 di: † quoniam etsi videantur idem, tamen reuera inter se hæc sunt multum diuersa: prout infra parebit singularibus exemplis traditis hic, & primò circa communem vsum loquendi ponemus tale exemplum, testator habens multos equos, legauit alicui palafrenos suos, dubitatur quid itelligatur appellatione palafrenorum suorum. certè hoc debet declarari ex communi vsu loquendi. Ad declarandum ac probandum talem communē vsum loquēdi, formabis articulum, quòd a decem annis citra, & per ipsum tempus communis vsus loquendi fuit in hac ciuitate, vnde est testator, vel vbi testator conuersabatur, quòd equus talis conditionis appellaretur palafrenus: quòd autem diximus a decem annis citra, & per ipsum tempus, diximus quia ad hoc, vt communis vsus cōstituatur, requiritur vsus longi temporis, qui fit per decem annos: quòd diximus, vnde testator est, vel conuersabatur: probatur in l. numis. ff. de legat. 3. & testis interrogatus de hoc dicet vera esse contenta in dicto articulo, eo quòd per dictum tempus in dicto loco audiuit equum talis conditionis ab omnibus tractantibus de hoc, palafrenum vocari: & hæc allata satis sit de communi vsu loquendi. Circa communem vsum vtendi: sciendum q arti-
11 culus † formabitur sic: quòd a decem annis citra: & per ipsum tempus, communis vsus fuit in ciuitate ista, quòd ille qui emeret pannum de lino haberet ad mensuram brachij maioris: & testis dicet contenta in articulo vera esse, quia sic vidit ementes, & vendentes in dicta ciuitate a decem annis citra, & per ipsum tempus. Circa communē vsum intelligendi: pone exemplum: *se il figliuolo si morisse*, bona mea deueniant ad talem: hæc verba fm communem vsum intelligendi, sic intelliguntur. si filius meus decesserit sine liberis, & articu-
12 lus debebit sic formari, † quòd a decem annis citra, & per ipsum tempus communis vsus intelligendi fuit, quòd talia verba, *se'l figliuolo mio si morisse*, intelligātur, idest si sine liberis decesserit. & testis dicet, quòd contenta in articulo sunt vera: & quòd per totum dictum tempus in dicta ciuitate ab omnibus loquentibus de hoc: quòd ista verba sic intelliganrur. Hæc omnia docuit Bart. vbi supra; qui & rursus in l. frugem. ff. de verb. & rer. signific. dixit, quòd si quis promittat decem corbes frumenti, intelligitur de isto meliori, seu nobiliori, secundum communem vsum loquēdi, vt hac lege, idem Bart. hoc ipsum docuit in l. 1. nu. 2. in vers. communis. ff. de suis, & legitimis liberis, di-
13 cens: cōmunis enim vsus † loquendi non est propria significatio: tamen communis usus loquendi præfertur propriæ significationi. Idem ipse Bartolus docuit in l. prima, numero a. in versic. saluo. C. de iureiuran. propter calumniam dando, dicens, secundum propriam significationem, quæ assumitur ex allusione vocabuli. Scriptura priuata est instrumentum: quia instruit causam: sed secundum communem vsum loquendi scriptura priuata non est instrumentum: non est enim in vsu nostro dicere, ego habeo instrumentum, cum habeo scripturam priuatam, vel appodissam, & ideo probato isto cōmuni vsu loquendi, dicerem appellatione instrumenti appodissam non contineri. hæc ille. Item Bal. huic tertiò notabili dicto, circa communem vsum loquendi se subscripsit in infrascripta locis, vt no. Felin. in glos. 1. col. 2. 3. & quarto Proemij Decretalium: incipiendo a d. column. 2. in vers. ex quibus vtiliter inferat: nam ipse Bal. hoc ipsum docuit. in l. qui se patris. in 3. colum. C. vnde liberi. & in l. 1. in c. de seruis fugit.
14 dicens, quòd licet duæ negatiuæ † faciant vnam affirmatiuam. c. nonnulli. cum simil. ext. de rescriptis, tamen secus de communi vsu loquendi. hæc ille, ex quibus elicitur ipsum voluisse quòd dictus
15 communis vsus † loquendi præferatur propriæ significationi rei. Idem ipsemet Bal. docuit in c. licet in fine. ext. de officio legati. his verbis vtens, videlicet: pone quidam Abbas habet vnum Monachum, item habet fratrem carnalem in seculo, modo quidā legauit hoc modo, relinquo fratri talis Abbatis. quæro vtrum intelligatur de Fratre Religionis, an de fratre sanguinis: dic quòd de naturali, quia ita vulgus intelligit, & ista est communis vsus loquendi, & consuetudo, & quia sermones

nes iuxta naturam ſuam ſunt interpretandi, idem
docuit ipſemet Bald. in l.non ſine. C.de boniſque
libe.vbi dicit,quòd in ſtatutis illa dicitur dotata,
quam cōmnnis uſus appellat dotatam, puta cui
dos eſt relicta danda tempore,quo nubet.& ideo
rurſus ipſemet Bal.in l. 1.ad finem. C.unde uir, &
uxor dixit, quod ſtatutum Mutinæ diſponens, ꝙ
mulier tranſiens ad ſecunda uota,dimittat dotem
æqualiter filijs utriuſque matrimonij : habet locū
etiam in illa,quæ tempore mortis eſt uidua: quia
licèt propriè non dicatur dotata, quia non ſubeſt
matrimonio: tamen ſecus eſt de communi uſu lo-
quendi. hæc ille. qui in cap.fin.nu.4.extra de cau
ſa poſſeſſionis,& proprieta. his uerbis utitur, ui-
delicet,ex hoc ſequitur,quòd nomine cenſus, uel
ficti intelligitur ille contractus, qui ſub eo nomi-
ne in regione frequentatur : unde teſtis deponens
de cēſu,uel ficto,intelligitur deponere, & proba-
re id, quod uerbum ſonat ſecundum conſuetudi-
nem,& interpretationem regionis.ff.de legat.3.l.
librorum. §. qnod Caſſius. & iſtud eſt notatu di-
gnum, & multas dirimit quæſtiones. hæc ille, vbi
ſupra. Idem docuit Angelus (ut refert Felinus ubi
ſupra, in l.ita ſtipulatus. §.Griſogonus.ff.de verb.
oblig. dicens, quòd ſi ſunt banniti omnes de tali
domo,includuntur etiam ſpurij propter commu-
nem uſum loquendi: licet propriè non ſint de do-
mo.hæc ille. Quod an ſit hoc dictum verum dice-
mus infra in quæſtione, vbi dicetur qui veniant ap
pellatione filiorum,vide ibi. Idem docuit Paulus
de Caſtro in conſil.45.incip.viſo puncto.in 3.col.
dicēs,quòd licèt appellatione domus poſſit com-
prehendi apotheca,per quam ex domo ſit ingreſ-
ſus. Tamen in ſtatutis loquentibus de capto, vel
inſultato in domo, illa propriè dicetur domus, in
qua continuè habitatur, non ipſa apotheca pro-
pter cōmunem vſum loquendi, hæc ille. Idem do-
cuit Ioan.And.in cap.fundamenta, col.2. in verſ.
communiter leges. de elect.in ſexto, vbi dicit, ꝙ
etſi communiter leges recipiant nepotes eſſe ap-
pellandos filios deſcendentes ex filio, vel filia, vt
in l.1.§.1. ff.de grad. tamen nonnulli Canones ab
ipſo ibi citati videntur docere,quòd appellatio-
ne nepotum dicantur quoq; filij fratris,vel ſoro-
ris,& concludit,dicens : ſic etiam habet commu-
nis vſus loquendi,qui ſequendus eſt,vt in c.ex li-
teris.el primo.ext.de ſponſalibus.& in l.Labeo.ff.
de ſup.le.per quæ patet tales collaterales nepotes
prohibitos fore. hæc ille. Ex quibus elicit Felinus
vbi ſupra, hoc etiam procedere in materia odioſa
ſecundum ipſum Ioānem Andream. Idem docuit
rurſus Ioan.And.in Addit.ad Specul.tit.de fructi-
bus, & intereſſe. in verſ.ſed quod ſi debeo in lite-
ra F,dictione. Reſpon. Nam poſt multa infraſcri-
ptis vtitur verbis, videlicet : Quicquid teneas de
ſubtilitate iuris in quæſtione de nominibus. An
includantur inter mobilia,vel immobilia, vel nō,
tenenda eſt ſolutio,quam dedit auctor,quoad le-
gata mobilium,quod non includant nomina:vſus
enim,& forma loquendi attendenda eſt : vt ſecun
dum vſum recipiantur verba, vt in c. ex literis. el
primo.extra de ſponſal.& faciunt ibi notata.& in
regula.c.contra euon.de reg.iur. in ſexto,& quod
ibi dixi poſt Dynum,etiam ſi diceretur ambigui-
tas,ex quo eſt in legato.Sed hic dico plus,ſcilicet
ambiguitatem ceſſare propter communem vſum
vocandi mobilia, quod in ſuppellectili, & ſimili-
bus conſiſtit.C.de ſuppel.legat.l.1.2.& 3.& l.ſup-
pellectile. hæc ille. Idem docuit Præpoſitus in d.
cap.ex literis.el primo,col.1.& 2.extr.de ſponſ.in
verſ. nota ibi ad communem . infraſcriptis vtens
verbis,videlicet. Nota quòd verborum interpre-
16 tatio † debet capi ſecundum communem intelli-
gentiam, attenta qualitate verborum, & proferen
tium:quia ſi proferūtur ab hominibus groſſis,de-
bent groſſo modo intelligi:vt in l.mancipia.C.de
ſeruis fugit. & ibi Bald. item ſi proferuntur verba
in vulgari, vel etiam in Latino, ſed groſſo, quod
vulgari conformat, debent ſecundum vſum vulga-
rium intelligi : ita Bal.in c.2.de duobus fratribus
de nouo beneficio inueſtitis.in vſibus feudorum.
ſi autem proferuntur a perſona perita, & Latinè;
debent intelligi ſecundum rectam ſignificationē
verborum. ita docet Bart.poſt glo.in l.quòd ſi ne-
potes. aliàs ſi quis filiabus.ff.de teſtamentaria tu-
tela. & de hac cōmuni interpretatione habemus
glo.& ibi communiter Doctores.in c.nonnulli.in
princ.extra de reſcriptis.ſed aliud habetis ex hoc
tex.quòd in dubijs eſt recurrendum ad cōmunem
intelligentiam.hæc ille. Cuius quidem verba ſunt
notatu digniſſima, & memoriæ ſemper commen-
danda,hæc ille ibi.Idem docuit Ludouicus Rom.
in conſ.23.incipit neſcio quid dubitationis,vt re-
fert Felinus vbi ſupra, dicens : quòd quamuis ap-
pellatione inſtrumenti,veniat etiam ſcriptura pri
17 uata, † vt per Specul.in tit.de dilat. §.nunc dica-
mus.verſ.Item nota, per l.c. ff.de fide inſtrum.ta-
men ſecus in ſtatutis, propter communem vſum
loquendi, vt etiam docuit Bar.in l.1.C.de iuram.
propter calum. Idem docuit ipſemet Ludouicus
vnà cum Raph.& Fulg.in l.qui ante Calendas.ff.
de verbor.oblig.dicens,quòd ſi promitto ſoluere
ante menſem Februarij: exponitur ſcilicet incœ-
ptum propter communem vſum loquendi, quam-
uis de iure intelligatur,ante menſem ſcilicet fini-
tum.hæc ille. Idem docuit pleriſq; in locis Ant.de
Butrio: Nam in Proœmio Decretal.col.7.in verſ.&
nota glo.quæ ponit hic,vt diuerſa; ſtudentium, &
18 legentium: quia non cōprehenditur Doctor † ap-
pellatione ſtudētis quod nota propter priuilegia :
& dixi ſuper tex. de proprietate tamen vocabuli.
Doctor comprehenditur appellatione ſtudentiū :
quia quotidie ſtudet, & dicitur ſtudium perage-
re,vt in conſtitu. Digeſtorum.§.illud vero.in glo.
in verſ.ex his : ſed de communi vſu loquēdi,qui in
talibus attenditur: etiam in materia ſtricta cōtra
proprium ſignificatum vocabuli: aliud eſt, vt in l.
habeo.ff.de ſuppel.legata.cap.ex literis.el primo,
extra de ſponſal.cum ſimilibus: nam ut dicit But.
in prima cōſtit.fff.& in materia ſtricta recedimus
a propoſito, & proprio ſignificato vocabuli pro-
pter vſum loquendi: etiam quòd plus eſt, ſi ſtatu-
19 tum diceret: † ſtatuta intelligenda ad literam, vt
iacet: unde licet in proprietate uocabuli, filij ap-
pellatione comprehendatur nepos,ut in l.libero-
rum.ff.de uerb.ſign. tamen propter uſum loquen-
di,appellatione filij nepos non comprehenditur:
quod nota. Item notat in Authen.ſacramenta.C.
ſi aduerſum uendi. ubi dicit, quòd loquendi dat
uerbis proprium ſignificatum : Aduerte tamen ꝙ
in intellectu legum,quæ a peritis proferuntur, nō
attendimus uſum loquendi: ſed potius proprium
ſignificatum: quod intelligo quando non eſt uſus
locis conditæ legis, ut in l. ita uulneratus. ff. ad l.
Aquiliam. & quia lex plura reſpicit loca, dicit.n.
Bur. quòd ſi ſtatutum dicat, uerba ſtatuti debere
intel-

intelligi propriè, nullo extrinseco addito, uel in-
tellecto, ꝙ non regulantur ab vsu loquendi : quia
ille est extrinsecus intellectus, & hoc ponit in l.
instrumentorum, ff. de fide instrumen. quod nota-
bis. Idem Bart. in c. ff. de iuram. propter calum.
qui dicit, quòd statuta intelligantur secundũ com
munem vsum loquẽdi, etiam quoad impropriam
significationem verborum. hæc omnia Antonius
de Butrio vbi supra, qui idem confirmauit in c.
vestra, col. 47. in vers. Item quòd dictum testis. ext.
de cohabit. cleric. & mul. dicens. Item nota, quòd
20 dictum testis † potius intelligitur secũdum com-
mune vulgare, quàm secundum iuris intellectum.
hæc ille. ibi qui rursus idem docuit in c. nam &
rex. in vers. Tertiò nota, ext. de verb. sign. his ver-
bis vtens, videlicet. Tertiò nota, quòd statuta, &
constitutiones intelligi debent, & interpretari se-
cundum communem modum, & morem loquen-
di: & maximè quando talis modus loquendi est
eiusdem scripturæ, & eiusdem statuti : quod nota
pro statutis: licèt communiter soleamus dicere, ꝙ
statuta strictè sunt accipienda. hæc omnia ibi An-
tonius de Butrio. Idem docuit Abbas Panorm. in
infrascriptis locis. Nam ipse Panorm. hoc ipsum
docuit in Procemio Decretalium, nu. 8. 9. & 10. his
verbis vtens, videlicet: Nunquid vsus loquendi
præferatur proprio significatui vocabuli, & pro
intellectu præmitte, quòd ethimologia dat pro-
prium intellectum verbis, vt patet in c. Forus. ext.
de verbor. signif. & conclude breuiter post Bart. in
Procemio ff. & in l. instrumentorum. ff. de fide in-
strum. ꝙ vsus loquendi præfertur proprio signifi-
catui vocabuli, & hoc etiam sequitur notãter Bar.
21 in l. nõ dubium. C. de legibus, dicens statuta † in-
telligenda fore, secundum communem vsum lo-
quendi. Hinc est, quòd appellatione filiorum, ex
proprio significatu vocabuli etiam comprehen-
dantur nepotes, vt dicit tex. in l. lib. xii. ff. de verb.
signific. tamen propter communem vsum loquen-
di non comprehenduntur nepotes, vt est text. in-
stitu. qui testamẽto da. tu. pos. in fine. vide ibi per
glos. quæ dixit, quòd & si secundum proprietatem
vocabuli appellatione filiorum veniant nepotes,
tamen secundum vsum, & consuetudinem loquen
di appellatione filiorum, nepotes non veniunt.
Idem docuit ipsemet Panorm. in c. causam, el pri-
mo, nu. 2. extra de iudicijs, dicens, quòd secundũ
communem vsum loquẽdi illos appellamus Mona
chos de Ordine S. Benedicti, habentes bona in cõ
muni: alios vero mendicãtes appellamus Fratres.
Vnde puto, ꝙ in statutis, & dispositionibus odio-
sis, & restringibilibus, appellatione Fratrum non
veniunt Monachi : quia debent attendi commu-
nis vsus loquendi, vt in l. Labeo. ff. de suppel. lega-
ta. & idem dico in Monialibus: quia ex commu-
ni vsu loquendi illæ de Ordine mendicantium ap
pellantur Sorores, aliæ vero Moniales. hęc ille. qui
idem rursus docuit in c. ex tenore, in fine. extra de
foro compet. his verbis vtens, videlicet: Dic quòd
ex propria significatione uocabuli, vel secũdum
22 Ethymologiam potest dici vidua † quælibet mu-
lier sine viro, etiam si virum nunquam habuisset,
quasi sine duitate: & dicitur a ve, quòd sine, sicut
dicitur verdis, idest sine corde, & vesanus, idest
sine sanitate; ita dicit tex. in l. malum. §. vidua. ff.
de verb. signifi. sed ex communi vsu loquendi po-
test procedere dictum Gratiani in cap. vidua. dist.
34. vt dicatur illa vidua, aliàs secus, vt ibi: nam &
vsus loquendi etiam in pœnalibus attendendus
est, vt not. in c. ex literis. extra de sponsal. hęc ille,
ibi, qui idem docuit in c. licet, nu. 2. extra de offi-
cio legati. sequens sentẽtiam Baldi (supra per me
relatam) dicentis, quòd si relictum fuerit fratris
talis Abbatis: intelligeretur in dubio de fratre car
nali, & non de Monacho suo, quia hoc habet
communis vsus loquendi. hæc ille. qui idem do-
cens, in cap. nam & rex. numero 2. extra de ver-
borum significatione, infrascriptis vtitur verbis,
videlicet: Nota secundò ibi, [More scripturæ,]
quòd de interpretatione verborum debemus re-
currere ad communem vsum loquendi, siue tra-
ctetur de interpretatione legis communis, siue
alterius dispositionis : nam vsus loquendi præfer-
tur propriæ significationis verborum: vnde debe-
mus intelligere verba non secundum proprietatẽ
ipsorum, sed secundum communem intellectum,
& modum loquendi, & hoc habet locum etiam in
statutis, vt not. Bart. in l. omnes populi, ff. de iusti-
tia, & iure. hæc omnia Panor. vbi supra, idem do-
cuit Card. Zabar. in Clem. & si principalis, q. 3. de
rescriptis, dicens, quòd si Episcopus habet duos
Vicarios, vel plures constitutos in diœcesi, & non
in ciuitate : is dicetur principalis, ad quem vt ad
principalem, secundum vsum communem recur-
sus habetur, vt in c. consultationibus. extra de iure
patron. vbi error communis facit ius. hæc ibi ille:
qui idem docuit in materia pœnali, & excommu
nicationis, in Clem. ne in agro, §. prælatæ. in 5. q.
de statu Monachorum, vbi cõcludens dicit, quòd
arma tam defensiua, quàm offensiua tenere intra
septa Monasterij prohibitum est Monachis, si-
ne licentia sui Abbatis, sub pœna excommunica-
tionis latæ sententiæ : & appellatione armorum
veniũt omnia illa, quæ secundum communẽ vsum
loquendi, & sunt ea quę communiter ad defenden
dum, vel inuadendum arma dicuntur. hæc ille. Ex
quibus patuit ipsum nos docuisse, quam etiam in
materia pœnali constitutiones interpretari debẽt
secundum communem usum loquendi. Idem rur-
sus ipsemet Card. docuit in Clem. ne Romani, §.
sanè in 6. q. de electione, infrascriptis uerbis utẽs,
uidelicet: Dic quòd in statutis, & in alijs disposi-
tionibus, cum apponuntur uerba significationis
ambiguæ, recurrimus ad communem modum in-
telligendi, ut in capitulo ex literis, el primo,
extra de sponsal. hæc omnia Card. vbi supra, qui
idem docuit per alia uerba in consi. 12. incip. Fa-
ctum sic se habet, (ut refert Fel. in Procemio De-
cretal. col. 2. nu. 4. uers. similiter) ubi plenè dixit,
quòd licet dicatur decedere intestatus propriè il-
le, qui potest testari, & non testatus est, ut plenè
per Bart. in l. 1. ff. de su. & legi. cum concor. tamen
etiam in statutis uenit intestabilis, ut furiosus, &
similes propter communem usum loquendi. hæc
ille. Idem docuit Imola in l. ex pacto. §. si quis ro-
gatus. ff. ad Trebel. dicẽs, (ut refert Fel. ubi supra,)
quòd si sint banniti omnes de tali domo, inclu-
23 duntur etiam spurij, † propter communem usum
loquendi, licèt propriè non sint de domo. hæc ille
ibi, idem docens, in rubr. de fide instrum. dixit, ꝙ
appellatione instrumentorum in materia stricta
24 non ueniunt testes, † propter communem usum
loquẽdi: licèt secus sit de iure, per tex. in l. in exer
cendis. C. de fide instrum. hæc omnia Imola ubi
supra. idem docuit Petrus de Anchar. in cons. 183.
incip. apud me ista quæstio, dicens, quòd statutũ
cogens

cogens fratres ad compromissum, comprehendit
fratres naturales tantum propter communé usum
loquendi. hæc ille, qui idem docuit in c. cum di-
lecti. de accusat. dicens, quòd licèt uerba apta im
portare delictum, & etiam non delictum, in du-
bio interpretentur in non delictum, vt soléniter
per Bart. & alios in l. non solùm. §. sed vt probari.
ff. de oper. nou. nunc. tamen fallit, quando ex com
muni vsu loquendi sonarent in delictum. per tex.
ibi. hæc ille, qui idem rursus docuit in cons. 232.
incip. quia in primo quæsito, versus finem d. consi
lij: hoc ipsum docuit probando, quòd illa verba
testatoris, relinquo vxorem dominam, &c. expo-
nuntur, idest gubernatricem, vt erat testatore vi-
uente, non veram dominam, prout sonant verba,
propter communem vsum loquendi. hæc ille. Ex
cuius verbis patuit quod communis vsus loquen-
di præualet, & præponitur propriæ significationi
verborum. Idem docuit Oldra. in cons. 121. incip.
ad primam quæstionem, dicens, quòd inuestitus
de vno castro, non dicitur inuestitus de territorio
castro adiacenti, quia communis vsus loquendi
25 capit castrum, † id quod muro circundatur: licet
secus sit de rigore iuris, vt ibi per eum: vt refert
Felinus vbi supra. Idem docuit Felinus in dicto
Procemio Decretal. col. 2. a vers. ex quibus vtiliter
inferunt, vsque ad vers. modo illis decursis. col. 4.
Hoc idem docuit, & tuetur ipse Felinus in c. per
tuas. nu. 5. extra de probationibus. Idem docuit
Mattheus Matthesilanus in suo singul. 95. & 96.
infrascriptis verbis vtens, videlicet: Nota mirabi
lem regulam quod vbicunque vnum vocabulum
26 † habet duo significata: vnum largum, aliud stri-
ctum, si inueniatur in materia exorbitanti, seu stri
cta, debet accipi in significato stricto, vt in capit.
Rodulphus. extra de rescriptis. vbi verbum Diœ-
cesis, quod largè significat ciuitatem, & Comita-
tum, sed strictè pro Comitatu accipitur in res, &
ad lites: sed hæc regula debet limitari, nisi aliter
dicamus propter communem vsum loquendi re-
gionis. Nota vnum mirabile, quòd bestiæ appel-
latione, de proprio, & stricto significato compre-
henduntur solum animalia fera, vt leones, vrsi, &
cętera similia: & ideo in materia exorbitanti, &
stricta animalia domestica, vel mansueta nō com
prehenduntur, vt in l. 1. §. bestias. ff. de postu. præ-
dicta tamen limitari debent, nisi communi vsu lo-
quendi regionis, animalia domestica vocarentur
bestię: quoniam tali significatu standum esset:
nam in statutis etiam exorbitantibus, & correcti-
27 uis iuris communis, † verba debent accipi pro lo
co secundum communem vsum regionis, non ob-
stante, quòd in lege aliter tale vocabulum ac-
ciperetur, vt in l. cum delanionis. §. si asinam mo-
lendinariam. ff. de fundo instructo. Etsi regulari-
ter idem docuit Dec. in consil. l. 1. cons. 7. incip.
Diuino implorato auxilio, nu. 3. verissima sint quę
diximus circa tertium modum, ex quo mens le-
gis colligi debeat ex communi vsu loquendi in pa
tria, vbi talis constitutio, aut testamentū, vel quid
simile scriptum æditum reperitur magis, quàm ex
verbis ipsius legis, tamen patiuntur hæc dicta nō-
nullas limitationes ac exceptiones, quarum pri-
ma est, quòd mens legis colligenda sit ex commu
ni vsu loquendi, vbi talis dispositio sit, limita di-
ctam regulam, dicendo, quod talis regula non ha
bet locum in statutis illis, in quibus expressè ca-
28 ueretur, quòd verba ipsorum statutorum † debe-
rent intelligi proprie secūdum naturalem sensum
verbi, nullo extrinseco addito, vel diminuto: quia
non procedit tunc communis vsus loquendi: va-
de standum erit tunc præcisis verbis statuti, & nō
cōmuni vsui loquendi: & huic exceptioni se sub-
scripserunt infrascripti Doctores, videlicet Bart.
in l. Labeo. nu. 5. ff. de suppel. legata, sequens sen-
tentiam Iacobi Butrij hoc docentis. Bal. in l. om-
nes populi. in 14. quæst. ff. de iustitia, & iure. Ant.
de Butr. in Procemio Decretal. col. 7. in vers. & no-
ta glosam. Romanus in suo singulari 417. incip.
Communis doctrina est. qui dicit rationem huius
esse, quia sensus communis loquendi est quid ex-
trinsecum. idem docuerunt, & hi sequentes, vide-
licet Felinus in c. per tuas. nu. 6. in vers. & tenēdo.
extra de probat. qui addit duas limitationes spe-
ciales in materia nepotis, & filiorum, quæ, quia
non videtur facere ad rem nostram: ideò ipsas
hic non referam. vnde tu ibi. Panorm. in Procemio
Decretal. nu. 12. in vers. Item addit, & aliud nota-
bile. Paulus de Castro in consil. 196. incip. super
hoc puncto. col. 5. ibi, sed his non obstantibus. &
idem Paulus in l. 1. ff. si cert. pet. Alex. in d. l. 1. col.
6. Franc. de Aret. in cons. 109. incip. legistis me. &
plenius in cons. 145. incip. licet statuta. Card. Za-
bar. in consi. 84. incip. Titius nunc sunt, Bart. Soci.
in eleganti repet. l. 1. 28. fol. vers. nonò limita. ff.
de vulgar. & pupillar. Petrus de Anchar. in con-
sil. 413. incip. viso puncto. in sexta columna.
Secunda exceptio, seu limitatio prædictæ re-
29 gulæ est. Secundò † limita dicendo, & sic atten-
dendus sit communis usus loquendi in sermone
prolato vulgariter, seu materno sermone, non ta-
men hoc erit illiterato seu Latino, & eleganti pro
lato a peritis: quoniam tūc verba sic prolata pro-
prie, ac secundum eorum proprium significatum.
sunt intelligenda, cum pateat talem fuisse mentem
illorum, qui ipsamet verba protulerunt, cum fue-
rint periti; vnde elicitur ipsos talibus verbis vti
voluisse, iuxta eorū proprium significatum, & non
secundum rudem communem vsum loquendi ser-
uatum ab indoctis, huic limitationi se subscripse-
runt infrascripti Doctores, in locis infrascriptis,
videlicet Bal. in l. 12. tabu. col. fin. C. de legi. hæ-
red. Imola in c. cum tibi. in fine. ext. de testamen-
tis, & in terminis tradit Alexan. in consil. 11. lib. 1.
colum. 9. & in consil. 84. incip. Animaduersis opti-
mè his. colum. pen. lib. 4. Præpositus in cap. ex li-
teris, el primo, col. 1. 2. extra de sponsalibus. Bart.
in l. si quis filiabus, nu. 4. ff. de testamentaria tute-
la. dicens, quòd verba not. sunt intelligenda secun
dum iuris interpretationem, vt in l. 1. C. de vsur. &
& in l. sciendum. ff. de verb. oblig. & quòd ista pos-
sunt esse utilia ad multa, scilicet, quòd quando di-
cta testium deponentium in vulgari rediguntur in
scriptis: consilium tamen est, quod illa, quæ pro-
priè in Latinum redigi non possunt, scribantur in
vulgari, secundùm quòd prolata sunt. arg. in l. 1. in
princ. ff. de excusat. tutorum. Idem docuit Decius
in cons. 366. incip. Diuino implorato presidio, pro
declaratione eorum, nu. 8. in uers. nō obstat, quòd
dicitur de communi usu loquendi. Idem docuit
Dominus Antonius de Butrio in Procemio Decre
talium, colum. 7. in uers. & nota glosam. his uer-
bis utens. inter alia, uidelicet: Aduerte tamen, quod
in intellectu legum, quę a peritis proferuntur, non
attendimus usum loquendi, sed potius proprium
significatum: quod intelligo, quando non est usus
loci

loci conditæ legis. in contrarium, ut in l.ita vulneratus. ff.ad l.Aquiliam.

S V M M A R I V M.

1 *De mente legis comprehensiua aliquid esse, eolligitur ex quatuor. Primò ex communi vsu loquendi. Secundò, si oltas sequeretur aliquod absurdum, & absonus intellectus ipsius legis si alter intelligeretur. Tertiò quando per eandem vel aliam appareret aliquid dictū esse, exempli gratia. Quartò si in ipso lege apposita esset rotio eius.*

2 *Mens legis extensiua, siue extenta, quæ dicatur.*

PRAELVD. XXV.

ARGVMENTVM.

De duplicitate qua mens vniuscuiusque legis poterit considerari, scilicet de mente comprehensiua legis, & de mente extenta, siue extensiua legis.

MENS legis dupliciter potest considerari: nam quędam dicitur mens comprehensiua legis: quædam vero mens legis extensiua, siue extensa. Aliquid autem esse de mente le-
1 gis † cōprchensiua colligitur quatuor modis. Primò ex communi vsu loquēdi, quia ille præualet omni rigori, & significationi verborum: quòd tamen limita, iuxta duplicem limitationem per nos paulò ante allatam in præcèdenti Præludio. Secundò si aliter intelligendo sequeretur aliquod absurdum, vel absonus intellectus ipsius legis: cùm lex debeat esse possibilis, & honesta, vt in cap. erit autem lex. dist. 4. & notat Bar. in l.omnes populi. ff. de iustitia, & iure. cui se subscripsit Panor. in cap. super quęstionum, nu. 7. extra de officio delegati, dicens, quòd intentio scribentiū potest liquidè deprehendi ex tenore scripturæ. facit. l. licet. ff. de legat. 1. vbi dicitur, quòd potest dici euidens, id quod ex coniecturis elicitur: & hoc multum facit ad interpretacionem statutorum, vt non dicatur extensio id quod deprehenditur ex tacita, & coniecturata mente statuentis, vt docet Batt. in dicta l. omnes populi. & Ioannes Andreas in regula pro possessore in Mercurialibus quęstionibus. & supradicti Doctores tali pacto exemplificant, dicentes. dicit lex: fauens homicidium, decapitetur, si seruarentur præcisè verba legis: furiosus, vel se defendens cum moderatione inculpatæ tutelæ, pœna capitall subiacerent: quod cōtra ius: vt in l. vt vim. ff. de iustitia, & iure, & in Clem. si furiosus, de homic. vel si lex diceret, quòd quicunque non deferret ligna ad ignem pro tali scelesto comburendo, solueret decem in pęnam: si hoc ædictum esset intelligendum simpliciter, vt sonat litera eius, tunc sequeretur hoc absurdum, quòd infans, vel infirmus ligarentur ipso ædicto pęnali, quod vtique non videtur esse de mente comprehensiua ipsius legis, aut Legislatoris, quia sic voluisset subditos obligare ad impossibile: quod nō est credibile, nec elliciendum ex mente conditionis legis: cum lex iusta, & honesta debeat esse.

Tertiò colligitur hæc mens comprehensiua legis, quando per eandem constitutionem, vel aliā apparet aliquid, exempli gratia, positum: vt in l. 1. ff. vti possi. vbi dicit lex, quòd licet verba ædicti loquātur, de fundo tamen in domo etiam locum habent verba ædicti: pœnæ exemplum in iure Canonico. Prohibet Canon in clem. 1. de rerum permut. beneficium non conferri permutantibus. Quartò colligitur mens comprehensiua legis, si in lege esset apposita ratio, vt tunc mens, quæ ex illa colligitur, dicatur comprehensiua, vt notatur in clem. 1. de electione.

a Mens autem legis † extensiua, siue extensa dicitur illa, quæ colligitur ex identitate rationis nō scriptæ: vt in l. 1. C. de interdi. in cap. in cæteras. extra de rescriptis, in cap. 2. extra de translat. Prælat. & in multis alijs similibus iuribus, quę breuitati studens non referam.

S V M M A R I V M.

1 *Legi fraudem facere de re od rem, quando quis dicatur.*

2 *Legi fraudem facere de persona od personam, quando quis dicatur.*

3 *Qui per alium facit, per seipsum facere videtur.*

4 *Legi fieri fraudem de contractu ad contractum, non eodem modo, quando dicatur.*

5 *Legi fieri fraudem de contractu od eundem controctū, quando dicatur.*

6 *Mens legis quid sit.*

7 *De legis ratione, vel mente vbicunque constat contraria, etiam verbis, licebit offendere verba, & obseruare mentem legis.*

PRAELVD. XXVI.

LEGI fraudem facere quadrupliciter fieri cōtingit. † Primo de re ad
1 rem: vt puta, si in aliqua lege prohibitum sit filiofamilias mutuari pecuniam: si ergo quis nō mutuaret pecuniam, sed fructus, vel vinū, vel oleum, vel huiusmodi alia vendibilia, vt ipsis distractis filiusfamilias mutuatam tali modo pecuniam reciperet: proculdubio huiusmodi mutuum factum fuisse patet contra voluntatem legis, & in fraudem legis prohibentis mutuari pecuniā filiofamilias, licèt non contra verba legis huiusmodi, & idcirco tali filiofamilias subuenitur per tex. in l. sed Iulianus. §. mutui dationem. ff. ad Senatus consult. Maced. Item est prohibitum ne Pręses Prouinciarum, vel alij qui prouincias regunt, accipiant a subditis munera, sed tantum permissum est eis, vt accipiant exculenta, & poculenta: si ergo hi tales talia acciperent in tam maxima quantitate, quòd trahi possent meritò, & computari munera hi tales vtique videantur amplecti verba legis, sed transgredi, ac violare mentem legis, & insimul intentionem Legislatoris.

2 Secundo fraus fit de persona ad personā, † exemplum si maritus cui a iure donari coniugi prohibeatur in tātum, quòd talis donatio nulla erit, vt in l. si sponsus. in priu. ff. de donat. inter vir. & vxo. donauerit aliquid alteri personæ, vt eius ministerio queratur illud tale vxori suæ, tunc dicendum

erit

erit in tali casu fraudem factam fuisse de persona
ad personã, & vt vnico verbo multa exempla com
plectar, dicam cum Dyno (loco paulò post citan-
do) quòd generaliter dici poterit, fraudem fieri
de persona ad personam, vbicunque persona ali-
quid facere prohibita, facit cõtra prohibitionem
sibi factam, ministerio alterius personę: quia in ta
li casu offenditur mens legis, ac voluntas Legis-
latoris.

Nam iuxta regulam in c. qui facit. de reg. iur. in
3 sexto, qui facit † per alium, est perinde ac si facit
per seipsum.

Terriò fit fraus legi de cõtractu ad contractum,
4 † non eodem modo celebratum, exempli gratia,
maritus cũ animaduertat se non posse donare vxo
ri, fingit se vendere aliquam possessionem suã ali-
cui, qui posset eam vendere, aut donet suæ vxori,
quam aliàs non vendidisset, hæc venditio nulla
erit: quoniam contra mentem legis facta fuit:
quia venditio fictitia fuit, donatio autem vera, vt
in dicta l. si sponsus. §. circa.

Quartò fraus fit legi de contractu ad eundẽ con
5 tractum, † exemplum, mulier pro alio intercede-
re, actio est, vt principaliter obligationem susci-
piat, vt nõ iuuetur beneficio Velleia. nam nihilo-
minus iuuatur: cum reuera intercedere videatur,
vt in l. quamuis. §. si cum essem, ff. ad Vell. hæc om-
nia pręsentis notabilis secũdi sunt excerpta ex sen
tentia Dyni, in c. certum est. de reg. iur. in sexto,
vbi eum sequitur Io. And. Philip. Franc. & Petr. de
Anchar. in sua repet. solemni. c. Canonum statuta,
col. 18. ext. de constitu. Memoriæ est quoq; com-
mendandum, ꝙ ipse Dynus vbi supra, in fin. his no
tabilibus verbis vtitur, videlicet: Mihi autem vi-
6 detur, ꝙ cum mens legis, † nihil aliud sit, quàm ra
tio, quæ Legislatorem mouit, tunc verba legis non
extẽdantur, nisi ad eum casum, ad quem extendi-
tur ratio, vt in l. adigere. §. quamuis. ff. de iure
patro. & videtur, ꝙ vbicunque constat de ratione
7 legis, seu de mente verbis contraria liceat offen-
dere verba, mentem seruando: vt in l. scire etiam
oportet. §. aliud. ff. de excus. tut. & temp. eorum, &
ita credendum est intellexisse Doctores: cùm effe-
ctus verborum semper trahantur ad limitationem
rationis, & non econtra. hæc Dynus vbi supra.

SVMMARIVM.

1 *Contra legem quis dicatur facere.*
2 *Legi fraudem facere quis dicatur.*
3 *In legem committere quis dicatur.*

PRAELVD. XXVII.

FACERE contra legem, facere frau
dem legi, & committere in legem
differunt inter se: Nam facere con
1 tra legem is dicetur, † qui facit
contra mentem, & verba legis: vt-
puta lex prohibet minorem alie-
nare sine authoritate tutoris, & decreto Iudicis:
si ergo minor alienauit sine ista solemnitate: di-
ceretur eum fecisse cõtra legem. Facere vero frau-
2 dem † legi est, quando quis nõ facit aliquid con-
tra sonum, & corticem verborum legis, sed con-
tra mentem legis, seu intentionem Legislatoris:
licet obseruet verba legis, seu corticem verbo-
rum ipsius legis, vtputa: lex prohibet ne pecu-
nia numerata mutuetur filiofamilias: aliquis non
mutuat filiofamilias pecuniam, sed fructus, vel
aliud quidpiam, ut postea filiusfamilias illud
vendat, & inde pecuniam habeat. Nam hic talis
mutuator non facit contra verba legis, sed contra
mentem legis; & hoc contingit quatuor modis,
vt dixi in præcedenti præambulo. Committere
3 autem in legem † est propositio generalis ad duo
supradicta, eo quòd siue quis faciat contra legem,
siue quis faciat fraudem legi, vtroque casu dice-
tur eum committere in legem. Hæc docuit glos.
in l. non dubium. in principio. C. de legibus, &
constitu. & ibi reliqui Doctores. & Canonista-
rum nonnulli, in cap. certum est. de regulis iuris,
in sexto.

SVMMARIVM.

1 *Interpretatio a Iuristis, & Canonistis quo ad præsen-
tem materiam dupliciter sumitur.*
2 *Interpretatio (quo ad præsentem materiam) propriè
sumpta quid sit, & quid impropriè sumpta.*

PRAELVD. XXVIII.

1 INTERPRETATIO † (quo ad præsen
tem materiam) dupliciter sumi-
tur a Canonistis, & Iuristis, vide-
licet propriè, & impropriè. Pro-
priè (scilicet secundum eius pro-
priam significationem) sumpta in-
2 terpretatio, † idem erit quid congrua verbi, vel
orationis declaratio, seu expositio. Interpretatio
verò sumpta impropriè accipitur pro correctio-
ne, pro arctatione, seu restrictione, necnon pro
protogatione, seu extensione, prout notanter
docuit glos. in l. 1. in principio, ff. de orig. iur. &
glos. in l. 1. §. qui operas, in versic. interpretatione.
ff. ad Senat. consul. Tertull.

SVMMARIVM.

1 *Lex vel statutum quando dicatur corrigi.*
2 *Legis ratione correcta, an sit correcta ipsa lex.*
3 *Cessante ratione legis, cessare debet & legis dispositio.*
4 *Extensio ex identitate rationis legis correctoriæ non
conceditur, & quare.*
5 *Vt correctio legum vitetur, quæ sint obseruanda.*
6 *Subauditio tolleratur in legibus, vt vitetur correctio.*
7 *In statutis argui non poterit a contrario sensu, quando
inde sequeretur legum correctio.*
8 *Correctio legum regulariter non inducitur etiam ex
maioritate rationis.*
9 *Extenditur lex correctoria in infrascriptis casibus, vi-
delicet quando reduceremur inde ad ius antiquum.*
10 *Correctoria lex extenditur in correlatiuis.*
11 *Correctoria lex extenditur per rationem inibi scriptã.*
12 *Correctoria lex extenditur vbi est omnimoda ratio in
vtroque casu, & secundum limites rationis scriptæ in
legem.*
13 *Correctoria lex extenditur etiam, si ratio non sit in ip
sa expressa: & tamen vnica illa solum reddi pos-
set.*
14 *Extensio regulariter non fit in correctorijs, & pœna-
libus simul, etiam si ratio sit scripta, vel taxatiuè,
vel ratio impulsiua tantum adesset, vel si reperiatur
extensio probibita per aliam legem.*

15 *Lex correctoria in æquiparatis fiet extensio, si per omnia sint æquiparata, vel facta extensio per aliam legem non per modum regulæ.*

16 *Lex correctoria extenditur vt euitetur absurdum, vel peccatum.*

17 *Correctoria lex extenditur quando alias esset elusoria, vel identitas rationis surgeret ex vi regulæ, cui licet de reg. iur. in sexto, & in consequitius necessarius, vel sub lata significatione idem continetur.*

18 *Lex correctoria extenditur de hærede ex testamento, ad hæredem ab intestato, & ad omnes leges tendentes ad declarationem ipsius legis correctoriæ.*

19 *Lex correctoria extenditur ex mente intrinseca, seu comprehensiua, & in correlatiuis, & quando.*

20 *Lex correctoria extenditur ad casum subrogatum.*

ARGVMENTVM.

De extensione legum correctoriarum tantùm.

QVAESTIO VNICA.

Acturus de extensione legum correctoriarum tantùm, monendū arbitratus sum Lectorem, quòd correctio legis, † statutiq; dicatur non solùm quando ex toto tollitur, verum etiam quando aliquid ipsi legi adderetur, vel detraheretur, vel obscuritas aliqua declararetur: quod & dixit Albericus se habuisse de facto, cùm sibi & quibusdam fuisset commissa correctio statutorum, & dubitaretur an posset facere supradicta, & hoc elicitur ex l. 1. C. de nouo Codice faciendo. Nam ibi in principio legis dicitur [Hæc quæ necessariò corrigenda multis retrò Principibus visa sunt,] iunctis his, quæ ibidem in §. quibus. vbi dicitur [Quibus specialiter permisimus, resecatis prætationibus, &cæt. componere, & congruis titulis adijcientes quidem & detrahentes, imò mutantes verba eorum, vbi hoc commoditas rei exigeret.] hæc ibi. Idem expressè docuit Paul. de Castr. in dicta l. 1. num. 1. versic. nota, quòd correctio. Quapropter Cardin. in Clementina statutum, in quarto notab. de elect. dixit, quòd corrigere sit cum reuocatur aliquid, quod prius tenuit: & subdit exemplum per cap. non debet, extra de consanguinit. & affinit. Reprobare autem dicatur cùm declaratur aliquid nunquam tenuisse: quod quidem singulare dictum ipsemet Card. repetijt in Clementina si Romanus. nót. 2. de præbend. & sciendum insuper,

2 quòd correcta ratione legis † intelligatur correcta etiam & ipsius legis dispositione, vt elicitur ex cap. miramur, extra de seruis non ordi. iuncto cap. a multis, extra de ætate, & qualitate, & docuit Cynus in l. 2. C. de contrahen. & committen. stipul. glos. in l. 1. in principio, in versic. prouidentia, & ibi Bart. ff. de legit. tut. Nam in dicto cap. miramur, (secundum Alexand. loc ipsum docentem in l. quod dicitur, colum. 7. nume. 10. versic. vnde videtur recedere, ff. de verborum obligatione,) Papa declaratoriè procedit, & affirmat, quòd eo ipso quòd correcta erat ratio Canonis, debeat intelligi dispositio ipsius Canonis. Quapropter

3 iura dicunt, quòd cessante ratione † legis, cessare debeat & legis dispositio, vt in cap. cum cessante, ext. de appel. quod & latissimè docuit etiā Tiraq. in tract. cessante causa, fol. 41. a nume. 125. vsque ad nume. 174. quam regulam ipsemet Tiraquel. limitauit ibidem in fol. 88. vbi postea hanc regulam limitat elegantissimè multipliciter, & eius limitationes probat innumeris auctoritatibus Doctorum, ac legum. Idipsum repetijt Alexan. in l. 1. nume. 6. versic. & hinc sumpta occasione. ff. soluto matrimonio. distinguens de ratione & causa impulsiua & finali. Idem docuit Bart. in l. 2. §. fin. ff. de donat. Cynus & Bald. in l. generaliter, C. de Episcop. & cleric. & Bal. rursus in l. 1. ff. solute matrimonio. Canonistæ in cap. post translationem. extra de renunc. & in dicto cap. cum cessante, extra de appellat. His ergo præmissis pro maiori intelligentia afferendorum pro vera decisione omnium quæ producenda videbuntur facere ad rem aggressam.

4 Prima regula sit, in correctorijs ex identitate rationis non est licita extensio, † & hæc regula probatur primò in l. præcipimus, in fine. C. de appellat. & in l. sancimus. C. de relam. a t[illegible] de administrat. onic. §. fina. & in l. si vero, §. de viro, ff. soluto matrimonio, l. vnica. C. de i[illegible] re de[illegible] & in cap. cum expediat. de electio. in sex. o. ; robatur & secundò Doctorum auctoritate. Nam idem docuit Ripa in l. si constante, nume. 59. [illegible] soluto matrimonio, nu me. 57. & 59. [illegible] a l. si coustante, nume. 39. 43. & 49. & in l. ex testamento, C. de secundis nuptijs. Idem proba in [illegible] pluribus medijs infra in quæstione prima, conclusione tertia. & vltra ea idem docuit glos. in l. fi. a. C. de sacrosanctis Ecclesijs, quam citat & sequitur Paulus de Castro, ibidem nume. 8. Alexander in l. illam, nume 2. versic. tertiò nota, C. de collat. & rursus Bartolus in l. Gallus, § ille, nume. 1. ff. de liberis & posthumis, & ratio rationis est, quoniam non debet vna lex per aliam corrigi, nisi exprimatur, vt in l. præcipimus. C. de appell in fine. Idem rursus docuit Bartolus in l. cui relictum, nume. 1. C. de indicta viduit. Ioannes Baptista a Sancto Seuerino in l. omnes, nume. 191. & iterum Bartolus in l. Marcellus, nume. 9. ff. ad Trebellianum, glos. in Clementina prima, in versic. eisdem. de ætate, & qualitate, & rursus ipse Bartol is in l. non dubium, C. de legibus. Socinus in consil. 122. columna secunda, libro 3. & in consil. 27. column a prima, lib. 4. Ex quibus corrolaria, ampliat. & lim. infrascript. eliciuntur.

5 Inde primò elicitur, quòd contrarietas † legum concordanda sit, prout docuit Ripa in d. l. si constante, nu. 57. & tacitè omnes Doctores ibidem.

6 Inde secundò elicitur, quòd in legibus subauditio † tolleretur, vt viret. correctio, prout docuerunt Ripa, vbi supra, nu. 58. & Curtius in Authent. ex testamento, nu. 6. C. de coll. t. & glo. in c. pater. versic. defensorem, distinct. 15.

Inde tertiò prouenit, quod in legibus subauditio reijciatur, vt vitetur correctio, prout docuit Ripa vbi supra, eodem nu. 58. & glos. in c. cupientes, §. quod si per viginti, versic. præterea, de elect. in sexto.

Amplia primò allegata in dicta regula, dicendo, quòd in tantum sit vera, quòd etiam correctio legum fieri non debeat per repetitiones, subauditiones, aut tacitos intellectus, prout docuit

Imola

Imola in dicta l. si constante, nume. 33. colum. 2. versic. similiter.

Amplia & secundò dictam regulam, dicendo
7 ipsam habere locum in statutis: nam † non poterit argui a contrario sensu, quando fieret iuris communis correctio, prout docuit Imola, vbi supra.

Amplia tertiò, dicendo, quòd nec fiat correctio per dictionem taxatiuam, vt docuit Imola ibidem, colum. 2. vbi & addit, quòd neque fieret per clausulam, non obstante.

Amplia & quartò dictam regulam dicendo,
8 quòd in tantum ipsa sit vera, quòd correctio † legum non induceretur etiam ex maioritate rationis, prout docuerunt Ripa vbi supra, nu. 55. & 56. glo. in l. fina. C. de sacrosanct. Eccles. & ibi Paul. de Castro nu. 8. Ioan. Baptista a Sancto Seuerino in l. omnes, nu. 191. Idem habetur in l. præcipimus, in fin. de appel. Raphael Cumanus, Iason, & Paul. de Castro in l. Gallus, §. idem credendum, ff. de liberis & posthumis.

Fallit primò dicta regula: nam ipsa locum non
9 habebit, † quando per extensionem reduceremur ad antiquum ius commune, prout docuit Ripa in dicta l. si constante, nu. 5. 50. & 61. & Imola ibid. colum. 3. versic. quartò, quia tunc agitur de extensione passiua.

10 Fallit secùdò in correlatiuis, † licèt in lege hoc non exprimeretur, prout docuerunt Ripa vbi supra, nume. 62. Imola ibidem, colum. 5. Bart. in l. legem Iuliam, nu. 1. C. de indicta viduit. Ioannes Baptista a Sancto Seuerino in l. omnes, num. 192. ff. de iustitia, & iure.

Fallit tertiò, quādo ratio est scripta in lege cor-
11 rectoria, quoniam tunc talis lex † extendetur ad omnes casus, qui sub tali ratione comprehendi possent, prout docuerunt Ripa in dicta l. si constante, nu. 63. Imola in dicta l. si constante, col. 3. in principio, Paul. de Castro in l. fina. nume. 8. C. de sacrosanct. Eccles. Tiraquellus in tract. cessante causa. a fol. 24. vsque ad finem tractatus. Ioannes Crottus in dicta l. omnes, nu. 183. versic. octaua conclusio, Bald. in Authent. quas actiones, colum. 2. C. de sacrosanct. Eccles. per l. his solis. in versic. tacitè cautè putamus. C. de reuocan. donat. & in l. de quibus, colum. 5. ff. de legibus. Bald. in l. maximum vitium, colum. 3. C. de liber. præter. Raphael Cumanus in l. mulier. ff. solut. matrimonio. Paulus de Castro in l. quamuis. C. de fideicommis. Curtius in l. qui se patris, nu. 56. versic. Nam etiam in correctorijs, C. vnde liberi.

12 Inde de iure sequitur, † quòd vbi est omnimoda ratio in vno casu, quæ est in altero, non dicatur extensionem fieri, sed id contineri in ipsa legis dispositione, prout docuit Ripa vbi supra, numero 5. & 64.

Inde sequitur etiam, quòd lex correctoria ampliatur seu extendatur de stricta significatione ad largam, secundum limites rationis, quando ratio est scripta in ipsa lege, vt docuerunt Ripa vbi supra, nu. 64. Imola in dicta l. si constante, colum. 3. versic. aut agitur.

Amplia dicendo, quòd contenta in dicta fallentia procedant non solùm si ratio sit verè expres-
13 sa, † sed etiam si habeatur pro expressa, quia vnica tantum ratio possit assignari, prout docuit Ripa in dicta l. si constante, nume. 61. & Paul. de Castro in l. quamuis, C. de fideicommiss. & Baldus in dicta l. maximam. Alexander in dicta l. si constante, in principio, Ioannes Crottus in l. omnes, numero 183. versic. & ampliatur, ff. de iustitia, & iure.

Limita primò singulariter allegata in dicta ter-
14 tia fallentia, primò quando ratio † est scripta in lege correctoria & pœnali simul: quia tunc regulariter non extenderetur, prout docuit Ripa vbi supra, nume. 66.

Limita secundò, quando lex correctoria loqueretur taxatiuè, quia tunc his non obstantibus non fieret extensio, prout docuit Ioannes Crottus in dicta l. omnes, nume. 144. & nume. 184. Baldus in Authentic. quas actiones, de sacrosanctis Ecclesijs.

Limita tertiò dictam fallentiam, quando ratio non esset finalis, sed impulsiua, prout docuit Ioannes Crottus vbi supra, nume. 184. Tiraquel. vbi supra, & docuit Ripa in dicta l. si constante, nu. 68. dicens, quòd tunc non extenderetur. Matthesil. in tracta. extensionum, Ioannes Andreas in cap. 1. de tempor. ordin.

Limita quartò quando per aliquam legem reperitur prohibita extensio, Ripa vbi supra, numero 67.

Fallit quartò dicta principalis regula (in qua diximus in correctorijs non fieri extensionem) in
15 æquiparatis † a lege veteri: Nam in tali casu lex noua etiam correctoria disponens super vno, extenditur ad alterum virtute regulæ antiquæ, prout docuerunt inter alios Ripa in l. si constante, nume. 69. & 70. vbi dixit, quòd difficilius concedatur extensio in correctorijs, quàm pœnalibus. Imo. in l. si verò, §. de viro, columna tertia, versiculo quinto, ff. soluto matrimonio, Aret. in l. 2. columna quinta, in principio, ff. de legatis primo, dicens hanc esse communem modernorum sententiam.

Limita primò dictam fallentiam quartam, dicendo ipsam nō habere locum in casibus, ad quos fieret extensio, quando illi non essent per omnia adæquati a lege antiqua, sed tantum in materia, de qua agitur: nam tunc lex noua corrigens in vno non extendetur ad alterum casum, prout docuerunt Ioannes Crottus in l. omnes, nume. 178, versic. limitatur. ff. de iustitia, & iure, & Matthesil. in tract. extensionum.

Limita & secundò allata in dicta quarta regula, dicendo illam habere locum quando a lege antiqua reperiretur facta extensio generaliter & expressè per modum regulæ, vt in l. vt tantum, §. primo, ff. de ser. corrup. secus vbi duo casus simpliciter reperiuntur a lege veteri in vna materia æquiparati: quia tunc lex corrigens in vno casu, non extenderetur ad alium, prout docuerunt Doctores, inter quos est glos. singularis in Authentic. quas actiones, C. de sacrosanctis Ecclesijs. Nam ibi in lege ponitur Authentic. supradicta æquiparata reperitur Ciuitas & Ecclesia, & tamen dispositio dictæ Authent. corrigens in Ecclesia, non extenditur ad Ciuitatem, vt ibi in glos. & Alexan. in l. Gallus, §. & quid si tantum, numero 13. ff. de liberis & posthumis, Bartolus in dicta l. omnes, in vltima oppositione, Paul. de Castro in dicto §. & quid si tantum, per dictam l. Gallus, §. etiam parente, in versic. & bene.

Fallit & quintò dicta regula, quando inde sequeretur absurdum, nisi lex, vel statutum corre-
16 ctoriuo † extenderetur: nam tunc ratione absurditatis euitandæ licita esset extensio, prout docuerunt Ripa in dicta l. si constante, numero 71. Imola in dicto §. de viro, columna secunda, versiculo sed aduerte. Ioannes Crottus in dicta l. omnes, nume. 186. & in l. scire, §. illud, ff. de excusat. tut. in l. si viua matre, C. de bon. mat. in versic. ab re est vt filius. Fulgos. & Alexan. ac alij nouissimi Doctores in l. 2. C. de in ius vocan.

Fallit & sexto dicta regula, quando agitur de fauore animæ: nam tunc ratione vitandi peccatum lex correctoria extenderetur. Prout docuerũt Ripa in dicta l. si constante, nu. 72. Ant. de Butr. in cap. fina. extra de consuet. glo. & Bart. in Authent. sacramenta puberum, C. si aduersus venditorem. Franc. Curt. in dicta Authen. sacramenta puberũ, col. 7. nu. 81. & 82. addẽs hoc ipsum docuisse communiter omnes Doct. ibidem. idem docuerũt Philippus Francus, & Geminianus in cap. 1. de tempor. ordin. in sexto, Alex. in l. apud acta. ff. de transact. Ioan. And. in cap. ex tenore. extra qui filij sint legitimi. Ant. & Panorm. in d. cap. ex tenore. qui Panor. idem repetijt in cap. quæsiuit, extra de diuortijs. Geminianus io cap. r. de homicid. in sexto, Antonius iterum in cap. ad eminentiam, in fine, extra de sentent. excom. Romanus in l. sequitur, §. si viam. ff. de vsucap. Imol. in repet. cap. cum contingat, extra de iureiurando, Felinus in cap. translato, nume. 13. versic. vltimo tangit, extra de consuet.

Fallit insuper ipsa regula & septimò. Quando
17 alias ipsa dispositio redderetur elusoria: † nam tunc licita esset extensio, prout docuerunt Ripa vbi supra, nume. 73. & Ioannes Crottus in l. omnes, nume. 190. versic. decimaquarta conclusio. ff. de iustitia, & iure.

Fallit octauò quando identitas rationis surgit ex vi regulæ cui licet. de reg. iur. in sexto, prout docuit Ripa, ibidem nu. 74.

Fallit nonò in consequutiuis necessarijs. Nam lex correctoria disponens super vno, extenditur ad omnia consecutiua necessaria, prout docuerũt Ripa vbi supra, nu. 76. & Ioannes Crottus vbi supra, nu. 179. versic. quinta conclusio.

Fallit decimò in his, quæ normam capiunt ab alio: Nam illo mutato, ea etiam mutata censentur, quæ ab illo regulantur, prout docuit Ripa vbi supra, nume. 77.

Fallit vndecimò quando lex correctoria corrigens in vno casu, extenderetur ad alium, qui sub lata significatione vocabuli poterat comprehendi sub casu expresso, si talis dispositio sit fauorabilis, prout docuit Ioannes Crottus vbi supra, numero 181. versic. sexta conclusio.

Fallit duodecimò quando agitur de hærede:
18 nam tunc licita erit extensio † etiam in correctorijs, quoniam extendetur de hærede ex testamento ad hæredem ab intestato. Ripa in l. si constante. nu. 1. ff. soluto matrimonio.

Fallit quando reperitur vna lex correcta: quoniam ipsa correctio extẽditur ad omnes leges tendentes ad declarationem illius legis correctæ, prout docuerunt Curt. in cons... vol. 2. f. 25 1. nu. 26. Paul. de Castro in d. l. si constante, addens, quòd huiusmodi leges corrigãtur ex toto, etiam si contineant aliquid, quod sit extra declarationem, vel limitationem, & quòd idem docuerit per hunc textum Cynus in l. transigere, ante finem. C. de transact.

19 Fallit quartodecimò, quando extensio † fieret ex mente intrinseca, seu comprehensiua, & nõ extensiua legis, quæ mens colligitur ex tribus (prout latissimè fuit supra probatum,) prout docuit Imo. in l. si constante, colum. 4. versic. sexto, ff. soluto matrimonio.

Fallit quintodecimò in correlatiuis: nam facta correctione in vno eorum, intelligetur eo ipso facta in altero. per l. 2. in fi. vel fin. C. de indicta viduit. toll. & huic falleotię se subscripserunt quamplurimi Doctores recensiti per Antonium Gabr. in tract. conclus. fol. 563. nume. 36. versic. primò amplia. Alexan. in versic. Gallus, §. & quid si tantum, num. 7. versic. non obstat primum argumentum Saliceti. ff. de liber. & posthum. qui Alex. ibid. nu. 13. sequens Ang. ibidem idipsum fatetur. Ioan. Crottus in l. omnes. 185. versi. nona conclusio. ff. de iustitia, & iore, Iason in l. fin. C. de indicta viduit. toll. Anchar. in cap. Canonum statuta, versiculo quæro vtrum ista institutio. extra de constit. Ant. Gabr. vbi supra, & Ioannes Baptista in d. l. omnes, num. 192.

Limita hanc fallentiam decimamquintam: dicendo ipsam non habere locum quando ratio correlatiuorum esset diuersa, prout docuerunt Ioan. Crottus in d. l. omnes, num. 18. versi. limitatur hæc conclusio. Ant. Gab. vbi supra, f. 552. num. 51. versiculo limita primò, secundò, & tertiò, & idem docuerunt quamplurimi Doctores citati ab ipso, ibidem.

Fallit decimosextò in casu subrogato loco casus
20 expressi † in lege correctoria, prout docuerunt Io. Crottus vbi supra, nu. 182. vers. septima conclusio. Bart. in l. postulante. ff. ad Trebell. & Panorm. in c. fina. colum. 1. extra de arbitris.

Fallit decimoseptimò dicta regula, quãdo duo se inuicem habent gradatim: ita quòd vnum commensuretur alteri. Nam tunc facta mutatione in vno, censetur etiam facta in altero, prout docuit Ioannes Crottus vbi supra, nume. 189. versic. tertiadecima conclusio. glos. in l. Illud. C. de sacrosanct. Eccles. Cynus & Bart. ibidem. & glo. in Clementina generalem, de ætate, & qualitate.

SVMMARIVM.

1 *Lex correcta, non erit correcta ratione legis, quando ratio legis fuisset impulsiua.*

2 *Conditio apposita alicui legi regulariter dicitur causa finalis ipsius: vnde ea cessante, cessat dispositio talis legis, quando causa apponitur per modum conditionis, & quando hoc fallat.*

3 *Modus appositus contractui, quando denotet causam finalem: & quòd causæ (quoad præsentem materiam) multipliciter sumatur: & quando denotet causam impulsiuam.*

4 *Legis ratione correcta quando dicatur correctam fuisse legem ipsam, redditur optima distinctio.*

5 *Lege ponente duas rationes finales, si vna deficeret in aliquo casu, & alia remaneret, remanebit quoque ipsius legis dispositio, secus si lex posuisset vnam solam*

solam rationem: Nam tunc esset dicendum, quòd si correcta sit illa ratio per legem nouam superuenientem, correctam etiam censeri debeat & lex antiqua.

6 *Pater non cogitur hodie instituere in suum hæredem nepotem ex filio emancipato natum, sicut antiquitus tenebatur.*

7 *Cognati (quamuis non vocarentur ad tutelam ea ratione, quia non vocabantur ad successionem.) Hodie tamen vocantur ad tutelam: cum & vocentur quoque ad successionem.*

8 *Legum correctoriarum extensio quando sit permissa.*

9 *Patri licitum est nedum pignorare, sed & vendere filium in casu necessitatis sibi imminentis.*

10 *Argumentum a maioritate rationis procedit affirmatiuè, & negatiuè in diuersis casibus.*

11 *Concessum quod est maius non includit concessum quod est minus, quando eadē ratio non cōcurrit in vtraque.*

12 *Curialis potest donare immobilia, & mancipia etiam rustica, sed non vendere, & quare.*

13 *Venditori vini post statutum diem, & denunciam factā emptori, licebit totum vinū, & nō partem effundere.*

14 *Venditio concessa non includit concessionem pignorādi.*

15 *Procuratorem suum generalem dominus in totum reuocare poterit, sed non in parte.*

16 *Institutiones plures faciens debet omnes, aut nullam improbare, quod triplici medio probatur.*

17 *Dominus adscriptitiorum poterit illos vendere cum solo, sed non sine solo. quod triplici medio probatur.*

18 *Delegatus qui virtute suæ delegationis potest dispensare in maiori casu, non poterit sine noua delegatione in minori dispensare.*

19 *Mandatarius egrediens fines mandati, nihil iuridicum facit.*

20 *Episcopus non potest dispensare cum Monacho translato ad Ecclesiam Parochialem, vt habere possit beneficium simplex.*

21 *Dispensandi facultas concessa in maioribus casibus, quando etiam in minoribus concessa videatur.*

22 *Legis mens dicitur anima legis, verba vero corpus.*

23 *Legis mente, & ratione concurrente, dicitur non fieri legis extensionem, sed decerni ab ipsa lege.*

24 *Casus excepti a regula extenduntur ad similes.*

25 *Legis pœnalis scriptæ in alio casu extensionem fieri regulariter non conceditur ex identitate, vel maioritate rationis, quotiescunque ipsa identitas aut maioritas rationis non surgeret, ex vi regulæ, cui licet quod est plus, licet vtique quod est minus, sed solum fieri poterit declaratio, seu distinctio ipsius legis.*

26 *Mentio de lege antiqua correcta non est necesse fieri in lege corrigente, quando ex lege noua colligi possit quod Legislator illam voluerit corrigere, & ponuntur tria exempla, & nu. 33.*

27 *Præscribitur contra laicos spatio triginta annorum, contra Ecclesias spatio 40. contra Romanam spatio centum.*

28 *Filijs & hæredibus hæreticorum, quo ad bona, conceditur præscriptio contra Romanam Ecclesiam spatio quadraginta annorum post mortem ipsorum hæreticorum, si tali spatio bona fides eorum intercessit.*

29 *Fœmina succedit auis paternis, & maternis in æquali portione, sicut masculus eius frater.*

30 *Legum correctio non datur, nisi expresse appareat per aliam legem scriptam.*

31 *Iura iuribus concordari expedit, & eorum correctio, si sustineri possint, vitari.*

32 *Legis correctio nō inducitur per dictionem taxatiuam, nec per argumentum a contrario sensu, nec per clausulam, non obstante quacunque lege.*

34 *Legū conditoribus, et nō ministris licet leges corrigere.*

35 *Argumentum a simili quibus casibus locum habeat, & non, & de tacito, quod faciat cessare expressum, quomodo, & in quibus.*

36 *Statuta, & consuetudines quando possint ad alios casus extendi, & non.*

37 *Legum pœnalium & correctoriarum quo casu fiat extensio.*

38 *Legis ratio extendit ipsam legem ad alium casum, vbi eadem ratio reperitur.*

39 *Statutum corrigens quando extendatur ex identitate rationis scriptæ.*

40 *Legis ratio ad verba se habet vt anima ad corpus.*

41 *Ratio eadem vbi est, ibi idem ius esse debet.*

42 *Lex pœnalis & correctoria simul, loquens taxatiuè non extenditur propter rationem ibi expressam ad alios casus ex identitate, vel maioritate rationis, nisi appareret per aliam legem recentiorem fuisse factam extensionem ad illos casus.*

43 *Lex pœnalis & correctoria simul, extenditur ad alios casus, ex identitate, vel maioritate rationis scriptæ, quando dicta ratio scripta esset finalis, secus si esset impulsiua solum, quoniam tunc non extenderetur ad alios casus ibi non expressos.*

44 *Ratio impulsiua legis quæ dicatur, & quæ finalis.*

45 *Lex pœnalis & correctoria non extenditur ad alios casus ibi non expressos, ex identitate, vel maioritate rationis, quando alia ratio non scripta hoc suaderet propter diuersitatem rationis.*

46 *Expressum aliquod dicitur tripliciter esse.*

47 *Expressa mentio vbi requiritur, verba vniuersalia illum casum non includunt.*

48 *Statutum prohibens forensem emere bona stabilia in territorio, non prohibet vendere, & quare.*

49 *Extensio legis pœnalis non fit in correlatiuis, quando non militat identitas rationis, sed diuersitas. quod exemplificatur, & probatur.*

50 *Legis extensio non fiet in pœnalibus & correctorijs simul, quando casus non expressus in tali lege pœnali & correctoria non esset æque fauorabilis, vt est casus ibi expressus, licet etiam ratio legis ibi sit expressa.*

51 *Excommunicari criminosi, & participes criminū admittūtur cōtra hæreticos, credētes & c. & an semper.*

52 *Testis repellitur a testificando in causa criminali criminaliter mota, si probetur ipsum esse criminosum, & quid in causa criminali ciuiliter mota.*

53 *Excommunicati maiori excommunicatione non sunt admittendi ad testificandum, nec ad agendum, nec non patrocinandum.*

54 *Recedendum non est a forma verborum iuris sine certa scientia Legislatoris.*

55 *Iura, & statuta disponentia super processu inquisitionis non habent locum in processu accusationis, vel exceptionis, & idem est econtra, & nu. 56.*

57 *Iura antiqua disponentia de puniendo crimine Maiestatis Diuinæ, & humanæ, & si sint correcta per iura noua, & illa dicantur per consequens pœnalia et correctoria simul, tamen ratione identitatis, vel maioritatis rationis, extendentur ad alios casus, & personas specialiter non expressas ibi.*

58 *Hæretici, credentes, & filij vsque ad secundam generationem non sunt admittendi ad officia publica, aut beneficia Ecclesiastica.*

59 *Crimen debet suos tenere authores, & ipsius pœna non debet vlterius procedere.*

60 *Filius dicitur esse sub potestate patris, & non matris.*

61 Filij illegitimi sunt in duplici differentia, & qui dicuntur de domo, & familia patris, & veniant appellatione filiorum.

62 Filiorum appellatione, vbi tractatur de odio, & maxime in pœnalibus, & in statutis non veniunt filij naturales tantum, quando odium non est rationabile, secus si rationabile.

63 Constitutio pœnalis, odiosa, & correctoria extenditur etiam per similitudinem rationis, etiam in tali constitutione non expressa, & id quomodo, & quando.

64 Lex pœnalis, & correctoria extenditur ad casum non expressum in ipsa, quando ille est a iure purificatus in omnibus, in omni materia cum ipso casu expresso.

65 Lex pœnalis, & correctoria simul extenditur in correlatiuis, etiam si alterum solum ex correlatiuis nominetur, quando eadem ratio militat in vtroque.

66 Pœna apposita in vno correlatiuorum videtur apposita in altero concurrente eadem ratione, aliàs secus.

67 Lex pœnalis, & correctoria simul loquens de accusatione, seu accusatore, habet locum in reo, si militat eadem ratio in vtroque.

68 Lex noua corrigens in uno correlatiuorũ tunc extenditur ad aliud, quando est in eodem actu, & non aliter.

69 Pœna cõuētionalis in aliquo cõtractu apposita, quæ vni ex correlatiuis adiecta est, nõ censetur adiecta alteri.

70 Contractus non extenditur de re ad rem, neque de persona ad personam, & ideo statutum loquens in venditione non habet locum in permutatione.

71 Lex pœnalis, & correctoria simul non extenditur de vno correlatiuo ad aliud, quando ipsa lex iniunxisset alicui eorum specialem pœnam.

72 Lex seu statutum pœnale, & correctoriũ nouum reducens nos ad ius antiquum, seu commune, poterit extendi iuxta cõstitutionem antiquam etiam ad alium casum subintellectum, & æquiparatum a iure antiquo.

73 Concessionis factæ, per quam receditur a iure speciali, et redditur ad ius commune semper fit latissima interpretatio, etiam contra propriam naturam.

74 Res de facili reuertitur ad naturam suam.

75 Constitutio vno respectu fauorabilis, & alio odiosa, dicitur fauorabilis, si constat de mente disponentis, quod illam fecit in fauorem, quod declaratur.

76 A, præpositio quando in lege reperitur, aliquando stat inclusiue, aliquando exclusiue, & quomodo.

77 Beneficia Ecclesiastica vacantia in curia per mortẽ beneficiatorum, efficiuntur affecta ipsi Romano Põtifici, ita quod non poterunt conferri ab alio, quàm ab ipso.

78 Lex pœnalis, & correctoria simul ex idẽtitate, vel maioritate rationis extenditur, quando, nisi fieret extensio, resultaret absurditas, vel iniquitas aliqua.

79 Iniquitas si resultauerit ex verbis legis simpliciter intellectis, tunc recedendum erit a verbis, & seruanda erit mens, & nu. 84.

80 Lex pœnalis, & correctoria simul, quando agitur de salute animæ, censetur fauorabilis, & ideo tunc etiam si esset præiudicialis in rebus temporalibus, ex identitate, vel maioritate rationis extenditur, vt vitentur peccata.

81 Lex pœnalis, & correctoria ex identitate, vel maioritate rationis extenditur de persona & casu expresso, ad personam & casum ibi specialiter non expressum, quando nisi extenderetur, talis lex esset illusoria, & nullum sortiretur effectum.

82 Ciuitate interdicta, an & suburbia dicantur interdicta.

83 Sepelire excommunicatum quis dicatur quo ad incursum pœna Pontificiæ.

85 Religiosus dimittens habitum suæ Religionis extra claustrum, incidit in excommunicationem maiorem.

86 Legem transgreditur, qui verba legis obseruat, mentem verò violat.

87 Viri ingredientes septa Monialium, & fœminæ septa virorum Regularium, sunt excommunicati excommunicatione Papæ reseruatæ.

88 Interpretatio Bullæ Greg. XIII. prohibentis ingredi septa Monialium.

89 Negotio vno commisso, implicite omnia intelliguntur commissa, sine quibus illud bene explicari non valet.

90 Lex pœnalis simul & correctoria lata in fauorem boni publici, cum potius reputetur fauorabilis, quàm pœnalis, extendetur de casu expresso ad casum non expressum secundum sonum verborum.

91 Vtilitas publica præferenda est priuatæ.

92 Statutum disponens in terminis iuris communis, & secundum eius dispositionem, recipiet omnes interpretationes, ampliationes, & limitationes, quas recipit ius commune.

93 Auxilium in maleficio quotupliciter quis dicatur impendere.

94 Puniri non debet quis propter factum alterius, etiã sua ope, quando id, in quo opem tulit, erat indifferens, & ipse credebat illum tali re bene vsurum.

95 Odio alterius non debet grauari alter.

96 Auxilium præstans alicui maleficio perpetrando, regulariter puniendus erit pœna qua principalis, & quando hæc regula fallit.

97 Raptores virginum, & honestarum fœminarum, cuiuscunque conditionis illæ sint, capitis supplicio erunt puniendi, necnon præstantes auxilium in ipso actu rapiendi tantum.

98 Principales in maleficio æqualiter non sunt puniendi cum opem ferentibus, quãdo qualitates, propter quas debet minui & augeri pœna, diuersæ in altero eorum reperiantur.

99 Qualitates committentium maleficium, & auxiliantiũ malefactori sunt in multiplici differentia, & omnes erunt ponderanda, & de ipsis hic peculiaris fit sermo, & quæstiunculæ inde motæ soluuntur.

100 Parricida quali pœna veniat puniendus.

101 Auxilium præstans in actu maleficij perpetrati, qua pœna puniatur.

102 Auxilium præstans post maleficium perpetratum qua pœna puniatur.

103 Mandans fieri aliquod delictum qua pœna puniatur, & quomodo.

104 Mandans in quibus differat a conducente, & a suadente, & in quibus non.

105 Delictorum aliqua dicuntur leuia, aliqua grauia, & quædam grauissima, & quæ sint.

106 Mandare maleficium fieri an aliquando dicatur maleficium perfectum, & pœna ordinaria punibile, etiam non sequuto effectu.

107 Mandans fieri aliquod leue delictum, an ipso non sequuto, mandator sit puniendus in foro fori.

108 Mandans quando veniat puniendus pœna ordinaria non sequuto effectu.

109 Facere aliquid quis verè dicatur, & nu. 110. vbi per multa super hoc discurritur.

111 Mandans & mandatarius non solum incidunt in pœnas iuris communis, sed etiam statutorum loquentium tam in rem, quàm in personam, & hoc multipliciter probatur, & respondetur contrarium tenentibus.

112 Statutũ in terris subiectis Ecclesiæ in temporalibus recipit

eipit interpretationem a iure pontificio, aliàs a iure cõi Principũ secularium, quibus subdẽtur, et nu. 136.

113 Absentes qui dicendi non sint quoad percipiendos fructus suarum præbendarum.

114 Statutum loquens in personam, in pœnalibus comprehendit etiam mandantem, & quare.

115 Statutum disponens in materia iuris communis verificatur etiam in casu ficto, quando casus fictus & verus æquiparantur a iure communi, & quare.

116 Mandans aliquem percuti dicitur verè percutere quo ad incursum pœnæ ordinariæ.

117 Bartoli intellectus ad c. mulieres. de sent. excom. impugnatur, & veritas ostenditur.

118 Homicidium perpetratur, facto præcepto, consilio, & defensione.

119 Statuta sunt stricte interpretanda.

120 Mandans & mandatarius qua ratione puniantur eadem pœna per statutum indicta, & nu. 128. 149.

121 Statutorum in restrictione vel extensione quæ sint seruanda.

122 Priuatus quis sine termini præfixione non dicetur perpetuo, vnde præuia satisfactione restituetur.

123 Statuta interpretanda veniunt secundum ius commune, quando contrarium ibi expresse non caueatur. & num. 124.

125 Extensio quando dicatur proprie uenne fieri in legibus & statutis.

126 Statuta punientia homicidas comprehendunt mandantes homicidium committi, & concedentia præmium accusanti extenduntur ad denunciantem, cum dicantur fauorabilia, & quare.

127 Statutum respiciens fauorem publicum non recipit restrictionem.

129 Lex pœnalis an semper iudicanda sit fauorabilis, cum respiciat fauorem publicum ad punienda delicta.

130 Mandans fieri delictum, in dubio, dicitur causa principalis ipsius, & ideo erit puniendus, & quare.

131 Residere in beneficio quis sit dicendus.

132 Residere in propria persona in beneficio dicitur is, qui licet sit corpore absens, tamen est absens causa studij, vel alia causa rationabili, & quid in materia pœnali.

133 Interpretatio, & fictio iuris quomodo inter se differant.

134 Statutum disponens idem quod ius commune, & consuetudo, quas interpretationes recipiet, & non.

135 Iuramentum & statutum limitationem recipit secundum ius commune.

137 Statuta recipiunt interpretationem intensiuam, quæ ex verbis intelligi potest, & quare.

138 Statuta recipiunt interpretationem per punctum rationis, cum ratio non fallat, & quare.

139 Baldi sententia declaratur in terminis materiæ propositæ.

140 Statuta recipiunt a iure communi interpretationem passiuam, non actiuam, & id quomodo.

141 Statuta quando interpretanda erunt strictissimè, vel amplissime.

142 Statuti verba quando interpretanda erunt secundum intellectum improprium.

143 Statutum quando erit intelligendum vt addat aliquid iuri communi.

144 Statutum loquens in materia iuris communis quas limitationes recipiat, & quid operetur.

145 Statutum non exorbitãs recipit interpretationem iuris communis.

146 Statutum disponens in materia iuris communis, & excipiens duos casus, alios a iure exceptos an includat.

147 Casus exceptus a iure extenditur ad casum consimilem rationis identitatem habentem.

148 Statutum disponens in materia iuris, verificatur etiã in casu ficto, quando casus fictus & verus æquiparantur a iure.

150 Statutum & consuetudo extenditur ad alios casus ex identitate rationis, dummodo illi casus non habeant legem contrariam.

151 Statutorum pro interpretatione quando recurrendum sit ad ius ciuile, & quando ad ius canonicum, & ad quod ius. nu. 154.

152 Faciens contra statuti præceptum per se, æque punietur sicut faciens per alium, quoties a lege casus verus & fictus æquiparantur.

153 Statutum quando aliquid præcipit contra, vel præter ius, quomodo interpretabitur.

155 Interpretari legitimè volentes verba statuti, quid attendere debeant.

156 Statuta loquentia in personam quomodo interpretanda sint.

157 Statutum loquens in casu vero quando locum habeat in ficto.

158 Statuta quod non recipiant intellectum interpretatiuum quomodo intelligendum sit.

159 Facere aliquid quando quis dicatur, ad cognoscendum traditur regula optima.

160 Statutum quando ad casum fictum trahatur.

161 Statutorum pro interpretatione ad quas leges sit recurrendum.

162 Statutum loquens in casu vero non habet locum regulariter in ficto.

163 Statutum loquens de possessore, an locum habeat in eo qui dolo desijt possidere.

164 Statutum an semper extendatur de casu expresso ad non expressum.

165 Lex aliqua quando sit extendenda ad alia non comprehensa sub verborum cortice in ea contentorum, datur optima regula.

166 Statutum pœnale, quãdo extendatur de casu vero ad fictum ex identitate rationis.

167 Statutum pœnale fauore Reipublicæ erit extendendũ, & quare, & quid inde proueniat.

168 Statutum excludens matrem, excludit & omnes cognatos, et quare, et quas limitationes hæc propositio patiatur, copiose.

169 Statutum excludens patrem, vel auum, an extendatur ad descendentes.

170 Statuta pœnalia extenduntur ex maioritate rationis de casu vero ad fictum.

171 Iudices quæ habeant ponderare in omni maleficio perpetrato.

172 Dispositionis cuiuscunque verba quomodo sint ampliãda, vel restringenda.

173 Facta quæ possunt explicari æquè per alium in quo differant ab ijs, quæ per alium explicari nõ possunt, quod facit ad dilucidationem materiæ statutorum loquentium in personam, et in rem.

174 Bartoli sententia apparens contraria materiæ de qua agitur, interpretatur.

175 Statuta an recipiant interpretationem extensiuam actiue, vel passiue, et de vtraque datur exemplum.

176 Statutum quando dicatur nulla lege armatum, et an tunc sit validum.

177 Opem præstans delinquenti punitur eadem pœna, qua principalis regulariter, fallit tamen iuxta qualitates

litates

litates casuum.
178 Statuta prohibentia auxilium dari, ad quas personas extendantur, & quotupliciter quis dicatur auxiliator.
179 Statutum corrigens ius commune an sit extendendum de casu vero ad fictum.
180 Statutum quando dicatur recedere a pœna iuris communis, seu exorbitare a iure communi.
181 Statutum quando dicatur comprehendere mandatorem, etiam si hoc non expresserit, & quando non.
183 Statuti verba largissime erunt intelligenda, vel strictissime, si taliter interpretando ipsum correctio iuris communis euitaretur.
182 Statuta loquentia tam in rem, quàm in personam, extenduntur, nisi maleficia de quibus agitur per alios æquè explicari non possent, vel cōtra naturam sunt, vel fiunt, vel quæ sine peccato detineri, vel fieri, vel possideri non possunt, vel quæ ipso iure nulla sunt ab initio.
184 Virginitas, vel castitas corrupta restaurari non potest.
185 Actus naturales per alios exerceri non possunt, nec mandari propriè, & qui sint.
186 Ratihabitio an semper locum habeat in maleficijs.
187 Factum infectum manere est impossibile.
188 Interpretatio benignior est adhibenda in pœnis irrogandis.
189 Facere per se, & per alium, paria nō sunt quoad actus naturales exercendos, bene tamen quoad ciuiles, & multipliciter probatur.
190 Dispositio quæcunque pœnalis loquens taliter, quicunque per se, vel personaliter, vel suis manibus commiserit tale delictum, eum loquatur in faciēte, non extendetur ad mandantem, & quare.
191 Personaliter si aliquid esset exequendum in materia pœnali, non esset satisfactum mandato, si illud exequeretur per alium, & quare.
192 Præsentia alicuius quando requiritur in aliquo actu, tunc actus ille fieri non posset per procuratorem, & quare.
193 Dictio, personaliter, quid denotet.
194 Accusatus de aliquo delicto qualitatiuè, qualitate criminis non probata, non veniet puniendus.
195 Testamentum, vel codicillos scribi faciens, adscribendo sibi legatum, manu existentis in sua potestate, incidit in pœnam falsi, etiam si manu propria non scripserit, & quare. Quid in alio casu. nu. 196.
197 Mandans homicidium, vel quid simile fieri, an comprehendatur in statuto pœnali, vbi essent duo statuta, quorum alterum præciperet non fore puniendum aliquem corporaliter, nisi lege municipali caueatur: alterum vero, si quis homicidium fecerit, moriatur, discutitur.
198 Mandans delictum fieri comprehenditur in statuto pœnali, quando in eo caueatur, quod in tali delicto non haberet locum ius commune, sed solum municipale.
199 Dispositio iuris communis, vel municipalis loquens per dictionem, si quis, vel per similem, seu dirigens sermonem in personam singularem, quando dicatur comprehendere vniuersitatem.
200 Conferentes beneficia indignis post secundam correctionem, sunt suspensi a beneficiorum collatione.
201 Mandans percuti clericum est excommunicatus, & quare.
202 Facere fictè quis dicitur quod suo mandato alius facit.
203 Vniuersitas propriè loquendo non potest dici persona, sed representans personam, & quare.
204 Vniuersitas, Ciuitas, Collegium, Capitulum, & quid simile quid denotet.
205 Vniuersitas, seu qualibet congregatio hominum capta secundum fictionem iuris quid denotet.
206 Hæreditas vice personæ fungitur.
207 Collegium quando dicatur obligari, & non singuli de Collegio.
208 Vniuersitas est persona ficta, & representata, non verum corpus.
209 Vniuersitas, & vniuersum vnde dicatur, & quid sit.
210 Communitas, & commune, collegium, & capitulum vnde dicatur.
211 Vniuersitas quid sit.
212 Vniuersitas, ciuitas, &c. quando dicatur peccare tam in omittendo, quam in committendo, vt possit puniri.
213 Ecclesia punitur aliquando neglectu ministri.
214 Vniuersitatis officialium neglectus in omittendo præiudicat ipsi vniuersitati.
215 Emphyteota non soluens Ecclesiæ pensionem per biennium, nisi celeriter satisfaciat, poterit expelli.
216 Prælatus in omittendo potest præiudicare Ecclesiæ suæ in iuribus suis.
217 Statutum laicorum clericis non præiudicat in quæsitis, secus in quærendis, & quare.
218 Episcopus non poterit facere conditionem Ecclesiæ suæ deteriorem, & quare.
219 Prælatus poterit præiudicare Ecclesiæ suæ in iure quærendo, non autem in quæsito, & nu. 222.
220 Prælatus & quilibet minister, quando dicatur præiudicare suæ ecclesiæ, vel ei, cuius est minister tam in delinquendo, & quærendo, tam in personali, quàm in reali.
221 Prælatus non poterit repudiare legatum factum ecclesiæ, nec pacisci de non petendo, & in quo poterit præiudicare.
223 Statutum laicorum quando includat ecclesiam in præcipiendo solui data, vel gabellas.
224 Prælatus in quo poterit præiudicare suæ ecclesiæ.
225 Ciues videntes officialem offendi, tenentur defendere eum.
226 Ciuitas quando dicatur consentire delictis ciuium, & sit punienda.
227 Vniuersitas ex facto, & dolo officialium eius an punienda sit.
228 Iudex quomodo procedet contra vniuersitatem accusatam de aliquo crimine.
229 Domini scientia, quando præsumatur in actu ministri vel serui momentaneo, ita vt ipsi præiudicet.
230 Peccatum grauius incurritur in committendo, quàm in omittendo.
231 Vniuersitas an propriè dici possit delinquere, tam in committendo, quàm in omittendo, & quando.
232 Cōtumacia totius Capituli ligat singulos de capitulo, & sic poterit ex tali contumacia excommunicari absque alia citatione 33.
234 Vniuersitas, vel persona singularis ratum habens delictum, eadem pœna punienda erit, qua & delictum perpetrans.
235 Ratihabitio locum habet in delictis, & quare.
236 Ratihabitio mandato comparatur.
237 Electi amicus poterit petere eius confirmationem nomine sui amici siue illius speciali mandato.
238 Ratihabitio habet locum tam in iudicio, quàm in contractu, & in maleficio, ipsamque retrotrahi quomodo dicatur.
239 Ratum habens maleficium, vt possit puniri, duo requiruntur,

quiruntur, & qua.

240 *Peccata ſuos debent tenere authores.*

241 *Vniuerſitas, & quacunque hominum multitudo, collegium faciens dicetur vna perſona repræſentatiua omnium exiſtentium in ipſo Collegio, etſi ſit quoddam aliud a ſingulis eorum, vnde ſi punienda eſſet in centum, ſinguli tenerentur pro portione ſua, non autem in centum, & quare.*

242 *Hæreditas aliud eſt quam res ipſa hæreditaria.*

243 *Vniuerſitas quid ſit, & vnde dicta.*

244 *Vniuerſitas in committendo delinquere, quando dicatur, & quomodo ſit punienda.*

245 *Eccleſia an de iure poſſit grauari collectis, & alijs impoſitionibus.*

246 *Vniuerſitas poterit citari, & banniri.*

247 *Vniuerſitas quando dicetur delinquere.*

248 *Lex ſeu qualibet alia diſpoſitio pœnalis, & correctoria ſimul extenditur de caſu expreſſo ad caſum non expreſſum, quando ipſius verba ex lata ſignificatione trahi poſſunt ad alium caſum, in quo concurrit identitas, aut maioritas rationis.*

249 *Ratio vbi eadem eſt, ibi idem ius eſſe debet.*

250 *Grex in quo differat ab armento.*

251 *Diſpoſitio iuris etiam pœnalis & correctoria etſi extendatur de caſu expreſſo ad non expreſſum, vt ibi, ſecus tamen in diſpoſitione hominis, niſi aliud de ipſius diſponentis intentione appareret.*

252 *Beneficij eccleſiaſtici appellatione, quod non ſemper veniat curatum.*

253 *Mandatarius egrediens fines mandati, quicquid facit nullius eſt valoris.*

254 *Clauſula ſub generali non includitur quod eſt veriſimile non fuiſſe conceſſum ſub ſpeciali.*

255 *Papa mandatum recipit vires a ſua intentione, quæ erit conſideranda.*

256 *Sententia excommunicationis lata a delegato Papæ vltra comprehenſa in reſcripto delegationis, eſt ipſo iure nulla.*

257 *Mandato ſimplici de prouidendo aliquem de beneficio, non includitur dignitas, aut beneficium ſonans in Rectoriam.*

258 *Reſcriptis non eſt recedendum a propria ſignificatione verborum.*

259 *Beneficij eccleſiaſtici generali appellatione etſi dignitas, & perſonatus comprehenditur, non tamen ſi eis eſſet annexa cura animarum.*

260 *Beneficiorum eccleſiaſticorum vacatio cum multipliciter contingat expreſſio vnius modi vacandi, non includit alium in reſcriptis.*

261 *Expreſſum ſpecialiter venit ſolum in materia ſtricta.*

262 *Mors ciuilis an æquiparetur naturali, & quid operetur terminus, mors, inſertus in diſpoſitione iuris, & quid in diſpoſitione hominis.*

263 *Lex pœnalis & correctoria ſimul extendetur de caſu expreſſo ad non expreſſum, quando duo ſe habent ad inuicem gradatim, ita quod vnum menſuretur ab aliquo alio accidente.*

264 *Coniunctio aduerſatiua in diſpoſitione hominis, & iuris quid operetur.*

265 *Taciti & expreſſi eadem eſt virtus.*

266 *Lex pœnalis & correctoria ſimul extenditur de caſu expreſſo ad non expreſſum, quãdo duo ſic ſe habent, quod vnum neceſſario venit acceſſoriè ad aliud.*

267 *Subdiaconatus ordo olim non erat ſacer ſicut hodie.*

268 *Connexorum & coniunctorum vna eſt ratio, & propoſitio.*

269 *Pœna regulariter non deſcendit ab eſſentia actus, ſed a prohibitione.*

270 *Lex pœnalis & correctoria ſimul extenditur de caſu expreſſo ad caſum comprehenſum ſecundum communem vſum loquendi in ipſo caſu expreſſo, licet non ſecundum propriam ſignificationem vocabuli.*

271 *Lex pœnalis & correctoria ſimul extenditur de caſu expreſſo cauſa exempli poſito ad caſum ſimilem, cum exempla non reſtringant regulam, ſeu diſpoſitionem iuris.*

272 *Lex pœnalis & correctoria extenditur de caſu expreſſo per extenſionem paſſiuam, quæ fit vi regulæ iuris antiqui, ac per conſequens lex noua pœnalis, et correctoria ſimul recipit omnes limitationes, & declarationes, quas recipit lex antiqua.*

273 *Ordines ſacri qui antiquitus erant, & quot ſint hodie 274.*

275 *Subdiaconus votum caſtitatis emittere tenetur.*

276 *Habilitatus ad aliquem gradum, aſſumendo qualitatem gradus cenſetur habilitatus ad omnia conſecutiua ad gradus qualitatem.*

277 *Chriſtiani effecti Iudæi puniuntur vt hæretici.*

278 *Filij hæreticorum, etiam ſi ſint catholici, priuabuntur bonis paternis.*

279 *Iura loquentia de aliquo genere perſonarum, intelliguntur loqui de certo numero ipſarum. & nu. 281.*

280 *Correctio legum regulariter eſt vitanda.*

282 *Regula poſita a iure antiquo habebit locum etiam in iure nouo correctorio iuris veteris, & exemplificatur.*

283 *Nepotis appellatione continetur pronepos, & nurus appellatione continetur pronurus.*

ARGVMENTVM.

De extenſione legis correctoriæ, & pœnalis ſimul.

QVAESTIO VNICA.

PRAEMISSVM ſermonem de extenſione legis correctoriæ ſolùm, meritò ſubſequi debet ſermo de extenſione legis correctoriæ, & pœnalis ſimul. Quapropter relata regula amplectenda in tali materia iure optimo ſubnectentur nonnullæ concluſiones, & earum ampliationes, & limitationes, ſeu fallentiæ, ut inde facilius poſſit deueniri ad veram deciſionem propoſitæ difficillimæ quæſtionis.

Regula veriſſima eſt: quòd lex pœnalis & correctoria ſimul & ſemel nõ extendetetur ad caſum alium etiam ratione expreſſę rationis in ipſa lege pœnali, & correctoria ſimul regulariter. Hæc concluſio probatur per textum in Clementina ſecunda, iuncta eius gloſa. in verſic. in eiuſdem. de ætate, & qualitate, quam ad hoc notat Antonius Butrigarius in c. fina. in prima, & duodecima fallentia, extra de conſuet. Gemin. in cap. 1. in prima fallentia, de tempor. ordin. in ſexto, quam ſententiam reputat ſingularem Ludouicus Romanus in conſil. 129. incip. licèt magna apud me fuerit dubitatio ſemper. & Iaſon in l. fina. colum. 2. in fine, nume. 5. ff. de in ius vocando, quod & latiùs ex infraſcriptis afferendis loculentiſſimè probatur. Prima igitur ſit concluſio.

Quan-

Quando quæritur an ex legum extensione se-
quereretur correctio de ratione dispositi, & statuti
ad ipsum dispositum, & staturum; seu an quando
1 correcta reperiatur ratio legis, † eo ipso censeatur
correcta lex: pro cuius quæstionis solutione sciendum,
quòd ratio ipsa erit impulsiua, aut finalis: si
impulsiua, vel aut, ita loquamur, remota tunc di-
cendum erit, quòd ipsa correcta nō inducitur cor-
rectio dispositi, vel statuti, quòd probatur per ar-
gumentum in l.1.§. sexum. ff. de postulando, vbi
hæc habentur [sexus quidem dum fœmina prohi-
bet pro alijs postulare, & ratio quidem prohiben
di est, ne contra pudicitiam sexui congruentem
alienis causis se immisceant, ne virilibus offi-
cijs fungantur mulieres: origo verò introducta
est a Calphurnia improbissima fœmina, quæ in-
uerecundè postulans, & Magistratum inquietans,
causam dedit electio,] hæc ibi. dixi probari præ-
sentem conclusionem quod primum eius mem-
brum per arg. in d l.1. arguendo a simili, Nam li-
cet cessasset causa remota ipsius constitutionis, sci
licet, illa postulata Calphurnia, ratione cuius lex
emanauit, non iccirco cessauit dispositio legis. Vn
de patet, quod cessante causa impulsiua, seu causa
remota legis ipsius dispositio non cessat. & idem
probatur arguendo a simili per text. in l.2.§. fin. ff.
de donationibus, vbi dicitur, quòd donatum pro-
pter causam finalem, ipsa cessante, repetitur a do-
nante: donatum verò propter causam impulsiuā,
ipsa cessante non poterit repeti a donante. idem
docuit Bartolus in d.l.2.§. Titio. nu.2. in versic. Tu
autem scias. vbi infrascriptis vtitur verbis, videli-
cet. Tù autem scias, quòd est conditio, modus, &
causa in proposito, & omnia ista assumuntur vt
causa in ista materia: aut ergo causa apponitur
2 per modum conditionis, † & non est dubium, ꝙ
conditio est causa finalis, & ea cessante cessat di-
sposita legis, vt in l. codere diē. ff. de verbor. signi-
ficationis, & in l. qui hæredi. in fine. ff. de condi. &
demon. fallit in casibus notatis in l.1. C. de insti-
tu. & substitut. per glo. Cyn. & Dynum. in c. impu-
tari. de reg. iur. in sexto, & in l. intellecta. ff. de con
dit. ob causam. modus assumitur pro causa, & in
omnibus contractibus innominatis do, vt fa-
cias, &c. vbi assumitur modus pro causa. & videa-
3 mus, an modus † sit causa finalis, vel impulsiua. dic
aut. modus ille, vel causa respicit vtilitatem alte-
rius, quàm eius cui datur, vt do tibi centum vt
emas fundum Titio: tunc præsumitur finalis, vt in
l. Titio. in fine. ff. de condit. & demonstrar. & l. qui-
bus diebus. in fine, eodem titulo, & io l. si tibi pu-
rè. ff. de legat. tertio. Quandoque respicit commo-
dum eius cui datur, & tunc aut ad substantiā actus
causas requiritur de necessitate, & tunc caula fina
lis præsumitur, vt in l. sed si mors. §. fin. cū l. sequēti,
ff. de donat. inter virum, & vxorem. quādoque de
necessitate noo requiritur causa; & tunc aut ille
modus respicit causam fauorabilem, & piam: &
præsumitur finalis, vt in l. si ego. in principio. ff. de
iure dot. & l. si quis pro redemptioue, C. eodem.
& hoc videtur pro anima sua facere, qui donat.
Aut non est fauorabilis causa, & pia; & tunc im-
pulsiua præsumitur, vt in l. Titio centum. 2. resp. ff.
de condit. & demon. vbicumque dixi causam fi-
nalem præsumi: an cessante causa illa, cesset effe-
ctus, & possit repeti, & dic in vltimis voluntati-
bus si illa causa per modum modi adiecta cessat
per casum fortuitum, repeti ooo potest. vt in l. si
fundum per fideicommissum. §.1. ff. de leg.1. in
contractibus verò si ista causa cessat, repetitio da-
retur, vt hic. & in toto titu. de cond. ob causam.
Tertio sumitur causa de præterito, vt in l. damus
ff. de cōdit. indebiti, tunc quędam est causa legis,
& præsumitur finalis, vt in l. Cùm talem, §. falsam.
ff. de condit. & demon. nisi aliud expresse reperia-
tur in l.1. §. sexum. ff. de postulando. ita dicitur
communiter, sed veritas est, quòd Glo. in d.§. fal-
sam. non dicit de causa, sed dicit de ratione legis,
quæ si habet locum, habet locum obseruantia le-
gis, & de futuro est. causa propriè est de præte-
rito. Pone enim, quòd illa Calphurnia inquietauit
Prætorem; vel quòd in persona Gregoriæ acci-
derit illud, ꝙ dicitur in Authen. de non eligen.
secundo nub. in princ. certè non vitiatur dispositio,
quia illa impulsiua est: idem in statutis. &
isto modo assumendo: vtrum ista causa cessante,
cesset effectus: & dic quòd non, vt in dicto §. se-
xum. si vero accipis causam pro ratione: & tunc
si quæris, vtrum cessante causa, cesset effectus: &
tunc aut est actus perfectus, & cessante causa non
cessat effectus: vt in l. fin. ff. vnde liberi. vbi hæc
habentur, videlicet: [si postea quàm filius eman-
cipatus bonorum possessionem patris petijt, sta-
tum suum mutauit: nihil obesse ei, quo minus
id, quod acquisiuit, retineat. quòd si priùs con-
ditionem suam mutauerit, bonorum possessionem
eum petere non posse] hæc ibi aut est actus con-
sumandus: & tunc aut supersunt reliquiæ, & noo
cessat effectus. vt in l.2. ff. rerum amotarum. Aut
nullæ reliquiæ supersunt, & tunc cessante causa,
cessat effectus, vt in l. fin. ff. vnde liberi. cuius ver-
ba paulò ante retuli, hæc omnia Bar. vbi sup. ex
quibus habuimus, quæ causa dicatur finalis, quæ
impulsiua: & quando cessante causa expressa in
iure, cesset effectus ipsius Iuris. & hæc sunt sum-
moperè memoriæ cōmendanda pro decisione ac
probatione primi membri. Idem docuerunt Eue-
rardus in sua Topica Iuris. titu. loc. à ratione legis
larga, & ampla: nu.6. versicu. Primo casu prin-
cipali. Imola. in l. si vero. §. de viro. col.3. versicu.
Primo casu præsentis conclusionis. Attamen si ra-
tio dictæ constitutionis fuisset finalis, tunc sub-
distinguendum erit tali pacto, videlicet: Aut hu-
4 iusmodi ratio finalis † est vna, aut plures: si plures
& tunc dicendum erit, quod vna correcta, non in-
telligitur correcta lex, quia sufficit vna ex pluribus
rationibus finalibus remaneret, ad hoc ut rema-
neat, & non cesset lex: per id quod habetur in §.
affinitatis, & in §. socrum, Institu. de nup. Nam
in d.§. affinitatis hæc habentur, uidelicet: [affini-
tatis quoque ueneratione à quarundam nuptijs
abstinere necesse est, ut ecce priuignam, aut nu-
rum uxorem ducere non licet: quia utreque loco
filiæ sunt. Quòd ita scilicet accipere debet, si fuit
nurus, aut priuigna tua. Nam si adhuc nurus tua
est; idest, si adhuc nupta filio tuo est: alia ratione
vxorem eam ducere non poteris: quia eadem duo
bus esse nupta non potest: Item si adhuc priuigna
tua est; idest si mater eius tibi nupta est, ideo eam
vxorem ducere non poteris: quia duas vxores eo-
dem tempore habere non licet] hæc ibi. sed in d.
§. socrum, hæc habentur, videlicet: [socrum quo-
què, & nouercam prohibitum est vxorem ducere,
quia matris loco sunt. Quod & ipsum dissolutam
demum affinitate procedit. Alioqui si adhuc no-
uerca est, idest, si adhuc patri tuo nupta est, com-

muni

muni iure impeditur tibi nubere, quia eadẽ duabus nupta eſſe nõ poteſt. Item ſi adhuc ſocrus eſt, ideſt, ſi adhuc filia eius tibi nupta eſt: ideo impediuntur tibi nuptiæ, quia duas vxores habere non potes.] Idẽ docet gl. in l. ſi vẽtri, in verſ. credere, ff. de priuilegijs creditorum his verbis, videlicet, (ſolũ enim ex cauſa tantum (ſcilicet vna) competebat priuilegium, qua ceſſante, & ipſum ceſſat. ibi, ex cauſa ſcilicet tutelæ, & ex perſona pupilli, vel puberis competebat. Vnde cum duret perſona, durat priuilegium. hæc ibi. Idem docuit Bartolus in dicta l. ſi ventri. §. in bonis. nu. 1. ff. de priuilegijs credi. & in l. ita ſtipulatus, num. 15. ff. de verbor. obligat. in quibus locis dicit, quòd quando lex
5 † ponit duas cauſas, ſeu rationes finales, ſi vna deficit, & alia remanet, & iuris diſpoſitio. Idem docuit Euerardus in tracta. locorum arguendi in loco a ratione legis, nu. 7. Idem docuit ad verbum Imo. in dicto §. de viro. col. 3. verſic. ſi vero erat finalis idipſum probans per dicta iura ſupra citata. Si autem vnica ſolum eſſet ratio finalis ipſius legis: tunc dicendum erit, quòd ſi correcta ſit illa ratio per legem nouam, correcta etiam cẽſeri debet & lex antiqua. textus eſt cum ſua Glo. ſingul. in leg. prima, in princ. ff. de legit. tutoribus, & ibi per Bart. & Doctores probatur, idem per text. in Authen. ingreſſi. in fine. iuncta leg. generali, C. de ſacroſanctis Eccleſ. & de hoc ibi habetur pulchrè per Salyc. & per eundem in l. vt liberis. in fine. C. de collat. & per Bal. in l. 1. ff. ſoluto matrim. & ibi Alex. de Imola reputat dictam Glo. pro ſingulari: illam etiam reputat ſingularem Ioannes de Imola in repet. dictæ l. ſi verò. §. de viro. col. 3. verſ. aut erat vnica. ff. ſoluto matrim. vbi de hoc articulo quotidiano habetur per eum ſatis plenè: cui tamen adde ea, quę ſingulariter notat Franciſcus de Aret. in l. 2. ff. de vulga. & pupill. vbi dicit, nunc demum procedere dictam regulam, quãdo ratio legis generaliter corrigitur ſecus ſi aliquo caſu tantum, & ibi latius per eum. & hinc rectè dicit Glo. in l. 1. in principio, ff. de coniug. cum emanc. libe. quòd hodie ille titulus eſt correctus; ex quo corre
6 cta eſt ratio † originalis per ſublationem differentiæ inter ſuos, & emancipatos: licet igitur olim neceſſariò pater cogebatur nepotẽ ex filio emancipato inſtituere hæredem, vel exhæredare, hodie tamen nõ cogitur, cum ratio legis antiquę ſit correcta: quoniam ſublata eſt hodie differentia emancipationis, & patriæ poteſtatis per text. in Authen. de hæred. ab inteſtat. §. nullum. col. 9. Hinc
7 etiam eſt, quòd licet olim cognati † non vocabantur ad tutelam, ea ratione, quia non vocabantur ad ſucceſſionem: hodie tamen correcta dicta ratione vocantur ad tutelam, ſicut ad ſucceſſionem, vt docet text. in l. 1. cum glo. ff. de legit. tuto. & in Authen. de hæred. ab inteſtat. veni. §. ex his, col. 9. & Authen. ſicut hæreditas. C. de legit. tuto. Hinc etiam eſt, quòd licet olim frater non erat legitimus tutor fratris emancipati ea ratione, quia nõ vocabatur ad ſucceſſionem eius propter ius agnationis perditum per capitis diminutionem, ſed erat fiduciarius tutor, quia lex de eo confidebat, vt habetur inſtitu. de fiduc. tutela, & ibi Fab. notat. hodie tamen eſt legitimus tutor, quia hodie etiam ſuccedit fratri emancipato, vt eſt text. in l. penult. & ibi Salyc. not. C. de legit. tuto. multa alia ſimilia exempla affert Euerandus in cap. de loco argumentãdi a ratione legis, quę per te vide, quia hic ſufficit ſupradicta recens, vt paucis multa perſtringere.

Secunda ſit cõcluſio, quando ex extẽſione legis (ẽt ſi pęnalis eſſet) facienda ex identitate, vel maio
8 ritate rõnis ſequeretur correctio † in alio caſu, & identitas vel maioritas rationis ſurgeret ex vi regulæ, quæ eſt in c. cui licet. de regu. iur. in ſexto, vbi hæc habentur, videlicet, [cui licet quod plus, licet vtique quod minus] hæc ibi. & ex l. non debet cui. ff. de regu. iur. vbi hæc habentur, videlicet. [Non debet cui licet plus, quod minus eſt nõ licere.] hæc ibi: tunc regulariter legum (etiam pęnalium) extenſio in correctorijs, & in qualibet materia ſtricti iuris, vt eſt materia ſtatutorum, teſtamentorum, & ſimilium eſt permiſſa, vnde ſi ſtatutum vel pęnalis lex permitteret indiſtinctè marito occidere adulterum, contra l. nec in ea. in fine. ff. ad l. Iul. de adult. talis lex penalis, & correctoria extenderetur etiam ad vulnerantem, & verberantem.
9 & idem verificatur in patre, † qui cum poſſit in neceſſitatis caſu vendere filium, multo fortius ipſum poterit pignorare, vt docet Glo. in l. 2. verſ. vendere. C. de patri. qui fil. diſtr. quam amplectitur & Azo ibidem in ſumma approbans dictam regulã.
10 Et ſciendum, quòd hic modus argumentandi † a maiori procedit affirmatiuè, & negatiuè: affirmatiuè, vt habetur ex l. multo magis. C. de ſacroſanctis Eccleſijs, vbi dicitur, quòd magis alienatio Monaſterij prohibetur, vbi Glo. addit, quàm alienatio aliarum rerum Monaſterij, & ex c. cum in cunctis, in princ. extra de elect. Idem colligitur. Nam ibi dicitur, quòd requiritur morum grauitas in clericis, & multo magis in Epiſcopis: Negatiuè vero, quòd procedat hæc regula, probatur hac ratione, videlicet. Nam cui denegatur quod eſt minus: etiam quod maius eſt prohiberi eodẽ modo tacitè per ſe patet, vt habetur ex l. relegatorum. §. poteſt. ff. de interd. & relegat. vbi hæc habentur, videlicet. [Poteſt alicui & vnus honor interdici, qui minoribus pœnæ cauſa prohibitus ſit, ad maiores adſpirare maioribus in prohibitus, minores poterit non prohibetur.] hæc ibi. Idem probatur per textum, in c. cum illorum. §. primo, ext. de ſent. excommun. vbi dicit [cum maiora videantur illis prohibita, quibus vetita ſunt minora] hæc ibi. Idem dicitur ex l. in ſuis. in fine. ff. de liberis, & poſthum. hær. inſtitu. vbi hæc habentur, videlicet, [hac ex cauſa licèt non ſint hæredes inſtituti, domini tamen ſunt, nec obſtat, quòd liceat eos exhæredare, quos occidere licebat] hæc ibi. Hæc ergo concluſio probatur duplici medio vltra iura allata. Primo Doctorum authoritate: nam Bart. ſe ſubſcripſit præſenti concluſ. in dicta l. relegatorum, in §. interdicere, & in §. ſolet, eo quod in d. §. interdicere, nu. 5. dixit nota. quod interdicto minori, videtur interdictum maius, ſed non è contra. Ideo qui interdicit locum incolatus, videtur interdicere locum etiam originis, nõ è contra, quaſi locus originis ſit nobilior, & delectabilior præſumptione huiuſmodi legis. hęc Bartolus, vbi ſupra, qui clarius idem docens in d. §. ſolet, infraſcriptis vtitur verbis, videlicet. Nota quòd cui interdicit minus officium non poteſt accedere ad maius, ſed iſtud non habet locum è contra, vt cui interdicitur maius officium non poſſit accedere ad minus, tene menti, hæc ibi Bart. idem eleganter docuit D. Antonius de Butrio in c. fin. col. 33. in verſic. Breuiter concluſio ſit hæc extra

de consuetudine. Vbi cum multa notatu dignissima pro dilucidatione præsentis conclusionis ibi afferat: icirco ea operæ pretium duxi ad verbu hic referre. infrascriptis ergo ibi vtitur verbis, videlicet. Breuiter conclusio sit ista, quòd regulariter statutum, vel consuetudo exorbitans non extenditur, nec a maioritate rationis, nec ex identitate. & in vers. fallit primo, col. 34. infrascripris vtitur verbis, videlicet. Fallit primo quando verba possunt trahi ad casum, in quo concludit maioritas, & paritas rationis quoquo modo, etiam secundum latissimam significationem. Ideo si statutum, vel consuetudo (supposita validitate statuti) permittat occidere bannitum: permittit vulnerare, quia vulnerare potest dici occidere (saltem quo ad vulnerantis intentum) vt in l. illud. ff. ad l. Aquil. et si statutum excludit filiam a successione existente masculo, excludit & neptem, in qua est maior ratio: quia neptis quo quo modo potest dici filia, vt in l. liberorum. ff. de verbor. signif. (& post multa alia exempla idem Antonius ibidem subinfert sequentia) videlicet. Hæc vera in quantū a maioritate, & paritate rationis fit extensio, vbi non sunt penalia, & correctoria simul. Idem est vbi sunt pœnalia, & correctoria, si arguimus a maioritate rationis, secus si a paritate, vbi pœnalia sunt, & fortius vbi pœnalia sunt, & correctoria; & sic debet intelligi Ioan. And. in regula odia, & in regula ignorantia. de regu. iur. in sexto. prædicta confirmat Paulus in Clem. 1. de elect. in versic. eligatur. dicens quòd in electione, statutum extenditur ad aliam prouisionem, quia non differunt in lata significatione: maximè cum tendant ad eundem effectum: sic intelligo Glo. in clemen. vt ij, qui de ætate, & qual. in versic. in eisdem, dicentē, quod statutum penale in Canonicis, & Capitulis in Ecclesijs, non extenditur ad principales Prælatos; licet de latissima significatione Prælatus dicatur in Ecclesia, quia correctorium ius, & penale simul non sic extenditur, vt docet Archidiaconus in c. 1. de tempor. ordina. lib. 6. extenderetur ad casum secundum latam significationem communem verbi, & maximè extenditur ad latissimā, quando est fauorabilis animæ, licet præiudicialis in rebus, vt not. Bart. docuit in l. sacramenta, nu. 19. C. si aduersus venditionem. hæc D. Anton. vbi supra. idem docuit pulcherrimè Ioannes Andreas in d. c. cui. ibique probauit quoque quòd inde sequatur quod Episcopus non ligetur sua constitutione penali. cum ipsa in totum possit auferre, & irritare, quòd est plus. nostræ conclusioni se subscripserant quoque Dynus, & Philippus Francus in dicta regula cui. sed sciendum, quòd Bart. ibi infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Pro huius declaratione habemus videre vtrum ista Authen. sit fauorabilis, vel odiosa, quia aufert minoribus beneficium suum, & hoc est verum respectu rerum corporalium, sed non respectu animæ, quæ præferenda est cunctis rebus, vt in l. sancimus. C. de sacrosanctis Ecclesijs, & dicitur fauorabilis: fonet enim, ne quis in periurium incidat: si fauorabilis, ergo extendenda, vt in l. cum quidam. ff. de liberis, & posthumis. Idem docuit Cyn. in l. prima, cit ca finem. C. quæ sit longa consuetudo, quem citat, & sequitur dictus Verardus vbi supra, numero decimo. Probatur tertiò & ratione, quæ talis reddi poterit, cum talis extensio in conclusione expressa surgat ex vi regulæ antiquæ, quām extensio actiua hominis: quæ extensio passiua semper est permissa: inde sequitur veritas præsentis conclusionis, & quòd dicta extensio passiua semper sit permissa, probatur Doctorum authoritate. Nam hoc docuerunt infrascripti Doctores, videlicet Ioannes de Imola in l. si vero. §. de viro. ff. solut. matrim. & vult Bart. in repet. l. omnes populi, in principio quæst. 4. & 6. ff. de iust. & iure, & in l. 2. ff. de legat. 1. & in l. 1. §. lex tale. ff. ad l. Falci. Antonius de Buttio in dicto c. fin. post fallentiam 14. in versic. fallit secundum aliquos. Salycetus in repet. l. 2. C. de noxa. act. & Bal. & Angelus in l. si quis seruo. C. de furtis. Idem docuit Decius in dicta l. non debet. dicens, quòd idem docuit Alexan. per illum text. in l. actionibus. §. 1. ff. in lit. iur. & quòd istud argumentum a maiori etiam habet locum in statutis.

Fallit dicta regula contenta ac probata in præcedenti conclusione in nonnullis casibus subsequentibus, in quibus ratio per quam alicui id, qđ
11 maius est concessum, † non concurrit in eo, quod minus est, & primò in Præside, qui habet ius gladij, quod plus est, & non habet ius deportandi, quod est minus. Hæc fallentia probatur duplici medio. Primo per arg. in l. illicitas. §. qui vniuersas. ff. de officio præsidis. Vbi hæc habentur, videlicet. [Qui vniuersas prouincias regunt, ius gladij, & in metallum dādi eis potestas permissa est] Dixi probari per argumentum in d. l. quoniam, etsi explicitè hoc non cōtineatur, benè tamen implicitè. Nam cum textus docens potestatem Præsidis, non dixerit ipsum posse deportare, sed dixerit solum, quòd possit mortē & in metallum tradere criminosum. inde sequitur, quod possit deportare, licet sit minus. Probatur & secundo præsens fallentia Doctorum authoritate. Nam Glo. in dicto §. qui vniuersas, in versic. in metallum, & in l. non debet. ff. de regu. iur. dictam fallētiam docuit esse veram, cui Bartolus, & Decius se subscripsit in d. l. non debet. num. 4. Dynus, Ioannes And. & Philippus Frācus in regula Cui licet. de regu. iur. in sexto.

12 Fallit, & secundo dicta regula in Curiale, † qui potest donare immobilia, vel mancipia rustica etiam sine interpositione decreti, sed non vendere, & tamen quis ignorat, quod magis deberet esse permissum a iure, vendere, quam donare? & quo non possit ipsa vendere probatur triplici remedio. Primo per textum in l. fin. in princ. C. de prædijs decurionum. vbi hæc habentur, videlicet. [Curiales vēdere quidem res immobiles, vel mancipia rustica prohibemus sine interpositione decreti, donationes verò, vel permutationes, vel quoslibet alios etiam sine decreto permittimus celebrare contractus] hæc ibi. huic etiam fallentiæ se subscripsit Glo. in dicta l. non debet, ff. de regu. iur. quam ibidem secutus fuit Bart. & Decius. & idem rursus docuit Glo. in d. l. fin. in vers. permittimus. Probatur & tertio hac ratione, quā tradit dicta Glo. in versic. permittimus, & est quoniam dicti Curiales facilius vendebant talia bona, quàm donabant, vel permutabant, aut alio modo alienabant, cum non sit verisimile, quòd quis bona sua distipet tali modo, vt in l. cum de indebito. §. 1. ff. de probationibus.

Fallit & tertio dicta regula in venditore vini,
13 † cui totum vinum effundere licebit, & non partem effundere, vel malè custodire, vt tandē do-

cet

cet text.in l.1.§.licet.ff.de periculo.& commo.rei vend. Nam ibi hæc habentur,videlicet.[Licet autem venditori,vel effundere vinum,ſi diem ad me tiendum præſtiterit,nec intra diē ad menſum eſt, effundere autem non ſtatim poterit, priuſquam teſtato denunciet emptori, vt aut tollat vinum, aut ſciat futurum,vt vinum effunderetur]hæc ibi. Ex quibus Glo. in dicta l.non debet.ff.de reg.iur. præſentem noſtram fallentiam approbat, cuius ſententiæ ſe ſubſcripſit Bartolus, & Decius ibidē, & ratio dictæ fallentiæ iuxta dictam Glo. eſt, vt idem venditor poſſit habere vaſa ſua vacua: quòd non haberet per effuſionem medietatis vini, vel per malam cuſtodiam.

Fallit quarto dicta regula in eo, cui eſt conceſſum a Prætore aliquid vendere, nam tunc non po
14 terit pignorare, † vel alio modo illud obligare. hæc fallentia probatur triplici medio. Primo per textum expreſſum,in l.ſi pupillorum. §.ſi prætor tutoribus. ff.de rebus eorum qui ſub tutela. Vbi hęc habentur, videlicet.[Si prætor tutoribus permiſerit vendere,illi obligauerint, vel contra, an valeat quod actum eſt? & mea fert opinio, eum quia aliud fecit, quàm quod a Prætore decretum eſt,nihil egiſſe]hæc ibi.probatur & ſecundo Doctorum authoritate,nam Glo. in dicta l.non debet. ff.de regu. iur. (quam ſequuntur ibidem Bartolus,& Decius)hoc ipſum docuit Ludouicus Romanus in ſuo ſingulari 214. dicens,quòd in decreto Iudicis locum non habet argumentum a maiori,ad minus. & citat dictam l.ſi pupill. Idem docuit Iaſon in l.in nationibus.ff.de in litem iurand. quem citat,& ſequitur Euerardus in tractat.locorum argumentandi a ratione legis, nu.11. Probatur & tertio hac ratione,videlicet. Cum nunquā Iudex decretum aliquod faciat, niſi præmiſſa cauſæ cognitione,eo quòd ipſa requiratur de iure,vt docuit text.in l.cum hi,§.ſi prætor.ff.de tranſact. inde ſequitur, ꝙ merito non veniat in decreto Iudicis id, ſuper quo cauſæ cognitio non præceſſit.

15 Fallit quinto dicta regula in reuocante † procuratorem iam a ſe generalem conſtitutum. Nam ſi talem reuocaret in tota ſua procuratione hoc poſſet: non autem ſi in partem dominus ipſe reuocaret.hæc fallentia probatur per arg.in l.in cauſę.in princ.ff.de procuratoribus.Vbi hæc habentur,videlicet. [In cauſę cognitione etiam hoc verſabitur, vt ita demum transferri iudicium permittatur.ſi quis omnia iudicia ab eo transferre paratus ſit]hæc inter alia in d.l.ſed animaduertendum,ꝙ non fruſtra dixi præſentem concluſionem probari per arg.in d.l.quoniam,licet explicitè ibi nō contineantur omnia verba præſentis fallentiæ, bene tamen inibi implicitè continentur, cum iccirco ibi dictum ſit, [vt ita demum] &c. quaſi diceret textus ſolum hæc lex habet locum, quando quis omnia iudicia tranſtulerit, & non partem, vt explicitè docuit Glo. in dicta l.non debet. ff.de regu.iur.(quam ſequuntur ibidem Bartolus, & Decius) & reddendo rationem præſentis fallentiæ, dixit,& hoc ideo, quia non debet approbare, & improbare inſimul.

Fallit dicta regula & ſextò in eo,qui aliquas fa-
16 cit inſtitutiones,†non aut omnes,aut nullam dēt improbare, aut probare, hæc fallentia probatur triplici medio. Primo per text. in l.quidam elogio.§.placuit. C.de iure deliberandi, vbi hæc habentur, videlicet. [Placuit etenim nobis ſiue in inſtitutione,ſiue in pupillari ſubſtitutione, vt vel oīa admittantur,vel oīa repudientur]hæc ibi probatur & ſcdo Doctorū authoritate.Nam huic fallētia ſe ſubſcripſit Glo.in d.l.non debet.ff.de reg. iur. (quam ſequuntur ibidem Bart. & Decius) & reddenda rationem ipſa glo.dicit, & hoc fit, vt quis non decedat teſtatus,& inteſtatus,vt docuit textus in l.ius noſtrum. ff.de regu.iur.vbi hæc habentur, videlicet, [ius noſtrum non patitur eundē in paganis, ideſt quæſitis in domo,(vt docet ibi glo.)teſtato,& inteſtato deceſſiſſe, earumq́ue rerum naturaliter inter ſe pugna eſt, vt teſtatus, & inteſtatus quis ſit] hæc ibi.

Fallit & ſeptimò dicta regula in uolente vende-
17 re † adſcriptitios: nam ſine ſolo,ſeu terra vendere quis non poſſet: ſed bene ipſos adſcriptitios cū ſolo. hæc fallentia probatur triplici medio. Primo enim per text.in l.quemadmodum. in princ. C.de agric.& cenſi.lib.11.vbi hæc habentur, videlicet. [Quemadmodum originarios abſque terra, ita ruſticos cenſitosq́ue ſeruos vendi omnifariam non licebit.] Probatur & ſecundo Doctorum ſententia. Nam huic fallentiæ ſe ſubſcripſerunt Glo. Bartolus, & Decius in dicta l. non debet.ff.de regu. iur. Probatur & tertiò, hac ratione,videlicet. Cum duo ſcilicet, ſolum, & adſcriptitij ſint quædam res inſeparabiles, inde ſequitur quòd licet inſimul poſſint vendi. Non tamen ſeparatē, & quod ſint res inſeparabiles nos docuit text.in l.longæ.ff.de diuer.& tempor.præſcript.vbi hæc habentur,videlicet, [longè poſſeſſionis præſcriptionem tam in prædijs, quàm in mancipijs(quæ in prædijs morantur) quæ partes fundi ſunt,locum habere manifeſtum eſt]hæc ibi: vbi notanda ſunt illa verba pro allata ratione,ſcilicet [quæ partes fundi ſunt.] Nam ſi pars fundi, inde ſequitur vendi non poſſe niſi totus fundus (conſtans ex ſolo, & adſcriptitijs ſeruis) vendatur.

Fallit octauo dicta regula contenta in ſecunda concluſione in habente facultatem diſpenſandi in
18 certo caſu.Nam talis poteſtas diſpenſandi † non poterit extendi ad alium caſum ſimilem, vel habentem maiorem rationem diſpenſationis, & iccirco dicitur, quòd regulariter non poteſt in hac materia argui ab idētitate, vel maioritate rationis,ex quo deuiat materia ipſius caſus a iure communi,& ſic exorbitaret. Hæc fallētia probatur duplici medio.Primo per arg.in regula.Quæ a iure. de regu.iur.in ſexto,vbi hęc habentur, videlicet. [Quæ a iure communi exorbitant,nequaquā ſunt trahenda ad conſequētiam.] hæc ibi. Dixi probari per arg.in dicta regula,quoniam ex ipſa tali pacto elicitur veritas noſtræ fallentiæ.Nam cum huiuſmodi diſpenſandi facultas exorbitet a iure cōmuni,& in dicto caſu habens limitatam poteſtatē ſicut habet mandatarius, & quemadmodum ipſe
19 mandatarius egrediens fines mandati † quicquid facit contra mādatum,eſt irritum, & inane,& de iure nullum(vt ſtatuit Cęleſtinus Tertius Papa,& habetur in c.prudentiā.extra de officio,& poteſt. deleg.& Bonifacius VIII.& habetur in c.ſi cui,de elect. in ſexto,& Pan. docuit in d. c.prudentiam, imò & oēs in vtriſque canonibus citatis. ita ergo meritò dicendū erit de attentatis per habentē limitatam facultatē diſpenſandi ſi vltra fines cōceſſæ poteſtatis diſpenſaſſet.Inde ergo ſequitur,ꝙ ſit veriſſimum id quod diximus,quòd dicta fallentia

F probe-

probetur per dictum text. in dicta regula. Quæ a iure, eo quòd talis dispensans, dispenset sine facultate sibi indulta. in tali minori casu: probatur & secundo, Doctorum authoritate. Nam huic fallentię se subscripsit Federicus de Senis in cons. 14. incip. Monachus Perusinus. quem citat, & sequitur Euerardus vbi supra nu. 11. in vers. secundo fallit, Ioannes And. in dicta regula. Quę a iure. per totũ.
30 vbi probat etiam quòd Episcopus † non possit dispensare cum Monacho translato ad Ecclesiã parochialem, vt habere possit etiam beneficium simplex: & hoc quia exorbitat a iure communi. Filippus Francus in dicta regula. Quæ a iure, idem docuit Hostiens. in c. postulasti, extra de rescriptis, vbi ad hoc allegat. c. 1. & 2. extra de filijs præsbyter. Idem docuit Abbas Panor. in cap. At si clerici. §. de adulterijs. nu. 8. extra. de iudicijs. Idẽ docuit Felinus. in c. fin. nu. 4. extra de simonia, sequẽs sententiam Hostien. in d. c. postulasti. idem docuit Decius in d. capitulo fin. §. de adulterijs, nu. 18. versic. & retenta tamen. idem docuit Decius in d. c. fin. §. adulterijs, nu. 18. in vers. & retenta tamẽ, extra de iudicijs, qui dixit hanc esse communem opinionem, etsi ipsemet Decius videatur illam impugnare tam ibidem, quàm in dicta regula non debet, numero sexto, ff. de regu. iur. verum tamen est, quòd hanc fallentiam ipse Decius ibidem limitat, (vt statim subinferam) sequens eundem Panormitanum, vbi supra in d. §. de adulterijs.

Fallentia octaua limitatur, vera ratio, propter
31 quam talis facultas † dispensandi fuisset concessa: nam in tali casu dicta facultate præditus posset dispensare etiam in minori casu simili: si in ipso militares eadem ratio. Quia tunc non fieret extensio, cum potius includatur dicta facultas ex tacita mente concedentis dispensationem huiusmodi: hæc limitatio probatur Doctorum auctoritate. Dynus enim tacitè se subscripsit præsenti limitationi, infrascriptis verbis vtens, videlicet. Mihi autem videtur, quòd cum mens legis nihil aliud sit, quàm ratio, quæ Legislatorem mouit, tunc verba legis non extenduntur, nisi ad eum casum, ad quem extenditur ratio, vt in l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patron. & in l. milites. circa principium. ff. de re militari. Et videtur quòd vbicumque constat de ratione legis, seu de mente verbis contraria, liceat offendere verba, mentem seruando: vt in l. credendum. circa principium, ff. qui pet. tu. & in l. scire oportet. §. aliud. ff. de excusat. tut. & ita credendum est intellexisse Doctores: cum effectus verborum semper trahantur ad limitationem rationis: & non è contra, vt in l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de legat. secundo, & in l. nomen. §. vltimo. ff. de legat. tertio, hæc Dynus, qui ad hanc probandam limitationem fuit citatus a Panormitano in capitulo. At si clerici. §. de adulterijs, numero octauo, in versiculo. Posset tamen, extra de iudicijs, vbi apertissimis his verbis ibidem vsus fuit, videlicet. Posset tamen satis æquè dici, quòd si casus permissus habet rationem permissionis expressam, quòd extendatur, vbi reperitur eadem ratio, quia tunc non fit extensio, sed potius includitur ex tacita mente permittentis, argumentum optimum ex notata per Glo. in capitulo primo, de tempo. ordin. libro sexto, hæc Abbas Panormitanus. qui idem docuit in Clement. prima, numero septimo, de officio Vicarij, dicens, ex illis rationibus singulariter collige, quòd in materia dispensationis fit extensio per identitatem rationis, quòd tenebis semper menti. quem sequutus fuit Decius in dicto §. de adulterijs. num. 18. in versiculo. Et retenta. Vbi infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Et retenta tamen communi opinione limitatur secundum Abbatem, nisi ratio esset expressa in dispensatione, quia tunc non dicitur extensio fieri, vt per Glo. in capit. primo, in versic. Italiæ. de Tempo. ordin. in sexto. Moderni in cap. postulasti. extra de rescriptis. dicunt hoc non esse verum, quia si a maioritate rationis non fit extensio, a fortiori, nec ab identitate rationis, & non sequitur secundum eos: eadem est ratio, ergo non est extensio, sed tamen dictum Abbatis communiter approbatur: quia licet aliàs extensio prohibeatur: tamen si ratio expressa sit in lege fieri potest, quia tali casu extensio non videtur, sed dispositio legis immediatè reputatur, & ita in materia correctoria dicit Bal. in Authen. quas actiones. col. 1. in fine. in versic. sed ego dico. C. de sacrosanctis Eccles. per text. in l. his solis. C. de reuocandis donationibus, vbi etiam idem Bal. in primo notabili idẽ docuit sicut fecit quoque in l. si quis seruo persuaserit. colum. 2. in versic. & adde. C. de furtis. & hoc idem notat Alex. per illum text. in l. cum mulier. in quinto not. ff. soluto matrim. Nã quando in pluribus casibus est vna, & eadem ratio decidens omnes casus, quia sicut genus comprehendit species, ita ratio generalis diuersas species casuum complectitur. vt notanter tradit Pau. de Castro in consilio 334. incipien. Præsens casus. colum. secunda, Alexan. in consilio 75. incipien. Videtur. columna prima, libro 5. & idem docuit Bal. in Authen. post fratres. in versic. Item frater. C. de legit. hæred. & licet Decius vbi supra, prædicta ad verbum ibidem referat, & amplectatur: tamen hæc eadem, & ipsemet docuit peroptimè in capitulo secundo requiris. numero primo, & secundo, extra de appellat. infrascripta notabilia pro præsenti materia proferens, videlicet. Primo nota, quòd verba regulantur secundum mentem, & rationem disponentis, vt per Abbatem hic: ad idem bonus text. in l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patro. & in l. milites agrum. in princ. ff. de re militari. Mens
32 enim & ratio legis † anima legis dicitur. Ideo mens potius attenditur, quàm verba, quæ sunt tanquam corpus, vt Bal. dicit in l. si quis seruo. C. de fur. & sicut statutũ disponit in his, de quibus expressè loquitur, ita ratio statuti pariter dispositionem inducit, vt Bald. docuit in capitulo dilectus filius. columna prima, extra de rescripis. allegat textus in l. emptor. §. finali. ff. de rei vendic. & lex est quicquid in ratione consistit. vt not. Abbas in capitulo nulla ratio. extra de præben. allegat Glo. in capitulo consuetudo, distinctione prima, Bal. idem docuit. in capitulo primo, columna extra de constitut. & ideo vbi mens, & omnimo-
33 da ratio concurrit, † non dicitur fieri extensio, vt voluit Glo. not. in capitulo primo, de tempor. ordin. libro sexto, in versiculo Italiæ, & Glo. in capitulo si postquam. in versiculo. Mente. de elec. in sexto, & Glo. in Clem. C. in versic. eligatur. de elec. & Bal. in d. l. si quis seruo, col. 2. in vers. & adde. C. de furtis. Nam quando in pluribus casibus est eadem ratio: tunc vna, & eadem ratio decidit omnes casus non per extensionem: imò sicut genus

genus comprehẽdit species, sic ratio generalis diuersas species casuum emergẽtium complectitur, hęc omnia Decius vbi supra, qui hanc suam sententiam, & uostram limitationem probauit prædictis auctoritatibus Doctorum, & tationibus. Bar. quoque se subscripsit præsenti limitationi in l. si constante, nu.43. ff. soluto matri. talibus vtens verbis, videlicet. Aut per extensionem indueerctur cotrectio, & non potest, vt in Authen. quas actiones. C. de sacrosanctis Ecclesijs, & in l. præcipimus in fine, C. de appellat. aut legum declaratio, siue distinctio, & tunc potest fieri, vt hic: aut in lege essent verba taxatiua: aut non. si primo, & subdistinguendum erit sic, aut per aliam legem apparet de extensione, aut non: si primo, & tunc fit extensio, num.2. scilicet si non apparet per aliam legem, & tunc erit taliter subdistinguendum, quod aut lex est prolata in casu fauorabili, aut odioso: si in casu fauorabili, lex extenditur, si in casu odioso, lex nõ extenditur. hæc ille, vbi supra. qui meo quidem iudicio manifestius se subscripsit pręsenti limitationi. in l. cõtra. ff. de legibus, vbi infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Quæro dieitur hic, ꝙ contra legẽ facit qui facit quod lex prohibet, quid si lex dicit vnum exptesse, & quidam vult verba offendere, & sententiam seruare an possit? videtur ꝙ non: quia a verbis non est recedendum, vt in l. non alitet. ff. de legat.3. In contrarium videtur. Nam si setuatur, mens talis est, quia lex nihil aliud est, quàm ipsa mens, vt in l. adigere. §. quamuis. ff. de iur. patron. quid dicendum? Bteuiter dic, aut sententia, & mẽs est clara, & tunc seruando mentem possunt offendi verba per vltimo allegata. Aut mens legis non est clara, & certa, & tunc non est licitum offendere verba, vt in l. non aliter. ff. de legat.3. hæc ille, qui idem concludit in statutis materia, & quòd non secundum corticem, & iudaicè sint verba legum intelligenda, sed secundum menrem ipsarum docuit quoque Philippus Francus in Regula Certum, de reg. iur. in sexto. Idem rursus docuit Abbas in consi.1. incipien. facti contingentia. in versiculo vltimo adduco, lib.1. vbi hæc protulit verba, videlicet. Vltimo adduco pulchrum motiuum, quod elicio ex dictis Petri, & Cyni ptincipaliter. in l. non dubium. C. de legibus, & facit quòd ibi not. Bartolus, & in l. scire. ff. de excusat. tut. & in l. si quis sctuo. C. de furtis, & ser. corrup. & per Dynum in regu. fin. quod motiuum tale est. Non solum debemus recedere a verbis legis, & seruare mentem; vbi mens expressa est, sed etiam, vbi mens, seu tatio non est in lege expressa, dummodo illa ratio præfinita sit naturalis, & naturaliter, & communiter possit probari per simile, per quã rationem, etiam si lex esset contraria, contrarium imaginari possit, & notabiliter probari potest per l. scite oportet. §. sufficit. ff. de excusat. tut. dum dicit ibi tex. [ex ipsa naturali iustitia, &c.] ad idem l. mulier. iuxta Glo. ff. soluto matrimonio, hæc ille. Idem docuit Baldus in l. quamuis. ff. de fideicommis. per illum textum, dicens, quòd vbi vna ratio reddi potest, illa habetur pro expressa, quòd & docuit quoque Abbas in capitulo finali, numero decimoseptimo, extra de sententia, & re iud. vbi dicit memoriæ comendandam fore sententiam Glo. in l.1. C. de condictione indebiti rdicen-
24 tem, quòd casus † excepti a regula, extenduntur ad consimiles casus. hæc ille vbi supra, sed de hac extensione ad consimiles casus, vide omnino quæ diximus in peculiari quæstione, in qua egimus. An casus excepti a regula firment ipsam in contrarium, quoniam ibi latissimè hoc ipsum per tractauimus (ni fallamur) accuratissimè asserendo nonnullas conclusiones, ampliationes, & limitationes.

Tertia conclusio sit. Quando ex extensione
25 † facienda propter maioritatem, aut identitatem rationis sequeretur correctio alicuius legis pęnalis scriptæ in alio casu, & maiotitas rationis non surget ex vi regulæ; cui licet qđ est plus, licet vtiq; qđ est minus (vt in c. cui licet. de regu. iur. in sexto,) sed dicta maioritas surgeret aliunde: tunc extensio legis regulariter fieri non posset propter identitatem, aut maioritatem rationis: posset verò solum tunc fieri declaratio, seu distinctio ipsius legis: nonnullo pacto induci debent correctio, vel fieri extensio in correctorijs legibus, canonibus, & statutis ad alium casum etiam ex maioritate rationis, quia pet neutrum horum modorum potest dici exptesse constare de mente disponentis quod velit corrigere, quòd tamen requiritur ad hoc, vt inducatur correctio: cum sit proprium munus Legislatoris inducere correctionem. argum. in l. fin. C. de legibus, quando autem de mente Legislatoris corrigere volentis expressè cõstaret, satis esset: nec esset tunc necesse, quòd
26 in lege noua corrigente † expressè fieret mentio de lege antiqua; licet quandoque ad cautelam de illa fiat mentio. Et vt hæc conclusio melius percipiatur, tribus exemplis hoc ipsum demonstrare, & postea ipsam probabo, procurabo, & ponuntur tria exempla. Ptimum quorum est, pro homicidio perpetrato per statutum imponitur pœna pecuniaria, & corrigitur lex, quæ imponit pœnam corpotalem. Vnde sic corrigitur l. qui cedem. ff. ad l. Cornel. de sicar. & lex expressa in l. tertia, C. de Episcopali audientia. vbi inter alia hæc habentut, videlicet. [Homicida, parricidaque quòd fecit sempet expectet] hæc ibi correcta intelligetur. Quæritur modo. An in alio crimine minori homicidio, pro quo de iure imponitur pęna corporalis, licet sit maior tatio minuendi pœnam in minori, in quam delicto censeatur correcta lex communis per suptadictam legem statutariam, & concluditur, ꝙ non. & ita voluit Cyn. in l.1. circa finem. C. quæ sit longa consuetudo, & Ioannes de Imola in l. si verò, §. de viro, col.4. in princ. vers. si vero alias surgat. addens hoc probari per id ꝙ legitur in l. pręcipimus. in fine. C. de appell. & in l. sancimus. C. de testam. & in Authen. de admini. off. §. fin. col.3. & quod not. per Glo. & Docto. in l. tam is. §.1. ff. de donat. cau. mor. & in Authen. quas actiones. C. de sacrosanctis Eccles. & ibi per gl. & Docto. arg. in c. ff. solut. marr. & alij Doctores alibi. Scdm exemplum est, statuto cauetur, ꝙ stante patruo, non succedat mater ab intestato: supponamus, ꝙ non extat patruus, sed amita, quæ est in eodem gradu cum patruo, an illa excludat matrem, & dicendum est, ꝙ non: quia statutum de patruo non est extendendum ad amitã, quia ex tali extẽsione sequeretur correctio iuris in Authen. defuncto. C. ad Senatuscõsul. Tertullianum. Nã in d. Authen. hæc habentur, videlicet, [defuncto sine liberis filio, parentes (si soli sunt) succedunt, salua gradus sui prærogatiua, si pari gradu sunt, pariter succedunt; paternis quidem, maternis vero alia dimidia delata: licet sit dispar eorum

F 2 nume-

numerus, sed si cum parentibus, fratres, & sorores vtrinque defuncto coniuncti supersint, vocantur cum ascendentibus gradu proximis; ita vt viriles portiones fiant: exclusa prorsus omni differentia sexus, & patriæ potestatis: vbi nulla secundarum nuptiarum fit mentio] hæc ibi. Tertium exemplum est, stante statuto eodem supponamus, quòd non extat patruus, sed extat frater consanguineus ex latere patris, qui est agnatus, & in potiori gradu, quàm patruus: quia ipse frater attinet defuncto in secundo gradu, & patruus in tertio de iure ciuili. An talis frater consanguineus excludat matrem ex forma dicti statuti? & videtur quòd sic, ne sit melioris conditionis patruus, quàm frater suus proprius, contrarium tamen est verius, quia (vt latius probabitur paulo post) per identitatem, vel maioritatem rationis non debet fieri extensio ad legis correctionem: sed ex tali extensione induceretur correctio dictæ Authen. defuncto. C. ad Senatusconsul. Tertullian. ergo huiusmodi statutum loquens in patruo, non debet extendi ad fratrem per supradicta, & ita expresse vult Paulus de Castro, & alij Doctores in l. illam. C. de collat. & sequitur Alex. de Imo. in consi. 45. volum. 7. incip. Habita hæc ergo consi. sic exemplificata probatur triplici medio: primo enim per argumentum in l. fin. C. de sacrosanctis Ecclesijs, vbi hæc habetur, videlicet. [Quas actiones alias decennalis, alias vicennalis, alias tricennalis præscriptio excludit: hec si loco Religioso competant, quadraginta annis excluduntur: vsucapione triennij vel quadrien
27 nij præscriptione † in suo robore durantibus, sola Romana Ecclesia gaudente centum annorum spatio, vel priuilegio] hæc ibi. dixi probari per argu. in dicta l. fin. quoniam, etsi explicitè ibi veritas nostræ conclusionis non contineatur, bene tamen explicitè, eo quòd hæc constitutio est correctoria legis, notata in l. vt inter Diuinum. C. etiam scilicet, de sacrosanctis Ecclesijs, in qua habetur [fuisse indultum tam Ecclesijs, quàm ciuitatibus, quòd contra ipsas in rebus relictis sibi iure hæreditario, legatis donationibus, & venditionibus non currat præscriptio nisi centenaria, seu centum annorum spatio; & etiam circa dominij acquisitionem sine traditione possessionis] hæc ibi. Hæc ergo lex fuit correcta per dictam l. fin. cum solum centenaria concedatur Romanæ Ecclesię, reliquis verò præscriptio quadragenalis. in qua l. fin. quia nulla facta fuit mentio de præscriptione contra Ciuitatem, iccirco dicta lex quoad hoc remanet incorrecta: vnde ipsa pœnalis, & correctoria lex extendi non poterit ad Ciuitatem, si adsit locus arguendi non tantum ab identitate rationis, verum etiam a maioritate rationis. Quis enim sine rubore negare præsumpserit, quòd Ecclesia dignior, & vtilior sit mundo vnaquaque Ciuitate: & tamen hoc respectu abiecto, quia sumus in constitutione pœnali, & ita cordi fuit Imperatori statuere, quòd dicta lex pœnalis, & correctoria non extenderetur ad Ciuitatem, (vt bene docuerunt Glo. in dicta l. finali, in versiculo, excluduntur, & Bartolus, vt paulò post latius dicam) insuper obliuioni non erit tradendum id, quod hic obiter, sed forsan non infructuosè afferam. Nam sciendum erit, quòd etiam dicta lex fin. correctoria, & pœnalis in foro Ecclesiastico hodie in vno casu recipit correctionem nō extendendam, meo iudicio, ad similem casum, scilicet criminis læsæ maiestatis humanæ; licet in nonnullis æquiparetur ei, vt omnes Doctores fatentur etiam in pęnis, vt patet citra priuationem bonorum, non tamen fieri debebit extensio; cum simus in correctorijs, & pœnalibus. & expresse ibi nulla sit facta mentio de tali crimine, eo magis, quòd grauius crimen est crimen læsæ maiestatis diuinę, quàm crimen læsæ maiestatis humanæ, respectu personæ offensæ, vt patet ad sensum, cum hoc probari videatur per arg. in capit. 2. de præscriptionibus in sexto, vbi hæc notanda, & memoriæ comendanda habentur, videlicet, [si quis (exigentibus culpis, vel excessibus ab eisdem commissis) bonis, quę a Romana, vel ab alijs tenent Ecclesijs sint per sententiam, vel ipso iure priuati: statuimus, vt in apprehendendis, vel occupandis postea quandocunque bonis eisdem; Nullus; licet legis humanæ alio tempore statuere videantur, ipsis Ecclesijs temporis lapsus obsistat: nisi contra ipsam Romanam Ecclesiam centenaria, vel contra Ecclesias alias quadragenaria præscriptio legitimè sit completa,
28 † si post mortem hæreticorum (quidem viuerent, Catholici putabantur) bona ipsarum a Catholicis eorū filijs vel nepotibus, aut extraneis quibuscunque spatio quadraginta annorum fuerunt bona ipsorum a Catholicis eorum filijs, vel nepotibus, aut extraneis, quibuscunque spatio quadraginta annorum fuerint bona fide possessa: sancimus eos super bonis huiusmodi (etiam si ad Romanam peruenire deberent Ecclesiam) in hoc casu non esse vlterius molestandos: quam quidem illi quorū bona fuerunt; tunc detegantur hæretici extitisse.] hæc ibi, ex quibus patuit, quòd in casu proposito fuit correcta etiam dicta constitutio in dictam l. fin. probatur quoque præsens nostra conclusio per argumentum in l. illam merito. C. de collationibus. in qua fuit correcta, & extensa constitutio l. si defunctus. C. de suis, & legitimis hære. vbi dicebatur, quod auo, vel auiæ ab intestato morienti, succedunt nepotes ex filia cum auunculis, & materteris, cum diminutione tertiæ partis eius portionis, in qua parens succederet, si viueret: sed quia fuerat dubitatum, an appellatione auunculorum venirent patrui: licet videretur ad eos fore extendendam huiusmodi legem, non tantum ex identitate rationis, verum etiam ex maioritate rationis: cum ipsi sint de eodem sanguine, & familia patris, & magis astricti consanguinei, etiam auunculi, aut solum ex parte matris: fuit ergo etiam extensa dicta constitutio ad ipsos patruos in dicta l. illam meritò, quæ quidem extensio cum essemus in odiosis, & correctorijs, vt legitimè fieri posset, opus fuit extensionem ipsam correctoriam fieri per dictam l. illam meritò, quæ tamen leges alias fuerunt ambæ correctæ quo ad nepotes tantum, qui ex filio paternis auis accrescunt: ipsos nepotes attingunt, & vt communiter, & verè dicitur in generatione magis agit pater, quàm mater, nam ille se habet in procreanda prole tanquam forma, mater verò tanquam materia, seu pater tanquam causa efficiens, mater vero tanquam causa materialis, vt docent Sancti Theologi in quarto sententia. distinctione vigesimaseptima, loquentes de sacramento matrim. inter quos est Dominicus a Soto dicta distinctione quæstione prima, articulo primo, per Authen. de triente, & semisse. §. neque illo. vbi hæc habentur, videlicet, [Neque illo quemadmodum ab intestato liberi

liberi per fęmineum ſexum deſcendentes, parentibus ſuis ſuccedere debeăt, de cętero ſeruando in
nepotibus, & pronepotibus nō ſuis, & ſub poteſtate cōſtitutis minus tertia parte eos habere, quàm
eorum parentibus viuentibus oportebat relinquere teſtatores: non .n. excipimus vlterius nepotes,
qui ex filio paternis auis accreſcūt, vt illi quidem integram accipiunt partem, quantam eorum acciperet pater viuens: Nepotes autem ab auo per
mediam filiam venientes, aut auia paterna, vel materna, minus tertia accipiant, ſed vnum ordinem
ān omnibus ponimus nepotibus, & pronepotibus non ferentes fœminam a maſculo in talibus minui. Neque enim maſculus ipſe in ſe, neque fœ-
29 minam † ſolum ad natiuitatis propagationē ſufficiens eſt, ſed ſicut vtrumque eorum coaptauit
Deus ad generationis opus: ita etiam nos eandē vtriſque ſeruamus æqualitatem] hæc ibi, ex his
ergo omnibus apertiſſimè patuit fuiſſe veriſſimā noſtram concluſionem: quæ rurſus probatur per
text. in l. ſancimus. §. aliter etenim. C. de teſtamentis, vbi fuerunt correctæ omnes leges, quæ aliud
ſtatuiſſent. Nam inibi hæc habentur, videlicet. [Aliter enim teſtamenta mortuorum per decennij trancurſionem euaneſcere nullo patimur modo prioribus conſtitutionibus, quæ ſemper huiuſmodi teſtamentis euacuandis latæ fuerant penitus antiquādis] (ideſt tollendis vt docet ibi glo.)
30 & quod non detur regulariter correctio † legis, niſi expreſſe appareat per legem ſcriptam, probatur apertiſſime per ſingularem text. in l. præcipimus. in fine. C. de appellat. vbi hæc habentur, videlicet, [quicquid autem hac lege ſpecialiter non videtur expreſſum, id veterum legum, conſtitutionumque regulis omnes relictum intelligant:] hæc ibi. idem videtur probari per arg. in l. ſi vero. §. de viro. ff. ſoluto matrimonio, vbi hæc habentur, videlicet: [de viro, hæredeque lex tantum loquitur, de ſocero, ſucceſſoribusq; ſoceri nihil in lege ſcriptum eſt, & hoc Labeo quaſi omiſſum annotet. In quibus igitur caſibus lex deficit, non erit nec vtilis actio danda.] hæc ibi. ex quibus (vt docet ibi in Rubrica Bartolus) elicitur quòd prouiſio legis contra ius commune non extendetur vltra illud, quod exprimit, licet eadem ſit ratio. Idem probatur, & apertius per textum in Authen. de adminiſtran. officia in ſacris appellat. §. in quibus autem commune, in verſic. quoniam, dum nihil. vbi hæc habentur, videlicet. [Quoniam dum nihil omnino ſuper iſtis innouatum ſit, antiquam ſeruamus figuram, ſicut etiam in alijs omnibus non innouatis antiqua miniſteria manere in ſemetipſis diſpoſuimus, nulla nouitate facienda. Accedens nāque nouatio aliter quodammodo oportere fieri etiam miniſtrantium oſtendit figura.] hæc ibi. ex quibus ergo omnibus patuit veritas præſentis noſtræ concluſionis. Idem videtur probari per textum in cap. cum expediat. de elect. in ſexto, vbi Bonifacius Octauus dicit, quòd [expedit iura iu-
31 ribus † concordare, & eorum correctiones (ſi ſuſtineri valeant) euitari] idem probatur (ſecundum ferè omnes Doctores, infra citandos) per textum in Authen. de adminiſtran. officia in ſacris appellat. §. illud tamen, vbi hæc habentur, videlicet, [Illud tamen ſancimus, vt ex adminiſtrationibus nunc a nobis adinuentis, & mutantibus antiquum ſchema, ſiue hoc ipſum ſecundum naturam propriæ iudicetur adminiſtrationis, ſiue etiā ex delegatione noſtra idem ſeruetur ſchema; & ibi ſolum adminiſtrare officium tuæ celſitudinis ſancimus] Idem probatur per tex. in l. ſi præſes, & in l. interpretatione. ff. de pęnis, iuxta ſententiam Hippoliti de Marſilijs loco infra citando. Probando ex ſecundo præſens concluſio Doctorum authoritate, nam Glo. in dicta l. fin. in ſexto, excluduntur, C. de ſacroſanctis Eccleſijs, ſequens Ioannē, & Pij dicentes, quòd ipſa lex non habet locū in præſcriptione currente contra ciuitatem, quæ ex priuilegio gauderet centenariam: repudiauit ſententiam Pla. dicentes, quòd ſic: quia eadem eſt ratio, vel maior: ergo idem ius, vt etiam ipſam Glo. interpretatus fuit Bartolus in dicta l. fin. vt infra referam. Idem docuit Glo. in dicta Authen. de adminiſtran. officia in ſacris appellat. in verſic. quoniam, dicens, nota vbi legem correctam non inuenimus expreſsè, antiquæ dimittimus figuræ. ſic. C. de teſtamentis. l. ſancimus. & in l. præcipimus. C. de appellat. Bartolus quoque quàm libentiſſimè ſe ſubſcripſit præſenti noſtræ concluſioni in infraſcriptis locis. Nam in dicta l. fin. C. de ſacroſanctis Eccleſijs, nu. 8. his verbis vtitur, videlicet. Quæro lex iſta eſt correcta in Eccleſia, vtrum ſit correcta in ciuitate? Ioānes dicit, ꝙ quia quod non mutatur, &c. Pla. dicit, quòd ſic, quia eadem ratio. Vide glo. Vltramontani tenent opinionem Pla. iſta quæſtio voluitur hic; vtrum ex identitate rationis inducatur correctio legis, breuiter dico, quòd non. text. eſt in l. ſi vero. §. de viro. ff. ſoluto matrim. & ſic concludo opinionem Ioannis eſſe veriorem, ex qua nota, ꝙ ex identitate rationis non inducitur correctio legis. & illud qđ dicitur in l. non poſſunt, ſcilicet ꝙ leges ex identitate rationis trahuntur in argumentum eſt verum, quando per hoc contra aliquam legem ſcriptam non veniremus, vt hic, hæc Bartolus ibi, & animaduertendum, quòd etſi Bartolus videatur hic ſe ſubſcripſiſſe præſenti noſtræ concluſioni ſolū quo ad illam particulam, [ex identitate rationis] & non, [vel ex maioritate rationis] cū nec verbum quidē de ipſa particula fecerit. Nihilominus ſi bene librabuntur omnia verba eius, ſtatim elucebit hoc tacitè ipſum docuiſſe: nam eo ipſo, ꝙ repudiauit ſententiam Pla. dicentis, dictam conſtitutionem extendendam fore ad ciuitatem, quia eadem eſt ratio, vel maior. & tenuit ac approbauit opinionem Ioannis contrariam huic, vtique videtur non poſſe negari ipſius Bart. mentem fuiſſe aduerſari Pla. ſententiæ in vtroque membro. Vnde vbicunque Bart. in hac materia loquitur idem docens, etſi exprimat ſolum de identitate (meo quidem iudicio) propter ſupradicta, idem voluiſſe apparet de maioritate rationis, eo magis quia quòd ex d. l. fin. & alijs legibus per me ſupra recenſitis idipſum apertiſſimè elicitur. Idem docuit Bart. in d. l. illam meritò. num. a. dicens, ſecundo nota alium modum argumentādi quòd leges, quæ loquuntur in auunculis non extenduntur ad patruos, amitas, vel materteras, & in dicta l. ſi defunctus, dicit ipſam legem hodie fuiſſe correctam, vt in Authen. quæ tertiæ. C. de collat. idem docuit Bartolus in dicta l. præcipimus. §. finali dicens; nota quod non mutatur, quare ſtare prohibetur, vt hic in l. ſancimus, C. de teſtamentis. Aduerte, quia hic dicit textus, quod non mutatur ſpeciale, & ſic requiritur, quòd ſpeciale, & ſpecificè mutetur antequam dicatur, hoc videtur cor-

ruptum; secūdum hoc videtur casus ex pressus eius quod dixi in Authen. quas actiones, seu in d.l. fin. C. de sacrosanctis Ecclesijs, vbi dixi, quòd ex identitate rationis nūquam inducitur correctio legis, vt dixi in l. si vero. §. de viro. ff. solut. matrim. quod perpetuo tene menti: hæc Bar. ibi, qui in l. si constante matrim. num. 43. ff. solut. matrim. his verbis vsus fuit post longam disputationem, videlicet. Distingue ergo cum quæritur, Vtrum lex extendatur ad casum similem rationem habentem. Aut lex est prolata simpliciter, aut in ea sunt verba taxatiua. Primo casu. Aut per extensionem induceretur correctio, & non potest, vt dicta Authen. quas actiones. C. de sacrosanctis Eccles. & in l. præcipimus. in fine. C. de appellat. aut legum declaratio, siue distinctio, & tunc potest fieri, vt hic, & in regu. quæ propter necessitatē, vt ibi not. Aut in ea sunt verba taxatiua, & tunc aut per aliam legem apparet de extensione, & extendimus, vt in l. obses. ff. de præd. minor. & in l. serui nomine. C. de vsucap. & in l. contractus. in princ. ff. de regu. iur. aut per aliam legem non apparet de extensione, & tunc aut lex est prolata in casu fauorabili, & extenditur, vt in l. illud. C. de sacrosanctis Eccles. Authen. Aut est lex prolata in casu odioso; & tunc secus, vt in l. secunda, C. de patr. qui fil. distra. & quod not. Dynus. in capitulo in argumentum, de regu. iur. in sexto. ex his ergo omnibus elicitur apertissimè ipsum Bartolum se subscripsisse præsenti nostræ conclusioni, & Bart. in l. illud, num. 2. & 9. idem docuit dicens, quòd quando in l. est aliquid prohibitum, ad casum similem lex non extendetur, nec in statuto odioso: secus in statuto fauorabili, & sic debet intelligi text. in l. leges. ff. de legibus, & in c. odia, de regu. iur. in sexto. Idem docuit Joannes Andreas in dicta regula. odia, de regu. iur. in sexto, dicens quod non solum in penalibus fiat stricta interpretatio, vt scilicet pœnæ locum non habent in casibus non expressis, verum etiam in correctorijs, quoniam in pęnis, quæ ipso iure insliguntur, poterit argui ad similia. Idem docet D. Antonius de Butrio in c. fin. col. 33. in fine. in sexto, versic. hæc vera inquantum, extra de consuetudine. Idem docuit Decius in l. non debet. nu. 4. ff. de regu. iur. Abbas Pan. in c. at si clerici. nu. 40. extra de iudicijs. Idem docuit Nicolaus Euerardus in sua Topica iuris. in loco argumentandi a ratione legis, col. 7. in fine in versic. secundo casu, quando maioritas rationis surgit aliunde. Idē docuit Iason in l. de quibus, nu. 14. ff. de legibus. & in Authen. quas actiones, nu. 2. C. de sacrosanctis Eccles. & hanc esse communem opinionem docet (vt refert Joannes Picus in thesauro commu. opinio, in versic. extensio. Idem docuit Benedictus Capra in regula. 90. nu. 113. vt ipsemet referet in dicto thesauro. in versic. extensio. dicens hoc communiter notari in l. si vero. §. de viro. ff. soluto matrimonio, & in clementina prima, de elect. & in Authen. quas actiones, C. de sacrosanctis Ecclesijs. Idem docuit Emanuel Soarez in dicto thesauro, numero 237. dicens hanc esse communem opinionem, & elici ex Bart. in l. si constante, numero 19. ff. soluto matrimonio, Iason in dicta Authen. quas actiones: numero 21. & 22. Arius Pinellus in l. prima, parte prima, numero 68. C. de bon. matern. Viuius libro primo, opin. 107. Idem docuit Petrus Duen. in regula 286. Idem docuit Hippolitus de Marsilijs. in consilio 13. num. 36. dicens, hanc fuisse quoque sententiam Cyn. in l. 1. C. quæ sit longa consuetudo. Bal. in l. 1. C. de interdic. & Mod. in l. si vero. §. de viro. ff. soluto matrimon. & Alexan. in consi. 113. Incipien. viso instrumento. in vltima col. in 2. volum. Idem docuit Bartholomeus Cępol. in crim. consi. 72. colum. 7. in fine, in versic. nec obstat alia ratio Bal. dum arguit a maiori. Vbi docet ipse Cœpolla, quòd in correctorijs, & pœnalibus non potest fieri extensio etiam ex maioritate rationis, vt habetur per Glo. & Doctores in Authen. quas actiones. C. de sacrosanctis Eccles. & in l. præcipimus. C. de appell. per Ioan. de Imola in dicta l. si vero. §. de viro in decima col. versic. secundo casu, quando agitur de extensione fienda in exorbitantibus. ff. soluto matri. & maximè quando concurrunt ista duo, videlicet, quòd sint materia pœnalis, & materia correctoria, quia tunc nullatenus potest fieri extensio, & strictam, & non largam interpretationem recipit, vt est Glo. valde notabilis in clem. vt hic, qui. in versi. in eisdem, quæ incip. Cathedralibus. in fine, de ætate, & qualit. & ita tenet Geminianus in c. 1. colum. 4. in fine de tempore ordin. hæc Cępolla vbi supra, sed sciendum quòd reuera id sentijsse videtur dictam Glo. nam ibidem his verbis vtitur, videlicet, etsi dicatur, quòd de quadam largissima verbi significatione Prælatus nomine capituli comprehendatur, quasi illius corporis caput, vt in c. nouit. extra de his quæ fiunt a Prælat. Mihi tamen est satis quòd communiter non comprehendatur, vt probant iura prædicta, vt sit hoc ius correctiuum iuris veteris, & pœnale, non largissimam, sed potius strictam interpretationem recipiat, vt in cap. quæ a iure, & c. in pœnis. de regu. iur. in sexto. hæc Glo. illa. Idem verè docuit Dominicus a S. Geminiano in c. 1. col. 3. circa finē primæ fallentiæ. de tempo. ordin. in sexto, dicens, ꝙ Glo. in c. omnes, in vers. Apostolicę. ext. de ferijs vbi feriæ, contra ius in Apostolis ex maioritate rationis extenduntur ad B. Virginem; hæc vera (inquit ipse Geminianus) nisi ius quòd extenderetur esset pęnale, & correctorium simul: & sic procedat glo. in clem. vt hi, qui. in vers. in eisdem. De ætat. & qualit. vbi dicitur, quòd statutum pœnale loquens de Capellano in Ecclesijs vocem habente, non extenditur ad principalem Prælatum, licèt de latissima significatione Prælatus dicatur in Ecclesia, quia illud ius est correctoriū, & pœnale: vnde non debet extēdi. hæc ille. Idem docuit Petrus de Anchar. in d.c. 1. se subscribens sententiæ Bart. & Cyn. in patre allaris locis. Idē rursus docuit Pan. in d. clem. vt hi. qui sequens glo. prædictæ doctrinā, quam singulariter notandam acclamat, & rursus in c. tua. nu. 4. extra de sent. excommun. vbi dixit ꝙ communiter teneatur, ꝙ licet Legatus Papæ possit absoluere ab excommunicatione Papæ reseruata incursa propter iniectionem manus violentæ in clericum, non tamen poterit absoluere excommunicatione incursa ab incendiario post ipsius denunciam, etsi & ipsa absolutio sit ęque reseruata Papæ: quoniam, etsi ambæ absolutiones parificentur quoad difficultatem obtinendi absolutionem; non tamen sequitur ꝙ permissio facta in vno casu extendatur ad alium, maximè, quia in istis exorbitantibus non proceditur, seu non fit extensio, etiā per maioritatem rationis, vt in regula c. in argumentum. de regu. iur. in sexto. Idem docuit Ioannes de Imola in clem. 1. nu. 37. de elect. Idē docuerunt

runt Cardinalis Zabar. & Petrus Anchar. Paul.de Eleaz.& Gem.in dicta clem.vt hi,qui.sequẽtes dictæ glosæ sententiam.Idem docuit Bald.in l.1.C. de interdict.vt refert Bertachinus in versic.extensio.nu.20.idem docuit Alex.in consil.50.pen. col. 2. par. vt refert Bertachinus vbi supra, idẽ docuit Franciscus Viuius in Thesauro commun.opinio. in versic.extensio, dicens hanc conclusionem probari a glo. & Doctoribus in Authent. quas actiones. C. de sacrosanct. Eccles.& in l.si constante.ff. soluto matrimn.& a Iasone in l.fratres.col.3.C.de inofficioso testamento,& in Authen.non licet.colum.2.C.de liber.præteritis.Imol.consil.64.Aret. cons.27.col.2. Corneus cons.271. col.4.volum.4. Curt.iun.consi.6.col.6.& istam opinionem asseuerat esse communem in l.quibus, nu.14. ff.de legibus,& in dicta Authent.quas actiones,nu.21.Decius in l.non debet cui plus,nu.4.ff.de reg.iur.etsi contrarium videatur secundum sonum verborum asseruisse in cons.333. col.fin. dicens, in correctorijs posse argumentari a maioritate rationis: tamen poterit concordari, dicendo ipsum loquutum fuisse ibi in casu subsequentis nostræ fallentiæ primæ,vbi.hoc latius probabimus esse verum: Idem docuit Iason in Authent.quas actiones, nu. 21.& 23.C.de sacrosanct.Eccles.Arius Pinellus in l.1.part.1.nu.68. C. de bonis maternis. Viuius in lib.1.opin.107.Probatur & tertio præsens conclusio hac ratione, videlicet: Cùm iura sint iuribus concordanda,vt in l.vnica.C.de inoffi.dotibus.& in cap.cum expediat. de elect. in sexto,& lex noua correctoria in suis proprijs terminis sit seruanda,vt notat glo.singularis in Authent. quas actiones, in vers.an idem in ciuitate.C.de sacrosan.Eccles.quam approbat ibi Bart.& communiter Doctores,etiam si loquatur generaliter, nisi constet, quòd corrigere velit in casu,de quo est quęstio.Et sicut per repetitiones, subauditiones, aut tacitos

32 intellectus,non inducitur correctio legis,† vel Canonis,vt docet glo.singularis approbata a Doctoribus.in c.cupientes,§.quòd si per viginti.in vers. petere, de elect. in sexto, nec per argumentum a contrario sensu, nec per dictionem taxatiuam, vt sunt, tantùm, solùm, vel similem,vt docet tex.iuncta glo.in l.ob ęs.C.de præd.mino. & vult Bart.in l.3.§.Titio.ff.de adim.leg.& not.per glos.Bal.Salic.Iason,& reliquos Doctores,in l.1. C.de bono. possess.contra tabu.& per glo. & Salic.in Authen. matri,& auiæ,C.quando mulier tutelæ officio fungi potest. Nec per clausulam, non obstante quacunque alia lege,vt docet text.in Authent.de hæred.ab intest.venientibus,in princ. Inde patentissimè sequitur,quòd regulariter non debeat induci correctio, vel fieri extensio in correctorijs, & pœnalibus ad alium casum ex identitate, vel maioritate rationis: quia per neutrum horum modorum potest dici expresse constare de mente disponentis,quòd velit corrigere:quod tamen omnino requiritur ad hoc, vt inducatur correctio: cum non sit hoc munus concessum vnicuique indifferenter,sed solum conditoris illius legis, quæ corrigenda esset. arg.in l.fin.C.de legibus,& in c. inter alia,extra de sent.excommu.animaduertendum tamen summoperè expedit,quòd quando de voluntate Legislatoris corrigere volentis expressè constat, satis est; nec est necesse, quòd in lege

33 noua † corrigente expressè fiat mẽtio de lege antiqua, licèt quandoque ad clausulam de illa fiat mentio,vt in cap.1.cum ibi notatis.de constitu.in sexto, & in cap.contra Christianos. de hæreticis, in sexto,& faciunt notata per Bart. in repet. l.omnes populi, ff. de iustitia, & iure, & hanc conclusionem quæ dicitur ex hac ratione præsentis conclusionis, firmat Ioannes de Imo. in l.si vero, §. de viro, in 5. & 6.col. ff. soluto matr. quod vt melius intelligas, ponderabis tria illa exempla recensita supra immediatè post pręsentem conclusionem. Animaduertendum quoque erit, ꝙ non sine causa dixi in conclusione præsenti regulariter, & non extendit cum correctoria, & pœnalia ex identitate, vel maioritate rationis: quoniam etsi regulariter sit verum: tamen huiusmodi regula admittit nonnullas fallentias approbatas a Doctoribus: quarum notitia cum sit scitu dignissima, & necessarijssima, idcirco statim, & gradatim illas subinferam, i. ne eruditus Lector fallatur credens nostram conclusionem esse ita verissimam, vt nõ admittat aliquam fallentiam, seu exceptionem. Etsi verissima sit nostra cõclusio, posset tamen quis insurgere contra ipsam, dicendo eam falsam, & hoc probare per tex. in l.non possunt. cùm l.sequenti. ff. de legibus. arguendo a fortiori hæc habentur, videlicet: [Non possunt omnes articuli singulatim, aut legibus, aut Senatus consultis comprehendi, sed cum in aliqua causa sententia eorum manifesta est is, qui iurisdictioni præest, ad similia procedere, atque ita ius dicere debet,] & in l. sequenti hæc habentur, videlicet: [Nam (vt ait Pedius) quotiens lege aliquid vnum, vel alterum introductum est, bona occasio est, cætera, quæ tendunt ad eandem vtilitatem, vel interpretatione, vel certa iurisdictione suppleri,] hæc ibi. dixi, arguendo a fortiori, sic procedendo si ex huiusmodi iuribus habemus, quòd liceat nobis iudicare, & procedere in causis de similibus ad similia, seu ex identitate rationis: quantò magis licebit procedere ex maioritate rationis? His ergo non obstantibus respondetur, quòd verissima fuit nostra conclusio, & ad supra allatas leges respõdimus, quòd dictæ leges habent locum, quando per hoc non aduersaretur alicui legi scriptæ: quoniam iura iuribus sunt concordanda, & nõ corrigenda per homines, legis ministros, sed solùm per conditores

34 † legum, quibus hoc est indultum, vt singulariter docuit Bar. in l.non dubium, nu.8.C.de legi. Idem docuit Bald. in cap. inter cæteras, nu.17.18. & 19. extra de rescriptis. vbi hæc notatu dignissima protulit verba, videlicet. Et nota, quòd argumentũ

35 a simili habet † locum in casibus omissis: vt in l. de quibus, in princ. ff. de legibus: & non in casibus de per se expressis in iure: quia expressum facit cessare tacitum, quia omne tacitum est ex coniectura, vt in l.licèt Imperator. ff.de legat.1. & in l.apud antiquos.C.de fur.& in certis, & non certis locus est coniecturis, vt in l. continuus. §. 1. ff. de verb.oblig.& facit tex. in l.talis scriptura, ff.de legat.1. Item quæro, & scias, quòd istud argumen-

34 tum, a simili non habet locum, vbi tractatur de legum correctione, & not. in Authen. quas actiones. C.de sacrosanct. Eccles. nec habet locum in priuilegijs indultis contra ius commune, vt in l.si vero, §.de viro. ff.soluto matrim. hæc omnia Bar. vbi supra. Idem docuit Ioan.de Imol. in d.l.si vero, §.de viro. Idem docuit quàm elegantissimè Panorm. in cap.translato, nu.4. extra de rescriptis, vbi Infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet: An autem lex

sempet

semper possit extendi ad similem casum? Dic quod vbi casus similis haberet legem specialem in contrarium, non debet fieri extensio: quia non debet induci legum correctio ex similitudine rationis, vt notat Bar. in Authen. quas actiones. C. de sacrosanct. Eccles. sed vbi non reperitur lex contraria, bene potest fieri extẽsio ex similitudine rationis,: & sic intellige l. non possunt. ff. de legibus, & iura similia. Hæc notanter voluit Bart. in l. non dubiũ, C. de legibus. vbi dixit, idem esse in consuetudinibus, & statutis per l. de quibus, in princ. ff. de le-
35 gibus, & sic nota, & tene menti, quod statutum † municipale, & consuetudo possunt ad alios casus ex identitate rationis extendi, dummodo illi casus non habeant legem contrariam: & sic intellige, quod notatur in c. in nostra. de iniurijs, vnde tenuerunt multi, & malè, quòd statutum nunquam debet extendi, quia est stricti iuris; sed, (vt dixi) illud procedit, quando extensio fieret cum legis correctione; alias secus. hæc Panorm. idem docuit Nicolaus Euerardus in sua Topica iuris. in loco argumentandi a ratione legis. col. 10. in vers. nec præmissis obstat. Idem docuerunt ferè omnes Doctores citati in probatione præsentis conclusionis.

Prima verò fallentia regulæ traditæ in præcedenti conclusione, tertia sit hæc, videlicet: Quando ratio est scripta in lege vel canone pęnali corri-
36 gente, tunc licita erit extensio † ex maioritate, vel identitate rationis, & in casu non expresso: quasi sint a iure parificata, quando talis rationis identitas, vel maioritas viget in dicto casu, quia ista non dicetur propriè extensio, cum dicatur legem ipsam loqui. Hæc fallentia probatur triplici medio. Primo enim per arg. in l. his solis. §. de cæteris autem. C. de reuocan. donat. vbi dicitur [De cæteris autem, quæ portentosæ vilitatis, abiectęq; pudicitiæ sunt, satis etiam tacitè cautũ putamus. Quis est enim, qui his aliquid arbitretur tribuendum esse? cùm etiam illis, quæ iure secundas tan tum contraxerunt nuptias, nihil ex priuilegijs tributum esse velimus.] Idem probatur per arg. in l. emptor. §. ancilla. in vers. si tamen. ff. de rei vendic. vbi hæc habentur, videlicet: [si tamen pater dotis, ac peculij cõtemplatione filiam exhæredauit: & ea ratione reddita, nihil ei testamẽto reliquit, aut eo minus legauit, filiam defensio tuebitur voluntatis.] hęc ibi. dixi probari nostram fallentiam per argumentum in dictis iuribus, & non per dicta iura: quoniam etsi explicitè in ipsis non contineatur ad verbum ipsa fallentia, bene tamen implicitè: cùm ex ipsis eliciatur, quòd eo ipso, quòd in lege correctoria redditur ratio, tacitè etiam innuitur, quòd dari poterit identitas, vel maioritas rationis omnino similis rationi scriptæ, seu in dicta lege correctoria expressę, tunc fieri posset extensio de casu scripto ad similem non scriptum, idem probatur per argumentum, in c. si postquã, §. si vero, de elect. in sexto, cuius tenor ac vera applicatio ad præsentem materiam reperies infra in probatione septimæ fallẽtiæ: dic ergo, vt ibi. Probatur & secundo apertius, Doctorum auctoritate: glos. enim se subscripsit pręsenti fallentiæ in clem. 1. in vers. eligatur. de elect. infrascriptis vtens verbis, videlicet: Sed nunquid per viam talis prouisionis (adde tu, scilicet qui alias religiosus in Abbatem, vel Prælatum alterius Religionis, vel habitus, qui de cætero eligi in dicta clem. 1. prohibetur,) quod videtur, cum ista sint diuersa, vt in cap. cum in illis, de pręben. in sexto, & hæc constitutio ius vetus corrigit: in casu ergo non expresso stetur iuri antiquo, vt in l. præcipimus, in fi. C. de appell. & licet hoc posset defendi, contrarium tamen esse videtur de mente constituentis per rationem hic expressam, quæ communis est, & hoc saltem in eo, qui prouidet ex iure ad ipsum deuoluto propter delictum, vel negligentiam electoris. hæc glo. illa notabilis: Ex cuius verbis quàm apertissimè elicitur veritas præsentis fallentiæ: gl. vero sententiam sequitur Cardinalis Zabar. in dicta clem. in vers. vigesimosecundo quæro, asserens hanc esse etiam sententiam Gem. addens, & hæc notabilia verba, videlicet: Quid concludes? Dic quòd omnis modus assumptionis est prohibitus: quia licet hæc Clem. sit restringibilis, tamẽ iura restringibilia comprehendunt casum eiusdẽ rationis: vt in c. si postquam. §. 1. de elect. in sexto: habuit ergo textus respectũ ad id, quod communiter fit: quia vbi est congregatio proceditur per electionem, vt in c. congregatio. 16. q. vlt. pro hoc dico, quòd (quia ratio huius Clem. habet locũ etiam in postulatione) verum est, quod dicit glo. quòd solum a Papa poterit fieri postulatio. hæc ille. Idem docuit Petr. de Anchar. in d. Clem. 1. col. 2. in vers. quarto nota, dicens, idem docuisse Paul. de Eleaz. & ratio est, quia ratio huius clem. adaptatur ad omnem modum, quibus Eccle. prouide-
38 tur, & ratio legis † extendit verba ad casum, vbi eadẽ ratio reperitur. facit quod dixi in c. si postquam. de elect. in sexto. Idem docuit Imol. in d. Clem. 1. nu. 18. col. 3. in vers. ex ista gl. nota duo, secundum D. Antonium, dicens, vbi ius corrigens
39 † in verbis rationis latius loquitur, quàm in verbis statutis, aut alterius dispositionis, statutum ad id extenditur, quod potest comprehendi ex verbis rationis: & sic statutum corrigens ex identitate rationis scriptæ extenditur: non tamen excludnutur verba rationis, quantumcunque extendantur verba statuti, aut dispositionis: quæ verba sunt notanda (secundum eum) propter statuta, quæ in Proœmijs ponunt verba latiora, quam postea reperant in statuto specifico, ad hoc text. optimus, in l. regul. §. licet. ff. de iur. & fact. ignor. concordat huic dictæ glo. in versic. eligatur, & ipsemet Imol. ibidem, nu. 35. & 36. apertius se subscripsit sententiæ glosæ, probans, quòd licet regulariter ex identitate, vel maioritate rationis non debeat induci correctio in casu non expresso, tamen fallit in terminis præsentis nostræ fallẽtiæ, & reddit quatuor rationes differentiæ. vide latius eum ibidem, qui idem adhuc apertius docuit ibidem, nume. 38. in vers. nono fallit hanc normam tradens, dicens: dicta regula, quòd in materia merè pœnali, & exorbitanti non fiat extensio, infrascriptis vtitur verbis, videlicet: Nono fallit quando agitur de extensione fienda extremi ad extremum, quando illa extrema conueniunt in generali significatione, & reddunt ad eundem effectum, & ratio respicit finem, seu effectum: quia tunc licita est, vt in hac glo. iuncto Paulo: & dicitur potius fieri extensio ex mente comprehensiua, in prædictis casibus: & prędicta sunt vera, quãdo verba dispositionis sunt certa: si vero sint dubia, & secundum diuersam punctuarionem possunt comprehendere, vel non comprehẽdere casum: de quo quærimus, vel alias sunt dubia, vel generalia: tunc licet simus in materia pęnali, vel exorbitante licitum est verba gene-

nera-

neralia intelligere, vt comprehendant omnem casum, qui comprehendi potest ex identitate rationis: etiam si verba communiter expressa strictè sumpta nō aptantur cuilibet casui sub dispositione comprehensibili, dummodo in lata significatione possit adaptari. Hæc prout vera, licet Bar. aliter sentiat in l. si constante, in princ. in 9. q. primæ partis, ff. soluto matrim. hæc ille. Idem docuit Panorm. in d. Clem. 1. nu. 8. sequens sententiam dictę glos. in versic. eligatur: probans, quòd constitutio odiosa, & pœnalis debet extendi per similitudinem rationis tam expressæ, quàm tacitæ, seu subintellectæ: quia taciti, & expressi non est differentia, vt in l. cùm quid. ff. si cer. pet. etiam in ratione constitutionis, vt in regula vltima, de reg. iur. in sexto, & in l. non dubium. C. de legibus, & quòd hoc fuerit de mente Io. And. patet in glo. sua. in Clem. 1. de rescriptis, vbi dixi, & quidem ipse Panor. ibi peroptimè hoc probauit: nam ibi in nu. 1. & 2. infrascripta docuit, dicens, quòd dispositio pœnalis extendatur propter identitatem rationis. Vide bonam glos. in hac Clem. in vers. Præsidentes. Adde tu, quòd glo. citata a Panormitano paulò ante inter alia his vsus fuit verbis, videlicet, & licet nō intellexerit (vt puto) de Præsidentibus Capitulis Prouincialibus Monachorum de quibus habetur in cap. in singulis, & in cap. ea quæ. extra de statu Monachorum. Illi enim non impetrant pro Monasterijs Prouinciæ: si tamen daretur, quòd impetrare possent, locū haberet quod hic dicitur, ex identitate rationis, & licet de Religiosis loquatur, idē tamen de secularibus, qui simili modo præessent: sed quia id rarum; hoc frequentatum: ideo de religiosis loquitur. hæc glo. illa: (sequitur Panormitanus vbi supra,) & aduerte, quia colligitur ex hac glo. hoc procedere, licet ratio non sit in textu: sed verisimiliter, & indubitanter pręsumpta. Nam hic in textu non exprimitur ratio, sed gl. 1. illam ibidem præsumit: & quòd loquatur in constitutione, seu dispositione pœnali, patet: quia ibi in pœnam inducitur retractatio processus, & condemnatio ad expensas, & interesse; ad quod tex. iuncta glos. nota. in versic. processus, & probatur per tex. not. in cap. dispendia, in fine, extra de rescrip. lib. 6. plenè dico in cap. 2. de constitu. in antiquis. Vnde & est etiam sententia dictæ glo. in d. versic. Præsidentes, quòd constitutio pœnalis loquens de religiosis, habet locum in clericis secularibus, vbi subest eadem ratio, licet non expressa, sed indubitanter præsumpta. hæc Panormitanus vbi supra, qui ibidem quamplurima notatu dignissima subintulit de eadem quæstione, quæ in subsequentis fallentiæ probatione afferam. (Deo dante) & ibi citabo iura allata per Panormitanum in vtraque Clem. Idem rursus clarius docuit idem Panor. in cap. nihil, nu. 9. extra de elect. infrascriptis vtens verbis, videlicet: Nec obstat si dicatur, quòd istud ius tanquam correctiuū non debeat extendi vltra terminos literæ: ad hoc enim respondeo duobus modis. Primò, quòd illud dictum non habet locū, vbi legis exprimitur in lege, quia tunc ad limites rationis debet extendi ius quantumcunque correctiuum, vt notat Bald. in Authen. quas actiones. C. de sacrosanct. Eccles. Quinimmo vbi cōcurrit omnimoda eadem ratio non propriè fit ibi extensio; sed ex mente legis comprehenditur omnis casus, in quo concurrit illa ratio, vt dicit glo. singularis in cap. 1. de tempo. ordin. libro 6. Probatur & tertio, hac ratione, videlicet: Nam lex non consistit in verbis, sed in sui ratione, quoniam verba deseruiunt intentioni, & non econtra: vt in cap. secundo requiris. de appel. & in c. intelligentia. de verbor. sign. & in l. non dubium. C. de lege, & in regula fin. de reg. iur. in sexto, & ibi per Dyn. & notanter dixit Bal. in l. maximum vitium. C. de liber. præter. & in l. scire oportet. ff. de excus. tut. sic. n. se

40 habet ratio legis ad verba legis, † sicut anima ad corpus, vnde sicut anima dominatur corpori, ita ratio verbis. hæc Panormitanus ibi. Idem docuit Bal. in l. fin. C. de indicta viduitate tollenda: quem refert, & sequitur Ancharanus in c. Canonum statuta. col. 10. in versi. prædictis adde: vbi inter alia infrascriptis vtitur verbis, videlicet: Bal. tamen in d. l. fina. dicit, quòd quando ratio est expressa in lege, quòd ex ipsa ratione possumus inferre ad quemlibet casum, dicta ratio idem debet generaliter operari, quod lex scripta, per ipsam inducitur veteris legis correctio, hoc tamen dicit verum, nisi in lege noua esset aliqua dictio taxatiua. hæc ille, vbi supra. Idem docuerunt quamplurimi alij Doctores citati a me supra, in probatione vnicæ limitationis fallentiæ octauæ. vide ergo ibi: etsi dicta limitatio loquatur in materia dispensationis: nam cum pari passu ambulent cum materia pęnali correctoria, idcirco idem iudicium erit, quia ambæ sunt materiæ odiosæ, & restringendæ; vt per iam supra allata patentissimè emicuit: eò magis, quòd ibi loquantur solum quando adest identitas rationis in casu tacito, quæ redditur in casu expresso in dispensatione factæ. Idem quoque docuit notanter Bal. in Authent. quas actiones. C. de sacrosanct. Eccles. per l. his solis; in illis verbis. [Satis tacitè cautum putamus.] de reuocan. donat. Idem docuit Ioānes de Fantucijs, sequens dictam glo. in vers. eligatur. Idem docuit Ant. de Butr. sequens eandem glo. in cap. fin. col. 33. in vers. Fallit primo, per totum, extra de consuetudine. Idem Ioannes de Imo. in l. si vero, §. de viro. ff. solu. mat. Idem docuit Euerardus vbi supra, in prima fallentia. Idem videtur docuisse rursus Ioannem Andr. in cap. fin. colum. fin. in versic. sicut ergo. extra de consuetudine: nam ibi infrascriptis vtitur verbis, videlicet: Sicut ergo correctio prioris legis per posteriorem non extenditur, (vt in c. cùm expediat. extra de elect. & in l. sancimus. C. de testamentis) sic nec extenditur correctio, quam facit consuetudo, sed restringitur ad suum casum: licet fateri (inquit) ad simile consuetudinis per eum argui posse, vt l. de quibus. ff. de legibus, & l. 1. c. quæ sit longa cōsuetudo. hæc ille. Idem docuit Dn̄icus a Sancto Geminiano, in c. 1. col. 4. in vers. sextò. & expressius in col. 5. in versic. fallit quartodecimò, & idem docuit ipse Gemin. in c. constitutio. col. 1. in versic. nota tamen ista glo. sequens Ioan. de Imo. ibidem distinguentem tali pacto, videlicet: Aut lex loquitur indefinitè, & ponit generalem rationem: nec habet aliam ratione, quę suadeat oppositum: & tunc extenditur ad comprehensa sub ratione; vt notat glo. in versic. eligatur. in Clem. 1. de elect. aut alia ratio, quàm expressa suadet, quòd non extendatur ad omnia comprehensa sub illa ratione: & non extenditur, vt voluit hic glo. Aut lex specificè disponit in certo casu cū ratione generali: & tunc non debet attendi ratio: sed dispositio tantum, ex quo lex est exorbitans. hæc ille. Idem docuit Philippus Francus in c. constitu-

stitutionem,nu.6.de regularibus, lib.6. in verſ.ſe-
cundò nota. vbi hęc verba protulit, videlicet:Se-
cundò nota ex hac glo.quòd iura exorbitantia nō
extenduntur ex identitate rationis ad alium ca-
ſum,quàm expreſſum: quod limita,niſi ratio eſſet
in ipſis iuribus expreſſa ſecūdum Dominicū: quia
tunc fieret extenſio etiam in correctiuis, pro quo
glo.ſingu.in verſic.eligatur.in Clem.1. de elect.&
per Bal.in l.quas actiones.C.de ſacroſanc.Eccleſ.
ſed procedit primo,niſi alia,& diuerſa ratio eſſet
in ipſis iuribus expreſſa, & ſecundo, niſi ipſa ex-
tenſio fuiſſet prohibita:& ſic per dictionem taxa-
tiuam,quæ negationem inducit,quia tunc nō fie-
ret extenſio etiam ex identitate rationis:& idem
ipſe Philippus Francus docuit in c.1.nu.7.in verſ.
ſextò limita,de tempore ordin.in lib.6.infraſcri-
ptis verbis vtens,videlicet:Sextò limita,niſi in ip
ſa conſtitutione exprimatur ratio expreſſa; cùm
tunc fieret extenſio ad omnia ſub ipſa cōſtitutio-
ne comprehenſa,ſecundum dictam glo. in verſ.eli
gatur,& intellige,vt eſt dictum, in c.conſtitutio.
de elect.in ſexto,vbi ipſe Francus, num. 2. tradit
hanc notabilem diſtinctionem . Aut conſtitutio
exorbitans loquitur indefinitè, & ponit generalē
rationem,nec habet aliam rationem quæ ſuadeat
oppoſitum: & tunc extenditur ad omnia compre-
henſa ſub ratione:Aut alia ratio,quę expreſſe ſua-
det,quòd non extendatur ad omnia comprehenſa
ſub ratione illa, & tunc non extenditur. Aut lex
ſpecificè diſponit in certo caſu cum ratione, &
tunc non debet attendi ratio, ſed diſpoſitum tan-
tùm. hæc ille. Idem docuit Petrus de Anchar.in d.
cap.col. 2.in verſ.& cōſueui. infraſcriptis vſus fuit
verbis, videlicet: Et conſueui. alias notare hanc
glo.dum dicit,quòd vbi eſt eadem ratio, & peni-
tus eadem ſimilitudo,non dicitur lex extendi: &
ideo quantumcunque ſit pœnalis, comprehendit
caſum, vbi eadem ſubeſt ratio. Nam tacitè cau-
tùm videtur,vbi eadem ratio reperitur, vt in l.his
ſolis.C.de reuocan.donat. hæc ille. Idem docuit
Dynus in regul.in argumētum,de reg. iur. in ſex-
to, infraſcriptis verbis vtens, videlicet: Sed cre-
dendum eſt,quòd nominatim non reperitur pro-
hibitum ad conſequentiam trahi,i.quòd trahere
liceat, vbi eadē, vel maior cauſa neceſſitatis ſu-
beſt:cum ea,quę cōueniant in identitate rationis
non debeant ſeparari,vt in l.vnica, §.hoc interdi-
ctum.ff.de font.hæc ille: ex qua in l.Bart.elicit il-
lud axioma vulgatiſſimum, videlicet:Vbi eſt ea-
41 dem ratio, †.ibidem eſt idem ius. Idem docuit
Auguſt.Berous in c.in præſentia,nu.302.extra de
probatio. Idem docuit Marianus Socin. in c. ad
abolendam,nu.69. ext.de hæreticis. Idem docuit
Hyppolitus de Marſilijs in conſi.61.a nu.1, vſque
ad nu. 13. afferens ad hoc quamplurimas aucto-
ritates Doctorum, quibus probatur, quòd etiam
in ſtatutis pœnalibus fit extenſio de caſu inibi ex-
preſſo ad caſum non expreſſum,ex identitate, vel
maioritate rationis,iuxta communem doctrinam
omnium,quæ habet, quòd idem intelligitur eſſe
ſtatutum a ſtatuentibus in caſu omiſſo, quod ſta-
tutum fuit per eos in caſu expreſſo : quando veri-
ſimiliter ſtatuiſſent in caſu omiſſo, quod in caſu
expreſſo,ſi de caſu omiſſo fuiſſent interrogati. vi-
de ergo ibi latius,& in conſil.13.nu.36. citans ad
hoc Bart.in l.liberorum.ff.de verb.ſign.in verſ.his
præmiſſis reducamus, dixit, quòd tunc ſolum fit
extenſio in pœnalibus, & odioſis ex identitate,
vel maioritate rationis,quando ratio illa eſſet ex-
preſſa in lege ſcripta : ſecus ſi poſſet ſubintelligi:
& hanc Bart.doctrinam referet,& approbat Alex.
in conſ.115.incip.circa dubitationem, in 4 col.2.
vol.qui Alex.ibidem addit,dicens,ꝙ extenſio fie-
ri poteſt ad aliū caſū: vbi tam in caſu expreſſo, q̄
non expreſſo, ad quē fieret extenſio,eſſet oīno ea-
dem ratio:ſecus aut ſi nō eadem. hæc Hyppolitus
vbi ſupra,qui in tract.de quæſtionib.ff. in l.ſi quis
viduam,nu.13.concludens multa notabilia in ma
teria ſtatutorum: Idē confirmauit his verbis vtēs,
videlicet: Ex quibus omnibus mihi videtur con-
cludendum, quòd cum mens ſtatuentium ſit at-
tendenda. & idem ſtatutum eſſe dicitur in caſu
omiſſo, quòd in caſu expreſſo: quando ſtatuentes
idem ſtatuiſſent in caſu omiſſo,quòd ſtatuerunt in
caſu expreſſo, quando de omiſſo fuiſſent interro-
gati: quòd in caſu huius legis eadem pœna puni-
ri debeat mulier, ſicut vir,propter coniecturatam
mentem ſtatuentium: & quia præſumitur ex iden
titate rationis, quòd idem ſtatuiſſent in muliere,
etſi fuiſſent de ea interrogati, quod ſtatuerunt in
ipſo viro: & maximè quia negari nō poteſt,quòd
ipſa mulier in caſu legis noſtræ non ſit in pari de-
licto, vt eſt vir, & non debet eius delictum rema-
nere impunitum: vt ſupra dixi. hæc ille,vbi ſupra.
Idem Hyppolitus rurſus in l. qui falſam.§.accuſa-
tio.nu.6. ff. ad leg. Cornel.de falſis. Idem docuit
his verbis vtens,videlicet: In pœnalibus,& odio-
ſis proceditur de ſimilibus ad ſimilia,text.eſt ſin-
gularis ſecundum Bald.ibi.in c.1. in titu.quæ fuit
prima cauſa benefic.ammitt.quem multum excla
mat Bald.ibi.in 2.colum. pro quo allegat quæ ha-
bentur in l.ſi quis ſeruo. C.de fur.& illum text. &
dictum Bal. ibi etiam allegat Barbatius in c.trāſ-
lato. colum.pen.de conſtitu. Ad hoc etiam eſt gl.
& ibi Doctores in l.vnica, c. vt quæ deſunt aduo.
& hanc partem,videlicet: Quòd in pœnalibus, &
odioſis fiat extenſio ex identitate rationis firmat
Alex. in conſ.ſuo 215. incipien. Nec arguendi ſu-
mus, in 10.colum.in verſ.ſecundò, pro hoc facit.
vbi ad hoc allegat glo.in Clem.1. in verſ.eligatur.
de elect.quam ibi ſequitur Ioan. de Imol. & gloſ.
in Clem.1. in verſic.collatione.de permutatione,
& glo.in Clem.auditor.de reſcript. & rurſus hanc
partem tenet Alex.in conſil.97.incip. viſo thema-
te, in 1.col.in 2.volum.& in eodem.volum.in con-
ſi.24.incip.Animaduerſis, in vlt.colum. & ibid.in
conſil.50.incip.viſis actis, in antepen.colum.& in
conſ.184.incip.viſo titu.quæſt.in 15.col.vbi plura
iura ad hoc allegat.& facit optimè tex. & quæ ibi
habentur in l.his ſolis.C.de reuocan.donat.& quę
dixit ſingulariter Ludouicus Romanus in conſil.
ſuo 429. incip. conſidero in propoſita. in vlt.col.
Bal.in l.1.C.de interd.vbi dicit, quòd ſtante ſtatu
to,quòd percutiens aliquem in platea puniatur ca
pite, habet locū in eo,qui percutit in palatio Do
minorum: & Abbas in cap. conſtitutus, in 3.not.
de appellat.dicit,quòd per illum tex. quòd proce
ditur a ſimili, licèt illud non ſit oīno ſimile,quod
dicit eſſe notandum: & multa alia notabilia de
eadem materia ſubintulit,vide ergo ibi: & quòd
loquatur Hyppolitus etiam in pœnalibus corre-
ctorijs quando eſt expreſſa ratio,quòd poſſit pro-
cedi de ſimilibus ad ſimilia elicitur ex his,quæ ip
ſe dixit referendo ſententiam Alexan.in prædicto
conſ.215. hoc probantis auctoritate glo.in Clem.
1.in verſ.eligatur.de elect. quę vtique loquitur (vt

supra probauimus) de lege pœnali correctoria exprimente in scriptis rationem dictæ constitutionis, necnon.& Bal.& Panorm.qui expresse se subscripserunt præsenti nostræ fallentiæ locis supra citatis. Idem docuit Felin.in c.translato, col.fin.in fine.se subscribens sententiæ Bal.& Pan.locis supra citatis, & ita habetur in tractatu de crimine læsæ Maiestatis, incerto Authore, (reposito inter tractatus criminales) in cap.decimo quæritur. §. sed hisce,nu.4.vbi sententia Panorm.& Decij in cap. at si clerici.§.de adulterijs. extra de iudicijs, approbatur,& comprobatur authoritate aliorū Doctorum & rationibus sæpe supra recēsitis.vide ergo ibi,si volueris. Idem docuit Geminianus in c. si ciuitas.§.ratione, de sent.excommunicationis, in sexto, dicens. Nota, quòd est licitum arguere a similitudine rationis expressę in l. etiam in pœnalibus:quod bene nota.Idem rursus docuit Alex. in l.cum mulier.not.2.per illum tex. ff.soluto matrimonio.Idem docuit Decius in l.factum cuique suum.§.in pœnalibus,nu.14.in versic.septimò fallit, ff. de reg. iur. Idem docuit rursus Iason in l. cum quidam.limit.5.ff.de liberis,& posthumis,& in l. 1.col.2.ff.de in ius vocādo:& latè sequitur Craue. in tracta.de antiquitate tempo. in 5.par. nu. 107. cum sequenti, & Bald.in cap.1.§.porro,col.3.quæ fuit prima causa benef.amitten.dicens ipsum tex. esse meliorem de iure,quòd in pœnalibus procedatur de similibus ad similia : quem sequitur Salicet.in l.2.col.10. C.de natali.Alexan.in Authen. non licet. C.de liber.præter.Cyn. & Salic. in l.fin. per glo.ibi in versi.voluerit. C.de reuocan. donat. & istam opinionem,quòd fiat extensio de vno casu ad alium,latè probat Crauet.in loco præcitato: & dicit communem esse Gemin. in c. statutum, nu.39.de rescriptis,in sexto. Idem probat Tiraq. in l.si vnquam,vers.libertis, nu.36.& 37. C.de reuocan.donat. dicens extensionem rectè ac validè fieri in ijs quæ a iure abhorrent (quæ alias exorbitantia Doctores vocant) ex eadem vel pari ratione. Idem Rogerius in tract.de interpretatione iuris,§.3. Idem Arius Pinellus in rubrica C.de bonis maternis,2.par.nu.27. vt refert Emanuel Soarez in Thesauro commun.opin. in versic. extensio, nu.236. qui ad verbum se subscripsit quoque præsenti fallentiæ, ibid. nu.238. Idem docuit Bursatus in conf.93.nu.14.lib.1.vt refert Hyppolitus Bonacossa in suo Thesauro commun.opinio.vers.extensio, in fine. Idem docuit Paulus de Castro in Authent.quas actiones,num.8. in vers.in glo.ibi. Item C.de sacrosanct.Eccles.& in l.fin.C.de indicta viduitate,in l.quamuis,in fine,C.de fideicommis.& in l.si vero,§.de viro,ff.soluto matrim. Panormitanus in cap.fin.col.2. in glos.in vers.super, extra de rescriptis, & in cap.nihil. extra de elect. Iason in Authent.quas actiones,C.de sacrosanctis Eccles.nu.17.& in l.de quibus.ff.de legibus.Idem docuit Alex.de Imola in suo conf.17. volum. 3.incip.ponderatis his,quæ in themate narrantur.vbi notanter dicit,quòd tex.in cap.cum esses.extr.de testamentis, quod venit ad correctionem iuris ciuilis requirentis,in testamento septem testes,extenditur ad casum illud, quando conditum sit testamentum in terris Ecclesiæ, coram quatuor testibus absque Presbytero Parochiali, ex quo ratio scripta in dicto cap.cùm esses,scilicet quòd in ore duorum,vel trium testiū stet omne verbū, ita benè militat in vno casu sicut in alio : & hoc etiam de mente Specul.in tit.de instrumen.edit. §.compendiosè,in versi. Item per ius Canonicum:quod est singulariter notandum, & noranter dixit [In terris Ecclesię:] quia,nam in terris Imperij ius ciuile manet incorrectum,vt volunt Ioan.And. Cardinalis,Ancharanus,& Io.de Imo.in dicto c.cum esses. Idem docuit Bossius in sua Pract.crimin.tit. de pœnis,nu.13.sequens Decium in dicta regula tactum suum,§.in pœnalibus, vnà cum suis limitationibus, in quarum septima probat pręsentem nostram fallentiam. Probatur & tertio præsens fallentia per hanc rationem, videlicet: Cùm enim, (secundum supra citatos Doctores) vbi ratio aliqua est expressa in lege,vel canone pœnali corrigente,tunc non dicatur (propriè loquendo) fieri extensionem ab homine : sed quòd lex ipsa loquatur in casu habente eandem rationem, eò quòd ratio legis,& mens legis idem sit,vt sæpius fuit probatum. Nam ex ratione legis colligitur mens ipsiusmet legis,vt in l.cum mulier. ff.solut. matrim. vt apertissimè ibidem Doctores notauerunt; & signanter Raphael Cuman.Ioannes de Imol.& Paulus de Castro, & ferè omnes alij Doctores citati in probationem præsentis fallentiæ, & est bonus text.in l.nominis & rei, §.legibus. ff. de verb.sign. inde palàm sit veritas præsentis fallentiæ. Etsi verissima sit præsens nostra fallentia : Posset nihilominus quis insurgere contra eam, fultus authoritate Nicolai Euerardi in sua Topica iuris,cap.de loco a ratione legis ad extensionem ipsius legis, nu.24.vers.sed danda nunc est declaratio. vbi nititur ipse probare oppositum,dicens,quòd etsi verissima sit hęc fallentia in legibus correctorijs tantùm,vel in pœnalibus tantùm. Nihilominus falsa erit in legibus,seu constitutionibus pœnalibus,& correctorijs simul,& hoc ipse probare nititur auctoritate nonnullorum Doctorum: inter quos est Philippus Francus in cap.1.de temp. ordin.in sexto,& Ant.de Butr.in cap.fina.extra de consuetud. Attamen pace tanti Doctores dixerim, contrariū patuit ex præcisis verbis primo ipsiusmet Philippus Francus,recensitis a me ad verbum paulò ante in probationis præsentis fallentiæ: etsi non negemus ipsum Philippum in d.cap.1.nu.7. in vers. quartò limita.dixisse,ꝙ in fauorem animæ etiam correctiuis, & in pœnalibus fieri possit extensio secundum Bart.in l.sacramenta publica, C.si aduersus vendit.& ipsum Francum ibidem addidisse hæc verba,videlicet: Et prædicta vera, nisi constitutio esset pęnalis & correctoria simul,quia tūc etiam fauore animæ non fieret extensio : & quòd hæc eadē verba ipse protulerit recitatiuè, ex alijs & non ex se talem sententiam approbanda colligitur apertissimè ex verbis ipsius inibi subsequentibus, videlicet: Vt videtur velle, glo. in versic.in eisdem in Clem. vt hi,qui. De ætate, & qualitate ordin. de quo tamen hic per Dominicum dicentem: ad illam gl.posset responderi: quòd licèt fiat extensio ex lata significatione,vt ibi , tamen nō fit ex latissima.hæc ille. Ex quibus omnibus emicuit ipsum non præstitisse assensum sententiæ dictæ gl. vt arbitratus fuit Euerardus, vbi supra, sed potius Dominico a Sancto Geminiano, qui ibidem dixit in dicto cap.1. col.3.in versic. fallit primò, in fine, dicens, quòd ibi non fiat extensio de latissima significatione,sed ad latam:& hoc dixit impugnando glo. prædictam, sed quia Euerardus loco citato dixerat hoc ipsum docuisse Antonium de

Butr.

Butr. in cap. fin. ext. de consuet. in prima fallentia, & contra hoc etiam insurgere studebo, vt veritas præsentis nostræ fallentiæ magis elucescat. Sciendum igitur, quòd licèt aliquantulum obscurè processerit circa hanc fallentiæ materiam ipse Antonius de Butrio ibi. Nihilominus benè ponderanti verba ipsius, statim apparebit ipsum se subscripsisse præsenti fallentiæ. Nam his verbis vsus fuit ibi concludendo, videlicet: Hæc vera in quantum a maioritate, vel paritate rationis fit extēsio, vbi non sunt pœnalia, & correctoria simul. Idem est vbi sunt pœnalia, & correctoria simul, & fortiùs vbi sunt pœnalia, & correctoria: & sic debet intelligi Ioannes Andreas in regula odia. de reg. iur. in sexto, prædicta firmat Paulus in Clem. 1. in vers. eligatur de elect. dicēs. Quòd in electione statutum extendatur ad aliam prouisionem: quia nō differunt in lata significatione, & quia cùm tendant ad eundem effectū. sic intelligi glo. in Clem. vt hi, qui. de ætate, & qualitate, in vers. in eisdem, vbi statutum pœnale in Canonicis, & Capitulis in Ecclesijs non extenditur ad principales Præfatos: licèt de latissima significatione Prælatus dicatur in Ecclesia: quia correctorium simul non sic extenditur, & notanter ibi dicit glos. extenderetur tamen ad latam, & cōmunem verbi significationem: & maximè extenditur ad latissimam, quando est fauorabilis animæ, licèt præiudicialis in rebus, vt notat Bart. in Authen. sacramenta. C. si aduersus venditor. vbi vult extendi illam Authen. ex identitate rationis ad iuramenta super cōtractibus, non vltrò citroq; obligatorijs, & quasi contractibus, & etiam iudicijs, in quibus quasi contrahitur: licèt Authen. loquatur de contractibus, ad hoc glo. in c. omnes, in versic. Apostolicæ, extra de ferijs, vbi feriæ contra ius in Apostolis ex maioritate rationis extenduntur ad Beatissimā Virginem Mariam. Ad hæc glo. in cap. 1. extra de rerum permut. hæc omnia ad verbum protulit, ac docuit Antonius de Butrio vbi supra, ex quibus omnibus potuit ipsum quàm libentissimè se subscripsisse præsenti primæ fallentiæ, & quòd in ipsa diximus, quòd quando ratio est scripta in lege, vel canone pœnali corrigente, tunc licita esset extēsio ex maioritate, vel identitate rationis, etiam in casu non expresso, quasi sint a iure parificata, quando talis rationis identitas, vel maioritas viget in dicto casu, & ipse Antonius sequens Bar. vbi supra, paulò antè dixerat, quòd extendatur Authen. sacramenta. C. si aduersus vendit. quæ est pœnalis, & correctoria etiam ex identitate rationis, ex quibus patuit, quòd Euerardus non ponderauerit omnia verba ipsius Antonij, sed solum prima, cùm ipsemet Antonius idem docuit (vt supra retulimus) quando adest maioritas rationis.

Ad alios Doctores, quos pro se recensuit Euerardus vbi supra, sigillatim non respondebimus: cùm ex dictis in responsione ad sententiam Philippi Franchi, & Antonij de Butrio, colligatur responsio.

Præcedens prima fallentia iam probata recipit nonnullas limitationes, quarum prima hæc est, scilicet, quòd ipsa procedit & locum habet quan-

42 do lex pœnalis, † & correctoria non loqueretur taxatiuè, vel per dictionem taxatiuam: nam si loqueretur taxatiuè, tunc etiam si haberet rationem scriptam, in constitutionem non possemus arguere ab identitate, vel maioritate rationis similis illi rationi expressæ in dicta l. pœnali & correctoria: & hoc quando per aliam legem non appareret facta extensio ad alium casum similem, quia tunc dicta lex pœnalis & correctoria simul loquēs taxatiuè, extenderetur ad tales casus inibi nō expressos, hæc limitatio tum & hoc quādo per aliam legem non appareret facta extensio ad limitatio. probatur triplici medio. Primò enim per argumentum in l. 2. C. de patribus, qui fil. distr. poss. vbi hæc habentur, videlicet: [Si quis propter nimiam paupertatem, egestatemq; victus causa filium, filiamve sanguinolentus vendiderit, venditione in hoc tantummodo casu valente, emptor obtinendi eius seruitij habeat facultatem, liceat autem ipsi, qui vendidit, vel qui alienatus est, aut cuilibet alij ad ingenuitatem eum propriam repetere, modò si aut pretium offerat, quod potest valere, aut mancipium pro eiusmodi præstet.] hæc ibi. Dixi probari præsentem limitationem per argumentum in dicta l. quamuis explicitè, & ad verbum inibi nō contineatur series verborum præsentis limitationis, benè tamen implicitè secundum ipsius sententiam: pro eo, quòd dicta lex est pœnalis (vt patet ad sensum, implicitè iubendo talibus filijs priuari sua libertate: & non solum pœnalis, verum etiam est & correctoria: eo quòd per ipsam fuit correcta, l. 1. C. eodem, vbi hæc habentur, videlicet: [Liberos a parētibus neque venditionis, neque donationis titulo, neque pignoris iure, aut alio quolibet modo, nec sub prætextu ignorantię accipientis, in alium transferri posse, manifesti iuris est.] hæc in dicta l. 1. & quòd hęc l. 1. fuerit correcta iam patuit ex contextu verborum dictæ l. 2. cum in dicta l. 1. fuerit prohibita vnaquæque species alienationis proprij filij, & in l. 2. fuerit concessa in casu necessitatis: & quòd dicta lex secunda pœnalis correctoria loquuta fuerit per dictionem taxatiuam, iam patuit per allatam & inibi insertam dictionem [tantummodo] in recitatione verborum dictæ l. 2. & quòd vera sit interpretatio dictæ l. 2. a nobis tradita, qua diximus probari præsentem limitationem, probatur per text. in cap. in argumentum. de reg. iur. in sexto, vbi hæc habentur, videlicet: [In argumentum trahi nequeunt, quæ propter necessitatem aliquando sunt concessa.] Probatur & secundo præsens limitatio Doctorum sententia: sciendum igitur, ꝙ Dynus in dicto cap. in argumentum. in hue, infrascriptis verbis se subscripsit præsenti nostrę limitationi, videlicet: Sed credēdum est, quod nominatim non reperitur prohibitum ad consequentiam trahi, quòd trahere liceat, vbi eadem, vel maior causa necessitatis subest: cum ea, quæ conueniunt in identitate rationis non debeant separari secundum constitutionem iuris, vt dictum est, sed l. 2. C. de patri. qui fili. distra. restringit concessionē, cum dicit: [in hoc tantummodo casu,] & ideo non licèt trahere in argumentum, licèt similis causa subesse reperiatur: quia reperitur expressa prohibitio. hæc ille. qui tacitè voluit, quòd secus esset dicendum, si per aliam legem reperiatur factā fuisse extensionem ad casum similem, vt ex verbis ipsius elicitur arguendo a contrario sensu, & Dynum sequutus fuit Bart. in l. si constante, nu. 43. ff. soluto matrim. & idem confirmans dicit, aut per extensionem induceretur correctio, & nō potest, vt in Authen. quas actiones. C. de sacrosan. Eccles. & in l. pręcipimus, in fin. C. de appellat. Aut legum declara-

declaratio, sine distinctio, & tunc potest fieri, vt hic, aut in l. essent verba taxatiua, aut non: si primo, & tunc erit subdistinguendum: aut per aliam legem apparet de extensione, aut non: si primo, & tunc fit extensio: si secundo, scilicet si non apparet per aliam legem de extensione facta: & tūc rursus subdistinguendum erit: quòd aut lex est prolata in casu fauorabili, aut odioso: si in casu fauorabili, tunc lex extendetur, vt in l. illud. C. de sacrosanctis Ecclesijs, Authent. si in casu odioso, & tunc non extendetur, vt in dicta l. 2. C. de patri. qui fili. distra. & quod notat Dynus in cap. in argumentum, de reg. iur. in sexto. hęc omnia Bartolus volens declarare mentem ipsius Dyni, vbi supra. Idem docuit Bal. & Ias. in Authent. quas actiones. cap. 17. vers. sed. C. de sacrosanctis Ecclesijs, post Guil. de Cu. & Cyn. in additione, (vnum est.) Ibidem: quos referet, & sequitur Nicolaus Euerardus in tract. de locis Topicis iuris. cap. 1. locus a ratione legis, nu. 25. Idem docuit Philippus Francus in cap. constitutionem. nu. 6. in vers. secundò procedit, nisi ipsa extensio fuisset prohibita: qui & probat veram limitationis particulam illam, [& hoc quando non appareret per aliam legem facta extensio ad alium casum similem.] Idem rursus docuit Bart. in l. ob æs alienum, nume. 2. C. de prædijs, & alijs rebus minorum, dicens, nota ergo, ꝙ licet in l. sit dictio taxatiua, tamen extenditur ad alios casus similes virtute aliarū legum. hæc ille. quasi diceret: si aliæ leges haberentur. Idem docuerunt infrascriptæ Glos. notabiles, videlicet Glos. in l. Ita nobis cord. in versic. quinquennij. C. ad l. Iuliam, de adulterijs. Glos. in dicta l. ob æs alienum, in versic. alienum tantum. & Glos. in l. 2. in versic. vendiderit. C. de patri. qui filios distra. & ibidem Bart. & reliqui Iuristæ. Idem docuit Petrus de Anchar. in dicto cap. constitutionem, columna secunda, in principio, sequens doctrinam Bartoli, qui Anchar. idem rursus docuit in capit. Canonum statuta. colum. 20. in versic. Baldus tamen in dicta l. fin. (sequens sententiam Bald. ita dicentis in l. fina. C. de sacrosanctis Eccles.) extra de constitutionibus. Probatur tertio hac ratione, videlicet: Cùm enim dictio taxatiua negationem inducat in casibus non expressis in lege continente taxationem dictionem: Inde ergo sequitur apertissimè, quòd vbi huiusmodi dictio ponitur in lege correctoria, & pœnali, non fiat inibi extensio, nisi extensio per aliam legem facta fuisset, vt in nostra limitatione diximus.

Secundò, dicta prima fallentia limitatur, dicendo ipsam primam fallentiam veram esse, quando
43 in dicta l. pœnali correctoria † esset expressa ratio finalis: quia tunc extendi posset: secus tamen si expressa inibi esset ratio impulsiua: quia tunc non extenderetur ad alium casum, in quo militaret eadem ratio: & dicitur ratio impulsiua, quando decisio legis est magis generalis, quàm sit ratio: tunc enim, quia ratio generaliter non militat; patet rationem esse impulsiuam, & non finalem: quando vero ratio est generalior deci-
44 sione, vel æquè generalis: † tunc ratio dicenda erit finalis, & non impulsiua, vt docuerunt Bald. in l. generaliter. C. de Episcopis, & clericis, & Bal. in Extrauag. ad reprimendum. in versic. absentia, & commemorat Iason in Authent. quas actiones, colum. 4. num. 18. versic. quod autem illa dicatur. C. de sacrosanctis Eccles. & facit quod habetur per Bart. & Ioan. de Imo. in l. 2. §. fina. ff. de donationibus, hęc limitatio probatur Doctorum auctoritate. Nam hoc etiam docuit Mathes. in suo lib. extensionum, in princ. versic. fallit primo, his verbis vtens, videlicet: Quando finalis ratio dicendi esset expressa in textu, quia tunc vbicunque habet locum illa ratio, habet locum & correctoria iuris dispositio, nec dicitur ista extensio, quia hæc decisio apparet ex materia legis comprehensa sub verbis generalibus ipsius legis: secus autem diceretur si esset in textu expressa ratio impulsiua, quia per illam non posset fieri extensio: nam si textus pœnalis non correctiuus non potest extendi ad casum similem, in quo habet locum ratio impulsiua, sicut in casu expresso in textu, multo minus extenditur ius correctorium. Idem docuit Cur. iun. in cons. 244. nu. 21. in 3. volum. dicens, quòd constitutio, quamuis pœnalis etiam exorbitans, & correctoria, quæ operatur effectum suum in casu expresso, extenditur etiam ad omnes alios casus, in quibus versetur idem fauor animæ: & vbi ratio in constitutione est generalis, licet decisio sit specialis, fit extensio ad omnes casus, ad quos generalis ratio adaptatur, vt est cōis opinio. hæc ille. cuius sententiam refert Hyppolitus Bonacossa in Thesauro commu. opin. in verf. extensio. Idem docuit Panor. in cap. fin. nu. 11. extra de rescriptis. & idem docuerunt omnes alij Doctores, atque iura citata per me in probationem falletiæ tertię præsentis conclusionis, arguendo a fortiori: cum ibi fuerit probatum, ꝙ poterit extendi constitutio pœnalis correctoria ad casum non ibi expressum propter rationem finalem, & indubitatam, ac præsumptam ipsius constitutionis, etiam si ipsa ratio finalis inibi expressa non sit ad limites, tamen illius rationis sit indubitatæ.

Tertiò limitatur dicta fallentia prima: intelligendo ipsam veram, nisi alia ratio non scripta in
45 lege, vel Canone † pœnali correctoria suaderet extensionem nullatenus faciendam propter diuersitatem rationis, quę vtilitaret in alio correlatiuorum fore; loquente indefinitè, & ponentem generalem rationem suaderet extensionem nullatenus faciendam fore in aliquo casu particulari simili, & idem dicendum esset si huiusmodi lex specificè disponeret in certo casu cum ratione: quia nec tunc deberet attēdi ratio, sed dispositum solummodo: Nam ex hoc deprehenderetur, quòd in dicto casu nō militaret omnino eadem ratio, quæ in casu expresso, & sic non posset fieri extensio ad dictum casum. Hæc limitatio probatur per argum. in c. constitutio. de elect. in sexto, vbi hæc habentur, videlicet: [Constitutio fęlicis recordationis Gregorij Papæ prædecessoris nostri, edita in Concilio Lugdunensi, formam exprimens secundum quam ab his (qui in electionibus, postulationibus, aut prouisionibus se opponunt) debeat appellari: locum sibi non vendicat, nisi solùm, cum in eis extra iudicium appellatur: quando vero in iudicijs, in huiusmodi negotijs appellari contingit: anteriora iura (cum per eam immutata non fuerint) obseruari oportet.] hæc ibi. Dixi probari per argumentum in dicto capitulo constitutio: quoniam etsi explicitè dicta limitatio non habeatur inibi: benè tamen implicitè: eo quòd ipse Bonifacius Octauus conditor dicti Canonis inibi declarauerit constitutionem Gregorij Decimi canonizatam in capitulo vt circa ele-

ctiones, eodem titulo, & lib. asserens, quòd ipsa non comprehenderit, nisi appellationes ab electionibus, postulationibus, aut prouisionibus extraiudicialiter factas; & non reddit rationem, quare non debeat dicta constitutio dicti capit. vt circa, extendi ad appellationes factas in iudicio, etsi videretur militare eandem rationem: cum ratio, qua motus fuit ipse Gregorius Decimus ęquè militet in appellatione facta in iudicio: nam ipse Gregorius ratione huiusmodi constitutionis esse expressit inibi, (. vt viam malitijs præcluderet, his verbis vtens, videlicet: [Vt circa electiones, & postulationes, & prouisiones Ecclesiasticas, viā malitijs, prout est possibile, præcludamus, ne diutius vacent Ecclesiæ, &c.] & cùm eadem ratio militet in appellationibus iudicialibus, quæ in extraiudicialibus, vt per se patet supra, vt diximus, eò quòd eodem modo præcluderetur via malitijs, immo videtur adesse locum arguendi a fortiori: inde sequitur veritas præsentis limitationis. Nam quis ignorat, quòd quo ad litium expeditionem plures malitiæ intersint in iudicijs, quàm extra iudicia, & facilius obuiari possit impedimentis electionum, &c. extraiudicialiter, quam iudicialiter; eò magis, quòd in dicto capitulo, vt circa. nulla fit mentio de appellationibus iudicialibus, vel extraiudicialibus. Nam ille Canon indifferentibus, & generalibus vtitur vocabulis, [edicto perpetuo prouidemus, vt si quando aliqui electionibus, postulationibus, vel prouisionibus se opponunt, proponenda aliqua contra electionis, postulationis, vel prouisionis formam, aut personas eligentium, vel electi, siue illius, cui erat prouisio facienda, siue facta: & propter hoc contingerit appellari: appellantes in instrumento publico, seu literis super appellatione confectis, omnia & singula exprimant, quæ in formam intendunt obijcere coram personis authenticis, aut persona, quæ super hoc testimonium perhibeatur veritati: corporali præstito iuramento, quòd credunt ea quæ sic exprimunt esse vera, & se posse probare, &cæt.] tamen ne extenderetur huiusmodi pœnalis, ac correctoria constitutio hac de causa, ipse Bonifacius voluit declarare mentem dictæ Constitutionis, quæ videbatur dubia, etsi potuisset peroptimè colligi ex verbis illis inibi insertis, videlicet: [Coram personis authenticis, aut persona, quæ super hoc testimonium perhibeat, &cæt.] Ex quibus patet Legislatorem loqui de appellationibus extraiudicialibus; cùm nulli dubium esse possit id, quod fit in iudicio, dicatur fieri coram personis authenticis: ne igitur extenderetur dicta constitutio pœnalis, & correctoria vltra intentionem dicti Gregorij latoris dicti Canonis, ratione maioris efficaciæ, & momenti fuit prohibita extensio ad appellationem faciendam in iudicio, per dictum capitulum constitutio. licèt videretur militandam fore eandem rationem in appellatione facienda iudicialiter, & in appellatione facienda extra iudicium. Nam etsi ratio expressa in dicto capitu. vt circa. bona fit, scilicet, [vt præcluderetur via malitijs,] tamen alia ratio, scilicet, quia maiora, & paratiora remedia habemus in iudicio, quàm extra iudicium ad nobis consulendum in tali negotio: Idcirco dicta constitutio intelligenda nō esset generaliter, vt sonat ipsa ratio expressa in lege: quapropter patet, q̃ veritas nostræ limitationis eliciatur ex dicto cap. constitutio. Idem probatur per argumentum in l. præcipimus ex appellationibus, in fine. C. de appellat. vbi hæc habetur, videlicet: [Quicquid autem hac lege specialiter nō videtur expressum, id veterum legum, constitutionumque regulæ omnes relictum intelligant.] Idem probatur per argum. in l. quod vero, & in l. ius singulare. ff. de legibus. Nam in d. l. quod hæc habentur, videlicet: Quod vero contra rationem iuris receptum est, non est producendum ad consequentias, & in dicta l. ius singulare. hæc habentur, videlicet: [Ius singulare est, quod contra tenorem rationis propter aliquam vtilitatem auctoritate cōstituentium introductum est.] Dixi probari nostram limitationem per argumentum in dictis iuribus; quoniam ex ipsis elicitur, quòd id quod contra efficaciorem rationem expressam iuris non poterit extendi ad ea, quæ sub tali ratione non comprehenditur, vt etiam docuit Bartolus loco infra citando, probatur quoque per argumentum in l. fin. C. de rescinden. vendit. vbi hęc habentur, [vestium auri, & argenti, seu mancipiorum coemendorum, si quando priuatis nostris ea contingerit venundari; Palatini sciant sibi copiam denegatam, pœnas in eos amissionis pretij exercenda. hæc ibi. Dixi probari per argumentum in dicta l. quoniam re vera argumentum vacat ab identitate rationis. sicut ergo mouit Imperatorem ratio diuersa prohibendi Palatini, & non alijs emptionem talium: & noluit venditores puniendos inde fore, cum non adsit in eis eadem ratio. sic, & in quocumque negotio, in quo correlatiua habeant ad inuicem diuersitatem rationis prohibitionis, ne illi ostenderent minace feruorem in emendo, cum essent proceres palatij Imperatoris, vt bene Glosa ibidem in versic. Palatini, docuit probando, & secundo præsens limitatio Doctorum auctoritate. Glosa enim prima in dicto capitulo constitutio, dicit, quòd ex quo tex. in dicto capit. vt circa. generaliter fuerit loquutus allegans rationem generalem, dicendo: [vt via malitijs præcludatur,] nonnulli Doctores ipsum textum militare asserebant tam in appellationibus iudicialiter factis, quàm extraiudicialiter: idcirco hac ratione motus Papa Bonifacius hoc declarauit, tacitè innuendo rationem differentiæ esse, quia (vt ipsa Glos. ibi dicit) magis habemus parata remedia in iudicio, quàm extra iudicium; & ideo maior fuit extra iudicium adhibenda clausula. hæc Glos. illa etsi non omnia prædicta verba protulerit ad verbum, licèt in sententia, illa omnia dixerint: ex quibus Dominicus a Sancto Geminiano ibidem elicit, quòd d. Glos. expressè velit, q̃ constitutio exorbitans non extendatur ad illa, quæ possent includi sub verbis in lege expressis; quando alia ratio, quam expressa suadet constitutionem non intelligi generaliter, vt sonat ratio expressa in lege: hæc ille. Idem elegantissimè docuit Ioannes de Imola in dicto capitulo constitutio. (vt refert ibidem Geminianus) vtens hac optima distinctione expressa in nostra limitatione, videlicet: Aut lex loquitur indefinitè, & ponit rationem, nec habet aliam rationem quæ suadeat oppositum; & tunc extenditur ad comprehensa sub dicta ratione, vt notat Glosa super Clementinam primam, in versicu. eligatur, eodem tit. aut alia ratio, quàm expressa suadet, quòd non extendatur ad omnia comprehensa

hensa sub illa ratione, & non extenditur, vt voluit hic Glos. & facit glo. in versic. Prælatum, in dicta Clementina prima. Aut lex specificè disponit in dicto casu cum ratione generali: & tunc nõ debet attendi ratio, sed dispositio tantum, ex quo lex est exorbitans.arg.eorum, quæ notantur in Authent.quas actiones.C.de sacrosanctis Eccles.hæc ille. Idem docuit Paul. de Castro in l.fin.nume.4. C.de indicta viduitate tollen. dicens, quòd si statutum imponat pœnam vendentibus bladum, nisi in platea, etiam ipse emptor talem pœnam incurreret: quia non potest dici venditor sine emptore, vt in columna prima, C. de cupressis. libro vndecimo, & hoc nisi subsit diuersa ratio, vt in l. fina. ff.de rescinden. vendit. Idem prorsus docuit Iason in dicta l. fina. columna tertia, numero 18. versic. tertia conclusio, vbi multis auctoritatibus Doctorum, & exemplis hoc probat. Idem docuit Antonius Gabriel in tracta.condu.libro sexto, tital.de legibus, & constitu. conclusione tertia, numero secundo, versic.primò refertur, & latius ibidem rursus, nume.5 t. primò limita principaliter. Idem docuit Ioannes Andreas in dicto c.constitutio, cum se subscripserit ibi sentétiæ Glosæ eiusdem. cap. constitutionis. Idem docuit Philippus Franeus in dicto capitulo constitutio. se subscribens omnibus clausulis, seu particulis præsentis nostræ limitationis ferè ad verbum. Idem docuit Bartolus in l. fina. numero secundo, C. de indicta viduitate toll. vbi his vsus fuit verbis, videlicet: Semel dixi in quęstione de facto dicebat statutum Pisarum, quòd nulli liceat vendere frumentum, nisi in platea, sub certa pœna: de emptore nihil dicebatur: quæro vtrum puniatur emptor? Ego dico in istis correlatiuis, quod statuitur in vno, videtur statutum in alio, vt hic, & in alijs legibus allegatis, pro hoc facit.l.2.C.de cupress.libro vndecimo, vbi videtur casus: prædicta sunt vera, nisi diuersa sit ratio emptionis, & venditionis.hæc ille. in l.si verò, §.de viro, numero primo, ff. soluto matrimonio, probans per dictas leges Imperatorias, quòd quando lex prouidet aliquid contra ius commune, illa lex non extenditur vltra id, quod in ipsa exprimitur, vt docet expressè tex. in l.pręcipimus, in fine. C.de appellat. & in l.quod vero, & in l. ius singulare: & addidit ibidem Bartolus opponendo, & respódendo, dicens, quòd id quod dicitur de viro extendi debet ad socerum, vt in l. diuortio, §.interdum.ff.eo.idest, soluto matrimonio, cum eadem sit ratio, ergo idem ius: sed respondetur, quòd non est eadem æquitas in socero, quæ est in viro. hæc ille. Ex quibus elicitur apertissimè ipsum se subscripsisse præsenti limitationi. Idem docuit Euerardus, vbi supra, nume.26. qui idem refert docuisse Ioan. de Imol.in l. si vero, §. de viro. ff.soluto matrimonio, & Salycetus in repet. l.2. ff. de donatio. pro maiori autem intelligentia eorum, quæ circa præsentem limitationem dicta fuerunt memoriæ commendandum erit id, quod elegantissimè docuit Corsetus in repertorio Panormitani, in versicul. expressio, his verbis vtens, videlicet: Vbi requiritur expressa mentio,
45 † verba vniuersalia illum casum non includunt, vt docuit textus in capitulo secundo, de præben. in sexto, & in cap. quia periculosum, (& ibi Geminianus) de sentent.excommunic. in sexto, Bartolus in l.prima, ff.si quis in ius vocat.non ierit, & in l.1. columna secunda, ff.de vulgari, & pupillari, vbi dixit, quòd expressum dicatur tribus mo-
47 dis. † Primo pro eo, quòd in genere dicitur, vt in l.fin.in fine.C.quod cum eo, & ibi not. Secundo modo dicitur expressum, quod specialiter exprimitur, vt in l.1. §.inter filium. ff. ad l. Corn. de fal. & in dicta l. fina. secundum aliam expositionem. Tertio modo illud dicitur expressum, quòd singulariter & per proprium nomen exprimitur, vt in l.quod in rerum, §.fina. ff. de legatis primo, & ibi Glo.parua. hæc ille. Animaduertendum insuper, quòd veritati præsentis tertiæ limitationis summopere deseruiunt & infrascripta, & primo illud, quod docuit Bartolus in l.multum interest, circa medium.ff.de verborum obligatione, vbi di
48 xit, quòd si statutum † prohibeat forensem emere bona stabilia in territorio, non tamen intelligitur prohibere ne vendat, quia diuersa ratio est. Cuius sententiæ astipulantur Ludouicus Romanus, & alij post eum in eadem l. multum. Secundo ad idem facit, quòd singulariter docuit Bald. in l. duodecim tabularum. in fine. C. de legibus hæred. vbi determinat, quòd statutum excludens sororem a successione fratris, non habet locum è
49 contra, quia diuersa ratio † militat in vtrisque, nempe in fratre fauor agnationis, & familiæ, quod non reperitur in sorore, ne bona exirent familiam: quæ cessat è contra. Nam dato vno inconuenienti, non debebit dari aliud, & ipse Bal. astipulati fuerunt ferè ad verbum Paulus de Castro in dicta l. duodecim tabularum, numero tertio, versic.si enim statutum. Idem docuit Alexander in l.inter stipulantem, §.sacra, nume.5. versic. Item facit an statutum.ff.de verborum obligatio. Idem Anchar. in cap. 1. vlterius quæro statutum ponit.extra de constit. versic.saluari tamen.Idem docuit Iason in l.fina.columna secunda, num.20. C.de indicta viduitate tollen.sequens Bald.in dicta l.duodecim tabularum, summopere tamen est notandum, quòd etsi videatur prima fronte Iason sibi contrarius, cum in eadem l.fina.col.2. nu.14. versic.decimo facit, quòd not. Bald. concludens, quòd dispositio statuti Parmæ, quo cauetur, quòd maritus non possit vxori relinquere in vltima voluntate, quòd è contra: etiam vxor nón poterit marito relinquere ratione correlationis, militabit etiam in vxore, quæ non poterit aliquid relinquere viro suo, sed tamen cùm de tanto Doctore id suspicari fas non est nobis. Idcirco memorię commendanda erit nobis quædam dicta, circa hoc a Decio vbi supra, pro concordia, & notitia pleniori istius pulcherrimæ materiæ, quę referam infra post sententiam ipsius Decij contra præsentem limitationem. Tertio facit textus in cap. super eo. dę vsur. & ibi in specie Ioannes de Ana. in col.3.& 4. latè hoc examinans, scilicet, quod licet mutuare pecuniam ad vsuram ex parte mutuantis semper sit peccatum, cum hoc fuerit prohibitum de iure Diuino sub præcepto, Non furtum facies: tamen non est semper peccatum ex parte recipientis vsuram, vt quando coactus necessitate aliquid recipit sub mutuo vsurario. & ratio est: quia vtriusque diuersa est ratio. Cùm dans voluntariè dat: recipiens inuoluntariè; eò quòd sibi magis gratum esset mutuum gratis recipere, quàm sub vsuris. Idem confirmauit Panormitanus in cap. 1. colum.fina.versic.sed conclude.de locatu.vt infra ad verbum referam. idipsum docuit Ancharanus in Clem.1.in princ.quæst.3.de vsur.quod & Diuus

Thomas noster Neapolitanus, elegantissime docuit in 22. quæst. 78. articulo fin. & nos latissimè probauimus in nostro tracta. de vsur. quæst. ... per totum, quàm plurimis alijs medijs: quod & docuit quoque Glos. not. in cap. debitores. column. finali, de iureiurando, quam ad hoc ipsum probandum citauit Imo. ibidem, docentes, quòd si debitor iurasset soluere vsuras, debebit illas soluere, eò quòd soluendo non peccet, etsi illas recipiens peccet. Quartò ad hoc etiam facit quod docuit Glos. 3. in capitulo primo, de locato. dicens, quòd pœna illius capituli primi, impostita conducentibus hospitia alijs locata, non habet locum in dominis alijs locantibus, propter diuersitatem rationis. Quintò, ad ipsum probandum facit quod docuerunt Cynus, Angelus, & expressius Salycetus in l. propetandum, §. primo, super glos. in versicu. euacuabitur, non procedit in reo propter diuersitatem rationis. Sextò, idipsum probat quod docuit Ioannes Andreas, & alij in capitulo finali, de testibus, dicentes, quòd ille textus disponens, quòd accusatus de aliquo crimine non possit esse testis contra alium in alia causa criminali, donec primò se purgauerit de illo crimine, de quo est accusatus, non habebit locum è contra in accusatore: quia diuersa est ratio vtriusque. Septimò facit textus in l. secunda, l. Item apud, §. si quis virgines, versic. sponsum. ff. de iniur. & institu. de iniur. §. patitur, & ibi per Doctores, vbi dicitur vxores defendendas a viris, & non è contra: cum iniuria facta viris non dicatur facta vxoribus, etsi iniuria facta vxori, dicatur facta viro: quapropter licèt maritus & vxor sint correlatiua: tamen quia diuersa est ratio vtriusque, idcirco dicta (in hoc casu) de vno eorum nō intelligerur de alio, prout docuit Felinus in Procemio Decretalium, numero duodecimo, versic. ibi quamuis. Idem docuit Antonius de Butrio in capitulo Vniuersitatis, columna secunda, de senten. excommunic. Iason in l. fina. columna quarta, numero vigesimoquinto, versicu. septimo facit textus. C. de indicta viduitate tollenda. Octauò ad hoc idem probandum facit doctrina Baldi, in l. 1. per illum textum, cum Glos. C. de seruo commu. manumitt. vbi notanter dixit, quòd statutum compellens aliquem vendere, non propterea intelligitur, quòd illicò compellat aliquem emere, vel è contra: puta, statutum est Ferrariæ, quòd habens domum paruam iuxta habentem domum amplam, teneatur illam sibi vendere: certè statutum huiusmodi non intelligitur compellere illum emere: & si quis insurgeret, dicendo hoc esse contra text. in l. 1. C. de cupress. libro vndecimo, vbi sicut quis prohibetur vendere, ita intelligitur alius prohibitus emere; & è contra. statim respondebimus cum Bald. in loco præcitato, dicente, quòd hoc ideo ibi fit, quia prohibitio fit respectu rei: ideo vtrumque comprehendit tam emptorem, quàm venditorem: secus si statutum respiciat personam: quia tunc constitutio huiusmodi non egreditur de vna persona ibi recensita, ad aliam, tanquam sit dispositum personale, vt in l. prima, ff. de constitut. princip. hanc Baldi sententiam sequitur Felinus in Procemio Decretalium, columna quarta, numero vndecimo, versiculo simile dicitur. Nonò, & vltimo ad hoc probandum deseruit, quod eleganter docuit Paulus de Castro in l. fina. in principio, nume. 5. versic. vltimo quærit. C. de indicta viduitate tollenda, cui ibidem Iason numero vigesimo octauo, versiculo decimo lacir, astipulatur. Dixit ergo ibi Paulus, si relinquatur viro a sua vxore, vel ab alio extraneo aliquid sub conditione, si non contraxerit secundum matrimonium, an hæc apposita conditio extendatur ad reliquum coniugem non specialiter nominatum, & videtur quòd sic, eadem ratione: quia quod ille statuerat in viro, vel in vxore, censetur statutum in reliquo non expresso: contrarium tamen est verius, cum in altero non eadem ratio militet: cum mulieri viduę magis conueniat abstinere a secundis nuptijs, quàm viro: & plus faciat contra bonos mores mulier secundò contrahendo, quàm vir: cum & ipsa facilius possit sine incommodo abstinere a secundis nuptijs, quàm vir, eo quòd ipse vir non possit vacare regimini domus, & familiæ: quapropter necessariam sibi fore vxorem comprobatur; experientia teste, præsenti quoque limitationi eleganter se subscripsit Iason in dicta l. finali. C. de indicta vidnitate tollenda, recensendo ferè omnia supradicta. Idem rursus docuit in l. 1. columna secunda, numero secundo, versic. hinc est, quòd pœna. in fine, C. de in ius vocando. Idem docuit Felinus in Procemio Decretalium, columna tertia, numero decimo, versic. secundo modo limitantur prædicta. & numero vndecimo, & duodecimo, sequentibus. Idem latè docuit Ancharanus in cap. Canonum statuta, char. 11. extra de constitu. loquens in terminis l. properandum. C. de Iud. & in Authent. qui semel. C. quomodo, & quando Iudex, & quòd ibi Bart. iungendo simul dicta iura. Idem latè docuit Panormitanus in capitulo primo, de locato. propter glos. singul. ibi volentem, quòd pœna. imposita locatori non extendatur ad conductorem: in quo non est eadem ratio: allegatque in fauorem suæ sententiæ textus in Clem. vnica, de consanguinit. & affinit. iuncta glos. in versicu. contrahentes, vbi apponit pœnam contrahenti cum Moniali, & statim addit pœnam ipsi Moniali contrahenti, quasi pœna apposita in masculo, non extendatur ad ipsam fœminam contrahentem: hæc Panormitanus: cuius sententia potius erit interrogatiuè, seu dubitatiuè, quàm assertiuè: cum ibi tex. repetierit pœnam in fœmina maioris declarationis gratia: non, quòd aliàs posset verificari dicta regula, pro cuius veritatis maiori intelligentia, vide quæ dicam infra in quæstionibus subsequentibus, cum ibi probaturus sim hoc latius. Necnon scias, quòd ipsemet Panormitanus ibidem, idipsum se sentijsse patefecit apertissimè statim post prædicta subdens infrascripta, videlicet: Sed concludo, quòd aut non est eadem ratio in altero ex correlatiuis, & non debet eadem pœna extendi, vt patet ex not. in capitulo super eo, de vsur. Nam pœna apponitur danti ad vsuram, quæ non intelligitur repetita in accipiente: quia non est eadem ratio: vt ibi not. sic voluit Bart. in dicta l. vltima, vnde in dicto casu nostro diceremus, quòd non est eadem ratio in locatore, quæ est in conductore: quia Scholares inter se debent humaniùs se habere: & certant ipsi de lucro captando: & quandoque conducunt a te tempus hospitium in alterius odium: sed locator certat de damno vitādo: quia vult locare rem suā in tempore legitimo, nec facit in odium, nec ita astrictius sicut Scholares inter se: & sic intelligo (inquit

(inquit ibidem Panormitanus) opiuionem illorum, qui voluerunt dicere istam Decretalem extendi ad locatores, propter Theoricam Bartoli. Ad idem probandum summoperè deseruit, quod rursus docuit Felinus in dicto Proœmio Decretalium, columna tertia, numero vndecimo, versiculo simile dicitur, dicens: Simile dicitur de pœna adulterij, vt non procedat in adultera cognitam per vim, licèt sit correlatiua: vt per glos. in capitulo debitores. de iureiurando, & ibi per Imolam. Sciendum insuper, quòd præsenti nostræ limitationi se subscripserunt & infrascripti alij Doctores, videlicet: Glos. fina. in l. fina. C. de rescindenda vendit. Angelus, & Salicet. in l. fina. C. de indicta viduitate tollen. Petrus de Ancharan. in capitulo primo, columna prima, versiculo, vnde si aliquis. de constitu. Idem docuit Nicolaus Arelat. in tractatu de hæretic. in notab. 47. dicens, Tu scis, quòd semiplenè probanti defertur iuramentum necessarium in supplementum probationis, vt in l. admonendi. ff. de iureiurando, & in l. in bonæ fidei. C. de rebus credit. tamen hæretico, vel infideli semiplenè probanti contra Catholicum, & Christiannm non defertur iuramentum in supplementum semiplenę probationis: & tamen è contra Christiano Catholico coutra Iudæum, hæreticnm, vel infidelem defertur tale iuramentum, prout elicitur ex Bal. in l. qui accusare, C. de eden. & pro Ludouic. Romano in dicta l. admonendi. & Canon. in cap. fina. de iureiurando. Ratio autem diuersitatis ex prædictorum doctrina colligitur, quia tale iuramentum personæ dandum erit, de cuius æquitate, & legalitate meritò non possit dubitari, vt communiter sunt Catholici, quæ tamen qualitas in hæreticis, vel infidelibus non ita erit speranda. Idem docuit Nellus in tracta. bannit. in secunda parte secundi tempor. quæst. 40. his verbis vtens, videlicet: Licèt dispositum in vno ex correlatiuis, vt est vir, & vxor tradatur ad aliud: tamen illud verum est, quando sumus iu eodem statu, non autem ex diuerso: & ideo licet ex banno vxoris expellatur, non tamen ex banno viri debet expelli vxor, saltem quia diuersa est ratio. Non enim potest vxor detinere virum a delinquendi, sicut vir vxorem, vt in l. 1. §. quæ onerandæ, ff. qua. rer. act. non da. & quod not. in l. si vxorem. ff. de condit. infer. cum simil. hæc Nellus. præsenti quoque limitationi se subscripsit Decius in l. 1. columna tertia, numero octauo, versic. saluari tamen potest. C. de in ius vocando, vbi dicit sententiam Baldi relatam supra a me in secundo notabili dicto, quòd facit in fauorem præsentis limitationis, posse verificari quando statutum habuisset respectum ad agnationem, vt bona remanerent in familia, & quòd ita illud dictum declarat in rubrica, ff. de acquirenda possessione. (Socinus & reuera ita docuit ipse Socinus vbi supra, num. 12. & 13. asserens, quòd alias esset statutum iniquum, vt frater succedat sorori, & soror non fratri, & quòd hoc intelligatur stantibus agnatis.) Quapropter idem esset dicendum de statuto Parmensi, si appareret, quòd statutum voluisset fauere marito magis, quàm vxori, vt inuitaretur ad matrimonium: tunc statutum in marito non haberet locum in vxore propter rationem particularem, quæ respicit personam mariti: quia etiam in correlatiuis, quando dispositio respicit vnam personam, non trahitur ad aliam. hæc ibi Decius, subdens ibidem, nu. 11. & 12. versic. & ex supradictis præsenti limitationi se subscripsisse Aretinus in consil. 131. habito Senis, & incip. consultissime Domine Collateralis, his præcisis verbis vtens, videlicet: Et ex prædictis infertur ad quæstionem, in qua Aretinus Senis consuluit. Nam vbi magna pœna imponitur offendenti illud, qui fuit de prioribus dictæ ciuitatis, (quem ibi vulgò Recedictum appellant. Dubitatum fuit an talis pœna haberet locum in eo, qui vxorem Recedicti offenderet, & concludit Aretinus, quòd non: & monetur duplici ratione. Primò, quia priuilegium, quod datur clericis iuxta c. si quis suadente. 17. quæstio. 4. vbi percutiens clericum, excommunicatus intelligitur: hoc non habet locum in vxore clerici, vt Dominicus a Sancto Geminiano docuit in capitulo primo, §. fina. columna secunda, versic. quid de vxoribus. De cleric. coniug. in sexto, sed ista ratio (Decius inquit) parum valet; quia ibi ratio specialitatis manifesta est: quia tale priuilegium charactèri conceditur, ideo personam clerici non egreditur. Aliam rationem ibidem addidir Aretinus, (quæ melior videtur ipsi Decio vbi supra.) Nam statutum tale pœnale est, quod strictè debeat ideo interpretari: cùm ergo ipsum loquatur in offenso, qui habet principaliter dignitatem iure proprio, non habebit locum in illo, vel illa, in qua dignitas ex persona alterius consideratur, vt not. Bal. in l. s. columna prima, versic. & per hoc arguitur. c. si Rector Prouinciæ, & bene facit textus in l. moris. §. potest, ff. de pœnis. Hæc Decius, qui ibidem columna secunda, numero septimo, & octano, pro maiori dilucidationis veritatis præsentis limitationis, ne quis seipsum decipiat, infrascripta notatu dignissima, (quæ tamen ante ipsum breuiori stilo docuerat Socinus, loco supra citato) protulit, videlicet: Ad declararionem huius dicti de correlatiuis possumus considerare tres casus. Primus est quando agitur de eodem actu, qui præcisam habet correlationem, puta si venditor prohibeatur vendere aliquam rem sub pœna, emptor etiam intelligitur sub eadem pœna, vt in l. 1. (vbi Bartolus,) C. de cupress. libro vndecimo, & notat Dominicus in cap. eos. §. clericis. colum. fina. in versic. nota bene istud dictum, de. tempor. ordin. in sexto, vbi inquir. Si promissum sit aliquid sine gabella vendere: etiam intelligitur, quòd emi possit absque gabella: quia agitur de eodem actu, & not. Nellus in tractatu bannitorum, in secunda parte, secundi temporis, quæstione quadragesima, vbi ita declarat, & in isto casu non agitur in quæstione hic supra recensita proposita a Iasone, & Baldo. Secundus casus est, quando resultaret inæqualitas in correlatiuis: Nam tunc vt seruetur æqualitas, statutum in vno habet locum in alio, etiam in actionibus diuersis. quod probatur in l. non rantùm, in fine, ff. de re indic. vbi maritus habet beneficinm ne conueniatur vltra quam facere possit ab vxore, & hoc beneficium resultat in præiudicium vxoris, quæ insolidum exigere non potest: ita è contra vxor si a marito conueniatur, habebit idem beneficium, vt æqua lance procedatur, & ad hoc facit tex. in l. fina. C. de fruct. & liti. expen. & in l. si ab eo. C. de legitimis hæredibns, & bene facit textus in Authentic. quibus modis na. effic. §. filium

verò, in fine. vbi oblatus iute tantum succedit patri, & non agnatis, nec coguatis. ita è contra, agnati, vel cognati ibi non debent succedere, vt æqualitas seruetur; & idem in filio spurio, qui patri non succedit, ita è contra, nec pater filio spurio succedere poterit, vt docuit Azo in summa, de legit. hęred. circa finem. & sequitur Bart. in l.fina.colum.1. versic. quæro quod è contra. ff. de his, qui, vt indi. & idem dicetur de statuto Parmensi supradicto in tertio casu, qui considerari potest in correlatiuis, sicut in alia materia dicendum, quòd statutum in vno, habet locum in alio subsistente eadem ratioue, & iu hoc non poterit dari certa regula, quando eadem ratio videatur. Hęc omnia Decius vbi supra, qui Decius ibidem, nume. tamen 16.idem clarius, & breuius docens, his pręcisis verbis vsus fuit, videlicet; Vltimo ex dictis glos. etiam colligitur, quòd propter manifestam rationem diuersitatis, statutum in viro non habet locum in vxore, facit tex.in l.1. C.de adulter. & in l.cum te, & quod ibi dicit Baldus. C. ne vxor pro marito, & not, Antonius de Butrio in cap.vniuersitatis, colum.2.de sentent.excommun. dicens ibi post Ioan.Andr.quòd lex disponens de potestate viri in filios, non habet locum in vxore, & tradunt moderni in Procemio Decretalium. Hæc Decius, Idem docuit Aretinus in cap. iurauit. versic.& per hoc patet. de probatio. & idem Aretinus in l.si filius, qui patri.in princ. ff. de vulgari, & pupillari. Idem docuit Capra in consil.1.colum,2. versicu. nec obstat si dicatur. Idem Ioannes Crottus in l. omnes populi, nume. 115. versic.limitatur hæc conclusio.ff.de iustitia, & iure, & in l.re coniunct. colum.penul. ff.de legat.3. Idem Cassan.in consuet.Burg. fol.406. & sequen. colum. 2. versic. septima conclusio. Idem docuit Ioannes Baptista de Sancto Blasio, in tract.correlat.nume.39. versic.duodecimo fallit. Idem glos. consuct. Turon.fol.7. colum.2. versic.tertia conclusio. Idem Ioannes Nicolaus in l. generaliter, nume.34.C.de secundis nuptijs. Idem Cantiunc. in cap.102.Ripa in rubr.ff.de acquir. possess.nu.7. versic. præmissa regula. Idem Curtius iunior in consi.6.nume.8.11.& sequent.Idem Ruin. iu consil.174.colum.4.& sequent.versic.sed istis non obstantibus, volum.1.& consi.94.colum.fin.versic.& hinc est, volum.3. Idem docuit Ioãnes de Anania in cap.fina.colum.6.de Iudæis, dicens, quòd pœna venditoris non ligat emptorem, quando ipse non deliquit.per text.in cap. quia clerici. de iure patron. Idem docuit glos. in cap. vt debitores, & ibi per Imo.de iureiuran. vbi loqueutes de pœna adulterij, dixerunt illam non procedere in adultera cognita per vim, licèt sint correlatiua, & hos Doctores sequutus fuit Felinus in Procemio Decretalium, col.3.nu.11. versic.simile dicitur.

Limita quartò regulam traditam in fallentia prima conclusionis tertię, dicendo ipsam nõ procedere in contractibus, in quibus dispositio facta in vno ex correlatiuis non habet locum in alio, vt docuerunt infrascripti Doctores, videlicet Ioannes Baptista de Sancto Blasio in tracta. correlatiuorum, nume. 16.versic.quadragesimoprimo procedit. Deci. in suo consil.213. colum. 2. versic.ad hoc facit, in cap.translato, in secunda lect.colum. pen.de constitu.vt refert Aut.Gabr.in tracta. conclus.lib.6. tit.de leg.& constitu. conclus.4. nu.52. docuit Aym.de antiquit.temp.in 4. par.nu.35.

Limita quintò dictam regulam, dicendo illam non habere locum, quando dispositio in vno correlatiuorum non æquè proportionaretur vni, sicut alteri, hæc limitatio probatur Doctorum sententijs. Nam ipsi se subscripserunt infrascripti, videlicet: Ant.de Butr.in cap.vniuersitatis, col.2.versic. nota istud dictum, de sent.excom. Ias.in l.fin.col. 3.vers.octauo facit.C.de indicta viduit.toll. Soci. in cons.74.col.fi.versic.ex quibus omnibus, vol.3. Apostilla ad Abb.in Procemio Decretal.in versic. Gregorius super.vers.vnum. Ioannes Nicolaus in l.generaliter, nu.36.C.de secund.nupt.Cur.iun.in cons.6. col.6. vers.vt ideo succedit. Ant.Gabr.vbi supra, n.53.vers.tertiò limita. Idẽ docuit Io.And. in d.c.vniuersitatis, dicens, ꝙ inde sequatur de potestate viri, ergo filios non extendatur ad vxorem: quia hæc materia ei nõ proportionatur. Idem docuit Felinus in Procemio Decretal. col.3. nu.12. vbi dicit esse notandum bene ex dictis Io.And.

Limita sextò dictam regulam, dicendo illam non obtiuere quando correlatiua non vniformiter se haberent, vt docuit Abb.in Procemio Decretaliũ, vers.Gregorius, nu.20.& ibi Fel. col.1. vers. ex quo dicit, & Ant.Gabr.vbi supra, nu.54.

Limita septimò dictam regulam: dicendo, ꝙ licèt dispositio expressa in vno correlatiuorum facta, in alio etiam facta intelligatur: tamen illud, ꝙ exprimitur, videtur principaliter considerari: & in eius cõmodum, & fauorem videtur tantummodo facta dispositio, vt declarauit Dec. in rubr. ff.si cer.pet. in secunda lectura, num.3. vers.ex quo infertur, & Ant.Gabr.vbi supra, nu.56.

Limita octauò dictam regulam, dicendo ꝙ dispositio correlatiuorum restringitur in quantum fieri potest, & ideo si dictum fuerit de filio, intelligitur tantum patre viuente: quando in ea fieret mentio de filio propter odium patris: vnde statutum relegans filios rebellium intelligitur, scilicet viuentium huic limitationi se subscripserunt. Bal. in l.cùm acutissimi, col.2.de fideicom. & in l.omnes populi, col.10.ff.de iustitia, & iure. Fel.in c.ex parte.nu.3, col.2. vers.ista limitantur, ext.de foro compet.addẽs, ꝙ ad hoc faciat, quod de vxore dictũ est: & ꝙ Salic.in l.generaliter.§.1. C.de instit. & substit.dixerit, ꝙ statutum puuiens capite corruptorem filij: intelligitur scilicet habentis patrẽ: quia ista correlatiua, in quibus dato vno requiritur & reliquum in materia pœnali, idem docuit Ant.Gabr. vbi supra, nu.57. vers.septimo limita.

Quartò limitatur vera dicta fallentia prima, qñ
50 casus non expressus in lege, † vel canone pœnali,
& correctorio est ęquè fauorabilis: vt ille expressus: secus erit, si casus non expressus non esset ęquè fauorabilis; quoniam tunc fieri non posset exten-
51 sio † de casu expresso in tali legę, ad casum nõ expressum: licèt ratio sit expressa in ea. Hęc limitatio probatur triplici modo. Primo enim per arg.in c. in fidei fauorẽ. de hæreticis in sexto, vbi Alexander Quartus infrascripta statuit, videlicet: [In fidei fauorẽ cõcedimus, vt in negotio Inquisitionis
52 hæreticæ prauitatis, excommunicati, † & partici
pes, vel socij criminis ad testimonium admittantur: pręsertim in defensione aliarum defectuñ, cõtra hæreticos credentes, fautores, receptatores, & defensores eorum: si ex verisimilibus coniecturis, & ex numero testium, aut personarum tam deponentium, quàm eorum, contra quos deponitur qualitate, ac alijs circunstantijs, sic testificantes

cantes

cantes falsa, non dicere præsumantur.] hæc ibi.
Dixi probari cõclusiones, per arg. in d.c. in fidei,
& non per dictum text. in d.c. in fideicom. quo-
niam etsi explicitè nnstra limitatio, & aduersum
non probetur in d. c. benè tamen implicitè, cum
dicta constitutio sit fauorabilis, vtpotè ędita in
fauorem fidei. nam, (vt docet Archidiaconus in d.
c. in fidei.) fauor fidei, qui magnus esset debet, eo
quòd extra fidem nnn est salus, vt in cap. alienus.
24.q.1. cum dicta constitutio sit pœualis, & corre
ctoria: quapropter cum casus, & ratin ibi expres-
sa fuerit finalis, & rarò reperiri poterit æquè fauo
rabilis in alijs negotijs, iccircò hanc fallentiam
Iudices, & Aduocati summoperè ponderare de-
bent: nam si in alio negotio talis ratio verè non
adsit, non poterunt extendere constitutinnem pę
nalem, & correctoriam, & quòd dicta constitutio
in c. in fidei. sit pęnalis per se patet: tum quia ip-
sa emanauit in pœnam hæreticorum, tum etiam
quis se non animaduertere negabit sine pallore,
ac rubore, quòd dicta constitutio sit pęnalis, cum
hęreticis ipsis denegetur repulsio talium testium,
quæ repulsio contra alios criminosos conceditur.
eo magis, quòd quàm sępissimè per repulsionem
testium concessam reum in iudicio appareat inno
cens, quòd non contingeret sine ipsa, & quòd di-
cta constitutio sit etiam correctoria, per se patet:
per ipsam correcta fuit, quoad hoc crimen, text.
in c. testimonium, extra de testibus. Vbi hæc ha-
bentur statuta a Gregor. Nono, videlicet. [Testi-
monium eius, cui ab aduersa parte opponitur cri
men, meritò reprobatur in criminali causa, siue ci
53 nili, † si in ipso crimine perscueret. si vero sit de
crimine emendatus, & eum non comitetur infa-
mia, non est in causa ciuili, vel etiam cum de cri-
mine ciuiliter agitur (præterquam pro reatu periu
rij) repellendus: in criminali autem si in alio iudi-
cio, instituta accusatione contra ipsum, de crimi-
ne conuictus extitit, vel confessus: vel si nutu per
exceptiones exinde conuincatur, aut grauata sit
eius opinio pro eo, quòd quandoque fuit tali mo
do repulsus, quamuis in hoc casu non excludere-
tur in causa ciuili, potest a testimonio (licet ege-
rit pęnitentia) remoueri:] hæc ibi: & quamuis nul
li dubium esse possit, quòd & excommunicatus
maiori excommunicatione inter criminosos sit
numerandus, ac per consequẽs comprehendatur
in d.c. testim. cum materialis causa excommuni-
cationis maioris sit peccatum mortale contuma-
ciæ. Nihilominus, & ipsis excommunicatis maio
ri excõmnnicatione specialiter interdictum fuit
testificari, & præceptum fuit Iudicibus seculari-
bus, ne ipsos ad testificandum admitterent, & In-
dicibns Ecclesijs præceptum, vt ipsos Iudices co-
hiberent a talium admissione ad testificandum,
vt luce meridiana clarius elucet ex constitutio-
ne Alexandri Papæ Quarti, quæ habetur in c. de-
cernimus. de sent. excom. in sexto, vbi hæc haben
tur, videlicet. [Decernimus, vt Iudices sæculares
per censurã Ecclesiasticã ab Ecclesiasticis iudici-
54 bns, canonica monitione pręmissa, repellere† ex-
communicatos ab agendo, patrocinãdo, & testifi
cando in snis curijs, & iudicijs compellãtur:] hæc
ibi. Ex his ergo omnibus patuit quòd dicta con-
stitutio in c. in fidei fauorem. fuit pœnalis, & cor-
rectoria, æditam tamen in fauorem fidei: & iccir-
co non erit extendenda in alijs casibus non ex-
pressis, quando non essent æquè fauorabiles. Secus
si essent æquè fauorabiles, vt diximus in nostra li-
mitatione; quæ peroptimè fuit probata dicta con
stitutione in d.c. in fidei fauorem. probatur & se-
cundo præsens fallentia Doctorum authoritate.
Nam Glo. in d.c. in fidei fauorem. in versic. inqui-
sitionis dicit, quòd cum in d.c. fiat mentio, de in-
quisitione, & dicatur, quòd in tali negotio admit
tantur criminosi, & cap. idcirco dicta constitutio
non se extendit ad casum, quando in tali crimine
proceditur per viam accusationis, vel exceptio-
nis, & si videatur adesse eandem rationem, vide-
licet, fidei fauorem. & redit hanc rationem, di-
cens, quia ab illo iure regulari, quo cauetur tales
personas ad testimonium admitti non debere, nõ
recedam: nisi inquantum inueniam permissum:
qui ergo accusat, vel excipit, habeat probationes
idoneas: nec est accusatis fauorabilis, vel inquisi-
tis: & verbum istud debet aliquid operari, aliàs
quare fuisset expressum: ad hoc in c. ad audientiã.
extra de decimis. cum suis concordantijs, hæc
Glo. illa. Sed sciendum, quòd non sine causa di-
ctus text. in d.c. ad audientiam. fuit citatus, sed
maxima cum ratione, cum inibi tradatur hæc re-
gula, scilicet, quòd non esset recedendum a for-
55 ma † verborum sine certa scientia: nam ibi hæc
habentur, videlicet. [Ad audientiã nostram. & in-
fra. Illud priuilegij capitulum, prana quidam in-
terpretatione peruertentes, quo Cisterciensibus
indulgetur, ne de laboribus, quos proprijs mani-
bus, aut sumptibus excolunt, aliquis ab eis deci-
mas exigat: asserunt quod pro laboribus nonalia
intelligi debent. Mandamus quantus non permit-
tatis hac fieri. Nam si intelligeremus tantúmo-
do de noualibus, vbi ponimus de laboribus, de
noualibus poneremus.] hæc ibi. & sciendum Ioan
nes Andr. Geminianus, & Francus super dictam
Glo. d.c. in fidei. elicinnt extra text. & Glo. hoc no
56 tabile, scilicet, quòd iura, & statuta † disponen-
tia super processũ inquisitionis non habent locũ
in processu accusationis, vel exceptionis, quan-
do statutum aliquid, quod sit contra ius commu-
ne. & idem est è contra. hæc dicunt ipsi Doctores,
qui licet explicitè, sed non subscripserint pręsen-
ti nostræ fallentiæ, tamen videtur apertè hoc im-
plicitè fecisse: cum astipulati fuerint sententiæ di
ctæ Glo. quæ tamen hoc ipsum explicitè docuit,
vt paulo ante retulimus: prout etiam explicitè
quoque, & ad litterã præsenti limitationi se sub-
scripsit Eucrardus in sua Topica iuris in loco a ra
tione legis. nu. 2. in vers. quinto istud intelligi as-
setens hoc ipsum docuisse Ioan. Imo. in l. si vero.
§. viro. ff. soluto matrimonio, & Doctores sæpe
alibi.

Fallit, & secundo dicta regula. Nam statutum,
ac decretum in crimine læsæ maiestatis diuinæ,
57 & humanæ per iura antiqua, † correcta fuerunt
per noua iura, & licet huiusmodi iura sint pœna-
lia, & correctoria, tamen ratione identitatis, vel
maioritatis rationis extenduntur per Doctores
ad casus, seu personas inibi nominatim nõ expres
sas. Et vt gradatim procedamus: sciendum quòd
loquendo de crimine læsæ maiestatis diuinæ, id-
est de crimine hæresis. in c. quicumque. §. Hęreti-
ci. de Hæreticis. in sexto, infra habentur statuta
ab Alexandro Quarto, videlicet. [Hæretici autem
credentes, receptatores, defensores, & fautores
eorum, ipsorumque filij vsque ad secundam Gene
rationem, ad nullum Ecclesiasticum beneficium,
seu

seu officium publicum admittantur:quod si secus
actum fuerit,decernimus irritum, & inane:] hæc
ibi.quæ quidem Cōstitutio, vt patet,est pœnalis,
& correctoria : pœnalis , inquam, quia pœna est
non posse admitti ad beneficia Ecclesiastica,& ad
officia publica,ad quæ reliqui admittuntur,vt pa-
tet ad sensum.Correctoria inquam,quia quàm;plu
58 rima iura præceperunt † non puniendum fore ali
quem propeccato parentum,si ipsorum peccatis
non consenserint,nam in c.1 1.q.4. hæc habentur,
videlicet, [nullius crimen maculat nescientem]
& in cap. quia præsulatus nostri. 1.q.4. vbi statuit
Leo Quartus,quòd consanguineorum maleficia
in nullo clerici obsint,nisi conscij fuerint. Idem
habetur in l.crimen.ff.de pęnis,vbi hęc habentur,
videlicet,[Crimen vel pęna paterna nullam macu
lam filio infligere potest.Namque vnusquisque ex
suo admisso sorti subijcitur, nec alieni criminis
59 † successor constituitur, idque Diui fratres Hie-
rapolitanis rescripserunt] hæc ibi. quæ lex est ca-
nonizata in c.crimen,1.q.4.& hæc pauca de mul-
tis sufficient allata,cum hoc sit omnibus patentis-
simum: pœna igitur contenta in Cōstitutione pœ
nali, & correctoria dicti §.Hæretici autem . fuit
extensa per text.in c.statutum,el secondo,de Hæ-
reticis in sexto, vbi hæc habentur, videlicet, [sta-
tutum fęlicis recordationis Innocentij,& Alexan
dri prædecessorum nostrorum,ne videlicet, Hæ-
retici credentes,receptatores,defensores,& fau-
tores eorum,ipsorumque filij vsque ad secundam
generationem ad aliquod beneficium Ecclesiasti-
cum,seu publicum officium admittantur: quod si
secus actum fuerit, sit irritum,& inane. Primum,
& secundum gradum per paternam lineam com-
prehendere declaramus , per maternam verò ad
primum duntaxat volumus hoc extendi.Hoc sanè
de filijs, & nepotibus hæreticorum credentium,
& aliorum huiusmodi,qui tales esse,vel tales etiā
decessisse probantur, intelligendum esse videtur:
non autem illorum, quos emendatos esse consti-
terit.] hæc inter alia in dicto canone , sed quòd
dicta Cōstitutio pœnalis , & correctoria loquens
de filijs , & nepotibus sit intelligenda non solum
de legitimis,verum ét sit extendenda ad illegiti-
mos , seu filios naturales (quos vulgus bastardos
vocat)arguendo a maioritate rationis,& sic ꝙ di
cta conclusio tertia recipiat, & hanc fallentiam,
seu exceptionem infrascripti Doctores docue-
runt,videlicet,Glo.in d.c.statutum.el secondo,in
versic. volumus. quam sequuntur libentissimè in-
frascripti Doctores, videlicet . Archidiaconus in
d.c.statutum,el secondo , vbi inter alia hæc nota-
tu dignissima docuit,videlicet,quòd vbi alias nō
caueretur de descendentibus per maternam li-
neam,illi in nullo gradu comprehenduntur per
sententiam iuris,& hominis , vt in c.vbicumque,
de pęnis. in sexto, (& paulo post in versic. filijs.)
docet,quòd sub pęna contenta in tali canone com
prehenduntur filij tam legitimi, quàm naturales:
& naturales tam existentes in potestate talium hæ
reticorum,& aliorum supradictorum , quàm non
existentes in eorum potestate: & hoc probat ipsa
Glo.per verba ipsius canonis, & primo quia litte
ra text.de filijs indistinctè loquitur, & adest locus
arguendi a maioritate rationis, quoniam si non
includerentur, sequeretur quòd melioris condi-
tionis existimandi essent illegitimi , quàm legi-
timi , & sic honoratior videretur luxuria ex qua
geniti fuerunt ipsi illegitimi,quàm castitas con-
iugalis, ex qua filij legitimi generari fuerunt.Se-
cundò,quia, cum mater nō dicatur habere filium
60 in sua potestate,sed solum pater,† vt docet textus
in §.fœminæ . institut.de adoptionibus, vbi hæc
habentur , videlicet , [fœminæ quoque adoptare
non possunt, quia nec naturales liberos in sua po-
testate habent] ex his ergo omnibus patuit veri-
tas nostræ fallentiæ auctoritate Archidiac. Idem
quoque docuit Io.And.in dicto c.statutum,el se-
condo,col.2.in versic.in Glo.supra dixit infrascri
ptis vtēs verbis,videlicet, Sic etiam cum quibus-
dam Doctoribus nuper consului,cum illegitimus
sit de consanguine, & genere improbato, & etiā
in ipso teneatur paternū crimen, vt in l.quisquis.
C. ad l.Iul. Maie. item si puniuntur filij legi non
odibiles,fortius puniendi sunt legi odibiles, vt in
c.cum qui.cum suis concor.de præben.lib.6.item
hæc iura indefinitè loquuntur.ergo,&c.Item cum
ratio prima sit indifferens ad omnes filios, iden-
titatis, & non extensionis virtute includet illegi-
timos,benè facit:l.quique. in fin. ff.de in ius vo-
can. vbi etiam vulgo conceptus non vocat matrē
in ius sine venia.Cyn. in d.l.quisquis.tenet hoc in
filio nato ex certo coitu,licet damnato, in qua pa
ter est certus, & tunc locum habet ratio legis il-
lius,quæ loquitur de sanguine improbato: si vero
coitus talis est, ex quo lex estimat patrem incer-
tum,tunc cessat ratio legis,& sic cessat pęna. hæc
ille. ex quibus elicitur quòd etiam in correcto-
rijs, & pœnalibus fit extensio in tali casu de filio
legitimo ad filium illegitimum natum ex coitu
certo tātum. Pet.de Anch.in dicto c.statutum, el
secondo,col.2.in vers.quarto post Glo.sequitur do
ctrinam Ioannis Andr.& Cyn.a me immediatè re-
latam , & sic se subscripsit præsenti fallentiæ, qui
& ibidem docet quo modo hic terminus[filij] sit
sumendus in diuersis locis positus,vide ergo ibi.
Idem docuit Dominicus de Sancto Gemiuiano
in d.c.statutum. el secondo, col.2.in vers. in eadē
Glo.ibi[hoc equum]qui in omnibus approbauit,
sequutus fuit sententiam Ioannis And. ac Cyn.&
ibidem in vers. Nota ex his.addidit hæc notabi-
lia,dicens, Nota ex his, quòd statutum loquens
de filijs etiam includunt filios illegitimos, & ex
his posset decidi quæstio. statutum disponit,quòd
omnes legatarij,vel hæredes soluant gabellam de
relictis eis,præterquam si fuerint filij, vel nepotes
relinquentium , an includantur legata facta ba-
stardis filijs, vel nepotibus , & consuluit Angelus
de Perus.in suo consi.33. quòd duo sunt genera fi-
61 liorū illegitimorum,† quos vocamus bastardos.
Quidam enim suscipiuntur ex fantelastris, quæ
quotidie per loca discurrunt, & habitant de per
se,ad quas consuetudinem non habemus , & tales
sic suscepti patrem demonstrare non possunt, &
per consequens nec auum paternum,& isti appel-
lantur vulgo cōcepti,vnde leges,& statuta loquē-
tia de filijs simpliciter, aut nepotibus non com-
prehendunt tales naturales, eo quòd patrem de-
monstrare non possunt: allegat dictum Cyn.& ta-
les naturales non dicuntur de domo,& de sangui
ne,nec de patrimonio agnatorum,quia esse natos
de tali cognatione,vel sanguine ostendere se non
possunt, vt in l.vulgo. ff.de statu. homi. & hoc est
verum(inquit Geminianus vbi supra)nisi commu
nis vsus loquendi alicuius Ciuitatis, vel loci tales
sic vulgo conceptos accipiat,& assumat eos de do

mo,

mò, secundum quod seruatur in multis ciuitati-
bus, videlicet Florentię, & Perusij, vbi deferunt ar
ma illius agnationis, de qua esse putantur, & su-
scipiunt onus Iudic. illius agnationis: & hoc fuit
de mente Bar. in l. pronunciatio. ff. de verb. signif.
& latius, & clarius in l. filius. ff. de his qui sunt sui,
vel alieni iur. Quidam sunt naturales, siue bastar
di nati ex concubina vnica in domo retenta in
schemate cõcubinæ, & isti patrem eorum licet na
turalem demonstrant, sicut naturales, & legitimi.
Et ideo statuta loquentia de filijs in materia in-
differenti, comprehendunt etiam hos naturales:
vt not. Cyn. in d. l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. &
ideo dico in materia indifferenti, quia erit secus,
si esset differens, quæ solum filios legitimos, & na
turales concluderet exemplum si statutum Ciui-
tatis quoad dignitatem, & honores præferret fi-
lios popularium filijs nobilium, non intelligen-
dum est nisi de legitimis, & naturalibus, cum ba-
stardi in defectum sint assumendi, vt in l. si genera
liter. §. sępius. ff. de decur. eodem modo si hoc ver-
bum [filijs] profertur ab Ecclesia, non sentit nisi
de legitimis, & naturalibus tantum, etiam ex con
cubinatis: cum concubinatus sit damnatus a iure
Canonico, etsi olim approbatus de iure ciuili, vn-
de non videtur intelligi de filijs, quorum concep-
tui resistit Ecclesia. hæc ille. Et sciendum quòd
Glo. in Clem. vnica. in versic. liberi. de baptismo.
dicit, quòd quoad parentum reuerentiam illegi-
timorum habetur tantum ratio, non quoad com-
modum liberorum. idem docuit. Augustinus Be-
rous in c. in præsentia. nu. 303. extra de probatio-
nibus. dicens hoc etiam docuisse Alex. in l. ex fa-
cto. §. si quis rogatus. ff. ad Senat. consult. Trebel. &
in consi. 60. in 2. volum. col. 4. Idem docuit Feli-
nus in d. c. in præsentia. num. 37. 38. & 39. dicens
hoc docuisse Paulum de Castro in d. §. si quis ro-
gatus. per notata in d. c. statutum, el secondo, vbi
Felinus reprehendit Bal. dicentem filium natura-
lem hæretici esse capacem dignitatis: dicens hoc
esse propter doctrinam illam communem, qua ha
betur, quòd non debeat esse melioris conditionis
naturalis filius, quàm legitimus, vt per Glo. in d.
c. statutum. el secondo, de hęreticis in sexto. Idem
docuit Decius in d. c. in præsentia. nu. 39. in vers.
tertia conclusio. dicens, quòd appellatione filio-
62 rum, † vbi tractatur de odio, & maximè in pœ-
nalibus, & in statuto, non veniunt filij naturales
tantum, quando odium non est rationabile, secus
si rationabile, vt tradunt Bal. & Ange. post anti-
quos. in l. libertinam. C. de interdic. mat. & Bal.
idem concludit in l. ius ciuile. col. fin. versic. & il-
la faciunt ad quæstionem. ff. de. iust. & iur. & idẽ
Bal. in l. quod verò. circa finem. ff. de legibus, &
secundum hoc procedit quod not. Glo. in c. statu
tum. el secondo, de hæreticis. in sexto, vt latius
declarat, & prosequitur Alex. in d. §. si quis roga-
tus. col. 25. hæc ille. & cum patuit nostram fallen-
tiam esse fundatam in maxima ratione, & aucto-
ritate Glo. prædictæ, iccirco sequitur tã Bal. quàm
Decium se subscripsisse præsenti fallentiæ. Proba-
tur & tertio præsens fallentia ratione illa sæpius
a Doctoribus repetita. Ne scilicet melioris con-
ditionis homines producat luxuria a iure damna
ta, quàm castitas coniugalis a lege commẽdata,
& hæc dicta sint non solum quoad crimen læsæ
maiestatis Diuinæ, verum etiam humanæ, scili-
cet, quoad pœnam. l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest.
quoniam in terminis nostræ fallentiæ eadẽ pror-
sus est ratio, vt omnes supra citati Doctores do-
cuerunt, & patet ad sensum: cum & in dicta l.
quisquis. filios puniendos fore pro crimine paren
tum statutum sit.
63 Fallit tertio, Constitutio pœnalis † odiosa, &
correctoria extendetur etiam per similitudinem
rationis etiam in tali constitutione non expresse,
dummodo verisimiliter, & indubitanter dicta ra-
tio constitutionis inibi actualiter non expressam
probabiliter præsumatur fuisse causam finalem di
ctæ constitutionis: nam tunc poterit quis arguere
ab idẽtitate rationis huiusmodi pręsumptæ. quan
do alia ratio dictæ constitutionis reddi non pos-
set, quàm ipsa naturalis ratio præsumpta. hæc fal-
lentia probatur triplici medio. Primo enim per
argumentum in l. fin. in princ. ff. qui pet. tut. & cu-
rat. Vbi hæc habentur, videlicet, [Credendum est
& eam matrem constitutione contineri, quæ a pa
tre non legitimè tutores ex testamento, vel codi-
cillis datos filijs impuberib. non postulabit decre
to cõfirmari, si aũt pluribus tutoribus idoneis da
tis, vnus eorũ vel decessit, vel temporalem excusa
tionẽ accepit: mater quæ propterea in locum eius
aliũ non petit, quia numerus reliquorum admini
strationi tutelæ sufficiebat, incidit quidẽ in verba
constitutionis, sed sententia excusatur: sed si su-
specto tutore pupilli accusato, decretum erit, ei
adiungi alios, mater eos quoque petere debet,
etsi non petet incidit in sententiam constitutio-
nis. Hæc autem mater ab omni quidem bonorum
vendicatione intestatorum filiorũ repellitur hæc
inter alia in d. l. fin. Dixi probari nostram fallen-
tiam per arg. in d. l. eo quòd. cum d. l. sit pœnalis,
& correctoria legis primæ, & secundæ. ff. eodem,
& fuerit etiam interpretata mentem d. l. 2. & vt
hoc pateat, apertius sciendum, quòd in d. l. 1. fuit
statutum hoc, videlicet. [Matris sollicitudo in pe
tendis filio tutoribus, non etiam curatoribus ob-
seruatur.] & sic fuit matris pręceptum petere filijs
impuberibus tutores, nulla adiecta pœna, sed ti-
mor penæ incurrendæ multos attrahere a malo as
soleat. iccirco a d. l. 2. fuit quodammodo correcta
ipsa lex prima, quæ tacitè impunitatem huiusmo-
di negligentiæ matri promittebat, & sic addita
fuit pena in d. l. 2. Nam ibi hæc habẽtur inter alia,
videlicet. [Si minores non habeant eos, qui ex le-
gibus defensores sint: siquidem tutores indigent
propter ætatem. Mater enim expellitur ex legiti-
ma filij hæreditate; quasi indigna existens accipe
re hæreditatem legitimam eorum, quibus tuto-
rem constitui neglexerit, nec solum si non petie-
rit, sed & si quem petierit, qui prauitatis gratia
dimitti poterat, deinde dimisso eo, vel etiã abie-
cto, rursus alium non petierit, vel studiosè malos
petierit.] hæc ibi. inter alia ex quibus patuit, quod
fuit d. l. 1. correcta per additionem pęnæ. & quòd
hæc lex secunda pęnalis, & correctoria fuerit ex-
tensa ad alios casus inibi expressè non recensitos
propter rationem vnicam tacitè subintellectam
in d. l. 2. probatur verbis d. l. fin. paulo ante recen-
sitis. cum ex ipsa hoc probatur per verba illa, vi-
delicet, [credendum est, & eam matrem constitu-
tione contineri] vt ibi, quasi diceret, etsi explici-
tè hic casus contentus non sit, nec dicta ratio in d.
l. tamen. cum meritò subintelligenda esset: iccir-
co in eo idem dicẽdum erit. Idem rursus elicitur
ex illis verbis, videlicet. [Mater si non petet, inci-
det

det in sententiam, scilicet constitutionis] quasi diceret, etsi non sit transgressa verba prædictæ constitutionis, benè tamen sententiam, & sic per consequens in pœnam indictam, scilicet priuationis hæreditatis intestatorum filiorum: & quòd huiusmodi nostra interpretatio dictarum legum, quibus diximus probari presentem fallentiam, sit bona, probatur, (vltra prędictas rationes) per tex. in l. si totas. C. de offic. donat. vbi hęc habentur, videlicet, [si totas facultates tuas per donationes vacuas fecisti, quas in emancipatos filios contulisti, id, quod ad summouendam in officiosi testamenti quærendam non ingratis liberis relinquę necesse est, ex factis donationibus detractum, vt filij vel nepotes postea ex quocunque legitimo matrimonio nati, debitum honorum subsidium consequantur, ad patrimonium tuũ reuertitur.] hęc ibi. nec non, & idem videtur probari per arg. in c. cum dilecta. §. nos igitur. extra de confirmatione vtili, vel inutili, vbi hæc habentur, videlicet. [Nos igitur attendentes quòd iure, scilicet in ciuili sit statutum, vt quando periculum testium formidatur, ne veritas occultetur, & probandi copia fortuitis casibus subtrahatur, etiam lite non contestata testes valetudinarij, & alij, de quibus ex aliqua rationabili causa timetur, ad testimonium admittantur, eiusdem ęquitatis similitudine prouocati, prædicta priuilegia quasi iam nimia vetustate cõsumpta, cum fuerint non in pergameno, sed in papiro conscripta, duximus innouanda.] hęc ibi, inter alia. Dixi probari præsentem fallentiam per arg. in dictis iuribus, quia, etsi expliciti veritas dictæ fallentiæ ad verbum ibi non contineatur, benè tamen implicitè, & secundum ipsorum sententiam, cum ex ipsis eliciatur iudicandum fore secundum similitudinem rationis verisimiliter præsumptæ, qua Legislatorem motum fuisse ad cõdendum ius præsumitur, vt diximus in nostra fallentia, & latius in relatione sententiarum Doctorum fauentium nostræ fallentiæ. Nam & hoc ipsum explicitè probatur auctoritate Panormitani idẽ docentis in casu ipsius fallentiæ, scilicet de constitutione pœnali, & correctoria. Nam ipse Panormitanus in c. fin. nu. 10. in fine, & in num. 11. extra de rescriptis infrascriptis vtitur verbis, videlicet, & licet Bart. dixerit in Authen. quas actiones. C. de sacrosanctis Eccles. quòd ex identitate rationis non debet induci legum correctio, multi tamẽ dixerunt contrarium, & tenet Glo. in dicta Authen. quas actiones, seu in l. fin. C. eo. tit. Item illud dictum Bar. procedit, quando ratio legis non est expressa, aliàs secus: & ita ibi limitauit Bal. illud dictum Bar. & plus ego dico, quòd etiam si ratio nõn sit expressa in lege: tamen ex quo non potest elici nisi vna ratio finalis, & indubitata, debet fieri extensio ad limites illius rationis, quia præsumendum est Legislatorem fuisse motum ex ratione finali, vt notanter sentit Glo. fin. in l. tale pactum. ff. de pactis, dicens in fine. Item nota id esse de iure seruandum, licet non sit statutum, quod verisimile est statutum fuisse, si hoc quæsitum fuisset, vt in l. si totas. C. de inoffic. donat. Hæc ibi, qui idem confirmans Clem. 1. nu. 8. de elect. ad hoc ipsum probandum citat dictam l. fin. in princ. & vtitur infrascriptis notabilibus verbis, videlicet, ꝙ constitutio odiosa seu pœnalis. Adde tu, ex mente eius, secundum subiectam materiam, quę tractatur in dicta Clem. 1. quam esse pœnalem, & correctoriam insimul in præcedenti fallentia probauimus, (vt etiã intellexit Felynus loco paulo post citando) debet extendi per similitudinem rationis expressæ, notat eadem Glo. scilicet in versic. eligatur. Et aduertè, quia solet allegari hæc Glo. quod talis extensio fieri non debet, nisi quando ratio est expressa: sed certè hoc specificè non requirit hæc Glo. sed allegat rationem ibi expressam: idem igitur dicendum, vbi est tacita, & subintellecta ratio, quia taciti, & expressi non est differentia, vt in l. cum quid. ff. si cer. petat. etiam in ratione constitutionis, vt in regula fin. de regu. iur. in sexto, & in l. non dubium. C. de legibus, & quòd hoc fuerit de mente Ioan. And. patet in Glo. sua, in Clem. 1. supra de rescriptis, vbi dixi ad idẽ vide bonum text. in l. fin. 1. respõso. ff. qui pet. tut. per Bar. in l. si constante. in 8. & 9. quæst. ff. soluto matrimonio, & in l. 2. §. 1. ff. de his, qui not. infam. per Bal. in l. maximum vitium. C. de liber. præter. & in l. scire. §. sufficit. ff. de excu. tut. hæc omnia Panormitanus, vbi supra, qui idem confirmauit in Clem. 1. de rescriptis, vbi addidit, & hæc in nu. 2. videlicet, quòd constitutio loquens de religiosis etiam pœnalis, habet locum in clericis sæcularibus, vbi subest eadem ratio, licet non expressa, sed indubitanter præsumpta. est Glo. in hac Clem. in versi. Præsidentes in fine. & videtur Glo. in contrarium in Clem. 1. in vers. regulares. de supple. neglig. Prælat. in hac tamen materia extensionis Ioan. And. fuit sibi multum contrarius. hæc ille. qui rursus idem confirmauit in c. cum inter vniuersas. nu. 8. de elect. vbi inter alia his verbis vsus fuit, videlicet. Et dic dictum Glo. illius procedere regulariter, sed vbi occurreret casus ponderosus similis alicui illorum trium, deberent absentes vocari: quia non apparet ratio, quare in illis tribus sint vocandi, nisi propter grauitatem præiudicij, & ponderositatem facti: ergo in consimilibus deberent absentes vocari, quia casus exceptus eã regulã extenditur propter identitatem rationis, vt est bonus text. & menti tenendus in c. cum dilect. extra de confirmatione vtili, vel inutili, & Glo. in l. 1. C. de condit. indeb. & quamquam ista iura nõ exprimant rationem, quare prædictis tribus vocentur absentes, tamen quando non potest coniecturari, nisi vnica ratio, & naturalis, debet fieri extensio secundum rationem coniecturatam, vt voluit Cynus in l. non dubium. C. de leg. & Bal. in l. maximum vitium. C. de liber. præter. hæc omnia Panormitanus, vbi supra, qui idem confirmans in c. ad audientiam. nu. 2. extra de decimis, infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. (Nam vt singulariter inquit Cyn. & alij post eum in l. non dubium. C. de legi.) vbi ratio nõ est expressa, debemus coniecturare per similia rationem naturalẽ, quæ mouere potuit Legislatorem. Nam sine ratione non fecit motus, cum sine ratione non sit lex, vt in cap. erit autem lex, dist. 4. & secũdum illam rationem coniecturatam possimus extendere, & restringere legem etiam odiosam. hoc est valde notandum, facit quòd notat Dyn. in dicta regul. fin. & optimè text. in l. scire. §. sufficit. ff. de excu. tut. vbi ponderatur naturalis iustitia, sed quando non posset hęc ratio naturalis coniecturari, quid sit faciendum, ipsemet Panormitanus subsequenter ibidem docet. vide ibi. hæc Panormitanus, qui idem rursus docuit in c. nihil. nu. 9. de elect. his verbis vtens, videlicet. Quinimò voluit idem Bal. in l. maximũ

vitium.

vitium. C. de liber. præt. post Cyn. in l. non dubiû. C. de leg. quòd etiam si ratio non sit expressa in l. ex quo non potest coniecturari nisi vnica, & naturalis ratio ipsius legis, debet fieri extensio ad limites rationis præsumptæ. hæc Panormitanus, vbi supra. ex quibus omnibus comprobatur apertissimè ipsum Panormitanum se subscripsisse præsenti fallentiæ ad verbum, vt iacet in littera, cum sit rationi valde consentanea. Et sic habuimus ex Panormitano, quòd idem tenuit Bal. & Cyn. idem videtur tenuisse Bar. in l. 2. §. exercitium, num. 2. ff. de his, qui not. infa. cum ibi dixerit. Nota quòd odium ampliatur: nam licèt secundum ius scriptum, edictum non loqnatur nisi demisso ab exercitu edictum extenditur demisso ab exercitu, vel ali a cohorte, seu ala. & paulo post sequens Dyn. in c. odia. de reg. iur. in sexto dixit, quòd istud est ratione publicæ vtilitatis, cum publica vtilitas versetur in hoc, quia cum constet maleficium esse commissum, si verba edita non extenderetur ad illud, esset impunitum, quod esset contra publicã vtilitatem, vt in l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. hæc ille. Ex cuius verbis non immeritò posset elici veritas nostræ fallentiæ, cum materia, de qua in d. l. 2. agitur, pœnalis, & correctoria videatur. Idem docuit Cæpolla in cons. 74. col. antepenult. versic. quia respondetur, quòd illud statutum. Vbi loquitur in materia statuti, quæ vtique scripta est. idem docuit Mattheus Matthesilanus in tract. de extẽs. leg. nu. 22. versic. Addi potest. his præcisis verbis vtens, videlicet. Addi potest & quinta limitatio, scilicet, vbicunque in materia correctoria, & pœnali non est expressa, quia tunc fieret extensio per text. in l. his solis. C. de reuoc. donat. & est tex. clarus, & ibi Bal. in l. quamuis. C. de falsis. idem docuit Felinus in c. translato. col. penult. in fin. extra de constitut. vbi se subscripsit sententiæ Panormitani, & quasi per modum breuis recollectionis se rememorare quattuor quotidiana. & primo quòd licet in materia correctoria procedatur strictè, & non fit extensio, tamen vbi agitur de salute animæ, & peccato vitando, dispositio correctoria, & odiosa ex identitate rationis extenditur. & paulo post in col. fin. §. fin. infrascriptis vtitur verbis (insistendo declarationi fallentiarum dictæ regulæ,) videlicet, Quartò nota quòd licet text. in l. 1. ff. de verbor. signif. dixerit, quòd lex non potest extendi quando in ea non est expressa ratio, tamen Bal. in l. maximum vitium, in sexta colum. C. de liber. præter. in pulchra quæstione limitat hac non procedere, quando cognoscimus, quòd solum vna ratio reddi potest, quia ex illa coniectura possumus legem perinde extendere, ac si esset ratio ipsa in l. expressa, & hoc per not. reassumit Pau. de Castro. consi. suo 334. & Dominus Abbas. c. fin. col. 4. de rescriptis: D. Filippus in capit. suggestum. in princ. de appell. inducens ad hoc illum text. & Pau. de Castro. consi. 347. & pulchrè Imo. in l. fin. col. 4. versic. & nota diligenter. ff. de hæredi. institu. & facit Glo. fin. dum dicit, nam ob quam aliam. in l. quãuis. C. de fideicom. & quod not. Salicetus in l. si serui nostri. C. de noxa. & sequitur etiam D. Abbas inc. cum inter vniuersas. de elect. hæc Felinus, vbi supra. & sciẽdum quòd doctissimè hanc fallentiam probauit dictus Philippus Decius in d. c. suggestum. dicens hoc quoque docuisse Cuma. in consi. 20. incip. proponitur quòd ser Blancus Romanus in consi. 100. col. 2. & in consi. 404. col. 2. Alex. in consi. 48. incip. super agitatione, col. 3. lib. 1. & idem Alex. consi. 22. incip. Consideratis. col. 1. lib. 4. & in consi. 52. col. 6. eodem libro. Imo. in d. l. fin. & facit Glo. not. & quod ibi docet Bal. in l. tale pactum. ff. de pactis. hæc Decius. idem docuit Antonius Gomez. in tractatu de testamentis, c. 5. nu. 11. & c. 11. nu. 12. ad fin. qui se subscripsit præsenti fallentiæ, vt refert Emanuel Soarez in thesauro commu. opin. in versic. extensio. nu. 239. Idem docuit Ioan. de Ana. in c. cum sit Romana. extra de simonia. col. 2. in versic. tu adde, quòd ibi vbi est eadẽ ratio, & omnimoda similitudo non dicitur lex extendi, sed casus subintelligi probatur, & tertio præsens fallentia rõne sepe dicta supra. Nam dû precedẽs fallentia probatur, fuit dictum, & probatum, quòd in pœnalibus, & correctorijs constitutionibus possimus procedere, at arguere ab identitate, vel maioritate rationis similis expressę rationis in constitutione huiusmodi, & cum omnibus sit inconfesso quòd verissima sit regula illa, scilicet taciti, & expressi eadem est virtus, vt in l. cum quid. ff. de rebus cred. si cert. per. inde sequitur veritas præsentis fallentiæ, in qua diximus non posse arguere per identitatem rationis naturalis, verisimilis, ac præsumptæ etsi non expressè in pœnali, & correctoria constitutione, nec contra hoc est sententia Glo. in Clemen. 2. in versic. in eisdem. de ætate, & qualitat. & sequacium, quam & nos sequuti fuimus in conclusione tertia, quoniam illa procedit regulariter. nos dicimus in casu expresso in primis fallentiæ terminis.

Fallit & quartò dicta regula recensita in conclusione tertia, quando duo casus in omnibus, & per omnia æquiparantur per legem antiquam.

64 Nam tunc lex noua † corrigens in vno ex pacificatis, intelligitur etiam corrigere in alio, exempli gratia, regula iuris antiqui habet, quòd non potest testari, vbi tamen per legem antiquam 14. annis poterat testari, vt in l. 2. ff. de leg. 1. modo per legem nouam, vel statutum minor 20. nõ potest testari, dico quod nec poterit codicillari, etsi in d. l. noua, vel statuto nulla mẽtio facta fuerit de codicillis, sed solum de testamentis, vt dixi. Nam sicut per legem antiquam maior 14. annis poterat testari, vt in l. qua ętate, ff. de testamentis, cum similibus, ita & lex noua, quæ corrigit in testamento, nulla facta mẽtione de codicillis, censebitur etiã corrigere in codicillis. Quapropter sicut per legem nouam est prohibitus minor 20. annis testari sic intelligetur prohibitum ipsi fuisse codicillari, in loco tamen vbi viget talis lex noua, vel statutum, cum in tali casu lex pœnalis, & correctoria huiusmodi edita pro testamento extẽdatur ad codicillos. Idem probatur apertissimè per text. in l. fin. C. de indicta viduitate. Vbi declaratur quòd lex Iulia Miscella correcta in vxore, correcta intelligitur & in viro ipsius. Idem probatur per argumen. in c. a multis. extra de ætate, & qualitate ordi. vbi omnia dicta per iura antiqua de Diaconis extenduntur ad Subdiaconos, cum hodie sint per ius nouum (ibi relatum) æquiparata in omnibus, vbi latius per glo. & Doct. Idem habet in c. miramur. extra de seruis non ordin. Idem habetur in l. Marcellus. in princ. versic. quod autem. ff. ad Senat. consult. Trebell. Idem habetur in l. tertia. §. si duo. ff. de legit. tut. & in l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad legem Falcidiam. & sciẽdum quòd naturaliter fuit

positum

positum verbum illud in principio fallentiæ præsentis, videlicet, in eadem materia: quoniam vt etiam docuit Dominus Antonius loco infra citādo, si hoc reperiretur in diuersa materia non procederet hæc falletia, vnde sic debet intelligi Glo. (quæ huic fallentiæ contradicere videtur, in regu. c.quę a iure.de regu.iur.in sexto. Hæc fallentia approbatur & secundo a Doctoribus. Nam Bar.præsenti fallentiæ ad verbum se subscripsit in d.l.a. nu.4. quem sequūtur communiter Legistæ ibidē. idem docuit ipse Bartolus in l.si quis seruo. C.de furtis,& seruo corrupto, nu.3.4.& 5. infrascriptis verbis vtens, videlicet. Quæro an id, quod dicitur hic.de seruo, habeat locum in filio. Glo.dicit, q̄ sic.vt in l.vt tantum.§.1. ff.de seruo corrupt. vides ergo secundum hoc, quòd hæc lex noua, & odiosa, & contra regulas iuris communis inducta extenditur per idētitatem rationis, & sic facit, quòd statuta recipiunt interpretationem extensiuam etiam ad id, cuius contrarium est dispositum a iure commu. sed contrarium dixit ibi in l.præcipimus.in fine.C.de appell.& in Authen. quas actiones. C.de sacrosanctis Eccles.sol. Dic, quòd non est nostrum hanc legem extendere ad filium, sed lex antiqua est illa, quę hanc legem extendit. Nā dicit d.l.vt tantum, quòd quicquid dicitur de seruo, habeāt locum in filio: illa lex ergo est quæ extendit hanc legem. Non ergo ista se extendit, sed extenditur, & sic interpretationem extēsiuam recipit passiuè, & non actiuè. Ex hoc dico, quòd si per statutum induceretur noua testandi forma: an haberet locum l.Falci.& Trebellianica, & similia in illo testamento certè sic, hæc ille. Idem elegantissimè docuit Matthæus Matthesilanus in trac.de extensione legum a nu.8. vsque ad nu.22. vbi hæc notatu dignissima docuit asserens, quòd quando a iure antiquo duo casus reperiuntur æquiparati in omnibus, & per omnia, quo ad effectū circa materiam illam de qua agitur, tunc ius nouum correctorium loquens in vno casu, intelligitur etiam loqui in reliquo: sed si aliqualis differentia in subtilitate inter ipsos casus reperiretur, vt puta, quia in vno casu detur actio directa, in alio vtilis, de hac etiam differentia non erit curandum, ac per consequens idem erit dicendum, quia quasi nullus est effectus, vt in l.actor. ff.de nego.gest. Attamen vbi duo casus reperiuntur æquiparati in aliquibus, sed non per omnia quo ad effectum circa materiam illam, de qua agitur: tunc ius nouum correctorium dispositionem de vno non habebit locum in reliquo. idem docuit Panormitanus in d.c.a multis, col.1. versic. nota quòd habilitatus, dicens. Nota quòd habilitatus ad gradum, & assumens qualitatem gradus habilitatus censetur ad omnia consequutiua ad gradus qualitatem, & sic lex noua corrigens recipit extensionem ad consequentia antiquæ legis. ad hoc c.miramur. extra de seruis non ordin. vbi ipsemet in col. 1. versic, Nota primo. vbi his verbis vsus fuit, videlicet, Nota primo quòd ordo Subdiaconatus hodie factus est sacer: ideo extensiuam a se recipit extensionē omnium iurium de gradu sacro loquentium, & sic contractus translatus ad qualitatem certi gradus recipit extensionem omniū iurium de gradu sacro loquentium, & sic hēt vnam regulam hic in materia extēsionis. hæc ille. Antonius de Butr. Idē docuit D. Antonius de Butrio in c. fin. col. 34. in versic. fallit tertio, qui idem docens dicit, quòd alterata pœna in accusato, alteratur etiam in accusatore non probante. Idem docuit Imo. in Clemen.1. colum.8. vers. fallit primò. de elect. Idem Geminianus in c.1.colum.3. in versic. fallit tertio. de tēp. ordi. in sexto. Idem Philippus Francus in d.c.1.col.4. in versic. fallit secundo. idem Glo. in c. si postquam. in versic. Eccl.& in versic. prouisione. de elect. in sexto. Idem docuit Nauarrus in c. Pœnæ. nu.6. in vers. secundo casu. de pœnitentia. distin.1. Idem Bal. & Angelus in d l.si quis seruo. & animaduertendum (vt bene docuit Euerardus vbi supra, nu.27.) quòd licet Glo. duæ in d. c. si postquam loquantur in pœnalibus, & aliæ duæ in exorbitantibus, & non in correctorijs: tamen omnino idem dicendum erit, vt iam diximus in præsenti fallentia in pęnalibus, & correctorijs, vt docuerūt supradicti Doctores vnà cum Bart. & alijs Doctoribus. enim Bar. inquam in l. Marcellus in princip. nu.6. ff. ad Senat. consul. Trebel. & in l. sed cum testator. nu.4. C. ad l. Falcidiam, his vtatur verbis, videlicet. Præterea non inducitur legis correctio, nisi in eo, quod est in l. corrigente expressum, vt in l. pręcipimus. in fine. C. de appell. ego dixi semper contrarium, quòd etiam Trebel. posset prohiberi, etsi dicas, non est nostrum legem extendere. concedo, sed lex antiqua bene potest extendere legem nouam, vt habetur in l. sed & posteriores. ff. de legibus. sed lex, quę dicit, quòd in quibus testamentis cessat falcidia, in illis cessat Trebellianica, vt in testamento militis. hæc ille. Quibus astipulatur sententia Cyn. Salic. & aliorum Doctorum. in d.l. sed cum testator. & Alex. de Imo. plenè in l.2. ff. de legat.1. Idem docuit Lanfranc. in repet. l. si verò. §. de viro. ff. soluto matrimonio. idem docuit Decius in l. factum. §. in penalibus, nu.13. & versic. quinto fallit. Idem Matthesil. in suo tracta. extensionum, quem citat etiā & sequitur Ange. Aret. in §. ius autem ciuile. char. antepen. col.3. versic. tertiò fallit, institu. de iure naturali, gent. & ciuili. & idem Aretinus docuit in Rubrica. ff. de acquir. poss. Romanus in consi. 120. 129. & 130. Panormitanus in c. de multa. nu.18. extra de præben. & Glo. in d.c. de multa. in versic. in eadem eccl. & rursus Antonius de Butrio in d. c. de multa. col.10. in versic. nota etiam, quòd in pœnalibus. Idem docuit Vincentius de Perusio, vulgò dictus el Freggio. in rubr. de acquir. possessione. idem docuit Decius in c. translato. in 2. not. extra de constitut. Panormitanus in d.c. translato. in 2. not. idē Bal. docuit in d. c. translato. nu. 1. in versic. nota q̄ conuexorum. Idem docuit Ancharanus in c. canonum statuta. col.20. in vers. quid dicens cum. extra de constitutionibus, vbi referendo sententiam Bartoli, addit peroptimam rationem præsentis quartæ fallentię, his verbis vtens, videlicet. Quid dicis cum sub vna regula lex disponit in diuersis casibus, an correctio legis in vno casu, vel persona, extenditur ad alium casum, vel personam. Pone exemplum dictæ legis, quòd in testamentis in quibus cessat Falcidia, cessat Trebellianica, vt in l. Marcellus. ff. ad Senat. consult. Trebel. Modò superuenit noua lex, quæ prohibet Falcidiam in relictis ad pias causas, an cessabit similiter Trebellianica. Bartolus dicit quòd sic, non ex eo, quòd sit eadem ratio, quia hoc non sufficit ad correctionem secūdum superius dicta, sed ex eo, quòd regula iuris antiqui complectitur casum omissum in l. noua, vt corrigatur sicut casus expressus, &

hoc

hoc ipſe nor. in d.l.Marcellus, & Bal. in l.filium, quem habentem.in repetitione, & quod ipſe not. in l.ſi quis ſeruo. C.de inrtis. Regula igitur, quæ cóinngit caſus varios eſt potentior, quàm ratio, & aptatur ad plures, quia per regulam indncitur correctio omnium caſuum ſub regula comprehenſorum, etiam ſi in noua lege ſint omiſſi.hæc ille.

Amplia primò dicta in præcedenri fallentia quarta, dicendo ipſa quoque verificari etiam in duobus caſibus a iure parificatis, etſi ſubtiliter inueſtigando, ac eos diſcutiendo reperiretur inter eos adeſſe aliqualis differẽtia, vt puta ſi in vno eorũ daretur directa actio, & in alio vtilis actio: cum quaſi nullus ſit ipſius effectus. Hæc ampliatio probatur duplici medio. Primo per arg. in l. actio.ff.de negot.geſtis, vbi hæc habentur, videlicet.[Actio negotiorum geſtorum illi datur, cuius intereſt hoc indicio experiri. Nec refert directa quis, aut vtili actione agat, vel conueniatur, quia in extraordinarijs iudicijs, vbi conceptio formularum non obſeruatur, hæc ſubtilitas ſuperuacua eſt: maximè cum vtraque actio eiuſdem poteſtatis ſit, eundemque habeat effectum.] hæc ibi. Dixi probari præſenrẽ ampliationẽ per arg.l.actio. quoniam etſi ad verbum inibi non fiat explicitè ſermo de ipſa, bene tamen implicitè, cum inde eliciarur apertiſſimè regula cõtenta in ipſa ampliatione. Frobatur & ſecundo auctoritate Doctorũ, videlicet, Glo.1. dicta l.actio, & ibi Bar.& ſpecialius authoritate Matthei Mattesil. in ſuo tract.de interpretatione legum extenſiua.nu.11.verſic.vnde licet.

Amplia & ſecundo dictam fallentiam, dicendo ipſam quoq; verificari in duobus caſibus, in quibus aliàs reperirentur quamplurimæ differentiæ, dummodo in materia (de qua agitur) parificentur a iure antiquo, prout eſt videre in ſubſeqnentibus caſibus. Nam licet ſint plures differentiæ inter filium, & ſeruum, vt in l.tertia. §.ſi ſeruus, & §.ſed etſi filius, & ibi glo.& Doct.ff.de peculio: quia tamen in materia actionis ſerui corrupti parificantur, quapropter quod dicitur in vno, habebit locum & in alio. Item videmus, ꝙ licèt ſint plures differentiæ inter teſtamentum, & codicillos, vt in l.hac conſultiſſima.C.de teſtamentis, & in l.fin.in fin. C. de codicillis, quia tamen teſtamentum & codicilli parificantur quo ad perſonã diſponentem, quia ille demum poteſt facere codicillos, qui teſtamentum poteſt, vt in l.2.ff.de legat. 1. & in l.Diui. §.pen. ff. de iure codicill. ius nouum diſponens quod quis poſſit, vel non poſſit condere teſtamentum, habet locum etiam in codicillis, vt nor. in d. l. 2. Idem docuit Mattheus Matthesil.vbi ſupra, nu.12.verſ. item licet multæ reperiantur.

Amplia & tertiò dicta in præcedenti fallentia quarta, dicendo, ꝙ in tantum illa eſt vera ꝙ inde ſequitur, quòd vbi caſus verus, & fictus ſunt in omnibus parificati a lege noua correctoria, vel alio modo exorbitanti, vel odioſa, lex loquens in caſu vero, habebit locum etiam in ficto, & ſic limitari poterit doctrina, quæ datur in l.3.§. hæc verba. ff.de negot.geſt.& in l.mercis. ff.de verbo. ſigni. quę etiam per Bart.in l.ſi is, qui pro emptio. ff.de vſucapió. & in l.omnes populi.ff.de iuſt.& iure, & apertè docetur a Mattheo Matteſil. vbi ſupra, nu.2.verſ.& ex prædictis dici poteſt.

Limita ſingulariter ea, quæ dicta fuerunt in fallentia quarta concluſionis tertiæ, dicendo ipſa vera ſolum quando duo caſus a iure antiquo in omnibus, & per omnia reperiuntur parificati in materia, de qua agitur, ſeu ad effectum producendum circa materiam illam, de qua agitur. Nam tunc ius nouum correctorium pęnale diſponens in vno parificatorum, etſi habeat locum in alio caſu non expreſſo in tali iure, ſecus tamen erit dicendum, quando duo caſus ſunt æquiparati in aliquibus, ſed non per omnia, quo ad effectum circa materiam illam, de qua agitur. Nam in tali caſu ius nouum correctorium diſponens de vno, non habebit locum in reliquo æquiparato, vt patet in l. fin.iuncta not.Authen.quas actiones. C.de ſacroſanctis Eccleſ. facit quoque c.ſicut vrgeri.1.q.1.& quod docuit Glo. in l.creditori. ff. de oper. noui nunc.& facit l.ſi autem. §.ſi homo. ff.de rei vend. nam in dicta l.fin. in quatuor caſibus tantum parificantur ciuitates Eccleſ. & alia loca pia, ſed in alijs caſibus hoc non reperitur in materia præſcriptionis, quod patet, quia contra Eccleſiam non currit præſcriptio xxx. vel xxxx.anno.vt habetur in dicta Authen.quas actiones.& in c.illud. extra de præſcript. & tamen currit contra ciuitates exceptio in caſibus poſitis in dicta l. fin. argumentum in l.2.C.de iure Reip.lib.11.& l.eum qui vectigal.ff.de verbor.ſignif.facit quod notat Glo.ſuper Rubr. C.de iure Reip. & facit c.1. ne cler. vel mon. in ſexto. Nam licet vnus parochialem Eccleſiam, & habens dignitatem parificetur in multis, vt in c.de multa.extra de præben.& c.dudum, el ſecondo, extra de elect. quia tamen in multis differunt. Ius imponens pęnam ipſo iure, loquens in vno, non trahetur ad reliquum. Ex quo patet quòd multo minus trahetur ius correctoriũ. Hæc omnia ſingulariter docuit Mattheus Matteſil. in tract.extenſionum, a nu.14.vſque ad 18.quæ vtiq; ſunt valde notanda a Iudicibus.

Quintò fallit regula contenta in dicta conclu-
65 ſione tertia in correlatiuis, quia † lex noua corrigens in vno correlatiuorum, puta in vxore, extenditur etiã, vt corrigat in alio, & ſic in marito, necnon, vt alius non expreſſus incidat in eandem pęnam, & hoc quando eadem ratio militat in vtroque correlatiuo, & eodem iure regulatur: ſecus autem erit ſi ſeparatè cuilibet correlatiuorum imponeretur propria pęna. Hæc fallentia, etſi admittat nonnullas limitationes infraſcriptas, tamen regulariter loquendo, ipſa vera eſt, & probabitur triplici medio. Primo enim per argum.in l.fin.in principio.C.de indicta vidui.toll.vbi hæc habentur, videlicet, legem Iuliam Miſſellam, quemadmodum in fęminis ſubſtulimus, ita & in maſculis eſſe ſublatam pertinere quidem ad ſenſum noſtrę legis, quam ſuper hoc promulgauimus, non eſt incertum:] hæc ibi. Dixi probari præſentem fallentiam per arg. in dicta l.fin. & non per l. fin. quoniam, etſi explicitè dicta lex non loquatur de correlatiuis: bene tamen implicitè, iuxta ſententiam omnium infraſcriptorum Doctorum: qui dicta verba legis intelligunt de vxore, & marito. Probatur & ſecundo Doctorum authoritate, Bar.enim in d.l. fin.n.1.infraſcriptis vtitur verbis, videlicet. Nota ex hoc principio ꝙ ſi lex corrigitur in vno de correlatiuis intelligitur eſſe correcta in alio, licet nõ exprimatur: cõtra hoc videtur, vt in l.pręcipimus in fine, C.de appellat. Sol. lex non corrigitur. fallit in correlatiuis, vt hic, nã maritus, & vxor ſunt

correlatiua.sicut ergo lex corrigitur in vxore, ita in marito. vide in simili, emptor, & venditor sunt correlatiua, pone, quòd emptor liberat venditorem, certe statim intelligitur liberatus ipse emptor a venditore, & è contra. hic casus est in l. cum emptor. ff. de rescind. vend, & l. fin. ff. de acce. & per hoc semel dixi in quæstione de facto. Dicebat statutum Pisarum, quòd nulli liceat vendere frumentum nisi in platea, sub certa pœna, de emptione nihil dicebatur, quæro vtrum puniatur emptor. Ego dico in istis correlatiuis, quòd statutū in vno, videtur statutum in alio: vt hic, & in alijs legibus prædicta vera sunt, nisi diuersa sit ratio emptionis, & venditionis, hæc omnia Bartolus vbi supra: & animaduertendum, quòd icirco Bartolus addidit prædictis clausulam illam. [Nisi diuersa sit ratio emptionis, & venditionis] quonia si contingeret, q statutū compelleret aliquē vendere, quòd inde non sequitur, quòd tali statuto aliquis particularis teneatur etiam emere illud, vt docuit Bal. in l. prima, C. de commu. seruo, manum, præsenti fallentiæ se subscripserunt quoque in dicta l. fin. C. de indicta viduita. tollen. Ange. Iason, & alij Doctores, quia textus ibi est apertissimus eo magis, quòd dicant hanc esse communem sententiam. Idem Bal. & Pau. de Castro in l. fin. C. de sacrosanctis Eccles. idem docuit Pet. de Ancha. in repetitione c. Canonum statuta. extra de constitu. columna 20. in principio, in versic. regulariter enim, vbi infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Regulariter enim verū est, quòd lex non corrigitur nisi in expresso: fallit in correlatiuis, in quibus etiam in materia correctiua, correctio in vno inducit correctionem in reliquo. vt in d. l. fin. Idem in materia dispositiua etiam pœnalis, & constitutio prohibens super vno ex correlatiuis, videatur in aliquo prohibere. Vnde si aliquis prohibetur emere sub pena, videtur prohibitus vendere sub eadem pena. facit l. cum emptor. ff. de rescind. vend. & l. fin. de excep. Idem docuit Bal. in l. nemo martires. C. de sacrosanctis Eccl. cōtra hoc facit, quod not. Bart. post Glo. & Authen. qui semel. C. quomodo, & quādo iur. vbi aliter est prouisum contra actorem cōtumacem, vt in l. properandum. §. etsi quidē pars. C. de iudicijs in danda dilatione, & tamen ista l. properandum, remanet incorrecta in reo, & sic in vno ex correlatiuis nō tangit reliquum: solut. (vt ipse dicit) hoc facit diuersitatis ratio inter reum, & actorem contumacem; propter contumaciam. n. actoris potest peruenire ad diffinitiuam sententiam etiam lite non contestata, vt ibi, quod secus est in reo; Non mirum ergo, si propter maius periculum maior datur actori dilatio, facit quod not. in c. 1. de dolo, & contumacia habent se vt paria; secus si diuerso iure regulentur, vt est actor, & reus, qui in multis differunt, vt not. in l. de die ponenda. ff. qui satisdari cogantur. hæc ibi, vbi supra. Idem docuit Ioan. de Imo. in l. si verò. §. de viro. ff. soluto matrimonio, & in Clem. 1. num. 37. in vers. secundo fallit, de elect. Idem Ioan. Baptista in repetitione l. omnes populi. in fall. 9. ff. de iust. & iur. Idē Lanfranchus in repet. dicti §. de viro. in 3. conclusione interpretationis intensiuæ. Idem Antonius de Butr. in c. fin. col. 14. in vers. fallit secundò. extra de consuetudine. Idem docuit Geminianus in c. 5. col. 3. in vers. fallit secundo, de temp. ordin. Idem docuit Philippus Franchus in d. c. 1. nu. 5. col. 3. in vers. quod tamen limita primò. Idem docuit Pan. in c. quia clerici. nu. 7. extra de iure patro. dicens.

66 Pena † apposita in vno ex correlatiuis, videtur apposita in altero, concurrente eadem ratione, vt est communis Theorica legistarum in l. fin. ff. de acce pt. in l. vlt. C. de indicta viduitat. circa hoc tamen vide quod dixi in c. 1. extra de locato, vbi in nu. 13. in vers. sed conclude, ipse met Panorm. inquit, sed conclude, quòd aut non est eadem ratio in altero ex correlatiuis, & non debet eadem pœna extendi, vt paret ex not. in c. super eo. extra de vsuris: nam pœna apponitur danti ad vsuram, quæ non intelligitur repetita in accipienre, quia non eadem ratio, vt ibi notatur. sic voluit Bartolus in dicta l. vlt. de indicta vidui. toll. licet simpliciter fuit loquutus in l. fin. ff. acceptil. Aut est eadem ratio, vtputa, vt frumentum non extrahatur de ciuitate, imponitur pœna vendenti frumentum forensibus, nunquid pœna intelligitur in emptore repetita, & est dubium satis probabile, sed crederem, quòd extendatur dispositio statuti, sed non pœna. hæc Panormitanus vbi supra, qui quidem in hac sententia quo ad vltima verba ipsius, scilicet, [sed pœna non est sequendus, tunc quia ipsemet retulit in dicto c. quia clerici. contrarium tenuisse communem theoricam Legistarum, cui aduersari ita facile non licet, tunc quia rursus ex professo consurgentis contra Ioan. And. in c. dispendia, de rescriptis in sexto, dicentem non extendi quo ad pœnam ibi insertam ipsemet Panormitanus multa in contrarium attulit in c. fin. colum. 2. versic. in Glo. insuper pluribus extra de rescriptis; cuius præcisa verba retulit in probationem conclus. vnicæ quæstionis, vbi de extensione constitutionis annullantis actio agitur. Vide ibi, cum etiam ipsemet explicitè contrarium docens astipulatus fuerit præsenti fallētiæ in procemio Decretalium, num. 20. his verbis vtens in versic. vult enim apertè, & benè quòd dispositio circa vnum ex correlatiuis extenditur ad reliquum, quod procedit etiam in materia pœnali, quando correlatiua vniformiter se habent, aliàs secus, ad hoc quod notat Bartolus in Authen, qui semel. C. quomodo, & quando Iudex. Bal. in l, nemo. C. de sacrosanctis Ecclesijs, & ideo si constitutio, seu statutum imponit pœnam vendenti certam rem, illa pœna intelligitur repetita respectu ementis: quod nota. Hæc Panormitanus vbi supra. qua propter meritò ipsum reprehendit Iason in l. fin. numero 17. versiculo secunda principalis conclusio. C. de indicta viduit. toll. citans ad confirmandam præsentem quintam fallentiam, quampluri-mos Doctores. Idem docuit Ioan. de Anan. in c. capit. cum sit Romana. col... extra de simonia. Idem probauit peroptime Felinus in procemio decretalium super text. procemij, colum. 2. in versic. sed tamen verius esse puto, vbi redarguit Ioannem And. contrarium docentem in c. dispendia. extra de rescript, & ipse Felinus probat nostram fallentiam multorum (ex Doctoribus a me supracitatis) authoritate. Idem docuerunt infrascripti Doctores alij, quos refert Antonius Gabriel. in commune conclusionum. libro sexto, titu. de legibus, & constitutionibus. conclusione tertia, in qua elegantissimè pertractans de correlatiua dispensatione, inter alia agens de materia nostræ fallentiæ in num. 36. ampliando dictam conclusionem (In qua dixerat, quòd lex disponens in vno ex correlatiuis,

relatiuis, habet locum etiam in alio) infraſcriptis verbis ſe ſubſcripſit præſenti noſtræ fallentiæ, videlicet, primo amplia principalem conclusionem procedere etiã in materia correctoria: Lex enim corrigens in vno ex correlatiuis, cenſentur etiam in alio corrigere, vt eſt text. in l.fin. C.de indicta viduit. toll. & ibi not. Bar. in principio, & Ang. verſic. in text. ibi [Non eſt incertum.] Salicetus in principio, verſic. ex quo nota. Paulus de Caſtro. verſic. per hoc dicimus. Corn. in primo not. Iaſon in primo not. verſ. & ex hoc not. Idem tenet rurſus Bart. in l. liberorum, §.1. verſ. ſed quæro. ff. de his, qui not. infam. Bal. rurſus in Authen. quas actiones, C.de ſacroſanctis Eccleſ. col.2. non obſtant. & ibi Pau. de Caſt. col.2. verſ. in Glo. ibi, & ibi Iaſon, col.8. verſ. tertio principaliter. & in ſuo conſ.112. col.1. verſic. & in primis facio. & verſic. & iſtud etiam, col. ſequenti, volum.1. & in l. qui condemnare, nu.9. ff. de ſent. & re ind. vbi hanc dicit eſſe communem opinionem. Glo. conſuet. Turon. fol.6. col.3. & ſequenti verſi. tertia concluſio. Venafr. conſi.5. col. penul. verſic. ſunt enim. Ioannes Crot. in repet. l. omnes populi. nu.114. verſic. nona concluſio. ff. de iuſt. & iur. Ioannes Baptiſta de Sancto Blaſio in tract. correlatiuorum, col.3. verſic. venio ad quartam. Io. Nicol. in l. general. nu.29. C.de ſecun. nupt. Curt. iun. in conſi.6. num. 1. vbi hanc eſſe dicit communem Doctorum opinionem. Idem docuit Hippolitus de Marſil. in l. ſi quis viduam. nu.14.15.16.17.18.19.20.21.22.23. 24.25. & 26. per totum. ff. de quæſt. vbi hanc fallentiam probat elegãtiſſimè, afferendo multa pro, & contra, ſed præcipuè in nu.14.15. & 16. loquitur deciſiuè approbando præſentem noſtram fallentiam quoad omnes eius particulas. Vide ergo latius ibi per eum, cuius ſententiam hìc ad verbum non retuli, breuitatis cauſa eo magis, quòd nihil noui ſuper addat his, quæ hucuſque hìc per me fuerunt relata, & probata aliorum quàmplurimorum Doctorum auctoritate. Idem rurſus docuit ipſemet Antonius Gabriel vbi ſupra, nu.37. in verſic. ſecundo amplia: probando, quòd non ſolum correlatiua locum obtineant in materia correctoria, verũ etiam in materia pęnali, & ad hoc probandum citat quamplures Doctores ſupra a me citatos, & vltra eos, infraſcriptos alios Doctores. inter quos eſt Iaſon in l. ſi prius. col.18. verſic. aduerte. ff. de noui operis nunc. qui dixit hanc eſſe communem opinionem. Idem docuit tacitè Glo. in c.2. verſic. reus, & in verſic. ſi poſt præſtitũ, de confeſ. in ſexto, dicens, quòd concluſiuè, quòd pęna rei iurare nolentis iubetur reſpondere poſitionibus, ſcilicet vt habetur pro confeſſo, locum habet etiam in actore, vt habeatur pro confeſſo, cum actoris & rei ſit æqua conditio: vt in c. non licet. de regu. iur. in ſexto. Hæc glo. illa quam amplectitur Dominicus a Sancto Geminiano (ibidẽ, col.2. in verſic. glo. ſuper verſic. reus) dicens. Nota
67 iſtam glo. quòd conſtitutio † pęnalis loquens de reo, habet locum etiam in actore, quando eadem eſt ratio in vtroque, & conſtitutio ideo expreſſit de reo, quia cõis actus ſuper quo diſponit, accidere ſolet in reo: hæc ille. ibi idem rurſus docuit Panor. in c. fin. not. 2. extra de Iudæis. Idem rurſus Iaſon in l. fin. in fine. ff. de in ius voca. idem docuit Fabianus de Monte in tracta. de emptione, & venditione. quæſt.2. nu.32.33. & 34. concludendo autem dicta eius ibi: dico ipſum docuiſſe, quòd emptor, & venditor ſint correlatiua, & quòd correlatiuorum hæc ſit natura, ac regula, quòd ad poſitionem vnius correlatiuorum, ſequitur poſitio alterius, & è contra, ad remotionem vnius, ſequitur remotio alterius, vt in l. fin. ff. de acceptil. & optimus textus in l. prima, & ibi Bart. C. de cupreſſis ex loco Daphnes. libro 11. & in l. fin. C. de indicta viduit. toll. & ideo ſtatutum in vno, intelligitur pariter ſtatutum in reliquis. Vnde notanter (inquit ipſe Fabianus) dicit Bartolus per text. in dicta l. prima, quòd pœna indicta emptori ex aliquo contractu prohibito a lege, vel ſtatuto, intelligitur indicta pariter venditori, & idem ſequutus fuit Baldus in l. prima, C. de communi ſer. manum. quia prohibitum in vno intelligitur prohibitum in alio. Non tamen ſtatutum compellens quẽ vendere, intelligitur compellere quem emere, prout dicit glo. & Bal. in dicta l.1. C. de commu. ſer. manu. Non obſtat l.1. & ibi glo. & Bart. C. de cupreſſis. lib.11. vbi pęna impoſita ementi, videtur pariter impoſita vendenti: & è contra, quia prohibitio ibi fiebat ratione rei prohibitæ, & non perſonæ contrahentis, vnde comprehendit vtrumque, cum aliter non poſſit explicari, licèt verba referantur ad alterum tantũ, & ſic eſt ibi alia ratio, quàm in dicta l. prima: C. de commu. ſer. manu. prout eleganter declarat hic Bal. hæc ille. Ex cuius verbis patuit quoque veritas præſentis fallentiæ. Idẽ rurſus docuit Felinus in c.2. nu.1. in verſic. bona glo. in verſ. reus, extra de mutuis peti. dicens ex dicta glo. elicere Dominicum (ſcilicet de Sancto Geminiano) ꝙ lex etiam pœnalis loquens de reo in caſu ſępius in reo occurrente, extenditur ad actorem, cuius ſententiam ibi ipſe approbat. Idem docuit Alex. in conſi.151. col.2. verſ. cum ergo deceſſerit. Idem docuit Caſſan. in conſuet. Burgun. fol.160. col.2. verſ. ſeptima concluſio, & ſequenti. Idem docuit Io. Nicolaus in l. generaliter. nu.26. C. de ſecun. nupt. vbi hanc eſſe communem opinionem affirmat. Idem docuit Cur. iun. in conſi.6. col.1. verſ. ſic etiam dixit Bal. Idem docuit Nauarrus in c. pęnæ. nu.5. de pęniten. diſt.1. Idem docuit Bart. Ang. Iaſon, & alij Doctores in l. fin. C. de indicta viduit. Curt. ſenior in conſi.11. incip. ſtatuto. &c. nu.7. Decius in l. ſicut bonis, nu.7. C. de in ius vocand. Geminianus in c. eos. §. clerici. colum. fin. de tẽp. ord. in ſexto. Franciſcus Viuius in Theſauro commun. opin. verſ. ſtatuta contra venditorem. Idem Auguſtinus Berous in c. ad noſtrã. nu. 5. extra de emptione, & vendit. dicens, ꝙ correlatiuorum in dubio eadem iuris diſpoſitio eſſe debet. l. fin. & ibi Bar. C. de indicta viduit. toll. attamen hoc arg. a natura correlatiuorum ſumptum non procedit, quando eſt diuerſa ratio, argumen. in cap. debitores. extra de iureiuran. qui Auguſt. rurſus tacitè ſe ſubſcripſit præſenti fallentiæ, cum in capit. in præſentia. numero 301. ſe ſubſcripſerit ſententiæ Ioan. de Imo. in Clemen.1. de elect. qui (vt ſupra retulimus) ad verbum ſe ſubſcripſit præſenti fallentię. Idẽ docuit Euerardus in Topica iuris in loco argumentandi a ratione legis. nu.28. in verſ. tertio fallit. Idem docuit elegans Hippolitus de Marſil. in l. ſi quis viduam, num.26. ff. de quæſtionibus, ſequens Felinum in prooemio ſuper decret. loco ſupra citato, & alios ibi a ſe citatos. Probatur & tertio hac ratione, videlicet, cum. n. naturã ac cõditio correlatiuorum ſit, ꝙ dictum de vno intelligatur de altero, eo ꝙ habeãtur quaſi duo

in eodem subiecto : non mirum videri debet,
quòd ipsa correlatiua etiam in pœnalibus,& cor-
rectorijs retineant propriam naturam, & sic sit
procedendum in altero eorum, sicut in reliquo
expressum in iure reperimus, etiam si ius illud es-
set pœnale, & correctorium, vt copiosissimè fuit
probatum per prællata hucusque.

Primò limita dictam quintam fallentiam, vt
locum habeat respectu vnius, & eiusdem actus,
68 † & non aliter, vt peroptimè declarant ac do-
cent infrascripti Doctores, videlicet Socinus in
consilio 74. versiculo. Quinimò dico. volumine
tertio, Decius in l. prima, columna secunda, ver-
sicul. secundus casus. C. de in ius vocan. Cur. iun.
in consi. 6. nu. 13. Aim. in tract. de antiquit. temp.
in 4. nu. 115. qui docuit etiã quòd requirit quod
absit eadem ratio, hæc ille: quos omnes Docto-
res citat, & sequitur Antonius Gabriel loco cita-
to in præcedenti quinta fallentia, nu. 38. Sed ani-
maduertendum, quòd in prædicta fallentia pro-
bauimus id, quod docuit ipse Aim. dicens, quòd
requiratur eadem ratio in vtroque correlatiuo-
rum, vt locum habere possit prædicta nostra fal-
lentia.

Secundò limita dictam fallentiam in pœna con
69 uentionali in aliquo contractu apposita, † quæ
vni ex correlatiuis adiecta, nõ censetur adiecta al
teri, vt tenet Bal. in capit. 1. versic. pone quòd em-
phiteota. in titu. qual. domi. feud. prop. priua. De
cius in consilio 697. numero 2. 3. & 4. Idem do-
cuit sequens sententiam Bal. loco supra citato, di-
cens in contractu non videtur, quòd extensio fieri
possit ad casum non expressum, ex eo quod singu-
lariter notat Bal. in capitulo 1. in principio, in ti-
tu. qual. olim dominus propri. feudi priue. in versi
culo pone, quod emphiteota, vbi concludit, quòd
licèt pœna imposita vni ex correlatiuis habeat lo
cum in altero in dispositione legali: vt in l. fin. C.
de indicta vidui. toll. & hoc bene procedit in di-
spositione legali, prout iura allegata loquuntur;
Secus est in contractu secundum Bal. ibi, quia pœ
na imposita vni ex correlatiuis, non habet locum
in altero, de quo expressum non fuit: quia non est
nostrum conuentiones, & contractus extendere:
70 & concludit Bal. quòd contractus † non extendi-
tur de re ad rem, nec de persona ad personam: &
ideo statutum in permutatione, non habet locum
in venditione: nec è contra, vt not. Bal. in l. pri-
ma, columna prima, in fine. C. de rerum permut.
& idem Bal. in consilio 64. Incipit statutum pro-
hibens venditionem. libro 4. & simili casu tradit
Alexan. in consilio 76. incipien. visis dubitationi-
bus, columna prima, libro quinto, & in consilio
29. incipien. ponderatis verbis, libro sexto; hæc
omnia Decius vbi supra. Idem docuit Ioan. Ni-
col. (vt refert Antonius Gabriel loco infra citan-
do) in l. generaliter, numero 28. C. de secund. nu-
pt. Idem docuit Aimo. in tract. de antiquit. temp.
in quarta parte, numero 115. & sequenti, vbi dicit
ita intelligendum esse Bal. in consi. 482. col. 2. vo-
lum. 1. Idem docuit dictus Antonius Gabr. loco
citato in præcedenti fallentia, nu. 39.

Tertiò limitatur præcedens quinta fallentia,
quando cuilibet ex correlatiuis specialem pœ-
71 nam iniungeret lex † pœnalis, & correctoria, quo
niam tunc dicta pœna non extenderetur ad reli-
quum correlatiuum. Hæc limitatio probatur ve-
rissima Doctorum infrascriptorum sententia. Nã
Dominicus a Sancto Geminiano in cap. eos. de
temp. ordin. in sexto, in versic. Nota, quòd pęna
dicit. Nota quòd pęna imposita vni ex correlati-
uis interuenientibus in actu, non extenditur ad
illud correlatiuum, quando iura cuilibet speciali-
ter imponunt certam pęnam, & sic limita, quòd di
xit supra c. proximo, in secunda fallentia.

Sextò fallit dicta regula tradita in conclusione
72 tertia, quando lex, seu statutum † pęnale, & cor-
rectorium nouum reduceret nos ad ius antiquũ,
seu commune, vt ipsum bene interpretari posse-
mus, ac extendere iuxta constitutionem anti-
quam, etiam ad alium casum subintellectum, &
æquiparatum. Hæc fallentia probatur duplici
medio. Primo enim Doctorum auctoritate, Glo.
enim in capitulo statutum, in versiculo nume-
randum, de præbend. in sexto, inter alia infrascri-
pta dixit, videlicet. Item per hanc redditur ad
ius commune: extendenda est igitur, vt de facili
ad suam naturam redeat. Idem docuit Archid.
in dicto capitulo statutum, columna secunda,
in versiculo vacauerint. in fine, vbi dicit, quòd
per istam decretalem redditur ad ius commu-
ne prius habitum: & sic hoc est fauorabile, & ex-
tendendus: hæc ille. supradictæ Glo. se subscripsit
Felinus in capitulo cum accessissent, columna ter-
tia, in versiculo & adduci posset Glo. notabilis.
in dicto capitulo statutum. in dicto versiculo nu-
merandum, quæ probat, quòd vbicunque fit
73 aliqua concessio, † per quam recedimus a iure
speciali, & reddimus ad ius commune, sem-
per fit latissima interpretatio, etiam contra pro-
priam naturam, & est glo. singularis. hæc Feli-
nus. idem docuit Marianus Socinus senior in ca-
pitulo qualiter, & quando, el secondo, nu. 187. &
188. col. 30. extra de accusationibus, his verbis
vtens (vltra ea, quibus vti diximus Felinum) vide-
licet, Ista est glo. singularis, quam perpetuò me-
moriæ comendabis, in versic. numerandum, &
74 facit, quia † res de facili reuertitur ad naturam
suam. vt in cap. ab exordio, 35. dist. & l. si vnus. §.
pactus ne peteret. ff. de pactis. Idem docuit Anto-
nius de Butrio in c. olim tibi, col. 2. ferè per totũ,
idẽq; sępius repetens, extra de verb. signif. & rur-
sus idẽ in c. fin. col. 35. in vers. fallit tertiò, extra de
cõsuetudine. Idem docuit Panor. in d. c. olim tibi,
nu. 5. idẽ docuit Ioan. And. & Philippus Frãchus
implicitè sequentes dictam glo. in vers. numeran-
dum. Vbi nota. ipse Franchus dixit, quòd quan-
75 do constitutio † vno respectu est fauorabilis, &
alio respectu odiosa, dicitur fauorabilis, si constat
de mente disponentis, ꝙ statuat in fauorem. facit
glo. in cap. sciant. de elect. in sexto, & in c. si pro-
pter in versic. primò, de rescriptis in sexto, & hoc
dictum memoriæ comendabis. idem docuit &
Geminianus ibidem, quod & Franchus. Addens
tamen, hanc optimam distinctionem pro intelli-
gentia virtutis taliũ verborũ, videlicet, A die, &c.
infrascriptis verbis vtens, videlicet. Aut hęc dictio
A, exponitur a lege, aut ab homine. Primo casu ad
cognoscendum, an stet exclusiuè, vel inclusiuè de-
bemus considerare illum intellectum, qui magis
amitatur alijs iuribus, & isto modo sumetur: Vn-
de si intellectus sit ꝙ [A.] instet inclusiuè ma-
gis amitatur alijs iuribus, stet inclusiuè, & ita su-
mitur. capitul. final. 31. distin. Nam ibi dicitur,
quòd in Eccle. occidentali a Subdiacono, & su-
pra debeant abstinere, illa dictio includit Sub-
diaco-

diaconatum, & ratio est, quia per alia iura, Subdiaconus debet continere: & ita etiam sumitur distinct. 77. §. nunc autem. ibi [a die Dominicæ Resurrectionis vsque in diem Pentecostes inducuntur ieiunia.] Illa dictio, a, † stat inclusiuè, quia per alia iura dies Dominica non ieiunatur. Si verò plus amittetur alijs iuribus quòd stet exclusiuè; ita sumetur, vt patet in capitulo in veteri, in fin. distinctio. 77. iuncto capitulo de his. distinctione vigesimaoctaua. Nam Leuita non poterat ordinari nisi peregerat vigesimumquintum annum, vt in dicto capitulo de his. si dicatur quòd ordinetur a 25. anno supra, tunc dictio, a, stat exclusiuè, vt in dicto capitulo in ueteri. Aut non apparet quis intellectus sit magis amicabilis alijs iuribus, & tunc si potest constare ex verbis legis, qualiter velit sumi: quia vult quòd stet inclusiuè, & ita sumetur, vt in capitulo primo, distin. 31. vbi dicitur quòd a præsenti die nullum ordinent Diaconum, qui castitatem non promittat, illa dies includitur ex verbis legis, cum esset materia prohibita. Aut apparet, quòd lex vult stare exclusiuè, & stabit exclusiuè vt hic, scilicet in dicto c. statutu, & in cap. frequēs. de restitutione spoliar. in sexto, & in capit. Pia. de exceptionibus in sexto. Aut lex non exprimit qualiter vel it sumi, & tunc si apparet de mente legis per verba sequentia, & illud seruabitur, vt in capit. A Subdiacono. distinctione 93. Nam ibi dicitur a Subdiacono infra omnes obediant Diacono, & sic apparet ex illis verbis sequentibus, quòd voluit includere Subdiaconum. Si vero non potest apparere de mente legis, tunc potest distingui, quòd aut apparet odium si staret inclusiuè, & tunc non includet argum. regulæ. capitulo odia, & capitulo in pœnis. de regu. iur. in sexto, & facit quòd notat Glo. in capitulo si propter tua debita, de rescript. in sexto. De die bisestili, an includatur in anno, an nō. Quando verò præpositio A, profertur ab homine dic quòd in omnibus casibus, in quibus dictum est, quòd stet inclusiuè, vel exclusiuè, quando profertur a iure, ita & in isto casu, sed vbi materia in qua profertur est indifferens, quia non habet plus odij, quàm fauoris, nec potest constare de intentione proferentis: tunc si refertur ad ipsum exprimentem, assumimus illum intellectum, qui est contra ipsum, siue sit exclusiuus, siue inclusiuus, vt in regula. Contra eum. de regu. iur. in sexto, cum concordantijs ibi positis. hæc Geminianus, vbi supra. Idem docuit Nicolaus Euerardus in tractat. supradicto loco a ratione legis, numero vigesimonono, in versic. quartò fallit dicta regula, qui nostram conclusionem ad verbum probat auctoritate dictæ Glo. in dicto versi. numerandum, quam dixit amplexum fuisse Alex. in l. si constante. ff. soluto matrimonio. Iasonem in Authen. quas actiones. C. de sacrosanctis Ecclesijs. Felinū, Ioannem And. Antonium, & Panormitanum locis supra a me citatis. Probatur & secūdo hac ratione, videlicet, Cum res de facili redeat ad naturam suam, vt in l. si vnus. §. pactus ne peteret. ff. de pactis, & materia hæc censetur fauorabilis: & quia constitutio fauorabilis, quamuis correctoria, erit extendēda, vt in capitulo odia. de reg. iur. in sexto. Ideo & hæc materia proposita in præsenti fallentia erit extendenda. Attamen posset quis insurgere contra nostram fallentiam, asseuerando citatos Doctores non fuisse loquutos in terminis nostræ fallentiæ, cum nec verbum quidem fecerint de lege pœnali correctoria extendenda, sed simpliciter sequuti fuerint dictam Glo. in versic. Notandum. quæ nec ipsa loqui videtur in terminis præsentis fallentiæ, cum nullum verbum protulerit hoc ipsum denotans, aut ex verbis ipsius supra per te relatis. Apertissime patet ergo falsa est tua fallentia. His non obstantibus asseueramus adhuc dictos Doctores citatos sequentes dictam Glo. dicti capituli statutum, in versiculo numerandum. loquutos fuisse in terminis præsentis fallentiæ. Nam quis negare poterit sine pallore simul & rubore, quòd dicta Glo. loquuta sit in terminis dicti cap. statutum, & non extra illos? cum Glosatum proprium sit interpretari constitutionis verba, quæ glosare intendit, vt patet ad sensum: cum igitur ita res se habeat, & non aliter, videamus modò an constitutio dicti capituli statutum, sit pœnalis, & correctoria: & primo, quòd dicta constitutio sit pœnalis, elicitur ex verbis ipsiusmet constitutionis. Nam in dicto capitulo statutum. inter alia hæc habentur, videlicet. [Statutum felicis recordationis Clementis Papæ prædecessoris nostri de dignitatibus, & beneficijs in curia Romana vacantibus nequaquam per alium, quàm per Romanum Pontificem conferendis decernimus taliter moderandum, &c.] Ex his ergo verbis iuncta dicta citata Clementis Papæ constitutione, quæ habetur in capit. licet. de præben. in sexto, vbi inter alia hæc habentur, videlicet. [Eadem auctoritate. s. Pontificia, statuimus, vt Ecclesias, dignitates, personatus, & beneficia, quæ apud Sedem ipsam deinceps vacare
77 contingerit, † aliquis præter Romanum Pontificem, quacunque super hoc sit authoritate munitus, siue iure ordinariæ potestatis ipsorum electio, prouisio, seu collatio ad eum pertineat: siue litteras super aliquorum prouisione generales, vel etiam speciales, sub quacunque forma verborum receperit, nisi, & sit super conferendis eisdem in curia Romana vacantibus, specialis, & expressa ab ipso Pontifice summo authoritas attributa conferre alicui, seu aliquibus non præsumat. Nos enim si secus actum, seu attentatum fuerit, decernimus irritum, & inane] hæc ibi. Ex quibus patuit hanc constitutionem esse pœnalem: cum per ipsam Diœcesanus, ac vnusquisque Ordinarius priuetur iure suo, iure inquam, conferendi beneficia sua diœcesis vacantia propter mortem clericorum morientium in curia Romana, & quòd dicta constitutio in dicto capitulo statutum. fuerit pœnalis, & correctoria simul, quàm facillimè probatur ex iam relatis verbis, & alijs referendis: Nam, vt diximus, per ipsam Papa confirmauit pœnam irrogatam ordinarijs, vt beneficia vacantia in curia Romana non possent conferre, sed quòd sint ipsi Pontifici Romano reseruata: tam ipsam Clementis constitutionem correxit, abbreuiando tempus dictæ reseruationis. (nam Clemens non addendo tempus determinatum, sed loquendo indefinitè innuit, quòd intenderit inibi præcipere, quòd nunquam liceret Ordinario illa beneficia, in curia vacantia conferre: ipse vero Gregorius Decimus definitè loquendo decreuit, quòd Ordinarius post mensem a die vacationis dictorum beneficiorum posset vnusquisque Ordinarius conferre talia beneficia vacantia, si non fuissent collata in-

fra dictum tempus vnius mensis à Papa, vt apertissimè elicitur ex verbis dicti capituli statutum. Vbi hæc inter alia habentur, videlicet. Decernimus taliter moderandum, videlicet, Vt ij ad quos eorundem beneficiorum, & dignitatum spectat collatio (statuto non obstante prædicto) demum post mensem a die quo dignitates, seu beneficia ipsa vacauerit, numerādum ea conferre valeant tantummodo, vel (ipsius agentibus in remotis) per suos Vicarios Generales in eorum diœcesibus existentes (quibus id canonice sit commissum) hæc in d. c. statutum. ex quibus apertissimè elicitur probatio nostræ fallentiæ, ac veritas nostræ responsionis factæ ad dictam impugnationem præsentis fallentiæ.

Septimò fallit regula tradita in conclusione tertia, quando nisi fieret extensio in pœnalibus,
78 & correctorijs † simul, resultaret absurditas, seu iniquitas. Nam tunc omnino admittenda erit extensio omnino facienda etiam in constitutionibus pœnalibus, & correctorijs. ad vitandam huiusmodi absurditatem. Hæc fallentia probatur triplici medio: Primo per argumen. in capitulo si postquam, §. si verò, de election. in sexto, vbi hæc habentur, videlicet. [Si vero electus, qui iuxta constitutionem fęlicis recordationis Nicolai Papæ Tertij prædecessoris nostri, ad dictam sedem venerat pro electionis suæ negotio prosequendo, de Romana curia sine licētia recesserit, antequam huiusmodi negotium sit finitum, eius electio authoritate constitutionis ipsius (quæ non solum, vt quis veniat, sed etiam ex sui mente exigit, quòd vsque ad finem negotium prosequatur) eò ipso iuribus euacuetur omnino.] hæc ibi. Dixi probari pręsentem fallentiam per argum. in dicto cap. si postquam. §. si verò, quoniam etsi explicitè materia nostræ fallētiæ inibi non peragatur, cum nec verbum quidem dictæ fallentiæ contineatur in dicto §. bene tamen ex ipso elicitur veritas pręsenti fallentiæ, cum in toto dicto cap. postquam, breuiter, apertè, & eleganter contineatur ac declaretur constitutio Nicolai Tertij (quæ habetur in cap. cupientes. de elect. in sexto,) quæ aliquantulum longa, & confusa videbatur. in qua inter alia fuerat decretum, quòd [electus in cathedrali, vel regulari Ecclesia teneatur pro electionis suæ confirmatione personaliter se conferre ad sedē Apostolicam, legitimo impedimento cessante (vt latius in dicto c. cupientes) infra quindecim, aut viginti dies: quod si accedere ad sedem ipsam Apostolicam pro tali confirmatione obtinenda contempsissent, ipsæ electiones de ipsis factæ eo ipso viribus essent euacuatæ: & inde taliter electi ipso iure priuati essent omni iure per huiusmodi electiones acquisito.] hæc ibi. Ex quibus patet fuisse talem constitutionem pœnalem, & quòd dicta constitutio in dicto cap. cupientes, fuerit quoque correctoria quàm facillimè probabitur expressis verbis ipsius met. cap. cupientes. in princip. cum inibi hæc habeantur, videlicet, [Cupientes Ecclesiarum vacationibus periculosis occurrere, ac malignantium subterfugijs obuiare, iam prouisis remedijs, alia (quæ patentet ipsa rerum experientia ad earum expeditionem indicauit vtilia) remedia experta subiungimus, & quod fęlicis recordationis Gregorius Papa Decimus prædecessor noster de electionibus præsentandis electis, & ipsorum electorum petendo, ac adhibendo consensu, salubriter statuit, in suo robore cum infrascripti temporis moderatione, in præsentandis electionibus permanere volentes, sed quod de trimestri tempore post consensum, ad petendas confirmationes instituit, (quo ad illas quæ petuntur, vel peti debent à sede Apostolica) temperātes, (cum interdum aliquorum locorum vicinitas minus exigat, aliquorum distantia prolixius tempus exposcat.) Hac generali, & in perpetuum valitura constitutione sancimus, vt omnes electi cathedraliū, vel regularium Ecclesiarum, (quorum electionum confirmationes, vel infirmationes, ad ipsius sedis examen deducit immediata subiectio, vel appellatio interiecta deuoluit) infra vnum mēsem post consensum, vel post obtentam de ipsorum electione notitiam (si eam debito tempore non contingerit præsentari) ad sedem ipsam iter arripiāt: & ex tunc fine infra præscriptum tempus iter arripuerint, sine non absque fraude quàm citò poterunt commode locorum considerata distantia, petituri suarum electionum confirmationes, vel prosequuturi electiones suas, quibus poterunt modis licitis comparere (cum omnibus actis, iuribus, & monumentis suis, & processus suos contingentibus) coram nobis personaliter teneatur.] hæc ibi inter alia. & quòd verum sit, quòd Gregorius Decimus statuerit tempus trimestre ad comparendum apud sedem Apostolicam sub tali pœna, habetur ex constitutione ipsiusmet Gregorij Decimi canonizata in capit. quam sit Ecclesi. de elec. in sexto, vbi inter alia. §. fi. ipse Gregorius Decimus infrascriptis verbis vsus fuit, videlicet. [Cęterus quinis electus, infra tres menses post consensum electioni de se celebratæ præstitum, confirmationem electionis ipsius petere non omittat. Quòd si iusto impedimento cessante, infra huiusmodi trimestre tempus omiserit, electio eadē eò ipso viribus euacuetur.] hæc ibi. Ex his ergo omnibus habuimus dictam constitutionem in dicto capit. & si postquam. §. si verò. approbantem prædictam constitutionem, cap. cupientes, quæ pœnalis, & correctoria dictæ constitutionis, cap. quam sit. §. fin. erat, & ipsa inquam poterit dici pœnalis, & correctoria, & tamen vt absurdum vitaretur, præcipitur ibi extensionem fieri etiam ad eos, qui postquam ad sedem Apostolicam se contulissent, non expedito negotio suæ electionis, sine licentia obtenta a sede Apostolica recessissent: quamuis in prænarratis constitutionibus, nulla facta fuissent mentio de pœna incurrenda ab accedente ad sedem Apostolicam pro tali negotio expediendo, & ante ipsius expeditionem sine licentia recedente, sed solum pena fuit indicta non accedenti ad sedem Apostolicam pro tali negotio expediendo, vt ex relato tenore dictorum constitutionum apertissimè elicitur. Ex his ergo omnibus fuit probatum, quòd veritas præsentis fallentiæ probetur per arg. in d. c. si postquam. §. si verò. Idem probatur per argumentum in l. scire oportet. §. aliud, seu illud. ff. de excusat. tuto. vbi hæc habeantur inter alia, videlicet, [Erit igitur in deteriori ordine, qui longius habitat eo, qui intra centum miliaria est, vel in ipsa ciuitate, si vtique his quidem super quinquaginta dies spatij sunt: illis vero pauciores. Sed etsi maximè verba legis hunc habeant intellectum, & Paulus, & Domitius Vlpinus legum prudentum scribunt, dicētes ita oportere hoc obseruari,

vt

vt nūquam alicui minus detur quinquaginta die-
rum spatio: runc autem longius cùm annumera-
tio dierum, qui in viam computantur, adiectis tri
ginta diebus quo ad extusationem lex dat; exce-
dit quinquaginta dies.] hæc ibi. inter alia: ex qui-
bus Bart. ibidem elicit hāc memoriæ semper com
mendandam regulam, dicens (in dicto §. aliud,
nu. 2.) Notat, quòd quotiescunque ex verbis sim-
79 pliciter † intellectis resultat iniquitas: tunc a ver
bis recedimus, & seruamus mentem. Idem proba-
tum per argum. in l. quæsitum. ff. de testibus. vbi
hæc habentur, videlicet: [Quæsitum scio, an in pu
blicis iudicijs calumniæ damnati, testimonio iu-
dicio publico perhibere possunt? sed neque Rhem
mia prohibentur: & lex Iulia de vi, & repetunda-
rum, & peculatus, eos homines testimonium di-
cere non vetuerunt: veruntamen quod legibus
omissum est, non omittetur Religione iudicantiū
ad quorum officium pertinet, eius quoque testi-
monij fide, quod integrę frontis homo dixerit
perpendere.] hæc ibi. Dixi probari nostram fal-
lentiam per argum. in dicta l. quæsitum. & nō per
dictam l. quæsitum: quia, etsi ibi explicitè præsens
nostra fallentia non probetur, benè tamen impli-
citè: cum hoc ipsum ex ipsa lege eliciatur. Nam
eo ipso, quòd text. dicit nullo iure scripto fuisse
prohibitum admittere testem damnatum calum-
niæ iudicio publico: & nihilominus, quòd Iudi-
ces ipsos ad testimonium ferēdum nullatenus ad-
mittere debebunt: vnde elicitur hoc fuisse in cau-
sa, scilicet vt absurdum hoc vitaretur: nam vide-
batur iniquum, & absurdum, quòd tot genera ho-
minum (qui ita maligni nō sunt) repellantur a te-
stimonio ferendo: & is (cui tanquam in iudicio
condemnato de vitio calumniæ, nulla fides esset
adhibenda) non repelleretur a testimonio: vt ergo
talis absurditas, & iniquitas vitaretur, ius pœna-
le, & correctorium loquens de aliquibus testibus
non admittendis, extendetur ad tales testes spe-
cialiter non nominatos in dictis iuribus, cum re-
gulariter iura mandauerint omnes admitti homi
nes ad ferēdum testimonium: & aliquos esse pro-
hibitos a testimonio ferendo, pęnale quoddā est:
& iura quæ aliquos repellunt explicitè a testimo-
nio ferendo, correctoria esse, non est qui rationa-
biliter dubitare possit: & tamen prædictus textus
in dicta l. quæsitum. extendit dicta iura pœnalia,
& correctoria explicitè loquentia de damnato ca
lumniæ in publico iudicio, ad ipsum damnatum
calumnię, vt euitaretur absurdum, quod inde ema
naret: cum militaret in eo non tantum eadem ra-
tio, verum etiam maior: quę in alijs explicitè pro-
hibitis testificari militat: Ex his ergo omnibus pa
tuit probare veritatem nostræ fallentiæ etiam di-
cta lex quæsitum. Probatur & secundò nostra fal-
lentia Doctorum auctoritate. Nam Glo. quam fe-
rè omnes Doctores citant ad hāc fallentiam pro-
bandam, in Clem. fin. in vers. nostras, dicit idem in
literis reseruationis legatorum, cum eadem & for
tior sit ratio. hæc Glo. illa, quam ita interpretan-
tur Doctores, dicentes: Idcirco hoc dixit Glos.
quoniam absurdum esset dicere, quòd habens li-
teras Legati plus consequeretur, quàm habens li-
teras Papæ in eadem forma: cùm è contra esse po
tius debuisset, vt in cap. hi qui. & cap. si pluribus.
de præbendis in sexto, quod etiam notanter do-
cuit Imol. in l. si verò, §. de viro. ff. soluto matrim.
& Bart. in dicta l. quæsitum, & in dicta l. scire, §.
aliud. vbi explicitè quoque se subscripsit præsenti
fallentiæ. Idem docuit Glos. in dicto cap. si post-
quam. §. si verò, in versic. mente, dicens ad hoc nul
lam (propriè loquendo) fieri extensionem, cùm
sint paria non venire, & venire, & statim imperfe-
cto negotio, pro quo quis venit, sine licentia di-
scedere. Nam constitutio pęnalis non dicitur ex-
tendi, quando extenditur ad id quod erat de men
te eius. Infrascripti verò alij Doctores ad verbum
se subscripserunt præsenti fallentiæ, vltra Bart. lo-
co supra citato, videlicet: Imò in dicta Clem. fin.
col. 1. in vers. Glo. 2. sequens Glo. supradictā ipsius
Clem. & rursus clarius idem Imol. in Clem. 1. co-
lum. 8. in versi. octauò fallit, de elect. Idem docuit
Geminianus in dicto cap. si postquam. §. si vero, se-
quens Glo. in versic. mentem, dicens: Nota istam
Glos. quòd constitutio, si est pœnalis non dicitur
extendi quando trahitur de comprehenso sub ver
bis ad comprehensum sub mente legis. Idem do-
cuit Philippus Francus in cap. 1. col. pen. in versic.
decimononò limita, dicens, hoc ipsum docuisse
Bald. in l. quicunque. C. de seruis fugitiuis. Idem
probat Euerardus in tractatu argumentandi, tit.
a ratione legis, nu. 3. in versic. quinto fallit. Idem
docuit Nauarrus in cap. pœnæ. de pœnit. distin. 1.
nu. 21. in vers. decimononò, cum si non fieret, & (vt
breuibus me expediam) dico, quòd præsenti fal-
lentiæ implicitè se subscripserunt, ac probauerunt
ipsam verā omnia iura, Doctores ac rationes alla-
tæ supra in probationem præcedentis primæ fal-
lentiæ, quia vnica voce concludunt, quòd non di-
catur extendi constitutio, quotiens militat eadē
vel maior ratio: sed dici tunc hoc resultare ex
mente Legislatoris: eò magis, quòd ad hoc pro-
bandum ipsi Doctores afferunt dictam glos. in di-
cto cap. si postquam. §. si vero. in versic. mente. Nec
obstat, quòd ibi explicitè nulla fuerit facta men-
tio de vitando absurdo, vel iniquitate: cùm benē
ibi colligatur hoc fieri implicitè: vt patet ad sen-
sum: cò quia militat eadem prorsus ratio in vtrisque
fallentijs: eò magis, quòd taciti, & expressi ea-
dem est virtus, vt sæpius fuit probatum.

Octauò fallit dicta regula tradita in conclusio-
ne tertia, quando agitur de salute animæ: nā tunc
80 dispositio pœnalis, † & correctoria simul censetur
fauorabilis, & tunc ex identitate, aut maioritate
rationis, licèt in rebus temporalibus fuerit præ-
iudicialis, omnino extendenda erit: vt vitentur
peccata. Hæc fallentia probatur Doctorum au-
ctoritate: nam Glo. in l. omnes, la secunda, in vers.
Apostolice. C. de ferijs. dicit, quòd licèt in d. l. non
sit cautum, vt ferietur dies Beatæ Mariæ Virginis,
sed solum dies Apostolorum: tamen quia ipsa glo
riosa Virgo, & Mater est super omnes Apostolos,
Angelos, & Archangelos, idcircò feriali etiam
dicta lege præcipitur. Idem docuit Bart. in l. sa-
cramenta, num. 19. C. si aduersus venditionem, vbi
infrascriptis vtitur verbis, videlicet: Pro huius
declaratione habemus videre vtrum ista Authen.
sit fauorabilis, vel odiosa, quia aufert minoribus
beneficium suum: & hoc est verum respectu rerum
corporalium, sed non respectu animæ, quæ præfe-
renda est cunctis rebus, vt supra, de sacrosanctis
Ecclesijs. l. sancimus, & dicitur fauorabilis: fauet
enim ne quis in periurium incidat: si fauorabilis,
ergo extendenda, vt l. cum quidam. ff. de liber. &
posthum. vt sic omnes prædictos contractus com-
prehendat. hæc Bart. idem docuit Ioan. Andr. in
cap. ex

cap.ex tenore, col.2.in versic. dic ergo. extra qui filij sint legitimi, infrascriptis vtens verbis, videlicet: Dic ergò, quòd sunt illegitimi: illa enim constitutio, etsi videatur odiosa, quia pœnalis, fauorabilis est: quia inducta in animarum fauorem: ideo ipsius pœna non est restringenda, sed dilatanda, vt vitentur pericula, & in prole puniantur parentes. hæc ille. Idem docuit Antonius de Butr. in cap.fin.col.34.in prima fallentia. in vers.prædicta confirmat Paul. extra de consuetudine, vbi inter alia his verbis vtitur, videlicet: Sic intelligo Glo. in Clem.vt hi, qui de ætate, & qualitate, in vers.in eisdem, vbi statutum pœnale in Canonicis, & Capitulis in Ecclesijs non extenditur ad principales Prælatos: licèt de latissima significatione Prælatus dicatur in Ecclesia: quia correctorium ius, & pœnale simul non sic extenditur: & notanter dicit Glo.ad hoc, & Archid.in cap.1. de temp.ordi. lib.6. extenderetur tamen ad casum secundùm latam significationem, & communem verbi: & maximè extenditur ad latissimam quando est fauorabilis animæ, licèt præiudicialis in rebus, vt notat Bart.in dicta l.sacramenta. hæc ille. qui rursus idem innuit, in cap. ad eminentiam. in vers. Item quia fauorabilis, extra de sent. excom. Idem docuit Panormitanus in dicto cap. ex tenore, nu.5. in versic. vltimò hic quæritur. his verbis vtens, videlicet: Vltimò hic quæritur, quid si coniuges sciebant impedimentum: sed contraxerunt in facie Ecclesiæ, nemine contradicente: nunquid proles sit legitima, dic quòd non. argumentum hic dum ponderatur ignorantia mulieris: vt in fine dicti capituli ex tenore. Nam licet Goffred. restringat cap.fina. quando subest impedimentum consanguinitatis: tamen dicit Io.And. & benè, quòd eadem est ratio in quolibet impedimento: quamquam enim illud cap.fin. videatur pœnale; tamen ex quo emanauit in fauoré animarum, non debet restringi, sed dilatari: cum per dilatationem euitentur animarum pericula, & homines retrahantur a contractu illiciti matrimonij. Nota singulariter hanc rationem Ioan.And. & non tradas obliuioni: quia constitutio pœnalis debet extendi, & largo modo interpretari, quando emanat, vt euitentur animarum pericula. hæc Panormitanus vbi supra. Idem docuit Præpositus in dicto cap.ex tenore, col.2.in vers.quæro secūdo, in fine. referens, ac sequens sententiam supradictam Io. And. Idem docuit Henricus Boich in dicto cap.ex tenore. sequens prædictam sententiam Io. And. & addens. Idem docuisse in eodem cap. Host. Idem docuit Felinus in cap.translato, col.6.in fine.in vers.primò, quod licèt materia correctoria. extra de constitutionibus, sequens sententiam Io.And. & Panor. supradictam, quorū auctoritate explicitè probat in terminis omnia contenta in nostra fallentia, & sic eos loquutos fuisset, tacitè nos docere voluit, & idem dico de Decio, qui sequitur ipsum Felinū illicò citando. Idem docuit Decius in l. factum cuique suum. §. pœnalibus, nu.14.in vers.sextò fallit. ff.de reg.iur. sequens supradictam sententiam Panormitani, & Ioan. And. & Felini, qui & addit idipsum tenere Romanum in consil.285.incip.omnia.in fine. Imola in cons.123.col.2.incip. In causa. Alex.in cons.42.incip. super præmisso. in fine. lib.1. Idem docuit Alexan.de Imo.in l.4. §.Cato. ff.de verbor.oblig.allegans pro hoc glos.not.in l. omnes. in vers.Apostolice. C. de ferijs. Idem docuit Ioan.Baptista in repet. l.omnes populi.in 8. fal.ff.de legibus. Idem docuit Romanus in reper. Autheent.similiter, in 19. speciali, piæ causæ circa vltimas voluntates. C.ad l.Falcid. Idem docuit Augustinus Berous in cap.quia in omnibus. nu.14.& 15.extra de vsur. Idem docuit Marianus Socinus in cap.ita quorundam, nu.14.& 15. extra de Iudæis. Idem docuit Geminianus in cap.1.col.3.in vers.fallit primo, in fin. de temp.ord. in sexto, qui idem innuit in cap.pro humani.§.sacri.consil.1.in versic. nota incidenter ex his. de homicidio voluntario, vel casualiter, in secundo commēt. Idem docuit Imo. in cap.cum contingat. extra de iure iurando, quem refert, & sequitur Matthæus Matthesilanus in tracta. de extensione interpretatiua legum, nu.23. in versic.addere potes & aliā. Idem docuit Bertachinus in suo repertorio, in versi. extensio, in fine, sequens sententiam Bartoli, in Authent.sacramenta.C.si aduersus vendit. Idem docuit Ioan.de Imo.in Clem.1.col.8. in versic.sexto fallit. de electione. Idem docuit Philippus Francus in cap.1.col.4. in versic.quartò limita, de tempore ordin.& in cap.sciant cuncti.in fin. in versic. Item not. de elect.in sexto. Idem docuit Curtius iun. in l.1.nu.8. ff.de officio eius, cui mandata est iurisdic. dicens hanc esse communem Doctorum opinionem, vt refert Emanuel Soarez in Thesauro commu.opin.in versic.extensio, nu.241. Idem docuit Nicolaus Euerardus in sua Topica iuris, titu.a ratione legis, nu.30.in versic.sextò fallit dicta regula. Idem docuit Nauarrus in cap. pœnæ, nume.8. in versic.quartò, fauore animæ. de pœnit. distinctione prima.

Nonò, regula tradita in conclusione tertia, fal-
lit quando lex, constitutio, vel statutum pœnale
correctorium esset illusorium, & nullum sortire-
81 tur effectum, si nō fieret extensio † de casu, de per-
sona, & de loco expresso, ad casum, personam, &
locum inibi verbis non expressum. Hæc fallentia
probatur triplici medio. Primo enim per argum.
in c. si ciuitas, de sent. excommunic. in sexto, vbi
Bonifacius Octauus infrascriptis verbis vsus fuit,
82 videlicet: [Si ciuitas, † castrum, aut villa subijcian-
tur Ecclesiastico interdicto: illorum suburbia, &
continentia ædificia eo ipso intelligi volumus in-
terdicta. Nam licèt prædicta videantur aliàs mu-
rorum ambitu terminari: hoc tamen casu ne vi-
lipendi valeat sententia interdicti, (quod fieret, si
posset in ipsorum suburbijs, vel continentibus ædi
ficijs licitè celebrari, vt prius) expedit interpreta-
tionem fieri latiorem. Ratione quoque simili, si
sit Ecclesiastica interdicta supposita, vel subiecta,
nec in Capella eius celebrari: nec in Cimiterio
ipsius eidem Ecclesiæ contiguis poterit sepeliri:
secus si ei contigua non existant.] hæc in dicto Ca
none. & animaduertendum, quòd non sine causa
dixi nostram fallentiam probari per argum. in di
cto cap. si ciuitas, & per dictum cap. si ciuitas. &
sic ad verbum præsens nostra fallentia ibi non con
tineatur: benè tamen implicitè, cùm ex ipso tex-
tu eliciatur, quòd omnia illa contineantur etiam
quæ non fuerunt expressa verbis constitutionis
pœnalis secundum vim, ac proprietatem verbo-
rum ipsius, licèt tacitè subintellecta secundū men
tem Legislatoris sint, ac per consequens extenden
da sint ea, ad quæ aliàs si non extenderentur con-
stitutio huiusmodi, esset omnibus ludibrio, ac
contemptus & illusoria, atque frustratoria; & li-

cèt dictus Canon in dicto cap.ſi ciuitas. loqui videatur in materia pœnali ſolum, & non in pœnali,& correctoria ſimul,cum inibi nulla fiat mentio de alia conſtitutione ipſam præcedente,quàm corrigere voluiſſet ibi Bonifacius ipſe Octauus, tamen eadem prorſus ratio cùm ſit in vtroq; quo ad præſentem materiam, prout ſupra ſæpius fuit probatum : & hic Doctorum auctoritate turius probabitur. Idem militabit & ius hic . Idem probatur per argum. in Clem. 1.de ſepult.vbi hæc inter alia habentur,videlicet: [Eos qui proprię temeritatis audacia defunctorum corpora non ſine cõtẽptu clauium Eccleſiæ in Cimiterijs interdicti tempore,in caſibus non conceſſis a iure,vel excommunicatos publicè, aut nominatim, interdictos,vel vſurarios manifeſtos ſciẽter ſepelire pręſumunt . Decernimus ipſo facto excommunicationis ſententię ſubiacere,a qua nullatenus abſoluantur,niſi prius ad arbitrium Diœceſani Epiſcopi eis, quibus quòd pręmiſſa fuerit iniuria irrogata,ſatisfactionem exhibuerint competentem;nullo eis circa pręmiſſa exemptionis, vel quouis alio priuilegio, ſub quacunque forma verborum conceſſo,aliqualiter ſuffragetur.] hęc ibi. Dixi probari per argum.in dicta Clem. quoniam. licèt ibi contextus verborum non dicat explicitè ꝙ cooperantes infra nominandi ſepulturę ſint excluſi:cum inibi de ipſis nulla explicitè facta fuerit mentio: ſed ſolum de ſepelientibus : tamen idem ibi tacitè fuiſſe ſtatutum ex mente comprehenſiua dicti Canonis, cum per ipſum intenderit vtique Summus Poutifex prohibere conceſſionem ſepulturę ipſis manifeſtis vſurarijs, in caſibus a iure prohibitis,quapropter ſi dictæ Clem.1. textus eſſet intelligendus ſecundum corticem literæ : quam facillimè ipſe Canon poſſet eludi: & contemptui haberi, cùm foſſores ſepulturæ, & manu propria cadauera defunctorum in Eccleſia, vel in Cimiterio ſepeliẽtes (qui ſemper ſunt viles perſonæ,ac vtriuſque iuris ignari probabili ignorantia, ac excuſabili) non inciderent in excommunicationẽ,iuxta text.in cap.vt animarum.de conſtitu.in ſexto, inde ſequeretur quòd dicta conſtitutio Clem.neminem ligaret: ac fruſtraretur vltimo ſuo effectu,ac per conſequens ab omnibus contemptui haberetur, vti conſtitutio vana, & inutilis : quod vtique proculdubio cederet in deriſum poteſtatis Eccleſiaſticę. Quapropter meritò neceſſario ipſa conſtitutio Clem.1.extendenda erit ſecundum mentem eius comprehẽſiuam ad alias perſonas ibi ſpecialiter non nominatas (iuxta notata per me ſupra, in ſecundo notabili, ſecundum quoque ſententiã infraſcriptorum Doctorum) videlicet : Ad Clericos celebrantes Officium Diuinum pro ipſis vſurarijs defunctis ſepeliendis,ad homines aſſociantes feretrum ad ipſam Eccleſiam, ad iubentes, ſeu permittentes tales vſurarios ſepeliri in loco ſacro, ad deferẽtes cereos circa ipſum funus, & ad alios quomodolibet cooperatores in ſepeliendis ipſis vſurarijs manifeſtis prædictis, licet dicta conſtitutio Clem.1.ſit pœnalis, & correctoria : & quòd ſit correctoria, probatur apertiſſimè: eo quòd etſi in cap.in quibus,extra de vſur.& in c.quamquam. de vſur.in ſexto,in quibus prohibetur eorũſepultura ſub pœnis ibi expreſſis ; tamen in ipſis non fuerat hoc prohibitum ſub pœna excommunicationis latæ ſententiæ,vti factum fuit in d.Clem.1. de ſepult. vnde negari non poterit hanc Clem. 1.

eſſe pœnalem,& correctoriam ſimul.Pro cuius maiori intelligentia ad memoriam breuiter reuocemus (quæſo) ea quæ diximus in primo notabili præſentis tractatus : eò quòd ibi habuimus mentem vniuſcuiuſque Legiſlatoris in ſua lege interpretanda colligi etiam in pœnalibus,ex tribus,videlicet : Primò, ſi ſenſus proprius contineret iniquitatem : & quòd hoc ſit in caſu noſtro, ſcilicet præſentis Clem. patet, eo quòd vt peroptimè docuit Glo. & alij Doctores paulò poſt citandi, locis ibi citatis, ſi ſolùm Summus Pontifex intellexiſſet de ſepelientibus tales vſurarios, ac excommunicatos actu ipſo,ſeu proprijs manibus (vt videtur denotare ſonus verbi in dicto Canone inſerti)videlicet: [Sepelire] & non alios cooperatores ſupra nominatos: dicta conſtitutio contineret iniquitatem , eo quòd legaret ſolum viles perſonas, & innocentes, cum ferè omnes homines talis conditionis, (qui pretio proprijs manibus defunctos ſepeliunt, ſeu tumulant) regulariter ignorent talem cõſtitutionem Pontificiam, nec ad ipſam addiſcendam aliquo iure teneantur : eo quòd alias inde ſequeretur , quòd miſerrimi, & pauperrimi homines, (vt ſunt omnes homines talis conditionis) tenerentur ſtudio iuris Canonici inſudare : ad quos eos obligatos eſſe quis ſine rubore affirmabit ? quapropter patet eos ignorantia conſtitutionis huiuſmodi probabili,ac excuſabili labore, ac per conſequens non incidere in ſententiam excommunicationis latam contra ſepelientes,vt ſtatuit Bonifacius Octauus in cap. vt animarum. de conſtitutionibus,in ſexto, vbi infraſcripta habentur, videlicet : [Vt animarum periculis obuietur ſententijs, per ſtatuta quorumcunque ordinariorum prolatis ligari nolumus ignorantes, dum tamen eorum ignorantia craſſa non fuerit, aut ſupina.] hæc ibi. Vnde patet eos excuſari a tali igno-
83 rantia , & non incidere † in excommunicationẽ. Cum ergo ſecundum proprium vocabulum, [ſepelire] non debeat accipi ſolùm,pro actu ipſo manualiter ſepeliendi, (ne tale abſurdum inde oriatur) ſequitur inde ſumendum fore , hoc verbum [ſepelire] & ſecundum improprium:vt in l. in ambiguis.la 2.ff.de reg.iur.vbi hæc habentur,videlicet: [In ambiguis orationibus,maximè ſententia ſpectanda eſt eius, qui eas protuliſſet.] Item in l. ſcire etiã oportet.§.aliud.ff.de excuſ.tut.& temp. eorum habetur,quòd [quotieſcunque ex verbis le-
84 gis ſimpliciter intellectis reſultat iniquitas, † tũc a verbis receditur, & mens ſeruatur:] Vnde meritò canonizata fuit ſententia Hilarij in cap.intelligentia,extra de verb.ſignific. vbi dicitur [Intelligentia dictorum ex cauſis eſt aſſumenda, dicendi : quia non ſermoni res, ſed rei eſt ſermo ſubiectus,] canonizata quoque reperitur ſententia Diui Gregorij Papæ in cap.propterea.extra de verb. ſignific. dicentis: [Propterea ſi prolixam Epiſtolam meam ad interpretandum accipere te fortaſſe contingerit,rogo non verbum ex verbo,ſed ſenſum ex ſenſu transferri: quia plerumque dum proprietas verborũ attenditur, ſenſus veritatis amittitur.] hæc ibi. Secundo loco legis mentem (diximus) colligi quando ratio legis repugnat ſenſui verborum. Nam ratio legis,mẽs legis eſt: & quòd legis mens ſit capienda,quando ratio legis repugnat ſenſui verborum,probatur per tex.in l.nominis, & rei, §.verborum. ff.de verb.ſignific. vbi hæc habentur, videlicet : Verbum ex legibus ſic accipiendum

plendum est tam ex legum sententia, quàm ex verbis.] hæc ibi. & quòd summopere repugnaret menti, seu sententiæ verborum (quibus Papa in dicta Clem. vtitur) si sub nomine sepelientium, solum venirent fossores, ac dictæ personæ viles, quæ proprijs manibus tumularent, miserrima mercede recepta, tales vsurarios, & non omnes cooperatores in ipso sepeliendo supra nominati: patet ex hoc, quoniam inde constitutio Pontificia, prædicta frustraretur sua spe, ac suo fine: propter quam Papa ipsam edidit: scopus enim Summi Pontificis in dicta Clem. fuit, vt patenter, & ad sensum elicitur ex ipsius litera, & apertius paulò post probabimus, vt inde tam ipse vsurarius manifestus, quàm ipsius hæredes (saltem ne infamiam ac dedecus in hoc seculo apud populum incurrerent, propter denegationem sepulturæ vsurario illi factam) sic compellerentur vsuras restituere, iuxta tex. in cap. quia in omnibus, extra de vsur. & in c. quamquam. de vsur. in sexto. & quidem hæc intentio Papæ quàm facillimè frustraretur, si solum tumulantes: (qui vt dixi ferè semper inculpabiles essent) comprehensi essent Clem. nisi & omnes prænominati cooperatores appellatione sepelientium venirét, vt patet ad sensum, & latius alijs multis rationibus patebit, cum sententias Doctorum nostræ conclusioni astipulantium referam. tertiò, supra in dicto primo notabili diximus, in hac materia iudicandum fore secundum mentē legis, abiecto sonitu verborum: si communis vsus loquendi repugnet proprie verborum significationi, vt in l. librorum appellatione. §. quod autem Cassius. ff. de legat. 3. vbi hæc habentur, videlicet: [Quod autem Cassius scripsit de membranis puris verum est: Nam nec chartæ puræ debentur, libris legatis, nec chartis legatis, libri debebuntur: nisi fortè & hic nos vrserit voluntas, vt puta si quis fortè sic reliquerit chartas meas vniuersas, qui nihil aliud quam libros habebat.] Nemo enim dubitabit libros deberi: Nam & in vsu plerique libros, chartas appellant, hæc ibi. Ex quibus elicitur quo ad nostrum propositum facit dicta lex. cum communi vsu verborum, seu loquendi: sepelientes dicantur non solum foueam facientes, & tumulantes, verum etiam tam laici, quàm clerici associantes cadauer ad Ecclesiam, quàm Diuinum officiū mortuorum decantantes, & cereos deferentes. (vt fama volat) Nam si quis talium ab alijs interrogaretur, vnde veniret, statim respóderet venio a sepeliendo tali homine, vel sepeliuimus talem: licét manu propria non tumulauerit illum defunctum: quapropter patet, quòd dicta Clem. constitutio debeat interpretari, (& non dicam extendi ad prænominatos omnes) & omnia hucusque allata sint vera, probatur quoque per alia iura, & Doctorum sententias allatas in dicto §. 1. in dicta tertia particula principali, incip. tertiò, mens legis colligitur ex vsu communi loquendi, & alia subsequentia iura, ac Doctorum vota hic recensenda. Et primo per argum. in cap. vt periculosa. ne Clerici, vel Mona. in sexto, in quo Canone Bonifacius Octauus infrascriptis verbis vtitur, videlicet: [Vt periculosa Religiosis vagandi materia subtrahatur, districtius inhibemus, ne de cætero aliquis quantumcunque Religionem tacitè, vel expresse professus in Scholis, vel alibi, habitum
85 suæ Religionis dimittat † (& paulò post) si quis autē horum violator temerarius extiterit, excommunicationis incurrat sententiā ipso facto.] hæc ibi, inter alia, dixi probari prædictam conclusionem per argumentum in dicto cap. vt periculosa: quoniam etsi non probetur præsens nostra fallentia explicitè per ipsum Canonem: cum nulla penitus in ipso fiat mentio de contentis in nostra hac fallentia: probatur tamen implicitè arguendo a simili, dicendo tali pacto, videlicet: Hic Canon, c. vt periculosa, est pœnalis, & innodat transgressores pœnæ sententiæ excommunicationis, sicut & ille Canon dictæ Clem. vnde fit, quòd sicuti hic Canon non dicit explicitè dimittentem habitum quo ad superiores vestes, & deferentem quo ad inferiores vestes, idest subtus alias vestes clericales, seculares, aut alterius Religionis, ita quòd cognosci non possit religiosus talis suæ Religionis, esse excommunicatum, sed simpliciter eum incidere in excommunicationem, qui habitum suæ Religionis dimisit: & nihilominus omnes Doctores paulò post citandi meritò asseuerant, deferentem habitum suæ Religionis sic absconsum incidere in excommunicationem: & ratio est, secundum eos, & meritò: quoniam huiusmodi dimittens habitum in superioribus, & deferens subtus alias vestes dici non possit dimisisse materialiter habitum suæ Religionis, & transgressum fuisse verba Canonis illius pœnalis: bene tamen dicendum erit illū dimisisse formaliter, & transgressum fuisse mentem, & rationem Canonis, seu latoris ipsius, quapropter talis mens transgressa non dicetur mens extensiua, seu extensa: sed comprehensiua legis, eò quòd comprehensa fuerit in lege tali pœnali: cum hoc intenderit conditor Canonis prohibere, ibi, vt luce meridiana clariùs elicitur ex verbis ipsius in princ. cum rationem talis constitutionis ipse Summus Pontifex intendens nos doccere, dixit. [Vt periculosa Religionis euagandi materia subtrahatur.] nam si vera non esset nostra interpretatio: ipsa constitutio pœnalis fuisset elusoria, & frustratoria: quia possent Religiosi ita commodè, & sine periculo, q inde cognosci possint, & aliquam inde infamiam, aut pœnam incurrant reperiri extra Monasterium vagantes cum habitu absconso, sicut etsi penitus sine habitu, & sic fieret fraus legi impunè, contra ea, quæ probauimus in tertio §. allato ante primam conclusionem præsentis tractatus, & inde Canon hic priuaretur spe, & fine intento a suo conditore, quod quàm sit absurdum per se patet: & quòd qui obseruat verba cuiuscunq; legis pœnalis offendenda eius mentem, incurrat pœnam transgressoribus indictam: non ego vero potius tex. in l. non dubium. C. de legibus, & constitu. breuiter canonizatus. in c. fina. de reg. iur. in sexto, docebit his verbis ibi contentis, videlicet: [Non dubium est in legem com-
86 mittere, † qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatē,] quę sententia refertur quoque in cap. plerique. 14. q. 3. sic ergo in proposito, sicut deferens habitum Religionis suæ absconsum, quia ipsum defert materialiter, & non formaliter, vt docet Cardinalis Gaietanus in sua Summula in versic. excōmunicatio, c. 61. dum interpretatur dictum cap. vt periculosam incidit in excommunicationem in dicto Canone promulgatam, rationibus supra allatis, sic & dicendum erit in casu nostræ fallentiæ, quòd scilicet omnes prænominati, (quamuis manu propria non tumulent excommunicatum, vel vsurarium manifestum) incidant in pœnam

pœnam excommunicationis, ibi indictam sepelientibus in Ecclesijs, vel Cimiterijs huiusmodi homines: cum obseruata cortice literæ, ac nudis verbis illius cõstitutionis transgrediantur ipsum Canonem secundum mentem conditoris illius, vt latius fuit dictum; insuper nostra fallentia ac interpretatio dictæ Clem. 1. de sepulturis. probatur per argum. in dicto cap. si ciuitas, in quo Bonifacius Octauus infrascriptis vtitur verbis, videlicet: [Si ciuitas, castrum, aut villa subijciantur Ecclesiastico interdicto, illorum suburbia, & continentia ædificia ex ipso volumus intelligi interdicta. Nam licet prædicta videantur aliàs murorum ambitu terminari, hoc tamen casu, ne vilipendi valeat sententia interdicti, quòd fieret, si posset in ipsorum suburbijs, vel continentibus ædificijs, licitè celebrari (vt prius) expedit interpretationem fieri latiorem.] hæc ibi, inter alia: sed animaduertendum, quòd non sine causa dixi nostram conclusionem probari per argum. in dicto cap. si ciuitas, eo quòd licèt ex probitate de ipsa nec verbũ quidem habeatur in dicto cap. si ciuitas, bene tamen implicitè: cum eadem ratio militet in vtraque constitutione: imò quoniam ibi idcirco talis extensio fit ad suburbia, ne vilipendi valeat sententia interdicti, quod bene implicitè hoc præcepisset, ac præcipere intendisset, etiam si non expressisset Summus Pontifex tale quid, sed solum prohibuisset, ne quis auderet celebrare in ciuitate, aut villa interdicta. Attamen idcirco suam intentionem ibi expresse declarare ac insinuare studuit, quia (forsan) audierat aliquos dubitantes de hoc: quod quidem, & sequutum fuisset in casu nostræ fallentiæ, & interpretationis dictæ Clem. 1. de sepulturis si apud Summum Pontificem fuisset huiusmodi declaratio expostulata, vt patet ad sensum: quoniam aliàs & hæc constitutio Clem. 1. de sepultur. vilipenderetur ac cõtemptui haberetur, vt latius paulò ante probauimus. Et notandum, q̃ dicta constitutio in dicto cap. si ciuitas, est pœnalis, & correctoria simul, vt probauimus paulò ante, sicut diximus de constitutione dictæ Clem. 1. de sepult. Idem videtur probari per argumentum in cap. si postquam. §. si vero, de elect. in sexto, in quo hæc habentur constituta a Bonifacio Octauo, videlicet: [Si vero electus, qui (iuxta constitutionem felicis recordationis Nicolai Papæ Tertij prædecessoris nostri,) ad dictam Sedem venerat, pro electionis suæ negotio prosequendo, de Romana curia sine licentia recesserit, antequàm huiusmodi negotium sit finitum, eius electio, auctoritate constitutionis ipsius (quę non solum, vt quis veniat, sed etiam & sui mente exigit, quòd vsque ad finem negotium prosequatur) eo ipso iuribus euacuatur omnino.] hæc in dicto §. Dixi probari per argumentum in dicto cap. quoniam re vera ex ipso elicitur etiam, q̃ in pœnalibus quoque transgrediens mentem alicuius Canonis, punitur pœna statuta ab ipso Canone, licèt verba Canonis, seu sensum literalem illius transgressus non fuerit. Notandum insuper, quòd in probatione septimæ fallentiæ allatus fuit tenor dicti §. si vero, & ibi probatum fuit, quòd dicta constitutio sit pœnalis, & correctoria, vide ergo ibi, & quamuis quamplurima alia iura afferri possint ad probandum, quòd mens legis pœnalis potius sit obseruanda, quàm sensus literalis: tamen breuitate studens illa missa faciam, arbitrans, quòd hucusque allata iura probent propositã nostram fallentiam. Probatur ergo & secundo nostra conclusio Doctorum auctoritate (vltra citatos Doctores in dictis notabilibus.) Glo. enim in dicta Clem. 1. verf. sepeliri, vnà cum infrascriptis Doctoribus, quam libentissimè se subscripserunt nostræ fallentiæ, moti prædictis de causis, asseuerantes, quòd etiam in pœnalibus, seu in materia pœnali, & correctoria, & excõmunicationis iudicandum erit incurrere pœnas statutas contra eos, qui obseruantes verba constitutionum, aut iurium quorumcunque pœnalium, transgrediuntur ac violant ipsorum mentem, seu intentionem, & voluntatem Legislatorum, seu rationem qua huiusmodi Legislatores moti fuerant ad tales leges pœnales condendas; affirmantque, quòd huiusmodi (quæ prima facie videtur extensio legum) verè non sit extensio, at potius interpretatio legum dicenda: (vt & nos paulò ante sępius probauimus:) Doctores ergo subscribentes se nostræ fallentiæ, & interpretationi dictæ Clem. 1. de sepulturis sunt infrascripti, videlicet: Imol. in dicta Clem. 1. de sepult. nu. 34. & 35. Idem ferè ad verbum confirmans quod & probat verum auctoritate Stephani, & Lapi, Doctorum antiquorum, maximę auctoritatis, addens & hanc rationem, dicens, Ratio est, quia sepultura illa vocatur, quæ fit in Cimiterio cum psalmis, & orationibus, vt in cap. quæsta. 13. q. 2. & c. placuit. 13. q. 5. Anchar. idem fatetur in Clem. 1. not. 9. de sepultu. sequens sententiam prædicti Stephani. Glos. in dicta Clement. 1. in verf. sepelire, in fine. de sepulturis. Glos. in dicto cap. intelligentia, in versic. ex causis, Glo. in dicto cap. propterea. in versic. proprietas. Glos. in c. quamquam. de vsur. in sexto, aliter facta. Glo. in dicto cap. certum. de reg. iur. in sexto. Glo. in dicta l. non dubium. in versic. amplexus. Glo. in d. cap. plerique. Glo. in c. 1. in versic. Italiæ. de temp. ordin. in sexto. Glo. in dicto cap. si postquam. §. si verò. in versic. mente. Ioan. Andr. in Mercu. in d. c. certum, & in dicto c. Deus. extra de vita, & honestate clericorum, dicens, incidere in pœnam excommunicationis Religiosum incedentem cum habitu suæ Religionis absconso subtus alium habitum, puta laicalem, aut clericalem. Honest. in Summa. tit. de contrahen. empt. & vendit. §. & ad quid venditor. in versic. illud autem nota, quòd si quid fiat in fraudem legis, nõ valet. Geminianus in dicto cap. si postquam. in versic. quinto nota. & in dicto cap. 1. in versic. circa hoc. de temp. ord. in sexto. Antonius de Butrio in cap. Deus. extra de vita, & honest. cleric. in vers. quæro quomodo. & in dicto cap. intelligentia. & in dicto cap. propterea. Panormitanus in dicto cap. intelligentia. & in dicto cap. propterea. Ioannes de Ana. in rubrica de Apostatis. Felinus in cap. translato, (col. fin. in vers. tertiò nota, quòd vbi constitutio est elusoria) ext. de constitutionibus. Syluest. in versic. lex. §. 16. 17. 18. 19. & 20. Probat & tertiò hac ratione (vltra quamplurimas supra allatas) cum enim etiam in pœnalibus, & correctorijs transgressio legis fit pœnalis: & is qui facit fraudem legi, ipsam transgreditur legem, vt supra fuit probatum quamplurries. inde sequitur veritas nostræ conclusionis, q̃ nominati in ipsa fallentia sint puniendi. & nominati in dicta Clem. 1. sint excommunicati, quamuis hoc ex sonitu verborum illius Clem. 1. non resonet. Ex ex his omnibus iam productis in probatione nostræ huius fallentiæ resultat decisio alterius

rius

rius quæstionis eiusdem materiæ pœnalis, & correctoriæ, de qua Romæ olim fui interrogatus circa intellectum constitutionis Papæ Gregorij Decimitertij felicis recordationis editæ in anno 4. sui Pontificatus, anno verò salutis 1575. in qua hæc sequentia ad verbum habentur, videlicet: [Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei, Ad futuram rei memoriam. Vbi gratię, & indulta a Sede Apostolica cōcessa successu temporis incommodum afferre noscūtur, expedit illa salubri Pręsidentis consilio submoueri. Proinde sanctimonialium quieti, & tranquillitati consulere: periculaque, & scandala ab eis remouere cupientes,
87 auctoritate pręsentiu reuocamus, † & abolemus omnes, & quascunque licentias, ac facultates ingrediendi Monasteria, domos, & loca Monialiū, ac etiam virorum quorumuis Ordinum quibusuis Comitissis, Marchionissis, Ducissis, & alijs quibuscunque status, & conditionis mulieribus, ac etiam omnes, & quascunque licentias ingrediendi Monasteria, domos, & loca ipsarum sanctimonialium quibuscunque iuris, etiam eiusdem status, & dignitatis, tā a prędecessoribus nostris, quām etiam a nobis, & Sedis Apostolicę Legatis, aut alijs ex quibusuis quantumcunque vrgentibus causis, sub quibuscunque tenoribus, & etiam derogatoriarum derogatorijs: reuocatoriarum restitutorijs, alijsq; efficacioribus clausulis irritātibusq; & alijs decretis etiam motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicę potestatis plenitudine: atque ad Imperatoris, Regum, Reginarum, aliarumve Principum contemplationem, vel supplicationem, concessas, confirmatas: ac etiam iteratis vicibus renouatas, cassamusque & annullamus literas desuper confectas, & processus habitos per easdem: Inhibentes ijsdem, qui illas obtinuerint sub excommunicationis pœna ipso facto incurrenda, super qua nemine nisi a Romano Pōtifice (pręterquam in mortis articulo) absolutionis beneficium possit impertiri; ne ipsarum licentiarū prætextu Monasteria huiusmodi quouis modo ingredi audeant. Abbatissis verò, necnon Abbatibus, Conuentibus, ac alijs Monasteriorum vtriusque sexus superioribus, & personis (quocumque nomine vocentur) districtè præcipimus sub eadem excommunicationis pœna: necnon priuationis dignitatum, beneficiorum, & officiorum suorum, ac inhabilitatis ad illa, & alia in posterum obtinenda, ne in Monasteria, domos, & loca sua quemquam prætextu huiusmodi licentiarum, & facultatum ingredi faciant, vel permittant. Quinetiam sub eisdem pœnis ipso facto incurrendis prohibemus, atque interdicimus omnibus, & quibuscunque personis Ecclesiasticis, & secularibus, ac etiam Ordinum quorumcunque etiam Mendicantium Regularibus, ne prætextu licentiarum ab Episcopis, vel Superioribus, quibus illas concedendi, in casibus necessarijs tantum: ex Decreto Concilij Tridentini tribuitur. Ne Monasteria ipsa Monialium pro libito, sed necessitatibus vrgentibus, duntaxat ingredi. Neve Moniales sub eisdem pœnis illos aliter admittere præsumant, non obstantibus præmissis, ac constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, Monasteriorumque & Ordinum prædictorum iuramento, confirmatione Apostolica, vel quauis firmitate alia roboratis statutis, consuetudinibus, priuilegijs quoq; exemptionibus, & indultis Apostolicis, illis, eorumque Superioribus prædictis, & alijs quibuscunque per quoscunque Romanos Pontifices, prædecessores nostros, ac nos, & dictam Sedem sub quibuscunque tenoribus, & formis, ac cum quibusuis clausulis, & decretis concessis, confirmatis, ac etiam iteratis vicibus innouatis, quibus omnibus eorum tenorem, perinde ac si ad verbū insererentur præsentibus, pro sufficienter expressis habentes, illis aliàs in suo robore permansuris, hāc vice duntaxat specialiter & expresse derogamus, cęterisq; contrarijs quibuscunque.] hęc omnia habentur in dicta constitutione, ex qua sex notatu dignissima eliciuntur. Primum quorum est, quòd mens ac sco-
88 pus conditoris † Canonis huius fuerit consulere quieti Monialium, & aliorum virorum regulariū, ac obuiam ire (& quantum in se fuerat) atq; amouere omnia impedimenta; quibus potuissent tales personæ a spiritualium rerum cogitatione, & exercitio auocari, ac remoueri ab illis omnia pericula, & scandala, quæ per ingressum tam mulierum, quàm virorum ad illas Moniales: & per ingressum mulierum ad regulares viros oriri passim poterant ratione fragilitatis humanæ, vt elicitur apertissimè ex verbis ipsius constitutionis, in eius principio. vbi sic dicitur. [Proinde sanctimonialium quieti, &c.] & concludit [remouere cupientes.] Secundum, quòd dictus ingressus vetitus includit etiam eos, quibus a Summo Pontifice fuerat illuc vsque indulta facultas ingrediendi huiusmodi Monasteria, non obstante constitutione (citata) sacri Concilij Tridentini, & sub tali prætextu ingrediebantur. Tertium, quòd ingredientes talia Monasteria, incurrant ipso facto excommunicationem Summo Pontifici reseruatam. Quartum, quòd concedentes, aut permittentes ipsi Pręsidentes, ac Superiores Monasteriorum vtriusque sexus talem ingressum in casibus non concessis in Concil. Trident. incurrunt eandem sententiā excommunicationis Papæ reseruatam: & priuationem dignitatum, beneficiorum, & officiorū suorum, ac inhabilitatem ad illa, & alia in posterum obtinenda. Quintum ijsdem omnibus prænarratis pœnis innodat omnes vtriusque sexus laicos, & regulares, ingredientes dicta Monasteria pro libito sub prætextu licentiarum sibi indultarum ab Episcopis, vel Superioribus: quibus illas concedendi in casibus necessarijs tantum ex Decreto (citato Concil. Trident.) facultas tribuitur. Sextum, & vltimum, quòd ijsdem pœnis inuoluuntur Moniales, tales aliter admittere præsumētes. Hęc omnia ex dicta constitutione habētur. Ex quibus nonnulli Doctores eliciebant, quòd si quis ingrederetur Monasteria Monialium sine prętextu licentiarum (quas prætendere non poterant, cum non obtinuissent tales licentias a Summo Pontifice) sed aliqua de causa nefaria, aut furti, aut cuiuscunque rei prohibitæ, vel etiam honestæ in sui natura, non tamen necessaria, vt est visitatio Monialium a proprijs consanguineis, scientibus tamen hanc generalem prohibitionem sub forma supradicta, vel alia de causa simili, qui Doctores asserebant tales nō incidere in prædictas pœnas; quia talis constitutio esset pœnalis, & correctoria, eo quòd addere pœnam talibus pœnis statutis a Concil. Trident. eo quòd in pœnalibus fieri non debeat extensio de casu expresso ad casum non expressum. Cum id videatur statutum per tex. in cap. pœnæ sicut. dę pœnitent. dist. 1. & in l. interpretatione,

tione.ff.de pœnis.in quibus iuribus hæc habentur, videlicet: [Pœnæ legum interpretatione mollien dæ sunt, potius quàm exasperandæ.] hęc ibi. Ex quibus elicitur regula ipsa vulgatissima in pœnis, seu pœnalibus non fit extensio. Idem habetur in c.in pœnis.de reg.iur. in sexto, vbi dicitur [In pœ nis benignior interpretatio est facienda.] & in c. odia.de reg.iur.in sexto. vbi dicitur [odia restrin gi,& fauores conuenit ampliari.] Item in fauorē prędictę sententię Doctorum asserur sententia Cardinalis Zabar. in Clem.1. de sepult.q.26.qui dixit nominatos paulò ante in nostra interpretatione dictę Clem.non incidere in pœnam excommunicationis, eo quòd constitutio illa sit pęnalis. Idem Doctor ipse asseuerat in Clem. de consang. & affinit. col.3. in prima quæst. incip. quæro cum hęc Clem. vbi dicit, quòd si quis contraheret matrimonium cùm cognata Iudæa, vel Pagana, vel speciali, aut legali non incideret in excommunicationem per dictam Clem.latam: cum sit constitutio pœnalis,quę extendi non potest de casu ad similem casum. & idem prorsus fatetur Glo.in dicta Clem.in versic.eos,sed addidit Cardinalis vbi supra, quòd non possit fieri extensio in pœnalibus: his ergo allatis in fauorem illorum Doctorum nō obstantibus,dico verissimam fuisse meam conclusionem,seu interpretationem dictæ constitutionis pœnalis, & correctoriæ per Gregorium Decimumtertium felic.record. ac per consequens ingredientes,ac permittentes ingredi talia Monasteria,vt in dicta Bulla, seu constitutione,sine aliquo prætextu licentiarum, sunt ipso facto excommunicati, & alijs pœnis ibi recensitis irretiti,nisi ignorantia probabilis talis constitutionis eos excusaret,vt si rustici essent,vel huiusmodi,qui hanc ignorant constitutionem, & ab ipsa addiscenda excusarentur, vt fuit statutum in c. vt animarum. de constitutionibus, in sexto. secus si laborarent ignorantia crassa, vel supina: quia tunc incidissent: & ratio est, quoniam ipsi tales ingredientes sine prætextu talium licentiarum etiam comprehenduntur in ipsa pœnali, & correctoria constitutione, secundum mentem Legislatoris, cum nulla extensio facta in pœnalibus inde appareat, eo ꝙ dictus casus non dicatur similis, neque extensus ad terminos dictæ constitutionis,sed comprehensus in ea, iuxta allata supra in præambulo 23. & alijs tribus sequentibus, & per ea, quæ dixi, exponendo mentē Clem.1.de sepult.reducendo Theoricam allatam tam in dictis præambulis, quàm in hac eadem fallentia, & in fallentia prima, & octaua eiusdem conclusionis tertiæ.vide ergo omnino ibi ad practicam, & intelligentiam mentis Legislatoris dictæ Clem.quoniam re vera nulla fit extensio constitutionis prædictæ: Cum ex ipsius verbis eliciatur fuisse comprehensum hoc sub illa prohibitione, vt peroptimè exprimere voluit ibi Summus Pontifex, afferendo in principio ipsius constitutionis causam, propter quam ipse motus fuerat ad talem cōstitutionem faciendā, annuēs, ꝙ talis duplex fuerat. Prima quarum fuit, vt per eam consuleret quieti, & tranquillitati sanctimonialium,quòd luce clarius elicetur ex verbis ipsius met Papæ Gregorij,quæ sunt hęc, videlicet: [Proinde sanctimonialiū quieti, & tranquillitati consulere, &c.] Secūda causa fuerat, vt omnia scādala, & pericula (quantum in se fuerat) in ipsis Monialibus, & Monachis, seu Regularibus remouere, quod & ipsemet Papa innuit subinferens hęc, videlicet: [Periculaq; & scandala ab eis remouere cupientes.] Et quidem qui compos mentis nō animaduertat, quòd æquè quies, & tranquillitas Monialium, & Monachorum perturbatur ex ingressu virorum aliquorum in earum Monasteria sine prætextu licētiarum, sicut ex ingressu ex prætextu licentiarum, necnon, & quòd ipsæ personæ Religiosæ pericula incurrere possent, & scandala sustinere, æquè, & eodem modo ex ingressu talium in earum Monasterium, sub prætextu licentiarum, sicut sine prætextu tali: cum ratio, qua hoc probatur, sit potentissima, nempè quoniam licentia assequuta, vel prætextus assequutæ licentiæ ingrediendi talia Monasteria, per se considerata, & sumpta nihil horum malorum operatur, pro quibus vitandis Papa Gregorius talem constitutionem ędidit, sed ipse met (actu) completus, scilicet corporalis ingressus talium personarum, quibus fuerat antea ingressus concessus, qui quidem corporalis ingressus æquè causa tantorum malorum (quæ præcauere intendebat Pontifex Summus) esse poterunt, ingredientes sub prætextu dictarum licentiarum, sicut ingredientes sine tali prætextu,quod & confirmatur, & alia ratione,cum enim hi quibus concessæ fuerant huiusmodi facultates ingrediendi talia Monasteria sint Magnates,ac Principes, qui non ita frequenter ad Moniales, vel Monachos reliquosque regulares ingredi assoleant præpediti alijs negotijs,& quàm sępissimè erga laicas personas delectentur, (vt experientia docet) quibus huius miserrimi seculi vanitatibus maius cōmodum suppetit, quàm alijs hominibus inferioris conditionis, quibus nō assolet talis facultas indulgeri: qui inde possent maiori cum tumultu, & dispendio Monialium,& Regularium virorum introduci intra septa Monasteriorum sine timore incurrendi pœnas cōtentas in hac recensita constitutione, quapropter luce meridiana clarius elucet, quòd si dicta constitutio nō comprehenderet ingredientes sine tali prętextu, elusoria, & frustratoria foret,ac pro nihilo duceretur, & mens Legislatoris non attenderetur contra tot iura, & sententias Doctorum, quæ ad probandā nostram interpretationē dictę Clem.1. de sepulturis,& probationem præsentis fallentiæ, quæ in idem coincidunt, cum in vtraque adsit constitutio; secundum mentem comprehensiuam legis,licèt non secundum verba legis,sicut etiā omnes Doctores senserunt de intellectu c. vt periculosa. ne Clerici,vel Monachi. in sexto. quæ constitutio pœnalis est innodans transgressores vinculo excommunicationis: comprehendens regularem deferentem habitum suæ Religionis absconsum quamuis in dicto Canone ad verbum, nulla fiat mentio de tali casu: sed simpliciter excommunicetur non deferens habitum suæ Religionis (sicut latius supra diximus) tamen verè ille absconsum, habitum deferēs in excommunicationem incidit ratione iam allata ibi: quapropter ibi videbis,ne eadem hic repetam. Accedit insuper, quòd quidam meus Reuerendus Prælatus optimę doctrinæ, ac deuotissimę vitę retulit, se a quondam Illustrissimo, & Reuerendissimo, ac deuotissimo (ne dicam sanctissimo, vt ab omnibus, & a me habebatur) Cardinale Archiepiscopo Mediolanensi (nomine Carolo Borromeo,) audisse, quòd cum ipse Cardinalis consuluisset eundem Gre-

gorium Decimumtertium Summum Pontificem felic. record. de intellectu huius suæ constitutionis, an inciderent in pœnas in illa expressas, ij, qui ingrederentur dicta Monasteria non sub prætextu licentiarum, recepit ab eodē Summo Pontifice, ꝙ sic oino; Addēs, ꝙ imò a fortiori Papa ipse hoc ipsum dixit, forsan motus rationibus a me supra allatis, tam ad probationem fallentiæ præsentis, quàm ad interpretationē dictę constitutionis, quàm ijs, quę in probationem fallentiæ primæ, & octauæ diximus, eo ꝙ & in hoc casu ipsa locū habeant, tum quia identitas rationis in vtraque casu militat, & hæc constitutio sit fauorabilis saluti animę, cum inde vitetur fomes peccatorū, & scandalorum, etiam in dictis fallentijs probauerimus in illis casibus extēdi leges pœnales, & correctorias. Vide ergo ibi plenius. His ergo præhabitis, quàm facillimè respōsum dabimus productis contra hanc nostram assertionē: & primo ad iura producta respondemus, ꝙ iura prædicta locū habent quando sumus in mente extensa, seu extensiua legis; quę quidem mens extensa, seu extensiua legis dicitur illa, quę procedit per idētitatem rationis. non scriptę, quę non est in casu nostro. Cum identitas rationis scripta sit, vt probauimus supra. imò in casu nostro adesse maioritatem rationis supra probauimus; non autem dicta iura locum habent in mente comprehensiua legis, vt docuerunt Io. de Imol. & Geminianus, quos supra retulit in notabili seculo. referens eorum doctrinam, ac insimul differentiam inter mentem comprehensiuam legis, & mentem extensiuam, seu extentam legis. Imò & hoc idem asseuerant omnes Doctores supra citati, cōcludentes, quòd in legis pœnalibus, & correctorijs fiat extensio: quæ tamen extensio secundum eos, est impropriè dicta. Propriè vero est dicenda mens comprehensiua legis; cum verè idem implicitè intētum fuerit, & comprehensum in dicta constitutione, ipsam interpretandu secundum eius mentem potius, quàm verba, vt facere debent Iudices, & veridici interpretes (prout multis iuribus supra probauimus in probationē præsentis nostræ fallentiæ allatis) quæ quidem omnia ibi allata summopere deseruiunt ad probāda quęcunque attulimus pro nostra interpretatione constitutionis Gregorianæ. Ad auctoritatem Glos. & Cardinalis Zabar. allatam in fauorem contrariæ sententiæ, quàm facillima erit responsio, dicendo illos Doctores loquutos fuisse de extensione legis facta ex identitate impulsiuæ rationis, quando nō esset fauorabilis animæ saluti, ac per consequens secundum mentem legis extensiuam, quæ quidem in pœnalibus non semper habet locum: non autem de extensione legis, facta ex identitate maioritate rationis finalis, vel secundum mentem comprehensiuam legis, & in fauorem animæ, & quòd hæc responsio sit optima, & vera: audite obsecro quid dicat idem Cardinalis Zabar. loco citato supra, scilicet in Clem. vnica, de consang. & affinit. col. 3. in vers. quæro, cum hæc Clem. postquā protulit quæ supra retulimus; nam ibi subintulit infrascripta, videlicet: Non debet, vt prædixi, in odiosis fieri extēsio similitudine rationis, qui Doctor præmiserat hæc verba ibidem paulò ante, dicens: & hanc Glo. nota. & dicit, ꝙ licet cōstitutio pœnalis comprehēdat casum fortioris rationis, vt dixi supra, eadem Clem. in tertio contrario, non tamen comprehendit casum similem: quia in pœnalibus non fit extensio, regula. c. in pœnis. de reg. iur. in sexto. & idē Cardinalis in citato tertio contrario infrascriptis vtitur verbis, videlicet: Ex hoc notatur, ꝙ constitutio pœnalis comprehendit casum fortioris rationis: & hoc optimè probat litera iuncta hac Glo. hæc ille. Ex quibus quamapertissimè patuit dictos Doctores citatos a parte contraria non solū sibi non fauisse, at potius ipsis elegantissimè aduersatos fuisse, & ꝙ interpretatio dictæ Bullæ Gregorij XIII. fel. record. supra in medium producta sit optima, probāt quoque ea, quę supra allata fuerunt in probationem immediatè præcedentis octauæ fallentiæ, vbi fuit probatum, ꝙ constitutio pœnalis, & correctoria extendenda sit in fauorem salutis, vt vitetur peccatum: licèt idem damnum temporale incurratur. Nouissimè accedit, quòd cum dicta constitutio prodierit in fauorem animarū, etsi pœnam irroget ipsam trāsgredientibus, eo quoad temporalia reputetur pœnalis, tamen meritò non pœnalis extimanda erit, sed fauorabilis, & idcirco extendenda erit etiā ad eos, qui septa Monasteriorum ingrediuntur sine prætextu licentiarum Pontificiorum, vt latius fuit probatum supra in relatione, & probatione fallentiæ octauæ, vt tali pœna perterriti, abstineāt a tali sacrilego ingressu: & sic simul, & semel consultum ipsis Monialibus, virisq; regularibus, & ipsis ingredi talium Monasteria ingredi nō sine propriæ salutis dispendio exoptātibus, vt patet ad sensum. Insuper ad hoc probandum accedit, ꝙ dixit Paulus fusius in tract. de visitatione lib. 2. c. 18. nu. 24. vers. nec minorem perturbationē causat. vbi postquam dixit a Sacro Concil. Trident. sess. 25. c. 5. latam fuisse excōmunicationem cōtra ingredientes septa Monasteriorum Monialiū, subdit, dicens in nu. 25. quod fortius confirmauit Dñs Greg. XIII. Pontifex in sua constitutione incip. vbi gratia, & indulta 1475. anno quarto Pontificatus sui, reuocando quascunque licentias primitus concessas a quibuscunq; Rom. Pōtificibus: sicuti etiā Pius V. similiter statuerat in Breui incip. regulariū personarū 1566. anno primo. ex cuius Doctoris verbis illis præcipuè [quod fortius cōfirmauit Dñs Gregor. XIII.] elicitur ipsum se subscripsisse dictæ nostræ interpretationi dictæ Bullæ Gregorij, cum in Sacro Concil. Trident. nulla fuerit facta mētio de prohibitione ingressus faciēdi virtute licentiarū, sed simpliciter ibi fuit prohibitus oīs ingressus in casu nō necessario, & in casu illo si nō indulta fuisset licētia in scriptis ab Ordinario: Si ergo Gregorius XIII. per suam constitutionem confirmauit illam Sacri Concil. Trident. constitutionem, & absolutionem excōmunicationis sibi reseruauit, inde sequitur, ꝙ talis ingrediēs sine prætextu licentiarū incidant in excōmunicationē Papæ reseruatam, cui facere non poterit clausula illa inibi addita, reuocātes omnes licentias, &c. cū ibi duo fecisse Gregorium XIII. elicitur. Primū, ꝙ sub pœna excommunicationis sibi reseruatæ cōfirmauit prohibitionem illam generalē Sacri Concil. Trid. includēdo omnes casus sibi recensitos: Secundum ꝙ declarādo reuocauit omnes licētias ingrediēdi Monialiū septa, ita vt illę ingrediētibus deinceps prodesse non possint quin incidant in excommunicationem Papæ reseruatam, vt patet ad sensum. Ad hoc ipsum probandum facit quod dixit Ludouicus de Beia Theologus, & Lector casuū cōscientiæ in Cathedrali Bononiensi in suo tract. respons.

de

de caſibus conſuetis inibi propoſitis, in tertio ca-
ſu propoſito. vbi poſt nonnulla allata contra prę-
ſentem noſtram deciſionem, dicit concludenter,
quòd ingrediens Monaſteriorum ſepta, etiam ſi-
ne aliquo prætextu licentiarum obtentarum a Se-
de Apoſtolica, incidant in excommunicationem,
& alias pœnas contentas in dicta Bulla Gregorij
Decimitertij, tum ex mente ipſius Pontificis col-
lecta ex verbis ipſius cõſtitutionis, tum ex multis
literis ad varios Epiſcopos hęc de remiſſis in oc-
currentibus caſibus: tum quia conſuetudo eſt in-
terpretatiua legis poſitiuæ, vt in c. cum dilectus.
ext.de conſuet.eo ꝙ in tota fermè Italia eſt cõſue
tudine recepta dicta intelligentia dictę Bullę Gre
gorij Decimitertij, & ſimilis Bullę Pij Quinti, quo
ad omnem illicitum ingreſſum: tum quia Sedes
Apoſtolica quotieſcunque nouit alicuius ingreſ-
ſum illegitimum ad Moniales cum illo egit in ab-
ſolutione tanquam cum ſubiecto excommunica-
tioni ſibi reſeruatę: tum quia non videtur adeſſe,
nec dari poſſe rationem differentię inter eos, qui
illicitè ingrediuntur Monaſteria Monialium ſine
aliquo prętextu licentiarum, vel ſub illo prętextu.
cum aliàs pęna eſſet improportionatę culpę, quod
eſſe non debet, vt in c.non afferamus. 24.q.1. tum
denique quia Summę Pœnitentiarię conſuluerunt
Summum Pontificem Gregorium Decimumter-
tium, qui viuę vocis oraculo illis expoſuit ſuam
fuiſſe, & eſſe mentem non modo reſeruata excom-
municatione prohibere vſum quarumcunque li-
centiarum, quę a Sede Apoſtolica, & ab alijs erant
cõceſſę, ſed etiam ingreſſum omnem inordinatũ.
Id quod teſtatur quoq; Nauarrus in comment. in
c.ſtatuimus. 19.q.3.nu.62. hęc omnia ibi docuit
ipſe Ludouicus. Idem probatur per arg. in c.pre-
terea.ext.de officio.vbi Alexander Tertius ſcribẽs
Archiepiſcopo Senonenſi, infraſcriptis vſus fuit
verbis, videlicet: [Prętereà, ſuper hoc, quòd nos
conſulere voluiſti, vtrum liceat Iudici delegato
non ordinario cogere cõtumacem, vt veniat. Hoc
tibi auctoritate præſentium innoteſcat, ꝙ poſt-
quam ei cauſam (licet ſimpliciter) delegatur, ſatis
poteſt noſtra auctoritate partes compellere, &
etiam contumaces ſeueritate Eccleſiaſtica coer-
cere, etiam ſi literæ cõmiſſionis id non contineãt,
aut partes mandatum noſtrum non habeant, vt ac-
cedant: quia ex eo, quòd cauſa ſibi committitur,
ſuper omnibus quoad cauſam ipſam ſpectare no-
ſcuntur, plenariam recipit poteſtatem.hæc ibi. Di
xi probari præſentem noſtram fallẽtiam, per arg.
in dicto cap.præterea, quoniam etſi ibi ad verbo-
rum corticem videantur explicitè contineri, quæ
dicantur in præſenti noſtra fallentia, bene tamen
illa continentur implicitè, & ſecundum mentem
Legiſlatoris comprehenſiuam, cum luce meridia-
na clarius ex dicto Canone eliciatur, dictum Pon
tificẽ per verba illa inibi contenta, videlicet: [etiã
ſi literæ cõmiſſionis id nõ contineant,] ac ſi aper-
tè dixerit: ſi huiuſmodi poteſtas ſimpliciter com-
miſſa non eſſet ſecundum noſtram mentem exten-
dẽda ad alia, ſine quibus executioni mandari nõ
poſſet huiuſmodi noſtra cõmiſſa, quia ibi expreſ-
ſa ad verbum non habeantur, ſequeretur, ꝙ dicta
noſtra commiſſio, ſeu indulta facultas procedẽdi
in cauſa delegata, vtiq; fuiſſet eluſoria, & fruſtra-
toria: ne ergo fruſtra videatur cõceſſum id, quod
eſt principale; conſequens omnino erit, ꝙ ipſo con
ceſſo, conceſſum omnino inſimul fuiſſe acceſſoriũ
ab omnibus iudicandum erit: cũ regulare acceſſo-
rium ſequatur naturam ſui principalis, vt in c.ac-
ceſſoriũ. de reg. iur. in ſexto. quapropter Panor.
in d.c.præterea, col.1.nu.3. in verſ.vltimo nota, di
89 xit: Nota, ꝙ vno cõmiſſo, † omnia videntur com-
miſſa, ſine quibus illud explicari non valet, cõcor-
dat c.prudentiã.ext.de officio delegati, & ad hoc
quotidie allegatur, cõcordat l.ad rem mobilẽ, &
l.ad legatum.ff.de procurat. & l.cui iuriſdictio.ff.
de iuriſd.omn.Iud. & quoniam hæc eſſe veriſſima
apud omnes Doctores manifeſtiſſimũ eſt, idcirco
ſolum Lectorem remittã ad ea, quæ latius dixi in
tract.de pœnis.in c.de pœna procurãtis abortum,
in ampliatione ſecunda, limitationis primæ, am-
pliationis primæ, concluſionis primæ.vbi quam-
plurima iura, ac Doctorum ſententias attulimus
in probationẽ dictæ regulæ, in qua dicitur, ꝙ vno
commiſſo, omnia videntur commiſſa, ſine quibus
illud explicari non valet: quæ omnino videas, quia
ex ipſis etiam colligitur præſentis noſtræ fallentię
veritas, cum inde eliciatur, ꝙ ſicut commiſſio non
exprimẽs multa, quæ ad ſui exequutionem neceſ-
ſariò requiruntur, ne videatur eluſoria, ac fruſtra-
toria, illa ſilentio ſuppreſſa habẽtur pro expreſſis:
ſic a ſimili arguendo modo in caſu noſtræ fallen-
tiæ erit dicendũ, quapropter in hoc caſu verò nul-
la (propriè loquendo) appàret facta extẽſio, cum
illud iam in mente Legiſlatoris comprehenſa fue-
rit: & ſic eſſemus in terminis mentis legis compre
henſiuæ, & non mentis extenſiuę, vt colligitur ex
iam dictis tam in §§. ſupra allatis in princ.præſen-
tis tract. quàm in relatione ſententiarum Docto-
rum allatarum ad probandum primam, & ſextam
fallentiã præſentis concluſionis tertię. Idem pro-
batur per arg.in l.ſi ſtipulatus fuero. ff.de verbor.
oblig. vbi hæc habentur, videlicet: [Si ſtipulatus
fuero per te non fieri, quominus illa domo vti li-
ceat: An etiam ſi me non prohibeas, vel contra
vxore mea ſtipulata, me prohibeas: an committa-
tur ſtipulatio, & ſatius eſt hæc verba ſic accipi. Nã
etſi ſtipulatus fuero per te nõ fieri, quòminus mi-
hi via, itenere, actuque, vti liceat: & non me, ſed
alium nomine meo ingredientẽ prohibeas: ſcien
dum erit committi ſtipulationem.] hæc ibi. Dixi
probari per arg. in d.l. ſi ſtipulatus fuero.quoniã
etſi explicitè, & ſecundum ſonum literæ, in dicta
lege non contineantur omnia contenta in præſen-
ti noſtra fallentia: bene tamen implicitè, illa con-
tinentur, cũ apertiſſimè ex ipſa eliciatur (vt ibidẽ
docuit Bart.) ꝙ contractus ſtricti iuris recipiat in-
terpretationem extenſiuam, quando aliàs non ha-
beret effectũ, quod eſt in caſu præſentis noſtræ fal-
lentiæ. Idem probatur per argum. in l.2.ff.de iu-
riſdict.omn.Iudic. vbi hæc habentur, videlicet:
[Cui iuriſdictio data eſt, ea quoque conceſſa eſſe
videntur, ſine quibus iuriſdictio explicari non po
tuit.] hæc ibi. Dixi probari noſtram fallentiam
per argumentum in dicta l.2. quoniam licèt in ip
ſa non contineantur ad verbum omnia cõtenta in
noſtra fallentia: bene tamen ex ipſa l.2.elicitur ve
ritas noſtræ fallentiæ, arguendo ab identitate ra-
tionis. Nam ſicut ea quæ ad verbum in aliqua iu-
riſdictione exercenda nõ fuerunt ſpecialiter con-
ceſſa, intelligenda erunt conceſſa, atque ad illa ta-
lis commiſſa extendenda erit, ſine quibus iuriſ-
dictio delegata eſſet eluſoria, ac ſuum non ſorti-
retur effectum. Idem prorſus dicendũ erit in con-
ſtitutione pœnali, & correctoria, ꝙ ipſa eadem

ratione extendēda erit ad omnia illa, sine quibus ipsa constitutio efficeretur elusoria, eo quòd per consequens aliàs ipsa contemptui haberetur, cum propriè loquendo talia dici possint potius comprehensa in dicta constitutione, secundum ipsius legis mentem comprehensiuam, quàm ipsius extensiuam. Ex quibus potuit nostram præsentem fallentiam probari per argum. in dicta l. 2. Idem probatur per argum. in cap. si postquam. §. si vero. de elect. in sexto. cuius Canonis tenor, & legitimus modus ipsum interpretandi, iuxta terminos præsentis fallentiæ allatus, & probatus fuit in probatione septimæ fallentiæ eiusdem præsentis cōclusionis tertiæ, cum inibi probauerimus ex ipso cap. si postquam. elici, quòd constitutio pœnalis, & correctoria simul sit extendenda pro vitanda absurditate, quæ sequeretur si talis constitutio non extenderetur: ac per consequens credo, quòd non sit, qui non aduertet non solum eandem rationem, verum etiam maiorem rationē extendendi ipsam constitutionem pœnalem, & correctoriā simul, militare in casu pręsentis nostrę fallentię, s. pro vitando derisu, & cōtemptu ipsius legis, & Legislatoris simul, qui pro certo futurus esset, quàm pro vitāda absurditate aliqua. vide ergo ibi, quia quamplurima notatu dignissima, ibi attulimus, quę hic non repetemus, ne tędio afficere voluisse videamur Lectorem, quàm eius consulere vtilitate. Probatur denique & secundo pręsens fallentia Doctorum auctoritate. Nam Glos. in c. quamquā. in vers. aliter facta. de vsur. in sexto, se subscribendo pręsenti nostrę fallentię, dixit, quòd etsi pœnalis sit illa constitutio, & nulla ibi habeatur mentio de codicillis: tamen quia ipsa cōstitutio aliàs esset elusoria, extendenda erit ad codicillos, & ad vnamquamque vltimam volūtatem. Idem docuit & clarius Glos. in Clement. 1. in versic. sepelire. in fine. de sepulturis. (vt supra latius diximus) etsi ambę hę Glosę loqui videantur solum de constitutione pœnali extendenda ex identitate, vel maioritate rationis, (de qua in præsenti fallentia non habetur sermo, cum hic loquamur de pœnali, & correctoria simul,) ratio tamen allata a dictis Glosis bene concludit, idem fore dicendum de constitutione pœnali, & correctotia simul; pro quo dicto bene facit text. in dicto cap. si ciuitas, vt supra probauimus. & in cap. commissa. §. porrò. de elect. in sexto. vbi hæc habentur, videlicet: [Porrò si intra dictum tempus non fuerit (rationabili causa cessante) promotus tibi Ecclesia ipsa, qua dicti statuti auctoritate iam priuatus existis (ne statutum ipsum fiat ludibrio, debitoque frustretur effectu: & non rebus, sed verbis) eum sit potius contrariū faciendum, lex imposita videatur, nullatenus ea vice poterit iterato conferri.] hæc ibi. Idem probatur auctoritate Iasonis in Authent. quas actiones. C. de sacrosanctis Eccles. & in l. cum quidam. nu. 24. in fine. ff. de liber. & posthum. qui quamplures Doctores idipsum sentientes recenset. Idem docuit Bart in l. non dubium. C. de legibus, vt refert Geminianus loco infrascripto. Tamen re vera nunquam Bart. explicitè docuit talia, sed solum ibi docuit, quòd quis incidat in pęnam legis, si offenderit sententiam legis; quamuis non offenderit verba legis: ex quibus tamen posset non incongruè elici, ꝙ etiam Bar. tacitè se subscripserit præsenti nostræ fallentiæ, ipse verò Dominicus a Sancto Geminiano expressè nostram fallentiā approbauit. in c. 1. col. 4. in versic. fallit vndecimò. de temp. ordin. in sexto. & rursus in dicto cap. quamquam. de vsur. in sexto. Idē docuit Philippus Francus in dicto cap. 1. col. 6. in vers. duodecimò limita, & in vers. decimo octauò limita. Idem docuit Felin. in c. translato. col. fina. in vers. tertiò nota, ꝙ vbi constitutio esset elusoria. ext. de constit. Idem docuit Dec. in l. factum cuique. §. in pœnalibus, in vers. tertiò regula fallit. nu. 11. ff. de reg. iur. Idem docuit Ant. de But. in c. si. col. 35. in vers. fallit decimò. extra de cōsuet. in quadam sua disputatione incip. in fine tertij dubij. quem refert, & sequitur Franciscus Viuius in suo Thesauro commu. opin. in vers. extensio. Idem docuit Socin. in cons. suo 240. col. 3. vol. 2. Idem docuit Crauet. in tract. de antiquitate temp. in quarta parte, nu. 110. Idē docuit Euerardus in tract. de locis Topicis iuris. titul. loc. a ratione legis, nu. 31. vers. septimò fallit. Idem nouissimè docuit Nauarrus in cap. pœnæ. nu. 16. & 21. in vers. 18. distin. 1. Probatur & tertiò præsens fallentia nona supra allatas innumeris rationibus.

Decimò fallit, quando lex, seu constitutio pœ-
90 nalis correctoria † esset in fauorem boni publici, seu Reipublicæ, quia cum tunc reputaretur potius fauorabilis, quàm pœnalis, erit extendenda de casu expresso ad casum non expressum, secundū corticem verborum: sed solùm secundum mentē Legislatorum: quando lex prohibet extractionē frumenti, ne Respublica patiatur detrimentum in victualibus: & quis extrahere vellet farinam: & sic de singulis, hæc fallentia probatur triplici medio. Primo enim per arg. in c. si ciuitas. de sentent. excom. in sexto, in quo Bonifacius Papa Octauus declarauit [quòd ciuitate interdicta, suburbia, & continentia ædificia dicuntur interdicta,] & attulit ibi rationem hanc, videlicet: [Ne vilipendi possit sentētia Iudicis, expedit interpretationem fieri latiorem] ex quibus elicitur, ipsum Pontificē Summum ibi tacitè nobis innuere voluisse, ꝙ cùm expediat bono publico, seu Reipublicæ, vt leges obseruentur, & non contemptui habeantur, cū ipsa Respublica pacificè regatur per leges, & ipsarū exequutionem: idcirco extendi dictam pœnalem constitutionem mādauit ad suburbia, vt hac perterriti pœna, quamprimum huiusmodi interdicto subiecti resipiscendo, Sanctæ Ecclesiæ mandatis obtemperarent, & sic contumaciæ graue peccatum, & mortiferum animæ morbum deponentes, animæ salutem operarentur, tali stimulo agitati: cùm etiam (vt probauimus in octaua fallentia præsentis conclusionis) pœnalis, & correctoria constitutio sit extendenda ad casum non expressum pro salute animæ: vide ibi. & quòd dicta constitutio, in dicto capit. si ciuitas. sit pœnalis, & correctoria iam probauimus in fallentia nona, vide ibi. Idem probatur per argumentum in capitulo postquam. §. si vero, de electione, in sexto, in quo habetur, quòd [electus qui accessit ad curiam Romanam pro negotio electionis suæ exequendo, iuxta Pontificium statutum, & inde negotio non expleto recesserit, talis electio sit nulla, cum dicta constitutio ex sui mente exigat non solum, quòd ille talis venisset ad curiam personaliter si posset, verum etiam quòd & stetisset ibi vsque ad finem negotij prædicti,] & ꝙ huiusmodi constitutio sit pœnalis, & correctoria probatū fuit supra, in fallētia 7. pręsentis cōclusionis. vide ibi:

quia

quia quamplurima notatu dignissima, ibi dixi. Idem probatur per argum. in c.certum.de reg.iur. in sexto, vbi dicitur [certum est, quòd is committit in legem, qui legis verba complectens cõtra legis nititur voluntatem.] Idem habetur in l.nõ dubium.C.de legi.& constitu.vbi eadem verba prædicta habentur.& quia hæc eadem fallentiæ veritas patuit quoque per allata in probatione præcedentis nonæ fallentiæ. Idcirco non multa hic afferam, cum etiã ipsamet fallentia probetur per tex. in l.hoc modo legato dato.ff.de condit.& demon. in fine. vbi hæc habentur, videlicet: [Legem enim vtilem Reipublicæ sobolis procreandæ, scilicet causa datam adiuuandam interpretatione.] Idem elicitur ex tex.in l.si quis in graui. §.quod ad causam.in vers.hi quoque, qui nõ potuerunt. ff.ad Senatusconsult.Syll.& Claud.vbi hæc habetur, videlicet: [Hi quoque non potuerunt aliter ad libertatem peruenire (vtputa, si hac lege distractus erat, quis ne manumitteretur) poterunt propter hoc, quod in commune vtile est, ad libertatem peruenire.] hæc ibi. ex his ergo omnibus iuribus luce clarius probatur nostræ fallentiæ veritas: cùm ex ipsis habeatur, quòd etiam leges pœnales sint interpretãdæ latissimè in fauorem Reipublicæ, cùm licet videatur talis interpretatio aduersari verbis ipsarum legum pœnalium, & statutorum: tamen non contradicir menti Legislatoris, quæ in omnibus iuribus, ac statutis condendis semper debet super omnia intendere ac consulere bono publico, ratione cuius sibi potestas indulta fuit, vt docuit Sanctus Thomas in 1.2.q.100.art.8. infrascriptis verbis vtens, videlicet: Intentio autem Legislatoris cuiuslibet ordinatur primo quidẽ, & principaliter ad bonum commune: secundò autem ad ordinem iustitiæ, & virtutis, secundum quem bonum commune conseruatur, & ad ipsum peruenitur. hæc ille. Probatur & secundo præsens fallentia auctoritate Doctorum. Glos.enim dictorum Iurium se subscripserunt fallentiæ præsenti & Dynus in d.c.certum. & omnes Canonistæ in dictis Iuribus, dicentes, quòd etiam in pœnalibus constitutio includit non solum expressa verbis, verum potius implicita sub illis, secũdum mentem Legislatorum, ne constitutio vilipendatur, quando aliàs esset frustratoria, quia tunc non diceretur fieri extensionem, sed interpretationem mentis Legislatoris. Vnde Io.And.in d.c.certum, ipsa regula ibi tradita vtitur ad intellectum tex.in c.vt periculosa. Ne Clerici, vel Monachi, in sexto. in quo excõmunicantur lata sententia Religiosi dimittentes habitum, & sic extra Monasterium vagantes, qui tamen text.communiter intelligitur comprehendere etiam Religiosum deferentem habitum suæ Religionis absconsum, & coopertum alio habitu clericali, aut laicali, aut non suæ Religionis. Cùm æquè ex mente Legislatoris talis prohibitio eliciatur, eo quòd aliàs dicta cõstitutio vilipenderetur, cùm posset vnusquisq; eodem modo deferens habitum abscõsum vagari sine incursu excommunicationis, & sic facerẽt fraudem legis: eum ergo tunc non dicatur fieri extensionem legis, sed illud tale comprehensum esse in lege tali, idcirco etiã in pœnalibus fit huiusmodi extẽsio casus expressi ad casum non expressum verbis, sed mẽte comprehensum: quæ quidem extensio propriè loquendo non poterit dici extensio legis, sed interpretatio mentis Legislatoris: & ex his patet responsio ad iura, quæ videntur aduersari præsenti fallẽtiæ, quę fuerunt allata in probationem quintæ, & sextę fallentiæ, & patebit hoc exemplo veritas nostræ fallentiæ ecce constitutio, aut statutum reperitur in ciuitate mea Neapolitana, ne cui fas sit extrahere triticum extra Regnũ sine speciali indulto Regis, aut Proregis Regni Neapolis, (ad hoc vt victus quotidianus populis Regni in omni euentu semper adsit) sub pœna confiscationis tritici venditi, vel extracti, & alterius pœnæ ad arbitrium Proregis, statim huius constitutionis verbis tantum attentis, ac sonitu verborum contentus mercator onerat nauem sacculis farina plenis, qui vendendo extra Regnum, vel illas extrahendo fuit comprehẽsus: tueri se prætendit, dicens se nõ transgressum fuisse legem, aut statutum, cum non extraxerit, aut extra Regnum vendiderit triticũ, sicut in lege erat prohibitũ. hac excusatione non obstante licet pœnã suæ trãsgressionis cum fecerit fraudem legi, & sic commiserit in legem, faciẽdo contra mentem Legislatoris, eo ꝙ eodem modo præiudicium fieret bono communi, cui consulere Legislator intendebat per huiusmodi legem pœnalem, vt patet ad sensum. Cùm moris nõ sit apud homines comedere triticum, sed triticum contritum iam conuersum in farinam, & ex ipsa iam confectum in panem: ex his ergo omnibus patuit veritas nostræ fallentiæ, quam quoque libentissimè approbat, ac fouet Glos. notabilis, in l. quemadmodum.C.de agric.& cens.libro 11.in versic.ven-
91 di, & ratio eius est, quoniã vtilitas publica ✝ semper debet præferri priuatæ: idem docuit Bartholomeus Cœpolla in consil.73. nu.10. dicens hanc esse communem opinionem. Idem docuit Felin. in cap.translato.colum.fina. in versic.aliud est notabile, quòd lex.extra de constitutionibus. Idem docuit Romanus in cõs.105. incip.in Christi, &c. viso themate, Paulus de Castro in consil. suo 23. incip.viso puncto, in 2.col.in antiquis, & rursus in l.bona fides.ff.de deposit. Lanfrancus in repet.l.si vero, §.de viro, in conclus.21.interpretationes extensiuæ. Iason in l.non dubium.C.de legibus. Geminianus in c.pro humani. versic.sacri, post principium.de homicid.in sexto.Bald.in l.omnes populi.ff.de iustitia, & iure. Panormitanus in c.mulieres. extra de sentẽtijs excommunicationis, vbi in num.9. peroptima distinctione vtitur. Vide ibi latius Salic.in l.non ideo minus.& ibidẽ per Cyn. C.de accusat. Alciatus in lib.5.cap.9. Paradoxorum.Bart.in l.2. §.exercitus. ff. de his, qui not.infam.& in l.si constante matrimonio.in 9.quęst.primæ part.principalis. & in l.si quis in graui.§.vtrũ. ff. ad Sylleia. Bartolus quoque rursus luculentius præsenti fallentiæ subscripsir in dicta l. quemadmodum, nu.4. infrascripta notabilia nos docuit, dicens, videlicet: Ex hoc patet, quòd licet lex pœnalis, & odiosa extra significatum proprium nullatenus extendatur: tamen vbi extensio tendit ad fauorem Reipublicę, ita debemus ipsam extendere sicuti legem fauorabilẽ. & ideo cum pertineat ad fauorem Reipublicæ punire maleficia ad hoc, vt Prouincia in quiete remaneat, vt in l.congruit. ff. de officio Præsidis, & in l.si longius. §. si filius. ff. de iud. pœna statuti punientis facientem maleficium, punietur fieri faciens, & debet extendi si facit fieri, vt in l. si quis id quod.ff.de iurisd. omnium Iudic. Hæc omnia ad verbũ Bart.vbi supra. Attamen quoniam hæc sua vltima sententiã

patitur difficultatem, cum ipſe dixerit, quòd inde ſequatur, quòd pœna ſtatuti punientis facientem maleficium, punietur fieri faciens, eo ꝙ ipſi Bart. talia docenti aduerſari videantur Panorm. & Ant. de Butrio. Nam Panormitanus in c. quantæ. nu. 3. not. 2. extr. de ſent. excom. dixit. Secundò nota, ꝙ etiam vbi pœna imponitur ipſo iure, facientes & conſentientes pari pœna pleꝉtuntur, & hoc eſt potius ex interpretatione, & ideo hoc non habet locum in ſtatuto, vbi fictus, & interpretatiuus intellectus locum non habet, vt in l. 3. ff. de neg. geſt. & in c. in noſtra. extr. de iniurijs, & rurſus idẽ Panor. (in c. ſi culpa. nu. 2. ext. de iniurijs, & damno dato) infraſcriptis vſus fuit verbis, videlicet: Statutum tamen faciens mentionem de committente delictum, non comprehendit opem præſtantem: Nam aliud eſt ferre opem ad delictum, aliud cõmittere delictum. pro hoc tex. hic, vbi iſta ponuntur vt diuerſa, & optimè facit tex. in l. is, qui opẽ. ff. de furtis, & ibi Barr. & hoc nota, quia quotidie accidit, hæc Panor, vbi ſupra. Ant. de Butr. autem in c. fin. extra de pactis. in verſ. nota Glo. ꝙ aliud eſt. infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: Nota Glo. ꝙ aliud dare opem, & aliud principaliter offendere, quod nota propter ſtatuta, & iura puniẽtia dantes opẽ; hæc ibi, quaſi dixiſſet Antonius ipſe, ꝙ iura punientia offendentes principaliter non ſint extendenda ad opem dantes. & rurſus idem Ant. in cap. quantæ. extra de ſentent. excommunic. in notabili tertio, infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: Tertiò nota, ꝙ vt ſtatutum puniens delinquentem extendatur ad patientem delinqui (cũ prohibere poſſit) eſt ex interpretatione, & ſic per extenſionem, quæ non haberet locum in ſtatutis, quæ ſunt ſtricti iuris: & ſic nota, quòd appellatione facientis, non comprehenditur fieri faciens in materia ſtricta, niſi hoc ex interpretatione oſtendatur, & extendatur. Nota, quòd in materia pœnali procedimus per extenſionem, quando ſtatutum loquitur in perſonam, hæc ibi. quæ dicta omnia videbantur contra ſentẽtiam Bartoli prima fronte; & cùm materia ſit difficillima, & quotidiana, ipſa (Deo duce) acuratiſſimè enucleare ſtudebo: quapropter ſciẽdũ, ꝙ ſupradicti Doctores nihil cõcludunt contra doctrinã Bartoli. Nam ipſemet Bart. ſemetipſum poſtea interpretatus fuit in l. aut qui aliter, §. fin. ff. quod vi, aut clam, nu. 3. infraſcripris verbis vtens, videlicet: Et cùm interdictum. & iſte eſt valde ſolemnis text. & perpetuo menti tenendus. Nota diſtinctionem mirabilẽ. Aut verba ſunt ſcripta in rem, aut in perſonam, & ideo dixi hoc anno, Aliud eſt ſi ſtatutũ dicit pro homicidio quis puniatur in mille: & aliud ſi dicit, ſi quis fecerit homicidium puniatur in mille, quia primo caſu, cùm verba ſint ſcripta in rem, ex propria ſignificatione verborum tenetur faciens, & fieri faciens, & fieri mandans; ſed ſecundo caſu fieri faciens non tenetur niſi ex interpretatione verborum, non ex propria ſignificatione verborum. de hoc dixi in l. hæc verba. ff. ad l. Iuliam, de adulterijs: hæc Barr, vbi ſupra, qui & eadem repetens, in dicta l. hæc verba, licèt apertius infraſcriptis enim verbis ibi vtitur, videlicet: Quandoque verba ſunt ſcripta in rem, tunc per propriam ſignificationem comprehendunt eum, qui fecit fieri, vt hic: dicit enim adulterium, ſtuprumve factum Iudex non impunitum relinquit. Et ſic lex reſpexit factum, & factum punit. Quandoque verba ſunt ſcripta in perſonam, verbi gratia: ſi quis vim fecerit, tunc ille qui fieri fecit, non proprie facit, ſed ex interpretatione, vt in l. 1. §. deieciſſe. ff. de vi, & vi armata. hanc diſtinctionem facit textus in l. aut qui. §. fina. ff. quod vi, aut clam. Hæc Bartolus vbi ſupra. Ex cuius dictis elicitur, quòd illud quod ita generaliter dixerar in dicta l. quemadmodum, nume. 4. quòd pœna ſtatuti punientis facientem maleficium, punietur is, qui fecit fieri aliquod maleficium, quod per ſtatutum fuerat prohibitum, hac forma verborum, videlicet: [pro homicidio] vel [pro adulterio] & ſimilibus ſoluãtur mille, nõ autem ad prohibitionem factam per ſtatutum hac forma, [qui perpetrauerit homicidium, vel adulterium] & huiuſmodi ſoluat mille. Nam in primo caſu lex reſpexit factum, & tunc extenditur pœna ad cooperatores: non autem in ſecundo caſu propoſito, propriè loquendo: & hoc quam apertiſſimè comprobatur verum verbis text. in dicta l. aut qui. in princ. §. finalis, & in fin. in verſi. & cũ interdictum vſque ad finem. vbi hæc habentur, videlicet: [Hæc verba. Quod vi, aut clam factum eſt, ait Mutius, ita eſſe, quod tu, aut tuorum quis fecerit, aut tuo iuſſu factum eſt,] & in dicto verſic. & cum hæc habentur, videlicet: [& cum interdictum hoc ſic ſit ſcriptum. Quod vi, aut clam factum eſt: non ita, quòd vi, aut clam feciſti, latius porigo, quam ad eas perſonas, quas ſupra memorauimus, Labeo putat, & hoc iure vtimur, vt ſiue ego feciſſem, ſiue fieri iuſſiſsẽ, interdicto quod vi, aut clam tenear.] hæc ibi. Ex quibus verbis patet poſſe omnes Doctores concordari ad inuicem tali pacto. Nam Panor. dicens, non extendi pœnã in ſtatuto ad conſulentẽ, bene dicit, ſed ibi loquitur de ſtatuto vtẽte verbis non reſpicientibus factam rem contra ſtatutum, ſed perſonam facientem contra ſtatutũ, vt patet in ipſius verbis ſupra relatis: vbi enim dixit, ſtatutum tñ faciens mentionẽ de cõmittente delictum, &c. non autẽ loquutus fuit de ſtatuto reſpiciẽte factũ, de quo Bart. loquebatur in d. l. quemadmodum, & eodẽ modo reſpõdetur ad Antoniũ de Butrio, qui dixerat vbi ſupra, ꝙ appellatione facientis non comprehenditur fieri faciẽs, in materia ſtricta, niſi hoc ex interpretatione, extendatur, quod quidem a Bartolo confirmatum fuit, vt ex relatione verborum, quibus ipſe vtitur in decidenda hac quæſtione, patuit. Ex his ergo concluditur, quòd nulla inter dictos Doctores ſit controuerſia, eo magis, quòd Panormitanus in dicto capit. ſuam, ad ſententiam ſuam probandam attulit ſententiam ipſius met Bartoli, in l. is qui opem, num. 1. ff. de furtis, vbi ille infraſcriptis vſus fuerat verbis, videlicet; Reſponde, vt dixi. Verba edicti ſunt concepta in perſonam: vt fur manifeſtus teneatur illa actione furti manifeſti: non autem dicebant illa verba, pro furto manifeſto: ſed dicebant fur manifeſtus, ſed præſtans opem non eſt fur, meritò ille, qui præſtat opem non punitur illa actione, ſed alia, & ex hoc ſequitur, quòd præſtat opem homicidio, non eſt homicida, licet teneatur de homicidio. Item qui præſtat opem percuſſori, non eſt percuſſor, licet puniatur de percuſſione, vt manifeſtè probatur in Gloſa huius legis. hæc ille. Cuius verbis patet ipſum non aduerſari Panormitano, nec Panormitanum ipſi, cum Panormitanus in ſui defenſionem ipſum citauerit, in dicto cap. ſuam, vt ſupra retulimus: & quòd ipſemet Bartol, in dicta l. quemadmodum,

loquutus

loquutus fuerit de pœna statuti scripti in rem, & non in personam. hoc idem rursus docuit in d.l. is, qui opem, num. 5. in vers. quæro circa hanc legem, cuius sententiam perlegerat Panormitanus cum ipsum citet in d.l. is, qui tenentem. quæ supra retuli ad verbum. Cum ex his satisfactum sit Panormitano, superest modo satisfacere Anton. de Butrio, qui in sonitu verborum videtur aduersari decisioni Bartoli, & ipsi Panorm. nam vltra supra relata infrascriptam aliam protulit sententiam in d.cap. quantæ. de senten. excommunicationis, in versi. nota, quòd in materia pœnali infrascriptis vtens verbis, videlicet. Nota quòd in materia pœnali procedimus per extensionem eius, quando statutum loquitur in persona. Bartolus verò & Panormitanus (vt patuit) contrarium statuerunt. Attamen quamfacillimè poterunt omnes insimul concordari primo per eadem met verba, quæ vbi supra immediatè ipse Antonius subdidit, & secundo vtendo peroptima distinctione, qua Bartolus ipse vtitur tam in d.l. is, qui opem. quam in l. in furti. ff. de furtis. Sciendū ergo primo, quòd Do. Antonius vbi supra infrascripta subdidit verba, videlicet. Oppono quòd non puniantur pari pœna facientes. Saluo. quidam sunt consentiētes cooperatiuè, & talis puniuntur, vt facientes, aliàs non: quod nota propter statuta quæ puniunt facientes, vt punire censeantur, quando auxilium est cooperatium. de quo per Bart. in l. is, qui opem. ff. de furtis. hæc ille. Ex cuius verbis patet ipsum Antonium voluisse dicta sua verba, videlicet. Nota q in materia pœnali, &c. declarare per illa subsequentia, quasi diceret licèt dixerim, quòd procedimus per extensionem in materia pœnali, quando statutum loquitur in persona, tamen hoc intellexeram non simpliciter, vt docuerat Bartolus, sed in persona, scilicet quando multi dicendi essent (propriè loquendo) personæ dicti maleficij perpetrati, acsi vna persona fuisset, quoniam tunc ipsæ personæ omnes inciderent in pœnam statuti, cum omnes dicendi sint facientes, si cooperentur in maleficio, vt statim subdam, clarius loquendo: non autem de alijs, qui auxilium in facto ipso nō præstitissent maleficiū perpetranti, nisi verbis nudis: & hic sensus ipsius sententiæ elicitur ex ipsiusmet verbis citatis in sui fauorem sententiam Bartoli, vbi supra, qui tamen suprascripta docuerat, prout etiam animaduertit, & docuit Felinus in d. c. quantæ. extra de sententia excommunicationis, qui ferè ad verbum declarat mentem Panormitani, & Anton. de Butrio vbi supra, breuius tamen quàm fecimus nos paulò ante. Quapropter videtur solutam fuisse quæstionem hanc, & ambiguitatem nobis subministratam ab Augustino de Arimino in addit. ad Ang. in suo tract. de malefi. in versi. Sem. pro Rodul. barbiton. nu. 33. vers. incip. tu autem in hac materia. vbi refert sententiam Bar. in d.l. quemadmodum, & eam appellat mirabilem, quia facit vnum terribile argumentum, & dicit, quòd Doctores Moderni in l. 1. in princ. ff. de verbor. obligat. dicunt, quòd communis opinio in hac materia est, quòd statutum pœnale non comprehendit mandantem, quia mandans fieri delictum: hoc facit per alium, & sic videtur facere agere: & sic statutum loquens in casu verò non trahitur ad casum fictum. Vnde tunc faciens per alium, non poterit puniri pœna statuti, sed pœna iuris communis, tanquam maleficium illud fuisset omissum a statuto: & postea ipsemet Augustinus, vbi supra, arguit contra sententiā Panormitani dicentis in c. sicut dignum. extra de homic. quòd si statutum diceret, si quis proprijs manibus vulnerauerit aliquem, tunc tale statutum nō comprehenderet mandantem. Et quidem mēs omnino fugit, quomodo hoc dixerit hic Augustinus cum Barr. sententiam sequuti fuerunt fere omnes Doctores si cum supradicta distinctione intelligeretur (vt decet) eo quòd etsi Bart. in d.l. quemadmodum. nō visus fuerit suprascripta distinctione, iccircò hoc omisit, quia illam aliās ibi repetere tū ei opus erat: cum iam semel ipsam, vbi supra tradidisset: consulens ergo ipse breuitati illam in d.l. quemadmodum omisit recensere. Sed nec verum videtur (pace ipsius Augustini dixerim) q Panormitanus tenuerit contra dictam distinctionem Bart. qua etiam visus fuerat ibidem Ioannes Andreas, quapropter consulto ipse Panormitanus subdidit, dicens. De hoc pro nunc dubito propter c. mulieres. extra de senten. excommunicationis. Vbi dixit ibi summus Pontifex Alexan. Tertius incidere in excommunicationem etiam mandantes percuti clericos. etsi text. in c. si quis suadente 17. q. 4. loquatur in personam, dicendo [si quis violentas manus iniecerit, &c.] non autem Panormitanus voluit ibi aliquid affirmare, relinquens hoc etiam in ambiguo, eo quòd nolebat ibi illā decidere quæstionem: vt fecit postea loco supra sępius citato, iuxta interpretationem meam factā super verbis ipsius, illam colligendo ex mente ipsius, iuxta sententiam quoque Felini vbi supra. Ex his ergo patuit Panormitanus non fuisse aduersatum Bart. sententiæ. non negligam quoque hic inserere quid tenuerit idem Iason in l. si id quod. 2. 36. & 37. ff. de iurisdic. om. iudic. de præsenti quæstione scitu necessaria sciendum ergo, quòd post multa iura, & Doctorum sententias allatas, & distinctiones, in versic. quinta, & vltima est. Vbi infrascriptis præcisis verbis visus fuit. Est theorica Bar. & communis. Quod aut statutum loquitur in rem, puta quia dicit, pro homicidio, vel pro furto, vel vulnere imponatur talis pœna: & tale statutum comprehendit etiam mandantem. Aut statutum loquitur in personam, puta quia dicit, si quis fecerit homicidium, tunc non comprehenditur mandans, ita tenet Bar. in hac l. si quis id quod. & in l. aut qui aliter. §. fin. ff. quod vi, aut clam. Vbi dicit se illo anno ita se consuluisse. Idem Bartolus rursus in l. si is qui, col. 19. ff. pro emptore. ad idem facit quod docuit Bart. ipse in l. per hanc. versic. suis manibus, C. de erog. mili. an. lib. 12. Idem docuit Bal. in l. non ideo minus. quæst. 7. c. de accusat. & in l. seruum. §. prætor. ff. de acquiren. hæredit. & in l. transigere. C. de transact. & in l. perēpt. col. 6. C. quæ senten. rescin. non pos. & in l. non dubiū, col. 2. C. de legib. & facit ad hoc et quod docuit idem Bal. in c. 1. §. inducti, circa finem. de pace iuram. fir. Idem docuit Salicetus in l. non ideo minus. C. de accusat. Idem Ancharanus in elegantissima repetitione. c. Canonum statuta. extra de cō stit. col. 58. vers. si statuto cauetur, quod quicunq; maleficium fecerit. Idem Panormitanus in c. mulieres. extra de sententia excommunicationis. Idē Angelus in l. qui pater. ff. de his quæ in frau. cred. & in d.l. seruum. §. prætor. Idem Imo. in d. §. prætor, & in l. Gallus. §. & quid si tantum. ff. de liber. & posthum. Idem docuit Florianus in l. vulneratus.

tus, ff. ad l. Aquil. Idem Glo. in Clem. 1. versic. publicè de vita, & hon. cler. quam reputat singularē Panorm. in d. c. mulieres. & sciendum, quod ipsemet Iason vbi supra post relationes supradictorū Doctorum, subintulit, ex istis apparet, quòd falsa est decisio Bar. in d. l. quemadmodum. Aut saltem restringi debet, quādo statutum loquitur in rem, hæc Iason. & nota quòd Pau. de Castro in l. si quis id quod. ff. de iurisdict. omn. iud. num. 12. dicit, ꝙ etsi ex proprietate vocabuli statutum loquens in rem comprehendat mandantem maleficium, & loquens in prædictum, videlicet, Si quis occidatur, non comprehendat mandantem ex proprio significato, bene tamen comprehendet mandantē propter extensionem factam per iurisconsultos. Attamen sciendum, quòd veritas præsentis quæstionis fuit loculentissimè allata, & disputata a nobis in nostro tractatu de pœna, qua veniunt puniendi mandator, & mandatarius pro crimine sibi mandato, in ampliatione vnica conclusionis tertiæ, vbi probauimus, quòd eadem pœna statuti puniēdus sit mandator, & mandatarius, quotiescunque statutum disposuisset secundum ius commune, & pœnam a iure communi statuisset, & hoc non solum si statutum loquutum fuisset in rem, verum etiam, si in personam, cum regula sit ab omnibus Docto-
92 ribus approbata, quòd statutū † decernens iuxta dispositionem iuris communis recipiat omnes interpretationes, ampliationes, & limitationes, quas ius commune recipit. Secus vero si statuisset aliquid non conforme iuris communis dispositioni, quoniam tunc statutum loquens in personā non extenderetur ad mandantem, vtputa si dixerit, occidens hominem mille aureos soluat, tunc non puniretur tali pœna illud mandans, sed relinqueretur tunc puniendus iuxta dispositionem iuris communis: Sed si loqueretur statutum in rem, vtputa, pro homicidio soluantur mille, tunc tale statutum extenderetur ad mandantem. Vide nouissimè operæpretium subsequenter duxi non inutile futurum solertissimi lectori hinc subinferre doctrinam regularem, seu regulam doctrinalem traditā a Bartolo, iuris ciuilis verò interprete, & ab aliquibus alijs Doctoribus circa qualitatem pœnæ infringendæ de iure cuilibet cooperanti in maleficijs, quapropter sciendum, quòd Bart. in l. is, qui opē. nu. 5. ff. de furtis, & in l. in furti. §. ope. num. 2. ff. de furtis, & alij Doctores infra citandi: nos docuerunt quāmplurima scitu digna ac necessaria volentes nos edocere, quando cooperatores quoquomodo in criminibus perpetratis venirent puniendi eadem pœna, qua de iure ipsi principales: & hoc non solum quando verba legum pœnalium reperiuntur scripta in rem, verum etiam quando fuissent scripta in personam. Animaduertendum ergo erit in primis pro maiori intelligentia dicendorum, quòd præstare auxiliū, seu cooperari in aliquo maleficio, poterit considerari tripliciter, videlicet, Primo ante maleficiū ipsum perpetratum. Secundo in ipsa perpetratione maleficij. Et tertio post ipsum maleficium prohibitum in tali lege pœnali sub aliqua speciali pœna. His ergo tribus membris præsentis quæstionis præmissis, de vnoquoque eorum (Deo duce) erit sermo peculiaris habendus. Quæritur ergo de primo
93 an præstans opem, vel auxilium † ante maleficiū includatur in iuribus pœnalibus infligentibus aliquod maleficium præstans auxilium quomodolibet. & respondemus, quòd cum hoc possit contingere multipliciter, iccirco de quolibet modo nos dicemus sigillatim, vt omnia pateant: & incipiendo a primo modo occurrēte, scilicet quando quis ante maleficium tradit malefactori ferramenta, scalam, arma, vel pecuniam, & huiusmodi, quibus ille qui talia petijt, seu recepit maleficium perpetrauit, & tunc hac distinctione vtendum erit, videlicet, vel huiusmodi auxilium quis præstitit bona fide, credens eum, cui præstitit huiusmodi rebus vsurum in bonum, & in suis necessitatibus, vel proximorum: vel secundò credens talibus eum vti velle in maleficio perpetrando: si primo, tunc ille talis non incideret in pœnalia iura, eum hoc eliciatur ex intentione Legislatoris, eo quòd in tali casu non posse dici præstans auxilium per se, sed per accidens contra suam voluntatem, eo magis, quòd iura pœnalia punire intendant aliquem trāsgredientem ipsa iura scienter, voluntariè, & cum dolo, & non ignorantes, & inuoluntariè. At cum hic non sit in dolo, inde sequitur ipsum non posse puniri tali pœna. & quòd hoc sit verum probatur arguendo a simili per text. in l. quicunque. §. quod si seruus. C. de seruis fugitiuis. Vbi hæc habentur, postquam statuerat Legislator in eadem lege in principio, quòd [quicunque fugitiuum seruum in domum, vel in agrum inscio Domino eius susceperit eum cū alio pari, vel viginti solidos reddat.] videlicet. [Quod si seruus fugitiuus ingenuum se esse mentitus sub mercede apud aliquem fuerit, nihil is, qui eum habuit poterit incusari.] hæc ibi.
94 Ex quibus probatur neminem † puniendum fore propter factum alterius etiam sua ope, quando, id in quo opem tulit, erat indifferens, & ipse credebat illum in vtilitatem honestatem velle vti tali re, quam sibi præstiterat: quod quàm libentissimè Batt. fassus fuit in l. omnes, nu. 2. C. de agricolis, & censitis. lib. 11. infrascriptis verbis vtens, videlicet. Item est vtilis hæc littera, quòd ille, qui præstat auxilium, & fauorem exbannito non puniatur pœna manus ex statuto disponente, quòd præstans opem exbannito priuatur manu, nisi in actionem, vel inquisitionem sit deductum, quòd præstitit ei opem, sciens eum ex bānitum, & quod necesse est etiam probari per hanc literam, & pro hoc videtur casus in l. vtrum. ff. ad l. Pompeianam. de parricid. Vbi præstans opem parricidio punitur ea pœna, si fuerat conscius, & non aliter, hæc Bar. cuius dictum esse videtur conforme infrascriptis regulis iuris, videlicet. In c. non debet, & in c. fine culpa. de reg. iur. in sexto. Nam in c. non debet hæc habentur, videlicet. [Non debet aliquis
95 alterius odio † grauari.] & in d. c. fine culpa dicitur [fine culpa, nisi subsit causa non est aliquis puniendus.] Idem fatetur Bal. in d. l. omnes. col. penult. & cæteri Doctores, cum & hoc æquitas naturalis suadeat: sed si vero quis scienter opem præstiterit in maleficio, commodando ferramenta, scalam, vel pecuniam causa inueniendi assassinum, vel domum vbi stet ad talia maleficia facienda, & similia, tunc dicendum erit ipsum præstare
96 opem † in maleficio, & regulariter puniendum fore eadem pœna, qua principalis. Dixi regulariter propter exceptiones, seu limitationes subsequentes. & quòd eadem pœna fuerit puniendus, probatur per text. in d. l. vtrum. & in l. qui domum. ff. ad l. Iuliam. de adult. nam in d. l. vtrum, hæc habētur, videlicet. [Vtrum qui occiderint parentes, an etiā

conscij

conſeij pęna parricidij,afficiantur. quæri poteſt &
ait Męcianus,etiam conſcios eadem pęna forè af-
ficiendos, non ſolum parricidas. Proinde conſcij
etiam extranei eadem pęna afficiendi ſunt.] hæc
in d l.vtrum, & in d.l.qui domum.hæc habentur,
videlicet.[Qui domum ſuam, vt ſtuprum, adulte-
riumvè cum aliena matrifamilias, vel cum maſcu
lo fieret,ſciens præbuerit, vel quæſtum ex adulte-
rio vxoris ſuæ fecerit: cuiuſcunque ſit cõditionis,
quaſi adulter punitur appellatione domus,habi-
tationem quoque ſignificari palam eſt.] hæc ibi.
Idem aſſeuerant Batt.& reliqui in dictis iuribus.
Sciendum tamẽ,quòd prædicta veriſſima ſunt,re-
gulariter fallunt tamẽ.Primo(vt docet etiam Bar-
tolus in d.l.is,qui opem,nu.5.per totum.)in caſu
l.raptores.C.de rapt.Virginum,& in l.1.C.de Ni-
li agge. non rumpen. quia ſic ibi eſt expreſſum.
Nam in d.l.Raptores, hæc habentur, videlicet.
97 [Raptores Virginnm † honeſtarum,vel ingenua-
rum,ſiue iam deſpõſatæ fuerint,ſiue non,vel qua-
rnmlibet viduarum fœminarum, licet libertinæ,
vel ſeruæ alienæ ſint peſſima criminnm peccantes
capitis ſupplicio plectendos decernimus, & ma-
ximè ſi Deo fuerint virgines,vel viduæ dedicatæ,
quod non ſolum ad iniuriam hominum,ſed etiam
ad ipſius Dei Omnipotentis reuerentiam com-
mittitur,maximè cum virginitas,vel caſtitas cor-
rupta reſtitui non poſſit,meritò mortis damnãtur
ſupplicio, cum nec ab homicidij crimine huiuſ-
modi raptores ſint vacui. Ne igitur ſine vindicta
talis creſcat inſania, ſancimus per hanc generalẽ
conſtitutionem,vt ij, qui hniuſmodi crimen com
miſerint, & qui eis auxilium inuaſionis tempore
præbuerint,vbi inuenti fuerint in ipſa rapina, &
adhuc flagranti crimine comprehenſi, & a paren
tibus virginnm, vel ingennarum, vel viduarum,
vel quarnmlibet fœminarum, aut earum conſan-
guineis, ant tutoribus,vel curatoribus, vel patro-
nis,vel dominis,conuicti interficiantur.Quæ mul
tomagis contra eos obtinere ſancimus, qui nu-
ptas auſi ſunt rapere,quia duplici tenentur crimi
ne,tàm adulterij, quàm rapinæ: & oportet acer-
bius,& adulterijs crimen ex hac adiectinne puni-
ri, quibus connumeramus eum, qui ſaltem ſpon-
ſam ſuam per vim rapere auſus fuerit.] hæc inter
alia in hac notabili lege habentur: ex cuius con-
textu patuit regulam fallere,cum ſtatuerit hęc lex
puniri eadem pœna auxilinm præſtans ſolum tẽ-
pore inuaſionis erga,non ante ipſam.In dicta au-
tem l.1.infraſcripta habentur, videlicet.[Si quis
poſt hac per Aegyptum intra duodecimum cubi-
tum fluminis Nili valla fluentis, de proprijs ac
vetuſtis vſibus,præter fas,præterque morem anti-
quitatis vſurpauerit, flammis eo loco conſuma-
tur, in quo vetuſtatis reuerentiam, & propè mo-
dum ipſius imperij appetierit ſecuritatem, con-
ſcijs, & conſortibus eius deportatione conſtrin-
gendis,ita vt nunquam ſupplicandi eis, vel reci-
piendi ciuitatem,vel dignitatem,vel ſubſtantiam
licentia tribuatur.] hæc in d.l.ex cuius contextu
verborum patet etiam in hoc caſu regulam falle-
re,cum conſortes criminis non puniantur eadem
pœna,qua punitur principalis. Item dicta regula
fallit & ſecundo quando qualitates, propter quas
pœnas debet augeri,vel minui reperiuntur diuer
98 ſæ in perſona facientis † maleficium, & opem
præſtantis, (vt docet quoque Bartolus in d. l. is,
qui opem.nu.5.in verſ.item fallit, quando quali-
tates)pro cuius tamen maiori intelligentia ſcien-
dum,quòd quædam ſunt qualitates, ex quibus au
getur maleficium, eo quòd ipſæ qualitates ſuper-
uenerunt præter propoſitum delinquentium ex
poſt facto extra ipſum delictum, vt deprehenſio,
de qua hic dicitur, & tunc quilibet punitur ſecun
dum quòd illa qualitas ineſt in eo,vt in d.l.is,qui
opẽ.propter qđ dico, quòd ſi principalis offendẽs
eſt condemnatus in plus: quia negauit, vel quia
fuit contumax: certè ſi opem præſtans fuit confeſ-
ſus,vel citatus ſtatim comparuit,non erit cõdem-
nandus in plus propter cõtumaciam principalis:
99 quia in eo iſtæ qualitates † ceſſant: quædam vero
ſunt qualitates,quæ inſunt ab ipſo initio,tempo-
re delicti,ſecundum propoſitum delinquentium;
& iſtæ quidem inſunt in perſonis delinquentium.
Exemplum principalis occidens, erat filius eius
quem occidit,qui occiſus fuit,opem præſtans erat
extraneus in iſto caſu,opem præſtans erit punien
dus in plus, propter qualitatem inhęrentem ipſi
principali,qui erat filius, vt in d.l.vtrum, in qua
dicitur,quòd eadem pœna parricidij opem præ-
ſtans ſit puniendus:nec debemus mirari dictum,
quòd opem præſtans ſit in plus puniendus ratio-
ne qualitatis inhærentis ipſi filio,& tantum text.
in d.l.vtrum,non dixit ipſum in plus puniendum,
ſed pari pœna,qua principalis parricida. Et qui-
dem licet ego primò ſuſpenſus mirabar,& de con
tradictione vel falſitate ſcripturę ſuſpicari incępiſ
ſem, tamen(Deo optimo maximo annuente) ani-
maduerti in his nullam eſſe contradictionem,nec fal
ſitate in impreſſione, pro cuius rei maiori intel-
ligentia ſciendum, quòd iccirco Bartolus dixit
vbi ſupra. (Cuius ſunt illa verba) quòd præſtans
opem is,qui extraneus eſt in plus punietur ratio-
ne qualitatis inhærentis in filio principali delin-
quente, non quòd maiorem pœnam extraneus
opem præſtans luet, quàm filius principalis de-
linquens,ſed dicetur in plus puniri, quia ratione
ſui (vt extraneus eſt) non deberet puniri, niſi vt
ſimplex homicida, quæ quidem pœna longè mi-
nor eſt pęna,qua debetur parricidis,vt paulo poſt
probabimus: & iccirco Bart. ibi dixit extraneus
in plus puniendus ratione qualitatis inhærentis
in filio principali delinquente, vt in l.vtrum. in
qua dicitur,quòd[Filius parricida, & conſcius,
ſcilicet opem præſtans,pari pœna puniri debeãt.]
& ſic patet, quòd eo ipſo, quòd extraneus,ideſt
non filius opem præſtans punitur in plus habito
reſpectu ad ſuam ipſius perſonam quoad ſe atti-
net,& punitur pari pœna reſpectu filij, cui opem
præſtitit. Nam ſi occidiſſet Petrum patrem Fran-
ciſci alia de cauſa, vel opem præſtitiſſet in morte
Petri, perpetrata ab alio extraneo, puta Andrea
inimico dicti Petri, tunc ſolum puniretur vltimo
ſupplicio,ſi non eſſet nobilis, vt in l.1.ff.ad l.Cor
nel.de ſiccarijs,& in l.3.ibidem dicitur,quòd no
bilis deportatur in inſulam,& confiſcantur bona.
hodie vero omnes morti damnantur, in furcis ſu-
ſpenſi,vel capitis obtruncati iuxta conditionem
ipſorum homicidarum, vt experientia ipſa nos
quotidie,& vt etiam docet Iulius Clarus multorũ
teſtimonio in ſua practica criminali.lib.5. §.ho-
micidium.in verſic.ſed quæro quæ ſit pœna homi
100 cidij; Pœna vero parricidij:† eſt (vt docet text.
in l.pœna parricidij. ff. ad l.Pompeiam de parri-
cidijs,) [vt parricida virgis ſanguineis verbera-
tus,deinde in culleo(ideſt,vt dicit ibi Glo. deca-
rio.

rio coacto) insuatur cum cane, gallo gallinaceo, (& vt dicit ibi Glo. id est gallo, qui non habet testiculos, quia fortius pugnat cum serpente) vipera, & simia: deinde in mare profundum culleus ia cteturi hoc ita si mare proximum sit, alioquin bestijs subijciatur: qui alias personas occiderint praeter patrem, & matrem, & auum, & auiam: quos more maiorum puniri supradiximus, capitis poena plectuntur, aut vltimo supplicio mactentur.] haec in d.l. habentur ad verbum, quae (cum sit notatu dignissima) ad verbum referre studuimus: ex his ergo patuit nullã esse in praedictis verbis Bartoli contradictionem. Quaedam, rursus, sunt qualitates, quae insunt tempore delicti ratione loci, vel temporis, vel personae eius, in quem deliquerunt, verbi gratia, ego praestiti tibi arma ad homicidium committendum de die, tu commisisti de nocte, vel, ego praestiti tibi opem stando ad tui securitatem extra plateam, vel extra Ecclesiam, & tu commisisti in platea, vel maleficium in Ecclesia, vel opem praestiti tibi arma commodando ad interficiendum Titium, quando erat persona priuata, tu interfecisti eum, quando erat in dignitate positus. Vtrum opem praestans puniatur in plus propter illas qualitates inhaerentes ipsi delicto: & sic petitur vtrum praestans opem obligetur ex delicto, tunc cum opem praestat, an tunc cum delictum perficitur, certè (inquit Barr. vbi supra) tunc cum delictum perficitur: vt in l. si quis vxori. §. neque verbo. ff. de furtis. Vbi haec habentur inter alia, videlicet. [Quare & opem ferre, vel consiliũ dare tunc nocet, cum sequuta contrectatio est.] Idem habentur in l. qui seruo, in versic. plus Pomponius, ff. de furtis. Vbi haec habentur, videlicet. [Plus Pomponius scripsit, eum qui persuasit, quãuis interim furti non teneretur, tunc tamen incipere teneri, cum quis fugitiuus fur esse ceperit quasi videatur ope, & consilio eius furtum factũ.] haec ibi. Ex quibus legum verbis elicitur, quòd Bartoli sententia interpretanda erit hoc modo, quòd licet a principio non teneatur de delicto, cui opem praestitit, ante quam fuerit perpetratum tamen ipso perpetrato efficitur illius reus ratione principij, in quo consentijt, & opem praestitit, vt ipsemet Bartolus paulo post (sequens sententiam Glosae) docuit ibidem, & haec dicta sufficiant quo ad intelligentiam primae quaestionis propositae, & eius falletiarum, videlicet. An praestans opem ante maleficiũ includatur in iuribus poenalibus extendendis nostrae terminos praesentis decimae fallentiae: de secunda proposita verò quaestione, scilicet, An opem praestans in maleficio includatur in dictis iuribus poenalibus loquendo dicendum modo erit: pro cuius intelligentia sciendum, quod

101 is, qui praestat auxilium † alicui in ipso actu, quo maleficium committitur, ei assistendo, vt tale maleficium habilius perpetratur. de hoc tali dicendum erit ipsum puniendum fore eadem poena, qua pricipalis malefactor puniri debebit, (seruata tamen distinctione allata in relatione fallentiarum paulo ante adductarum,) vt docet Bart. in d.l. in furti. §. ope. nu. 4. ff. de furtis, & text. in l. 1. C. de raptu virginum, cuius verba supra retulimus in prima fallentia, quo quidem text. hoc probatur ad verbum. Quandoque & tertiò praestatur auxi-

102 lium malefactori post maleficium, † vt euadat malefactor, & tunc dicitur quòd nullatenus tale praestans auxilium puniendus veniat eadem poena, qua malefactor, sed alijs poenis, vt paulo post dicemus, nisi praecellisset eius consilium, dicentis, fac tale maleficium, quia ego adiuuabo te, vt euadere possis, quia tunc illa spes data esset auxilium dicendum ante maleficium praestitum, vt docet text. in l. in furti. ff. de furtis, vbi inter alia, haec habentur, videlicet. [Consilium autẽ dare videtur, qui persuadet, & impedit, atque instruit consilio ad furtum faciendum opem fert, qui ministerium atque adiutorium ad surripiendas res praebet.] haec ibi. Et paulò ante ibidem dicitur. [Sicut nemo furtum facit sine dolo malo, ita nec cõsilium, nec opem ferre sine dolo malo posse.] & circa finem dicitur. [Siquidẽ dolo malo fecit, furti actio est.] Et ibi dicitur idem a Bart. Idem probatur per text. in l. qui seruo. §. Pius Pomponius. ff. de furtis. Vbi haec habentur, videlicet. [Pius Pomponius scripsit, eum qui persuasit, quamuis interim furti non teneretur, tunc tamen incipere teneri, cum quis fugitiuus fur esse ceperit, quasi videatur ope, & consilio eius furtum factum.] haec ibi. & quod dixi opem praestantem malefactori post maleficium, vt euaderet, non puniri eadem poena regulariter nisi in casu proposito paulo ante, probatur per text. in l. 1. & 2. C. de his qui latrones, vel alijs criminibus reos absconderit, cum ibi non puniantur eadem poena, sed longè mitiori: sed si impediret familiam curiae, ne malefactores post maleficium caperentur, tunc alia poena puniuntur lege Iulia de vi. vt habetur in l. Iulia. ff. ad l. Iuliam, de vi publ. ex his ergo omnibus hucusque notabilibus allatis, ac iuribus recensitis luce meridiana clarius patuit sententiam Bartoli allatam circa statuta, & iura alia poenalia interpretanda, verissimam fuisse, quòd in duobus casibus regulariter cooperatores maleficiorum comprehendantur etiam in statutis, & iuribus poenalibus non solum cooperantes ante factum maleficium, in ipso maleficio perpetrato post talem cooperationem, sed etiam opem ferendo post maleficium, malefactorem recipiendo, ne incurrat in manus Iudicum, si hoc ante maleficium commissum promisissent, (quoniam si non promisissent, non eadem pena puniendi erunt, sed alia) dicti ergo opem praestantes ante maleficium, & in tempore maleficij, in duobus casibus comprehendentur in statutis poenalibus. Primo si de talibus cooperatoribus ibi fiat mentio, & hoc per se patet. Et secundo quando lex penalis, aut statutum prohibens factum, respiciat factum, & non personam ibi expresè nominando, licet iccirco penam statuat facto, vt inde puniat, tale factum prohibitum perpetrantes, & vt clarius procedamus: si lex penalis, aut statutum penale dicat pro homicidio, pro furto, pro adulterio, & huiusmodi, tunc non solum comprehendentur talia principaliter per semetipsos facientes, verum etiam & omnes opem in ipsis praestantes maleficijs ante factum ipsum maleficium, & in ipso actu maleficij, & post factum in praedicto casu solum promissionis: si verò dicta iura penalia respexissent personas, dicendo, quicunque homicidium, furtum, adulterium, & huiusmodi fecerit, tali pena puniatur: praestantes opem, vel etiam mandantes, ac omnes cooperantes ante maleficium perpetratum, vel post ipsum, vt euadat, etiam precedente promissione, non comprehenderentur in dictis iuribus penalibus: sed solum talia maleficia perpetrantes, vel cooperantes in ipso

ipfo actu maleficij, quia tunc omnes dicerentur perpetrare tale maleficium, vt fuit fatis abunde fu pra probatum: & hoc intēdebat nos docere text. fupra per me ad verbum relatus in l.aut qui aliter. in principio, & in §.fin.ff.quod vi, aut clam.& ibi Bart.& hæc fummopere notanda, & memorię imprimenda a Iudicibus, quoniam, vt in pluribus, interminis præfentis fallentiæ pœnæ erunt extendendæ in fauorem Reipublicæ etiam ad perfonas non nominatas fpecialiter in ipfis legibus pœnalibus, & huiufmodi extenfio erit licita, fi modo fiat feruata norma paulò ante a legibus, & Doctoribus præfcripta, & a me pro bono publico confulendo recenfita. Sed infuper notandum, quòd huic diftinctioni ipfius text. & etiam fententiæ Bartoli ibidem quam libentiffimè fe fubfcripfit Felinus in d.c. quantæ, extra de fentent. excommunicationis in principio, qui ex dictis ipfe elicit hoc documentum, dicens. Nota quòd vbi pœna imponitur ipfo iure propter factum, extenditur ad confentientem. Nam quādo verba dirigentur in rem, puta, fi factum fuerit tale quid, tunc comprehenderent etiam confentientes: fed fi verba ftatuti dirigerentur in perfonam, puta, fi quis fecerit fic nō comprehenderentur confentientes: ita notat Bar. in l.is, qui opem.ff.de fur.eft text. in l.aut qui aliter.§ fin.ff.quod vi, aut clam.& ibi Bart. Ex his ergo omnibus patuit veritas noftræ conclufionis in decifionem præfentis quæftionis allatæ. Animaduertendum tamen erit, quòd tam fententia fupraſcripta Bartoli, & aliorum Doctorum dicentium, quòd quando ftatuta loquuntur in perfonā non comprehendunt mandantes, confentientes, & alios cooperatores in maleficio, veriffima eft, ipfam intelligendo quando ipfa ftatuta non loquuntur fecundum difpofitionem iuris communis: & de hoc ipfi loquuti fuerunt, non autem loquuntur de ftatutis conformibus difpofitioni iuris cōmunis: quia tunc extenderetur ad mādantes, & alios fupradictos, vt fupra annuimus: & latius docuimus in dicta ampliatione vnica, vide ibi. præfenti fallentiæ quoque fe fubfcripfit Mattheus Matthefil. in fuo tractat. de interpretatione extenfiua legum. nu. 24. verfic. additur & feptima. Nec non & infrafcripti relati a Verardo in fua topica iuris.

Ampliа fingulariter allata in dicta fallentia decima, dicendo, quòd ipfa habeat locum in man-
103 dante † aliquod delictum fieri. Nam etfi inibi exempli gratia per nos loquentes de pęnis extendendis de cafu expreffo ad cafum non expreffum in iure pœnali: aliqua inferuimus de pœnali iure puniente committentem aliquod maleficium extendendo ad mandantem, tamen cum ibi obiter fermo habitus fuerit: ideo hic erit habendus ex profeffo; Quapropter dicimus mandantē aliquod delictum, & alias quodcunque prohibitum a iure communi fub aliqua pœna fpecialiter iniuncta, ipfo fequuto, punietur pœna ordinaria: nulla facta diftinctione an dictum ius commune fcriptum fit in perfonam, vtputa, fi diceret fiquis fur tum faciat morte moriatur: vel in rem, vtputa pro furto commiffo imponatur pęna mortis, ita vt feparetur corpus ab anima facientis furtum, vt latius dicemus in fecunda ampliatione præfentis decimæ fallentiæ. Dixi[ipfo maleficio fequuto] quoniam. de maleficio attentato dicemus latiffimè infra in quæftione fua peculiari, vide ibi. hæc ampliatio probabitur triplici medio, poftquam hic inferta fuerint nonnulla notatu digniffima, ac fcitu vtilia, pro pleniori intelligentia præfentis noftræ ampliationis. Primum ergo notandum eft, quòd maxima differentia eft inter mandantem,
104 † conducentem, & fuadentem. Secundum proprietatem vocabulorum fumptorum, in hac materia (de qua fermo habetur.) Nam mandator, feu mandans dicitur is, qui mandat delictum committi propter feipfum mandantem, & ad fatisfactionem voluntatis fuæ, nulla data pecunia: Cōductor dicitur ille, qui hoc facit data pecunia. Perfuafor dicitur ille, qui perfuadet alicui aliquod delictum propter ipfum, cui fit perfuafio, & ideo non ponderantur verba, quibus quis vtitur, dum perfuadet alicui aliquod delictum: fi vtatur verbo mando, fine rogo, fiue alijs verbis fimilibus: dummodo hoc ipfum fiat gratia eius, cui fit mandatum, feu fuafio: nam iftud non dicetur propriè loquendo mandatum, fed perfuafio, feu confilium. Argumentum pro hoc in l 2.ff.mandati. Hæc omnia docuit Bart. in l.non folum. §.fi mandato meo, nu. 2. verfic fecundo venio ad materiā, §.fed vt prædicta differētia magis elucefcat, (ficut dum, quòd (prout docuit Bar ibidem, nu. 13. verf. venio ad conductores) inter conducentem, & mādantem prima differentia eft: quia in conductione datur pecunia, in mandato non: Tamen quantum ad eius perfonam, in quam delinquitur nulla eft differentia, ficut dicimus in mandato licito: fi ego mando tibi aliquid non interueniente mercede, eft mandatum, & oritur actio mandati inter te, & me: fi interuenerit pretium, eft locatio, & conductio, & actio locati, & conducti inter te, & me, vt in l. 1. ff. mandati. Sed quantum ad eum, cū quo contrahitur, vel cum quo agitur nihil ad propofitum, eodem modo acquiritur nobis per vnū, ficut per alium, vt in l.naturalis.§.penult.vel antepen.ff.de præfcript.verb. in hoc tamen eft plus, quia quando aliquis facit, vel fieri facit mediante pecunia, dicitur delictum magis atrox, & propter hoc pœna poffit augeri, & de facto videmus augeri in iftos, qui in vulgari dicuntur affaffini. arg. in l.Cicero.ff.de pœnis.& in l.venales.C.quando prouocare non eft neceſſe: Vnde hoc excepto, omnia quæ diximus, ac dicemus in mandante, & mandatario intelligas in conducente, & conducto: Sed notandum erit (fecundum eundem Bart. ibidem, nu. 22. in verf. quæro vtrum aliqua differentia) quòd nulla fit differentia inter perfuafionem, confilium, inftigationem, inftructionem, & fimilia: & ratio, eft quoniam omnis actus, qui fit verbis tantum gratia facientis, non gratia confulentis, feu inftruentis poteft dici confilium, vt in l. in furti. §. confilium. ff. de furt. fed quando peruenit ad actum, tunc dicitur præftare opem, & auxiliū, vt in d.l. in furti.§.opc. Prędicta verò quando tractatur de aliquo maleficio commiffo, mandato, vel perfuafione pręcedente: fed fi tractaretur de ipfa perfuafione punienda: tunc diftinctiones, & opiniones prædictæ non habent locum, fed fimpliciter puniretur, vt in l.1.§. perfuadere.ff.de feruo corrupto, & his omnibus hic pro me allatis Bart. vbi fupra aftipulatur.

Præmittimus & fecundò, quòd delictorum
105 † quædam dicuntur leuia, quædam grauia, & quædam grauiora, & quædam grauiffima. Delicta ergo leuia fint illa, in quibus non requiritur dolus vt damnū iniuria datum, vt in l.liber homo.ff.ad l.Aquil.

J. Aquil. cum ibi not. Item delictum leue est illud, in quo sequitur dolus, tamen committitur circa modicam rem, vt furtum rei modicæ, vt in l. ad ea, quæ non habent. ff. de reg. iur. facit l. libertus. ff. de furtis. l. respiciendum. §. furta domestica. ff. de pœnis. sunt etiam crimina leuia, de quibus ponitur exemplum in l. leuia. ff. de accusat. Vbi hæc habentur, videlicet. [Leuia audire crimina, & discutere de plano oportet Proconsulem, & vel liberare eos, quibus obijciuntur, vel fustibus castigare, vel flagellis seruos verberare.] hæc ibi. Ex quibus elicitur, quòd crimen leue dicendum erit illud, quod indulgentiam meretur, vel solum puniri fustigatione. Grauia verò delicta dicuntur omnia crimina priuata, quæ requirunt dolum, & magnum præiudicium pariût, & merentur magnam pœnam, vt est furtum rei magni valoris, vt in d. §. furta domestica, & in l. auxilium. §. in delictis. ff. de minor. & in d. l. ad ea, quæ dicitur etiam omnis iniuria grauis, quæ personis irrogatur, in quo non potest pater obedire sine incursu pœnæ: & ratio est, quoniam vnaquæque iniuria personalis est grauior quauis iniuria reali, vt in l. in seruorum, in fine. ff. de pœnis. Grauiora verò delicta dicuntur delicta publica, pro quibus tamen non imponetur pœna mortis. Grauissima delicta dicuntur publica delicta, pro quibus imponitur pœna mortis, & de istis delictorum speciebus vltimis loquitur text. in l. auxilium. §. in delictis. ff. de minor. 25. ann.

Præmitrimus & tertiò, quòd ipsum mandare
106 † (per se consideratum) aliquod crimen, seu delictum fieri, est crimen per se cōsumatum, & ideo ipsum fore puniendū pœna ordinaria, & tunc dicetur, qnando sub eadē pœna prohibetur aliquod delictum perpetrandum, sub qua prohibetur mandatum de ipso delicto perpetrando. Nam in tali casu mandare aliquod delictum perpetrandum dicetur delictum consummatum. Secus autem erit, quando simpliciter sub aliqua pœna prohibetur aliquod delictum perpetrandum: quoniam tunc delictum fieri mandans non punietur pœna ordinaria, nisi sequatur effectus, vt latius ifra dicetur, & latissimè in tract. de conatu puniendo diximus. Tunc autem ipsum mandare dicetur delictū consumatum, quando lex considerat solum affectum sine effectu, vt habetur in l. generaliter. §. si igitur, & ibi per Doct. ff. de calumniat.

107 Præmitto & quartò, quòd mandans † fieri aliquod leue delictum (ipso non sequuto) nulla pœna veniet puniendus mandator ex tali mandato, in foro fori, quod & probatur duplici medio. Primo enim per text. in l. item apud Labeonem. §. si curauerit. ff. de iniurijs, & famo. lib. vbi hæc habentur, videlicet. [Si curauerit quis conuitium alicui fieri, non tamen factum sit, non tenebitur] hæc ibi. Idem probatur per text. in l. sæpe. §. fin. ff. de verb. signi. vbi hæc habentur, videlicet. [Et sanè post veterum auctoritatem ei peruentum est, vt nemo videatur opem fecisse, nisi & consilium malignum habuerit, nec consilium habuisse noceat, nisi & factum sequutum fuerit.] hæc ibi. Idem probatur per text. in l. 1. in fin. ff. quod quisque iuris. Vbi hæc habentur, videlicet. [Quid enim obsuit conatus, cum iniuria nullum habuerit effectum.] Nam dicta verba istius legis (secundum Bart. in l. 1. ff. de extraordinarijs crimini. secundum Glo. ibi] habere tantūmodo locum in leuibus crimin. Probatur, & secundò Doctorum auctoritate præsens quartū præmissum notabile. Nēpè infrascriptorum Glo. in dictis citatis iuribus. Dyn. in d. §. si curauerit. Bar. in l. non solum. §. si mandato meo. nu. 3. versic. aut est delictum leue. ff. de iniurijs, quod & repetijt in d. l. apud Labeonem. §. si curauerit quis. versic. Nota quòd ex solo. idem docuit Ang. de Aret. in tract. de malefic. in versic. & Sempro. Rodulsi Barbitonsor. nu. 7. vers. quæro secundò. Salicetus in l. non ideo, col. 4. vers. quæro tertiò. C. de accusat. Imo. in l. vt proponitur. ff. de fideiussor. Antonius de Butr. in c. mulieres. col. 2. vers. vltima Glo. in princ. extra de sentent. excommun.

108 Præmittimus & quintò, quòd mandans † fieri aliquod delictum graue, seu atrox, etiam non sequuto effectu ex solo mandato veniat puniendus pœna extraordinaria, nunquam tamen corporali: sed solum pœna exilij modo, vel pecuniaria: nō autem pœna ordinaria indicta contra perpetrantem tale delictum: nisi forsan a iure fuisset huiusmodi pœna imposita, ac statuta atque contra mandantem: cum tunc huiusmodi delictum diceretur per solum mandatum, esse consumatum huiusmodi prohibitum delictum sub tali expressa pœna: nam in tali casu mādator veniret de iure puniendus pœna ordinaria, licet non fuisset sequutus effectus delicti mandati, vt docuit Glo. & Doct. in c. 1. vers. mandauerit. de homici. in sexto, & Ioannes Andreas in cap. in pœnis. de reg. iur. in sexto, quod & latissimè probauimus in tract. de conatu, & affectu puniendo, conclusione quinta. hoc notabile. Sic quinto loco præmissum probatur triplici medio. Primo enim per argum. in l. 1. ff. de extraord. crimin. vbi hæc habentur, videlicet. [Sollicitatores alienarum nuptiarum; itemque matrimoniorum interpellatores, etsi effectu sceleris potiri non possint propter voluntatem perniciosæ libidinis, extra ordinem puniuntur. Fit iniuria contra bonos mores: veluti si quis fumo corrupto perfunderit, cæno luto oblinierit, aquas spurcauerit, fistulas, lacus, quidve aliud ad iniuriam publicam contaminauerit, in quos grauiter animaduerti solet. Qui puerum stupro, abducto ab eo, vel corrupto comite persuaserit: aut mulierem, puellamvè interpellauerit: quidvè impudicitiæ gratia fecerit, domum præbuerit, pretiumvè, quo id persuaderet, dederit, pfecto flagitio, punitur capite: imperfecti in insulam deportatur corrupti comites summo supplicio afficiuntur.] Hæc in d. l. 1. sed notandum, quòd dixerimus probari præsens notabile per arg. in d. l. 1. quoniam, etsi ibi non fiat mentio de mandante, sed de attentante aliquod maleficium atrox, nihilominus ad mandantem se extendit dicta dispositio, cum mandans verè attentet ipsum maleficium. Probatur & secundo id ipsum Doctorum auctoritate. Nam infrascripti Doct. se subscripserunt præsenti notab. videlicet, Glo. in d. l. 1. Bar. in l. non solum. §. si mādato meo. nu. 3. versic. hoc præmisso quæro circa mandatum. ff. de iniurijs, & famos. libell. Imo. in l. si vt proponitur. ff. de fideiussor. Ang. in tract. de malefic. versic. & Sempro. Rodul. Barbitonsor. nu. 7. & Augustinus de Arimine ibidem in addit. & rursus idem Aug. in consi. 14. Thomas Grammaticus compatriota meus, in consi. 36. nu. 15. versic. iste Camillus, dicens, quòd pœna corporali, & ordinaria is de quo est sermo non veniat puniendus, licet benè pœna extraordinaria, & quòd huiusmodi regula

gula ſit tradita à Doctoribus, etiã in atrocioribus
delictis: quod & rurſus idem Thomas repetijt in
voto 8.nu. 20.& 21. dicens ita ſe conſuluiſſe in fa-
cti contingentia, & obtinuiſſe coram Illuſtriſſimo
Cardinale Columna tunc Prorege Regni Neapo-
litani, & Iudicibus magnæ curiæ. Idem docuerũt
Dynus, & Ang.in l.itẽ Apud Labeonẽ.in §.ſi cura-
uerit.ff.de iniurijs. Gandinus in tract.de malefic.
tit.de homicid.& eorũ pęnis.nu.11.Aegidius Boſ
ſius in ſua praxi crimin.ſub titu.de mãdato ad ho
micid.nu.4.addens, ꝙ ex decreto dominij Medio
lanenſis eadẽ pęna mandans, & mandatarius ve-
niat plectendus, ẽt non ſequuto effectu, & hoc non
ſolum in homicidio, verũ ẽt in omnib. alijs malefi
cijs.& ſcias, ꝙ huic notabili aſtipulati fuerunt, &
alij ꝙ̃plurimi Doctores per nos recẽſiti in proba-
tione concluſionis quartæ, & quintæ tractat.noſtri
de conatu, ſeu affectu puniendo. Vide ergo ibi, q̃a
inibi allata ſummopere deſeruiũt veritati eorum,
quæ hic fuerunt adducta. Probatur ẽt tertiò pręſẽs
notabile, ſ.hac ratione, videlicet. Cum humanum
iudiciũ in puniẽdis maleficijs manifeſtis dẽat imi
tari diuinum, prout elegantiſſimè docuit S. Tho-
mas in 2. 2. q.108. art.4. in reſponſione ad ſm, &
Deus ipſe Opt.Max. maiori pęna afficiat eum, qui
non ſolum delicta aliqua attentauit, verum ẽt con
ſumauit, ꝑꝑ multa damna, quæ ex ipſis prodierunt
proximis noſtris, & minori pęna attentantem pro
pter multa mala, quæ indè fuerunt vitata, ẽt præ-
ter voluntatem criminoſi, cum proculdubio gra-
uius peccatum ſit peccatum operis peccato cogi-
tationis verſans circa eandem peccati ſpẽm, vt ip
ſemet Diuus Thomas cõpatriota noſter eleganter
docuit in 1.2.q.110. art.6. his præciſis verbis vtẽs,
videlicet. Grauius eſt.n. & magis rõni repugnans
peccare opere, q̃ ore, & ore quàm corde. hæc ille
Sanctus. ſi ergo grauius eſt peccatum cõſumatum
opere, q̃ attentatum ſolum, indè ſequitur, ꝙ mino
ri pœna in iudicio humano veniat regulariter pu
niendum peccatum, ſeu maleficium attentatum,
q̃ conſumatum. At tale maleficium conſumatum,
puniendum eſſet pœna ordinaria iniuncta a iure
cõi, vel municipali: ergo maleficium non conſu-
matum, etſi attentatũ, veniet plectẽdum pęna mi-
nori.ſ.extraordinaria, vt ſic in puniẽdis maleficijs
iudicium humanum cõforme ſit iudicio Diuino.

His ergo præmiſſis notabilib. deueniendum erit
ad enucleandos duos terminos, ſeu clauſulas con-
tentas in præſenti hac nr̃a ampliatione, antequam
ipſam veram eſſe probemus, quarum prima eſt illa
109 [verè facere dicetur † quoad pœnam incurren-
dam.] & ſcd̃a eſt illa [pro tali delicto] quia ſub hac
ſimplici verborum cortice, duæ q̃ones difficillimæ
continentur, quarum notitia ad ſubiectam mate-
riam ſummopere deſeruit. Sciendũ igitur, ꝙ poſt
multa iura hinc inde allata circa primum quęſitũ,
Bar.in l.ſed ſi vnus.§.ſeruus meus. verſ.nunc tñ la-
tius.ff.de iniurijs, & famoſis.infra nobitali diſtin
110 ctione vtitur, videlicet. Quidã ſunt actus, † qui
non poſſunt expediri per inſtrumentũ ſeparatum
ab ipſo corpore, vt adulterium, tunc qui per aliũ
facit ipſe verè nõ facit: & hoc voluit dicere glo. in
l.1.§.quotiẽs.ff.de vi, & vi armata. interpretatiuè
tñ benè poteſt committi per alium. Idem dico in
falſo teſtimonio: cum.n. requirat actum perſonæ
teſtificantis, non poteſt propriè cõmitti per alium
eadem ratione quædam ſunt facta, quæ pñt expli-
cari per inſtrumentum ſeparatum a corpore, vt
percuſſio, homicidiũ, & ſimilia, quæ poſſunt perpe
trari ſagitta, vel lapide emiſſo: & hic aduerte, quia
quandoq; illud inſtrumentum, quo mediante talis
actus perpetratur, agit de neceſſitate, nec põt non
agere: & tunc qui facit mediante tali inſtrumẽto:
vere facit, ita loquitur l.item mala, in princ.ff.ad
l.Aquil. quãdoq; illud inſtrumentũ quo mediante
perpetratur actus, agit in virture libertatis ſuæ, vt
ſi mando homini habenti intellectum; Percutias,
vel occidas talẽ: tunc ille liber occidit, meritò ip
ſe vere facit; ſed ego qui mãdo, dicor præbere cau
ſam: quia mandatũ meum non eſt cauſa neceſſaria
illius actus. ita loquitur l.ſi obſtetrix. & multæ a-
liæ.ff.ad l.Aquil. modò ad propoſitum, qñ ego mã
do tibi aliquid qđ poſt ſuſceptum mandatũ tu hẽs
neceſſe facere neceſſitate ciuili, quia es obligatus
ad hoc, vt puta ſi mandatur tibi aliquid, quod eſt
honeſtum: vel ſi Dñs mandat ſeruo aliquid, quod
non cadet in graue delictum, tunc ille verè facit,
cuius mandato facit: qm̃ inſtrumentum, quo me-
diante agit, de neceſſitate agit: dico de neceſſita-
te ciuili; hic eſt caſus in l.pater.in fine.ff.de manu-
miſſis vindi. & in l.3.§.ſi procurator. ff.ꝙ quiſque
iuris. licet.n. verba illius edicti loquantur in per-
ſona, quod quiſque iure ſtatuerit, tamen habet lo-
cum in eo qui impetrauit per procuratorem: cum
enim mandatũ de impetrãdo ſit licitum: ille pro-
curator de neceſſitate impetrauit, & ſic Dñs verè
impetrauit. & eſt caſus in l.ita autem.§.geſſiſſe.ff.
de adminiſtra. tut. per hoc dicebam in quæſtione
de facto Aſſiſij ſtatutum dicebat, ſi quis produxit
exceptionem aliquam contra inſtrumentum con-
feſſionatum, nec probauerit puniatur in tantum:
modò quidam produxit exceptionem contra in-
ſtrumentum: per procuratorem habentem man-
datum ad hoc, nec probauit: dico quòd ex verbis
ſtatuti dominus punitur, q̃a verè dominus produ
xit: quia procurator (tanquam inſtrumentum) hoc
fecit de neceſſitate, ſ.ciuili: nec tunc dẽt inſpici, vt
verba ſtatuti loquantur in perſonã, vel in rem, ſed
ſi mandatum non eſſet licitum, & ideo ille (per
quem quis fecit) non fecit hoc de neceſſitate natu
ræ; quia liberũ habet arbitrium, nec ex neceſſitate
legali: quia rei turpis nullum eſt mandatum: tunc
ille, qui mandat, non facit verè, ſed interpretati-
uè, ita loquitur l.1.§.deieciſſe.ff.de vi, & vi arma-
ta.l.ſi pater.ff.de his, quæ in fraudem credit. & l.
item ſi obſtetrix. ff. ad l.Aquil. & omnes leges,
quæ hoc dicũt, debet intelligi ſecundum modum
prædictum. Non obſtat c.mulieres.extra de ſent.
excommunicationis, vbi dicit, ꝙ verè facit. Nam
dicunt quidam Canoniſtæ, verè facit.ſ.quantum
ad peccatum, vult dicere; quia Canoniſtæ magis
conſiderãt animum, q̃ actum, ſed nos magis actũ,
q̃ animum, vt not. per Dynum in c.peccatum.de
reg.iur. in ſexto, & ideo quantũ ad peccatũ mor-
tale in foro cõſcientiæ ille verè facit: quia cõſiſtit
in animo: ſed reſpectu actus (quẽ nos inſpicimus)
verè non facit. hæc oĩa notatu digniſſima protulit
Bar. loco ſupracitato, pro intelligentia verò illo-
rum terminorum in concluſione inſertorum, vide
licet. [Pro tali delicto] ſciẽdum, ꝙ etſi (vt ex ſupra
allatis ex Bartolo patuit) is qui mandat fieri deli-
ctum, verè non dicatur facere, ſed interpretatiuè:
ſed ſolum is verè dicatur facere delictum, qui per
ſe perpetrat maleficium: & non is, qui per alium:
nihilominus quo ad pœnam ipſam incurrendam,
non eſt differentia inter eos; quocunq; forma ver-

borum vteretur lex penalis, etsi nõ negemus iuxta doctrinam Bartoli in l.aut qui aliter.§.fin.nn.3.ff. quod vi,aut clam.dicentis, ꝙ notãda verba sunt. Nam aut scripta in rẽ sunt,aut in personã: & ideo dixi hoc anno.Aliud est,si statutum dicit,pro homicidio quis puniatur in mille:& aliud si dicit, si quis fecerit homicidiũ puniatur in mille:quia primo casu,cum verba sint scripta in rem:ex propria significatione verborum tenetur faciens, & fieri faciens,vel mandans:sed secundo casu fieri faciẽs non tenetur,nisi ex interpretatione verborum:nõ autem ex propria significatione verborum. & de hoc latius in prima limitationis præsentis conclusionis,his ergo pręmissis probatur præsens conclusio triplici medio.Primo per arg.in c.qui facit.de regu.iur.in sexto,vbi hæc habẽtur,videlicet,[qui facit per aliũ,est perinde ac si faciat per se ipsum] hæc ibi:quæ sumpta fuerũt ex l.quod iussu.ff.de regu iur.vbi hęc habentur, videlicet. [Quod iussu alterius soluitur,pro eo,est quasi ipsi, solutũ esset.] hæc ibi,& in l.is damnũ.ff.de regu.iur.hæc habentur,videlicet.[is damnũ dat,qui iubet dare.]hæc ibi.Dixi probari per arg.in d.c.qui facit,qm̃ inde elicitur veritas præsentis cõclusionis, eo ꝙ is,qui facit maleficiũ(quoad incursum pęnę)per se ipsum videatur fictione,seu interpretatione iuris. Idem probatur,& apertius in l.non solũ,in princ.& in §. si mandato meo.ff.de iniurijs, & famosis libellis. Nam in princ.dictę legis hęc habentur,videlicet. [Non solum autem is iniuriatum tenetur,hæc est qui percussit;vellũ ille quoq; continetur,qui dolo fecit,vel qui curauit, vt cui mala pugno ꝑcuterentur.]hæc ibi,& in d.§.si mandato.hęc habentur,videlicet: [Si mandato meo facta sit alicui iniuria: plerique aiunt, tam me quàm eum, qui suscepit iniuriam iniuriarum teneri Proculus recte ait, si in hoc te conduxerim,vt iniuriã facias:cũ vtroq; nostrum iniuriarum agi posse,quia mea opera facta sit iniuria.Idemq́; ait,etsi filio meo mandauero,vt tibi iniuriam faciat.]hæc ibi.Idẽ probatur ꝑ text.in l.nihil.ff.ad l.Cornel.de sica.vbi hæc habẽtur,videlicet.[Nihil interest occidat quis,an causam mortis prębeat.]hæc ibi.Idẽ per text.in l.1.§. deiecisse.ff.de vi, & vi armata. vbi hæc habentur, videlicet.[Deiecisse aũt ẽt is videtur qui mandauit,vel iussit, vt aliquis deieceretur. Parui.n.referre visum est,suis manib.quis deijciat, an vero per aliũ.Quare si familia mea ex voluntate mea deiecerit,ego video deiecisse.Quoties verus procurator deiecit; cum vtrolibet eorum,i.siue Dño,siue Procuratore agi posse Sabinus ait,& alterius noĩe alterũ eximi: sic tñ,si ab altero eorũ litis æstimatio fuerit præstita. Non.n.excusatus est,qui iussu alicuius deiecit; non magis q̃ si iussu alicuius occidit: sed etsi quid alius deiecit ratum habuero; sunt,qui putant ſm Sabinum,& Cassiũ(qui ratihabitionem mandato comparant)videre me deiecisse, interdictoq́; isto teneri,& hoc verũ est.Rectius enim dr̃ in maleficio ratihabitionẽ mandato comparari,quod ergo adijcitur,aut familia tua vi deiecit:merito scriptũ est,in eum casum,in quem familia mea vi deiecit. Cęterum si iussit,deiecit ipse.]hęc ibi.Idẽ probatur per text.in l.non ideo minus.C.de accusat.vbi hęc habentur,videlicet.[Nõ ideo minus crimine, siue atrociũ iniuriarũ iudicio tenetur is,iniustam accusationẽ incidit,quia dicat se alium huiusmodi facti mandatorem habuisse. Namq́; hoc casu præter principalem reum, mandatorẽ quoq; ex sua persona conueniri posse, ignotum non est.]hæc ibi.Idẽ probatur per text.in l.seruos.C.ad l.Iul.de vi publ. vel priu. vbi hæc in princ.habẽtur,videlicet. [Seruos qui fecisse violẽtiam confessionib.testium,aut proprijs docebuntur,si id in suo Dño cõmiserint, postremo supplicio deditos licere perpetrata cẽsemus.Quòd si illa metu,atq; exhortatione Dñorum violentiã admiserint, palã est ſm legem Iuliam Dũm infamẽ. pronũciatum loci, ac originis propriæ dignitate non vti.seruos verò,quos furorib.talib.paruisse cõstiterit,metello post sñiam dedi.] hæc ibi.Idẽ probatur per arg.in c.cũ ad sedem.§.nos.ext.de restit. spoliat.vbi hęc habentur, videlicet. [Nos prioris acta iudicij recensentes,quia nec per dicta testiũ, vel confessiones partiũ,cum nullæ penitus in iudicio factæ fuerint,vel ẽt instrumẽta,quę nullatenus de spoliatione tractabãt,nec ꝑ euidentiã facti nobis cõstare potuerit, ꝙ Cumañ. Eps̃ hospitalarios spoliauerit,vel mandauerit spoliari,vel spoliationem factã ratam habuerit,pronunciamus in qõne prædicta interdictũ, vnde,vi,locũ nullatenus habuisse, restitutionis sñiam a prædicto Abbate prolata,licet pars aduersa proponeret,ꝙ præsumendũ esset pro sñia Iudicis, qui motũ animi sui potuit ex causis alijs informare, iustitia exigente cassantes.]hæc ibi.Dixi probari præsentẽ conclusionem per arg.in d.c.cum ad sedem. qm̃ etsi explicitè ibi nõ agitur de qõnis præsentis materia, cum ibi dicatur de eo quem spoliasse, vel mandasse spoliati,vel ipsam spoliationem ratam habuisse nõ constabat in iudicio,& iccirco dicitur fuisse sñiam latam contra talẽ cassatam. Tñ si bene librabuntur verba dicti Canonis,q̃ apertissimè patebit, ex ipsis elici argumentum a contrario sensu,ac per cõsequens veritatẽ præsentis conclusionis tali pacto arguẽdo,talis sñia fuit Pontificem cassata, tanquã iniustè lata,vt puta contra non spoliantẽ, vel mandantem spoliationem, vel ipsam ratam habentẽ, ergo(arguendo a contratio sensu)si lata illa fuisset contra spoliantem,vel mandantem, aut ratam habentem,vtique valida fuisset: ex quibus patet, ꝙ iuxta sententiam Diui Pauli Rom.c.1.vers.fin.[agentes,& consentientes pari pęna puniuntur.]eadem prorsus pœna regulariter erit plectendus aliquod crimen perpetrans,qua mandator, & è contra,vt docuit quoq; tex.in c.1.extra de officio Iudicis delegati.Idẽ probatur apertissimè per tex.in c.mulieres. §.fin.extra de sent. excõicationis, vbi Alex.III. infrascriptis vsus fuit verbis,videlicet, [Illi vero,qui nõ per se ipsos,sed eorũ auctoritate, vel mãdato alij violenter violẽtas manus injeciunt in clericos, ad sedem Apostolicam sunt mittendi, cum is committat verè,cuius auctoritate,vel mandato delictum committi probatur.]hæc ibi.Idem probatur per text. in c.oẽs eccles.17.q.4. vbi hæc habentur,videlicet,[omnes Ecclesiæ raptores,atque suarum facultatum alienatores a liminibus Sanctæ maioris Ecclesiæ anathematizamus, Apostolica auctoritate pellimus, & dãnamus,atq; sacrilegos esse iudicamus, & nõ solum eos,sed oẽs consentientes eis, quia non solũ qui faciunt, rei iudicantur, sed etiam qui consentiunt faciẽtibus. par.n.pœna,& agentes,& consentientes comprehendit.]hæc ibi. Idem probatur per textum in capit.notum sit. in fine 2. q. 1. vbi hæc habentur, videlicet. [Quia facientem, & consentientem par pœna constringit.] hæc ibi, Idem probatur

per

per arg. In c.sicut dignum.§.qui verò, & §.hi quoque.extra de homic. nam in d.§.qui verò. hæc habentur, videlicet. [Qui vero se asserunt animum regem se inflammasse ad odium, vnde homicidiũ fuit sequutum, durè, & asperè, sed non ita seuerè sunt puniendi, nisi fortè regem ipsum ad illud homicidium suis suggestionibus prouocassent.]hæc ibi.& in d.§.hi quoque. hæc habentur, videlicet. [Hi quoque non sunt a culpa liberi, nec a pœna debent esse immunes, qui licet fuerint illius machinationis ignari, tamen eis, quos sicarios esse sciebant in sarcinis custodiendis ministerium præbuerunt.]hæc ibi. Animaduertẽdum tamen, quòd non sine causa rationabili dixi præsentem conclusionem probari per argumentum in dictis §§.quoniam ex ipsis elicitur ratio arguẽdi a fortiori, tali pacto, videlicet. Si is grauiter, ac seuerè venit puniendus, qui aliquem sua suggestione ad homicidium perpetrandum prouocat, aut custodit sarcinas homicidarum, quanto magis venit puniendus is, qui homicidium committi præcipit? Idem probatur per arg. in c.fin.extra de iniurijs, & dã. dato. Vbi Gregorius IX. infrascriptis vtitur verbis, videlicet. [Si culpa tua datum est damnũ, vel iniuria irrogata, seu alijs irrogantibus opẽ fortè tulisti, aut hęc imperitia tua, siue negligẽtia euenerũt, iure super his satisfacere te oportet, nec ignorantia te excusat, si iure debuisti ex facto tuo iniuriam verisimiliter posse contingere, vel iactutam, quod si animalia tua nocuisse proponas, nihilominus ad satisfactionem teneris, uisi ea dando passis damnum, velis liberare te ipsum, quod tamen ad liberationẽ nõ proficit, si fera animalia, vel quę consueuerunt nocere, fuissent, & quam debueras non curasti diligentiam adhibere. Sanè licet, qui occasionem damni dat, damnum videatur dedisse: secus est tamen in illo dicendum, qui vt non accideret, de contingentibus nil omisit.]hęc in dicto Canone. Dixi probari præsentem conclusionẽ per arg. in d.c.fin. quoniã, etsi explicitè, & ad verbum inibi non habeatur præsens conclusio, benetamen ex ipso elicitur: cum ex ipso habeatur, quòd in culpa esse dicatur, & ad damni restitutionem is, cuius culpa damnum fuit illatum, etsi ipse manu propria non dederit: arguendo, ergo, modo ab identitate rationis: dicẽdum erit, quòd is qui mandauit maleficium fieri, habeatur reus talis malecficij (ipso sequuto) ac si per se ipsum illud consummasset, cum in causa ipsius maleficij fuerit, ac per consequens, quòd puniendus sit ordinaria iuris pœna, sicut & mandatarius, cum ambos fecisse illud per se pateat, quàm apertissimè. probatur idem quoque per text. in cap. 2. extra de clericis pugnantibus in duello. Vbi infrascriptis vsus fuit verbis Cęlestinus Tertius, postquam dixerat quendam Præsbiterum incidisse in irregularitatem eo, quòd in duello introduxerit pugilem nomine suo, qui inibi alium interfecit, videlicer. [Homicidium autem tam factum præcepto, siue consilio, aut defensione, non est dubium perpetrari.]hæc ibi. Idem probatur per argum. in l.hæc verba.ff.ad l.Iul.de adult. vbi hæc habentut, videlicet. [Hæc verba legis, ne quis post hac stuprum, adulterium vè facito sciens dolo, malo, & ad eum, qui suasit, & ad id qui stuprum, vel adulterium intulit, pertinent.] hæc ibi. Idem habetur in c.si quis viduam.§.1.dist.50. Vbi ex Concil. Martini Papæ c.26.hæc habentur, videlicet. [Similiter homicidij, aut facto, aut præcepto, aut cõsilio, aut defensione post baptismum conscius fuerit, & per aliquem subreptionem ad clericatũ venerit, deijciatur, & in fine vitæ suæ, laicam communionem tantummodo recipiat.] hæc ibi. Quo ad pœnam æquiparantur faciẽtes homicidium per se ipsum, & per alios suo præcepto, vel consilio mandantib. Idem probatur per text. in l.ita autem. §. gessisse. versi.quod si quis.ff.de administrat.& periculo.tuto.& curat. vbi hæc habentur, videlicet. [Quod si quis tutelam mandauerit gerendam, gessitq; fuerit ab eo cui mandatũ est, locus erit tutelæ actioni. Gessisse enim videtur, & qui per alium gessit.] hæc ibi. Idem probatur per text. in l.si quis id.§.vero edicto.ff.de iurisdictione omn.iud. vbi hæc habentur, videlicet. [Hoc vero edicto tenetur, & qui tollit, quamuis non corruperit. Item, & qui suis manibus facit, & qui alijs mandat, sed si alius sine dolo malo fecerit, alius dolo malo mãdauerit, qui mandauit tenebitur. Si vterque dolo malo fecerit, ambo tenebuntur, nam etsi plures fecerint, vel corruperint, vel mandauerint, omnes tenebuntur.] hæc ibi, & in l.sequenti hæc immediatè habentur, videlicet. [Adeo quidem, vt non sufficiat vnum eorum pœnam luere:] hæc ibi. Idem per text. in l.1.§.fecisse.ff.de eo per quem, vbi hæc habentur, videlicet. [Fecisse autem dolo malo non tantum is putatur, qui suis manibus, vel per suos retinuit, verum qui alios quoque rogauit, vt eum detinerent, vel abducerent ne iudicio sistat, siue scientes, siue ignorantes quid esset, quod comminisceretur. Dolum autem malum sic accipimus, vt si quis venienti ad iudicium aliquid pronunciauerit tristè, propter quod is necesse habuerit, ad iudicium non venire, teneatur edicto, quamuis quidam putent, sibi eum imputare, qui credulus fuerit.]hæc ibi, Etsi quàmplurima alia similia iura citare, ac hic afferre possemus, tamen breuitati studens alia non referam, sed solum Authen. vt Iudices sine quoquo suffra.§.eos autem. versic. vt non videantur illi. Vbi hæc habentur, videlicet. [Vt non videantur illi quidem velut innoxij esse: per alios autem delinquant, atque furentur: hoc quod magis turpe est, vt & participes iniuriarũ fumant.] hæc ibi, quæ summoperè probant mandatorem maiori pœna afficiendum fore, cum non solum ipse peccet mandando maleficium, verum etiam sit causa peccati mandatarij, vt latius, & expressius docuerunt. Glo. in dicta Authen. vt Iudices, &c. versiculo quod magis referens ad hoc duos pulcherrimos hos versus, videlicet. Peccando peccare doces, hic peccat in se, Qui reus est & in hos, quos facit esse reos. Idem docuit Glo. in l. Athletas.vers.cũ.ff.de ijs, qui not.infamia, quam sequitur Decius in d.l.is damnum.nu.2. versic. & ista conclusio. Imò, & hoc docuit apertissimè text. in l.aut qui aliter. in fin. ff.quod vi, aut clam. Vbi hæc habentur, videlicet. [Labeo putat, & hoc iure vtimur, vt siue ego fecissem, siue fieri iussissem: interdicto quod vi, aut clam tenear.] hæc ibi. & idem habetur ibidem in eadem l. aut qui aliter. §.hæc verba.fere per totum. Idem in l.hoc iure. §. deiecit. ff.de regulis iuris, vbi hæc habentur, videlicet. [Deiecit, qui vel iussit, vel mandauit, vel ratum habuit, rati enim habitio mandata comparatur.]hæc ibi, vbi glo.in versiculo deiecit, idem probatur per argumen. in l.etsi certus. C.ad Senatusconsult. Syllanianum, vbi hæc habentur,

videlicet, [Et si certus sit percussor, tamen habenda est quæstio, vt si cędis mandator inueniatur, vtique autem ipse maximè quæstioni dabitur: quamuis, & cęteri puniantur, quamuis aliàs serui in caput Domini non torqueantur: rectè tamē fiet quæstio, et si hæredem accuset, siue extraneus hæres, siue ex suis sit.] hæc ibi. Ipsa missa facienda probabo præsentem conclusionē, & secundo Doctorum auctoritate: sciendū igitur, quod infrascripti Doctores se subscripserunt præsenti cōclusioni, videlicet Glo. in d. c. qui facit. in vers. interdictū. circa mediū. Glo. in d. c. mulieres. vers. auctoritate. Glo. in d. c. oēs, vers. consentiunt. Glo. in d. c. notū sit. vers. & consentientē. Glo. in d. c. sicut dignum. vers. prouocasset. Glo. in d. c. fin. vers. tulisti. Glo. in d. l. is damnum. Glo. in d. l. non solum. §. si mādaro. vers. aiūt. Glo. in d. l. nihil. Glo. in d. l. 1. §. deiecisse. vers. mandato, & deiecit. Glo. in d. l. non ideo minus. vers. ignotum non est. Glo. in d. l. ita autem. §. gessisse. vers. per alium. Glo. in d. l. 1. §. fecisse. vers. alios quoque. Bar. in dicta. Ita aūt. §. gessisse. nu. 4. & in d. l. §. fecisse. versic. secundo oppono. & latius idem Bart. in l. non solum. §. si mandato, num. 4. versic. sed quæro, quando est secutum delictum, immo ferè per totum, & in l. sed si vnus. §. seruus meus, nu. 6. versic. quæro vtrum ille, qui mandat. Vbi dicit quòd & is qui mandat tenetur obligationi principali, sicut & qui exequitur, & qui opē fert maleficio. Idem docuit Decius in d. l. is damnum. Iason in l. 1. post num. 22. C. de seruis fugitiuis. qui & dicit, quòd communiter reprobatur aliquorum sententia dicentium, quod est distinguendum, an mādatarius alias fuisset facturus, vel nō. & addit rationem: dicens, quòd quando mandatum cadit in delictum, non est recipienda talis distinctio, sed simpliciter asseuerandum quòd mandans fieri delictum, ipso sequuto veniat puniendus eadem pęna, qua & ipse tale maleficium perpetrans, vt etiam docuit Gomez. in §. fin. post nu. 10. instit. de actio. quapropter dicta doctrina Bar. in d. l. non solum. §. si mandato. nu. 19. dicentis, quòd ista distinctio, an mandatarius aliàs fuisset facturus non datur, nec habet locum, quia pro certo præsupponitur, quòd non fuisset facturus, nisi gratia mandantis, quapropter indistinctè docuit, quòd mandatur sit puniendus eadem lege, & pęna, qua mandatarius, nisi mandatarius aliqua de causa excusaretur a tota pęna, de qua infra dicetur: quomodo ipse mandator non excusaret cū semper sit in dolo mandans crimen fieri, etsi mandatarius ipse non semper in dolo, sed in culpa solum aliquando sit, & hæc doctrina Bar. communiter approbatur, quam refert, & sequitur Iulius Clarus in sua praxi crimin. §. fin. quæst. 89. in principio, dicens hoc ipsum docuisse Curt. iun. consilio 137. nu. 5. Cotta in versic. mandans homicidium. Idem docuit Gand. in tract. de maleficijs, titu. 1. de pœnis reorum. nu. 12. versic. item nota, vt dicit Dominus Odofr. & rursus. Idem Gandinus docuit ibidem in tit. de Transact. & pact. in malefi. nu. 14. in fine. versi. sed Dom. Vnber. de Bob. & Domi. Iac. Idem docuit Carer. fol. 331. post nu. 123. versic. sequitur, etiam & quinto Iason in l. si quis mihi bona. §. sed quid si mandauit, num. 16. ff. de acquiren. hæred. & in dicta l. 1. num. 22. C. de ser. fugit. quem refert Carrerius in sua practica folio 310. num. 75. Idem docuit Dydacus Couaruuias in §. 2. num. 2. §. sed si quis consilium, versic. hæc vero distinctio, secundæ partis relect. folio 614. Idem docuit Contadus in sua praxi. folio 326. nume. 11. Idem docuit Iulius Clarus in sua praxi crimin. libro 5. §. fin. quæst. 89. in principio, dicens, quòd hæc opinio tenenda erit tanquam verior, & magis communis, quā ipse vidit seruari in quodam Augustino Marentio, qui mandanerat filio suo, vt vxorem suam interficeret, prout ille interfecit, & fuit patri mandanti caput amputatum 3. Aprilis 1558. Idem docuit Bartholomeus Cępolla in consilio 34. columna 12. versic. sed quomodo, & qualiter quis dicatur, vbi infrascriptis verbis notatu dignissimis vsus fuit, videlicet. Sed quomodo, & qualiter quis dicatur præstanda opem, seu auxilium, dare causam mortis, vel maleficijs, vel non dare causam. Et hoc Doctores non docent in locis præallegatis, & tamen mihi necessarium esse videtur hoc declarare, & ponere aliqua exempla, vt intelligi possit, quando præstans opem, seu auxilium tenetur eadem pœna cum principali malefactore. Et primum exemplum est, quod ponit glo. in l. nihil interest. ff. ad l. Cornel. de sicar. videlicet. Si dedit gladium furioso, vt alium occideret. argum. in l. tertia in principio, & §. primo, ff. ad l. Cornel. de sicar. Secundum exemplum est, si vnus tenuit, alius interemit. Nam is, qui tenuit, quasi causam mortis prębuit, vt dicit text. in l. item mella. §. si alius tenuit. ff. ad l. Aquil. Tertium exemplum est, si consilio. Quartum si præcepto. Quintum si opere quis dicatur causam mortis, vel maleficij dedisse, vt est pulcher text. in capitulo sicut viduam. distinctio. 50. & not. Glo. prima, in principio, capitulo de cętero. extra de homicidio. Sextum exemplum est, si suggestione, vt in capitulo sicut dignum. §. si vero, & capitulo suscepimus. in fine, extra de homicidio, & not. glo. in dicto capitulo de cętero, & vide omnino text. in l. ita vulneratus. in principio, & ibidem glo. in versiculo quolibet. ff. ad l. Aquil. hæc ille. Ex quibus paruit ipsum Bartholomeum Cœpollam se subscripsisse præsenti conclusioni. Idem docuerunt sequentes Bart. in dicta l. non solum) §. si mandato, num. 19. ff. de iniurijs, communiter approbatam, Iason in l. si quis mihi bona, §. sed quid si mandauit. numero 16. ff. de acquiren. hæredit. quorum sententiam refert, & sequitur Raym. Pius Fichus in thesauro communis opin. versic. mandans punitur eadem pęna, & ibidem. Idem docuit Emanuel Soarez ijsdem medijs vtens. Angelus in tract. de maleficijs. in versic. & Sempro. Rodulphi Barbitonsorem, num. 18. versiculo septimò quæritur, & ibidem Augustinus de Arimino. nu. 21. versic. tu autem in hac materia, & rursus. Idem Angel. ibidem. num. 30. versic. tertiodecimo quæritur. & rursus ibidem. Augustinus de Arimino. num. 33. versic. tu autem in hac materia. Idem docuit Hyppolitus de Marsilijs in suo singulari 181. incipien. mandans fieri homicidium. & in consi. 67. num. 2. Idem Iacobus de Bellouis. in sua praxi iudiciaria. titu. quotuplices sint causæ, & de criminali, numero 221. Idem docuit Aegidius Bossius in sua praxi crimin. titu. de mandato ad homicidium. nu. 4. Idem docuerunt infra scripti alij, implicitè tamen arguendo a fortiori, cū loquuti fuerint in terminis infrascriptæ primæ ampliationis, vt patet ad sensum. & hoc in locis inibi citandis, vide ibi, videlicet. Ioannes Andr. Tiraquel, Mattheus Matthesil. & Anton. Corsetus

& hos

& hos Iuristas, ac Criminalistas retulisse sufficiat, sed ne quis puret huic conclusioni se noluisse subscribere Canonistas, sciendum quod infrascripti ex Canonistis se subscripserunt præsenti conclusioni, videlicet, Dynus in c. qui per aliū. hanc nostrā conclusionē approbans, exēplificant nonnullis modis infrascripti vtens verbis ad rē facientib. videlicet. Sicut tutor tenetur directa actione tutelę qn̄ admini nistrat, sic & qn̄ administrari mandat: quia qui facit per aliū, perinde est ac si faceret per se ipsum, vt in l. ita aut. §. gessisse, & l. tres tutores. §. non solum. ff. de administr. tut. Item sicut tenetur interdicto, vnde vi, qui deiecit per se, ita si deiecit per alium, vt in l. 1. §. deiecisse. ff. de vi, & vi armata. & in l. hoc iure. §. qui deiecit. ff. de reg. iur. Item sicut tenetur l. Cornel. de sicar. qui occidit per se, ita & qui occidit per alium, vt in l. non ideo. C. de accu sar. & in l. etsi certus sit percussor. ff. ad Syl. Item sicut punitur tanquam calumniator, qui per se detulit, & non probauit, ita & qui per alium, vt in l. 2. §. Diuus Pius, & in l. non tantum. ff. de iure fisci, & in l. postulare. ff. de fideiussor. & nomi. cum infinitis nominibus, hęc Dynus, qui ibidem contra suam ipsius sententiam opponit, & opposita optimè soluit. Idem docuit Bal. in cap. cum dilectus, nu. 17. extra de ordine cognit. Idem docuit Innocentius IIII. in d. c. mulieres. concludens quod mandans percuti clericum incidat in pœnam excommunicationis, sicut & ipse percutiens, etiam si post mandatum se pęnituisset, nisi reuocasset. & citat l. si mandasset. ff. mandati. vbi dicitur, quod mandatarius habet actionem mandati contra mandantem etiam si mandator reuocasset mādatum aliquid faciendi: si dicta reuocatio non innotuisset mandatario: sed animaduertendum ne quis fallatur non ponderando vim verborum dicti Innocentij, eo quòd verba illa [nisi reuocasset] sunt intelligenda cum grano salis, & iuxta mentem ipsius expressam in citatione dictæ l. si mandasset, qua propter dicta verba erunt intelligenda, cum effectu, idest, nisi reuocasset, & reuocatio innotuisset dicto mandatario, vt concordet legi citatæ, quoniam alias d. l. si mādasset. contrarium statuisset, & sic citata fuisset frustra, & extra casum propositum. Nec debet quis mirari, quòd ipsemet Innocentius videatur sibimet cōtrarius, subinferēdo hæc verba, videlicet. Et cum excommunicatio nō cadat nisi in contumacem, vt in c. nemo, 11. q. 3. si aliquis post mandatum pœniteat, sed ita tardè, quod reuocatio non potest ad mandatarium peruenire, licet de culpa valeat redargui, & puniri: tamen in Canonem non incidit, in quem non incidit, nisi qui dolo fecit. hæc ille. tamen forsan ipse intendebat ibi loqui de excommunicatione, quæ quo ad Deum incurritur per omne peccatum mortale, & deletur, seu a qua quis absoluitur ab ipsomet Deo per veram pęnitentiā de peccato tali, & si intellexerimus in hoc sensum loquutū fuisse Innocentium, tunc nulla apparebit cōtrarietas in dictis ipsius, quia hoc verum est, & approbatur a Bar. Brixiēsi relato, & approbato ab Antonio de Butrio in d. c. mulieres, col. 2. vers. in Glo. 2. vbi dicit Host. qui Bar. Bri. dixit, quòd tali mādans percuti clericum, qui pœnitentia ductus reuocauit mandatum, cuius reuocatio ad mandatarium nō peruenit ante percussionem factam, etsi illa fuisset facta a mandante ante percussionem, quòd inquā talis non sit excommunicatus apud Deum, stante tali pœnitentia, bene tamē erit excommunicatus apud Ecclesiam: idem docuit Henricus Boich. in d. c. mulieres. nu. 26. Idem Guil. de Cu. quē citat, & sequitur Bart. in l. si pecuniam. §. si seruum. ff. de cōditio. cau. data. nu. 5. & hoc inducebat Iacobus de Rauen. Idem docuit Gotfred. in summa. tit. de sent. excōicationis, col. pen. vers. pone, quod quis mandet. Idem Host. docuit in summa, tit. de sent. excōicationis. §. qualiter proferatur. vers. secundo quæro quid si quis non iniecerit manus. & in vers. quid si mandauit, & postea statim. ibidem idem docuit Host. in summa, tit. de sent. excōicationis. §. qualiter proferatur. vers. quid si mandauit. idem iā docuerat Glo. in d. c. mulieres. vers. auctoritate. Ex his ergo potuit verus intellectus sententiæ Innocentij qui fuit eruditissimus Doct. ne cōpellamur asseuerare sibimet ipsi fuisse contrarium in tā parua d. c. mulieres, interpretatione. Idē docuit Ioā. And. in d. c. qui facit, referens supradictas sententias Glo. & Dyni ibidem, & nihil cōtra ipsas subintulit: quapropter patet se ipsis tacitè subscripsisse, quod expressius docuerat in d. c. mulieres. in vers. vltimā. Glo. sequens. & in d. c. sicut dignum, col. vlt. in vers. & scias, quòd assessores ciuilis fori. Idem docuit Antonius de Butrio in d. c. mulieres. col. 1. vers. Nota quod mandatarius, & idem docuit tacitè in col. 3. vers. expeditis glosis. & ibidē idē in col. 2. vers. vltima Glo. Idem docuit Pan. in d. c. mulieres. nu. 9. vers. extra Glo. quæro. Vbi multa notatu dignissima ibi addit. vide ibi, etsi in infrascriptis ampliationib. & limitationibus pręsentis conclusionis distinctè hanc materiā prosequendo referā. Idem docuit Henricus Boich. in d. c. mulieres. col. 5. nu. 24. vers. aut quæris de mādante. & in d. c. sicut dignū. nu. 7. Idem docuit Felinus in d. c. sicut dignū, col. 4. nu. 7. vers. Nota ibi aium regis. & in c. mulieres. col. 2. nu. 7. & in c. 1. extra de officio delegati, loquens de consulente ei qui aliàs nō fuisset facturus tale crimen: quod patet idem dicendum de mandante secundum ipsius mēt intētionem, tum quia ad hoc probando citauit d. l. non solum. §. si mandato. (in quo §. solū sit mentio de mandante, & mandatario) tum ēt, quia per se patet. quod mandatarius semper præsumitur motus ad crimē perpetrandum, mandantis solum præcepto, & quòd aliàs cessante tali mandato, non fecisset illud, vt docuerunt supra citati Doctores. Idem & eodem modo docuerunt in d. c. 1. Barb. & Decius, & Aug. Berrous eo magis, quod Bal. Io. And. Ant. de Butr. & Pan. in d. c. 1. sequentes sententiam Host. quod est alter consensus in maleficio, qui præstatur per modum mandati, de quo loquens Host. dicit, quod puniatur eadem pęna, & allegat. l. 2. ff. mandati, & c. mulieres in vlt. respon. seu §. & Bar. in l. non solum. §. si mādato. & in l. sed si vnus. §. seruus meus. ff. de iniurijs. Idem docuit Didacus Conar. in §. 1. n. 2. vers. sic sanè, vbi relect. secundæ partis f. 611. Idē docuit Marianus Socinus in c. ad audientiam. nu. 287.

Probatur & tertiò hac ratione præsens conclusio, videlicet. Cū iuxta tit. iura supra citata fictione iuris mādans maleficium dicatur ipsum perpetrare, & per consequens maleficus, & Deus ipse Omnipotens iusserit maleficos non sinendos viuere, vt patet in libro Exodi c. 22. vers. 18. si ergo malefici veniunt puniendi morte capitali (si hoc de iure requirit maleficij qualitas) inde sequitur aptissimè quod veritas pñtis cōclusionis quod pari pęna sint puniēdi mādatores maleficiorū, qua & ipsi malefi-

ci, cum sub pœna capitali includatur oïs spes pœnarum, eo quòd ipsa pœna mortis se habeat tanquam genus respectu reliquarum pœnarum, cum sub hac voce, pœna, contineatur omnis res, quæ affligat sensum hominis, stante sententia illa Philosophi, Mors est omnium terribiliū terribilissima: reliquæ verò pœnæ inferiores in tantum sunt dicendæ pœnæ in quantum aduersantur nostræ sensualitati, ipsi aduersando. Quapropter veritas conclusionis comprobatur, iuxta Pauli Apostoli sententiam Rom.c.1.vers.fin. dicentis [Quoniam qui talia agunt digni sunt morte, non solum qui ea faciunt, sed etiam qui consentiunt facientibus.] Ex quibus verbis elicita fuit sententia illa, qua vtuntur passim supradicti sacri Canones, & Doctores frequentius. Agentes, & consentientes pari pœna puniuntur. Et quāuis quinque modis dicatur quis consentire maleficio (vt in sequentibus latius) nihilominus principaliori quodammodo dicitur mandans maleficium, ipsi maleficio consentire, vt per se patet. Ex his ergo omnibus patuit veritas præsentis conclusionis memoriæ summopere commendandæ.

Amplia singulariter præcedentem ampliatioẽ, dicendo, ipsam habere locum non solum quoad pęnas inflictas a iure communi, verum etiā quoad pœnas indictas a iure municipali, seu statutario, statuēte aliquid conforme iuri cōmuni, quoniam in eas pęnas incidet tam mandatarius, quàm mā-
111 dator, † & non solum quando huiusmodi statutū loquitur in rem, dicendo pro homicidio mille soluantur, vel pęna mortis imponatur, verum etiam quando loquitur in personam, f. si quis homicidiū fecerit morte moriatur. eo q statutum disponens in materia iuris nihil addens iuris cōmunis dispositioni recipit omnes limitationes, & declarationes ac ampliationem iuris communis, & idē verificatur etiam in casu ficto, qó casus fictus est verus, vel æquiparatur a iure: cum & dicitur quando dictum statutum disponens in materia iuris cōmu-
112 nis statuta † recipiant interpretationem (quæ congruentius dicētur s̄m Dynum loco infra citando, apta expositio statuti,) iuxta iuris communis dispositionem, & hoc esse s̄m iuris communis dispositionem fuit probatum in d.conclus.3.præcedenti, & huiusmodi, seruata tamen hac distinctione semper memoria retinenda, videlicet. Si statutum esset ędirum ab Ecclesijs, vel factum a cōmunibus Ecclesię subditis: tunc pro ipsorum interpretatione recurrendum erit. Primò ad ius Canonicum, & secundo ad stilum Curiæ Romanæ: sed si vero statutū esset factum a personis secularibus in terris Ecclesiæ non subditis, tunc pro ipsorum interpretatione recurrendum erit ad ius ciuile. Hæc ampliatio probatur triplici medio. Primo per arg. in c.ad audientiam. extra de cleric. non resid. vbi Honorius Tertius Meldensi Episcopo scribens infrascriptis verbis vsus fuit, videlicet. [Ad audientiā nostram peruenit, q cū in Meldensi Ecclesia, quędam sit constitutio iuramento, & sedis Apostolicę sedis confirmata, vt Canonici, qui non residerint in eadem, suarum priuetur fructibus præbendarum: illis exceptis, quos infirmitas excusaret, siue in Apostolicæ sedis seruitio contingeret detineri: & infra. Decernimus, vt duo ex Canonicis Ecclesiæ. memoratæ in tuo seruitio existentes, suarum fructus integrè percipiant præbendarum: cum absen-
113 tes † dici non debeant, qui tecum pro tuo, & ipsius Ecclesiæ seruitio commorantur.] hæc ibi. Dixi probari præsentem ampliationem per arg. in d.c.ad audientiā. Quia etsi explicitè in dicto Canone nulla facit mentio de materia ipsius ampliationis, benè tamē implicitè eo, q ex decisione dicti Canonis illa eliciatur, cum casus expressus a iure cōi explicitè, non expressus a statuto, in ipsa materia de qua ius cōmune statuetat, & ipsum statutum quodammodo extendatur ad ipsum: etsi simus in pœnalibus, eo q statutum disponens in materia iuris, i. de qua & ius commune disposuerat, verificetur etiam in casu ficto: quando casus fictus est verus, vel æquiparatur a iure, vt patet in casu nostro, & fuit probatum per omnia decreta legum, Canonum, & Doctorū allata supra in probationem præcedentis conclusionis tertiæ, eo q ibi fuit probatum apertissimis iuribus, q mandās maleficium incurrat easdem pęnas (maleficio sequuto) quas de iure communi incurrit ipse malefactor, & q statutum (de quo in d.c.ad audientiam. habetur sermo) disposuerit in materia iuris cōmunis, & omiserit casum verum ęquiparatum a iure communi, probatur quàm apertissimè per text. in c.de cętero. extra de cleric. non resid. vbi Alexan. Tertius infrascriptis vsus fuerat verbis, videlicet. [De cętero, & infra statuimus, ne Canonicis, donec in seruitio tuo fuerint, quicquā subtrahi debeat, vel auferri, q de cōmunitatis sibi beneficio debetur, nisi fortè sint victualia, quæ non consueuerunt absentibus exhiberi.] hæc ibi. Ex quibus patuit, q etiam statuta pœnalia loquentia in personam fundata super ius commune, recipiant interpretationem iuxta formam iuris communis, quæ quidem interpretatio potius dicenda erit fieri s̄m ipsius iuris communis, & municipalis, seu statutarij mentem comprehensiuam, quam extensiuā, seu extensam, quapropter sicut iura communia pęnalia etiam correctoria extenduntur ad casus non expressos verbis, sed solum mente iuris huiusmodi comprehēsos: (vt latius probauimus supra hoc eodem tract. conclus.3. limitatione prima) propter similitudinem rationis d.l.pœnali correctoria expressa, & si lex pœnalis, & correctoria pertineat ad materiam strictam (vt est quoque materia contēta in statutis) & hoc quia attenditur mēs comprehensiua legis, qua stante, nullam fieri extensionem Doctores dicunt, iuxta axioma illud vulgatissimum, Mens est anima legis, cui potius erit stādum, quàm verborum ipsius legis cortici. (de quo tamē latius in d.tract.) Idem probatur p text. in l.Diuus. §.scribere. iuncto principio illius text. ff. ad l.Cornel. de falsis, vbi in materia meri
114 delicti s̄ dictum † loquens in personam (cum ibi puniat pœna falsi scribētem sibi sua manu aliquid in testamento, vel codicillis, & tamen si per alium sibi adscribat, incidet in pœnā ædicti: vnde patet q statutum imponens pœnam, & loquens in personam comprehendit illum qui per alium facit. Idem probatur per text. in l.si quis id, quod. in fine iuncto principio illius legis. ff. de iurisdic. om. iud. vbi in materia delicti puniendi lex loquitur in personam, dicendo, si quis corruperit ædictum prętoris, & tamen continetur etiam mandans. Idē per tex. in l.pen. in primo, & secundo responso. ff. ne quis eum qui. & in l.1.§.deieciste, & §.quoties, ff. de vi, & vi armata, per quæ iura patet, quòd lex pœnalis loquens personaliter cōprehendit, tamen etiam mandātem. Idem per text. in c.significauit.

resp,

resp. 2. extra de Iudæis, vbi pœna quæ imponitur principaliter portantibus arma, vel merces prohibitas Saracenis, habet etiam locum in mandante, vel mittente per nuncium. vnde per illum tex. not. ibi Panormitanus in 3. not. quòd dispositio etiam pœnalis loquens personaliter, & concernēs actum pœnæ comprehendit nō dum facientem, sed etiā mandantem: nam text. in c. ita quorundam. extra de Iudæis. punit triplici pœna portantes merces prohibitas ad infideles: & in dicto cap. significauit, quòd non solum incidunt in pœnā illi qui tales merces personaliter deferunt, sed etiam illi qui per nuncium mittunt: alias leges ciuiles, quibus probatur præsens ampliatio, reperies ferè in princip. probat. per Doct.

Cum ergo eum, qui mandat aliquod maleficiū fieri, ab aliquibus iuribus citatis in probationem præcedentis conclusionis tertiæ, dicatur verè fecisse tale maleficium (ipso sequuto,) & ab aliquibus dicatur, quòd videatur fecisse illud, idest quo ad pœnam candem incurrendā: & iam fuerit probatum ex dicto cap. ad audientiam (in quo de statuto pœnali fit sermo) eliciatur hæc elegantissima regula ab infra citandis Doctoribus approbata, 115 quòd (vt diximus) statutum † disponens in materia iuris cōis, verificatur etiā in casu ficto, quando casus fictus est verus, vel æquiparatur a iure (vt in casu nostro) eo magis, q̄ Sūmus Pontifex in d. c. ad audientiam. non intenderit indulgere aliquid per prius non concessum a iure cōi Epō illi Meldensi, nec statutū aliud de nouo facere: sed potius respondit (vt ex verbis ipsius Canonis apertissimè elicitur) quod iuris foret dicendum de interpretanda quæstione proposita dictum statutum dictę Meldensis Ecclesię; in quo solum expresse excipiebantur Clerici infirmi, & Apostolicę Sedis seruitio mancipati, non autem Episcopis deseruientes: & tamen ad eos dictum statutum fuit a Papa Honorio Tertio extensum, seu extendendum fore de iure declaratum: tacitè docendo dictum statutum declarandum fore in terminis iuris communis, & etiam in alio casu expresso ab ipso iure communi, vt omnes Canonistę ibidem docuerūt: idem probatur per argum. in c. cum dilectus. extr. de cleric. non resid. (eodem modo tamen argumentando) vbi idem Honorius Tertius Papa scribens Capitulo Meten. infrascriptis vtitur verbis, videlicet: [Cum dilectus filius magister Otto. & infra. Mandamus quatenus non obstante constitutione, quę contra absentes Canonicos inter vos dicitur emanasse fructus prębendę suę assignetis eidem in nostro seruitio commoranti: cum familiares nostri, qui circa nos se obsequiales exhibent, vniuersis, minori non debeant prerogatiua gaudere, quàm vestrum singuli, quorum negotia per ipsos sępius promouentur.] hęc ibi. Et quidem meritò dicunt Canonistę, quòd pręsens conclusio probetur apertissimè per tex. in cap. mulieres. §. fin. extra de sentent. excommunicationis iun cto cap. si quis suadente. 7. q. 4. Nam in dicto cap. mulieres, vbi hęc habentur, nulla facta mentione iuris communis, aut municipalis, etsi non negemus ibi fuisse declaratam dispositionē iuris communis, (loquentis in personam) in cap. si quis suadente diabolo. 17. q. 4. vbi dicebatur, quòd si quis manus violentas iniecisset in clericum, incurrisset pœnam excōmunicationis, tamen Alexander Tertius declarando includi etiam mandantes verberari clericos in dicto c. mulieres. §. fina. generalia hæc verba protulit, videlicet. [Illi vero, qui non per se ipsos, sed eorum auctoritate, vel mandato alij violenter iniiciunt manus in Clericos, ad Sedem Apostolicam sunt mittendi: cum is committat verè, cuius auctoritate, vel mandato delictum cōmitti probatum.] hæc ibi. Et notanda ac ponderanda sunt verba illa ipsius Pontificis, videlicet: [cum is committat verè, cuius auctoritate, vel mandato alij violenter iniiciunt manus in cle 116 ricos.] Si ergo mādans † verè dicatur cōmittere delictum mandatum: intantū, q̄ incidit etiam in eandem pœnā excōmunicationis, in quam & ipse verberās: inde sequitur, q̄ sicut is qui maleficium aliquod prohibitum a statuto loquente in persona sub aliqua pœna ipso facto incurrenda, puniendus venit pœna ordinaria a statuto indicta, sic & mandator ipsius: cum verè dicatur illud committere: & ponderandum est omnino illud verbum [verè] Nam inde elicitur (vt bene docuit Panormitanus in dicto cap. mulieres. nu. 11. vers. sed contra hoc.) & ibidem Antonius de But. quos citat, & sequitur Ias. in l. si is qui pro emptore, nu. 366. & nu. 357. de vsucapionibus, quod non dicatur ipsum percutere per interpretationem. Nec huic verę interpretationi dicti cap. mulieres, & veritati præsentis ampliationis obstare poterit id, quod docuit Bart. in l. sed si vnus. §. seruus meus, nu. 4. ff. de iniurijs. his verbis vtens, videlicet: Non obstat cap. 117 mulieres, † extra de sentent. excōmunicationis, vbi dicit, quòd verè facit: dicunt quidam Canonistæ: verè facit, scilicet quantum ad peccatū vult dicere: quia Canonistæ magis considerant animum, quàm actum: sed nos magis actum, quam animum, vt not. per Dynum in cap. peccatum. de reg. iur. in sexto, & ideo quantum ad peccatū mortale in foro conscientiæ, ille verè facit: quia consistit in animo: sed respectu actus: quem nos inspicimus, verè non facit. hæc omnia Bart. Attamen (bona pace tanti viri dixerim,) hæc sua doctrina, non videtur sicco pede, prout iacet recipienda: sed grano salis intelligenda. Primò, quia non videtur verum id, quod dixit, quòd dictum cap. mulieres. Canonistæ interpretentur tali pacto, videlicet: Verè facit, scilicet quantum ad peccatum: quia textus ipse, & ibi Canonistę nullam faciant mentionem de peccato, (etsi ipsum supponant) sed de pœna excommunicationis incurrenda ipso iure a talibus mandantibus Clericos percuti. Secundò, nec verum videtur illud, quod dixit, si verba eius secundum ipsorum corticem solum intelligatur, ibidem Bart. quòd Canonistæ considerent magis animum, quàm actum: Iuristæ verò magis actum, quàm animum, quoniam re vera Canonistæ (vt Canonistæ) eodem modo considerant animum, & actum extrinsecum aliquid facientis, sicut & ipsi Iuristæ: Nam Canonistæ dicuntur interpretes sacrorum Canonum; qui in foro iudiciali Ecclesiastico indicant secundum allegata, & probata, ac per consequens, iuxta qualitates actuum extrinsecorum exercitorum, & iuxta qualitatem animi illos exercendi. Vt verbi gratia producitur in foro Ecclesiastico percussor Clerici: statim a Iudice docto, & iusto examinantur qualitates percussionis, ecce actus extrinsecus, & animus percutientis elicitus ex circunstantijs præcedētibus in percusso, & percussore: quoniam alio modo erit iudiciū faciendum de eo, qui vim vi repellendo Clericum

percussit

percussit seruato moderamine inculpatæ tutelæ:
alio modo si excesserit tale moderamen: alio mo-
do si non fuerit prouocatus ad percutiendum ab
ipso met Clerico percusso: & sic de singulis. Qua-
propter patuit, quòd etiam a Canonistis non ma-
gis consideretur animus, quàm actus: sed nec a Iu
ristis magis actus, quàm animus consideratur, cũ
idem actus, vtputa occisio hominis, non solùm ip
se actus occisionis cõsideratur quoad pœnam im-
ponendam minorem, vel maiorem, verumetiam
& animus occidentis: eo quòd alio modo iudi-
cium in foro seculari fiet, & pœna imponetur ho-
micidæ pro homicidio volũtariè perpetrato: alio
modo pro homicidio non doloso, sed culposo, &
sic & alio modo fiet iudicium de homicidio vim
vi repellendo commisso. Ex his ergo patet, quòd
etiam ex hac parte prædicta doctrina Bartoli erit
ponderanda potius ex ipsius mente, quàm ex cor-
tice eius verborum. Tertiò ad id, quod idem Bar.
dixit ibidem, quòd is, qui mandat maleficiũ non
verè illud faciat, sed interpretatiuè. Respondeo,
vltra dictum text. in dicto cap. mulieres. §. fina. in
quo dicitur [is verè committit.] Cõtra ipsam as-
seueramus expresè docuisse Cęlestinũ Papã Ter-
tium in c. 2. extra de Clericis pugnan. in duello,
his verbis vtentem, videlicet: [Quia igitur super
hoc nos consulere voluisti, ambiguitatem tuam
respõsione huiusmodi remouemus: quòd tales pu
giles homicidæ veri existunt: nec prædictus Sacer
dos, licèt non ipse, sed alius pro eo in duello pu-
gnauerit, debet in sacris ordinibus ministrare, si-
cut tradunt sacrorum Canonum instituta. Homi-
118 cidium † autem tam facto, quàm præcepto, siue
consilio, aut defensione non est dubium perpetra-
ri.] hæc ibi inter alia: Cum ergo homicidiũ com-
mittatur præcepto inde sequitur, quòd mandans
homicidium fieri, verè homicidium dicatur com
mittere: cùm nulla fiat differentia a Canone inter
committentem homicidium facto, & præcepto.
Nec obstare potest præsenti ampliationi id, quod
afferri posset in contrarium ex eo, quòd statutum
non vendicat sibi locum in casu ficto: sed solum in
119 casu vero: cum statuta † sint strictè interpretan-
da, vt in l. 3. §. hæc autem verba, & quod ibi not.
ff. de ngot. gest. vt refert Panormitanus vbi supra.
in contrarium facit id quod supra diximus, s. quia
statuta debent interpretari secundum ius commu
ne, vt docet textus in cap. cum dilectus. §. cęterum,
cum supradicta, & ibi per glo. in vers. iuri commu-
ni. extra de consuetudine, & specialiter notat In-
nocentius in cap. causam quæ. extra de rescriptis,
necnon & ipsemet Bart. docuit in l. omnes populi.
nu. 56. vers. tertiò quæro, an statuta. ff. de iustitia,
& iure, dicens, hoc ipsum docuisse omnes Docto-
res: nam in d. §. cæterum hæc habentur, videlicet:
[cęterum cum supradictum statutũ ita sanè pos-
set intelligi, quòd per illud nec iuri communi, nec
priuilegio derogetur, vt videlicet, ad sępe dictos
fratres electio spectet, Abbatis, & ad Karoseam
Capitulum confirmatio. Mandamus quatenus si
ex parte Karoseam Cęnobij talis fuerit cõsuetudo
probata, quæ iuri communi præiudicet in hac par
te, vos s̃m illam decernatis electionẽ Adreñ Ab-
batis de cætero faciendam. Alioquin Adreñ. Mo-
nachis ius eligẽdi Abbatem adiudicare cureris.]
hæc ibi. At quoniam de iure communi (vt proba-
tum satis fuit in præcedenti 3. conclusione, per
quamplurima iura, & Doctorum vota) mandans
120 † maleficiũ fieri includitur sub dispositione as-
ficiente facientem illud: inde sequitur idem di-
cendum fore in dispositione statuti: maximè, cũ
ipsa statuta sint pars iuris ciuilis, quando fiunt a
populo: vt docuit textus in l. omnes populi. ff. de
iustitia, & iure. & in cap. ius ciuile. distinct. 1. &
ibi per omnes Doctores, & his motus rationibus
tenuit ac docuit hanc nostram ampliationem. Cy-
nus in l. non ideo minus. C. de accusat. dicendo,
quòd in statuto loquente etiam in personam, in-
cludatur mãdator: hæc ergo dicta sufficiant in de-
clarationem dicti cap. mulieres. §. fin. & in respon-
sionem ad interpretationẽ eiusdem Canonis tra-
ditam a Bart. vbi supra. idem probatur per arg. in
l. vt gradatim. §. 1. ff. de muner. & honor. vbi hęc
habentur videlicet: [etsi lege municipali cauea-
tur, vt præferantur in honoribus certę conditionis
homines, attamen sciendum est hoc esse obseruan
dũ: si idonei sint, & ita rescripto Diui Marci con-
tinetur.] hæc ibi. Dixi probari per argum. in d. §.
quia etsi ad verbum omnia verba contenta in prę-
senti ampliatione non contineantur in dicto §. be
ne tamen ipsorum verus intellectus ac sentẽtia: cũ
121 ex ipso eliciatur, quòd statuta † recipiant inter-
pretationem, restrictionem, ac extensionem ad ca-
sum, aut conditionem non expressam, secundum
corticem verborum ipsorum statutorum, dummo
do secundum sententiam, & mentem ipsorum fiat
talis interpretatio, restrictio, & extensio, ne abso-
num a ratione inde necessario esset concedendũ.
Idem probatur per argum. in c. ex literis. extra de
constitu. vbi Innocẽtius Tertius infrascriptis vsus
fuit verbis, videlicet: [ex literis vestrę deuotionis
accepimus, & infra licèt vobis fide præstita fuerit
constitutum, vt si quis magistrorum ordinationi
Vniuersitatis ipsorum duceret resistendum, & pri-
mo, secundo, tertioue commonitus infra triduum
Vniuersitati parere contemneret quis magistro-
rum; extunc beneficio societatis eorum in magi-
122 stralibus priuaretur, † & ob hoc magister G. fue
rit eorum communione priuatus, quia tamen con
stitutum non fuit, vt in perpetuum huiusmodi pri-
uatio perduret, cum tam iuris Canonici, quàm no
stri moris existat, vt is, qui propter contumaciam
communione priuatur, eum satisfactionem con-
gruam exhibuerit, restitutionem obtineat: Man-
damus quatenus supradictum magistrum statutis
vestris nunc humiliter parere curantem ad com-
munionis vestræ consortium in magistralibus ad-
mittatis.] hoc ibi dixi probari præsentem am-
pliationem per argum. in dicto c. ex literis, quia
etsi ad verbum inibi non contineatur pręsens am-
pliatio: bene tamen sententia ipsius, cum ex ipso
123 patentissimè appareat, quòd statuta † sint inter-
pretanda secundum iuris communis dispositionẽ
quando contrarium expresè non colligeretur ex
verbis ipsius statuti: scilicet quòd ipsum statutum
voluisset aliquid addere iuri communi, vel ab ip-
so detrahere, vt latius dicetur in limitatione se-
quenti. Idem probatur per arg. in l. 2. C. de noxa-
libus actionibus, vbi hæc habentur, videlicet: [Si
serui vestri nescientibus vobis, vel etiã prohiben-
tibus, furtim arbores ciciderunt, quibus etiã pro-
pria pœna, iuxta legem saluti datam fuerit præsti
tuta frustra veremini, ne ex persona eorum vltra
noxę deditionem sitis obstricti: cum ex delictis
seruorum domini ignorantes, vel prohibentes si
noxali actione cõueniantur, condemnari debeãt,

vt

vt aut noxę dedere, aut condemnationem sufferre
habeant in sua potestate.] hæc ibi. Dixi probari
per argum. in dicta l. 2. quoniã etsi explicitè præ-
sens ampliatio non habeatur: benè tamen impli-
citè: cum inde probetur, quòd statutum disponẽs
in materia iuris communis recipiat limitationẽ,
& declarationem a iure expressas: & cum nostræ
ampliationis casus expressè a iure æquiparetur,
vt fuit superius probatum, inde sequitur, ꝙ etiam
statutum illum continens declarationem iuris re-
cipere debeat, quod & apertius omnes Doctores
in dicta l. 2. docuerunt vnanimes dicentes, quòd
statutum disponens super eo, super quo disponit
ius commune, interpretatur secũdum ius commu
ne, & quòd ad hoc probandum communiter a Do
ctoribus allegetur. Idem probatur per argum. in l.
in hoc. ff. de seruo corrupto. vbi hæc habentur, vi-
delicet: [In hoc iudicium etiam rerum æstima-
tio, quos secum seruus abstulit, quia omne dam-
num duplatur, neque interest an ad eum perlatę
fuerint res, an ad alium, siue etiam cõsumptę sint.
Etenim iustius est eum teneri qui princeps fuerit
delicti, quàm eũ quæri, ad quem res perlatę sunt.]
hoc in dicta l. idem probatur per argum. in l. quo-
niam. C. ad l. Iul. de vi publ. vel priuata, vbi hæc ha
bentur, videlicet: [Quoniam multa facinora sub
vno violentiæ nomine continentur, cum alijs vim
inferre certantibus, alijs eum indignatione resi-
stentibus verba cędesque crebro deteguntur ad-
missæ placuit si forte quis, vel ex possidentis par-
te, vel eius qui possessionem temerariè tentaue-
rit, & alteri parti causam malorum præbuerit, &
non iam relegatione, aut deportatione insulæ ple
ctatur: sed supplicium capitale excipiat: nec in-
terposita prouocatione sententiã quæ in eum fue-
rit dicta suspendat.] hæc ibi dixi probari præsen-
tem ampliationem per argum. in dictis iuribus,
quoniam etsi ad verborum sonitum inibi non con
tineatur, bene tamen secundum eorum sententiã,
& mẽtem: cum inde eliciatur, quòd magis ratio-
ni consentaneum sit eum, qui fuit causa maleficij
puniri, quàm eum, qui in maleficio non fuerit cau
sa principalis, sed cooperator sceleris: cum ergo
sceleris princeps dicatur mandator, & non man-
datarius: inde sequitur, quòd vacat hic locus ar-
guendi de minori ad maius affirmatiuè, sic dicen
do. Si mandatarius maleficij puniri debet pœna
statutaria, a fortiori & mandator cum fuerit cau-
sa principalis maleficij. Probatur insuper & secun
dò præsens ampliatio Doctorum auctoritate, nam
ipsi se subscripserunt explicitè, & ad verbum in-
frascripti Doctores, vltra supradictos per accidẽs
citatos, videlicet: Innocentius implicitè, eo quòd
in dicto cap. causam, quæ. dicendo ibi statuta fo-
re interpretanda secundum ius commune, & in di
cto cap. mulieres. dicitur, quòd mandans percuti
Clericum, etsi post mandatum pęnituisset, si non
reuocauerit nihilominus incidet in Canonem, ex
quibus comprobatur ipsum Innocentium se sub-
scripsisse præsenti ampliationi, cum dixerit, quòd
124 statuta † sint interpretanda secundum ius com-
mune, & ipse met docet, quòd ius commune in
dicto cap. mulieres. §. fin. loquens (vt ex litera ip-
sius apertissimè colligitur in personam, dicendo,
quòd si quis percusserit Clericum, non tantum ip-
se incidat, vt docet text. in cap. si quis suadente
diabolo. 17. q. 4. in excommunicationis pœnam,
verum etiam mandans ipsum percuti, eo quòd &
ipse verè percutiat: etsi in dicto cap. si quis sua-
dente, nulla fuisset facta mentio de mãdante, qua-
tenus in dicto cap. mulieres. non extendit dictam
pœnalem constitutionem ad mandãtes tanquam
aliquid ipsi Canoni addendo: sed solum cũ fuis-
set de mandante dubitatum, voluit Summus Pon-
tifex hoc declarare, illud eliciens ex mente com-
prehensiua dicti Canonis: cum id eliciatur quo-
que non solum ex identitate rationis, sed maio-
ritate rationis, eo quòd vt fuit probatum in præ-
cedenti tertia conclusione, maioris peccati macu
la se fœdat mandans maleficium, quàm illud exe-
quens cum & ipse peccet, & sit causa peccati alte-
rius: quapropter & merito maiori pœnã subijcien
dus esset, vel saltem æquali: & animaduertendum,
125 quòd quando lex, † vel statutum pœnale exten-
ditur ad casum non expressum secundum verbo-
rum corticem, etsi secundum mentem ipsius com-
prehensiuam: tunc non dicitur propriè fieri exten
sionem, sed exprimi, quod erat ibi tacitè statutũ,
quod & omnino licitum esse etiam in materia stri
cta, & pœnali ac correctoria latius probauimus su
pra in præsenti tract. de extẽsione legũ pœnalium
tam in præmissis, seu notabilibus, quàm in conclu
sionibus pręsentis tractatus: quod semper memo-
riæ est cõmendandũ: quia in materia pœnali quã
sępissimè tibi illa profutura erit, etsi infra nõnulla
de eodem dicamus, referendo Doctorum senten-
tias, quas ad verbum referre studebimus pro dilu
cidatione præsentis ampliationis verissimę, eo ꝙ
præsens quæstio etsi quotidiana sit, tamen maxi-
ma altercatio videtur circa eum esse inter Docto-
res: quorum saltem maiorem partem (Deo fauen
te) ad concordiam ad inuicem reducere, & ad se
subscribendum præsenti ampliationi, elaborabi-
mus, vt veritas pręsentis ampliationis oĩbus inno-
tescat ad Dei Optimi Maximi cultum, meæ Con-
gregationis decus, & salutem animarum, tam Iu-
dicum Ecclesiasticorum, quàm Aduocatorum, &
ad solamen innocentium, vt cautius viuant saltem
timore pœnæ, & ad deprimendum reorum super-
cilium ac temeritatem. Idem ergo docuit glos.
not. in cap. sicut dignum. §. fina. in vers. consilium,
& ibi Io. And. & Panorm. extra de homic. dicen-
tes, quòd hac glos. multum vtantur assessores iu-
ris ciuilis inducentes eam ad intellectum statu-
126 torum punientium † homicidas, vt comprehen-
dant etiam mandantes. Idem docuit Bartol. in l.
quemadmodum. C. de agric. & censit. lib. 11. vbi
dixit, quòd lex puniens maleficia debeat extendi
sicut lex fauorabilis: cum pertineat ad fauorem
Reipublicæ delicta puniri. l. ita vulneratus. ff. ad l.
Aquil. & per hoc infertur, inquit, ad terminos no-
stros, quòd pœna statuti punientis facientem ma-
leficium, punitur etiam fieri faciens per eandem
doctrinam Bart. allegat. Idem docuit multis me-
dijs, Ias. in l. si is qui pro emptore, nu. 368. versic.
quia statutum. ff. de vsucapiendo, dicens hoc ip-
sum probari ex illa Doctorum regula, in qua ha-
betur, quòd statutum concedens præmium accu-
santi delinquentem, extenditur etiam ad denun-
ciantem fauore Reipublicæ, ne delicta remaneant
impunita, secundum Io. Andr. in Addit. Specul. in
tit. de denunc. §. 1. refert idem & sequitur Ang. in
l. diuus. ff. de custod. reorum. Ludouic. Rom. in l. si
quis in graui, §. hi quoque per illum tex. qui bene
in hoc facit. ff. ad Syll. idem Angel. Aret. in tracta.
de malefi. vers. *che hai tradito la sua patria.* & rursus
in

in verſ.Sempronium mandatorem. Aret. & Imol.
in c.2. de accuſat. ex quorum doctrina ipſe Iaſon
ibidem ſubinfert: ſi ergo diſpoſitio imponens pœ
nam delinqueutibus cenſetur fauorabilis,quia eſt
indicta fauore Reipublicę (vt dixi) ergo debet ex-
tendi de caſu ad caſum,vt eſt tex.not.in l.hoc mo
do.ff.de condit.& demonſt.ergo ſubdit ibidem Ia
ſon, licèt mandans non dicatur verè committere
delictum:attamen cum dicta diſpoſitio emanet in
fauorem Reipublicæ, debet extendi etiam ad ca-
ſum fictum.l.Gallus.§.quid ſi is.iuncta glo.in verſ.
vtilitatem.ff.de liber.& poſthum, hæc Iaſon vbi ſu
pra,ex quibus elicitur regula illa,quòd diſpoſitio
quæcunque imponens pœnam delinquentibus cũ
ſit hoc in fauorem Reipublicæ,non cenſeatur pœ-
nalis,ſed fauorabilis, ac tanquam talis extenden-
da de caſu vero,vel expreſſo ad fictum,ſeu tacitũ:
quam regulam peroptimam approbauit tex. quo-
que in l.ſi quis in graui.§.hi quoque. ff.ad Syll. &
in l.2.quando lice. ſe ſine iudi.vindi.& vtrobique
per Doctores: quod & voluit quoque Alex.in con
ſil.ſuo 410.incip,viſa quadam cõſtitutione. col.2.
Idem in pręſenti caſu expreſsè docuit Imol. in l.ſi
cætera.§.ſi quis,ff.de legat.1.idem docuit Hyppol.
de Marſil.in ſua praxi.§.aggredior.nu.59. hoc ip-
ſum probans multis auctoritatibus. Idem docuit
rurſus Bart.in l.2.§.exercitum.nu.2. verſ.ſecundò
nota.ff.de his qui not.infam.vbi hæc pręciſa verba
protulit. Nota,quod odium ampliatur.nam licet
ſecundum ius ſcriptum ędictum non loquatur niſi
de miſſo ab exercitu, ędictum extenditur ad miſ-
ſum a cohorte,ſeu ala. & addit ſequens Dynum in
cap.odia.de reg.iur.in ſexto, quòd hoc contingit
fauore Reipub.ac publicæ vtilitates, quæ verſatur
in hoc: quia cum cõſtet maleficium eſſe commiſ-
ſum,ſi verba ędicti non extenderentur ad illud,eſ-
ſet impunitum,quod eſſet contra publicam vtili-
tatem,vt in l.ita vulneratus.ff.ad l.Aquil.Idem fa-
cit quod docuit Alex.in l.ſi filiusfamilias nu.2.ſe-
quens ibid.Guil.de Cuneo.ff.ſi cer. pet. aſſerens,
quòd ſi Rex feciſſet aliquod proclama, quòd qui
ceperit talem malefactorem habeat tale caſtrum
in feudum: & quidam qui erat inhabilis ad acqui
rendum feudum, iuxta id, ꝙ dicitur in cap.1.tit.
an mutus, vel ſurdus in vſibus feudi, cepit illum
malefactorem: dixit,quòd hic talis obtinebit ſeu-
dum, non obſtante huiuſmodi inhabilitate, & ra-
tio eſt quoniã cum agitur de fauore publico, ſta-
127 tutum † non recipit reſtrictionem de habilitate,
prout docet text.not.in l.3.§.vtrum. verſ.& qui.ff.
ad Syll.& tale feudum tunc non retinebit propriè
naturam feudi,ſicut & alibi dicitur in cap.1. ritu.
de feudo non habente propriam naturam feudi:
quia ſolũ tenebitur iſte ad ea ſeruitia, quæ ſecun-
dum qualitatem perſonæ ſuæ præſtare poterit.ar-
gum.in l.ſtipulatio iſta.§.hi qui.cum §.ſequenti.ff.
de verb.oblig.quod & docuit etiam Andreas de
Piſis, & Bald.in lect. antiqua dictæ l.ſi filiusfami-
lias,& ibidem Salyc. & ne diutius morer in recen-
ſendis ſententijs Doctorum idipſum docentibus
remitto Lectorem ad Hyppol. de Marſil. in dicto
§. aggredior.nu.61.& ſequentibus. Aretinus verò
in l.Gallus.§.ſi quid ſi is,col.6.verſ.Aut ſtatutũ nõ
corrigit ius commune.ff.de liber. & poſth.vbi di-
xit,quòd etiam ſi ſtatutum loquatur in perſonam,
etſi indixiſſet pœnam ſecũdùm ius commune,ex-
tendetur ad mandantem,& col.7. verſ.& pro per-
fecta, etſi regulatiter diſpoſitio facta de vna per-
ſona vera,non extendetur ad mandantem,quæ eſt
perſona ficta,tamen in hoc caſu ſpecialiter indu-
128 citur: quia † mandans dicitur eſſe cauſa princi-
palis delicti mandati, ex quo in dubio faciens nõ
præſumetur eſſe facturus,niſi propter mãdantem,
de quo eſt caſus ſingularis in l.1. in fine. C. de ra-
ptu virg.quam ad hoc allegat Bald.in l.data ope-
ra. C. qui recuſa. non poſſ. & quòd ſit communis
Doctorum ſententia, & ratio eſt, quia delictum
hoc committitur propter ipſum mandantem, &
ſic mandans erit dicendus cauſa principalis deli-
cti: etſi mandatarius exequens mandatum ſit &
ipſe cauſa principalis iudicari debeat quoad effe-
ctum,qui oritur ex delicto,in quo pœnam mere-
tur. Vnde dicebat Bal.in l.non ideo minus.col.7.
nu.23.in fine.verſ.breuiter dicerem.C.de accuſat.
quòd aut ſumus in leui delicto,aut in atroci: ſi in
leui,mandans non æqualiter punietur,ſi fuiſſet ni-
hilominus facturus ſine mandato ſicut mandata-
rius: in atroci vero æqualiter punitur, ſicut man-
datarius.Idem docuiſſe Cynum in dicta l.nõ ideo
minus,ſubintulit, vbi ſupra. Aret. quòd ne ſubſe-
quatur hoc abſurdum, quòd ille qui eſt principa-
lis in delinquendo non videatur punitus a lege, li
cèt verba ſint ſcripta in perſonam,comprehende-
tur mandans, hæc omnia Aret. vbi ſupra.qui ibi-
dem,col.8. in princ.reprobauit,quod mihi vide-
129 batur durum,vt ſcilicet lex † pœnalis cum conti
neat fauorem boni publici,quod reſultat ex puni-
tione malefactorum,ſemper eſſet reputanda fauo
rabilis ac per conſequens foret extendenda de ca-
ſu vero ad caſum fictũ,vt in l.fauorabili fieri con-
tingit. Nam dicit hanc illationem non eſſe bonã:
cum inde ſequeretur,quòd ſemper quando impo-
nitur pœna ad vindictam publicam pro delicto
deberet fieri extenſio: quod eſt contra regulam in
cap.odia,& in cap.in pœnis.de reg.iur.in ſexto.&
130 quòd mandans † dicatur principalis cauſa deli-
cti,quando mandatarius in dubio non eſſet factu-
rus,niſi mandatum præceſſiſſet,ita quòd ęqualiter
puniatur mandans, docuit Bart.in l.non ſolum.§.
ſi mandato meo,col.4.nu.16.verſ.quæro,vtrum in
perſuadente. ff. de iniurijs. reprobata ſupradicta
diſtinctione Bal. ipſo non nominato expreſsè de
leui, vel enormi delicto, ſequitur ibidem & Duc.
in cap.nullus ex conſilio.de reg.iur.in ſexto.& re-
probatis alijs diſtinctionibus dicit, quòd ipſe te-
neat in diſtinctione, quòd non habita tali diſtin-
ctione mandans puniatur, & quòd hoc probetur
per tex.in l.1.§.incidet.verſ.aut qui inſtigat. ff.ad
Turpill.& in l.hæc verba ibi ſuaſit. ff. de adult.his
omnibus ſe ſubſcripſit Iaſ.in l. ſi is qui pro empto-
re.nu.369.& nu.370. & nu.371. ff.de vſucapio. aſ-
ſerens ſe cõfirmare rationem,& ſententiam Aret.
per illud,quod in propoſito noſtro dixit notanter
Bal.in conſi.52.primi volum.incip. caſus talis eſt,
ſtatuto ciuitatis cauetur etiam vbi dicit, ꝙ man-
dans eſt pluſquam homicida,quia eſt princeps de-
licti,vt in l.in hoc iudicio.in fine.ff.de ſeruo cor-
rupto: & ꝙ magis delinquat,quàm mandatarius,
patet: quia delinquit in ſe,& in alium,ſcilicet in
mandatarium, cuius animum mandato ſuo cor-
rumpit, & in illum,in cuius perſona homicidium
fuit commiſſum, vt in c. 1. extra de crimine falſi:
ergo ſubdit ibi Iaſon, fortius debet puniri pœna
ipſius ſtatuti, quàm mandatarius,qui ſolum delin
quit occidendo, vt in l. Athletas. §. Pomponius,
iuncta l.pen.ff.de his qui not,infam.& docuit glo.

fin.

fin. in c.gaudemus.extra de diuortijs.& hanc am-
pliationē vocat Iaſ. in l. ſi is qui pro emptore.nu.
372.verſ.tenendo iſtā opinionē.ff.de vſucap.de iu
re veriorem. Sciendum inſuper ꝙ Goffr. in Sum.
titu.de ſentent.excommunicationis, verſ.pone, ꝙ
quis mandat manus. dixit, quòd mandans percu-
ti Clericum, etſi poſtea pęniteat ſe hoc mandaſſe,
niſi reuocauerit tale mandatum ante talem per-
cuſſionem, & contigiſſet, quòd talis reuocatio nō
innotuiſſet mādatario percuſſori in excommuni-
cationem incidet, in quibus implicitè elicitur (ar
guendo ab identitate rationis) ipſum docuiſſe, ꝙ
mandator ſequuto maleficio mandato incidat in
eandem pœnam de iure: cum verè mandatorem
ipſum maleficium feciſſe quoad pœnam incurren-
dam, dicatur de iure. Idem Goff. in Summa, tit.de
cler.non reſid. qui etſi in principio. verſic.reſide-
131 re † dixerit, reſidere eſt deſeruire: parum eſt
enim reſidere, niſi & reſidens curam Eccleſiæ ha-
beat, in qua beneficium, vel perſonatum habet:
debet autem quis reſidere per ſe ipſum, non per
Vicarium. Nihilominus ibidem in fine.verſic. in
ſumma, dicens, in ſumma nota, quòd reſidere in-
telliguntur quidam in veritate non reſident: vt is,
qui extra Eccleſiam procurat vtilitatē ipſius. Item
qui ſeruit Epiſcopo extra Eccleſiam, vt infra eod.
cap. ad audientiam. ex quibus elicitur, quòd in-
tentio iſtius Doctoris fuerit nos docere, quòd ſi
ſtatutum expreſsè non conceſſerit ſecundum ip-
ſius verborum corticem, quòd Clericus mancipa-
tus obſequijs Epiſcopi non reſidet in Eccleſia ſui
beneficij, nihilominus talis habebitur pro expreſ-
ſo a ſtatuto, vt in dicto cap.ad audientiam, quaſi
diceret ipſe Goff. etſi actualiter non poſſint dici
reſidere, cum actum ipſum reſidendi non exer-
ceant: tamen quoad fruendum fructibus ſuorum
beneficiorum verè reſidere dicentur: eum & ipſe
Summus Pontifex interpretando tale ſtatutum ip
ſos dicat includi: eo quòd & hoc a iure communi
illis indulgeatur: quapropter duo eliciuntur ex
doctrina Goffr. & ex dicto Canone dicti cap. ad
audientiam. Primum quorum eſt, quòd ſtatutum
recipiat interpretationem extenſiuam ad caſum
non expreſſum ſonitu verborum in dicto ſtatuto,
dummodo ſit expreſſus ſecundum mentem com-
prehēſiuam ipſius ſtatuti. Secundum, quòd etiam
ſtatutum pœnale interpretandum erit ſecundum
formam iuris communis expreſſam in aliqua le-
ge, vel Canone: ex quibus ſequitur & veritas no-
ſtræ ampliationis, cum inibi dicatur ſtatutum pœ
nale loquens in perſonam ſi quis occiderit, vel hu
iuſmodi extendendum fore ad mandantem: cum
id non fiat ex ſola mente ipſius extenſiua: ſed imò
ex mente comprehenſiua ipſius regulanda, iuxta
modum quo & lex communis ſimilis recipiat in-
terpretationem: cum quoad pœnam ſtatuti incur
rendam dicatur ipſum mandantem verè feciſſe.
vt latius ſupra probauimus, & paulò poſt etiam
probabimus. Idem docuit Hoſt. in Summa. §.qua-
liter profetatur.verſ.mandās etiam ligatur. Idem
docuit ipſemet Hoſt. in Summa. §.qualiter debeat
reſidere.verſ. Item aliquando reſidere dicitur, &
in verſ.Item duo ex Canonicis. Nam ibi poſtquā
132 in prin.dixiſſet, quòd quilibet reſidere † in pro-
pria perſona teneatur. in d. verſ. Item aliquando
dixit, quòd reſidere dicatur in propria perſona,
licèt ſit abſens corpore: quando quis eſt abſens
cauſa ſtudij, & in dicto verſ.Item duo ex Canoni-
cis. dicit, quòd duo Canonici poſſunt ſeruire Epi
ſcopo: & præſentes intelliguntur, vt in cap.de cę-
tero.& cap.ad audientiam.extra de cleric.non re-
ſid.Hæc Hoſt.vbi ſupra. Qui vtique loquitur in ma
teria pœnali ſtatuta de iure municipali, ſeu ſtatu-
tario: quod quàm apertiſſimè elicitur ex citatio-
ne dicti cap.ad audientiam.ab ipſo inibi tacta, in
quo de ſtatuto pœnali interpretando, & recipien-
te latam interpretationem, iuxta terminos iuris
communis: ex quibus patet fallere regulam iuris
collectam a Doctoribus dicentibus, quòd ſtatuta
non recipiant latam interpretationem, ſed ſtrictā.
Interpretando ergo ſententiam Hoſt. prout inter-
pretati fuimus ſententiam Goffr. per ſe elicitur ip
ſum ſe ſubſcripſiſſe præſenti ampliationi: etſi nō
proceſſerit ita clarè. Idem docuit Dynus in Re-
gula. qui per alium.de reg.iur.in ſexto. Vbi inter
alia infraſcriptis vſus fuit verbis generalibus non
excludendo ſtatutaria iura, videlicet: Sicut tene-
tur lege Cornel. de ſicar. qui occidit per ſe, ita &
qui occidit per alium, vt in l.non ideo.C.de accu-
ſat. ſicut punitur tanquam qui per ſe detulit, & nō
probauit, ita & qui per alium, vt in l.2. §. Diuus
Pius. & l.non tantum. ff.de iure fiſci.etſi ſit dicen-
dum, quòd quantum ad quantitatem, & veritatē
impoſſibile ſit factum vnius dici factum alterius.
Tamen re vera de quadam interpretatione iuris
(adde tu ſm ipſius iuris mentem comprehenſi-
uam) procedit, quòd factum vnius intelligatur fa
ctum alterius, vt in l.nemo.ff.de duobus reis. hæc
ille. Ex cuius ſentētia benè intellecta elicitur quo-
que veritas præſentis ampliationis, & quòd ipſe
Dynus ſe ſubſcripſerit eidem. Sed animaduerten-
dum, quòd conſulto Dynus dixerit, [de quadam
interpretatione iuris] & non de quadam fictione
iuris, quoniam eruditiſſimus Doctor ſciebat diffe
rētiam eſſe inter vtramque clauſulam. Nam illud
dicitur procedere de quadam interpretatione iu
ris, etſi confundantur aliquādo hi termini, quādo
133 illud quod eſt ſtatutum in lege † etiam pœnali,
& de ſui natura reſtringibili, extēditur ad alios ca
ſus ſimiles illis, qui ad verbum & expreſsè conti-
nentur in lege tali: & hoc fit propter identitatem
rationis in tali lege expreſſę militantis etiam in
alio caſu non expreſſo ad verbum a lege: (& mul-
tis alijs de cauſis traditis, ac probatis in fallentijs
tertiæ concluſionis præſentis quæſtionis de exten
ſione legum pœnalium, & correctoriarum. Vide
ibi latius, vbi quamplurima notatu digniſſima at-
tulimus, & illa omnino memoriæ commendabis,
quia ſunt quotidiana) quod, correctius loquendo,
dicetur tale quid eſſe de mente comprehenſiua le
gis, vti patentius docuerat idem Dynus in l.1. ff.
de verb.ſign. dum tractaret; An in ſtatutis fœmi-
ninum comprehendatur ſub maſculino, dicens, ꝙ
eſt quædam interpretatio, quæ ſumitur pro apta
expoſitione, vt in l.fin.C.de legibus. & hanc benè
recipit ſtatutū, vt in l.Gradatim.§.1.ff.de muner.
& honor. ſumitur etiam interpretatio pro exten-
ſione, vel prorogatione, vt in l.2. ff.de origine iu-
ris. & hanc non recipit ſtatutum. hæc ille. Illud ve
rò dicitur eſſe de fictione iuris, quod fit ab aliquo
propria manu, tamen etiam a iure aliqua de cau-
ſa dicetur & illud alium quoque feciſſe, & ideo fo
re puniendum pœna ordinaria. Nam re vera man
dans delictum fieri, manu propria non facit. Qua-
propter Cardinalis Zabar. eruditiſſimus, Iuriſque
Canonici interpres, in Clement. 1. col. 3. verſic.ad
vtramque

vtramque oppo. solue. de vita, & honest. Cleric. dixit, quòd pœna statuti ligabitur non solum mandatarius cõsumans aliquod crimen, verum etiam illud fieri mandans, nisi expresse in statuto puniretur is, qui personaliter tale quid faceret: nec obstat, quòd mandans dicatur fictè facere. verba verò statuti requirant, ꝙ verè fiat, & sic procedat in casu vero, & non ficto: Non obstat (inquit) quia talis non erit secundum interpretationẽ ipsius statuti, sed potius secundum extensionem ipsius ex mente legis: quia mandans verè dicitur facere, vt in dicto c. mulieres. hæc ille. Quod & latius probabitur referendo singulas Doctorum sententias. Idem elicitur ex doctrina infrascriptarum Glosarum, videlicet: Ex Glo. in l. 2. C. de noxalibus. ex Glo. in c. constitutionem. vers. participatione. de sentent. excommunicationis, in sexto. quæ dixit, quòd mittens nuncium, vel literas, excommunicato incidit in excommunicationem minorẽ, ac si ille personaliter alloquutus ipsum fuisset. & idem docuit Glo. in Clem. fin. vers. literis. de senten. excommunic. & ratio istarum Glosarum est, quia casus verus, scilicet loquendi personaliter cum aliquo, in casu prohibito: & casus fictus, scilicet alloquendi aliquem per literas, vel per nuncium, reperitur assimilatus, ac æquiparatus a iure, vt patet per tex. apertissimum in c. vbi periculum. §. 1. vers. nulli ad eosdem Cardinales. & in vers. nulli etiam fas sit. de elect. in sexto. vbi reperiuntur infrascripta statuta a Gregorio Decimo in Generali Concilio Lugdunensi: Nam in dicto vers. nulli ad eosdem. hæc habentur, videlicet: [Nulli ad eosdem Cardinales aditus pateat, vel facultas secretè loquendi cum eis.] nisi &c. & in d. vers. nulli etiam fas sit. hæc habentur, videlicet: [Nulli etiam fas sit ipsis Cardinalibus, vel eorum alicui nuncium mittere, vel scripturam. Qui verò cõtrafecerit scripturam mittendo, vel nuncium: aut cum aliquo ipsorum secretè loquendo, ipso facto sententiam excommunicationis incurrat.] hæc ibi. & quidẽ patet, quòd qui ad aliquem mittit nuncium, aut literas (propriè loquendo) ipsum non alloquitur: cum dicatur communiter illum alloqui aliquem qui per se & personaliter aliquem alloquitur, non autem si quis aliquẽ alloquatur per nuncium, aut per literas, nisi fictè: tamen quia æquè secretum nostrum, vel consilium alicui porrigimus per linguam propriam, quàm per alienã, vel per literas, cum alloqui per alium fictè quis dicatur loqui, & verè quãdo personaliter, idcirco doctrina talium Glosarum verissima fuit, & probat præsentem ampliationem, arguendo ab identitate rationis, eo quòd inde eliciatur illa regula approbata cõmuniter a Doctoribus, quòd quotiescunque a lege casus verus casui ficto æquiparetur, statutum loquẽs in casu vero, habet locum in casu ficto: vt fuit probatum per dictum cap. ad audientiam. eo magis, quòd ex dicto cap. mulieres. §. fin. hoc ipsum apertissimè eliciatur, vt fuit probatum superius latius. Idem tacitè docuit Glos. in l. si quis seruo. in princ. C. de furto, & ser. cor. in versic. corrumpi. dicẽs, quòd idem sit in filio, cum eadem sit æquitas. ex cuius dicto Socin. in l. 1. ff. de legat. 1. & August. Berous in quæstione sua 105. nu. 6. quos sequutus fuit Franciscus Viuius in suo Thesauro commun. opinio. vers. statutum. §. quando duo. dicentes, ꝙ quando duo per modum regulæ æquiparata sunt à iure, statutum loquens in vno ex æquiparatis, habet locum in alio, & sic in casu nostro, cum mandans & mandatarius quoad pœnam incurrendam æquiparentur a iure, vt in dicto cap. mulieres. & supradictis alijs iuribus. Idem docuit Io. And. in c. sicut dignum. col. fin. vers. & scias, quòd assessores. extra de homicidio. his verbis vtens, videlicet: Et scias, quòd assessores ciuilis fori multum vtuntur hac Glosa: cum statutis æditis contra homicidas vti volunt contra mandantes, inducunt etiam leges. ff. de iurisd. omnium iudic. l. si quis. §. fin. & ff. de iure fisci. l. 2. §. Diuus. sed si statutum aliquid exprimeret, per quod reale homicidium intelligeret; puta, qui homicidium manu, vel ense fecerit, non esset locus statuto. facit c. in nostra. extra de iniurijs, & quod ibi dicam. hæc Io. And. vbi supra. qui idem latius, & clarius docuit in Regula, pro possessore. in solutione quæstionis inibi propositæ. de reg. iur. in sexto. infrascriptas Doctorũ sententias idipsum docentium referendo. his verbis vtens, videlicet: Fertur Odofr. dixisse super l. vt gradatim. ff. de muner. & honor. statutum posse per Iudicem interpretari. Iacobus de Arena dixit, quòd communis, & vera Doctorum opinio habuit, statuta interpretari posse secundum ius commune. ff. de ven. inspi. l. 1. §. quamuis. & in dicta l. vt gradatim. §. sed etsi lege. & Riceardus Malum. idẽ docuit per l. 2. C. de noxal. actio. attenta secunda lectura, quam ibi ponit Glos. vt ibi etiam docuit Cynus. & notandum, quòd hoc quatuor argumentis validissimis probauit ibidem Io. And. Idem docuit Antonius de Butrio in cap. cum dilectus. & in c. ad audientiam. extra de Cleric. non resid. Nam in dicto c. cum dilectus. col. 1. not. 1. infrascriptis
134 vtitur verbis, videlicet: Nota, ꝙ statutum † disponens idem, quod ius cõmune: & sic in materia iuris: omnes interpretationes, exceptiones, & limitationes iuris in illa materia recipit. & est bonus tex. iste in materia interpretationis statutorũ. Et sic nota, ꝙ statutum disponẽs illud quod ius nõ comprehendit in se casus exceptos a iure, in materia iuris: & sic aliquid non comprehendit vltra ius, quando ex comprehensione tertio præiudiciũ inferretur. & in dicto cap. ad audientiam. not. 1. his verbis formalibus vtens, videlicet: Nota, quòd constitutio excipit duos casus tantũ. vnde in alijs videtur regulam facere: sed contrarium terminat duplici ratione. Prima, quia licèt casus aliquos excipiat: tamen alios non denegat, sed relinquit dispositioni iuris. Item statutum disponens super residentia vera: habet locum etiam in residentia ficta: & videtur iste tex. contra commune dictum Legistarum per l. 3. §. hæc verba. ff. de negot. gest. Nota, quòd cõstitutio localis disponens quod ius commune, & iuramentum super ea præstitum recipit omnes exceptiones, & limitationes iuris, seu a iure datas, in materia, in qua disponit, & extendi videtur etiam ad casum fictum, in materia, in qua specificè disponit constitutio. hæc tene menti. Nota, quòd constitutio disponens id, quod ius commune: non intelligitur, quòd aliquid addat ad ius, in quantum tertio præiudicium inferretur imò restringitur ad limites iuris. Nota, quòd constitutio disponens in materia iuris aliquos casus a iure exceptos excipiens, in alijs casibus à iure exceptis contra ius non firmat regulam: imò à iure in casibus omissis suppletur constitutio, & subauditur, & sic constitutio recipit interpretationem, subauditur iuris; & idem Antonius ibidẽ in vers.

quæro,

quæro, an hoc capitulum cōcludit, quòd iuramentum, & statutum limitationem recipit secundum ius commune. hæc omnia Antonius de Butrio vbi supra. ex cuius sententia comprobatur veritas pręsentis ampliationis, eo magis, quòd ipsemet Antonius in dicto cap. mulieres. not. 3. dixerit ac docuerit, quòd is dicatur vetè delictum cōmittere, & quòd hoc faciat, quòd si statutū disposuerit de delinquente includat mandantem: qui dicitur verè delinquere, non interpretatiuè, & rursus idem Antonius ibidem in colum. 3. dicit, quòd etsi vera sibi videatur dicta Bartoli responsio ipsius, tamen ad dictam Decretalem. cap. mulieres. dicentis, ꝙ in foro animæ quo ad peccatum is dicatur verè facere, qui aliquod maleficium fieri mandauerit, & quòd dictum suum procederet, si ageremus hic de pœna pœnitentiali, & in hac subaudi Decretali solum animus non consideratur, sed pœna fori contentiosi, in quo etiam factum consideratur, quia per hoc etiam finis vtilitatis publicæ læditur, quē etiam considerant Canones, prout sunt fori contentiosi. Nisi Bartolum saluemus, (inquit) quòd hoc operatur mixtura fori contentiosi, & pœnitentialis, quam insequitur Canon, vt facto sequuto attribuatur principaliter, & tunc dicemus, quòd hic operatus est verè secundum ius Canonicum. hæc omnia Ant. de Butrio. Idem docuit idē Ant. in c. ex literis, col. 2. versi. nota, ꝙ statutum disponēs, & not. 7. extra de cōstitu. vbi dixit, nota ꝙ statutum disponens in materia iuris, vel consuetudinis recipit limitationes iuris, & declarationes a iure expressas, quod not. dicebam de consuetudine quæ trahebat originem a statuto vno idem disponēte, quod in dubio præsumitur, ꝙ illa consuetudo debeat intelligi secundum iura, seu statutum præcedens not. 7. ꝙ statuta Vniuersitatis Ecclesiæ declarationem recipiunt a iure Canonico, nō a iure Ciuili, & etiā a consuetudine Ecclesiastica interpretantur, & sic statuta recipiunt interpretationē declaratiuā secundum ius. hæc ille. Idem docuit ipsemet Ant. in c. ex literis. col. 2. not. 6. & 7. dicēs, ꝙ statutum disponens in materia iuris, vel consuetudinis recipit limitationes iuris, & declarationes a iure expressas, & sic statuta recipiunt interpretationem declaratiuam secundum ius, vbi supra. Ex quibus elicitur, ꝙ ipse se subscripserit pręsenti nostræ ampliationi. Idem docuit Bal. in l. si nondum. C. de furtis (vt refert Barbat. in c. ex literis, col. 19. vers. secundo probat. ext. de constitutionibus) vbi

136 dixit idē Bal. ꝙ statutum laicorum † faciēs mentionem de sacrilegio, intelligēdum erit strictè secundum ius Ciuile, quia cum statuta ciuitatis sint de iure Ciuili, debent intelligi secundum ius Ciuile, a quo cōfirmantur, & habent auctoritatem. l. 2. C. de noxalibus actionibus, sed si esset constitutio Episcopi loquens de sacrilegio, intelligitur de sacrilegio secundum ius Canonicum, a quo dependet, & in l. 1. col. 2. vers. quæro si statutū. C. qui bo. ce. poss. idem Bald. dixit, ꝙ in terris temporaliter subiectis Papæ statutum reducitur ad terminos iuris Canonici, & concordabit illud cum iure Canonico, sed in terris Imperij concordabit illud cum iure Ciuili, & rursus idē Bal. in l. fin. C. de successorio edicto, dixit, ꝙ statutū laici disponit, ꝙ nullus eligat officialem sibi coniunctum vsque ad tertium gradum, ꝙ intelligitur de gradu secundū ꝙ capitur a lege Ciuili, & nō a lege Canonica, quia statuta sunt pars iuris Ciuilis, & appellantur ius Ciuile illius ciuitatis, vt in l. omnes populi. ff. de iustitia, & iure. secus si constitutio Episcopalis loqueretur de gradu, quia intelligeretur, prout capitur a lege Canonica. hæc Bald. qui in l. Gallus. §. quid si is, col. 2. vers. quintò, & vltimo casu. ff. de liber. & posth. his præcisis verbis vsus fuit, videlicet: Nota, ꝙ casus prouisus per legem, vel testatorem trahitur tam ad veritatem, quam ad fictionem, & concordat cum hac eadem. l. §. si eius. vnde casus prouisus a Gallo, & a testatore sequente Gallum, videlicet: Si filius meus me viuo morietur, tunc qui ex eo nepos post mortem meam continet casum quādo filius meus moritur me viuo naturaliter, & verè. Item quādo me viuo fictè moritur verè tamen apud hostes post mortem meam, & hoc totum est, per interpretationem suppletiuā, quam recipit ius commune. & testamentum, vt hic apertè dicit, idest in dicto §. quid si is, quod est notatu dignum, addens ipse Bald. quod id quod dixit Bart. in l. omnes populi. ff. de iustitia, & iure. allegando l. 3. §. hæc verba. ff. de negot. gest. quòd statutum non porrigatur ad casum, qui est idem per fictionē, & non per veritatem, hoc videtur expressè contra istum text. nam statutum & intētio Galli, licèt exorbitaret a lege cōmuni. 12. tabul. vt institu. de leg. §. posthumo, tn̄ per interpretationem trahitur ad casum, qui est idē per fictionē, & hoc est propter publicā vtilitatē: Ita dicit Scęuola, nō obstant. l. 3. §. hęc verba quia ibi fictio non inducebat identitatem, sed similitudinem quadam: hic vero loquimur in casu qui est idē per fictionē. hæc Bal. ibi, qui idipsum sentiēs in tit. de pace Cōstantiæ, col. 24. vers. aliquid, vbi dixit, ꝙ qui per aliū facit dum ipse facere, quæ interpretatio secundum habet locū in statutis: quia naturalis ratio potentissima est institutorum interpretatione. in c. 1. nu. 42. & subsequentibus, ext. de constitutionibus, di-

137 cens, ꝙ omnia statuta † recipiunt interpretationem intensiuam, quę ex verbis intelligi potest: sed non extensiuam, vt in l. si vero. §. de viro. ff. soluto matrimonio, nec restrictiuam, vt in leg. prospexit. ff. qui & a quibus, nisi restringatur per ius commune, quod habet informare municipale statutū, vt in l. 2. C. de noxa. actio. & in c. cum dilectus, extra de consuetu. Item statuta recipiunt interpretationem aduersatiuam per arg. a contrario sensu, vt in l. apud antiquos. C. de furtis, & seruo corrupto. Item statuta non debent ita ruditer intelligi, quòd omittant vim, ac potestatem eorum, vt in l. scire leges, ff. de legibus, virtus enim legis consistit in substantia rationis, vt in l. 2. C. quæ sit longa consuetud. quia mens legis idem est, quod anima, & spiritus ipsius scripturæ: nam scriptura sine mente nihil est, vt in l. Diuus. ff. de testam. mi-

138 lit. Vnde omnia statuta † recipiunt interpretationem per punctum rationis: nam ratio non fallit, nec fallitur, vt in l. fina. C. de ponde. auri. Item interpretamur a parilitate, vt in l. fina. C. de indicta viduitate tollenda. Item quando statutum mutuat vocabulum a iure ciuili, quod assumit adminiculum, & opem a iure communi, debet vti cum sua causa, tanquam successor vocabuli. argumentum in l. Pomponius. §. fin. ff. de acqnir. possess. hæc omnia Bal. vbi supra. per quæ videtur apertissimè se subscripsisse præsenti ampliationi: cùm in ipsis concludat, quòd verba statutorum sint interpretanda, secundum ius commune, & extendenda ad casus, ad quos dispositum a iure communi exten-

ditur eum militet eadem ratio : quapropter inde
patētissimè sequitur, quòd (cum dispositum a iure
communi circa pœnam mandatario maleficij in-
iungendam, maleficio ipso sequuto, extēdatur ad
mandantem, non solùm quando ius commune lo-
quitur in rem, verum etiam cum loquitur in per-
sonam, vt latius fuit probatum in conclusione ter-
tia,) idem dicendum erit in pœnis statutarijs, in
terminis præsentis ampliationis. Nec poterit ali-
qua de causa rationabili sententiarum prædicta-
rum Bald. veram nostram interpretationem quis
insurgere, eo quòd ipsemet Bal. in infrascriptis lo
cis subsequentibus videatur contrarium docuis-
139 se, † nitendo probare, quòd statutum non sint in-
terpretanda per iuris fictionem, per text. in l. 3. §.
hæc verba. ff. de negot. gest. Nam ipse Bal. in dicto
cap. 1. nu. 47. & sequentibus. ext. de constitu. infra
subintulit (post supradicta relata a me,) videlicet:
Sanè per fictionem iuris statuta non sunt interpre
tanda, vt in l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. Nā fru-
stra esset ibi secundū caput edicti, si primum suf-
fecisset. Et ideo statuta, quæ loquuntur de execu-
tionibus testamentorum præter ordinē iuris com
munis fiendotum ; non habent locum in ficta, seu
præsumpta substitutione tacita vulgari vel pupil-
lari, quia illa nō est propriè testamentum, sed sup-
pletio testamenti, & licèt testamentum ex forma
stricti iuris non valeat sine insinuatione, tamen
tacita substitutio non est insinuanda de per se, &
expresè : & tamen haberet locum in testamento,
quod confirmatur per fictionem legis Corneliæ,
vel postliminij: quia est verum testamentum, in fa
cto, licèt sit fictum in virtute, & licèt eius confir-
matio consistat in fictione confirmante testamen-
tum. Vnde est ibi veritas fundamenti, & originis.
Validitas est autem ibi in fictione cōsistens: qua-
propter ibi fictio magis influit, quàm disponit, vt
in l. 1. §. 1. ff. ad l. Falcid. Vel dic breuiùs, quòd aut
lex fingit principaliter propter se, aut propter a-
liud, licet, propter coadiuuandam veritatem. Pri
mo casu casus fictus nō clauditur in statuto loquē-
te de casu vero, & naturali: Secundo sic: quia licèt
fictio coadiuuet, tamen ille casus est fundatus in
veritate, & tene menti, quia subtile, & sanè vbi lo
quimur de facto, & non de ficto : non inspicimus
fictionē, vt in Clem. quod circa. de elect. hęc Bal.
quibus nō obstantibus dicimus, ipsum se per prę-
dicta nihil docuisse contra nostram hanc amplia-
tionem : primò, quia loquitur hìc de statuto ali-
quid prohibente sub pœna præter ordinem iuris
communis : Nos autem de statuto aliquid prohi-
bentem sub pœna secundum ordinem iuris com-
munis. Secundò, quia nos loquuti fuimus quando
lex fingit casum propter aliud, scilicet propter co-
adiuuandam veritatem, scilicet prohibitionis, &
rei prohibitæ, eo quòd maiorem causam punien-
di mādantem habeat lex municipalis, quàm man
datarium exequentem maleficium sibi mandatū,
vt fuit latius probatum in præcedenti tertia con-
clusione, eo magis, quòd talis fictio non possit di-
ci (propriè loquendo) iuris fictio, sed iuris mens
comprehensiua, vt paulò ante probauimus, & in-
fra quoque probabimus: & quòd hæc nostra inter-
pretatio verborum Bal. fuerit consona menti suæ
ipsemet se declarando tacitè, infra ibidem nu. 49.
subintulit. Sed Bart. dicit, quòd statuta recipiunt
140 † interpretationem passiuam, non actiuam in l.
omnes populi. ff. de iustitia, & iure: hoc est dicere,
quòd ius commune informat statuta, & vestit, sed
non informatur, nec vestitur ab eis, & hoc propter
virtutem attractiuam, quam habet ius cōmune ad
municipale, & non è contra. De ista virtute attra-
ctiua notatur in l. iure gentiū. §. quinimò. ff. de pa-
ctis. hæc ille. Et quòd verum sit, quòd diximus in-
terpretando ipsum Baldum, ꝙ ipse loquutus fuerit
de statuto aliquid prohibēte extra ordinem iuris
cōmunis: probatur per ea, quæ ipsemet Bal. ibid.
nu. 50. subintulit, dicēs. Vltimò scias, quòd statuta
non recipiunt interpretationem extraneā, vel cer-
notiam, vel trāsgrediētes terminos suos, sicut nec
instrumenta, nec testes, nec vllum interpretabile,
vt in l. fideiussores magistratuum. §. pro aureal. &
ideo vbi statutum figit pedes, ibi nos figere de-
bemus, vt not. in l. si non fuerit. ff. pro socio, ita ta-
men inferamus, quòd a verbis nō prorsus receda-
mus, vt in l. quicquid astringēdæ. ff. de verb. oblig.
& in l. nō dubium. C. de legibus. hæc ille. Ex cuius
verbis elicitur apertissimè ipsum voluisse nos do-
cere, quòd intentio sua fuerit, quòd ipsa statuta
sint interpretanda, nō secundum ipsorum purum
corticem, ac sonum : sed nec secundum vniuscu-
iusque voluntatem: sed si vera statuti essent aper-
ta, tunc secundum ipsa, sed si aliquo modo obscu-
ra, vel si secundum ipsa interpretaremur ipsa sta-
tuta, aliquod absurdum nasceretur, & ipsa statuta
sunt conformia iuri communi : tunc ipsa statuta
interpretaturi simus secundum mentem statuen-
tium elicitam ex qualitate verborum, & secūdum
ius commune, quòd contra ipsum obseruato tan-
tum sonitus verborum ipsorum statutorum, & ꝙ
talis fuerit Baldi intentio elicitur ex citata l. non
dubium. C. de legibus, cum & ipse benè nouerit,
quòd lex pœnalis regulariter est restringenda,
quàm amplianda ad casus non inibi expressos, quę
tamen se extendit etiam ad casus inibi compre-
hensos, secundum mentem ipsius comprehensiuā:
& quòd hoc sit verum probatur apertissimè con-
textu ipso verborum dictæ legis non dubiū, quem
solùm hìc referam, nam quia desint in vtroque iu-
re huiusmodi decisiones, sed tum quia quampluri
ma talia iura attuli in tracta. de extensione pœna-
lium legum, cum quia hanc l. non dubium. inibi ip
se Bal. solum citauerit, in qua apertissimè dictam
extensionem etiam in pœnalibus legibus licitam
fore probatur. Hęc ergo in dicta l. non dubium, ha
bentur, videlicet : [Non dubium in legem com-
mittere eum, qui verba legis amplexus, contra le-
gis nititur voluntatem. Nec pœnas insertas legi-
bus euitabit, qui se contra iuris sententiam sæua
prærogatiua verborum fraudulenter excusat. Nul
lum enim pactum, nullam conuentionem, nul-
lum contractum inter eos videri volumus subse-
cutum, qui contrahunt lege contrahere prohiben-
te. Quod ad omnes etiam legum interpretatio-
nes tam veteres, quàm nouellas trahi generaliter
imperamus, vt Legislatori (quod fieri nō vult) tan-
tum prohibuisse sufficiat : cæteraque quasi ex-
pressa ex legis liceat voluntate colligere : hoc
est, vt ea, quæ lege fieri prohibentur, si fue-
rint facta, non solum inutilia, sed pro infe-
ctis etiam habeantur, licèt Legislator fieri pro-
hibuerit tantum, nec specialiter dixerit, inuti-
le esse debere, quod factum est, sed & si quid
fuerit subsequutum ex eo, vel ob id, quod in-
terdicente lege factum est: illud quoque cas-
sum, atque inutile esse præcipimus. Secundum
prædictam

praedictam itaque regulam: qua vbicunq; non seruari factum lege prohibente censuimus: certum est, nec stipulationem huiusmodi tenere, nec mandatum vllius esse momenti, nec sacramentum admitti:] haec ibi. Ex quibus apertissime elucet veritas nostrae interpretationis, factae circa sententiam praedictam Bald. sed nec praesenti interpretationi aduersantur ea, quae ipsemet Bald. in cap. si aduersarius. numero 2. versic. quaero statuto cauetur. extra de eo, qui mittitur in poss. cau. rei seruan. protulit his verbis vtens, videlicet: Quaero, statuto cauetur, quòd nisi quis fuerit personaliter citatus ab antecessore, successor in officio non possit procedere: modò citandus latitat, quaeritur quid fiendum, & videtur, quòd iuris fictione censeatur personaliter citatus, ne de sua malitia glorietur. In contrarium videtur, quòd fictio non habet locum in statutis, & haec vera: debemus enim stare verbis statuti, vt in l. 1. §. is qui nauem. ff. de exercito. si enim statutum illud voluisset, aliud scripsisset. haec Baldus. His non obstantibus rursus dicitur ipsum Bald. se subscripsisse praesenti ampliationi: Nam vbi supra, numero secundo, loquitur de statuto non simpliciter aliquid praecipiente consonum iuri communi, sed de statuto addente aliquid iuri communi expressè per aliquam clausulã inibi ad verbum expressam, qua constitutio iuris communis alteratur, & ostenditur mentem statuentium voluisse addere iuri communi, de quo sermo erit in sequẽtibus limitationibus praesentis ampliationis. Nos autẽ in praesenti ampliatione loquimur de statuto, nihil addente expressè ipsi iuri communi, sed statuente idipsum, quod & ius commune, & in materia iuris communis, quòd nostra ampliatio approbetur a Bal. vbi supra. vltra praedicta apertissimè ex alijs verbis ipsius elicitur. Nam in capit. nonnulli, numero decimo, extra de rescriptis. his verbis vtitur, videlicet: Quid in poenis statutorum, videtur, quòd si statutum dicat, quòd si quis occiderit fratrem, puniatur, quòd intelligatur de fratre etiam naturali tantùm, non de spurio: per id, quod dicit hîc Innocentius. Quia spurius aut patrem demonstrare non potest, aut non licet allegare, vt nefarium, aut non decet, quia ignominia est, vt natus ex concubina indubitata. In contrarium, quia istud statutum iuri naturali deseruit, augendo poenam vulgaris, & communis homicidij. haec Bald. vbi supra. Nota ibi. [qui istud statutum deseruit iuri naturali,] & quidem, quòd mandans maleficium fieri, puniatur eadem poena statutaria, qua & mandatarius, iuri consonum est naturali, cùm non solùm eadem peccati grauitate peccent ambo: verum etiam grauius peccet mandans, quàm mandatarius, vt fuit probatum in praecedenti tertia conclusione: & quòd Bald. hic loquatur de statuto loquente in personam, de quo est hîc sermo, patet ex litera ipsius: nam ibi haec habentur, [quòd si statutum dicat, quòd si quis occiderit, &c.] vti exemplificauimus in ipsa ampliatione praesenti. Idem rursus apertius ipsemet Baldus etiam in casu iuris ficto, & in materia poenali statutaria, loquente in personam, in capit. quae in Ecclesiarum, numero 88. versic. si autem dicit statutum. extra de constitutionibus. his verbis vtitur, videlicet: Si autem dicit statutum, si quis occiderit, decapitetur, & omnia castra sua ponantur in ruinam, benè continetur filius naturalis: quia haec dispositio ad naturam refertur, & ad fictionem iuris, & filius dicitur a philos, quod est amor. Et certum est, quòd illegitimis etiam amor, & natura communis est, vt in l. hos accusare. §. fina. ff. de accusat. haec Baldus. ex quibus habetur ipsum docuisse, quòd statutum loquens in personam, recipiat interpretationem etiam secundum iuris fictionem, quod & rursus docuit ipsemet Bald. in cap. nam & concupiscentiam, numero quarto, extra de constitutionibus. infrascriptis vtens verbis, videlicet: Nota, quòd cum aliquid prohibetur in termino, intelligitur prohibitum etiam in via. Et hoc facit ad statuta terrarum, quae prohibent deferri frumentum extra districtum, scilicet, quòd captus in via sit puniendus. Nota, quòd cùm aliquid prohibetur, prohibentur omnia, quae ex illo sequuntur, vel sequi possunt ex illo, & per illud: secus si eius occasione, licèt non per illud, sed per aliud superueniens, vt in l. verum. ff. de fur. haec omnia Baldus vbi supra. Idem rursus apertè docuit ipsemet Baldus in cap. cum inter. numero septimo, versic. dicit statutum. extra de elect. vbi his verbis vsus fuit, videlicet: Dicit statutum, quòd homicida decapitetur, nisi habeat pacem infra mensem: modò quidam amicus recipit pacem pro ipso, quam ratificauit elapso mense: dicunt enim, quòd non valet pax. Ego dico valere: quia licet amico sanguinem amici redimere: nisi fortè dicatur aliud in appellatione, aliud in pacto. Sed ego respondeo, quòd liberatio quaeritur absenti, & ignoranti, vt in l. Labeo. ff. de iureiuran. haec Bal. vbi supra, qui in Rubrica titul. extra de causa poss. & propriet. num. 14. vers. considera. Aut statutum. Vbi infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet: Aut statutum venit ad ampliandum ius commune, & tunc idem est in ampliante, quod in ampliato, vt in l. inter. §. cùm inter. ff. de pact. dota. Aut venit de per se de nouo disponendo, & tunc non assumit aliquam qualitatem a iure communi, cui non cohaeret: quoniam separatorum separata est ratio, vt in l. si maritus. C. de donat. inter virum, & vxorem. haec ille. Sed quia iam patuit per allata in ipsa ampliatione, quòd dictum statutum loquens in personam, venit ad ampliandum ius commune, cùm inde sit statutum de iure communi, vt probauimus in tertia conclusione praecedenti. Inde sequitur ipsum Bald. amplexatum fuisse hanc praesentem ampliationem. Idem rursus elicitur ex verbis ipsiusmet Bald. in capit. venientes. numero quinto, extra de iureiurando, vbi his verbis vtitur, videlicet: Sed quid, si statutum dicit, quòd non possit appellari, nisi infra eandem diem? Respondeo istud statutum non intelligitur, nisi appelletur ad Principem: quia ius commune, quod ad supremam potestatem pertinet, semper videtur exceptum, vt not. in capit. ad nostram. de iureiurando, & ideo poterit ad Principem appellari intra dies decem, sed ad Iudicem illius terrae non poterit appellari, nisi prout statutum dictat. haec Baldus vbi supra. Ex quibus elicitur, quòd ius municipale, seu statutũ recipiat interpretationem a iure communi, nisi statutum specialiter aliquid addat, vel detrahat a iure communi: quia tunc non recipiet interpretationem, vel subauditum intellectum ab ipso iure communi (vt dicemus & probabimus in subsequenti limitatione) vt etiam docuit ipsemet Baldus in capit. cum non liceat. numero quinto, versic. in contrarium videtur. extra

de præſcriptionibus. his verbis vtens, videlicet: In contrarium videtur: quia iſtud dictum diſcrepat a iure cõmuni, præſertim in actionibus perſonalibus. Cum ergo receſſum ſit a iure communi, nõ poſſumus interpretari ſtatutum ſecũdum ius commune. argum. in l. qui cum vno. §. qui poſt. ff. de re milit. Nam quotiens ſtatutum addit, vel detrahit tacitè, vel expreſsè iuri communi, efficitur ius municipale, nec recipit ſubauditum intellectum a iure communi: quia lex, quæ corrigitur, nouam legem non interpretatur, vt in l. fina. C. de indicta viduitate tollenda. Item per præſcriptionem ſtatutariam fortè quæreretur directum dominiũ: licèt de iure communi non quæratur directum, ſed vtile: quia verba ſtatuti debent intelligi in potiori ſignificatu, vt in l. 1. §. qui in perpetuum. ff. ſi ager vect. & l. ſi duo patroni. ff. de iureiuran. hæc Bald. vbi ſupra. qui & in l. 1. colum. 2. verſic. & ſic nota. C. qui bo. ce. poſſ. dicit, quòd in terris Imperij debẽt ſtatuta laicorum interpretari ſecundum ius Ciuile. In terris autem Eccleſiæ cõcordare potius cum iure Canonico: quia ibi prævalet Papa. & idem Bal. in l. ſi nondum. in fine. C. de furtis. dixit, quòd cum ſacrilegium largius ſumatur per Canones, quàm per leges: ſtatuta Epiſcopi de ſacrilegio loquentia interpretabuntur ſecundum Canones: & ſtatuta populi ſecundum leges: quod intellige, niſi populus ſit ſubiectus Eccleſiæ. qui Bald. rurſus in l. ſi aniæ. in fine. C. de ſuc. edi. dum dicit, quòd ſtatutum laicorum loquens de gradibus conſanguinitatis interpretatur ſecundum ius Ciuile. hæc Bal. Idem rurſus elicitur ex verbis ipſius met. Bal. in tract. de ſtatutis. in rubrica. nu. 4. & 5. dicẽs, in quo ſtatutum non loquitur, certum eſt, quòd iuri cõmuni relinquitur: cui omnes homines debẽt obedire, vt in l. 1. & 2. ff. de legibus. & in c. 1. extra de conſtitu. Vnde caſus ſubauditur, vt ſimul qui poteſt oriri ex interpretatione ſtatutorum, qui non corrigit legem communem: quia de hoc ſtatuta loquuntur. ergo in caſu non expreſſo per ſtatutũ, lex non tollitur. argum. in l. iubemus. C. ad Velle. quia legum correctio eſt vitanda, vt in l. præcipimus. in fine. C. de appellat. etenim quòd expreſsè non mutatur, cur ſtare non prohibetur, vt in l. ſancimus. C. de teſtamentis, & quando verba ſtatuti ſunt obſcura, generalia, vel incerta: tunc dico, ꝙ ſtatutum eſt intelligendum, vel interpretandum, ſecundum limitationem iuris communis. arg. in l. & in his. 2. reſp. ff. de condit. & demon. & l. 2. C. de noxa. & in c. cum dilectus. extra de conſuetu. hæc Bal. vbi ſupra. Cum ergo de iure cõmuni pęna indicta facienti aliquod crimen extẽdatur ad mandantem fieri, vt latius probauimus in præced. 3. concluſ. inde ſequitur, quòd etſi ex hac etiam cauſa mandans fieri maleficium punitum aliqua certa pœna per ſtatutum loquentem in perſona, non euadet eandem met ipſam pęnam, mandans fieri, ſaltem virtute iuris cõmunis, cuius diſpoſitione reliquit talem caſum dictum ſtatutum, loquens in perſonam, vt elicitur ex dicta ſententia Bal. vbi ſupra. Ad hoc etiam facit quod docuit Bald. in conſil. 401. incip. Ad euidentiam dicendorum. colum. fina. volum. 1. vbi dixit, quòd ſtatutum permittens generaliter bannitum occidi, generaliter debebit intelligi, ſcilicet ſiue quis occidat per ſe, ſiue per alium. cuius Bald. dictum ſequutus fuit Franciſcus Viuius in Theſauro commun. opinionum, in §. ſtatutum diſponens, quòd bannitus. nume. 11. verſic. ampliatur quintò. Ex quibus omnibus patentiſſimè claruit ipſum Bald. ſe ſubſcripſiſſe præſenti ampliationi. Idem docuit Henricus Boich. in cap. ex parte. el terzo, nume. 6. verſic. Archidiaconus dicit, extra de verborum ſignificatione, referens Archidiac. & Ioannem Andream, & alios concludentes, quòd ſit cõmunis, & vera opinio Doctorum, quòd ſtatuta poſſint interpretari ſecundum ius commune, prout etiam docuit Dynus (loco citato ſuperius) quando interpretatio accipitur pro apta expoſitione. ſi ergo ſtatuta recipiunt interpretationem a iure communi: inde ſequitur veritas præſentis ampliationis, eo quòd de iure communi diſpoſitio pœnalis loquens in perſonam, includat etiam mandantem maleficium, vt ſæpius ſupra fuit probatum, quod expreſsè de mandante Clericum percuti, docuerat ipſemet Henricus Boich. poſt multos Doctores in cap. mulieres. nume. 24. verſic. ſi non moritur. extra de ſentent. excommunicationis. Idem elegantiſſimè docuit Panormitanus in infraſcriptis locis, videlicet: Nam in capit. cum dilectus. numero ſexto, verſicu. Item nota. extra de conſuetu. vbi hæc notatu digniſſima verba protulit, videlicet: Item nota aliud notabile dictum, quòd idem verbum relatum ad diuerſos, diuerſimodè poteſt, & debet interpretari, ſi vniformiter ſumendo præiudicaretur iuri communi. & eſt in hoc textus multum ſingularis ad interpretationem ſtatutorum. Nam ſtatutum Epiſcopi hîc diſponebat, vt electio Prælati penderet penes Fratres eiuſdem loci, & Cap. Charoſenſi, & quatenus verbum electio concernit Fratres eiuſdem loci, ſtat propriè: quatenus verò concernit Capit. Charoſenſ. ſtat pro confirmatione. Nam confirmatio largiſſimè ſumpto vocabulo poteſt dici electio: eſt enim pars & finis electionis. Et fit iſta interpretatio, quia ſi verbum [electio] quoad vtrumque caſum ſtaret propriè, & ſtrictè, præiudicaretur iuri communi: quia de iure communi electio pertinet duntaxat ad Collegium illius Eccleſiæ. Et ex hoc, & ex textu nota verbum nunquam obliuioni tradendum, quòd verba ſtatuti

141 † debent intelligi largiſſimè, vel ſtrictiſſimè: ſi ita interpretando euitatur correctio iuris communis. Vnde ſtatutum hoc largiſſimè interpretatur: quia verbum, electio, ſumitur pro confirmatione, & ſic quòd dici ſolet, quòd ſtatutum debet ſtrictiſſimè interpretari: intellige, quando per illam ſtrictiſſimam interpretationem minus receditur a iure communi: Vnde quoad iſtum effectum poteſt interpretari etiam largiſſimè, vt hîc. & quotidie ad hoc allegatur iſte textus. hæc ibi. & ibidem numero 21. verſic. in Glo. in verſic. nec iuri, infraſcriptis vtitur verbis, videlicet:

142 Nota gloſa, quòd vbi verba ſtatuti † ſunt clara, non debemus illa impropriare, vt reducantur ad ius commune, ſed vbi verba ſunt dubia, vel habent duplicem intellectum, quorum alter eſt proprius, & reliquus improprius: tunc benè debemus facere interpretationem, & capere intellectum improprium, vt minus recedatur a iure communi, quàm fieri poteſt, vt probatur notanter hîc, & in l. 2. C. de noxa. hæc Panormitanus in dicto c. cum dilectus. qui idem docens in c. cauſam quæ. nu. 6. verſic. & hinc occaſione ſumpta. extra de reſcriptis. infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: Et hinc occaſione ſumpta Innoc. Hoſt. & Compoſt.

tractant

tractant de interpretatione aliarum dispositionū, & inter cętera dicunt, quòd statutum debet interpretari secundum ius commune: pro quo videtur tex. in c. cum dilectus. extra de consuetu. & in l. a. C. de noxa. Tamen in hoc aduerte vltra eos. Nam
143 vbi statutum † esset priuilegiatum; debet intelligi, vt aliquid addat vltra ius commune, vt probatur in l. 1. ff. ad muni. sic dicimus de ipso priuilegio, vt in c. in his. de priuilegijs. Si verò est merū statutum, & tunc quatenus præiudicat iuri priuato, debet intelligi strictè, & per subauditionem, si opus est, debet reduci ad ius commune, vt est tex. not. in l. 2. C. de noxa. Aut non præiudicat iuri priuato, sed tantum iuri communi: & tunc dicerem, Aut loquitur purè in terminis iuris communis, & debet intelligi secundum ius commune, & satis operabitur, inducendo nouum remedium agendi. Ad hoc reducendus est Bart. in l. 1. ff. ad l. Falcidiam. (Adde ꝙ ibi Bar. nu. 3. vers. quæro si statutum. concludit, quòd si statutum disponit illud, quod prius erat dispositum de iure communi: tale statutum non dicetur ius commune, sed ius municipale, & ciuile: & addat nouam formam agendi, vt conditione ex statuto agat, qui prius poterat de iure communi agere, vt in dicta l. 1. hæc Bartolus.) sequitur Panormitanus vbi supra. & hoc intellige, vbi ius cōmune loquitur per verba propria: si verò loquitur per verba impropria, & statutum in eadem materia loquitur per verba similia: & tunc statutum non reducitur ad ius commune: sed intelligitur, vt iacet: & ad hanc Theoricam adduco doctrinam Bart. in l. 4. §. prætor ait. nu. 15. ff. de damno infecto. vbi dicit, quòd si statutum dicat, quòd citetur quis personaliter, vel ad domum, certè tunc intelligerem simpliciter, ꝙ alterum fieri sufficiat, nulla habita distinctione, persona reperiatur, vel non: vt sic iuri communi aliquid addat: quia aliàs nil operaretur. Aut statutum non loquitur purè in terminis iuris communis, & dico, quòd debet intelligi, quòd aliquid addat ad ius cōmune: non autem per impropriationem debet reduci processus ad ius commune: quia statutum fit (vt plurimum) vt aliquid addat, & est lex municipalis. hæc omnia Panormitanus vbi supra. Ex quibus patuit, quòd & hic quoque se subscripserit præsenti ampliationi: sicut rursus fecit in c. exposuit. nu. 12. vers. si ergo statutum. ext. de dilationibus. his verbis vtens, videlicet: Si ergo statutum dicat, quòd faciens tale quid personaliter incidat in pœnam: faciens per alium, euitat pœnam, vt est Glos. not. in Clem. 1. vers. publicè, & personaliter: secus si non esset appositum verbum, personaliter, vt in c. si quis suadente. 17. q. 4. iuncto c. mulieres. extr. de sent. excommunic. hæc Panormitanus vbi supra. Idem Panorm. in c. causam. nu. 10. extr. de dolo, & contumacia. his verbis
144 vtitur, videlicet: Statutū loquens in materia † iuris, recipit omnes limitationes, & interpretationes iuris, etsi diceretur, quid operabitur tūc istud statutum? potest responderi, vt not. Bart. in l. 1. ff. ad l. Falcid. (Adde tu, quòd ibi Bart. nu. 3. versic. quæro, si statutum. concludit, quòd tale statutum conforme iuri communi, non dicatur ius commune, sed municipale, & ciuile: & addat nouam formam agendi, vt condicione ex statuto agat, qui prius poterat de iure communi agere.) sed saluando dictum Bart. dico (inquit ibidem Panormitanus) quòd vbi ius loquitur per verba propria, tunc statutum disponendo in materia iuris, recipit illam interpretationem: sed vbi per verba impropria, tunc statutum debet intelligi propriè, vt aliquid inducat ad ius, ex quo potest aliud inducere, data propria significatione verborum: & maximè hoc procedit in statuto edito a popularibus ignorantibus iura, & verbis vtentibus grosso modo, secundum propriam, & communem significationem. ad hoc textus cum Glos. & Bart. in l. stipulatio ista. §. hoc quoque. ff. de verborum obligatione. Ex prædictis igitur singulariter nota statutum, seu verba non debere impropriari, vt trahatur ad dispositionem iuris communis. hæc ille. Qui idem confirmat in cap. ex literis. num. 5. versic. nota, quòd statutum dubium. extra de constitu. vbi dicit, quòd statutum dubium recipit interpretationem a iure communi, & si statutum est Ecclesiasticum, recipit interpretationem etiam a stylo Curiæ, vt apertè innuit textus. & nota, quòd hic in interpretatione statuti solum fit mentio de iure Canonico, & stylo curiæ. ex quo infero, quòd in interpretatione statuti Ecclesiastici recurrendum est primò ad ius Canonicum, secundò ad stylum curiæ. In interpretatione verò statuti secularis, recurrendum est ad ius Ciuile. hæc Panormitanus vbi supra. qui rursus idem innuit in cap. sicut dignum. nume. 11. versic. in Glos. versic. consilium. extra de homicid. referens sententiam Ioannis Andreæ in dicto capit. sicut dignum. supra a me relatam, qui dixerat, quòd assessores iuris ciuilis multum vtantur hac Glos. inducentes eam ad intellectum statutorum punientium homicidas, vt verificentur etiam in præcipientibus fieri homicidium: & dicit Ioannes Andreas hoc procedere, nisi statutum aliquid exprimat, per quod videatur requirere homicidium reale, vt si dicit, si quis homicidium manu commiserit, vel ense, vel quid simile, statutum non comprehendit mandantem: quasi velit dicere, quòd statuta sint stricti iuris, vnde debet intelligi in proprio significatu: & est notabile dictum, si est verum: sed ad præsens dubito per cap. si quis. 17. quæst. 4. vbi dicitur [si quis manus iniecerit, &c.] & sic exigit iniectionem realem, & tamen in pœna comprehenditur mandans, vt in cap. mulieres. de sentent. excommunic. sed de materia vide aliquid in dicto cap. mulieres. hæc Panormitanus vbi supra. quòd in summa videtur dubitare de dicto Ioan. Andr. dicentis, quod statutum loquens in personam complectatur mandantem, nisi aliquam circunstantiam addiderit ibi, ex qua posset elici, quòd velit non contineri in statuto mandantem, vt puta si quis manu propria, &cæt. de quo. Panormitanus ibi videtur dubitare propter apertissimum text. in dicto cap. mulieres. loquentem in personam, & tamen comprehendentem mandantem. Sciendum tamen, quòd ipse met Panormitanus in dicto capit. mulieres. post longissimam discussionem præsentis quæstionis in numero 12. versicul. aut sumus. sententiæ supradictæ ipsius Ioannis Andreæ, ac in simul præsenti ampliationi apertissimè subscripsit, his verbis vtens, videlicet: Aut sumus in dispositione iuris municipalis, vt quia statutum punit committentem delictum, &cæt. & tunc quæstio est dubia valde, & quotidiana: nam primo videtur, quòd non includatur, quia verè non facit, sed fictè, & interpretatiuè, vt dixi, & statutum nō vendicat sibi locum

in casu ficto, & interpretato.l.3. §. hæc autem ver-
ba,& quid ibi not.ff.de negot.gest.& bon.tex. cũ
ibi not.in cap.in nostra.supra.de iniurijs. In con-
trarium facit,quia statuta debent interpretari se-
cundum ius commune,vt in cap.cum dilectus.ex-
tra de consuetudine. Not.Innoc.in c causam quæ.
ext.de rescriptis,& Bart.in l.omnes. ff.de iustitia,
& iure,sed de iure communi mandans includitur
sub dispositione afficiente facientem, vt supra di-
xi.ergo idem in dispositione statuti:maximè cum
statuta sint pars iuris ciuilis quãdo fiũt à populo,
vt in l.omnes populi.ff.de iustitia, & iure, & in c.
ius ciuile.distin.1.,& per hanc rationem vltimam
tenuit Cyn.in l.non ideo minus.cap.de accusat. ꝙ
includatur mandator. sed Bart. licet non aperte,
tacitè tamen sentit oppositum in l. sed si vnus, &
in l.non solum.ff.de iniurijs. pro hoc optimè facit
quod ipse notat in l.1.ff.de sicar. & breuiter con-
cludit post Bal.in dicta l.omnes populi.ꝙ quando
statutum prouidet de pœna regulari, iuxta quali-
tatem delicti, & tunc porrigitur ad mandantem,
nempe princeps est delicti, & quòd ita intelliga-
tur l.si quis per alium.ff.ne quis eũ. & ibi per Cy-
num, & subdit Panormitanus ex se, quòd si statu-
tum disponeret de pœna irregulari, vt quia non
multum exorbitat a iuris dispositione, vel pone
aliud exemplum quotidianum, vbi pœna in iure
expressa non est, statutum ponit pœnam,& loqui-
tur de faciente,& tunc includetur mandator:quia
145 hoc statutum † non est exorbitans, ideo recipit
interpretationem sicut ius commune.Et hoc in si-
mili senserunt Doctores antiqui, qui in l. quicun-
que.C.de seru.fugit.in illa quæstione; nunquid in
statuto masculinum comprehendat fœmininum,
sicut in dispositione iuris communis: & commu-
niter dicitur ibi per Legistas, quòd vbi statutum
continet odium rationabile, fœmininum compre
henditur sub masculino ex interpretatione, & nõ
ex propria significatione, de quo plenè per Bart.
in l.1.ff.de verborum signific.per Archid.in cap.si
quis suadente. 27. q. 4. ad omnia prædicta adde
Glo.sing.in Clement.1. de vita, & honestate Cle-
ricorum, quæ dicit,vbi dispositio iuris punit ali-
quem faciẽtem personaliter, tunc faciens per aliũ
non tenetur illa pœna, licet peccet: secus vbi non
adderetur illud verbũ [personaliter.] hæc omnia
Panormitanus vbi supra. Idem Panorm.in cap.ex
literis.nu.5. ext.de constitu.Idem docuit his ver-
bis vtens,videlicet: Nota quòd statutum dubium
recipit interpretationem a iure communi,concor
dat c.cum dilectus.ext.de cõsuet.not. Bar.in l.om
nes populi.ff.de iustitia,& iure,etsi statutũ est Ec-
clesiasticum recipit interpretationem etiã à stilo
curiæ,ex quo infero,ꝙ interpretatione statuti Ec-
clesiastici,recurrendum est primo ad ius Canoni-
cum,& secundo ad stilũ curiæ: in interpretatione
vero statuti secularis, recurrendũ est ad ius ciuile.
hęc ille. Panormitanus qui idẽ docuit in Clem.1.
nu.5. de vita,& honest.cler. dicens, ꝙ ex d.Clem.
colligitur, ꝙ qui per aliũ facit,per se facere vide-
tur etiam ad incurrendam pœnã,vt in c.mulieres.
de sent.excom. hoc verũ,nisi constitutio præcipe-
ret,ꝙ personaliter fiat.hæc ille. Idem rursus docẽs
in c.ad audiẽtiam.nu.2.1.& 2.not.ext.de Cler.nõ
resid.infrascriptis vtitur verbis,videlicet: Primò,
nota vnum dictum satis notabile,ꝙ statutũ dispo-
146 nens † in materia iuris,& excipiens duos casus,
aliàs a iure exceptos, non videtur includere alios
casus prorsus consimiles a iure exceptos, & hoc
ideo quia ex quo disponitur in materia iuris,& non
agit specifice derogare iuri recipit omnes limita-
tiones iuris: nam de iure nõ residens priuatur fru
ctibus,& excipiuntur infirmi,& existẽtes in serui-
tio Papæ,vel Episcopi: statutum vero,de quo hic
excipiebat solum duos casus,nec per hoc excludit
tertium,imò intelligitur exceptus,sicut accipitur
a iure cõmuni:quod videtur mirabile cõtra illam
Regulam,ꝙ exceptio firmat regulã in casibus non
exceptis,vt in c.dominos.32.q.7.& facit hæc lite-
ra optimè in argumentum,ꝙ sicut casus exceptus
147 † a iure extenditur ad consimilẽ casum identita
tem rationis habentem,& probatur in c.cum dile
cta. ext.de confirmat.vtil.vel inutil.notat Glos.in
l.1. C.de condit. indebiti, ita & casus exceptus a
statuto: vbi disponit statutum in materia iuris,vt
probatur hic. si autem disponeret contra ius, vel
præter, forte dicerẽ oppositũ, quia casus expressè
nõ præcisus in statuto,relinquitur in dispositione
iuris cõmunis.arg.in l.commodissimè.ff.de liber.
& posthum. & c.suscepti.de rescriptis in sexto. &
c.in nostra. extra de iniur. Secundò, nota princi-
paliter ex prędictis,& ex textu,[cum absentes di-
148 ci non debeant] ꝙ statutum † disponens in ma-
teria iuris,verificatur etiã in casu ficto:quãdo ca-
sus fictus est verus,vel ęquiparatur a iure:quod est
etiã bene notandũ, & clarius probatur hic,quam
in præcedenti c.Et aduerte,quia Papa hic non in-
tendit indulgere Episcopo, nec statutum de nouo
facere, sed potius respõdit de iure interpretando
statutum. hæc omnia Panor.vbi supra.quib.aper-
tissimè probatur & pręsens ampliatio, cum man-
dans percutit Clericum a iure quoad pœnam incur
rendã æquiparetur cõmittenti per se maleficium,
vt in c.mulieres.§.fin.ext.de sent.excom.idem rur
sus docuit idem Panor. in c. insinuatũ.nu.6. vers.
& prędicto.ext.de simonia,dicẽs,& prędicta pos-
sunt induci ad statuta quo cauetur,ꝙ conuictus de
certo crimine,debeat puniri pœna certa,nunquid
deficiens in purgatione habeatur pro conuicto,
vt possit puniri pœna salutaria. Glos. contrarium
putauerint. & ibidem idem Panorm.subdidit,di-
cens,quòd deficiens in probatione est interpreta-
tiuè,& non verè conuictus,vt glos.not. in c.inter.
in fine.extr.de purg. Can.sed in statutis non habet
locum intellectus interpretatiuus: debent enim
verba propriè,& strictè capi, nõ autem fictè, quia
fictio in eis non habet locum,vt in l.3.§. hæc autẽ
verba. ff.de negot.gest. non obstat, ꝙ dixi statuta
debere interpretari secundum ius commune,quia
debet intelligi quando ius procedit nõ per fictio-
nem,& improprietatem,sicut procedit in hac ma
teria simoniæ: hæc puto vera,nisi statuta dispone-
rent in materia iuris, non deuiãdo à dispositione
iuris,sed potius alleuiando pœnam:nam tunc sta
tutum recipit omnes limitationes, & interpreta-
tiones iuris etiam improprias,& strictas,vt in c.
cum dilectus.& cap.ad audientiam.ext.de Cleri.
non resid.facit quod not. Cyn.in l.quicunque. C.
de seruis fugitiuis.Vltimo de vna quęstione tacta
per Host.nunquid iste deficiẽs in purgatione post
priuationem factã, possit dispensatiuè per Episco-
pum restitui ad beneficium. Et concludit, ꝙ non
quia cum infamia duret, non posset sine scandalo
dispẽsari.2.q.5.c.Presbyter,sed hoc dictũ nõ puto
indistinctè verũ,quia nõ debet plus operari fictio,
seu pſumptio violenta,quàm veritas,vt not.in l.4.
ff.pro

ff. pro socio. sed si iste fuisset verè conuictus de si-
monia, posset certo casu secum dispẽsari, ergo for
tius quando non fuit conuictus verè, sed inter-
pretatiuè. hæc omnia Panormitanus vbi supra:
ex quibus elicitur ipsum voluisse, quòd casus fi-
ctus comprehendatur sub statuto loquente in ca-
su vero, quando statutum loquitur in materia iu-
ris communis, & maior ratio talis pœnæ statuta-
riæ reperiatur in casu ficto, quàm in casu vero: Ap
plicando modo hanc theoricam casui præsentis
nostræ ampliationis, dico, quòd vt fuit probatum
149 supra, maior ratio † pœnæ statutariæ reperiatur
in casu ficto, scilicet in eo qui per alium maleficiũ
facit, quàm in ipso mandatario eo, quòd mandãs
peccet, & cooperatur in peccato ipsi mandatario:
sicut ergo mandatarius peccans minus compre-
hendatur in statuto pœnali loquẽte in personam:
sic ergo a maioritate rationis, & ipse mandans: &
si dicatur ipsum fictè illud maleficium fecisse, vt
in regula, qui facit per alium, de reg. iur. in sexto,
vbi dicitur [qui facit per aliũ est perindè ac si fa-
ciat per se ipsum] & hæc sunt notanda, quia inter-
pretantur ea, quę ipsemet Panormitanus docuerat
in c. translato. nu. 4. vers. nec debet. extra de consti
tu. dicens. Hæc debet extendi ad casum similem
ex fictione per l. 3. §. hæc autem verba. ff. de nego.
gest. notat Bart. in l. omnes populi. ff. de iustitia, &
iure, hæc ille. Cuius verba sunt limitanda, & intel-
ligenda vera secundum eundem Panormitanum
in c. insinuatum, de simonia paulo ante per me re-
latum. Idem tacitè docuit rursus idem Panormi-
tanus in d. c. translato. nu. 4. vers. & sic nota, dicẽs,
& sic nota, & tene menti, quòd statutum munici-
150 pale, † & consuetudo possunt ad alios casus ex
identitate rationis extendi, dummodo illi casus
non habeant legem contrariam: & sic intellige
quod notatur in c. in nostra. extra de iniurijs, vnde
tenuerũt multi, & male, quòd statutum nunquam
debet extẽdi, quia est stricti iuris: sed vt diximus,
illud procedit, quando extensio fieret cum legis
correptione: alias secus hęc, Panormitan. Ex qui-
bus omnibus patentissimè claruit Panor. præsenti
nostræ ampliationi quamlibentissimè, ac elegan-
tissimè se subscripserit. nec obstat, id quod ipse-
met Panorm. dixit in c. 2. extra. de cleric. pugn. in
duello, nu. 5. infrascriptis verbis vtens, videlicet.
Nota secundò, quòd ille est verus homicida, qui
per se interfecit: secus ergo si per alium: licet
enim tunc mandans teneatur vt homicida, non ta
men verè ipse cõmisit homicidium. & in hoc no-
ta bene textum propter statuta, & vide quod no-
taui in c. sicut dignum, super Glo. magnam, extra
de homic. tamen textus in cap. mulieres, extra de
sent. excom. dicit quòd is verè facit, cuius man-
dato fit: sed potest procedere ille textus, quoad
peccatum: sed veritate inspecta ipse non facit. hęc
ille. Cuius verba sunt intelligenda iuxta supradi
ctam eiusdem Doctoris doctrinã in d. c. mulieres,
quemadmodum ipsemet ibidem subiunxit, dicẽs:
vt ibi plene dicam. Idem prorsus docuit Felinus
in infrascriptis locis, videlicet. In c. ex litteris, co
lum. 2. vers. Nota secũdo ibi tam iuris Canonici,
extra de Constitut. vbi infrascriptis verbis vsus
fuit, videlicet. Pro interpretatione statuti Eccle-
siastici recurritur primo ad ius Canonicum, se-
cundo ad stilum curię. Pro interpretatione autem
statuti secularis recurrendũ est ad ius ciuile, quod
& docuit Bal. quoque in l. 1. col. 2. vers. & sic no-
ta. C. qui bon. ced. possunt. dicens, ꝙ in terris Im-
perij debent statuta laicorum interpretari secun-
dum ius ciuile: in terris autem Ecclesiæ concor-
dari potius cum iure Canonico, quia ibi præualet
Papa, & ad idem quod notat Bal. in l. si nudum, in
fine. C. de fur. vbi dicit quòd cum sacrilegium lar
gius sumatur per Canones, quàm per leges, statuta
151 † Episcopi de sacrilegio loquentia interpreta-
buntur secundum Canones, & statuta populi se-
cundũ Leges: quod intellige nisi populus sit subie
ctus Ecclesiæ per proximè dicta. hæc Felinus, vbi
supra. Idem docuit ex professo, & apertissime Fe-
linus rursus in d. c. mulieres, col. 2. nu. 8. vers. item
nota. & nu. 9. vers. vtrum statutum loquens. extra
de sentent. excommunicationis. Nam in d. nu. 8.
concludit contra Bal. in Authen. habita. col. 8. C.
ne filius pro patre. dicentem, quòd statutum pro-
hibens ingredi aliquem locum, non habet locum
si mittitur nuncius ad ingrediendum, & quòd
mittens famulum ad monachas, non est excómu-
nicatus: ipse vero Felinus subdit dicẽs, tu tene cõ-
trarium, & quòd ita docuerit etiam Romanus in
l. 1. in princ. ff. de verborum oblig. per glo. illam
nota. in Clem. si summus. de sent. excõmunicatio-
nis, vbi habetur de loquente per alium per litte-
ras (& in d. nu. 9. ipse Felinus, quam apertissime se
subscripsit præsenti conclusioni, his verbis vtens,
videlicet.) Vtrum statutum loquens in faciente, ha
beat locum in mandante. ego tamen credo, quòd
152 in omni casu faciens † per alium punietur, ac si
per se quid, quotiens a lege casus verus, & casus
fictus æquiparantur: statutum loquens in casu vero
habet locum in casu ficto. c. statutum. alias c. ad
audientiam. extra de clericis non resid. & notat
Romanus in l. 1. §. hoc autem Senatus. ff. ad Treb.
& omnino Imo. in l. 1. §. lex Falcidia. ff. ad l. Falc.
ad quem semper recurre. hæc Felinus vbi supra.
Animaduertendum tamen, quòd etsi idem Feli-
nus innuisse contrarium videatur, sequens Bal. in
l. is, qui pro emptore. circa finem, 3. quæst. princi-
palis. ff. de vsucap. Nam in rubrica titu. de fide in-
strumẽtorũ, n. 3. bis verbis vtitur, videlicet. Sed ita
est, quòd statutum loquens in casu vero non exten
ditur ad casum fictum, quando illa fictio est indu
cta a iure communi, & non statuto. l. 3. §. hæc ver-
ba, cum glo. in vers. hæredis. & ibi hoc notat Bar.
ff. de nego. gest. pro cuius intelligentia sciendum,
quòd hic casus differt a casu proposito a nobis in
præsenti ampliatione, & ab ipsomet Felino in di
cto c. mulieres. Nam hic intelligit Felinus de sta-
tuto loquente in casu ficto, qui a iure cõmuni non
reperitur ęquiparato casui vero, etsi fictio illa sit
introducta a iure communi, quòd & probatur per
antedicta ab ipso cum ne loquatur, quando non
ciuis habeatur pro ciue per statutum, quod & nos
non negamus, cum a iure communi non reperia-
tur æquiparatus talis casus fictus casui vero per
omnia. Quapropter patet in dictis ipsius Felini
nulla adesse cõtradictio, vt patet ad sensum. Idem
respondeo ad Bar. vbi supra, & ad Hyppolitum de
Marsilijs in sua praxi crim. §. quoniam. 62. nu. 23.
qui ex dictis ipsius Felini in dicta rubrica. nu. 2.
elicit, quòd statuta maximè pœnalia, & odiosa nõ
extendantur ad casum fictum, & hæc nota. quæ
verba protulit ipse Felinus in c. quantæ, in princ.
extra de senten. excommunicationis, vbi dixit
quoque, quòd quando statutum loquitur in reum,
comprehendit etiam consentientem. Sed si loqua-

tur

tur in personam: puta si dixerit, si quis fecerit sic,
tunc non comprehendit consentientem, quia ver-
ba statutorum sunt propriè accipienda.c.cum di-
lectus.extra de consuetu.& ad hoc probandum ci
tat Bartolum, & alios, nihilominus si bene libra-
bitur ipsius Felini sentẽtia, nunquam sibimet fuit
cõtrarius, tum quia statim ipse subdidit ibidem
dicens.& ad hoc vide,quod dixi in c.mulieres,su
pra eod.post Abbatem ibi, quasi apertè docuerit,
quòd supradicta intelligẽda erunt prout latius ip-
semet docuerat in d.c.mulieres, vbi expresè se
subscripsit præsenti ampliatinni, vt ex citata sua
sententia ad verbum elicitur,tam etiam hic loqu
tus fuerat de consentiente, & non de mãdante, in
quo maior ratio pœnæ incursionis reperit. cum
consentiens regulariter nõ cooperetur maleficio,
mandator vero semper: & in d.c.mulieres,pateat
veritas comparationis factæ inter mandantẽ ma-
leficium,& mandatarium exequentem illud,qua-
propter patuit ipsum Felinum se subscripsisse præ
senti ampliationi. Idem rursus elegantissime do-
cuit Felinus in c.insinuatum. col.2. nu.5. in limi-
tatione prima, & secunda, extra de simonia, qui
Doctor postquam probasset quòd statutum loquẽs
in casu vero,non habeat locum in casu ficto, vnde
si pœnam imponeret deferentibus perlas, deferẽs
perlas fictas,seu falsas non incideret in pœnam sta
tuti,cum non intelligatur statuisse de perlis fictis:
& alia exempla ibi subintulisset vtitur infrascri-
ptis verbis notatu dignissimis pro probanda præ-
senti ampliatione,& concordia Doctorum,qui vi
dẽtur impugnasse præsentem ampliationem:dixit
ergo ipse Felinus limita hanc materiam nisi statu-
152 tum † loqueretur in materia iuris,non disponen
do præter,vel contra dispositionem iuris,quia tũc
interpretabitur prout ipsum ius. ita text. in c. ad
audientiam, extra de clericis non resid.& ita Do
minus Abbas ibi, & hic. Secundò limita, nisi lex
per omnia æquiparet casum verum,& fictum,quia
tunc statutum etiam si esset præter ius,extendere-
tur ad casum fictum,quem per omnia æquipara-
tur vero,secundum Rom.in l.1.§.de illo.ff.ad Tre-
bel.etsi ipse Felinus subdat se de hac secunda limi
tatione dubitare.Tertiò limita nisi statutum esset
elusorium,non intelligẽdo eum in casu ficto, not.
Dominicus in c.vt circa, in princip.in vltima col.
de elect.in sexto,hæc Felious.Ex quibus patuit se
subscripsisse præsenti ampliationi eo magis,quòd
ipse Felinus in d.c.ex litteris, col.2. not.2. infra-
scriptis vtitur verbis,videlicet.Pro interpretatio-
ne statuti Ecclesiastici recurritur primo ad ius
Canonicũ: secũdò ad stilum curiæ, interpretatio-
153 ne † statuti secularis recurrendum est ad ius ci-
uile,pro quo dicit Bal.in l.1.in 2.colum.vers.& sic
not.C.qui bon. ced.poss. vbi dicit,quòd in terris
imperij debent statuta laicorum interpretari se-
cundum ius ciuile: in terris autem Ecclesiæ con-
cordari potius cum iure Canonico,quia ibi præ-
ualet Papa. Idem rursus docuit Felinus in c.non-
nulli.colum.21.§.& fauore publicæ vtilitatis, vbi
inter alia docuit, quòd quando agitur de fauore
publico,fit extensio ex identitate rationis de simi
libus ad similia,etiam in exorbitãtibus a iure, se-
cundum Bart. io l.si constante matrim.in princip.
in 9.opposi. primæ par.ff.solut.matrim.& Imo.in
l.certa.§.sed si quis. ff.de legat.1.similiter dixit in
l.quemadmodum, in 2.col. vers. ex hoc ergo pa-
tet.C.de agri.& censit.lib.11. quòd fit extẽsio sta-
tuti fauore Reipublicæ: sicut extenditur lex fauo-
rabilis, & ideo pœna statuti punientis facientem
maleficium,punietur etiam fieri faciens,secundũ
eum: de quo exultat Ludouicus Romanus,consi.
23. dicens, quòd statutum concernens publicam
vtilitatem dicitur fauorabile, & pium. hæc Feli-
nus,qui idipsum latius, & apertius in d.c.mulie-
res, docuit his præcisis vtens verbis in colum.fin.
nu.7.videlicet. Ego tamen credo, quòd in omni
casu faciẽs puniatur,ac si per se fecisset, quia quo-
tiens a lege casus verus, & casus fictus æquiparan
tur, statutum loquens in casu vero habet locum
in casu ficto, vt in c.ad audientiam, extra de cle-
ric.resid.Idem docuit Romanus in l.1.§.hoc autẽ
Senatus.ff.ad Trebell.Idem Cardinalem Zabar.in
Clem.1.col.2.quæst.5.de vita,& honest.cleric.Idẽ
Decius in c.translato, in lect.1.nu.39. vers.simili-
ter, quando statutum disponit, extra de constitu.
vbi quòd statutum disponens in materia iuris, in
qua casus verus, & fictus æquiparantur statutum
tunc etiam in casu intelligitur, vt docuit quoque
Panorm.in d.c.ad audientiam,facit text.in l.Deo
nobis.C.de Episcopis,& cleric. & simil. vt tradit
Alex.in consi.79.incip. viso processu, col.4.lib.5.
Idem docuit Barbatius in d.c.ex litteris, col.19.
vers.secundo probat ille textus, dicens, quòd sta-
tutum disponens in materia iuris,vel consuetudi-
nis recipit limitationem iuris,& declarationes a
iure expressas in c.cum dilectus, extra de cõsuet.
& in l.2. C.de noxa. Idem docuit Decius in d.c.
ex litteris,nu.2.& 3.vbi dixit, quòd statutum du-
bium percipiat interpretationem a iure commu-
ni,vt per Pan.in c.causam, quæ. circa finem. extra
de rescriptis.Alex. in l.fin.§. in computationem,
C.de iure deliber.& in consilio 20.incipien. Viso
processu col.pen.lib.1.& in l.3.§.prætor ait,col.4.
& 5.ff.de dam.infect. & in l.si quis priore, col.3.
ff.ad Trebell.Paulus de Castro in l.in ambig.ff.de
legibus, & in l.duodecim tabularum. C.de legi.
her. in fine, & in d.§.in computationem,sequitur
ibi quoque Decius Panormitanum, vbi supra di-
centem, quòd in statutis interpretandis est recur
rendum tali pacto, videlicet, ad ius Canonicum
pro declarãdis statutis Ecclesiasticis,& secularib.
in terris Ecclesiæ subditis: & in terris secularibus
non subiectis Ecclesiæ ad ius ciuile, quod & do-
cuit Bal.in c.1.colum.2. verbo quæro si statutum,
C.qui bon.ced.poss.& io l.si nondum, in fine.C.de
fur.& per Modernos in d.c.ex litteris,& rursus ip
se Decius idem docuit in c.2.lect.1.nu.11.vers.ex
quibus,extra de cõstitutionibus,& in multis alijs
locis: & vt breuiter concludamus, videas obsecro
in nostro consilio quinto,& in consilio criminali
32.nu.89. nam ibi retulimus ferè innumerabiles
Doctorum sententias, dicentiũ, quòd statuta sint
interpretanda,limitãda, & extendenda, iuxta in-
terpretationes limitationes,& extensiones, quas
reciperit ius cõmune,loquens in eadem materia,
quas sententias hîc non referam breuitati studẽs.
Volens solum referre illas,quę specialiter hanc no
stram ampliationem probaruot. Sciendum ergo,
quòd præsenti ampliationi quoque se subscripse-
runt & alij infrascripti Doctores, videlicet. Car-
dinalis Zabar.in Clem.1.colum.3. vers.ad vtram-
que oppo.de vita,& honest.cleric.vbi infrascriptis
vsus fuit verbis, videlicet. Ad vtramque opposi-
tionẽ solue, vt in eadem glosa, quam singulariter
nota pro intellectu c.mulieres, de senten.excom-

munica-

municationis, ad quod dic, vt dixi ibi, vbi per hãc
Glo. cum illo c. dixi determinari quęſtionem, quę
fieri ſolet. An per ſtatutum quo punitur malefi-
cium, teneatur mandans: & videtur, quòd non,
quia mandans facit fictè tantum: verba verò ſta-
tuti requirunt, quòd verè fiat, vt in l.3.§. hæc ver-
ba.ff.de negot.geſtis. Contrarium probatur ex d.
c.mulieres. iuncto cum hac Glo. vt dicamus, quòd
tenetur: niſi in ſtatuto puniretur tantum is, qui
perſonaliter faceret. Ad contrarium dic, quòd hęc
non eſt interpretatio, ſed potius extenſio ex men-
te legis, quia mandans verè dicitur facere, vt in d.
c.mulieres. Idem eleganter colligitur probari per
doctrinam Petri de Anchar. in c.1.col.81. verſic.
vtrum ſtatuta recipiant hanc interpretationẽ paſ-
ſiuam, immo per totam col. extra de conſtitu. vbi
inter alia infraſcriptis memoriæ commendandis
verbis vſus fuit, videlicet. Aut eſt certiſſima mens
ſtatuti, & qualitas mentis, & tũc pręcisè debet ſta
155 ri ipſi ſtatuto: † aut non eſt certa qualitas men-
tis ipſius ſtatuti: & tunc recurrimus ad granum ſa-
lis, ideſt ad ius cõmune, ne marceſcat. Verbi gra-
tia dicit ſtatutum. Qui occiderit occidatur. Intel
ligã, ſi dolo, nõ ſi caſu fortuito, vt in l.benignius.
& l.in ambigua.ff.de legibus. & in l.4.ff.de ſicar.
Nec ea verba ſtatuti ſic ſunt iudaicè intelligẽda,
quia prauus intellectus non recipitur in ſtatuto, vt
in l.2.ff.de legibus. Vnde ſi ſtatutum dicit, quòd
non ſuccedat primogenitus, intelligam ſi ſit inha
bilis, vel incapax, vt frater minor, vel demeritus,
vel iuſtè exhæredatus, quia beneficia legum capa
cibus ſcripta ſunt, non autem odioſis, & incapa-
cibus, vt in l.Lucius.§.Lucius Titius damma.ff.de
legat.2.& prædicta adeo ſunt vera, quòd etiam ſi
ſtatutum diceret, quòd ſtatuta non poſſint inter-
pretari, vel gloſari, per hoc non videtur dicta in-
terpretatio prohibita: nam debet intelligi de glo
ſa hominis, non de gloſa legis. vt in l.quamuis.C.
de adulter. vnde Bal. in l.omnes populi.ff.de iuſti
tia, & iure, in fine. dixit, quòd vbi eſt eadem ratio,
& omnimoda ſimilitudo, nõ propriè dicimus ſta-
tutum extendi, quia ineſt tacitè. in c.1. de tem-
por. ordin. in ſexto, quoniam ſtatutum referẽs ius
commune, videtur vti iure cõmuni cum ſua cau-
ſa, ſuiſq; intellectibus, cum ius commune ſit ra-
tione originis, & obſeruantiæ, licet tranſlatum
ſit in figura ſtatutorum. hæc ille. in d.col.81. qui &
in col.96. ibidem dicit. refert, & ſequitur Cynum
dicentem, quòd mãdans fieri delictum incidit in
eandem pœnam a ſtatuto inflictam contra tale de
lictum committentem, etiam ſi loquatur ſtatutum
in perſonam, dicendo, quicunque tale malum fece
rit ſoluet mille: mandans illud fieri in ipſam pœ-
nam incidet, cum fuerit princeps facinoris illius.
refert etiam Baldum hanc ſententiam ſequutum
fuiſſe (& hoc ipſe Ancharanus dixit ibidem, col.
97. in principio) illã tamen limitando, & hoc in l.
omnes populi. verſ. ſed quæ eſt interpretatio acti-
ua in ſtatutis.ff.de iuſtitia, & iure, dicens, quòd
verba ſunt ſcripta in rem, vel ſunt dubia an in rẽ,
vel in perſonam, & tunc ſunt realiter intelligen-
da, & omnes comprehenduntur, in quibus eſt par
ratio, vt in c.ſicut dignum. extra de homicid. po-
nit exempla, ſi ſtatutum dicit. Pro vulnere impo-
natur talis pœna. Quando ſunt ſcripta in perſo-
nam, & tunc non ſtat ſimpliciter cum Cyno, nam
dicit, quòd ſtatuta quæ loquuntur in perſonam,
156 † aut diſponunt de indulgentia, aut de pœna.
Primo caſu, vt ſi dicat ſtatutum, quòd homicidæ
habenti pacem remittatur pœna perſonalis: tunc
idem ſtatutum intelligam (inquit ibi Baldus) in
mandante, & opem ferente: quia benigna eſt hæc
interpretatio. Secundo caſu. Aut ſtatutum diſpo-
nit de pœna regulari iuxta qualitatem delicti: &
tunc delictum extenditur ad mandatorem: nem-
pè princeps eſt delicti, & ita intelligitur l.ſi perſo
nam. & quod ibi per Cyn. Aut ſtatutum damnat
factum, vel factum damnatum punit irregulari-
ter, & tunc non comprehendit mandatorem. Exẽ-
plum de primo, ſtatutum dictat, quòd qui inueni-
tur de nocte, puniatur in centum: modo ſcolaris
mittit famulum de nocte, certè non punietur ſco-
laris, quia ſtatutum limitatæ materiæ dat pœnã,
& ipſum ſtatutum inuenit hic materiam delicti
de nouo, & ſuis terminis contenti eſſe debemus,
& ſtatutum figit pedes ſuos extra. De ſecundo di-
cit ſtatutum, quòd ſi quis fecit iniuriam patri, non
gaudeat beneficio inuentarij: certè non contine-
tur mandans: quia iſta pœna extranea eſt a pro-
pria natura delicti, quia reſpicit actum quendam
remotiſſimum, & extrinſecum valde, vt in l.ſi quis
ſeruum.§.non dixit.ff.de acquir. hæredit. Sed pone
ſtatuto cauetur, quòd de omni maleficio poſſit
fieri pax, ſaluo, quòd ſi quis occiderit hominem,
ei non proſit pax: modo quæro nunquid proderit
mandatori? dicit, quòd ſic, quia exceptio, quæ
debet eſſe de prædicatis regulæ, tamen eſt contra
officium regulæ; quædam excipiendo, & detrahen
do cætera efficaciter dimiſſa ſubſtantia. Nam de-
tractio in quibuſdam videtur cętera confirmare.
vt in l.tribunus.§.2.ff.de teſtam. mili. hoc ad litte-
ram dicit Bal. in l.omnes populi. ff.de iuſtitia, &
iure. hæc omnia refert, & amplectitur Petrus de
Anchar. vbi ſupra. Quibus mediantibus poterunt
omnes Doctores, qui ſecundum corticem verbo-
rum ad inuicem aduerſari circa præſentem am-
pliationem. Qui Bal. idipſum videtur ſentijſſe in
l.vnica.§.ne autem. col.2.nu.9. verſ. ex iſto.§. colli-
ge.C.de caducis toll. his præciſis verbis vtens, vi-
delicet. Ex iſto §. collige, quòd factum mandatarij
eſt verè & propriè factum ipſius mandantis, quod
ſic probo. Conditio appoſita debet adimpleri ve-
rè, & non fictè, vt in l.ſi ita quis.§.ſi cui.ff.de leg.
ſecundo: cum ergo hic dicat conditionem per
alium impleri poſſe ad conſequendum legatum:
ergo impletur verè. Item per hoc quia mandantis
& facientis dicitur vnum factum numero, vt not.
Cyn. in l.1.C.ſi reus vel accuſat. mor. fue. & eſt
glo. valde not. in l.qui de Tri. in glo. mag. verſ. aut
vnus. in verſ. ſi de eodem crimine. C.de accuſat.
Item ex mandante, & mandatario compilatur
vnum, & idem maleficium, vt in l.ſi familia.ff.de
iuriſdict.om.iud. ſubdit denique ipſemet Bal. ibi-
dem & hæc verba, videlicet. Aut id, quod manda-
tur requirit adminiculum iuris, & tunc propriè
per alium explicatur ſi ex iure mandatoris oritur.
vt in l. pater ex prouidentia.ff.de manumiſſ. Aut
eſt purum factum, & tunc conſidera quòd in facto
reperiuntur tria, ſcilicet & ipſa res facta, & hoc
eſt vnum, & idem. Secundum perſonæ facientes, &
hæc dinumerantur in plures, & tanto maius eſt
delictum, quia delictum numero perſonarum au-
getur. Vt in l.ſi plures ſerui.ff.de iniur. Tertium
inſtrumentum, ſiue organum, vt manus, & lingua,
& iſtud non eſt vnum, & idem, vt hic in text. in ver
ſic. ſuis manibus. Et ideo ſi quis mandat alicui,
quòd

quòd dicat falsum testimonium, quod manu per
tactam scripturam, & lingua per vocis emissioné
committitur, non propriè falsum committit, sed
interpretatiuè, tñ eadem pœna puniuntur, tanquá
eiusdem delicti participes, & eodem libello vnica
cóclusione & vnica inscriptione accusari possunt,
vt in l. Athletas. ff. de fal. & facit quod not. in l. si qs
pro. ff. de fideiussor. & in l. sed si vnius. §. seruus. ff.
de iniur. hæc omnia Bal. vbi supra. Idem docuit
Geminianus Implicitè post doctrinam Bar. (in l.
omnes populi. ff. de iust. & iure.) in c. vt circa. in
princ. col. 2. vers. isto præsupposito. de elect. in se-
xto, his verbis vtens videlicet. Cum in statutis nó
debeamus recedere a propria significatione voca
buli. c. in nostra. extra de iniurijs. & l. in constitu-
tionibus. ff. ad munici. non ęquipollet in eis inde-
finita vniuersali. Sed contrarium tenet Bart. in l.
omnes populi. ff. de iustitia, & iure. dicens, quòd
indefinita æquipollent vniuersali etiam in statu-
tis in his, in quibus est eadem ratio, & hoc vide-
tur esse de mente statuentium: nam aliàs statutum
esset elusorium: cum igitur sit eadem ratio, ergo
omnes comprehendit. Ad hoc facit, quia licèt sta-
tutum sit strictè interpretandum, non tamen tali-
ter, quòd reddatur nullum, vel elusorium. Et per
hoc non obstat, quòd in statutis non est receden-
dum a propria significatione verborum, quia hoc
est verum, vbi statutum sic strictè intellectum non
esset elusorium: aliàs secus, vt apparet ex prædi-
ctis. Vbi autem esset casus, in quo non esset eadem
ratio: cum indefinita non comprehendat ex pro-
pria significatione, tunc non includeret, nec ęqui-
polleret vniuersali: & de hoc videtur casus in cap.
ad audientiam. extra de decimis. & in c. cum dile
ctus. extra de cleric. non resid. Nam ibi statuta lo-
quuntur per verba indefinita. [Canonici] & non
dixit, omnes Canonici, & tamen ibi fit interpre-
tatio, vt omnes comprehendant, præterquam il-
los, in quibus contraria ratio subest, sicut quando
sunt in seruitio Papæ, vel Ecclesiæ. hæc omnia Ge-
minianus. Ex quibus meritò Felinus in c. insinua-
tum. col. 2. versic. tertio limita. extra de simonia,
157 elicit, quòd statutum † loquens in casu vero, ha-
beat locum in casu ficto, quando aliàs statutum es
set elusorium, quibus addo ex supradictis, quòd
idem sit quando militat eadem ratio, vt ipsemet
Geminianus paulò ante dixerat, approbando sen
tentiam Bar. loco supra citato, cum dixerit, quòd
in casu, in quo esset eadem ratio in statutis indefi-
nita æquipollent vniuersali. Quapropter iure opti
mo paulò ante dixi, quòd Geminianus implicitè
se subscripserit præsenti ampliationi, cum etsi ex-
plicitè & ad sonum verborum de ipsa non loqua-
tur, benè tamen implicitè: cum non solum eadem
ratio incidendi in pœnam statuti reperiatur in
mandante fieri maleficium, quæ & in illud perfi-
ciendo: immo adest argumentum patentissimum
arguendi a fortiori: cum mandans maleficium fie
ri maiori peccato se commaculet, cum & ipse di-
catur facere, & sit causa, vt mãdatarius hoc faciat.
Quapropter patet ipsum Geminianum se sub-
scripsisse præsenti ampliationi. Idem docuit Ioan
nes de Ana. in c. insinuatum. col. 2. vers. pro quo
etiam facit. extra de simonia. infrascriptis verbis
vtens in simili casu circa interpretationem statu-
torum, videlicet. Pro quo etiam facit, quia sta-
tuta recipiunt interpretationem a iure communi
in c. cum dilectus. extra de consuetu. Bar. in l. om-
nes populi. ff. de iustitia, & iure. Contrarium hîc te-
net Dominus Abbas, quia deficiens in purgatione
est interpretatiuè, & non verè conuictus, vt dicit
Glo. valde not. in c. inter. extra de purgat. Canon.
158 in glo. fin. in fine. sed in statuto † non habet locũ
intellectus interpretatiuus, quia debent eius ver-
ba strictè, & propriè intelligi, & non fictè: quia
fictio in statutis locum non habet, l. 3. §. hęc verba.
ff. de nego. gest. Non obstat, quòd statuta sint in-
terpretanda secundum ius commune: quia illud
debet intelligi, quando ius cómune procedit non
per fictionem, sed propriè, & prædicta intellige
vera. Nisi statuta disponerent in materia iuris, nó
deuiando a dispositione iuris, sed potius alleuian
do pœnam: Nam tunc statutum recipit omnes li-
mitationes, & interpretationes iuris communis,
vt in c. cum dilectus. c. ad audientiam. extra de cle
ric. non resid. Adde prædictis (inquit ibidem Ioan
nes de Ana.) Dominum meum de Imola. in repet.
l. si insulam. in sexta carta. ff. de verbor. obligat. vbi
format talem quæstionem. Ecce quòd iure com-
muni cauetur, quòd confessus & conuictus non au
ditur appellans. vt in l. 2. C. quorum appellat. non
recip. in c. Romana. §. sin autem post sententiam.
de appellat. in sexto. Et statuto cauetur, quòd non
respódens positionibus habeatur pro confesso, &
conuicto, an ille talis videatur appellans. arguit
pro, & contra, & concludit, quòd non: & sic vult,
quòd talis confessus fictus, & interpretatiuus com
prehendatur a statuto; quia ex mente disponétis,
seu statuentis idem operatur fictio, quod veritas:
allegat glo. valde notabilem in Authen. de sacro-
sanctis Episcopis, circa finẽ tituli, in §. si verò con-
stante, quæ incipit Mulieris placidæ, fingitur verò
mortuus. Vbi dicit, quòd tantum valet fictio, quan
tum valet veritas. Non obstat quod habetur in d.
§. Hæc verba. & in c. susceptum. de rescriptis. libro
sexto, quia illud procedit, quando ius simpliciter
disponit: secus si disponit fingendo: quia tunc vi-
detur etiam eius mens comprehendere etiam ca
sum fictum. hæc omnia Ioannes de Ana. ex quibus
colligitur ipsum Ioannem de Ana. tacitè vnà cum
Imo. & Glo. supradictis se subscripsisse præsenti
ampliationi: cum eo ipso, quòd docuerint, statuta
loquentia in materia iuris communis recipere li-
mitationes, ac interpretationes iuris communis,
tã in casu vero, quàm in casu ficto ipsius iuris com
munis, indè sequitur, quòd implicitè se subscripse
rint præsenti ampliationi, in qua eadem regula
fuit exemplificata in casu proposito ibi, scilicet
quando statutum (iuxta terminis iuris communis
ęditum) loquens tam in rem, quàm in personam,
punit aliqua pęna taxata malefactorem, quòd túc
talis statutaria pœna inuoluat etiam tale malefi-
cium fieri mandantem. Quapropter per se patet ꝙ
casus qui practicatur in præsenti ampliatione in-
cludebatur in theorica, seu regula tradita a dictis
Doctorib. Idẽ docuit, & Corsetus in suis notabili-
bus. vers. extensio incip. licèt lex pœnalis, & odio-
sa. dicens, quòd vbi extensio tendit ad fauorem
Reipublicæ, ita debemus ipsam legem pœnalem,
& odiosam extendere sicut legem fauorabilem: &
ideo cum pertineat ad fauorem Reipublicæ puni
ri maleficia ad hoc, vt Prouincia quietè perma-
neat. vt in l. congruit. ff. de officio præsidis, & in l.
si lõgius. §. si filius. ff. de iudic. pœna statuti punien
tis facientem maleficium punietur fieri faciens.
ita bellissimè not. Bart. per glo. magnam. ad hoc

quam

quam reputo(inquit Corsetus) mirabilem de iure ciuili in l. quemadmodum. C. de agricol. & recens.lib.11.

Idem docuit Marianus Socinus in c.vt famæ. nu.92.vers.Quinta conclusio est.extra de sent.excommunicationis, tradens hāc optimam regulā, quā probatur nostra ampliatio:his vtendo, vide-
158 licet. Vbicumque ex intentione † disponentis consideratur factum simpliciter,non autem persona facientis: tunc is verè dicitur facere, qui per alium facit,ad hoc vt teneatur dispositione, vel vt disponentis effectus sequatur.Hæc conclusio probatur in l.hæc verba.ff.ad l.Iul.de adulte.hæc ille. Qui generaliter loquens de intentione disponentis, includit vtique statutarios, quorum intentio (in terminis præsentis ampliationis) includitur: cum verisimiliter ex verbis statuti eliciatur ipsos voluisse punire maleficia: ne delicta remanerent impunita: & præsenti interpretationi sententiæ dicti Doctoris concordat id quod ipsemet subintulit paulò post ibidem.nu.96.vers. sed si statutū. infrascriptis verbis vtens,videlicet. Sed si statutū diceret, si quis fecerit homicidium puniatur in mille, qui per alium homicidium commisit, non punietur in mille, & istud tenet Bart. in l.si seruū. §.prætor ait. ff.de acquir. hæred.sed Bal. & Angel. ibi dicunt, quod licet hoc primo casu non comprehendatur fieri faciens ex ipsa significatione,tamen comprehenditur ex interpretatione.arg.in l. 1.§.deiecisse.ff.de vi,& vi armata. Facit etiā text. noster in fine. Quæ argumentatio habebit locum etiam in statutis causa vitandæ absurditatis, ne delicta remaneant impunita. vt hic in textu nostro.& ita dicunt tenere Cynum in l.si per alium. ff.ne quis eum,&c. in additio. Quæ opinio est vera secundum Ioan. de Imo. quando statuto caueretur, quòd vbi pœna imponitur a statuto,non habeat locum pœna iuris communis, & pro tali delicto,de quo statutum loquitur,& pro quo statutū pœnam imponit, non posset recurri ad ius commune: quia hoc casu si fieri faciens non puniretur a statuto,saltem per viam interpretatiuam; delictum remaneret impunitum;quod esse non debet: & statuta passiuam interpretationem recipiunt a communi iure,vt in c.cum dilectus.extra de consuetu. & in l.vt gradarim. §.sed si lege. ff. de muner.& honor.secus si statutum simpliciter diceret: quòd si quis fecerit homicidium puniatur in mille: nec aliud statutum prohiberet recurri ad ius commune. Nam hoc casu non comprehenderetur fieri faciens:quia licet non comprehendatur, tamen delictum per hoc non remaneret impunitū: quia poterit puniri pœna iuris communis.hæc ipse Marianus,qui apertius loquens de casu præsentis ampliationis ibidem. nu.107. vers. nona conclusio.elegantissime dixit, quòd vbicunque dispositio principaliter actum passiuè, prout fit in aliquem, ille,qui per alium facit, verè facere videtur. hoc singulariter voluit Baldus in c.1.§.si quis decesserit.si de feu. fue. controuer. inter domi. & agnat. in vsibus feudor.per text.in c.mulieres. de sent.excommunicationis. Et sic nota singularem intellectum ad text.in c.si quis suadente diabolo. 17.q.4. Nam licet loquatur in personam percussi, & in ipsius personam emanauerit. Ideo perindè habetur,ac si verba essent scripta in rem.quod nota pro his in septima principali conclusione. Idem docuit Augustinus Berous in c.1. num.21. colum.4.in fine.vers.primum ex hoc.extra de iudicijs.Vbi inter alia infrascriptis vtitur verbis,videlicet. Ex quo infertur,quòd habens mecum causam ciuilem,propriè dicitur aduersarius: cum in
160 statutis † verba propriè sint intelligenda, nec ad casum fictum trahantur.l.tertia.§.hæc verba.ff. de negot.gest.c.in nostra. de iniur. & dam. dato. & hoc verum est,nisi casus verus, & casus fictus a iure antiquo per modum regulæ, & extensionis essent æquiparati:tunc enim statutum etiam exorbitans,& correctorium ad casum fictum traheretur:per id,quod voluit Glo. Bal.& Pan.de Castro in l.si quis seruo.C.de fur.& maxime quando statutum exorbitans principaliter esset introductū ad fauorem:quamuis in consequentiam odium alterius contineret: tale enim statutum fauorabile iudicatur. arg.l.qui exceptionem. in princ.ff.de condict. indeb. nam tunc si vtroque casu eadem ratio fauoris militaret statutum ad casum fictum vero æquiparatum haberetur; immo vterque sub eo contineri diceretur arg.l.nominis,& rei.§.verbum ex legibus. ff.de verbor.signif. & si fictus sub statuto extensiuè comprehenderetur,hoc fieri diceretur per extensionem passiuam. arg.l. 1. §.lex Falcidia.& ibi Bart.ff.ad l.Falcid. & Imo.in l.Gallus.§.& quid si tantum.col.pen. ff.de liber. & posthum.qui infert ad quæstionē de statuto puniente maleficium pœna exorbitanti,& maiori,quàm esset pœna iuris communis: sub quo etiam mandans maleficium fieri contineri dicetur:quia a iure antiquo per modum extensionis, & regulæ in maleficijs delinquenti æquiparatur l.1.§.deiecisse.ff.de vi,& vi armata.& Paul.de Castro in dicta l.si quis seruo.in fine.dicit, quòd odium rationabile extenditur de casu ad casum.hæc omnia Augustinus vbi supra.ex quibus apertissimè patuit ipsum Augustinum, & Doctores citatos ab ipso se subscripsisse præsenti nostræ ampliationi, cum sæpissimè tam in iure antiquo Imperatorio, quàm Pontificio fuerit extensa pœna in dicta maleficia facientibus,ad mandantes ea fieri,vt probauimus per quàmplurima iura allata in præcedenti conclusione tertia,& præsenti ampliatione. Quod etiā idem Augustinus in c.at si clerici.col.39.nu.112. & 113.extra de iudicijs.infrascriptis vtens verbis rursus docuit. dicens videlicet. Secundò illam limitat Decius,quando casus fictus per aliud statutum esset casui vero æquiparatus. Exemplum habes de statuto loquente de confesso, quia sub illo comprehenduntur ij, qui pro confessis habentur dispositione alterius statuti:vt quòd bannitus habeatur pro confesso,vt per Bal.in l.omnes populi. ff.de iustitia, & iure. Tertia limitatio colligitur ex verbis Decij in eodem loco, quando maior ratio in casu ficto militaret,quàm in vero:quia tunc fictus comprehendetur sub statuto loquente simpliciter:quia in statutis argumentum a maioritate rationis procedit,vt per Bal.in l.affinitatis.vers. sic. pone statutum. C.communia de successio. & hanc limitationem in terminis tradidit Abbas,& sequitur Ana. in c.insinuatum. de simonia. quod nota. hæc Augustin. vbi supra.quibus peroptimè probatur præsens ampliatio, vt patet ad sensum. Idem docuit implicitè Decius in c. translato. in prima lect.colum.4. nu.12. vers.similiter quando. extra de constitu. Vbi infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Similiter quando statutum disponit in materia iuris, in qua casus verus, & fictus æquiparantur:

tantur: statutum tunc etiam in casu ficto intelligitur. idem docuit Alex. in consi. 179. incipien. Viso processu. col. 4. lib. 5. Idem rursus tacitè docuit Decius in c. ex literis. col. 3. nu. 8. vers. sextò nota. extra de Constitu. dicens, quòd statutum dubium recipiat interpretationem a iure communi, vt etiã docuit Alex. in l. fin. §. in computatione. C. de iure delib. & in l. 4. §. prætor ait. col. 4. & 5. ff. de dam. infect. & in l. si quis priore. col. 3. ff. ad Trebel. & in consi. 20. incip. Viso processu. col. pen. lib. 1. Pau. de Castro in l. in ambigua. in fine. ff. de legibus. & in l. duodecim tabularum. in fine. C. de legit. hæred. & in d. l. fin. §. in computatione. & addit ibidem Decius, quòd pro interpretatione statutorũ
161 Ecclesiasticorum & laicorum † in terris subditis Ecclesiæ recurrendum erit ad ius Canonicum: sed pro interpretatione statutorum secularium erit recurrendum ad ius ciuile. Idem rursus & clarius docuit Decius in c. at si clerici. col. 6. num. 14. vers. secundò ex glo. & in nu. 15. & 16. extra de iudicijs. Vbi concludit ex sententia Doctorum a se
162 ibi citatis, quòd regulariter statutum † disponẽs in casu vero, non habet locum, seu non extenditur ad casum fictum: quapropter statutum loquens de conuicto, non haberet locum in fictè conuicto: vnde deficiens in purgatione Canonica dicetur fictè, & non verè conuictus, & sic statutum non haberet locum in conuicto fictè, & sic statutum de consensu vero disponens non habebit locũ in consensu ficto: & statutum de homicidio vero nõ haberet locum in homicidio ficto: cum statuta debeant propriè intelligi: & sic de singulis. Nec huic decisioni obstat si dicatur, quòd statutum debet intelligi secundum ius commune, vt not. in l. 2. C. de noxal. quia illud est verum, quando ius commune procedit secundum veritatem: secus si per fictionem: Nihilominus hæc regula limitatur in duobus casibus; in quibus non habebit locum, immo statutum loquens in casu vero extenditur ad casum fictum. Primo quando statutum disponit, quòd deficiens in purgatione Canonica habeatur pro conuicto, vt in simili not. Bal. in l. omnes populi. col. 10. vers. quæro. ff. de iustitia, & iure. De statuto, quòd bannitus habeatur pro cõfesso: nam intelligitur haberi pro confesso, quoad omnem effectum, qui ex vera confessione insurgit: quia a statuto facta est æquiparatio. facit textus in l. 1. §. lex Falcidia, & ibi Bar. ff. ad l. Falcid. Secundò extenditur propter maioritatem rationis: quia statutũ de conuictis haberet locum in fictè conuictis: Si enim pœna a statuto minuatur cõuictis, a fortiori fictè conuictis alleuiata intelligitur: nam etiam in statutis a maioritate rationis arguitur, & statutum ampliatur, vt not. Bal. in l. affinitatis. vers. pone statutum. C. com. de succes. in l. quod verò. versic. sed pone. ff. de legibus. in l. si verò. §. de viro. ff. solut. matrim. & in l. venia. in fine. C. de in ius vocan. & quia etiam in sententia odiosa arguitur a maioritate rationis, vt in l. qui indignus. ff. de Senato. in l. cui pacto. ff. de ser. expor. & in l. relegatorum. §. potest. ff. de interdic. & rele. hæc omnia Decius. Ex quibus apertissimè colligitur ipsum se subscripsisse præsenti ampliationi, cum in ipsa reperiatur locus arguendi a maioritate rationis: cũ maior, & vrgentior ratio puniendi mãdantem maleficium fieri, ipso sequuto, quàm sit ratio puniendi mandatarium: eo quòd & qui mandat peccet duplici modo. Primò ratione sui propter mandatum iniquum, cum dicatur principalis in tali maleficio, & secundo eo quòd est in causa, vt mandatarius peccet grauiter exequendo ipsum mandatum iniustum, vt patet ad sensum. Nec obstat supradictæ interpretationi, quòd ipse Decius dixerit in l. is damnum dat. ff. de regu. iur. nu. 3. vers. & illa conclusio, quòd conclusio Bart. in l. quemadmodum. C. de agri. & censi. lib. 10. (dicentis, quòd pœna statuti punientis facientem maleficium habet locum in mandante.) & ista conclusio videtur procedere, quando statutum loquitur in rem: vt quia dicat, Pro homicidio, vel pro furto sit talis pœna: quia tunc etiam comprehenditur mãdans: & subdit, quòd Bal. in l. non ideo minus. col. 5. C. de accusat. dicat, quòd statutum, quod loquitur de faciente, non habet locum in mandante. Non, inquam, dicta verba Decij obstant, quia sunt intelligenda in alio casu, quàm in casu præsentis ampliationis, scilicet, quando sumus in correctorijs, & in alijs, in quibus dicemus in sequentibus præsentem ampliationem limitandã fore. Vide infra, & hoc etiã elicitur ex verbis ipsiusmet Decij paulò ante relatis, eo magis, quòd Baldus quàm sæpissimè se subscripserit præsenti ampliationi, vt supra retulimus. immo & hoc ipsum Decius ipse innuit in consi. 451. incip. Viso eleganti consilio. nu. 6. vers. secundo principaliter, concludendo, quòd casus omissus a statuto remanet in dispositione iuris communis: hæc ille. Si ergo per eum casus omissus a statuto, relinquitur dispositioni iuris communis, indè sequitur ipsum se implicitè subscripsisse præsenti ampliationi: cum hæc ampliatio loquatur de statuto continente materiam iuris communis, & casum æquiparatum a iure communi: si ergo talis casus a statuto nõ faciente mentionem specialiter de mandante fuit relictus, indè sequitur, quòd eadem pœna mandans puniendus veniat, qua ipse mandatarius; cum hoc præceperint tot iura allata in probationem præcedentis tertiæ conclusionis. Ex his ergo omnibus elicitur Decium approbasse præsentem ampliationem; si benè ponderentur ipsius verba, cum etiam fuerit sequutus Panormitanum, qui explicitè hoc docuit, vt supradicta patuit, eo magis quòd ipsemet Decius in consi. 634. in fine. probat quòd statuta extenduntur ad alios casus non cõtentos expressè in eis ratione maioritatis rationis militantis in ipsis. cuius præcisa verba referam paulò post in probationem quarti casus propositi. Vide ibi. Idem quoque docuit Philippus Franchus in c. pro possessore. nu. 3. versic. extra Glo. de regu. iur. in sexto. Nam proposuit hanc quæstionem sequens Ioannem And. in dicta regula. Pro possessore, vide
163 licet. An statutum loquens † de possessore, intelligatur de illo, qui dolo desijt possidere: siue per interpretationem, siue per extensionem habeatur pro possessore. & post multa infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Secundum Ioannem And. qui ex his videtur sentire, quòd Doctor possit interpretari statutum tale loquens de possessore, in illo, qui dolo desijt possidere, cum statutum interpretationem extensiuam hìc prorogatiuam recipiat, vt patet ex notatis hìc per eum, quia statutum interpretari possit secundum ius commune, vt hìc per Ioannem And. Nec obstat, si dicatur, quòd statuta non trahuntur ad casum fictum, vt in l. 3. §. hæc verba. ff. de nego. gest. quia vt dicit hìc Bal. illud est verum, nisi ius commune ad illum casum fictum trahatur;

hatur: vt est in quæstione prædicta. Ad hæc l. si serui. C. de noxalibus, & capitulo cum dilectus. extra de consuetudine.& pro his etiam facit textus not. in capitulo cum dilectus, & capitulo ad audientiam. extra de clericis non residen. vbi prædicta probari videntur.& ita etiam tenet Imola in dicto capitulo ad audientiam, in principio.hæc omnia docuit ipse Franchus, ex quibus apertissimè probatur præsens ampliatio arguendo ab identitate rationis. Nam eo ipso, quòd probauit veram esse regulam illam, quòd statuta loquentia in casu vero extendatur ad casum fictum, quando casus verus æquiparatur casui ficto a iure communi: & exemplificat in possessore qui dolo desijt possidere, qui fictè dicendus erit possidere, eo quòd a iure communi comparetur possessor verus, scilicet is qui verè aliquid possidet, ei, qui dolo desijt possidere: elicitur ergo ex eadem ratione qua vsus fuit ipse Franchus, quòd tacitè intenderit nos docere ipse Doctor, idem dicendum fore de extensione cuiuslibet casus veri ad casum fictum, & sic de mandante aliquod maleficium, qui a Doctoribus dicitur fictè ipsum illud perpetrasse, etsi non ipse, sed mandatarius illud tale reuera fecisset, iuxta sæpius notata supra per iura allata in probationem præcedentis tertiæ conclusionis. Idem docuit in terminis præsentis ampliationis. Alberic. de Gandauo in tractatu de maleficijs. titu. de transactio. & pact. in malefic. numero vigesimosexto, per totum, vbi hanc quæstionem absoluit dicens hác fuisse quoque sententiam Iacob. de Aretio. Vber. de Bob. & Odof. & probat nonnullis rationibus. quam sententiam ipse Gandinus dixit esse communem, & quidem ante ipsum eandem quæstionem examinauerat Bal. in tract. de statutis, in quęstione decimaoctaua, incip. Cauetur statuto, vbi infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. Cauetur statuto, quòd in omnibus maleficijs minuatur pœna propter pacem, excepto homicida, cui non prosit si faciat pacem. Nunquid pacis beneficium proderit illi, qui mandauit homicidium committi, & non ipse, sed alius mandato eius commisit? concludit, quòd non: cùm multò magis peccet mandans homicidium, quàm illud exequens, cũ habeatur pro principali criminoso, eo quòd peccauerit in se, & in alio, & iccircò mandans magis puniendus. & alij dicunt, quòd statutum non debeat extendi vbicunque est contra ius commune, vel odiosum, sed vbi concordat, vel fauorem continet, extendimus, quod est verum. vt in l. omnes populi. ff. de iustitia, & iu. hæc Bal. vbi supra. arguendo ergo in casu nostro dicimus, quòd cum supposuerim in præsenti ampliatione, quòd dictum statutum sit conformè iuri communi, & fauorabile Reipublicæ, cuius bono consulitur pro punitione delinquentiũ. indè sequitur Bal. se subscripsisse quoque, & in supradicto loco præsenti ampliationi.

Idem docuit Antonius Gabriel. in libro sexto, conclus. titu. de statutis. conclusione septima, numero quadragesimotertio, versiculo hinc dubitatur per Doctores. vbi probat. quòd in statutis poterit fieri extensio, quando concurrit maior ratio de casu inibi expresso ad casum per statutum non expressum. & hoc exemplificat in multis casibus, & dixit hanc esse communem Doctorum opinionem, & inibi dictorum casuum decisionem sigillatim probat anctoritate quamplurimorũ Doctorum, ex cuius sententia elicitur etiam veritas præsentis ampliationis: cùm eo ipso, quòd ipse Antonius dixerit, quòd in statutis fiat extensio de casu inibi expresso ad casum non expressum habentem maioritatem rationis: indè sequitur ipsum se subscripsisse præsenti nostræ ampliationi; cùm sępius probauerimus, quòd maior ratio incurrendi in pœnam statutariam loquentem in personam reperiatur in mandante maleficium q̃ in ipso mandatario exequente. Idem docuit Bartolus, vt ex responsione, & ipsius probatione luce meridiana clarius patebit paulo post. Videergo ibi. Et quòd statuta pœnalia recipiant interpretationem extensiuam ad personas ibi specialiter non nominatas, non solum ratione maioritate rationis, verum etiam ratione identitatis rationis, vt in correllatiuis probabitur: cum statuta pœnalia condita contra emptorem extendantur ad venditorem, cùm eadem ratio prohibitionis reperiatur in vtroque, vt docuerunt infrascripti, videlicet Bartolus in l. tertia, numero secundo, C. de indicta viduitate, vbi infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. Et per hoc semel dixi in quæstione de facto. Dicebat Statutum Pisarum, quòd nulli liceat vendere fructum nisi in platea sub certa pœna, de emptore nihil dicebatur. Quæro vtrum puniatur emptor, ego dico in istis correlatiuis, quòd statutum in v-
163 no videtur statutum † in alio, vt hic, & in alijs legibus. pro hoc facit l. prima, C. de cupressis, libro duodecimo, vbi videtur casus addens prædicta vera, nisi diuersa sit ratio emptionis, & venditionis. hæc Bartolus ibi, qui idem docuit in dicta l. prima. Idipsum docuerunt Iason, & reliqui Doctores in dicta l. tertia, idem docuit Euerardus in sua excellenti Topica iuris, in loco arguendi a correlatiuis, numero octauo, & nono. Idem docuit Ioannes de Platea in dicta l. prima, & alij Doctores citati a dicto Euerardo vbi supra, & quod nos latius docuimus, & probauimus in tractatu de extensione legum pœnalium in quæstione secunda, titu. de extendendis legibus pœnalibus, & correctorijs in conclusione tertia, limitatione quinta. Vide ergo ibi latius, Et quòd statuta extendantur de casu expresso ad casum inibi non expressum verborum sonitu ratione identitatis rationis, docuerunt infrascripti Doctores. Nam quòd statutum prohibens, quòd non possit extrahi frumentum extra Ciuitatem sub pœna, sit extendendum ad extrahentem farinam ratione ideutitatis rationis: & illam extrahens veniat puniendus pœna in statuto indicta, etsi secundum proprietatem vocabuli farina non veniat appellatione frumenti, & ratio est, quia sicut dicitur in l. sicut lana. ff. de legat. tertio, lana tam netta, quàm non netta, seu filata, donec ex ipsa factum fuerit tertium quid velut tela, semper appellatione lanæ venit; sic ergo tritici appellatione venit farina, donec panis fiat. Quapropter statutum pœnale loquens de frumento extenditur ad farinam, vt docuit Bartolus in l. quæsitum. §. illud. ff. de legatis tertio. Et quia multæ similes quæstiones erunt afferendæ (Deo dante) in peculiari quæstione de extensione statutariarum, seu municipalium legum: iccircò hæc obiter dicta hic sufficiant, & quòd mandans, & mandata-

M rius

rius puniantur eadem pœna à ſtatuto loquente
in perſonam indicta docuerunt & infraſcripti
alij Doctores; videlicet Nicolaus de Neapoli in
l.ſi quis mihi bona. §.quod ſi mandaui. ff.de acq.
hæred.quem retulit, & ſequutus fuit Corſetus in
repertorio Abbatis in verſ.mandans. Alber. in 3.
par.ſtatut.quæſt.53.nu.15. quam ſententiam ſer-
uare Iudices atteſtatur Carrerius in praxi cri-
min.fol.305.num.62.Idem docuit Auguſtinus de
Arimine in addit. ad Ang.in tract. de maleficijs.
verſic.& Sempronio Rodulfo barbiton. num.33.
ſequens Panormitanum,& Alber.vbi ſupra, & nõ-
nullos alios ex ſupra citatis,omiſſa ſententia Bar.
& ſequacium, qui videntur nonnullis cõtrarium
docuiſſe, quod verum non eſſe infra probabimus.
Idem rurſus docuit Auguſtinus de Arimine in
dicta addit.ad Angel.in verſiculo & hai tradito.
numero duodecimo, verſiculo tu autem iu hac
materia. ſequitur Bartolum in l.quemadmodum,
C. de agric. & cenſit. libro vndecimo. Idem do-
cuit Salicetus in l.non ideo minus. C.de accuſat,
in verſiculo quæro ibi ad declarationem, qui ad
partes diſputans hanc quæſtionem ſe ſubſcripſit
præſenti ampliationi,quem citat, & ſequitur An-
gelus in dicto tractatu de malefic. verſiculo &
Sempro. Roldulfus Barbitonſor, numero trigeſi-
mo.verſiculo tertiodecimò quæritur.nam ibi re-
fert Salicetus vbi ſupra, infraſcripta docentem,
164 videlicet. Si qua lex ciuilis, † vel municipalis
dicat,quòd ſi quis commiſit homicidium, vel a-
dulterium,tunc dicit,quòd ex proprio ſignifica-
tu verbi vtrumque comprehenditur, vt in l.non
dubium.C.de legibus. & in l.& ſi quis. & in l.ni-
hil.§.finali.ff.ad l.Iul.de adulter.& apertius in ca-
pitulo mulieres. extra de ſententia excommuni-
cationis. Aut verba ſpecialiter probata pariter
vtrumque non concernunt ex ipſorum ſignifica-
tu, & tunc dicit, quòd ſi ex actu illius (de quo
quæritur) finis & effectus, & efficacia, ſiue com
modum concernunt duntaxat agentem remo-
tum,vel mediatum non proximum, & immedia-
tum: tunc ex proprio ſignificatu, & ex mente
declarata ipſe mãdator ex verbis legis compre-
henditur non ipſe immediatè faciens, & aſſignat
rationem, quia iſte actus ſoli mediato poteſt at-
tribui, tamen abſque eius mandato non poterat
effectualiter fieri: exemplum eſt in l. tertia, §. ſi
procu. coniuncta l. prima, §. finali. ff. quod
quiſque iur. Item in l.pater ex Prouincia. ff. de
manumiſſ.vin.Aut ille actus, vel effectus concer-
nit tantum ipſum agentem, & tunc ex vi verbo-
rum mandans non comprehenditur, ſed inter-
pretatur exemplum in l.Aquilia, cuius verba ſunt
in perſonam ſcripta, vt in l.ſecunda, ff. ad l.A-
quil. & mandans non dicitur occidere, ſed mor-
tis cauſam præbere, ideo non Aquilia, ſed in fa-
ctum ſubſidiaria tenetur, vt in l.qua actione.§.oc-
ciſum, tunc fieri faciens tenetur ex eius mente,
vt in l.prima. §.deieciſſe cum. §.ſequenti. ff.de vi
& vi armata. Hæc omnia notatu digniſſima do-
cuit Salicetus, vt nobis retulit Angelus vbi ſu-
pra. Idem docuit Gambar. in tractatu de exten-
ſionibus. numero ſexageſimonono. Curtius iu-
nior in conſilio 329. numerotrigeſimoſexto, &
ſequenti.volumine tertio,dicentes(vt refert Hyp-
politus Bonacoſſa in theſauro communium opi-
nionum,verſiculo ſtatuta,) quòd ſtatuta ſimplici-
ter loquentia habeant locum in caſu ficto, vbi-
cunque caſus verus, & caſus fictus æquiparantur,
vt eſt communis opinio. Idem docuerunt Ripa in
tractatu de peſte ſub rubrica de remedio præſer-
uatiuo, numero quinquageſimo, & Hieronymus
de Monte,quæſtione vigeſimaoctaua,numero de-
167 cimonono,dicentes,quòd ſtatutum † etiam pœ-
nale ex identitate rationis extenditur ad ſimiles
caſus etiam fictos. Vbi caſus verus, & caſus fictus
æquiparantur per ius commune, vt eſt commu-
nis opinio: & horum ſententiam retulit Hyppo-
litus Bonacoſſa vbi ſupra, in verſiculo ſtatutum
etiam pœnale. Idem videtur voluiſſe Iulium Cla
rum in ſua praxi criminali, etſi non ita apertè.
Nam in quæſtione quinquageſimaoctaua, verſi-
culo vnum autem volo. infraſcriptis vtitur ver-
bis, videlicet. Vnum autem volo vt ſcias in hoc
propoſito, quòd ſi ſtatutum prohibeat fieri pa-
cem pro aliquo delicto non poterit fieri pax, ne-
que cum principali delinquente, neque cum eo,
qui mandauit ipſum delictum committi, & ita
communiter obſeruatur, vt dixit Gandinus in tra
ctatu malefic.titu.de tranſactione in fine. quem
refert Villalpan. in repetitione l. vigeſimaſecun-
da, capitulo ſexageſimoſexto, numero nono.
Idem enim iudicandum videtur de mandante,
quòd de ipſo principali delinquente, circa quod
tamen videnda ſunt, & quæ dixi infra in quæ-
ſtione octuageſimanona, in principio, verſiculo
ſed quæro,vbi poſtquam dixerat, quod Bartolus
in l.ſed etſi vnius.§.ſeruus. numero ſecundo, &
ſequenti. ff.de iniurijs, & in l.aut qui aliter. §. fi-
nali, numero tertio. ff.quod vi,aut clam. docue-
rit, quòd ſtatutum loquens in perſonam, non in-
cludat mandantem tale quid fieri; & quòd ip-
ſius ſententia communiter approbetur: ſubdidit,
quòd ex Doctoribus antiquis multi tenuerint cõ-
trarium; & quòd Carrerius vbi ſupra, numero
ſexageſimoſecundo teſtetur Iudices, & aſſeſſores
ſeruare hoc,vt antiqui docuerunt: ipſe addidit.
Et certè ſi ſtatuta receperunt talem interpreta-
tionem a conſuetudine, minimè ſunt mutanda,
ſed circumſcripta conſuetudine opinio Bartoli,
& magis communis,vt ex ſupra allatis patuit:&
ideo non eſſet ab ea in iudicando, aut conſulen-
do recedendum: Hæc Iulius Clarus, qui cùm ſe
ſubſcripſerit ſententiæ Bartoli, & non diſtinxe-
rit de qualitate ſtatuti, an ſcilicet contineat pœ-
nam ordinariam a iure communi, & ſic ſit nec ne
in terminis iuris communis. Et cum noſtra præ-
ſens ampliatio loquatur iuxta ſententiam, & di-
ſpoſitionem iuris communis,& ipſe Bartolus no-
bis fauiſſe palam fiet, afferendo verba præciſa ip-
ſius multis in locis. Quapropter ſententiá clarè
implicitè fauet præſenti ampliationi, cùm ſe ſub-
ſcripſerit ſententiæ Bartoli, loquentes dè ſtatuto
diſponente extra terminos diſpoſitionis factæ in
tali caſu a iure communi. Nos autem loquimur
in ſtatuto diſponente iuxta formam, ác diſpoſi-
tionem iuris communis. Idem elicitur ex do-
ctrina Hyppoliti de Marſilijs in diuerſis locis.
Nam in ſua praxi criminali.§.oportunè, numero
quadrageſimoquinto, ſequens Imo. in l.ſi vero,
§.de viro,columna quarta. ff.ſoluto matrimonio,
dicentem,quòd quando ſtatutum poteſt aliquid
operari interpretando illud ſecundum ius com-
mune: tunc exponitur ſecundum ius commune,
& rurſus idem Hyppolitus docuit ibidem in §.
agredior. numero 58. verſiculo pro quo facit
ver-

verbum notabile. Bar.in l.quemadmodum. C.de agric. & censi.lib.11. dicens, ꝙ vbi statutum, seu lex pœnalis, & odiosa licèt non debeat extendi, sed potius restringi. vt in regula odia. de regu. iur.in sexto, & in l.cum quidam.ff.de liber.& posthn.& in l.qui exceptionem.ff.de condict.indeb. tamen vbi extensio tendit ad fauorem Reipubli-
167 cæ, ita debemus legem, seu statutum † odiosum extendere sicut legem, & statutum fauorabile. (Adde tu, ꝙ ibi Bart.addidit & hæc verba, videlicet. Et ideo cùm pertineat ad fauorẽ Reipublicæ punire maleficia ad hoc vt Prouincia in quiete remaneat, pęna statuti punientis facientem maleficium punietur fieri faciens, & debet extendi si facit fieri, & subdidit sequens quamplurimos Doctores ab ipso citatos, dicens, ꝙ statutum loquẽs, seu dans præmium accusanti delinquentem fauore Reipublicæ, ne delicta sint impunita extenditur ad denunciationem. Idem repetijt ipse Hippolitus ibidem num.64. versic. sexagesimnsexto, addens, quòd idem docnerat Romanus in consi. suo 23. Idem rursus ipsemet Hippolitus docuit in consi.16.num.34.versic.nam dico, quòd idem iudicamus: infrascriptis vtens verbis, videlicet. Nam dico quòd idem iudicamus de casu omisso a statuentibus, seu a legum conditoribus, quod iudicamus de casu per illud expresso, quando verisimile est, quòd ipse Legislator idem statuisset in casu omisso, quod statuit in casu expresso, si de tali casu fuisset interrogatus, ita dixit glo.finali, in l.tale pactum.§.finali.ff.de pact. Idem ipsemet Hyppolitus docuit in consil. 54. numero octauo, versiculo quinimò dico, infrascriptis verbis vtens, videlicet. Quinimò dico, quòd licèt statutum pęnale, & odiosum non debeat extendi, sed potius restringi, vt in regula odia. de regu.iur. in sexto, Cum similibus. Tamen vbi extensio tendit ad fauorem Reipublicæ, ita debet extendi tale statutum odiosum, & pœnale, sicut statutum fauorabile, prout singulariter dixerat Bartolus in l. quemadmodum. columna prima. C. de agric.& censit.libro vndecimo. quam doctrinam refert, ac sequitur Alexan. in consilio suo 41 n. incip. Visa. columna prima. Pro qua doctrina est textus not. in l.hoc modo.ff.de condictione, & demõstrat. & in l.si quis in graui.§.bis quoque.ff.ad Senat.consult. Syll. Pro cuius doctrinæ confirmatione citat quamplurimos alios Doctores sequentes dictam doctrinam Bart. in dicta l.quemadmodum. qui Hyppolitus idem rursus tacitè docuit in consilio 61. a numero sexto, vsque ad 13. probans quamplurimis auctoritatibus, quòd in statutis pęnalibus fiat extensio de casu inibi expresso ad casum non expressum ex identitate, vel maioritate rationis, iuxta communem doctrinam omnium, quæ habet quod idem intelligitur esse statutum a statuentibus in casu omisso, quod statutum fuit per eos in casu expresso: quando verisimiliter in casu omisso statuissent, quod in casu expresso si interrogati fuissent. Vide ibi latius per eum. Ex his ergo omnibus patuit ipsum Hyppolitũ se subscripsisse præsenti nostræ ampliationi. Probatur insuper & tertio infrascriptis rationib. præsens ampliatio, quarum prima est, videlicet. Si præsens ampliatio, vt iacet in littera vera non esset.s. ꝙ statuta recipiãt interpretationem aliquando extensiuam ratione maioritatis rationis, quæ reperitur in casu nõ expressè prohibito in statuto, & aliquando restrictiuam sm subiectam materiam, de qua agitur in ipso statuto, & ꝙ si non reciperet restrictiuã, sequerentur sæpissimè multa absurda. Nam ponamus, ꝙ statutũ aliquod dicat, si quis fecerit homicidiũ morte moriatur, si dictum statutũ non reciperet restrictiuam interpretationem: indè absurdissimũ hoc, & a ratione prorsus alienissimũ oriretur. nã Iudex cõpelleretur morti adicere infantem, dormientẽ, furiosum, & se defendentem cũ moderamine inculpatæ tutelæ, quod vtiq; esset contra ius naturale, Pontificium, & Imperatorium, vt patet per arg. in Clem.si furiosus.de homicidio, vbi hęc habẽtur, videlicet. [Si furiosus, aut infans, seu dormiens hominem mutilet, vel occidat, nullã ex hoc irregularitatem incurrit. & idem de illo cẽsemus, qui mortem aliter vitare non valens, suum occidit vel mutilat inuasorẽ.] hæc ibi. Si ergo tales rõne talis homicidij non incurrunt irregularitatẽ, quę pro quacunq; minima culpa interueniente in homicidio perpetrando incurritur, & quę non poterit dici pęna propriè loquendo, sed impedimentũ Canonicũ, quò dicendum erit tales capitali pęnę pro tali homicidio fore subijciendos. Idẽ probat & imperatorio iure per text.apertissimum in l.illud relatũ.§.primo.ff.de iniurijs. Vbi hæc habẽt, videlicet. [Sanè sunt quidã, qui facere nõ possunt, vt puta furiosus, & impubes, qui dolo capax non est, namq; hi iniuriã pati solent non facere. Cũ.n. iniuria ex affectu facientis consistat: consequens erit dicere hos, siue pulsent, siue conuicium dicant, iniuriam fecisse non videri.] hæc ibi. & in l. infans.ff.ad l.Cornel.de sicar. hæc habẽtur, videlicet. [Infans vel furiosus si hominem occiderit lege Cornelia non tenetur, cũ alterum innocentia cõsilij tueatur alterũ fati infęlicitas excuset.] hęc ibi, & de furiosis idẽ hr̃ in l.Diuus.ff.de offic.præsidis, & ꝙ vnicuiq; sit indultũ a iure naturali vim vi repellere (ẽt occidendo aggressorẽ) cum moderamine inculpatę tutelę probatur, q̃ apertissimè per text.in l.vt vim.ff.de iust.& iu. vbi hæc habentur, videlicet. [Vt vim atq; iniuriam propulsem⁹. Nam iure hoc euenit: vt quod quisq; ob tutelam corporis sui fecerit iure fecisse existimetur.] hæc ibi. sed vt sciemus nobis licere defendere propria bona nr̃a adhibita, tñ moderamine inculpatæ tutelę nos docuit text.in l.1.C.vñ vi. vbi hæc habentur, videlicet. [Rectè possidẽti ad defendendã possessionẽ, quam sine vitio tenebat, inculpatę tutelæ moderatione illatã vim propulsare licet.] hęc ibi. Ex his ergo iurib. meritò elicitur, ꝙ statuta hmõi recipiant interpretationẽ restrictiuã, dicendo ipsa obtinere locũ in homicidio dolosè ꝑpetrato, cũ voluntas, & propositũ distinguãt maleficia, vt docuit text.in c.cũ volũtate. in princ.ext.de sent. excommun. & in l.qui iniuriæ.ff.de fur. & hoc merito dicendũ, ne indè videatur iniuria nasci, vñ iura statuerunt. Et ꝙ statuta recipiãt interpretationem extensiuã ad alium casum expressè non contentũ in statuto, rõne maioritatis rõnis, prout docuerunt nõnulli ex supradictis Doct. iam citatis, & Brun. in tract. quod stantib. masculis in 9.art.in 8.q.princ.vers.tertiò dubitat, & in vers.tertio casu. & in 2.art.in 16.q. & in 15.q. Pau.de Castro in cons.346. Maria.iun.in cons.30.n.55.vol.1. Bal.in l.2.in fi.C.de in ius vocan.in l.ꝙ vero. vers.sed pone, ꝙ statutũ.ff.de legib. ĩ l.si vero.§.de viro. ff.sol. matrim.in l.affinitatis. vers.pone statutũ.C.cõia. de succes. Dec.in cõs.634.in fi.& idem per multos

infra citandos in quæstionibus statim proponendis, & decidendis Doctorum sententijs. Idem docuit Antonius Gabriel. in tract. conclusionum titu. de statutis. conclusione 7. nu. 43. asserens hanc esse communem Doctorum opinionem, quæ reperitur in tali casu non expresso (vt docuimus supra) reperiri in casu præsentis ampliationis. Quas cum scire, & memoriæ comendare cum sit non tantùm oportunum, sed immo necessarium pro maiori intelligentia veritatis præsentis ampliationis, quam nonnulli Doctores infra citandi impugnari dicentes in casu nostro, quòd iccirco mãdantes non comprehendantur in statutis pœnalibus loquentibus in personam: quia statuta sunt stricti iuris, & non recipiunt extensionem de casu expresso ad casum inibi non expressum. & de casu vero in statuto expresso ad casum fictum in statuto non expresso. Sciendum ergo quòd casus huiusmodi sunt quamplurimi, quorum tamen aliquos hic recensebo cum suis declarationibus, & subscriptionibus Doctorum. quorum primus est, Quòd statutum excludens materteram, censetur etiam excludere materteram magnam. vt not. Bal. in l. quod vero. ff. de legibus, qui etiam vult, quòd excludens patruum, censetur etiam excludere patruum magnum. Idem tenent Romanus, & Alex. in l. 1. C. de succes. edict. Iason in consi. 142. col. 6. vol. 2. & in dicta l. 1. colum. fin. Brunus in tract. quòd stant. mascul. in 5. artic. in 8. quæst. principali. in versic. tertio casu. 12. articulo in 16. quæst. versic. tertius casus est. Secundus est, quòd statutum excludens fratres, intelligitur etiam fratres patrueles, vt docet Angel. in consi. 343. Iason in l. 1. col. fi. C. de succes. edict. Brunus in tract. quod stant. mascul. in duodecimo articulo, in 16. quæstio. versiculo tertio casu. Antonius Gabriel. vbi supra. nu. 45.

Amplia hanc decisionem dicendo, quòd statutum excludens fratres, intelligatur etiam excludere fratrem patruelem. Ang. in consi. 343. Iason in l. 1. col. fin. C. de succes. edict. Brunus in tract. prædicto in articulo 12. quæst. 16. vers. tertio casu, Antonius Gabr. vbi supra. nu. 46.

Tertius casus est, quòd statutum excludens matrem, intelligitur etiã auiam excludere. sicut docuerunt Bal in l. illam. in 1. nota. C. de col. & in l. Nesennius. col. 1. fi. de nego. gest. & in l. 1. §. sed videndum. ff. ad Tertul. Iason in l. 1. col. 4. C. de succes. edict. & in consi. 141. col. 6. vol. 2. Ancharanus in repet. c. Canonum statuta. col. 197. ext. de constitu. Corn. in consi. 307 col. 3. vol. 4. Socinus cons. 9. col. 2. vol. 3. Georg. Natt. in repet. c. quamuis. in 6. quæst. de pactis in sexto. Nicolaus de Vbal. in tract. de succes. ab intest. in 1. par. col. 7. Campeg. in tract. de dot. in 5. parte q. 25. Brun. in tract. quod stantibus masculis, in 2. art. in 15. q. Roch. in c. fin. col. 96. de consuetudine. Rui. consi. 22. col. 3. vol. 2. Ant. Gabr. vbi supra, num. 47. versiculo secundo infertur.

168 Quartus casus est, quòd statutum † excludens matrem, excludit etiam omnes cognatos, & sic extenditur ad ipsos, etsi de ipsis inibi nulla facta fuerit mentio. vt docuerunt infrascripti Doctores, videlicet Bart. in l. 2. §. videndum. per totum. ff. ad Senat. consul. Tertul. Vbi loquens de statuto, quod est Florentiæ, in quo cauetur, quòd mater non succedat filijs, extantibus agnatis vsque ad tertium gradum: an excludatur auus maternus & post nonnulla argumenta hinc inde allata. in nu. 2. in vers. ex his concludo. infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Ex his concludo, quòd statutum videtur disponere, quòd mater non succedat, sed agnati. Ex hoc sequitur, quòd agnati succedunt exclusa matre, & omnibus cognatis. Non obstat si dicit, quòd si per statutum mater nominatim excluditur, ergo non alij. vt in l. tutelas. ff. de capit. dimi. quia fateor, quòd ex illo capite, quo maior excluditur; alij non excluduntur; quia cum aliquos voco, alios videor excludere, vt in l. cum prætor. ff. de iudi. & expressius in l. sicut certi. C. de testam. milit. Et si auus maternus diceret: ego vinco agnatos, agnati vincunt matrem, ergo ego vinco matrem. Non est bona argumentatio: quia quod dicit auus ego excludo agnatos: verum est de iure communi. vt in Authen. defuncto. C. ad Senat. consul. Tertul. sed agnati excludunt matrẽ, & omnes cognatos ex forma statuti. Ideo concludo, quod siue mater sit mortua, siue viuat, quòd agnati admittantur exclusa matre, & omnibus sequentibus in gradu, & idem puto in omnibus similibus quæstionibus descendentibus ex statuto, vt puta, si diceret statutum extantibus masculis filia fœmina non succedat: quid de nepote ex filia? Certè idem, quod in filia, per ea, quæ supra dixi. Tene ista menti. & sic de facto consului in ciuitate Florentiæ. hęc omnia Bar. vbi supra. quibus apertissimè cõprobatur vera præsens decisio casus quarti. Idem docuit Corn. in consi. 307. col. 3. vol. 4. & consi. 276. col. 2. & sequenti. vol. eod. Aret. in consi. 159. col. 4. Socin. in consi. 207. col. fin. Rui. in l. Gallus. §. & quid si tantum. col. 58. ff. de liber. & posthum. Decius in consi. 634. nu. 4. probat quòd si explicitè per statutum excluderetur mater ab hæreditate filij, etiam auia implicitè exclusa videtur, quia secundum Bart. (quem ipse ibi sequitur, exclusa matre pariter omnes cognati, qui ex persona matris veniunt, excludũtur, & addit (sequens Bal. statim citandum) quòd si a statuto filia excluditur, a fortiori neptis ex filia exclusa videtur, quia neptis non debet esse melioris conditionis, quàm filia. arg. in l. si viua matre. C. de bonis maternis. & in nu. 6. ibidem Decius dicit, quod etiam in statutis procedit argumentum a maioritate rationis. vt docuit Bal. in l. 2. C. de in ius vocan. & in l. quod vero, versic. sed pone, quòd statutum. ff. de legibus, Vbi inquit, quòd si statutum excludit materteram, etiã videtur excludere materteram magnam, quia maior est ratio excludendi illam remotiorem. & paulò post sequens Bal. in l. affinitatis. versic. pone statutum, C. communia. de succes. dicit, quòd in statuto sit extensio etiam in correctorijs arguendo a maioritate rationis. hæc ille. Qui rursus idem docuit in consi. 656. nu. 9. immo & per totum ipsum consilium. Idem docuit Bal. in l. illam. in principio. C. de collat. dicens, quòd exclusa matre a statuto, non videtur soror exclusa, secus in auia materna, quia venit repræsentando ipsam matrem, & talis repræsentatio non videtur esse in sorore. Ideo in auia materna fortior videtur exclusio: quia si mater excluditur, quæ est proximior, a fortiori videtur, quòd auia materna excludatur, quia remotior est, & ad hoc facit quod ipsemet Bal. notauit in l. maximum vitium. col. 1. in vers. præterea, cùm ratio statuti. C. de liber. præter. vbi inquit, quod a statuto filia excluditur a fortiori neptis ex filia exclusa videtur: quia

quia neptis non debet eſſe melioris conditionis, quàm filia.arg.in l.viua mater.C.de bonis maternis.quod idem Bald.confirmauit.in l.2.in fine.C.de in ius vocan. & in ſupra citatis iuribus a Decio paulò ante. Idem docuit Imo. in l.ſi vero. §. de viro.col.3.ff.ſoluto matrimonio, idem docuit Brunus in tract. quòd ſtant.maſcul. in 6. artic. in 1.quæſt. princ.verſic.ſecundo quæro,an ſi ſtatutũ excludat.& verſic.ſecũdo quæro, an ſtatutum excludens. Glo.conſuet. Turon.fol.53. col.3. Idem docuit Tiraq.de iure primog.cap.12.nu.16.Idem docuit Ruin.in conſ.18.col.penult.vol.3.Animaduertendum tamen,quòd hæc deciſio caſus propoſiti venit limitanda,dicendo habere locum regulariter, quamuis fallat in aliquibus infraſcriptis caſibus, etſi reuera firmiſſima, ac veriſſima ſit regola propoſita,quòd etiam in iuribus ſtatutarijs, ſeu municipalibus conſtitutionibus fiat extenſio de caſu ficto ad verum,& è contra,ſcilicet de caſu ad verbum expreſſo, ad caſum verbis non expreſſum, ſi adſuerit maior ratio arguendi, ſeu ſi inibi reperiatur maioritas rationis.

Limitatio prima caſus quarti deciſionis.

Limitatur ergo primo,dicendo, ꝙ dicta deciſio hēt locum quando dicti cognati eſſent coniuncti dicto teſtatori ſolum per matrem, ſeu cauſa matris:cum verè,& abſolutè dicendi ſint cognati,nõ autem ſi eſſent dicto teſtatori coniũcti etiam per patrem, quoniam tunc excluſa matre, non excluderentur illi cognati,& agnati ſimul, propter agnationem ipſorum, cùm (vt ſupra fuit dictum) agnati excludant matrem, ſtante tali ſtatuto, non vt agnati ſunt, ſed vt agnati conſiderantur. hanc limitationem docuerunt infraſcripti Doctores,videlicet Bal.Angelus,Pau.de Caſtro. in l.illam. C. de colla.Corn.in conſi.90.col.5.conſi.10. col.fin. vol.3.& conſi.98. col.fin. vol.2. & conſi.234. vol. 4.& conſi.307. col.pen.& fin. eod. vol. Decius in conſi.634.nu.4.& in conſ.656.nu.3.& rurſus Bal. in l.maximum vitium, colum.1. C.de lib.præter. vbi Pau. de Caſtro refert Bald.ibi, & dicit, quòd communiter omnes ita tenent, vt Alexan. refert etiam in conſi.134. incip.Animaduerſis diligenter his. in col.1. in fine lib.6. & in conſi.144. incip Viſo themate quæſtionis, col.pen.eodem lib. 6.& ſecundum iſtam conclusionem conſuluit Corneus in conſi.188. incip.In præſenti conſultatione eſt præmittendum,col.2.& 4.lib.2.& in conſi. 162.incip.Conſtat,quòd de iure communi.col.1. in fine.lib.3.dicens,quòd excluſa matre a ſtatuto, omnes coniuncti ex perſona matris excluduntur. Idem docuit Ange.in Authen. de hære.quæ ab inteſt.§.reliquum. verſ.ex diuerſo. tradens hanc regulam, quòd quando aliqua perſona excluditur non propter eius delictum, ita omnes venientes ex eius perſona excluduntur,quia veniunt a radice infecta. arg. in l.ſi de natu.liber. & in l.ſi viua matre. C. de bonis maternis. Cuius ſententiam dicit Decius in ſupradicto conſi.656. nu.3. communiter approbari a Doctoribus. nec obſtat, ꝙ ſtatutum de quo agitur ſit ſtricti iuris. Idem docuit Bartolus in l.2.§.videndum.nu.2.ff.ad Senat. conſult. Tertul. cuius verba retulimus ſupra in probationem deciſionis caſus quarti propoſiti. vide ergo ibi. Idem docuit Antonius Gabr.in tractat.concluſ.tit.de ſtatutis, concl.7.nu.49. verſic. primo declara.Ruin.conſi.16.nu.9.vol.3.

Contrarium verò tenuerunt Alex.in l.illam,C. de collat.Anchar.in c.1.col.76.ext.de conſtitu.& Pariſ.conſi.49.nu.62. & pluribus ſequent.

Secunda limitatio, ſeu declaratio.

Secundò limita dictam deciſionem quarti caſus propoſiti habere locũ ſolum, qñ mater teſtatoris viueret, ſecus ſi iã fuiſſet mortua, quia tunc non excluderentur cognati ex parte ipſius matris, & ſic ſtatutum excludens matrem non excluderet cognatos teſtatoris ex parte matris iam præmortuæ.& huic limitationi ſe ſubſcripſerunt infraſcripti,videlicet Ang.in l.illam. C.de collat. Pau. de Caſtro in l.ſi defunctus. C.de ſuis, & legit.Corneus conſi.271.col.1.& ſequen.& conſi.82. col.4. vol.4.& conſi.90.col.fin.eod.vol.Aret. conſi.159. col.fin.Capra conſi.98. & conſi.137. col.1. Brun. in tract.quòd ſtant.maſcul.in 6. artic.in 8.quæſt. princ. in verſ. & primò quæro. & in verſ.ſecundo caſu,Marian.iun.conſi.23.col.6.vol.1.Ruin.conſ. 120.col.2.vol.2.& conſi.50. col.fin.vol.3.& conſi. 67.col.4.& conſi.94.col.5.& ſequen.vol.3.& cõſi. 109.col.12.eodem vol.

Contrarium tamen tenuerunt Bart. in l.2.§.videndum.nu.2. ff.ad Senat.conſul. Tertul. Pau. de Caſtro in l.illam.col.4.C.de colla.Ruin.conſi.15. nu.7.& 12.vol.3.

Tertia limitatio.

Limita tertiò dictam deciſionem quarti caſus propoſiti,dicendo illam non habere locum,quotieſcunque ſtatutum excludit matrem cum certa qualitate a ſtatuto conſiderata: nam mortua matre deſcendentes ex ea (in quibus non viget illa qualitas a ſtatuto expreſſa)non cenſentur excluſi, prout declarauit Gra. in conſi.19. nu.32.vol.1. & Corn.in conſ.234.col.fin.vol.4 pro maiori intelligentia præſentis limitationis vide Bar. doctrinam peroptimam in l.is qui opem. col.2. verſic. quid ergo dicemus.ff.de furtis, quã retuli ad verbum in fine præſentis tractatuli, cùm doceat de qualitate perſonarum in criminibus perpetrãdis ſummoperè ponderanda.

Quarta limitatio.

Limita quartò dictam deciſionem quarti caſus propoſiti,dicendo illam non habere locum,quando non mater teſtatoris per ſtatutum excluderetur,ſed ſui deſcendentes,quoniam in tali caſu ipſa non eſſet excluſa,vt docuit Brun.in tract.quòd ſtant.maſcul.in 6.artic.in 8.quæſt.princ. verſ.tertio quæro, etſi contrarium docuerit Pau. de Caſtro in conſi.164. vol.1. tamen Bruni ſententiam amplexari fuerunt Doctores citati in probationẽ primæ limitationis.

169 Quintus caſus eſt in ſtatuto † excludente patrem, vel auum: quando excluſi intelligentur ſemper etiam omnes deſcendentes. cùm inibi apertè adſit arguendi ratio a maioritate rationis, licèt in ipſo ſtatuto non expreſſa, cùm perſona remotior in gradu cenſeatur excluſa, ſi per ſtatutum aliqua perſona propinquior eãdem tamen propinquitatis rationem habens, excluſa fuerit, vt docuerũt infraſcripti Doctores,videlicet: Corne.in conſi.97.col.fin.vol.4.& in conſi.98. colum. penult.vol.2.etſi idem Corn.poſtea in conſil.171. col.4.vol.4.& in conſ.276.col.2.& ſequent.vol.4. & conſ.90.col.fi.vol.3.dixerit,ꝙ non ſemper ſit verum,vt perſonæ remotiores cenſeãtur excluſę,excluſa principali perſona. Brun. in tracta.ꝙ ſtant. maſcul.in 12.artic.in 15.& 16.quæſt. verſi.ſecundus caſus.Laurentius in §.cæterum.col.21. & ſeq.

Institu. de legit. agnat. successi. Paris. consil. 94. col. fin. vol. 3. Ruin. cons. 40. col. 2. vol. 1. Soc. in cons. 9. col. 2. vol. 3. & cons. 30. col. 8. vol. 1. Rom. & Alex. in l. 1. C. de success. edict. Iason cõs. 141. colum. 5. vol. 2. Antonius Gabriel in tract. conclus. titul. de statutis, cõclus. 7. nu. 55. & 56. qui quamplurimos
170 alios casus enumerat, in quibus statuta † odiosa, & pœnalia extenduntur ratione maioritatis rationis ad alios casus in ipsis statutis specialiter non expressis. Vide ergo ibi: quia hic non videtur hanc inserendam fore huiusmodi materiam; cùm sufficerit dictos casus enumerasse, exempli gratia, vt probaremus, quòd statuta extendantur etiam ad alios casus inibi non expressos, ratione maioritatis rationis concurrentis in casu non expresso in statutis ipsis. Ex his ergo allatis, vt nostram ampliationem esse rationi consentaneam probaremus, patuit, quòd etiam statuta recipiant interpretationem restrictiuam, & extensiuam de casu vero expresso in statuto, ad casum fictum, secundum corticem verborum ipsius statuti, ratione maioritatis rationis militantis in casu ficto non expresso ad verbum in statuto, vt in casu præsentis ampliationis, en quòd (vt sępius fuit probatũ) maior ratio pœnæ statutariæ incurrendæ reperiatur in mandante, qui dicitur principalis & auctor delicti, quàm in mandatario, qui fuit excequutor talis mandati: quapropter apertissimè patet, quòd mandans maleficium aliquod fieri, incidat in pœnam statuti, non solum loquentis in rem, verum etiam in personam: ratione maioritatis rationis, quæ reperitur in mãdante, quàm in mandatario, & hoc secundum mentem extensiuam ipsius statuti conformi menti, & intentioni statuentium; quæ vtique iusta reputanda erit, nisi expressum fuisset cõtrarium in ipsis, eo quòd omnis lex tam communis, quàm municipalis (vt nomẽ legis obtinere possit) necessario requiritur, vt lex sit honesta, iusta, vtilis, nulloq; priuato commodo, sed pro communi ciuium vtilitate conscripta, vt docet textus in c. erit autem lex. distin. 4. & quòd sit honestum, ac iustum, quòd mandans comprehendatur in statuto loquente in personam, per se paret: cùm honestum, ac iustum sit vnicuique reddere secundum opera sua, vt scilicet qui magis peccauit, maiori pœna afficiatur: At iam supra fuit probatum, quòd magis peccet mandans maleficium, quàm ipsum exequens: cùm nõ tantum sit causa proprij peccati incursi per mandatum iniquum, verum etiam causa peccati ipsius mandatarij: & quòd dicta lex statutaria, loquens in personam intellecta iuxta præsentem ampliationem sit vtilis, patet: cùm inde multi retrahantur à mandatis huiusmodi timore pœnæ ordinariæ incurrendæ, qui alias non retraherentur, scientes se nõ fore puniendos pœna ordinaria, sed arbitraria; & sic euacuaretur vtilitas maxima, quæ ex huiusmodi statuto emanaret, cùm summopere expediat Reipublicæ, vt vnusquisq; pro modo culpæ puniatur: Vt ergo dicta lex statutaria non frustetur fine suo, & vtilitate boni cõmunis, cui summo pere consulitur ex æqualis saltem pœnæ inflictione facienda mandãtibus aliquod maleficium fieri & mandatarijs. Et hæc nostra ampliatio probatur & tertiò duabus irrefragabilibus rationibus, quarum prima est, scilicet, quoniam in omni maleficio perpetrato duo extrema ponderanda occurrunt. Nempè alterum ipsorum est principalius aliquo, videlicet animus delinquentis: item exe-
170 cutio delicti. At animus in delictis † perpetrandis principaliter attendendus est à iudicibus ac legislatoribus prohibentib. aliquid sub pœna aliqua, ne quis audeat peccare. vt in l. verum. la secon da. ff. de furtis; & in l. 1. §. Dinus. ff. ad l. Corn. de sicar. & in l. is qui cum telo. C. ad l. Corn. de sicari. & in c. cùm voluntate. extra de sent. excõm. Inde sequitur, quòd ille, qui fieri delictum mandat, verè habet animum delinquendi, fictè tñ per alium delictum exequitur: & cum in illo actu remaneat veritas animi, & fictio executionis, certè fictio succumbit veritati tanquàm principaliori, & nobiliori. vt in l. filio, quẽ pater. ff. de liber. & posthu. & in l. in rebus. C. de iure dotium. quapropter meritò dicendum esset mandantem verè perpetrasse delictum mediante mandatario, tanquàm ipsius instrumento ratione primordij veritatis. arg. in l. Cùm filius. §. hæres. ff. de legat. secũdo, ac per consequens inde elicitur, quòd mandans comprehendetur in huiusmodi statuto pœnali: confirmatur veritas præsentis rationis per optimum tex. in l. Certè. §. 1. ff. de Præcario. vbi possessio, in cuius acquisitione animus & corpus requiruntur, vt in l. licèt. C. de acquir. poss. & in l. quemadmodum. ff. de acquir. poss. Nam etiam si huiusmodi possessio fuerit acquisita per procuratorem, dicenda erit vera & propria possessio & non ficta: vt ibi est textus expressus: quod non potest ex alio contingere & causari, nisi quia Dominus habet verè animum acquirendi possessionem, licèt fictè interueniat actus corporalis: quia mediante procuratore dicta possessio fuerat acquisita. Hæc ratio, qua diximus probari præsentem ampliationem, ferè ad verbum recensetur ac approbatur à Iasone in dicto consi. 141. num. 372.

Ratio secunda, qua verificatur optima nostra ampliatio est, videlicet: quoniam cùm idem de iure iudicium faciendum erit de casu ommisso à statuentibus, seu à legis conditoribus, quod iudicamus de casu expresso à legislatoribus ipsis: quãdo verisimile esset, quòd idem legislator statuisset in casu omisso quod in casu expresso, si de tali casu fuisset interrogatus. indè necessario sequitur veritas præsentis nostræ ampliationis: cum non sit, qui ambigat, quòd statutarij mens fuisset patefacta per eos, si fuisset interrogatus. An vellet in huiusmodi statuto pœnali scripto in personam et mandantes huiusmodi maleficia fieri, includere: Nam verisimile est, se respondisse, quòd omnino ipsos includeret: cùm mandãtes sint principaliores in maleficio perpetrando. & maior ratio adsit, quòd puniantur pœna à statuto ordinata contra malefactores militet, in ipsis mandatoribus, quàm in mandatarijs, prout latissimè fuit supra probatum. Antecedens præsentis rationis fundamentalis probatur per argum. in l. si totas facultates. C. de inofficiosis donat. Vbi hæc habentur, videlicet. [Si totas facultates tuas per donationes vacuas fecisti, quas in emancipatos filios contulisti: Id, quod ad summouendam inofficiosi testamenti querelam nõ ingratis liberis relinqui necesse est ex factis donationibus detractum, vt filij, vel nepotes postea ex quocunq; legitimo matrimonio nati debitum bonorum subsidium consequantur ad patrimonium tuum reuertitur.] hec in d. l. idem docuit fin. Glos. in l. tale pactum, dicens, Item nota id esse de iure seruandum, licèt

non

non sit statutum, quod verisimile est, statutũ fuisse, si hoc quæsitum fuisset. Hæc Glo. illa. quam pro notabili ad hoc allegat Petrus de Auchar. in consil. suo 83. incip. Pro maiori. in pen. col. & in consil. 357. incip. ex serio, in col. 1. quam Glos. ad hoc ipsum refert, & sequitur Ludouic. Rom. in consil. suo 105. incip. Viso. & in cons. 392. incip. Primum. in fin. & in consil. 439. incip. Circa primum. col. 2. in princ. quam glos. etiam ad boc allegat Ang. de Aret. in Institu. de hære. quæ ab intesta. defe. in princ. col. 2. & Alex. in consi. suo 225. incip. Nec arguenda. col. 9. & in cons. 279. incip. Ponderatis. & in consil. 396. incip. Circa hanc dubitationem. in princ. col. 4. & in cons. 24. incip. Animaduersis. in vlt. char. col. 1. in fine. vol. 2. Idem docuit Panormitanus in cap. secundò requiris. not. 1. extra de appell. vbi his præcisis verbis tradit hanc peroptimã
372 normam, videlicet. Nota primò, verba † cuiuscunque dispositionis sunt amplianda, vel restringenda, secundum mentem disponentis, quæ quidem mens colligitur ex ratione expressa in dispositione. Idem si non sit expressa, dummodo possit rationabiliter coniecturari, & indubitanter, quæ potuit mouere disponentem, vt hic in fine. & facit qnod not. in l. pactum. ff. de pact. & quod not. Cynus in l. non dubium. C. de legibus. & Bal. in l. maximum vitium. C. de liber. præter. hæc Panormitanus vbi supra. Idem docuit Hyppol. de Marsil. in consil. 16. nu. 34. vers. nam dico, quòd idem iudicamus in casu omisso à statuentibus: Sed summopere animaduertendum erit, quòd ad hanc ipsam rationem probandam non desunt aliæ Doctorum sententiæ, & rationes, quas hic non referremus breuitatis gratia, cùm poterunt perlegi annotatę per nos supra in eodem præsenri quæstione in fallentia tertia, conclusionis tertiæ.

His tamen omnibus non obstantibus animaduertendum, quòd non defuerunt Doctores, qui contrarium asseuerantes dixerunt, quòd etsi quando pœna reperitur inflicta à iure communi mandans & mandatarius æqualiter pœna statuta veniant puniendi, non solùm quando ius commune loquitur in rem, verùm etiam quando loqueretur in personam: Nihilominus quando sumus in pęnis statutarijs, seu inflictis à statutis, tunc erit distinguendum: scilicet, quòd quando loquuntur in rem, tunc ipsa statuta pnuientia maleficia perpetrantes, benè extendentur ad mandantes ipsa fieri: sed quando ipsa statuta loquentur in personam, tunc nullo pacto extendenda erunt ad mandantes: quapropter mandantes fieri maleficium (etiam ipso sequuto) non venirent puniendi pęna ordinaria indicta à statutis. contra ipsos malefactores. Et quoniam non defuerunt Doctores, qui hanc sententiam adscribentes Bar. ipsi se subscripserunt, iccirco sententiam Bart. multis in locis expressam ad verbum hic referam, & studebo ex ipsius verbis mentem ipsius venari: vt appareat an verè Bart. ipse obuersetur præsenti nostræ ampliationi, & consequenter postmodum reliquas Doctorum sententias referam: & ipsis, Deo duce, satisfacere pro viribus insudabo ad veritatis pręsentis quęstionis quotidianę maiori dilucidationem, & salutem animarum Iudicum, & Aduocatorum Ecclesiasticorum.

Bartolus ergo ꝫm aliquos cõtrariari vr̃ pręsenti nr̃æ ampliationi nonnullis in locis. & primò in l. aut qui aliter. §. fin. n. 3. vers. nota distinctionẽ. ff. quod vi, aut clam. infrascriptis verbis vtens, videlicet: Nota distinctionem mirabilem. aut verba sunt scripta in rem, aut in personam: & ideo dixi hoc anno. Aliud est, si statutum dicit, pro homicidio quis puniatur in mille: & aliud si dicit: si quis fecerit homicidium, puniatur in mille: quia primo casu: cùm verba sint scripta in rem, ex propria significatione verborum tenetur faciens, & fieri faciens, vel mandans: sed secundo casu fieri faciens non tenetur, nisi ex interpretatione verborum, non ex propria significatione. de hoc dixi infra in l. hæc verba. ff. ad l. Iul. de adulter. vbi re vera in nu. 1. ipse Bart. infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. Quandoque verba legis sunt scripta in rem, tunc per propriam significationem comprehendunt etiam eum, qui fecit fieri, vt hic. Dicit enim. [Adulterium, stuprumvè factum Iudex non impunitum relinquit.] & sic lex respicit factum, & factum punit: quandoque verba legis sunt scripta in personam, verbi gratia, si quis vim fecerit, tunc ille, qui vim fieri fecit, non propriè facit, sed ex interpretatione, vt in l. 1. §. deiecisse. ff. de vi, & vi armata. hanc distinctionem facit text. in l. aut qui. §. fin. ff. quod vi, aut clam. hæc omnia Bart. vbi supra. Ex quibus omnibus hæc not. eliciuntur. Primum quorum est, ꝙ quando lex cõis, vel municipalis, seu statutaria loquitur in rẽ, tunc per propriam verborum ipsius legis significationem non solum comprehenditur sub talis legis pœna faciens contra talem legem, verumetiam fieri faciens, seu mandans illud fieri. Secundò, ꝙ quando verba huiusmodi legum scripta sunt, seu loquuntur in personam, tunc etsi ex propria significatione verborum non comprehendatur mandans fieri: benè tamen comprehendetur mandans fieri ex interpretatione ipsarum legum: ex quibus siquidem (si benè ipsius Bartoli sententia percipiatur) nullo pacto elici poterit, quod nonnulli Doctores extimarunt, dicentes, quòd statutum loquens in personam, non comprehendat mandantem, ita quòd non punietur pœna ordinaria statuti is, qui mandauit maleficium, sed solùm mandatarius, qui exequutus fuit huiusmodi mandatum: sed reuera hucusque nihil Bartolus docuit contra nostram ampliationem, cùm potius fauit ipsam approbando: cùm & nos dicamus mandantem incurrere pœnam statuti loquentis in personam, eo quòd implicitè hoc intenderint statutarij propter maioritatem rationis, quæ secundum ipsummet Bar. (in l. 2. §. videndum. nu. 2. versic. ex his concludo. ff. ad Tertul.) locum etiam habet in statutis, reperitur in mandante, & sic ex interpretatione potius necessariò facienda circa ipsum statutum, conformi menti, ac intentioni statutariorum, quàm ex propria significatione, ac corticem verborum ipsorum statutorũ. Quapropter patuit Bartolum se subscripsisse præsenti rationabili ampliationi: vt patuit. Idipsum probatur auctoritate Iasonis in l. si is, qui pro emptore. num. 372. versic. tenẽdo istam opinionem. ff. de vsucap. dicentis non obstare præsenti nostræ ampliationi text. in d. l. aut qui aliter. §. fi. ff. quod vi aut clam. in quo se fundat Bart. quia huic fundamento respondit Raph. Fulgos. in l. 3. §. fin. ff. quod quisque iuris, quòd hic textus citatus a Bart. habet alium sensum, quòd si edictum loquatur in personam, comprehendetur solum Dominus mandans, vel faciens: si autem loquatur impersonaliter, vel in

tem,

rem, tunc non solum comprehendetur Dominus, sed & alij ibidem numerati in §. penult. Quapropter dictum textum sic intelligendo, non probaretur per ipsum supradicta Bart. distinctio: etsi non neget Iason, quòd sententia Bart. fuerit fundata in vltimis verbis ipsius legis. Vbi dicitur, quòd cum illud edictum loquatur in rem: siue ego fecissem, siue si iussissem interdicto, quòd vi aut clã tenear. Addimus & nos tertiam responsionem, in reconciliationem dictę sententię Bar. cum pręsenti nostra ampliatione: dicendo ipsum Bar. tam in d. l. aut qui aliter, quàm in infrascriptis alijs locis, in quibus eadem distinctione fuisse vsum recensebimus, & alleuetamus ipsum loquutú fuisse de statuto aliquid præcipiente contra ius commune, de quo nos hic non loquimur, vt patuit in ipsismet verbis præsentis nostræ ampliationis, sed solum de statuto aliquid præcipiente secundũ ius commune: Quapropter comprobatur apertissimè præsenti ampliationi non fuisse aduersatum per talem distinctionem, cum ipsemet Bart. in l. omnes populi. col. 23. nu. 60. vers. secundo casu, quando passiuè. ff. de iust. & iure. docuerit, quòd statuta recipiant interpretationem passiuam a iure communi in tantum, quòd si statutum disponit in aliqua materia iuris, idest de qua ius commune disposuerat, tũc omnes leges iuris communis extendentur ad ipsum statutum, & sic recipiet extensiuam interpretationem a iure communi. & subdidit ibi Bar. tale exemplum, statutum confirmat aliquod testamentum, quod de iure communi non valet: tunc omnes leges testamentariæ se extendunt ad hoc statutum, ipsum interpretando in materia testamentaria, secundum ius commune, prout latissimè quòd alios Doctores vtriusque censuræ, & per ipsummet Bart. fuit decisum, & supra per me sępissimè recensitum. ex quorum doctrina elicitur illud axioma, in quo dicimus, quòd statutum loquens in materia iuris communis recipit omnes ampliationes, & limitationes, quas in decidẽda tali materia ius commune vtitur varijs in locis. Nec nostræ assertioni poterit obstare id, quod idem Bat. docuit, loquens de eadem materia in l. sed si vnus. §. si seruus meus. nu. 2. versic. nunc tamen latius. ff. de iniurijs, & famo. libel. vbi infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. Nunc tamen latius, & intelligibilius dico. Quidam sunt actus, qui non possunt expediri per instrumẽtum separatum ab ipso corpore: vt adulteriũ tũc qui per alium facit: ipse verè nõ facit, & hoc voluit dicere Glo, in l. 1. §. quotiens. ff. de vi, & vi armata. Interpretatiuè tñ benè potest committi per aliũ: idem dico in falso testimonio: cũ n. requirat actũ personæ testificantis, non potest propriè committi

173 per alium eadem ratione. Quædam † sunt facta, quæ possunt explicari per instrumentum separatum a corpore, vt percussio, homicidium, & similia, quæ possunt perpetrari sagitta, vel lapide emisso. Et hic aduerte, quandoque illud instrumentũ, quo mediante talis actus perpetratur agit de necessitate, nec potest non agere, & tunc qui facit mediãte instrumento tali, verè facit: ita loquitur. l. item mela. in princ. ff. ad l. Aquil. Quandoque illud instrumentum, quo mediante perpetratur actus agit virtute libertatis suæ: Vt si mando homini habenti intellectum percutias, vel occidas talem: tunc ille liber occidit, meritò ipse verè facit: sed ego qui mando, dicor præbere causam: quia mandatum meum non est causa necessaria illius actus: ita loquitur l. item si obstetrix, & multæ aliæ leges. ff. ad l. Aquil. Modo ad propositum, quando ego mando tibi aliquid, quod post susceptum mandatum, tu habes necesse facere necessitate ciuili, quia tu es obligatus ad hoc, vtputa si mandatur tibi aliquid, quod est honestũ, vel si Dominus mandat seruo aliquid, quod non cadet in graue delictum: tunc ille verè facit, cuius mandato fit: quoniam instrumentum, quo mediante agit, de necessitate agit, dico de necessitate ciuili: hic est casus in l. patet. in fine. ff. de ma. vindi. & in l. 3. §. si Procurator. ff. quod quisque iur. licèt enim verba illins edicti loquantur in personam, quod quisq; iuris statuerit: tamen habet locum in eo, qui impetrauit per Procuratorem: cùm enim mandatum de impetrando sit licitum. Ille Procurator de necessitate impetrauit, & sic Dominus verè impetrauit. & est casus in l. ita autem. §. gessisse. ff. de administ. tut. Per hoc dicebam in quæstione de facto. Assisij statutum dicebat. Si quis produxit exceptionem aliquam cõtra instrumentum confessionatum, nec probauerit, puniatur in tantum: modò quidam produxit exceptionem contra instrumentum per Procuratorem habentem mandatum ad hoc, nec probauit. Dico, quòd ex verbis statuti Dominus punitur: quia verè Dominus produxit: quia Procurator tanquam instrumentum hoc fecit de necessitate, scilicet ciuili: nec tunc debet inspici, vtrum verba statuti loquantur in personam, aut in rem. Sed si mandatum nõ esset licitum, & ideo ille, per quem quis fecit, non fecit hoc de necessitate naturæ: quia liberum habet arbitrium, nec ex necessitate legali: quia rei turpis nullum est mandatum, tunc ille qui mandat, non facit verè, sed interpretatiuè: ita loquitur l. 1. §. deiecisse. ff. de vi, & vi armata. & l. si pater. ff. de his, quæ in frau. credit. & l. Item si obstetrix. ff. ad l. Aquil. & omnes leges, quę hoc dicunt, debent intelligi secundum modum prædictum. Non obstat. c. mulieres. extra de sentẽtia excommunicationis. Vbi dicit, quòd verè facit. Quidam Canonistæ dicunt, verè facit, scilicet quantum ad peccatum vult dicere: quia Canonistæ magis considerãt animũ, quàm actum: sed nos magis actũ, quàm animum, vt not. per Dyn. in c. peccatum. de reg. iur. lib. 6. Et ideo quantum ad peccatum mortale in foro conscientiæ ille verè facit: quia consistit in animo: sed respectu actus, quẽ nos inspicimus, verè non facit. hæc Bart. vbi supra, cuius dicta colligendo in vnum, dico ipsum nos docuisse, quòd mandans maleficium, cùm actu ipso per propriam personam non exerceat, sed mandatarius, verè non dicatur illud fecisse, sed interpretatiuè,

173 † ac si apertè dixerit, non nego illum posse dici fecisse (cum omnia nostra faciamus, quibus nostram auctoritatem impartimur) tamen si solùm actum ipsum extrinsecum ponderabimus, is tantum dicetur verè fecisse, qui per seipsum fecit, nõ per alium, etsi interpretatiuè dicendus erit fecisse, quod & non negauimus, imò in proposita ampliatione præsenti fassi fuimus: Nec obstat, quòd ipse Bart. interpretari videatur dictum cap. mulieres. quo ad peccatum: dicendo, quia consistit in animo, cùm non idcirco negauerit quin dictũ cap. mulieres. loquatur etiam de pęna inde incurrenda, cùm ibi apertissimè idipsum probetur, eo quòd loquatur de pœna excommunicationis incurrenda

correnda ipſo facto à mandante percuti Clericũ, ſi huiuſmodi percuſſio ſequuta fuerit. Quapropter patuit ipſum Bartolũ ooo aduerſatum fuiſſe præſenti ampliationi, vt nonnulli æſtimarunt, ſed nec contra noſtram ampliationem ſunt alia verba ipſiuſmet Bart. in l.ſi is pro emptore. nume.61.ff.de vſucapio.& vſurp. vbi loquens de eadem met materia, infraſcriptis vtitur verbis, videlicet. Tu verò dic breuiter. Aut verba ſtatoti ſunt ſcripta in rẽ, vt quia dicit. Pro homicidio, pro tali vulnere, pro tali facto quis ſic poniatur, & mandans etiam ex verbis teoetur. Caſus eſt in l.hæc verba.ff.ad l.Iul. de adulter.& in l.ſi ſeruum.§.Prætor ait. ff.de acquir. hæred. Aut verba ſuot ſcripta in perſonam, puta, ſi quis occiderit, vel ſi quis tale quid fecerit, vel homicidia, & ſimilia, tunc ille, qui fieri fecir, non eſt ille, qui facir propriè, nec ille, qui fieri fecit homicidium eſt propriè homicida; vt in l.ita vulneratus. in princip.ff.ad l.Aqoil. ſed ſecundum fictionem, & interpretationem dicitur feciſſe, vt ex prædictis patet, & ſic ſecundum verba nõ comprehenditur in ſtatuto, pro hoc eſt l. ant qui aliter.§.penult. & fin.ff.quod vi, aut clam. hæc Bart. vbi inpra. Et quidem non ceſſo mirari viros doctiſſimos ex ipſis Bart. verbis velle aſſeuerare ipſum Bart. docuiſſe, quòd mandans fieri maleficiũ non incidat in pœnam indictam à ſtatuto loquente in perſonam, oon animaduertentes ſententiã, ac mentem Bart. Nam nonne apertiſſimè elicitnr ipſum Bar. voluiſſe, quòd etſi ex vi, vel ſonitu verborom dicti ſtatuti mandans non comprehendatur, bene tamen ſecundum mentem ſtatuentium, & mentem comprehenſiuam ipſins ſtatuti, ſicut ipſemet conſequenter declarauit ſubdendo: qni mandat non eſt propriè homicida, ſed ſecundum fictionem, & interpretationem dicitur feciſſe homicidium, & ſic ſecuodum verba, ſcilicet ipſius ſtatuti, ſcilicet corticem, & commune ſignificatum, non comprehenditur in ſtatuto: Quapropter ſcitè noluit addere, & idcircò non incidet in pœnam ſtatuti: cùm ſciret ſe ſæpius contrarium docuiſſe, ſcilicet quòd etſi pœnæ ſint reſtringendæ, & per conſequens leges tam cõmunes, quàm mnoieipales, nihilominus & ipſe recipiunt interpretationem paſſiuam, & extenduotur ad caſum ioibi non expreſſum, ratione maioritatis rationis. quæ in illo caſu teperitur, vt ſingulariter docuit in l.2.§.videndum, nu.2.ff.ad Senaruſconſult. Tertull. cuius ſententiam ad verbnm retuli ſupra in probatiooem qoarti caſus propoſiti, in quo probatur, quòd ſtatuta recipiunt interpretationem extenſiuam, & ſic extendantur de caſu expreſſo, ad caſum inibi non expreſſum. vide ergo ibi. Ad hoc accedit textus in l.non dubium.C.de legibus, & quod dixerunt ibi ipſemet Bar. & alij. Vnde paruit, quòd nec Bar. in ipſa l.ſi is, pro emptore. adoerſatus fuerit pręſenti ampliationi noſtræ. Sed nec præſenti ooſtræ ampliationi, ac ſententiæ Bartol. interprerationi obſtare poterit id, qood docuit ipſemet Bar. io l.omnes populi. nn. 62. verſicn. contrarium dico, ff.de iuſtitia & iure. dicens, quòd ſtatutum non extendatur ad caſum, qui eſt idem ſecundum iutis fictionem, non ſecundum veritatem: quia ad hoc, vt illud, quod eſt ſecundum fictionem comprehendatur in ſtatuto, neceſſe habet ſpecialiter exprimi, vt in l.3.§.hæc verba.ff.de negot.geſt. ibi. [de quo fuit neceſſarium dicere.] cum Glo. ſua, & ſic ſtatutum ad talem caſum non extenditur, niſi ſecundum diſtinctionem ſupradictanı. hæc Bart. vbi ſupra. Ex quibus (vnà cum præcedentibus dictis ipſius Bart.) poſſet forſan quis concludere ipſuoi Bartolum refragari præſenti ampliationi, dicendo, quòd id, quod ex interpretatione dicitur, fictè dicatur, & non verè. At ſtatuta non recipiunt fictionem, ſeu. non extenduntur ad caſus fictos, & mandans fieri maleficium, verè is non facit, ſed fictè, ac interpretatiuè: ergo contrariatur Bartolus præſeoti ampliationi. Ad quod quamfacillima erit reſpõſio, dicendo ſententiã Bar. ponderandam fore: Nanı apertiſſimè in fauorem præſentis ampliationis cedet ſi bene ipſa conſiderabitur. Quapropter dicta verba Bartoli ſunt interpretanda, prout ipſemet ibidem innuit, dicens (vt ſupra retuli.) Et ſic ſtatutum ad talem caſnm non extenditur, niſi ſecundum diſtinctionem ſupradictam. Quæ quidẽ diſtinctio fuit talis (qua ibidem nu.60.verſic.dic, aut quæris,) videlicet: Aut quæris vtrum ſtatuta
175 recipiant † interpretationem extenſiuam actiuè. hoc eſt. Vtrum ſe extendant ad caſus in ſtatuto non comprehenſi, an paſſiuè, hoc eſt, vtrum leges ſe extendant ad ſtatuta. Primo caſu, aut quæris de caſibus, ſine quibus òiſpoſita per ſtatuta nõ poſſunt commodè ſortiri effectum, & ad illos extenditur ſtatutum. Aut quæris de alijs caſibus, in quibus eſt eadem ratio, & tunc aut caſus illi per ius commune non ſunt deciſi, & ad illos extenditur, & ita debet intelligi Glo. in l.nõ poſſunr.ff.de legibus. Aut ſunt deciſi per ins commune, & tunc ſtatutum non extenditnr, ſed iuris communis diſpoſitioni relinquitur: ita loquuntur omnia iura, per quæ allegatur, quod non eſt noſtrum leges extendere, vt in l.ſi vero.§.de viro.ff.ſoluto matrimonio. Secundo caſu, quando paſſiuè, tunc indiſtinctè dico, ꝙ ſic. Exemplum. Per ſtatutum alicuius ciuitatis eſt inductũ aliquod munus perſonale: certè omnes leges, quę de muneribus perſonalibus ſubeundis loquuntur, ad illud extenduntur, vt in l.1.§... ff.de muner. & honor. Aliud exemplum. Statutũ cõfirmat aliquod teſtamentũ, quod de iure communi oon valet. vtrum l.Falc. Senatus Conſultum Trebell. & aliæ leges teſtamentariæ ſe extendant ad hoc teſtamentum, certè ſic. & hoc modo poteſt intelligi qnod dicitur, leges priores trahi, ſeu determinari ad poſteriores, vt in l.non eſt nouum.ff. de legibus. hæc omnia Bart. vbi ſupra. ex qnibus apertiſſimè elicitur, quòd ipſe nunquam intenderit aduerſari pręſenti noſtrę ampliationi: ſed ſemetipſum declarare. Nam quando dixit [aut qnætis de caſibus, ſine quibus diſpoſira per ſtatutum non poſſunt commodè ſortiri effectum, & ad illos extẽditur ſtatutum] quid aliud tacitè innuir, quàm veritatem præſentis ampliationis: cùm ſi ſtatutum loquens in perſonam non extenderetur ad mandantem: tunc vtique diſpoſita per ſtatutum, ideſt ſecuodum mentẽ eius comprehenſiuam non ſortiretnr effectum, eo quòd mens ſtatuentium fuerit, tali ſtatuto ipſos comprehẽdere in ipſo ſtatuto, tanquàm Principes maleficij, aliàs iniuſti fuiſſent tali pœna voluiſſe eos puniri, qui minus peccauerant, vt ſunt mandatarij, quanı eos, qui magis peccauerant, vt fueruot mandatores ipſi, vt ſnpra fuit ſatis probatum: quod non eſt credendum de ſtatutarijs, quorum mentem fuiſſe procoldio reneodom erit, punire vnumquemq; iuxta meritum ſuarum culpatum:

vnde

vnde patuit quid nos docuerit Bar. prædictis: sed quando dixit, [Aut queris de alijs casibus, in quibus est eadem ratio: & tunc, aut casus illi per ius commune non sunt decisi, & ad illos extenditur i anr sunt decisi per ius commune, & tunc statutum non extenditur, sed iuris communis dispositioni relinquitur.] apertissimè voluit se subscribere presenri ampliationi, cùm in ipsa dixerimus, quòd statutum puniens pena ordinara à iure communi maleficium aliquod perpetrantes, extenditur ad mandantes, iuxta regulam illam, ꝙ statutũ conforme iuri commuui recipit omnes extensiones, & limitationes, quas & ius cõmune recipiat; Sic ergo in proposito id, quod explicitè nos docuimus per supradicta. Bar. hic implicitè, dicendo, ꝙ tunc relinquitur dispositioni iuris communis, ac si apertè dixerit, etsi asseuerauerim, ꝙ statutum nõ se extendat ad casus decisos à iure communi, cùm ipsos relinquat dispositioni illius, idcircò hoc dixi, quia sicur de iure communi mandans maleficium fieri, comprehenditur sub lege pœnali indicta à iure communi loquente in personam, sic & dicimus, quòd comprehendarur implicitè in statuto, idest non prohibetur per statutum mandanrem puniri pœna ordinaria, qua & ipse mandatarius exequens mandatur. cùm eo ipso, quòd statutum reliquerit decisionem huius casus dispositioni iuris communis; & ius commune disposuerit (vt probauimus abundè satis in conclusione tertia) quòd mandans, & mandatarius eadem pœna puniantur, etiam si lex loquatur in personam (vt ipsemer Bar. ibi relatus docuerat.) Inde apertissimè sequitur, quòd ipse Bar. hic idipsum voluerit nos docere, ne sibi aduersaretur, vt etiam paulò ante probauimus per exemplum primum propositum ab ipso Bar. in d. l. omnes populi. loco citato, eo magis, ꝙ ipsemet Bart. in d. l. omnes populi. nu. 60. in fine, docuerit, ꝙ statuta recipiant extensionem passiuè, idest, ꝙ leges se extendant ad statuta. Idem docuit ipsemet Bar. in l. serui quoque. nu. 10. versic. Item nota. ff. de iurisdict. omn. iudic. dicens: Item nota, ꝙ tenetur ille, qui mandat, & ille, qui facit; Hoc intellige ex sententia edicti, non verbis, quia verba sunt scripta in personam. si quis corrumpit. Hæc ille, quasi diceret, etsi dictũ edictum, seu statutum ex sonitu verborum non comprehendat mãdanrem, ramen & mente & sententia verborum staturi, & statuentiũ bene comprehenditur. Ex his ergo omnibus patuit ipsum Bartolum non solùm non aduersatum fuisse præsenti nostræ ampliationi, immo summoperè ipsi fauisse, quod quisque aduertet si eius dicta iusta ingenij statera ponderabit, quod & clarius ipsemet Bar. nos docere studens in l. quemadmodũ. nu. 4. vers. ex hoc patet. C. de agric. & cẽsit. infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. Ex hoc patet, quod licèt lex pœnalis, & odiosa extra significatum proprium, nullatenus extendarur, vt in c. odia. de reg. iur. in sexto. tamen vbi extensio tendit in fauorẽ Reipublicæ, ita debemus ipsam extendere sicuti legem fauorabilẽ. (Adde tu, quòd cùm hic Bar. generaliter loquatur de lege penali, & odiosa, non vtique exclusit legem municipalẽ, ac statutariam, cum videatur æquiparari legi pœnali, quæ de sui natura est restringibilis.) Et ideo cum pertineat ad fauorem Reipublicæ punire maleficia, ad hoc, vt Prouincia in quiete remaneat, vt in l. cõgruit. ff. de officio Præsidis, & in l. si longius. §. si filius. ff. de iudicijs. Pœna statuti punientis facientem maleficium, punierur fieri faciens; & debet extendi, si facit fieri, vt in l. si quis id, qđ. cum similibus. ff. de iurisd. omn. iudic. hæc omnia Bar. vbi supra, qui rursus quasi similia verba proferens in l. 2. §. exercitum. nu. 2. vers. secundo nota. ff. de his, qui not. infa. his verbis vsus fuit idipsum docens, videlicet. Secundò nota, ꝙ odium ampliatur: nam licèt secundum ius scriptum edictum non loquatur, nisi de misso ab exercitu, edictum extenditur de misso ab exercitu, vel alia cohorte, vel ala. Dynus dicit in c. odia. de regu. iur. in sexto. quod illud est ratione publicæ vtilitatis, quod est verum, cùm publica vtilitas versatur in hoc; quia cùm constet maleficium esse commissum, si verba edicti non extenderentur ad illud, esset impunitum, quod esset contra publicam vtilitatem, vt in l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. sed si tractaretur de diuersis pœnis imponendis, tunc eligeretur mitior. hæc Bar. vbi supra, cuius sententiam tam hic, quàm in d. l. quemadmodũ laudat, ac sequitur Hyppolitus de Marsilijs in sua Praxi crim. §. aggredior. nume. 58. Ex his ergo paruit, quòd Bar. verè ac sincerè se subscripserit præsenti nostræ ampliationi in puris suis terminis, vt fuit probatum, quod & expressius docuit in l. Cęsar. la seconda, numero 25. versiculo quartò quæro. Nunquid statuta recipianr interpretarionem extensiuam, vel restrictiuam. ff. de publica. & vectiga. & quia sunt eius dicta ibi memoriæ cõmendanda, & summopere deseruiunt veritati præsentis nostræ ampliationis, idcircò eadem ad verba referam. His ergo verbis post nonnulla vsus fuit, videlicet. Ex quibus omnibus videtur concludendum, quòd statuta recipiant interpretationẽ, pro quorum declaratione, ad euidẽtiam dicendorũ, est sciendum, Quòd interdum aliquid approbatur a lege generali, sed à speciali reprobatur, vt paret in l. pacisci, ff. de pactis. Nam pactum in illa lege est cõtra dispositionem Edilium, vt in l. 1. ff. de edili. ędict. sed lege generali approbatur, vt in l. iurisgẽtium. §. Prætor ait. ff. de pact. simile habes in l. 1. §. fin. cum l. sequen. ff. de ferijs. Nam illi casus non habent legem specialem, in qua disponitur, quòd non reddatur ius tempore messium: sed habent legem generalem, scilicet l. omnes. C. de ferijs. Interdum dispositio haber generalem legem, & specialem, vt in l. iurisgentium. §. quoties. ff. de pactis. l. si plagij. l. si stipulatus. ff. de verborum oblig. & l. non dubium. C. de legibus. Sic
176 ergo in proposito: Aut statutum † est nulla lege armatum, & hoc contingit, quando est reprobatũ à iure, & tunc non valet in casu expresso, vt in l. eos. C. de vsu. & in Authen. cassa. C. de sacrosanct. Eccles. & in Authen. omnes peregrini, & aduenę in corp. Vt nulli iudicum. colla. 10. col. 1. de statutis contra libertatem Ecclesiæ. Aut statutũ est communi lege armatum, & est omnino secũdum dispositionem iuris. (Adde tu, vt supposuimus hic in præsenti nostra ampliatione.) & tunc serua de statuto, quod seruares de iure communi. Et hoc probatur sic. Quando dispositio stricti iuris accumulatur alteri, quæ est magis larga, verè illa sapit naturam illius, & quemadmodum per omnia interpretatur, & illi assimilatur; posito, ꝙ sit strictissimæ naturæ: Ita habes in l. Triticum. ff. de verborum oblig. Pręterea dispositio accumulata sapit primam naturam, Probatur in l. 1. §. si quis. ff.

vt

vt le.no.cā. Præterea, qñ aliquā sunt paria,& parificantur in dispositione, illa debent esse paria in effectu, vt in l.iam hoc iure.ff.de vulga.& pupil.& in l.quamuis.C.eod.titul.& l.in testamento.C.de testam.milit.& l.eadē.ff.de duob.reis. Præterea, quando vna dispositio est alteri similis, debet regulari secundum eam, vt in l.2. ff.si serui.vendi.& in l.naturalis.§.1. ff. de præscri. verb. Præterea, optimè facit quod no. D.Iac.Butr. in l.generaliter.ff.de officio Præsidis. Aut statutum est lege generali atmatum, scilicet per l.omnes.ff.de iustitia & iure, & Institu.de iure natu. gen. & ciuil.circa princ. sed non speciali, quia est contra iuris communis dispositionem, vt dicebam in simili. de l. pacisci.ff.de pactis.& tunc, dic sic: Aut in statuto est scripta ratio,& tunc stationi,nec per hoc à verbis recedo, cùm sit scripta, & ita loquitur l. 1.C.quæ sit long.consuetu. etsi ita intellexisset. si verò non est scripta in statuto posito, quòd millies appareat de mente, uō recedam à verbis, nec extendam, nec restringam ad mentem. Hæc distinctio probatur in l.non dubium. C.de legibus. & quòd hoc sit verum, probatur sic. Nunquā extrinseci intellectus debet rō haberi, vt in l. sciendum.ff.de verborum oblig.& in l.1.ff.de his,quæ in testam.delen.& l.sed etsi pupillus. §.præscribere, de Insti.Præterea à verbis legis nō est receden dum: Nam verbis statuti est seruiendum, vt in l. quod constitutum.ff.de re milit.& verbis ædicti, vt in l.idemque re.amo. & l.ventri. ff.de tu.& cu. da.ab his. Præterea, formæ statuti est deseruiendum,vt in l.certa forma. C. de iure fisci. lib.10.& in l.constitutionibus. ff.de iure immu. Præterea, Casus verbis non expressus,est pro omisso habendus,vt in l.quicquid.ff.de verbor. oblig. Præterea Casus omissus à statuto debet relinqui (adde tu, ve diximus nos in præsenti ampliatione,cùm supponatur omissus casus de mandante, in ipso statuto.) dispositioni iuris communis, vt in l.commodissimè.ff.de liber. & posthum. & l.si cum dotem.secundum vnam lectionem. ff. solut.matrim. & l. si extraneus. ff. de condit. ob caus. Præterea, quę specialiter non sunt remota, veteribus legibus comprehenduntur, vt in l. cùm dubitatur. ff. de ædifi.priua.& in l.præcipimus. C.de appellat. & l.sancimus.de testamentis, & in l. si stipulatus. ff.de vsucap.& in l.tabernam. ff.de fun.instruct.& instrum. lega. Præterea non est extendenda dispositio ad ea, de quibus cogitatum nō docetur, vt in l.cum aquil.& l.cum tutoribus.ff.de transac, sed non videtur cogitatum de eo, quod non est verbis expressum, vt in l.Labeo. ff. de suppel.leg. ergo,&c. Præterea nostrum non est legem extendere, vt in l.si verò negotium. §. de viro. ff.soluto matrim. Nam solius Principis est legem condere, vt in dicto §. de viro. Item quod lege municipali non est expressum, hoc dicere non debemus, ve in l. illam.de colla.in Authen.de tri.& semiss.§. consideramus. Præterea. Quæ difficultas condentibus statuta fuisset addere casum omissum, si voluisset, vt in l.vnica.§.fin.ff.de caduc.toll. Ex quibus concludendum, quòd statuta, quę sunt contra dispositionem iuris non recipiant interpretationem extensiuam, vel restrictiuam; quod est verū. Hęc omnia aurea dicta sunt Bartol.vbi supra. Ex quibus expressissimè elicitur veritas præsentis nostræ ampliationis, & quòd Bart.ipsi quamlibentissimè se subscripserit, vt patuit per supradicta.& nota hic quoque, quòd ipse Bar.vltra ea, quæ docuit circa statutorum interpretationem, in dicta l.Cæsar. la seconda, ferè per totum. ff.de publica. & vectig. quamplurima docuit.

Impugnare studuerunt infrascripti Doctores præsentem nostram ampliationem dicentes, quòd pœna ordinaria à statuto loquente in personam, non punietur mandans maleficium fieri, sed mitiori, tamen si statutum loqueretur in rem, tunc eadem pœna ordinaria puniretur, inhærentes doctrinæ Bar. in l.aut qui aliter.§.fin.nu.3. Quòd vi, aut clam. Decius in l.is damnum. nu.3. & 4. ff.de reg.iur.& in consil.suo 63.nu.3. docuit, quòd statutum loquens, seu dans præmium accusanti delinquentem fauore Reipublicæ, ne delicta remaneant impunita, extēditur ad denunciantē. Idem Cagn.in dicta l. is damnum.nu.2. Iason cum alijs congestis per eum in l. si is, qui pro emptore.nu. 21.col.3. & nu.82.ff.de vsucap. Qui Iason de hac eadem materia rursus loquens in l.si quis maior. & in l.1.col.vlt. post medium. C.de transact.& in l.si certis annis.col.2. C.de pac.& do. & in d.l.si is,qui pro emptore,col.88.vol.2.C.de pac.& do. & in l.qui se patris.colum.29.C.vnde vi. docuit, quòd statutum loquens, seu dans præmium accusanti delinquentem fauore Reipublicæ, ne delicta sint impunita, extenditur ad denunciantem, prout recēsuit, ac docuit quoque Marsilius in sua Praxi criminali, §. aggredior. nu.60. qui & alios Doctores idipsum sentientes ibi citauit. Idem docuit Carrerius copiosè in sua Praxi criminali. §. circa igitur tertium. de homic.commisso,nu.59. vbi dicit hanc esse communem. cui & Franciscus Viuius in Thesauro commun.opin. versi.puniens maleficium astipulatur, dicens ipsam veriorem in pũcto iuris. Idem docuit Decius in l.si quis id, quod.nu.38. & sequen. ff. de iurisdict.omn.iudic. & hanc etiam communem dicit Alexan.in l.1.in princ. ff. de verb.oblig. Qui tamen Alex.sequens Bart. in dicta l.quemadmodum, in consil.410.in col.2. & in l.quemadmodum. C.de agric.& cēsit. lib.11.docuit, quòd vbi extensio legis, & statuti odiosi tendit ad fauorem Reipublicæ: ita debeamus extendere, sicut statutum fauorabile. Idem docuit Iason in d.l.si quis id,quod.nu.36. dicens hanc esse communem, quem Io.Fich.in Thesauro commun.opinio. in versic.mandans. refert, & sequi videtur. Idem docuit Bossius in sua Praxi crimin.tit.de pœnis.nu.14.addens, quòd hęc conclusio non haberet locum Mediolani, vbi vltra prędicta adest aliud statutum disponens, quòd nullus puniatur pœna corporali, nisi lege municipali caueatur. Idem Plaza lib.1.delict. c.1. nu.8.& c.15. Idem Villalpand. in repet. l.22.cap.66. nume.6. Taeg.in Pract.crim.c.10.nu.20.Idem docuit Thomas Grammaticus noster Neapolitanus in consil. 9. in fine. citans ad hoc Bart. & quidem talis quoque sentētia recipit interpretationem ipsusmet Bar.quam ipse tradidit supra, vnde patet ipsum non aduersatum fuisse præsenti ampliationi, cum loquatur in casu, prout ipse Bart. docuit in l. quemadmodum. His ergo nō obstantibus adhuc asseueramus præsentem nostram ampliationem in suis terminis ibi allatis contentam, esse verissimā, nec ei aduersatos fuisse pręcitatos Doctores, cùm simus in casibus diuersis. Nam ipsi loquuntur in statuto loquente in personam extra terminos iuris communis, nos vt in statuto loquēte in terminis

nis iuris communis, vt patuit per hucusque allata, & sic non sumus contrarij in sententia, imò & quamfacillimè ex dictis Bartoli, & ipsorū se subscribentium in luce meridiana clariùs elicitur, quòd & ipsi quoque tacitè se subscripserint præsenti ampliationi: cùm nec verbum quidem protulerint contra ipsam in terminis suis contentam. Sed solum loquuti fuerint de statuto loquente in personam in terminis constituto, præter, vel contra formam iuris cōmunis, etsi specialiter hoc non dixerint: cùm visum fuerit ipsis hoc ipsum innuisse, eo ipso, quòd subscripserint sententiæ Bartol. qui ad verbum loquens in terminis præsentis ampliationis, se ei subscripsit, etsi prima fronte in nonnullis locis visum fuerit aliquibus ipsum Bartolum aduersatum fuisse præsenti ampliationi.

Quoniam generaliter loquens de cooperatoribus in maleficijs, eamq; perpetrandis, & de qualitate pœnarum vniuicuique eorum infligendarum non solùm quando in lege exprimeretur quali pœna puniendus esset opem ferens maleficio tali, verum etiam quando verba legis scripta reperiuntur in rem. hanc regulam tradidit in l. is qui opē. col. 2. vers. quid ergo, dicens. ff. de furtis, videlicet.
177 Regula est, quòd præstans † opem punitur eadem pœna, qua principalis punitur, vt ll. supra alleg. fallit in casu l. raptores. C. de raptu virg. in l. 1. C. de Nili agger. non tump. quod sic est ibi expressum. Item fallit, quando qualitates propter quas pena debet augeri, vel minui reperiuntur diuersæ in persona facientis, & opem præstantis, vt hic, quod tamen intelligendum erit secundū subsequentem distinctionem, vt cessent omnia, quæ afferri possent in contrarium: sciendum ergo erit, quòd quædā sunt qualitates, ex quibus augentur, quæ superuenerunt præter propositum delinquentium ex post facto ex ipsum delictum, vt deprehensio, de qua in dicta l. 15. qui opem dicitur, & tunc quilibet punitur, secundum quod illa qualitas inest in eo, vt in dicta l. 15. qui opem propter quod dicitur, quòd si principalis offendēs est condemnatus in plus, quia negauit, vel quia fuit contumax, certè si opem præstans fuit confessus, vel præsens non condemnabitur in plus, propter contumaciam principalis, quia in eo istæ qualitates cessant. Quædam sunt qualitates, quæ insunt ab ipso initio tempore delicti, secundum propositum delinquētium, & istę quidem insunt personę delinquentium, exemplo principalis occidens erat filius, opem præstans erat extraneus, isto casu opē præstans punitur in plus, propter qualitatem inhęrentem ipsi filio principali, vt in l. vtrum. ff. ad leg. Pomp. de parricid. & ideo dicit ipse Bar. ibidem, quòd si popularis præstet opem nobili, qui punitur in plus, secundum statuta ipsius ciuitatis, vel ciuis præstaret opem ferentibus, quòd punitur in plus propter qualitatem inherentē principali delinquēti: quędam sunt qualitates, quæ insunt tempore delicti, ratione loci, vel temporis, vel personæ eius, in quem deliquerant exemplum, ego pręstiti tibi arma ad homicidium committēdum de die, tu commisisti de nocte, vel ego præstiti tibi opem, stando ad tui securitatem extra plateam, vel extra Ecclesiam, & tu commisisti in Ecclesia, vel ego præstiti tibi opem, hoc est arma ad interficiendum Titium, quando erat priuatus, & tu interfecisti eum in dignitate positus, vtrum opem præstans puniatur in plus propter illas qualitatęs inhęrētes ipsi delicto: ista q6 iacet in hoc an præstās opem obligetur ex delicto, tunc cum opē præstat, an tūc cum delictum perficitur, certè tunc cū delictum perficitur, vt in l. qui fermo. versic. plus. Pomp. & l. si quis vxore. §. neque verbo. ff. de furtis. hæc omnia docuit Bar. vbi supra, quæ per modum ferè epilogi recensuit, & cōfirmauit in l. qui fermo. §. idem placuit. vers. pro cuius declaratione. ff. de furtis, sed ipsemet Bart. de eadem re docens in l. in furti. §. opem. versic. aduerte, debetis scire. ff. de furtis. dixit, quòd quandoque punitur con filium, & auxilium simpliciter alicui datū nō contemplatione certi actus, vtputa, dicit statutū, quicumque dederit opem, vel auxiliū exbandito puniatur in tantum, quandoque punitur auxilium, respectu certi actus, vtputa, qui dederit auxilium ad maleficium committendum. Primo casu auxilium intelligitur multū latè, scilicet pro quocunque adiutorio, siue mutuetur pecunia, siue pariter associetur, siue quid aliud faciat, quòd ad eius vtilitatem pertineat, hoc probatur in l. 4. in principio. ff. ad legem Iuliam maiesta. ibi, cuius te operatur tamen. circa hoc est aduertendum, quandoq; præbetur tali auxilio sciente Superiore implorando simpliciter misericordiā, vt si procuro hic, quòd alius banniatur, istud est licitum regulariter, vt in l. si fuerit. ff. de re, dub. & l. in metalla. ff. de pœnis, & l. diuus. eod. titu. fallit in eo qui esset damnatus pro crim. lęs. Maiest. pro quo non licet supplicare, vt in l. quisquis. C. ad legem Iuliam Maiest. quandoque hoc fit coram Superiore in die iustitiæ, vt quia peto pronunciari bandum nullum, vel cassari, allegans aliquā causam iustitiæ, sed dictus Bartolus ibi non soluit hanc quæstionem, remittens se sententiæ Innocentij in c. solent. in glos. magn. extra de sententia excommunicationis, tamen ipsemet Bar. hoc docuit in l. post legatum. §. sunt qui putant, ff. de ijs, quibus vt indign. vbi dixit, nota hunc §. ad statuta, quæ dicunt, si qnis præstiterit auxilium, vel fauorem exbandito, quòd etiam extenditur ad aduocatum eius, quoniam hoc est
178 præstare ei † auxilium, vel fauorem, & ideo sis cautus ne sis pro eo, nec pro eo fideiubeas, nisi mandato Iudicis, aliàs incideres in pœnam. arg. huius legis, quandoque præstat auxilium ex. iudicium ignorante Superiore, & tūc respondet Bar. in dicto §. ope. col. 2. versic. quandoque præstatur, vtputa mutuando pecuniam, vel aliud adiutoriū impendēdo, & tunc punitur, vt in l. 4. ff. ad legem Iuliam Maiest. quandoque præstat quis auxilium ante maleficium, vt si præstat ferramenta, vel scalam causa faciendi furtum, vel pecuniam causa inueniendi assassinum, vel domum, vbi stet ad talia faciendum, & similia, & tunc videtur præstare opem maleficio, vt in l. si pignore. §. ferramenta. ff. de furtis, & in l. vtrum. ff. ad l. Pompe. de parric. & in l. qui domum. ff. ad l. Iul. de adult. & iste punietur eadem pœna, qua principalis delinquens, habita tamen distinctione qualitatis, secundum quòd dixi in d. l. is, qui opem. & ego paulò ante retuli in accusatione tamen quæ fieret de tali auxiliante non est necesse, quòd ponatur tempus illius auxilij antea præstiti, sed sufficit tempus, & locus delicti: quia illo tunc obligatur in l. qui ferno. ff. de furtis, quando quis præstat auxilium in ipso actu, quo maleficium committitur, assistendo malefactori, vt habilius committatur, & tunc idem punitur tanquam præstans opem, & eadem pœna

pœna semper cum distinctione, quam supra retuli,& ipse Bart. dixit in d.l.is qui opem, & probatur in l.1.C.de raptu virg. quæ lex est not.ad ista:quandoque præstatur auxilium post maleficiū vtputa, quidā præstitit auxilium homicidę ad euadendum, vidi iam aliquos assessores illos punire tanquam præstantes opem homicidio, sed mihi non placet:nam si bene respicis hanc legem, requiritur ꝙ præstetur auxilium ad ipsum homicidium seu maleficium committendum, sed in quæstione nostra non fuit præstitum auxilium ad committendum, sed ad euadendum: & ideo puto ꝙ teneatur ex illo titulo, C. de his qui latro. l.1. & vlt. vel si impediret familiam capere, teneretur l.Iul. de vi.vt in l.lege Iul.ff.ad l.Iul.de vi pub.hoc probatur in l.raptores.C.de raptu virg.quę punit aliter istos,qui præstant auxiliū ad euadendum,q̄ eos qui præstant auxiliū ad maleficiū cōmittēdū, pdicta tn̄ sunt vera, nisi præcessisset consiliū ante: puta facias,quia ego adiuuabo te ad euadēdū,qa tunc illa spes data,auxiliū est ad maleficiū cōmittendū,vt hic dicitur: & aduertendum ꝙ largè sumendo consiliū dicetur, ꝙ oēs qui dant consilium dant opem.est enim quoddā adiutoriū,& quædā cōforratio ista talis impulsio & consiliū,sed strictò mō loquēdo differtur consiliū ab ope,vt hic. Hæc oīa docuit Bar. ex quibus patuit ꝙ ipse nō sentijt contra supra allatā ampliationē,cū loquutus sit in casu diuerso,vt patuit ꝓ supra allata:patuit quoq; ꝙ statuta loquentia in materia iuris cōis,seu aliquid statuentia non conforme iuri cōi,ꝙ tunc ponderanda erunt verba ipsius statuti, an scripta sint in personā,aut in rē,quia tūc differt effectus vtriusque scripturæ ab alterutro, vt docuit Bar.supra & eius sequaces, quos supra recensui, & tali pacto cōcordandi erunt omnes Doctores, & intelligenda vera dicta ampliatio: ex quibus ergo elicitur concl. 4. 4. conclu. mandans aliquod delictum fieri prohibitum sub aliqua pœna speciali à iure municipali non conformi iuri communi,non punietur ipsa pœna ordinaria,quādo tale statutum scriptum fuisset in personam,secus in rem,vt fuit probatum per allata supra per Bart. & sequaces contra præcedentem ampliationem,vide latius ibi.

Limita primò allata in dicta vnica ampliatione dicendo illam veram, nisi statutum aliquo pa-
179 cto corrigeret † ius commune. Quoniam tunc non fieret extensio dispositi in eo in casu vero ad casum fictum, & sic non extenditur statutum loquens in faciente ad mandantem: & idem diceretur si à iure communi exorbitaret, vt puta, si per pœnā statuti recederetur à pœna iuris communis, quod
180 contingere dicetur † quotiescunq; statutum addit, vel detrahit tacitè; vel expressè iuri cōi:& rōnis est in prōptu, scilicet, quia lex quæ corrigit nouā legē nō interpretatur, ut in l.fi.C.de ind.uiduit.toll. Hęc limitatio probatur auct. Doct. Nam hoc docuit Bal.in c.Cùm non liceat, col.2.nu.5. In cōtrariū videtur ext.de præscript. Idemq; repetijt ipsemet Bald.in l.omnes populi.col.9.in fine, nu. 23.vers. Aut statutū irregulariter dānat.ff.de Iust. & Iure. His præcisis verbis vtens videlicet: Aut
181 † statutū primo irregulariter dānat actū, vel factum aliàs damnatum irregulariter punit, & tunc non comprehendit mandatorem. Exemplum de primo, dicit statutum, quod si quis inuenitur de nocte puniatur in certū quid. Modò scolaris mittit famulum de nocte: certè non punitur scolaris, quia statutum limitatę materiæ dat pœnam: & istud statutum innuit materiam delicti de nouo:& suis terminis contenti esse debemus, quia statutū sic figit pedes suos. Exemplum de secundo, si quis fecerit iniuriā patri non gaudeat beneficio inuentarij, certè nō cōtra mandantē, quia illa pœna extranea est à propria pęna delicti:cū respiciat actū quendā remotissimū extrinsecū, seu extraneū valde, vt in l.si quis seruū, §. non dixit, ff.de acquir. hæred. Hæc omnia Sal. vbi supra. idē docuit Anch. in c.1.col.96.ex.de const.referens ac sequēs dīct ā sententiā Bal.& in probationem secundi exēpli citat d.§. Non dixit. idē docuit Aret. in l. Gallus, §. Quid si is.col.6. in fine, vers. Vnde aliter videtur dicendum, ff.de liber.& posthu.

Pro cuius limitationis maiori intelligētia sciēdum, quod idē verbū relatum ad diuersos, diuersimodè potest, & debet interpretari, si vniformiter sumendo præiudicaret iuri cōi, & est in hoc tex. multū singularis (secundū Pan.ibi nu.6.vers. Item nota) in c.cùm dilectus.ext.de consuet.pro interpretatione statutorū. Nam statutū episcopi ibi disponebat, vt electio prelati penderet penes fratres eiusdē loci, & Cap. Charophensis, & quatenus verbum electio concernit fratres eiusdē loci, stat pro priè, quatenus vero concernit Cap. Charophensē stat pro confirmatione. Nam confirmatio, largissimo sumpto vocabulo, potest dici electio: est enim pars, & finis electionis, & fit illa interpretatio, quia si verbū [Electio] qūo ad vtrunq; casum staret propriè, & strictè præiudicaret iuri cōi: quia de iure cōi electio pertinet dūtaxat ad collegiū illius Ecclesiæ, & ex hoc, & ex d. tex.d. c.cùm dilectus, notandū, & memoriæ cōmendandā sequentē regulā fore, docuit ibidē Pan. scilicet quid verba
182 † statuti debeant intelligi largissimè, vel strictissimè, si taliter interpretando statutum ipsum, cui taretur correctio iuris communis.

Limita 2.d.ampl.vnicā, & ipsius ampliationes singulariter, dicēdo illas habere locum in malefi-
183 cijs, quę per alios explicari possunt, † non aūt in his, quæ nō possent explicari ęquè per alios, vt est adulterari, sententiā inferre iniustā, & falsè testificari & alia facere, quæ cōtra naturā sunt, vel fiūt, vel quæ sine peccato detineri, vel fieri, vel possideri nō possunt, & quæ ipso iure nulla sunt ab initio, & in hoc casu loquitur tex. in l.verū, ff.de reg.iur. Vbi hæc habentur, videlicet, [verū est neq; pacta, neq; stipulationes factū posse tollere: quod.n.impossibile est, neq; pacto, neq; stipulatione potest cōprehendi, vt vtile actionē, aut factū efficere possit,] idē ꝑ Ang.in l.in bello, §.factę, ff.de capt.& in c.si Paul⁹, 32.q.5. vbi reperit canonizata S.Hiero. sententia, dicentis [audenter loquar, cū oīa possit Deus, suscitare virginē non pōt Deus post ruinā.] Hæc ibi. quibus consonat tex. in l.vnica, in princ.
184 C.de raptu virg. vbi dicitur ꝙ virginitas, † vel castitas corrupta restitui non possit, & ibi per oēs Doct. & hmōi. Nam tunc mandans, non dicetur fecisse id qđ mādauerat fieri: Probatur 1. per tex. in l.1.§.Aū aūt.C.de cad.toll. Probatur & 2. Doct. sentētia. NāBal.in d.§. Ne aūt.nu.3.vers. Tu altius
185 considera, dixit hos actus † esse naturaliter insertos in hoīe, exēplificans in actu bibendi, comedendi, coeundi, & hmōi, qui non possunt æquè exerceri p aliū, prout patet natr. Nā vt dicit Auic. Deus gloriosus dedit vnicuiq; indiuiduo ꝓpriā comprehensionem, quā alteri cōmunicare impossibile est,

le est, & ideo huiusmodi operari nemo propriè di
cetur quoad ipsos actus. Quapropter qui mādat
adulterium fieri, non est adulter, nec verè, nec fi-
ctè, nec propriè punitur de mandato, sed tanquā
fautor adulterij, vt not. in l. 1. §. quoties, ff. de vi, &
vi armata, licet in alium extendatur, vt in l. 1. ff.
de adult. eodem modo diceret disciplinas. Idem
docuit gl. in cap. sciant, versi. Alios. de elect. in 6.
vbi & Dominicus, col. 3. vers. Ego crederem. Idem
docuit glos. fina. in capit. 3. ext. de bis, quæ fi. a
prælatis. Idem docuit Barto. in l. 1. §. sed etsi cum
quis, num. 4. versicu. Vltimo quæro hic. ff. de vi, &
vi armata, sequens glos. in dicto §. sed etsi cum
quis. his præcisis verbis vtens, videlicet, glo. dicit
186 quòd indistinctè rathihabitio † mandato com-
paratur etiam in maleficijs, sed fallat in adulte-
rio, quia adulterium non potest committi per a-
lium, & in hoc dicit verum in se, quia impossibile
est, quòd factum alterius sit factum meum, & in l.
rerum, ff. de reg. iur. & ideo impossibile est, quod
si tu adulterasti vnam mulierem, quod illud adul-
terium sit factum à me, & idem si tu occidisti Ti-
tium, impossibile est quod ego occiderim, etsi
idem est in adulterio, quod in alijs criminibus, &
quòd optima sit sententia Barto. dicentis impos
sibile esse quod id quod factum est ab aliquo sit fa
ctum ab alio; cum sit impossibile quod id quod se
mel factum est, nō sit factū. Probatur per infrascri
pta alia iura citata p Doct. videlicet, per tex. in l.
in libello. §. facto, in principio. ff. de capti. in l. si
ita quis, ff. de euict. in l. 1. §. si vir. ff. de acquir. pos-
se. Aucten. de æqualit. dot. §. 1. versicu. Quæ igi-
tur. vbi dicitur. [Quod enim factum est, infectum
manere impossibile est, adeo quod nec Deus ipse
187 facere potest quod illud quod sit factum, † non
sit factum. idem probatur sacrorum Theologorum
sententia, quos recensui ad verbum, in quæst. de
exten. leg. pœn. contra transgredientes legem per
metum cadentem in constantem virum: quos hic
referas, idem docuit Bart. in l. Non dubium, col.
3. num. 13. in fine, C. de legibus, citans ad hoc tex.
in dicta l. verum. Idem docuit Decius in dicta l.
verum, & ibi etiam Cagnolus, numero 3. Addens
quòd ex dicta sententia Hieronymi, & dicta opi-
nione quod Deus non possit facere quin factum,
sit factum, inferatur ad decisionem notab. quæ-
stionis, quòd Deus non possit peccare, quia pecca
tum potius detrahit potentiæ diuinæ faciendi bo
num (quod proprium est ipsius,) vel abstinendi a
malo, cum non posse facere malum impotentis
non erit adscribendum. Quapropter si creditor
legitimus alicuius diceret. *Si s'appontasse nostra Donna tu mi renderai quello, che m'hai tolto*, non pos-
set pœna indicta a statuto contra blasphemantes
de iure puniri, cum dicta verba proferre, non sit
blasphemia, eo quod duplicem sensum possent re
cipere. Nā primus est, quod virgo Maria non po-
terit facere quod ille qui restitutioni alicuius rei
est de iure obnoxius, illam non restituere tenea-
tur, eo quod illam restituere sub præcepto diuino
teneretur, ac per hoc si non restitueret, peccaret
mortaliter, quod peccatū non potest facere Deus,
nec Sancti in cœlo regnantes: & sic non possunt ip
sis aduersari illi, vel impedire effectus ipsius, nec
per hoc detrahitur potentiæ Dei, vel Sanctorū, cū
peccatum denotet defectum iustitiæ diuinæ (in-
cursum ob transgressionem legis Diuinæ, quæ
transgressio in ipsos cadere non poterit,) Secun-
dus sensus talis traditur, videlicet, Si instabit pro
me beata Virgo omnino, vt mihi rem furatam re-
stituas, tu omnino compulsus esses ad restituen-
dum illam mihi, & hic sensus duplex est memoriæ
comendandus, quem latè docuit nos Iason in l.
1. §. si vir. ff. de acquir. poss. & per Salic. ibidem, &
Corneus perpulchrè in consil. 181. per totum lib.
188 1. consil. eo quod in pœnis † irrogandis inter-
pretatio benignior legibus est adhibenda, & quod
semel factum fieri non posset verè quod non sit fa
ctum, docuerunt quoq; Bald. in l. fi. versic. His au-
tem factis, C. de legibus, & in l. ex his. in fi. C. de te
stam. milit. latè tradit Socinus inferendo ad pul-
chram quæst. in consil. suo 102. incip. In præsenti
consultatione. & facit quod notat Bald. in l. eam
quam. col. 10. versi. circa quintum, C. de fideicom.
idem docuit gl. in d. l. vnica, versic. non potest.

Limitatio vnica dictæ limitationis secundæ.

Limita singulariter allata in dicta limitatione
2. dicendo ipsam proculdubio uerā esse, si conside
rabimus ipsum factum potus, commestionis, vel
adulterij, & similium actuum quantum ad effe-
189 ctus naturales ipsorum actuum, † qui ex ipsis a-
ctibus proueniunt, vel requiruntur, nunquàm erūt
paria facere per se, & per alium, quicunq; sit actus
ille ex dictis. Nam vt patet ad sensum, si volo satia
ri, nunquā sufficiet comedere per alium, sicut per
me: si volo suscipere filium ex adulterio Bertæ,
nunquàm erunt paria adulterari per me, & per a-
lium: si verò volo experire vires meas, non erunt
paria interficere alium per interpositā personā,
sicut per me, & tali pacto erit intelligenda dicta
nostra limitatio secunda, & Doctorum in ipsa ci-
tati. Sed si considerabimus ipsum factum quoad
effectus ciuiles, qui consistunt in remittendis in-
iurijs vnius proximi adalterum, tunc paria erunt
dicenda, inferre iniuriam per se, vel per aliū, & ta
li pacto intelligitur Gem. in d. c. sciant. & est tex.
in l. Hæc verba, ff. de adult. & in l. is, cuius ope. ff.
de adult. Bart. in l. 1. §. sed expressè hoc docuit. &
si cum quis, ff. de vi, & vi armata. in fine, & per alle
gata per vtrosq;: nam in d. l. Hęc verba. hęc habēt,
videlicet. [Hæc verba legis, ne qs post hoc, stuprū,
adulteriūve facito sciēs dolo malo, & ad eum qui
suasit, & ad eū, qui stuprū, vel adulteriū intulit per
tinet,] idē probatur per tex. in d. l. is cuius ope. Vbi
hęc verba habentur, videlicet. [Is cuius ope, consi
lio dolo malo factū est, & vir, fœminave in adulte
rio depręhensi pecunia, aliave qua pactione se re-
dimerēt, eadē pœna dānatur, quæ constituta est in
eos, qui lenocinij crimine dānantur. Si vir infamā
dę vxoris suę causa adulterium subiecerit, vt ipse
depręhenderet, & mulier, & vir adulterij crimine
tenentur ex Senatuscōsulto de ea re facto. Marito
primū vel patri eā filiam, quā in potestate habet:
intra dies sexaginta diuortij accusare pmittitur,
nec vlli alij intra id tēpus agēdi potestas Docto.
vltra eos dies neutrius voluntas expectat.] Hęc
idē. ibi docuit Bart. in d. l. is cuius ope. dicēs. No-
ta quod isti mandatores istarū pactionū illicita-
rum tenētur eadē pęna, qua tenētur ipsi faciētes,
quod tene menti. Idem expressè, & ad verbum do
cuit Pet. & Cyn. in l. fin. C. ad Macedo.

Probatur & tertiò hac ratione: nam licet adul-
teriū factū per mandatariū non possit dici factum
per mandātem, cū factum alterius non possit dici
meum, vt in leg. verum, ff. de regul. iuris. Tamen
proculdubio iniuria potest fieri per alium, & sic
facien-

faciendo per iniuriam adulterari vxoré alterius
per alterum. Ita dicor vituperare illum: sicut si fa-
cerem fieri homicidium per alium: Nam impossi
bile est, quod ego occiderim Titium, si de man-
dato meo fuerit interfectus, & tamen iuris fictio
ne dicor fecisse, si per alium feci, vt in c. cum quis.
de senten. excom. in 6. in c. mulieres ext. de sent.
excommunicat.

Limita tertiò allata in ampliatione vnica di-
ctæ conclusionis tertiæ, dicendo illa non habere
190 locum quando lex, † vel statutum diceret, quicũ
que pro se, vel psonaliter, vel suis manibus comi-
serit tale delictum. Nam tunc talis dispositio lo-
quens de faciente nõ extendetur ad mandantem,
eum talia verba legis communis, aut municipalis
sunt præcisè denotantia factum verè, & non inter-
pretatiuè videant declarare mentem legislatorũ
non fuisse talem dispositionem extẽdere ad alias
personas, sed solũ compræhendere ipsos malefa-
ctores, illud tale prohibitum exercentes, talibus
modis in dictis iuribus expressis, & non ad alias
personas, quas innuisse videntur dispositiones iu-
ris cõmunis. Hæc ergo limitatio sic declarata pro
batur Doctor. Aucto. Ioannes enim de Platea, &
Bartol. tacitè se subscripsit præsenti limitatio-
ni in l. Probatorias, nu. 1. C. de diuer. off. & appar.
his præcisis verbis, videlicet. Nota ex gl. in versic.
Auctenticis, quod si statim dicit quod instrumen-
tum confessionatũ per manum publici notarij de
cõtractu rogati plenam fidem faciat, & executio-
ni mandatur, quod Instrumentum exemplatum e-
tiam auctoritate Indicis, non faciat fidem,
nec mandabitur executioni, quia non est scriptũ
de manu notarij rogati de contractu, & sic statutũ
ad id se non extendit: secus autem si illa verba,
manu notarij &c. non essent in statuto: quia tunc
illud exemplum auctoritate iudicis authenticatũ
faceret fidẽ, & executioni mandaretur, vt in c. Chi
rographis. ff. de admitt. tutel. Idem eadem mo-
do docuit Bald. in l. vnica. §. An autem. col. 2. versi.
Quidam sunt actus inserti formaliter, hoc est, per
datam formam, verbi gratia si testator mandat ali
cui, quod per se fingat domum: vel Papa mandat
alieui quod personaliter accedat ad uisitandum
quoddã monasteriũ. Nam hoc alteri eommitti nõ
potest: iste est textus not. istius §. An autem. Idem
doeuit rursus Bald. in c. 1. §. Iniuria. circa finem.
de pace iuram. fir. quam citat, & sequitur in casu
nostræ limitationis Iason in l. si is pro emptore.
num. 374. versic. Quod quando statutum. ff. de vsu-
cap. dicens hoc ipsum esse secundum communem
opinionẽ. & id ipsum rursus docuisse ipsum Bald.
in l. si quis decesserit. si de feud. fuer. vbi tenuit di-
ctus Bald. quod quando statutum punit occiden-
tem proprijs manibus, tunc mandans non cõpræ-
hendetur, facit tex. in l. vnica §. is ita. versi. suis ma-
nibus. C. de caducis toll. & alijs similibus iuribus
citatis per Iasonẽ ibidem. Item doeuit Aret. in l.
Gallus. §. quid si is. coln. 7. in princip. versic. Dicas
hoc esse limitandum. ff. de liber. & posthu.

Et ex Canonistis glo. not. in clem. 5. versi. Publi
cè. & personaliter, de vita & honest. Clericorum.
per verbum personaliter limitatur, quod dicitur
in c. mulăeres. de sent. excom. & tex. in regula qui
per alium facit. de regu. iur. in sexto. Ad hoc etiã
facit quod docuit Card. Flor. in Clem. 1. versi. Nos
itaq; Not. 21. de vita, & honest. Cler. vbi docuit,
quod in materia pręiudiciali si esset præceptum,
191 quid exequendum personaliter † ab aliquo, non
esset satisfactum mandato si per alium id fieret;
idem ad verbum sequens dictam gl. docuit Pan. in
c. mulieres, in fine, ext. de sent. excom. Quod & ip-
semet Pan. repetijt in c. significauit, col. 1. versicu.
Item nota quarto, ext. de Iudæis. Idẽ rursus Pan.
docuit in c. fin. col. 4. in versic. Glo. 2. quærit an ci-
tatus vt psonaliter, ext. de dilationibus. docuit, ꝙ
ex ipsa glo. & ex c. 1. de Iudic. in 6. elicitur quod
192 vbi requiritur in aliquo actu præsentia † alicu-
ius, tunc non posset actus ille fieri per procurato-
rem: quia ille dicitur præsens qui se exhibet con-
spectui aliorum (inquit) bonam glo. in Clem. Du-
dum, de sepulturis: si ergo, ait, statutũ dicat, quod
faciens tale quid personaliter incidit in pœnam,
faciens per alium euitat pœnam: vt est gloss.
notabi. in dicta Clementina prima, versiculo
193 Publicè, & personaliter † secus si non esset appo
situm verbum [Personaliter] vt in c. si quis suaden
te. 17. q. 4. Idem rursus repetijt ipsemet Pan. in c.
fin. §. Is autem. not. 1. ext. de officio delegati, his
præcisis verbis vtens. Nota primo pro significatu
huius, videlicet. Personaliter. Vbi enim requiritur
quod aliquid personaliter fiat, non est satisfactũ
iuri, si per alium fiat. & facit ille textus pro glo. in
Clem. 1. de vita & honest. cler. in versic. Personali-
ter, quæ notanter dicit, quod si constitutio punit
aliquem exercentem certum quid personaliter,
nnn habet locum illa pœna si exercet per alium,
& sic operatur istud aduerbium, vt mandans, non
habeatur pro faciente, sic limita cap. mulieres de
sent. excom. hæc Pan. vbi supra. Idem docuit Feli
nus in dicto cap. mulieres, in fine. sequens ibi Pan.
Idem rursus notauit ipse Felinus in d. c. fi. num. 2.
per totum, qui quamplurimas auctoritates id ip-
sum tacitè docentes coadunauit ac ibidem re-
censuit.

Probatur & ratione præsens limitatio: cùm e-
nim pęnalis huiusmodi constitutio tam com-
munis, quàm municipalis loquatur qualitatiuè,
inde sequitur idẽ fore iudicium de ipsa, sicut de
quacumq; alia forma Iudicij tam moti per accu-
sationem, quàm inquisitionem, sed qualitate deli
194 cti specialiter delata non probata, † etsi delictũ
in se fuisset probatum, pęna non habebit locum:
Inde sequitur quod pari ratione nec talis statuta
ria pœna, de qua hic fit sermo, & quòd verum fuit
quod diximus de absoluendo reo, non probata
qualitate propositi delicti, audiamus quid dicat
D. vide apud omnes, vers. Qualitas delicti. Etsi ve-
rissima fuit nostra limitatio, tamen posset quis in-
surgere contra ipsam asseuerando illam falsam, &
quod videatur obstare tex. in l. Diuus. in princi-
pio, iuncto §. scribere, ff. ad l. Cornel. de falsis. pro-
ut statim dicetur.

Sublimitatio dictæ 3. limit.

Sublimita dictam limitationem tertiam, di-
cendo illam non habere locum in eo, qui testa-
195 mentum, vel codicillos † scribi fecit, ascribendo
sibi legatum manu filij, serui, vel alterius in pote-
state illius constituti, cui legatum fuit relictum,
quoniam incidet in pœnam falsi etiam si propria
manu non scripserit: etsi textus in l. Diuus. in prin
cipio. ff. ad l. Cornel. de falsis. dicat pœnam falsi
incurrere eum solùm, qui cùm alterius testamen-
tum vel codicillos scriberet, legatum sibi sua ma-
nu scripsit; perinde teneatur ac si commisisset in
legem Corneliam: cùm ibidem textus in §.

scribere, statim subintulerit hæc præcisa verba, videlicet, [Scribere autem sibi legatum videri non solùm, qui manu sua id facit, sed etiam eum, qui per seruum suum, vel filium, quem in potestate habet, dictāte testatore, legato honoratur,] hec ibi ex quibus apertissimè elicitur, φ lex pœnalis ibi. loquens per verba personalitatem denotantia, scilicet, manu sua: tamen comprætendit etiam sie ri facientem per alium. Ratio vero huiusmodi extensionis legis pœnalis loquentis per verba denotantia personalitatem, scilicet, [manu sua,] in hoc casu speciali contra supradictā regulam in dicta tertia limitatione allatam est propter identitatē rationis, quæ reperitur in scribēte manu sua, & in scribēte manu filij, aut serui. Nam comodū, quod inde videtur consequi est in causa incursionis ta lis pœnę: Inde ergo sequetur, φ si quis tale assequa tur comodum etiā per manum alterius scribētis, in eius potestate existentis, eadem ratione incur ret eandem pœnam, & è contrario, talis comodi assequendi cessante causa, cessabit effectus dictæ legis Corneliæ, scilicet incursio pœnæ falsi. prout docuit tex. in l. si pater. ff. ad l. Corn. de falsis. Vnde, quia seruo aut filio familias scribentibus sibi aliquid in testamento alterius, comodum quæritur Domino, vel patri. Ideo dicta pœna falsi locū habebit in Dño & patre, si hoc scriuerint, prout apertissimus docuit text. in l. De eo, qui ei. ff. ad l. Corn. de falsis. vbi hæc ad uerbum habētur, videli cet, [De eo, qui ei, cuius in potestate est, ad scrip
196 serit † nihil senatus cōsultus cauet: sed hoc quoque casu comuittitur in legem, quia huius rei emolumentum ad patrem, Dominumve pertinet, ad quō pertineret, si filius, seruusve adscripsissent, illud constat si extraneo quis adscripserit legatū: licèt postea viuo testatore in potestate eum habere cœperit senatusconsulto locum non esse.] hæc ibi. & supple, idest locum non esse pœnæ falsi. & ratio rationum istius sublimitationis est, quoniam aliàs facillimè posset eludi dicta pœna falsi cōtenta in d. l. Diuus. in principio. si pater aut Dominus (qui sub pœna falsi) prohibentur sibi adscribere legata in testamento alterius, procurare idipsum posset per seruum, vel filium in potestate existentes: vnde omnino comodum dicti legati eis acquireretur. Quapropter ne dicta lex Cornelia de falsis, quæ est pœnalis eludatur, fiet extensio su pradicta, vt in c. Si ciuitas. de sent. excom. in 6. Huic quoq; sublimitationi (vltra supra citata iura apertissima) se subscripserunt ibidem Doctores, & in ipsius proprijs terminis Iason in d. l. si is, qui pro emptore. ff. De vsucap.

Limita singulariter & quartò allata in ampliatione Vnica, ampl. primæ fallen. 10. conclusi. 3. dicendo illa non habere locum tam in excelsa ciui tate Mediolani, quàm in quacumq; alia ciuitate, aut loco similia statuta habente: Vbi essent duo sta
197 tuta, † alterum scilicet, præcipiens, φ nullus cor poraliter puniatur nisi lege municipali caueatur, sed aliàs pœna pecuniaria puniatur arbitrio Pote statis. Item alio statuto cauetur, quòd si quis homicidium fecerit, capite puniatur, ita quòd moriatur: nam tunc nōn comprætenderetur mandās fieri hoc homicidium, vt puniatur pœna capitis, & sic pœna mortis, quia non est homicida simpliciter, sed secundum quid: eò quòd non videatur homicida formalis & propriè sumptus, ex quo suo ictu non occidit, cùm sit homicida quasi casualis, idest, eò quòd dederit ipse causam tali homicidio, etsi illud non fecerit propria manu, vt in l. 1. §. quoties. ff. de vi, & vi armata. eo magis quòd in istis statutis non habeat locum regulariter interpretatio extensiua, quia ipsa est tacita, sed excluditur per primum statutum, prout subtiliùs, & latiùs consuluit Bald. in consil. 42. aut 52. aut 92. incip. Talis casus est, statuto cauetur. vol. 1. & sic idem esset in omnibus alijs ciuitatibus & locis, in quibus similia statuta reperienrur. Et sciendum, quòd præsenti limitationi se ad verbum subscripsit Iason in d. l. si is, qui pro emptore. nu. 378. vers. Secundò principaliter. ff. de Vsucap.

Limita & quintò allata in d. vnica ampliatione, ampliationis primę, conclusionis tertiæ pręsentis
198 quæstionis secundæ, dicendo, quòd † ad mandā tem aliquid fieri, tunc solùm extendatur pœna indicta à statuto contra aliquid facientem, & sic de casu vero ad casum fictum extensio fiet, quando in ipso statuto cautum esset, quòd vbi pœna impone retur à statuto, non haberet locum pœna iuris communis, & pro tali delicto, de quo statutum lo quitur, & pro quo statutum pœnam imponit, non posset recurri ad ius commune, nam (vti diximus) tum solùm extendetur ne mandans fieri delictum impunis abeat, prout apertissimè docuit Marianus, Socinus in c. Vt famæ. nu. 96. vers. Quæ opinio est vera secundum Imo. ext. de sent. excommunic.

Hæc omnia hic obiter attulimus de extensione statuti de casu vero ad casum fictum, vt satisface remus propositæ quæstioni de extensione pœnæ mandatarij ad mandantem aliquod maleficium, cui à statuto fuerat aliqua certa pœna apposita. Reliqua verò de materia extensionis legum pœna lium de casu vero ad casum fictum reperies solertissimè Lector infra latissimè in quæstione sua peculiari (in ordine quæstionum.) Videas ergo ibi.

Amplia & secundò singulariter allata in fallentia decima conclusionis tertiæ præsentis quæstio-
199 nis, dicendo, quòd dispositio tam iuris † cōmunis, quam municipalis pœnalis loquens per dictio nem, si quis, vel per similem, sen dirigēs sermonē in personam singularem, non solùm comprętēdit ipsam singularem, verumetiam vniuersitatem, ci uitatem, concilium, capitulum, & omnes congregationes quocumq; nomine appellentur ipsæ, in materia tamen, in qua dictus sermo in ipsis verificari possit, vtputa si dicat lex vel statutum, si quis aliquem occiderit, si quis incurrerit in crimen læsæ maiestatis diuinæ vel humanæ, vel huiusmodi, tali pœna plectatur. Nam tunc huiusmodi iura pęnalia comprætendent & ipsam vniuersitatem, ciuitatem, Concilium, capitulum, & quascumque alias hominum congregationes, qnocumqne nomine nuncupatas, & iuxta terminos præsentis nostræ ampliationis poterunt concordari insimul illæ duæ solemnes opiniones Doctorum adinnicem aduersantes. Nam nonnulli ipsorum dixerunt, quòd lex communis, vel municipalis loquens per dictionem, si quis, quicumque qui, & huiusmodi, non comprætendet vniuersitatem in pœnalibus, seu quoad illarum constitutionum pœnas incurrendas, sed solùm singularem personā: secus in fauorabilibus, etsi vniuersitas aliquo pacto fictione iuris appellatione personæ venire possit: cùm secundum eos etiam legem pœnalem videatur non fore extendendam de casu ficto ad casum verum, seu de casu vero ad casum fictum, vt la-

vt latiùs in relatione ſententiæ vniuſcuiuſque ipſorum Doctorum dicetur. Sed animaduertendũ, ꝙ hæc noſtra ampliatio implicitè latiſſimè fuit probata per allata in probationem dictæ decimæ fallentiæ, & præcedentis primæ ampliatione eiuſdẽ decimæ fallentię cùm ibi innumeris legum, & Doctorum auctoritatibus probauerimus huiuſmodi extenſionem dari. Idem elicitur ex allatis in peculiari quæſtione de extenſione de caſu ficto ad caſum verum per totum. His ergo præmiſſis hæc pręſens ampliatio probatur triplici medio, & primo per arg. in c. Graue nimis. ext. de præben. Vbi à Cõcilio generali fuerunt ſuſpenſi à collatione beneficiorum illi prælati, qui poſt ſecundam correctionem contulerint beneficia eccleſiaſtica indignis,
200 † extendendo hanc pœnalem conſtitutionem factã ſub dictione ſingularis perſonæ, videlicet, quidam prælati &c. Ad vniuerſitatem, ibi [ad capitulum] ſtatuendo eadem pœna puniendum Capitulum, quod eſt perſona ficta, & non vera: ſi in eodem crimine deliquerit. Dixi probari præſentem ampliationem per arg. in d. c. Graue. cùm ex ipſo eliciatur, quòd pœna iniuncta à iure perſonæ ſingulari, ſeu per dictionem, ſi quis quidam, & huiuſmodi extẽdatur ad vniuerſitatem: cùm ibi Concilium Lateranenſe extendat ad capitulum, & hoc ſolùm contigit, quia de hac quæſtione implicitè ibi deciſa fuerat, expreſsè interrogatus ab aliquibus de ipſa dubitantibus: tacitè nobis innuendo, quòd cùm in vniuerſitate hominũ capituli eadem ratio incurrendi talẽ pœnam reperiretur, quæ in ſingulari perſona, idem iudiciũ habẽdum fore: iccircò meritò de eodem ibidẽ implicitè fuiſſe decretum declarauit ipſe ſummus Pontifex. Idẽ probatur per arg. in c. Mulieres. §. Illi. ext. de ſent. excom. Vbi lex pœnalis. c. ſi quis ſuadente diabolo. 17. q. 4. loquens per dictionẽ, ſi quis denotãs per-
201 ſonam veram extenditur ad mandantes † qui dicuntur facere aliquo pacto fictè, & ſi quoad pœnã vero iuris incurrendã dicantur vere, eum ipſi proprię perſonæ aliquo membro non percutiant, & ſi bracchio vel alio membro alterius perſonæ, vt patet ad ſenſum, etiam elicitur ex intentione latoris illiuſmet. §. ſi quis. 17. q. 4. quæ vtiq; fuit prohibere omnes iniurias corporales inferendas clericis mediatè & immediatè. Qua ꝓpter cùm vniuerſitas, ciuitas, capitulũ, &c. conſtituatur ex ſingulis perſonis, quæ vtiq; poterunt congregari, & ſic conſtituere vniuerſitatem. Inde palam fit, quòd ſicut ſub pęna excõicationis eſt prohibita percuſſio illicita clericorum ſingulis perſonis, ita & vniuerſitati cõſtitutæ ex ſingulis: quando hoc ipſum mandaſſet: & vt veritas iſtius noſtræ ampliationis dignoſcatur, ſciendum, quòd in d. §. Ille. hæc habentur, videlicet. Illi verò, qui non per ſe ipſos, ſed eorum auctoritate vel mandato alij violenter inijciunt manus in clericos, ad ſedem apoſtolicam ſunt mittendi, cùm is cõmittat verè cuius auctoritate, vel mãdato delictum committi probatur. hæc ibi. Dixi probari per arg. in d. §. Illi. quoniam per ſe patet vt latiùs fuit probatum ſupra in probatione pre-
202 cedẽtis ampliationis, quòd fictè † dicatur quis facere id, quod ſuo mãdato alius fecit: Cùm ergo vniuerſitas dicatur ſingularis perſona: Inde ſequitur, quòd ſi lex vel ſtatutum dicat: ſi quis percuſſerit clericum, talem pęnam incurrat, etiam vniuerſitas, capitulum, vel collegiũ, ſi hoc per ſe fecerit, vel fieri præceperit eo modo quo præſentabit vniuerſitatem (de quo tamẽ latiùs infra in afferẽdis aliquibus paruulis cõcluſionib⁹,) ipſa vniuerſitas incidet in huiuſmodi pęnas, ſi ille cadere poſſent ęquè in vniuerſitatem, ſicut in ſingularẽ perſonã. Idem apertiùs probatur per tex. in l. ſi familia. iuncta l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdict. om. iudic. Nã d. l. ſi quis, explicitè vtens nomine ſingularis perſonæ, & illi imponens pęnam ſi corruperit album: volẽs nos docere, quòd idẽ intellexerit tex. in perſona ficta, (quæ aliàs dicitur collectiua, ſeu expreſſa per nomẽ collectiuum,) Interrogatus ergo docuit legiſlator idem eſſe dicendum de familia, quod dictũ fuit de ſingulari perſona expreſſa per illam dictionem, ſi quis. Idem probatur per tex. in l. nihil intereſt. ff. ad ſenat. cõſult. Macedo. Vbi hęc habẽtur, videlicet, [Nihil intereſt, quis filio familiàs crediderit, vtrum priuatus an ciuitas, nam in ciuitate quoq; ſenatuſconſultũ locũ habere, D. Seuerus & Antoninus reſcripſerunt] hæc ibi. Idẽ probatur per tex. in l. Itẽ ait pretor. in principio, iuncta. l. ergo ſciendũ, in fine. ff. ex quib. cau. maior. Vbi ædictum loquẽs per dictionẽ, ſi quis, declaratur non ſolùm continere perſonas ſingulares, verumetiã & oẽs infantes, furioſos, & ciuitates. Nã in principio d. l. Item ait prætor. hæc habentur, videlicet. [Item ait prætor, ſi quis vſu ſuum feciſſet &c.] & in fine d. l. Ergo ſciendum, hęc habẽtur, videlicet. [quod ædictũ etiam ad furioſos & infantes, & ciuitates pertinere Labeo ait.] hęc ibi. Quapropter Iaſon in l. ſi quis maior. nu. 9. verſi. Tertiò pondero. C. de Tranſact. hoc ipsũ docens, ac probare intendens dixit, huiuſmodi textus eſſe meliores de iure: quam contraria ſententia, cui fauet Bald. in l. oẽs populi. ff. de Iuſt. & iure, poſſe confundi. Probatur & ſecundo expreſsè auctoritate Iaſonis in dicta l. ſi familia. columna ſecunda, numero quarto, verſicu. Nota ex iſta gloſſ. & rurſus in l. ſi quis maior. C. de Tranſactio. columna ſecunda, numero octauo. Sed iſtis non obſtantibus: in quibus locis docuit legem & ſtatutum loquens per verbum, ſi quis, compræhendere vniuerſitatẽ: licet Bald. in l. omnes populi. ff. de Iuſtitia, & iure cõtrariũ docuerit, & quidẽ ipſe Bal. idipſum repetijt in c. ſedes. ext. de reſcript. nu. 6. verſ. Tamen quantum ad præſentẽ tractatum. Vbi dixit, quòd in materia ſtricta non veniat qui idẽ rurſus docuit in Aucten. Item quæcumq; nu. 1. C. de epiſcopis & cler. dicẽs, quòd idem eliciatur, ꝙ ſi in reſcripto dicatur, quòd Iudex delegatus Martino contra Petrum, & aliàs perſonas, quòd iſtud reſcriptum non porrigatur contra vniuerſitatem. hæc Bald. qui idem repetijt in rubr. C. Ad ſenat. cõſult. Trebel. dicens, quòd ſi quis iuraſſet aliquẽ defendere contra omnem perſonam, vel ſi conſtitutus ſit procurator contra omnẽ perſonam, non intelligatur contra vniuerſitatẽ. Idẽ rurſus docuit ipſemet Bal. in c. 1. §. Conuenticulæ. verſi. ſecundo not. de pace iuram. firm. & ſeruã. dicens, quòd nomine perſonæ non veniat ciuitas: cùm inibi ponãtur vt diuerſa: & rurſus in l. ſed ſi hac. §. qui manumittitur. ff. de in ius vocan. dicens, quòd ex illo textu habeatur argumentũ quòd per literas impetratas cõtra hoĩes de tali collegio nõ poſſit cõueniri collegium, ſed tantùm ſinguli. Idem in dicta l. omnes populi. nu. 9 r. dicẽs, ꝙ ſub verſ. Illo, ſi quis contra. ꝙ non includatur hæreditas latens, ſeu iacens: quia quando ſtatutum loquitur de perſona, non erit intelligẽdum de perſona ficta: niſi ſtatu-

tum nominatimſe ad fictam perſonam extendat:
vt in l.3.§.Hæc verba.ff.de negot.geſt.& hac ratio
ne non comprehendit ciuitates, & Caſtra: quia
propriè non ſunt perſonæ,ſed vice perſonæ.vt in l.
Mortuo.ff. de fideiuſſ. neque eos, qui ſunt in vte-
ro,quia non ſunt perſonæ.vt in l.fina.ff. de Collat.
bonor. Hæc Bald. vbi ſupra,qui tamen cum reue-
rentia tanti viri, ſibi contrarius pluribus in locis
ſe quamlibeotiſſimè ſubſcripſit præſenti noſtræ
ampliationi. Nam in capit.1. ſub rubric.de noua
forma fidel.num.a.ſuper verſi. Contra omnem ho
minem.dicens,quòd nomine hominis, etiam ci-
uitas & vniuerſitas contineatur,excepta propria
patria:& rurſus ipſemet Bald. in l.metum.§.Ani-
maduertendum, in prima & ſecunda lectura. ff.
quòd met. cau. His præciſis verbis vtens, videli-
cet. Nota ꝙ vniuerſitas poteſt cõmittere & incu-
tere bellum, facit.l. ſi quis in taurum. C.vnde vi.
cum ſimil. ſecundo nota quòd idem ius eſt de ſin
gularibus perſonis collegij, & eſt argumentum
quòd ſi conſtituatur procurator contra omnem
perſonam, quòd intelligatur etiam conſtitutus
cõtra collegia, & vniuerſitates,vt in l.Mortuo.ff.
de fideiuſſ.ſecundò eſt argumentum,quòd ſi com
mittatur alicui inquiſitio contra quoſcumq; de-
linquentes, quòd etiam contra vniuerſitatem in-
telligitur commiſſa, vt docuit Specul. in titu. de
inquiſit. §.penult. verſic. Quòd ſi inquiſitio com-
mittitur. hæc Bald.qui ibidem in ſecunda lectura
eiuſdem §.inter alia redarguit gloſam ibi dicen-
tem, quòd ſub appellatione, quis,vel ſi quis, non
contineatur vniuerſitas: ſubdidit tamen ipſe Bal.
hoc eſſe falſum. Cùm imò contineatur ſecundum
Cyn. in addit.Procurator igitur,contra perſonas,
porrigitur contra vniuerſitatẽ, vt in d. l. Mortuo.
Non negamus etiam alios fuiſſe Doctores, qui di
xerint,quòd ſtatutum loquens in perſona ſingula-
ri, ac per conſequens vera, non extenderetur ad
203 vniuerſitatem, † ſeu ciuitatem,capitulum,'&
quamcunque hominum congregationem: & ra-
tio per eos aſſignata eſt: quoniam propriè loquen
do,non ſunt perſonæ,ſed perſonas ſingulares quid
repræſentans, vt in l. Mortuo. ff. de fideiuſſor. &
Doct.hoc ipsũ docentes fuerunt infraſcripti,vide
licet Petr.de Ancha.in c. Nouit. ext. de his, quæ
fiunt à prælat. & ibidem docuerunt Pan. Imo. &
Anto.de Butr. in c.Graue.per totum,ext.de præ-
ben.Felinus in c.Dilectus.el ſecundo,de ſimonia.
& in c.Eam te.num.15. per totum. ext.de Reſcri-
ptis.& Rom. in l.2.in princip. col.2. verſic. Nota
ſecundum.An ſtatutum.ff. de verb. obligat. & alij
paſſim.Attamen meo quidem iudicio, ſi recta ſta
tera ponderabuntur huiuſmodi vtræq; ſententiæ,
quæ videntur adinuicem aduerſantes: in terminis
præſentis noſtræ ampliationis cõcordantur. Cùm
Iaſon loquatur in caſu particulari:non enim veri-
ſimile eſt,ipſum voluiſſe docere,quòd ſi ciuitas to
ta concurrerit ad mortem inferendam alicui par-
ticulari homini,qui obnoxius non fuiſſet crimini
læſę maieſtatis, tota ciuitas fuiſſet gladio peri-
mẽda, ſed ſolùm in caſibus infraſcriptis,aliàs ſibi
ipſi fuiſſet cõtrarius.Sed nec è cõtra ſentẽtia Bal.
dicentis, quòd pęna criminis læſę maieſtatis hu-
manæ inſerta in l.quiſquis.C.ad l. Iul. maieſt. quæ
loquitur in perſona ſingulari non habeat locum
etiã in ciuitatibus,quia aliàs ſibimet,& omnibus
Doctoribus aduerſaretur. Sed loquutus fuit in a-
lijs criminibus,in quibus ſtatutum fuit vniuerſita
tem non fore puniendam eadem pœna, qua ſingu
laris perſona.Pro cuius tamen maiori veritatis di
lucidatione, ſubnectemus ſubſequentes concluſio
nes; illis tamen præmittendo hoc notabile. Scien
dum ergo erit, ꝙ vniuerſitas,ciuitas,collegium,
204 † capitulum,& quid ſimile denotans congrega-
tam multitudinẽ hominum, ſi propriè,realiter,&
verè ſumantur, nihil aliud denotabunt ꝗ ipſam
multitudinem perſonarum verarum ſingularium
hominũ, ex quibus.ipſa vniuerſitas, collegiũ &c.
conſtituitur,quæ aliàs à Doctoribus dicuntur per
ſonę fictæ repræſentãtes ipſorum ſingulares perſo-
nas veras. Prout infraſcripti Doct.docuerunt,vide
licet Gloſſ.in l.ſicut. verſic. Non debetur.ff.quod
quiſque vniuerſitatis nomine, cuius ſentẽtiæ aſti-
pulatus fuit ibidẽ Bart.addẽs ꝙ hoc ipſum docue
rint cõiter philoſophi,& canoniſtę oẽs. Idem do-
cuit in d.l.ſicut. Paul. de Caſt. cùm nihil aliud ſit
vniuerſitas ſcolariũ, quàm ſcolares. Idem docuit
Bal.in dicta l.ſicut.§.ſiquid,in addit.nu.1.verſic.
In eadem glo.in fine.Idem docuit Pan. in c. dile-
ctus el 2.col.3.verſic.ad primum.ext.de ſimonia.
Ioannes de Ana. Felinus, & plerique omnes alij
in d.c.Dilectus,el ſecondo.

His præmiſſis ad pleniorem intelligentiam prę
ſentis noſtræ ampliationis ſubnectendæ erunt ſub
ſequentes concluſiones.

Prima ergo concluſio ſit hæc.

Vniuerſitas,ſeu capitulum,& quælibet congre-
gatio hominum capta ſecundum fictionem iuris
205 repræſentat vnam ſingularem perſonam † ac vnũ
corpus compactum ex multis ſingularibus perſo-
nis,quaſi ex diuerſis mẽbris,quæ tamen erit aliud
a ſingularibus perſonis ipſius vniuerſitatis conſti
tuentibus ipſam vniuerſitatem; vt puta a ciuibus
ipſis.Hæc concluſio Probatur triplici medio. Pri-
mò enim per tex.in c.nouit.ext.de his, quæ fiunt a
prælat. Vbi Alexan.Tertius his pręciſis verbis vſus
fuit, videlicet,[Nouit tuę diſcretionis prudentia,
qualiter tu & fratres tui vnum corpus ſitis, ita ꝙ
tu caput, & illi membra eſſe probãtur] hęc ibi in-
ter alia. Vbi Papa appellat caput eccleſiæ Hiero-
ſolimitanę ipſum Patriarcham,corpus verò ipſius
capitulum, & ſic vnam perſonam fictam repræſen
tantem multas perſonas veras ſingulares conſti-
tuentes huiuſmodi perſonam fictam.Idipſum pro
batur per tex.in l.Mortuo.ff.de fideiuſſ.& mãdat.
vbi hæc habentur,videlicet,[Mortuo reo promit
tendi etiam ante hæreditatem, fideiuſſor accipi
206 poteſt, quia hæreditas † perſonæ vice fungitur:
ſicuti mancipium, curia, & ſocietas,]hæc ibi.ex
quibus apertiſſimè probatur, quòd recedentibus
omnibus ſcolaribus alicuius ſcolę,ſeu collegij,&
alijs redeuntibus, idem tamẽ collegium dicetur,
ſicut mortuis omnibus in ſimul omnibus de popu
lo alicuius ciuitatis,& alijs loco eorum ſubroga-
tis,idem tamen dicetur populus:& ratio eſt quo-
niam ſi non eſſent homines,non daretur vniuerſi-
tas,& ſi aliud ſit vniuerſitas, & aliud homines ip-
ſius, ex qbus ſit vniuerſitas: ex his ergo omnibus,
ꝙ vniuerſitas ſit perſona ficta repræſentans perſo-
nas veras ipſius vniuerſitatis,vt patuit in d.l.Mor-
tuo.Idipsũ probatur & alia rõne.Hæreditas enim
aliud dicetur & aliud dicentur res hæreditariæ,
vt in l.hæreditas.ff.de petit.hæredit.

Probatur & ſecundo Doctorum ſententia præ-
ſens concluſio. Nã idipſum eleganter docuit Bar-
tolus in l.Aut facta.§. fina. numero tertio,verſicu.

quid

quid dicemus. ff. de pœnis. Paul. de Castro in l. si quid municipij. §. si quid. nu. 5. versic. in quest. glo. ff. quod cuiusque vniuersitatis nomine, qui se subscripsit simpliciter supradictæ Bar. senteutiæ in dicta l. aut facta. Bald. verò in dicta l. mortuo. idipsum sentiens, his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. Nota defunctum esse persona repræsentatam, & in ista ficta persona viget obligatio, collegia, curiæ, & societas, & quæcunque corpora dicuntur quædam persona ficta. Contractus enim facti cum Collegio subsistentur tanquam facti in persona ficta, & non vera, & per hoc patet obligari
207 † Collegium non singulos de Collegio, quando non contrahitur ad commodum singulorum, sed necessitate, secus si voluntate. Vnde si quis esset constitutus Procurator ad agendum contra omnes, tunc contineretur nomen Collegij, vel similis per hanc l. mortuo. & per l. metum. §. animaduertendum. §. quod met. cau. in quo §. ipse Bald. apertius procedens idem docuit, dicens, q; Vniuersitas aliud sit quàm homines Vniuersitatis, qui sunt adinuicem congregati. hæc Bald. vbi supra. qui Bal. idipsum repetijt in l. omnes populi. col. 10. in fine. in vers. sed nunquid. sub illo versic. si
208 quis. ff. de iustitia & iure. & q; Vniuersitas † sit vnum corpus fictum, & vna persona representata, docuit quoque Alberic. de Rosat. in lib. 4. statu. quæst. 10. incip. Quid si statuta. infrascriptis verbis vtens, videlicet si statuto caueatur, quòd bannitus non possit exire de banno, nisi pacē habeat, & soluat centū. Quædam Vniuersitas erat in banno, an sit necesse, quod omnes de Vniuersitate singulariter habeant pacem, & soluant centum? Dic quòd non: cùm fuerit vnum factū tantum, & Vniuersitatis, & non singularium personarum ipsius, & ideo sufficit pacē fieri à Sindico nomine Vniuersitatis, & semel tantum solui centum. Nam pro hoc est singularis textus in l. 2. ff. quod cuiusque Vniuersitatis nomine. vbi verè hæc habētur, videlicet [Si mnnicipes, vel aliqua Vniuersitas ad agendum det actorem, non erit dicendū quasi à pluribus datum sic haberi: hic enim pro Repnblica, vel Vniuersitate interuenit, non pro singulis.] hæc ibi. Vniuersitas enim vnum corpus (subdie Alber.) representat, vt in d. l. mortuo. Idem docuie Gandinns in tract. de malef. tit. de bannitis pro maleficio. nu. 9. versic. quid si in statuto. Idem docuit Milleus in sua Ptaxi crimin. in c. de subsidiaria quantitate. nu. 92. vers. & aliud est Vniuersitas. Idem docuit Panormitanus in c. dilectus. el secondo. col. penul. versic. ad primum dicendum. extra de simo. dicens, quòd etsi secundum veritatem aliud sit Collegium à singulis de Collegio: Tamen secundum fictionem, Collegium non est aliud à singulis, vt in dicto c. nouit. vnde Vniuersitas, seu Collegium est quædam persona ficta, & representata, vt in d. l. mortuo. & in d. c. nouit. vbi dicitur, quòd Episcopus & Canonici faciunt vnū corpus, & certè hoc corpus non est verum, sed fictum, & representatum. hæc Panor. vbi supra, cuius sententię se facto subscripsit Geminianus in c. Romana. §. in Vniuersitatem. col. 4. in princ. vers. est sciendum, quòd Vniuersitas. de sent. excommunic. in sexto. his præcisis verbis vtens, videli-
209 cet, Vniuersitas † est dicta ab vniuerso: vniuersū verò dicitur, quasi in vnum versum, quando scilicet plures habent ius, vel causam conuerti in vnū, vt faciant Vniuersitatem: quia scilicet hoc est eis concessum ab alijs, qui super hoc ius habent, vt in l. 3. ff. de Collegijs illic. Item Vniuersitas est plurium corporum inter se distantinm vno nomine eis specialiter deputato, vt in l. sicut. §. fin. ff. quod cuiusque Vniuersitatis nomine, & in cap. gratum. extra de postulat. Prælat. cùm concord. Illa verò nomina Vniuersitas, Communitas, Collegium, Corpus, Societas sunt quasi idem significantia:
210 vnde Commuuitas † dicta est à cōmuni, & com mune est compositum à con, & munium, idest officium, quasi cōmunio plurium in vnum officiū, vt in c. consulti. de procurat. vt puta, quia habent arcam communem, sigillum commune, vnum Rectorem, & consimilia. arg. in c. dilecta. de excess. Prælat. Collegium autem dicitur quasi in vnum collectum, & collegium collegatum in vno hono re positorum, & hoc quoque poterit dici Capitulum, de quo dicitur in c. Capitnlum. in princ. de rescript. & Episcopus cum Capitulo faciunt vnum corpus, cuius caput est ipse Episcopus, & Canonici membra, vt in dicto c. nouit. Ista ergo omnia dicuntur vnum nō simpliciter, sed aggregatione, sicut dicitur domus, & grex: quia decem oues faciunt gregem, vt in l. oues. ff. de abige. & propter hoc nullum eorum est vera persona (quæ est rei rationalis indiuidua substantia. Vnde Collegium, & aliæ Congregationes hominum in vnum dicuntur persona non vera, sed ficta, seu repræsentata, vt in d. l. mortuo. Idipsum docuerunt & infrascripti alij Doctores: Ioannes enim de Ana. in c. dilectus filius. el secondo. col. 4. in versic. in ea glo. ibi, sed nunquid Collegium. extra de simonia. inter alia notatu dignissima dixit, q; Vniuersitas, seu Colle-
211 gium † est corpus repræsentatum ad similitudinem veri corporis: sicut enim ad vnum corpus verum constituendum multa membra simul iuncta concurrunt, sic ad constituendum Collegium con currunt singuli homines, nō tamen vt singuli, sed tanquam coniuncti, & collecti, prout latius docuit Flo. in c. dilecta. extra de excess. Prælat. etsi secundum veritatem Collegium non sit aliud à singulis de Collegio.

Secunda conclusio. Vniuersitas, Ciuitas, Capitulum, Ecclesia collegiata, & quæcunque hominū Congregatio quocūque nomine dicta, licèt (propriè loquendo) non possit delinquere, cùm non sit (propriè loquendo) persona singularis, sed solùm quid vniuersale constitutum ex multis particularibus personis. Nihilominus fictione iuris dicemus Vniuersitatem posse delinquere, tam in omittendo, quàm in committendo, diuerso tamen respectu. Nam Vniuersitatem dicetur peccare in
211 omittendo, † quando ipsa tenetur ex præcepto sui Superioris aliquid facere, quod si facere neglexerit, etiam si hoc contingat neglectu solùm regentium ipsam Vniuersitatem, vt pnta, non recipiendo destinatum à Superiore, vel etiam defendendo huiusmodi omissionem, tamen huiusmodi omissionis crimen ascribetur ipsi Vniuersitati, licèt ipsum nō contigerit fieri ab Vniuersitate communicato consilio, dummodo subsequatur ipsius Vniuersitatis omissionis patientia non corrigendo tale omissionis crimen perpetratum. In quo casu meritò per regulas iuris in c. error. & c. c. sequ. dist. 83. punietur ex negligentia Officialium eius in sibi præiudicando. Cùm dicendum sit Vniuersitatem conscium, ac participem huiusmodi sceleris, quòd emendare, & cui obuiate poterat, & neglexit

glexit, cùm dicatur ipsam propriè, & verè delin-
quere. Hæc conclusio probatur triplici medio,
Primò enim per argum. in l. iubemus nullam na-
uem. C. de sacrosanct. Eccles. vbi neglectu Procu-
213 ratoris † Ecclesiæ in omittendo quæ ibi iuben-
tur obseruari, Ecclesia ipsa sentit detrimentũ. Idẽ
probatur in l. si procurator. §. si tutoris. in fine. ff.
214 mãdati. & ꝙ Officialiũ † negligẽtia in omitten
do præiudicet Vniuersitati, Capitulo, Ciuitati, &
cuicunque Vniuersitati, seu hominum Congrega
tioni per subsequẽtes iuris auctoritates facillimè
probabitur. Nam idipsum probatur per argum. in
c. potuit. extra de locato, & conducto. vbi inter
alia Gregorius Octauus dixit, quòd [emphiteo-
215 tę † non soluens per biẽnium Canonem, nisi ce-
leri satisfactione, postmodum sibi consulere stu-
duisset, iustè potuisset expelli. Hæc ibi. Dixi hoc
probari per arg. in d. c. potuit. quoniam etsi expli-
citè ibi nulla fiet mentio de materia pręsentis con
clusionis, benè tamen implicitè; ex ipso enim col
ligitur, quòd sicut dictus emphiteota iustè possit
expelli per Ecclesiam, quæ est persona ficta, repræ
sentans multas veras personas, puta Prælatum, &
alios Clericos, vel Monachos dictæ Ecclesiæ de-
seruientes, tamen si per Prælatum ipsius Ecclesiæ
Procuratorem, ac ministrum, etiam sine Capitu-
lo, cùm ibi nulla fiat mentio de consensu Capitu-
li necessario postulando in expulsione emphiteo-
tæ, & acquirendo vtili dominio ex tali expulsio-
ne Ecclesiæ (cuius sunt illa bona emphiteotica,
per nõ solutum eius Procuratori Canonem,) gra-
ue præiudicium poterit generari ipsi Ecclesię per
omissionem expulsionis dictæ emphiteotæ, & sic
videtur pjudicari, ac per consequens puniri posse
Vniuersitatem ex delicto omissionis factæ per suũ
Procuratorem. Idem probatur per argum, in c. de
quarta. c. auditis, & c. veniens. extra de præscript.
imò & per omnes Canones, & leges eiusdẽ tituli,
in vtroque iure, vbi habetur alicui Vniuersitati
præiudicari in iure suo, ac per consequens puniri
propter crimen omissionis Procuratoris, vel Præ-
lati cuiuscunque Ecclesiæ, vel Vniuersitatis omit-
tendo præscriptionem prosequi alicuius iuris ali-
quo titulo iusto Ecclesiæ, vel Vniuersitati acqui-
ri inchoato. Dixi igitur probari idipsum per ar-
gum. in dictis iuribus, cùm ex ipsis eliciatur vali-
dissima argumentandi ratio à cõtrario sensu, nec
nõ ab identitate rationis tali pacto, videlicet: Si-
cut enim licet Prælatis alicuius Ecclesiæ per con-
tinuatam possessionem quadragenariam contra
aliam Ecclesiam, proprię suę Ecclesię aliquod ius
acquirere, illam spoliando, & suam ditando. Ita
eodẽ modo elicitur, quòd Prælatus per cuius de-
sidiam alter Prælatus acquisiuit ius aliquod Eccle
siæ suæ præiudicauit, ac pœna priuationis iuris
suæ Ecclesiæ affecit propriam Ecclesiam non pe-
tendo iura suæ Ecclesiæ ante præfinitam præscri-
ptionem contra eam. Ex quibus patuit Vniuersi-
tatem posse puniri aliquo pacto propter omissio-
nis crimen incursum à suo Procuratore. Idipsum
probatur & secundò Doctorum auctoritate, ar-
guendo tamen ab identitate rationis, eo ꝙ idem
iudicium sit, vt diximus de Vniuersitate, quod de
Ecclesia collegiata, quæ proculdubio persona fi-
cta est, repræsentans multas insimul personas pri-
uatas, & veras. Nam infrascripti Doctores locuti
fuerunt de præiudicij pœna, qua punitur Ecclesia
ex crimine omissionis incurso per desidiam Pro-
curatoris sui, videlicet Federicus de Senis in con
sil. 9. quem citat & sequitur Panormitanus in c.
tua nuper. num. 9. extra de his, quæ fiunt à maior.
par. Cap. & rursus in c. quoniam. nu. 4. vers. vltimò
hic quæro. extra de decimis. & in c. verum. nu. 28.
extra de foro compet. & in c. verum. nu. 3. extra
de condit. appos. quem sequitur Bartholomęus
Socinus in l. Termilius. nu. 16. ff. de condit. & de-
mon. addens idipsum docuisse. Imol. in c. de do-
nat. Quapropter concludit ipse Socinus, ꝙ legata,
seu donatio facta Ecclesiæ sub conditione implen
da, quòd si illa non fuerit adimpleta per Ecclesiæ
ministros, legata reddantur inualida: & ratio est,
216 quoniam † in omittendo acquisitionem pręsen
taneam Prælatus poterit præiudicare. Idem do-
cuit Panorm. in d. c. potuit. nu. 15. vers. vnde solus
Prælatus. Idem rursus ipsemet Panorm. docuit in
d. c. veniens. nu. 21. Idem docuit Decius in c. pa-
storalis. nu. 35. extra de except. quod & repetijt in
c. Ecclesia Sanctæ Mariæ. nume. 241. vers. & ad id,
quod dictum est. extra de constitu. qui Decius
idem repetijt in cons. suo 588. incip. Viso puncto,
& dubijs. nu. 15. & iterum in l. seruus. nu. 9. & 10.
C. de pactis. Prælatum posse præiudicare in quæ-
rendis. Idem docuit Rom. in cons. 184. incip. Vi-
sis quæ narrantur: dicens, quòd statutum, in quo
habetur, quòd mulier alienare non possit, intelli-
gitur in quæsitis, non autem in quærendis, vt not.
Imo. in cons. 74. incip. In casu præmisso, & statu-
217 tum † laicorum, quod nõ valeat in præiudicium
Clericorum intelligitur in quæsitis, secus in quæ-
rendis, vt not. Bart. in rub. de constitu. & ratio est,
quia in quæsitis agitur de damno vitando: in quę-
rendis vero de lucro captando. Nam in quæsitis
agitur de redemptione, quæ est fauorabilior. Idẽ
docuit Glos. in c. si Episcopum. in vers. damnum
Ecclesiæ, 16. q. 6. & ibidem Archid. Idem Innocen
tius in c. 2. de donat. Idem docuit Mantua in c. 1.
extra de in integrum restitu à nu. 29. vsque ad 32.
sequens Panormitanum in d. c. tua. etiam quo ad
recursum contra Prælatum, quod & apertissimè
probatur per tex. in l. quicquid. C. arbit. tute. iun-
cto c. 1. extra de in integrum restitu. vbi dicitur,
ꝙ [si Ecclesiam læsam fuisse manifestum sit (cùm
Episcopo eius conditionem deteriorem facere nõ
218 liceat: † & Ecclesia iure minoris debeat semper
illæsa seruari, quæ in damnum eius data constite-
rit) ad ipsius conuenit ius, proprietatemque redi-
re] quod & affirmarunt omnes Doctores in d. c.
2. inter quos est Panorm. ibidẽ nu. 29. super vers.
Glo. in vers. an non licet: & ibi recenset idipsum,
quod dixerat in d. c. tua. de præiudicio circa ac-
quirenda. Idem docuit Felinus in c. contingit.
nu. 5. per totum. extr. de sent. excom. idem docuit
Augustinus Berous in cons. 116. incip. In causa ca-
ducitatis. nu. 9. vol. 1. vbi dixit, quòd vbi Prælatus
219 † habet Ecclesiæ Collegium, cui præest, poterit
pręiudicare iure Ecclesiæ collegiatæ acquirendo,
etsi non acquisito. quod & repetijt in cons. 109.
nu. 31. vers. nec repugnat licentia. vol. 1. dicens, ꝙ
emphiteota non soluens Canonem ipso facto non
cadat à iure suo, licet ideo possit expelli. cùm so-
lus Prælatus poterat præiudicare Ecclesiæ, & ra-
tio est secundum eum, quia non agitur hic de alie
nando, sed de nõ acquirendo. Quapropter si Præ-
latus reciperet pensionem pro futuro tempore, nõ
dicetur alienare, sed Ecclesiæ non acquirere, & in
non acquirendo solus Prælatus potest conditionẽ

Eccleſiæ facere deteriorem, vt docuit Innocétius
in d.c.2. de donat. Idipſum docuit rurſus idem
Anguſtinus in ſno conſil.122.vol.1. in nu.9.& 23.
addens, quòd propter pactum additum cõtractui
emphiteotico de non alienando, magis magis ve-
rificatur regula, ꝙ Prælatus non poſſit præiudica-
re Eccleſiæ ſuę in acquiſitis, etſi in acquirendis.
Idem docuit Gloſ.ſingul. in c.placuit.in verſ.ne-
gligentia.16.q.3.dicendo Prælatum poſſe præiu-
dicare Eccleſię in omittendo, ſecus in faciendo.
& idem ibi docuit Archid. Idem docuit Bal.in l.
iubemus.la ſeconda,nu.2.& 12. C.de ſacroſan.Ec
cleſ. dicens, quòd negligentia Prælati nocet Ec-
cleſię, qnod dictum ipſemet volens declarare in
dicto nu. 12. his præciſis verbis vtitur, videlicet,
219 Aut vult præiudicare Pręlatus † Eccleſię delin-
quendo, & tunc ſi delinquit cum conſenſu totius
Capituli, & præiudicat Eccleſię, vt in Anthent.de
Sanctis Epiſcopis, §.ſi quis rapuerit, ſecúdum Iac.
Butr.ſed D.Gugliel.dicit in hoc puncto, quòd in
acqnirendis poterit prędiudicare, ſed non in ac-
quiſitis. quod not. in l.ſi quis in tantam. C. vnde
vi. Aut delinqnit ſolns Pręlatus, & tunc ſecúdum
omnes, non prędindicat Eccleſię. Sed tu dic (ſub-
didit ibidem Bald.) Aut loquimur in prędiudicio
perſonali, & tunc adminiſtrator non prędiudicat
domino, niſi dominus concurrerit in eodem deli
cto tacitè, vel expreſſè, vt in l.fin. C. de excoſt.&
tranſt.mili.an.lib.12.& per Innoc.in c.1.extra, vt
lite non conteſt.Aut loquimur de prędiudicio rea-
li, & tunc refert, aut eſt merum, & apertum deli-
ctum, & non prędiudicat adminiſtrator domino,
niſi quatenus Dominus eſſet factus locnpletior.
Aut non eſt verum delictum, ſed velatum, & inclu
ſum, ſeu coniunctum cum miniſtratione, & tunc
præiudicat Domino. Tamen Dominus habet re-
greſſum contra negotiorum geſtorem, etſi ille nó
ſit ſoluendo, ſufficiet domino cedere actionem, vt
not.in l.Polla. C.de bis, qui.vt indig. & ratio eſt,
quoniam poſtquàm lucrum eſt radicatum, perde-
re lucrum eſt verum damnum, vel diminutio pa-
trimonij. hęc omnia Bal. vbi ſupra, qui idipſum
breuins docens in l. pupillorú.nu.2. C.de repud.
220 vel abſtin. hęredit. dixit, quod Prælatus, † ſeu
Rector Eccleſię perquiſito, quòd hæreditas dela-
ta Eccleſiæ ſit damnoſa, vel ſubiecta nimis vexa-
tionibus, poterit eam efficaciter repudiare. Ta-
men ſi eſt Eccleſia collegiata requiritur cõſenſus
Capituli, nec requiritur auctoritas Epiſcopi: quia
iſta non eſt alienatio, cùm nihil de bonis Eccle-
ſiæ transferatur in alium, vt in l. magis puto. §. ſi
fundus legatus.in primo reſpon.ff.de rebus eorú.
Neqne enim (propriè loquendo) pauperior fiet,
qni non acquirit, vt in l.ſi ſponſus.§.ſi maritus hę-
res.ff.de donat. inter vir. & vxo. & ratio eſt, quia
hæreditas nó eſt in bonis noſtris ante ipſius agni-
tionem. hęc Bald. vbi ſupra in declaratione verſ.
agnitionem, ſcilicet acceptationem.de quo tamẽ
eſt textus apertiſſimus in l. pretia rerum. ff. ad l.
221 Falcid.in qua dicitur inſtitutum hęredem † an-
te ipſins aditionem non eſſe locupletiorem.& ibi
per Doct.cuius deciſionis rationem aſſignare ſtu-
dens ipſemet Bal.in l.ſi.C.de acquir.& retin.poſſ.
in ſua addit.in fine.dixit, quòd in acquiſitis non
præiudicat, ſecus in acquirendis: qnia acquiſita
iam ſunt deducta in ſno eſſe: acquirenda verò nó.
hæc Bal.ibi, quæ & repetijt declarando latiùs, &
clariùs ſuam mentem in prędictis.in l.contra iu-
ris. §. ſi curator. ff. de pactis. his pręciſis verbis
vtens, videlicet: Iſte tex.eſt in argumentum, ꝙ le-
gatum relictum Eccleſiæ, Rector Eccleſiæ nó poſ-
222 ſit repudiare, † ſicut nec poterit paciſci de non
petendo huiuſmodi legata, etſi Federicus tenne-
rit cõtrarium: credo (inquit) ſi iſtud legatum eſ-
ſet vtile Eccleſię, ꝙ non poſſet repudiare: ſequis ſi
contineret onus. Idipſum docuit Bart. in l.iube-
mus.la ſecouda, nn.4. C. de ſacroſanct.Eccleſ.his
pręciſis verbis vtens, videlicet; Breuiter dic. Aut
quæris vtrum Prælatus poſſit prędiudicare Eccleſię
contrahendo, aut aliud faciendo. Primo caſu nó
poteſt præiudicare, niſi licitè contrahat, vt in d.l.
iubemus.& in Authent.hoc ius porrectum. C.de
ſacroſanct.Eccleſ. Secundo caſu, aut loquimur in
qnærendo, & poterit præiudicare, vt in Authent.
de Neſtorianis. C.de hęretic. & in corpore vnde
ſumitur. Aut in iam quęſitis, & tunc, Aut negli-
gendo, & poterit Eccleſiæ præiudicare, puta, pa-
tiendo contra ſe præſcribi, vt in Authentic. quas
actiones. C.de ſacroſan.Eccleſ. Aut aliud facien-
do, & tunc, Aut negligendo, & tunc aut facit cum
conſenſu Capituli, & poterit ei prędiudicare, & ſic
loquitur iſta lex. Aut ſine conſenſu Capituli, &
tunc non poterit præindicare Eccleſiæ, vt in cap.
delictum perſonæ.de reg.iur.in ſexto.& ita intel-
ligunt illnd cap. Doctores. hęc omnia Bart.elegan
tiſſimè, qni tamen breuius idipſum repetijt in l.
ſeruus. C.de pactis. cuius ſententiæ ſe ſubſcripſit
Iaſon, ipſnm Bar. ibidem citans in l.ſi filius meus.
nu.4.ff.quod quiſque iuris. Idipſum rurſus docuit
ipſemet Iaſon in l.ſeruus.nu.2. C.de pactis.dicẽs,
223 quòd ſolns Pręlatus † Eccleſiæ in quæſitis non
poterit præiudicare Eccleſię ſuę: ſed bene aliqñ
in quęrendis, vt docuerunt Gloſ. & Doct. in l.iu-
bemus.la ſeconda.C.de ſacroſan. Eccleſ.& in re-
gu.delictum perſonę.de reg.iur. in ſexto. & ple-
nè Canoniſtę in cap.1. extra de dolo, & contum.
Hinc videmus, quòd ſolus Pręlatus in recipiendo
Canonem ab emphiteota, qui triennio ceſſauerat
ſoluere, & ſic poterat expelli: prędiudicat Eccle-
ſię: quia ſumus in quęrendis. ita Dominus Card.
Flor.tenuit in c.potuit.extra de locato & códuct.
& ibi Imol.in col.26.& ſequenti, qui de hoc ipſo
etiam loquitur in rub.extra de conſtitu.dicens, ꝙ
224 ideo valeat ſtatutum laicorũ. † (Adde tu, quòd
Canoniſtę communiter idipſum ſenſerunt in cap.
Eccleſia Sanctę Marię. extra de conſtitu.) ꝙ Ec-
cleſiæ nullo tempore pręſcribant, ne ciuitas per-
dat datia, vel collectas: eo qnia ſtatutũ huiuſmo-
di reſpicit quęrenda, & non quęſita. Idem rurſus
docuit Iaſon in l.ſi conſtante.nu.10.ff.ſolut.matr,
225 loquens de iure quęrendo, † etſi poſtea de iure
quęſito verbum faciens dixerit, Pręlatum nó poſ-
ſe renunciare iuribus Eccleſię: qnia eſſet dona-
tio: quę eſt ſibi regulariter interdicta, vt in c.2.
extra de donat. ſed tamen loquens de quęrendis,
addit, dicens: tamen negligendo, & non petẽdo,
Eccleſię prędiudicat, vt in c.de quarta.& c.veniẽs.
extra de pręſcript. Idem rurſus docuit ipſemet
Iaſ.in l.filiusfamilias.§.Diui.num.8.ff.de legat.1.
Idipſum docuit Gemin. in c.1.col.pen. in verſic.
quęro. Pone, qnòd Pręlatns, vel Rector. extra de
rebus Eccleſ.alien.vel non alien.in ſexto. ſequens
Feder.in ſuo conſ.9. loquentem ante acceptatio-
nem legati, & dicens, quòd in ſic acquirendis Prę
latus poterit prędiudicare, non autem in acquiſi-
tis: cùm in acquirendis non videatur alienatio
rei

rel Eccleſiaſticę : cùm nũquam fuerit in dominio
Eccleſiæ. Pro hoc quoque facit quod docuit Ioan
nes Andreas in c.1.de ſepultur. lib.6. ſuper Gloſ.
fin.dicens, quòd in acquirendo poteſt quãdoque
ille præiudicare, qui non poteſt in acquiſito. Pro-
batur inſuper præſens noſtra concluſio infraſcri-
ptorum Doctorum, qui in pręciſis terminis ipſius
concluſionis, loquentis de puniendis Vniuerſita-
tis, Ciuitatis, & Capituli delictis, loquuntur, &
ſunt ſequentes, videlicet Bar.in l.aut facta.§.non-
nunquam.col.2.nu.4. verſ.ſi quæratur, an Vniuer-
ſitas delinquat.ff.de pœnis, Idem docuit Cynus
in l.ſi quis in tantam.col.3 verſic.ſed pone, iuxta
hoc.C.vnde vi. Idem docuit Salycet.in l.1.& 2.C.
de ſedit. Idem docuit Nicolaus Boerius in tract.
de ſeditioſis.in ſuo ſeptimo, & vltimo præſuppo-
ſito.nu.6.verſ.his præſuppoſitis. Idem Ludo. Car-
rerius in ſua Praxi crimin.c.14.nu.4. verſic.circa
primum.tit.de excuſat.reorum. Idem docuit An-
tonins Capicius compatriota noſter in ſua elegã-
tiſſima deciſ.130.nu.69.dicens, quòd quando ci-
226 ues vident † offendi Officialem, cui ſunt ſubditi
ratione iuriſdictionis, vel ei vim inferri, tenentur
ipſum defendere, aliàs ſunt in pœna, & delin-
quunt, & erit iſtud delictum in omittendo, in quo
ad hoc, vt committatur non opus eſt conuocatio-
ne populi, vel congregatione Concilij, & delibe-
ratione, ſed eo ipſo committitur, vt not. Salic.in
l.1.col.1. q.3 C. de ſeditioſis. allegat l. iubemus
nullam.C.de ſacroſan.Eccleſ.& illud dictum Sa-
lyc.not.Felinus in c.cùm omnes.col.19.verſ.ſextra
declaratio.extra de conſtitu.Hinc Felinus in d.c.
cum omnes. vbi ſupra.dicit, allegando Anchar.in
eleganti eius conſil.153. incip. In Chriſti, &c. ex
enarratis in facto.col.6. quòd quando delictũ ha-
bet cauſam ſucceſſiuam, & continuatam, vt rebel-
227 lio, guerra, & ſimilia; ſi enim ciuitas, † vel Con-
gregatio aliqua hominum cõmiſerit aliquod ho-
rum, vel à ſuis patitur huiuſmodi perperrari, tũc
iſtud videtur verè delictum ciuitatis. Nam his fa-
ctis ſatis declaratur eius voluntas, & habetur per-
inde, ac ſi conſultè iſtud fieret ab ipſa Vniuerſita-
te, cùm ab ipſa prohiberi potuiſſet ne fieret, prout
latè docuit Anchar. vbi ſupra, quem ſequitur Io.
de Ana in c.dilectus. el ſecondo.col.11. extra de
ſimonia.& ratio ſecũdum eos eſt, quoniam aliàs
ſequeretur, quòd ſi aliqui ciues alicuius Vniuer-
ſitatis inuaderent caſtrum alterius, quod poſtea
Vniuerſitas ipſa tenet, vel ſi ciues dictæ Vniuerſi-
tatis depredarentur bona alterius, & Vniuerſitas
ipſa receptaret prædam, & captiuos, quòd nõ te-
nerentur ad damna illata reſtituenda, quod eſt
prorſus abſonum, & à ratione alienum. Nam Bar,
in præcitato loco apertiſſimè dixit, quòd pecca-
tum omiſſionis poterit committere Vniuerſitas.
Nam ipſa tenebitur aliquid facere, quod ſi omi-
ſerit, licèt hoc contingeret negligentia ipſam re-
gẽtium, tamen ipſa dicetur negligere per dictam
l. iubemus.la ſeconda. cõiuncta l. ſi Procurator.§.
tutores.in fi.ff.mandati. Idem prorſus docuit Iaſ.
in l.ciuitas.col.2.nu.4. verſ. confirmo & tertiò.ff.
ſi cert.pet.Idem docuit Bertran.in conſi.24.nu.4.
vol.1.Socinus in conſi.95.vol.3. Idem docuit Io.
Milleus in ſua elegantiſſima Praxi crimin.fol.73.
228 nu.62.63.& 64. dicens, quòd Vniuerſitas † ex fa
cto, ac dolo ſuorum Officialium non poterit pu-
niri, niſi ratum habuerit factum : quia teneretur
inſolidum, vt in l.ſi ex dolo.ff.de dolo, & in l.1.§.
deieciſſe. ff.de vi & vi armata, quod & latiùs Cy-
nus docuit in d.l.iubemus nullam nauem. C.de ſa
croſan.Eccleſ.aliàs (inquam) non poterit puniri:
quia non videtur Vniuerſitatem mãdaſſe ſuo Of-
ficiali vt delinqueret. Quomodo verò procedere
229 debeat Iudex † volens procedere cõtra Vniuer-
ſitatem accuſatam de aliquo crimine, repèries di
ſtinctè per eundem Ioannem Milleum, vbi ſupra,
à nu.65. & deinceps. Idem docuit Cæſar Vrſillus
in annotatione ſuper deciſ.376. Matthęi de Affli.
nu.6. Idem latiſſimè in conſ.228.& in conſil.486.
incip.Viſis. in fine. vbi ad hoc ipſum probandum
refert Anchar.in conſil.157.Qui concludit, quòd
quando delictum habet tractum ſucceſſiuum, ꝙ
tunc obligat Vniuerſitatem, quæ à principio non
conſentit, quod tamen declarat dictus Decius la-
tiſſimè in regula ſemper qui non prohibet. ff. de
reg.iur. per totum . Idipſum latiſſimè docuerunt
ſcribentes omnes in l.ſi mora.ff.ſoluto matrim.in
verſ.ne facto mulieris. per illum text.& ratio eſt:
quoniam etſi Vniuerſitas non dicatur delinquere
delicto Procuratoris, ſicut nec dominus delicto
ſerui in delictis momentaneis, benè tamen dice-
tur delinquere in delictis ſucceſſiuis, ſeu habenti-
bus cauſam ſucceſſiuam, prout ſpecialiter inter
alios docuerunt infraſcripti Doctores, videlicet
Panormitanus in c.conſtitutus. extra de teſtibus.
& in c.cùm cauſam.el primo.cod.tit. vbi hoc eſſe
verum probat, idipſum docuit Bal. in l.1. circa fi.
C. ſi quacun. prædi. & Thomas Grammaticus in
conſi.crimin.8.nu.1. & ratio iſtorum eſt, quoniã
in actu miniſtri, vel ſerui momentaneo, non pręſu
230 mitur ſcientia † domini, ſed ſolùm in actu ſuc-
ceſſiuo, prout docuit Paul. de Caſtr. & Moder.in
l.1. ff.ſi cer.pet. Cùm ex iuris diſpoſitione delictũ
famuli imputetur domino ſcienti, & non probi-
benti factum à famulo, maximè in commodum
ipſius domini, prout docuit Bar.in l.de pupillo.§.
ſi quis ipſi Prætori.q.10.ff.de noui oper.nunc.vbi
ſubdit Ludouic.Rom.præſertim hoc militare, vbi
ſubeſt aliqua alia præſumptio, vt dicatur factum
domino mandante, prout etiam conſulendo te-
nuit Franciſcus Curtius in conſil.41.col.penul.An
verò grauius ſit puniẽdus peccans, vel legẽ tranſ-
grediens in committendo, quàm peccãs in omit-
tendo : vide quamplurima recollecta per Tiraq.
in tract.de pœnis.cauſa 45.per totum.vbi probat
231 grauius peccatum, † & grauiori pœna punien-
dum peccatum fore illud, quod perpetratur in
committendo, quàm in omittendo, etſi tamen
vtrumq; merito puniẽdum ſit. Pariſius etiã in con
ſil.21.& 91.vol.4.à 32.vſque in finẽ præſenti con-
cluſioni ſe ſubſcripſit. De hac materia Legiſtæ (vl
tra ſupra citatos) nonnulla dixerunt in infraſcri-
ptis locis, videlicet in l. ciuitas. ff. ſi cer.pet. in l.
metum. §.animaduertendum. ff. de eo quod met.
cau.Authen. Item nulla Communitas.& Authent.
quęcunque Communitas.C.de epiſc.& cler.Idem
docuit Cynus in l.ſi quis in tantam. col.3. verſic.
ſed pone, iuxta hoc.C.vnde vi.

Et ex Canoniſtis Idem docuerunt infraſcripti,
videlicet Anton. de Butr.in c.dilectus. el ſecõdo,
extra de ſimonia. Io. de Ana.in d.c. dilectus. col.
4. verſ.ſed illud corpus fictum, dicens, quòd de-
lictum, quod conſiſtit in omittendo cadat in Vni-
uerſitatem, loquendo tamen ſecundum iuris fi-
ctionem, & ideo contra Vniuerſitatem præſcri-
bitur propter delictum negligentiæ, vt in cap. de

quarta,

quarta.& per totum tit.de præſcript.Idem docuit
Panormitanus in d.c. dilectus. col.3. verſ. ad pri-
mum dicendum, his præciſis verbis vtens, videli-
cet, Dicitur in c.nouit.de his, quæ à Prælat. fiunt,
ꝙ Epiſcopus, & Canonici faciunt vnũ corpus, &
certè hoc corpus non eſt verum, ſed fictum, & re-
preſentatum. Propriè ergo Vniuerſitas non pote-
232 rit † delinquere, quia non habet verum corpus:
ſed propriè delinquunt ſinguli, & ſingulares de
Vniuerſitate: ſed illud corpus habetur pro vero,
quo ad multos iuris effectus. Vnde aduertendum
eſt, ꝙ quoddam delictum conſiſtit in omittendo,
& illud bene cadit in Vniuerſitatem, loquendo ta
men ſecundum illam iuris fictionem, ad hoc d.l.
iubemus. ſic & contra Vniuerſitatem præſcribi-
tur propter delictum negligentiæ. Idem docuit
Felinus in c.cùm omnes.col.17. nu.32. verſic.pro
quibus adduco. extra de conſtitu. ſe ſubſcriben-
do ſententiæ Salyc.relatæ ſupra dicentis, ꝙ deli-
ctum in omittendo imputatur Vniuerſitati, licèt
233 non ſit factum communicato † conſilio, ſecus in
committendo: addens, quod docuit Io.Andr.in
c.Romana.§.in Vniuerſitatem.de ſenten.excom.
in ſexto.dicens, ꝙ contumacia Capituli ligat ſin-
gulos de Capitulo, adeo, quòd ex illa cõtumacia
ſine alia citatione poſſint excommunicari.hæc Fe
linus vbi ſupra. quæ tamen repetijt in d.c. dile-
ctus.col.fin.verſ.ſed hanc cõcluſionem limita, cu-
ius tamen ſentẽtia eſt intelligẽda cũ grano ſalis,
ſcilicet, poſſint excommunicari, idest declarari
excommunicati, ſupponendo latã fuiſſe excómu-
nicationem à Iudice contra ſingulos de Capitu-
lo, ſi aliquid tale attentauerint, vel exequuti non
fuerint: cùm monitio trina requiratur excommu
nicatione ferẽda legitimè à Iudice, vt in c.ſacro.
de ſent.excommunicationis, niſi illam fulminaſ-
ſet per modum ſtatuti, ſcilicet in futuros tranſ-
greſſores alicuius mandati, quod vtique elicitur
quoque ex mente eiuſdem Felini in d.c. ſacro.

Ampliatio vnica concluſionis ſecundę. Amplia
allata in concluſione ſecunda, dicendo illa locum
etiam habere tam in ſingulari perſona, quàm in
234 Vniuerſitate ratum habente † delictum com-
miſſum ab aliquo in committendo. Hæc amplia-
tio probatur iiſdem medijs, quibus probatur re-
gula illa veriſſima, & vulgatiſſima, in qua habe-
tur, quòd ratihabitio habeat locum in delictis,
nulla facta diſtinctione perſonarum ratum haben
tium delicta perpetrata. Hæc igitur regula robo-
rans præſentem ampliationem, probatur tripli-
ci medio. Primò enim per argum. in c. cùm ad
Sedem. extra de reſtitut.ſpoliat. vbi Innocentius
Tertius caſſauit, ac irritauit ſententiam latam à
delegato ſuper ſpoliatione, contra quendam Epi-
ſcopum, cùm in actis non conſtitiſſet de tali ſpo-
liatione, nec de eius mãdato, nec de ratihabitio-
ne ipſius ſpoliatione facta à tali Epiſcopo. Ex
quibus apertiſſimè elicitur, quòd ratihabitio lo-
235 cum † habeat in delictis puniendis, eo quòd ibi
declarauerit Innocentius Tertius Papa, Epiſco-
pum in ſua poſſeſſione non fore moleſtandũ: cùm
nec per ratihabitionem ſpoliationis prætẽſæ de-
liquerit. Idem apertius habetur in l. 1. §. quotiens.
verſicul. cùm autem falſus. ff. de vi & vi armata.
vbi hæc habẽtur, videlicet. [Cùm autem falſus eſt
Procurator, cùm ipſo tantum Procuratore inter-
dici debere, Sabini ſententia vera eſt. Sed & ſi q d
alius deiecit, ratum habuero? ſunt qui putant ſe-
cũdum Sabinum, & Caſſium (qui ratihabitionem
mandato comparant) videri me deieciſſe, inter-
dictoq; iſto teneri, & hoc verum eſt: Rectiùs enim
dicitur in maleficio ratihabitionẽ mandato com
parari.] hæc ibi. Idipſum apertius adhuc docuit
textus in c.cùm quis.de ſent.excom. in ſexto. vbi
hæc habentur ad verbum, videlicet. [Cùm quis
abſque tuo mandato manus inijcit tuo nomine
236 violentas, ſi hoc ratum habueris, † excõmuni-
cationem latam à Canone incunctanter incurris:
cùm ratihabitio retrahatur, & mandato debeat
comparari.] hæc ibi inter alia. Idem probatur
per argum.in l.fin. C.ad Senatuſconſult.Macedo.
& in l.pecuniam. C.de negot.geſt. & in l.licèt.ff.
de iudic.& in l.1.§.deieciſſe. verſ.ſed etſi cũ quis.
ff.de vi & vi armata: probatur & ſecundò Docto-
rum ſententia: nam infraſcripti Doctores expreſ-
sè præſenti noſtræ ampliationi ſe ſubſcripſerunt,
videlicet Glo.in d.l.1. §.quotiens. verſ.mandato.
& Gloſ.in c.ſicut tuis. verſic.conſentire. extra de
ſimonia. Glo.in c.quàm ſit. verſ.petere. de elect.
237 in ſexto. dicensq́ue amicus electi † poterit pe-
tere confirmationem huiuſmodi electionis nomi
ne ſui amici, etiam ſine eius mandato, dummo-
do poſtea amicus eius illam ratã habuerit, & dans
rationem talis concluſionis dicit, quia & in iudi-
cijs, vt in l.licet. ff.de iudic. & in contractibus, vt
in l.vltima.C.ad Maced.& in maleficijs, vt in l.1.
§.quotiens. ff.de vi & vi armata. Ratihabitio re-
trotrahitur & mandato comparatur, vt in c.cum
quis.de ſent.excom. in ſexto. & in c.ratihabitio-
nem.de reg.iur. in ſexto. Glo.in d.c. cum quis.in
verſ.incurris. Idem docuit exponens illud verbũ
retrotrahitur, dicens, huiuſmodi ratam habentem
Clerici percuſſionem nomine ſuo factam, eſſe ex-
communicatum ex nunc, ſcilicet ex quo ratũ ha-
buit, non ex tunc quo fuit facta iniectio, licet di-
238 catur ratihabitionem † retrotrahi, quia ſatis tra
hitur ad tempus anterius cum ex facto anteriori
liget, licèt ex nunc: nec enim ſententia excommu
nicationis trahitur retro ſicut aliæ ſententiæ, vt in
c.licet de ſent.excom.in ſexto. Idem Glo.penul.
c.fin.de iureiuran.in ſexto. Glo. in d.l.1. §. deie-
ciſſe. ff. de vi & vi armata. & ex Legiſtis præſenti
noſtræ ampliationi ſe ſubſcripſerunt infraſcripti
Doctores, videlicet Bar.in l.1.§.deieciſſe.verſ.ſed
etſi cum quis.ff.de vi & vi armata, & in l.ſi vt pro-
ponitur nu.3. ad finem vſque.ff.de fideiuſſ.vbi ſa-
tis mellitè hanc ampliationem docuit, probatur
& in l.Pomponius. ff.de negot.geſt. & in l.aut fa-
cta.§.fin. nu.10. ff.de pœnis, dicens ratihabitionẽ
ſubſequutam ſufficere ad puniendam, & obligan-
dam Vniuerſitatem. Bal.in l.vlt.in fine. C.ad Ma-
cedon.& in l.non ideo minus.in q.11.C.de accu-
ſat.& in l.1.§.ſi Procurator.col.1. ff. ſi quis iuſdi.
non obt. & poſt Glo.in l.ſi pupillus. §.ſi Titij.ff.de
nego.geſt.& in l.obſeruare.§.proficiſci, nu.9.ff.de
offic.Proconſul.& in conſil.152. lib.1.& in l.quid
ergo.in princ. ff.de his, qui not.infa. Decius in l.
ſemper, qui non prohibet & nu.14.nu.8.ff.de reg.
iur.Angel.Aret. in tract.de maleficijs. in verſic.&
Sempronium.nu.36.& ibi in addit. per Auguſti-
num de Arimine. Iaſon in l. ſi quis iniquum. §. 1.
nu.1.ff.quod quiſque iuris, & in l.ſi quis mihi bo-
na.§.iuſſum.col.pen. ff.de acquir.hæredit. & rur-
ſus in conſ.139. vol.4. poſt Anchar. in conſil.158.
Claudius de Battandis in ſua regul. 110. Praxis
crimin.Rom.in conſ.105.nu.2. Carrerius latè in

ſua

sua Praxi crimin. fol. 14. quæst. de ratum habente. nu. 11. & 14. Felinus in c. cùm omnes. col. 19. versic. pro quibus. extra de cõstitu. Anchar. in cons. 158. Barbat. in consil. 48. col. 1. vol. 2. Alber. de Gandano in tract. de maleficijs. tit. de furibus, & latronibus. nu. 12. versic. sed pone. Paulus de Castro in consil. 423. nu. 6. in 1. vol. & in nu. 3. circa medium eiusdem consilij, & voluminis, vbi voluit, q Veneti tenerentur de rapina in mari facta per quẽdam Carolum eorum subditum, ex quo ipsi ratum habuerant, & iterum in consil. 422. incip. Quia scio. col. 4. in antiquis, & in cons. 415. in antiquis, & in cons. 272. Soc. in cons. 148. incip. Iustissime Iudex. in fine. in 1. vol. & in consil. 28. col. fin. versic. sexta conclusio. vol. 1. Ludo. Bo. in l. 1. §. quoties. in 2. interpretatione. ff. de vi & vi armata. Salye. post Bal. in d. l. non ideo minus, in d. l. semper, qui nõ prohibet, allegans Canonem in c. 2. extra de ord. cognit. & in d. l. non ideo minus. nu. 25. in 10. oppos. C. de accusat. dicens, ratum habentes obligari ex maleficio commisso propter ratihabitionem, vt in d. l. 1. in princ. & in §. sed enim quis. ff. de vi & vi armata. Alex. in consi. 46. vol. 5. & pulchrè in l. Iulianus. col. 1. ff. qui satisdar. cog. vbi tradit quomodo in delicto iam consũmato fieri possit ratificatio. Cynus in l. non ideo minus. C. de accusat. Iulius Clarus in sua Praxi crimin. in q. 87. in versic. quæro nunquid. & rursus in q. 38. versic. sed pone. Francisc. de Aret. in cons. 165. & in cons. 16. col. 17. circa finem. & col. seq. Oldrad. in cons. 159. nu. 7. & 8. Bossius in sua Praxi crimin. titul. banniti qui possint. nu. 1. vers. & sufficeret etiã ratificatio. Cacheranus in decisione Pedemontana 138. nu. 5. & 6. per totum. Ex Canonistis, Durandus Specul. in c. quicũque. nu. 5. de sent. excommunicationis in sexto. qui ibidem nu. 12. addidit, dicens, quod ad hoc, vt quis ex maleficio obligetur, duo interuenire debent, videlicet, quòd eius nomine fiat

239 maleficium, † & quòd ratum habeat: peccata

240 enim † suos debent tenere auctores, vt in l. sancimus. C. de pœnis, & in c. quæsiuit. extra de ijs, quæ fiunt à maior. par. Cap. Dynus in regula. Ratum quis habere non potest. in princ. de reg. iur. in sexto. & in regula ratihabitionem. eod. tit. Innocentius in c. 2. extra de ordine cognit. & communiter Canonistæ in d. c. 2. extra de ordine cognit. & in c. cum quis. de sent. excom. in sexto.

241 Vniuersitas, † seu Capitulus & huiusmodi (secundum fictionem iuris sumpta pro vna repræsentata persona, & vno corpore, quod est aliud ab hominibus ipsam Vniuersitatem constituentibus, vt puta à Scholaribus, sumitur hæc conclusio, probatur triplici medio. Primò enim per text. in c. nouit. extra de his, quæ fiunt à Prælat. vbi Alexander Tertius his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. [Nouit tuæ discretionis prudentia, qualiter tu & fratres vnum corpus sitis, q tu caput, & illi membra esse probantur.] hæc ille. text. inter alia, vbi appellat Papa caput Ecclesiæ Ierosolymit. ipsum Patriarcham, corpus vero ipsius Capitulum, & sic vnam personam fictam representant Patriarcha, & Capitulum, etsi multæ personæ singulares concurrent ad huiusmodi personam fictam cõstituendam: & quòd sit Vniuersitas vnum corpus, & vna persona repræsentata, docuit quoq; Alber. de Rosat. in lib. 4. statutorum. quæst. 10. incip. quid si statutum. nam ibi infrascriptis verbis vsus fuit, videlicet: Si statuto caueatur, quòd banditus non possit exire de banno, nisi pacem habeat, & soluat centum, quædam Vniuersitas erat in bando, an sit necesse, quod omnes de Vniuersitate singulariter habeant pacem, & soluant centum. per hoc tex. in l. 2. ibi, quòd non erit hic dicendum, quasi à pluribus. Vniuersitas enim vnum corpus repræsentat, vt in l. mortuo. ff. de fideiuss. idem docuit Gandinus in tract. de malef. titul. de banditis pro maleficio. nu. 9. versic. Item quid si in statuto. Idẽ docuit Milleus in sua Praxi crim. in c. de subsidiaria quantitate, nu. 92. vers. & aliud est Vniuersitas in l. mortuo. ff. de fidei vx. & mandat. vt hæc habentur, videlicet. [Mortuo reo promittendi etiã ante hæreditatẽ fideiussor accipi potest, quia hæreditas personæ vice fungitur, sicut mancipium, & cur. & societas.] hæc ibi. Ex quibus apertissimè probatur, quòd recedentibus omnibus Scholaribus alicuius Scholæ, seu Collegij, & alijs redeuntibus, eadem tamen Collegium est. Item mortuis omnibus de populo alicuius ciuitatis, & alijs loco eorũ subrogatis, idem dicetur populus, idem etsi non essent homines non daretur Vniuersitas, tamẽ aliud est Vniuersitas, & aliud homines: quapropter elicitur ex his, quòd aliud sit Vniuersitas, quam personæ, quæ faciunt Vniuersitatem secundum iuris fictionem, quia est quędã persona repræsentata, vt patuit in d. l. mortuo. Idem proba-

242 tur & alia ratione, & hęc erit: Hæreditas † enim aliud dicetur, & aliud dicentur res hæreditariæ, vt in l. hæreditas. ff. de petit. hæred. Probatur & secundò Doctor. auctoritas. illam idem docuit Bar. in l. aut facta. §. fi. nu. 3. versic. quid dicemus. ff. de pœnis. Paul. de Castr. in l. si quid municipij. §. si quid. nu. 5. vers. in quæst. glossæ. ff. quod cuiusquę vniuersitatis nomine, se subscripsit simpliciter sententiæ Bar. in d. l. aut facta. Bald. vero in d. l. mortuo. his præcisis verbis, videlicet nota defunctum esse personam repræsentatam, & in ista ficta persona viget obligatio: Collegia Curiæ, & societates, & quæcunq; corpora dicũtur quædã persona ficta cõtractus facti cũ Collegio, sustẽtantur tanq̃ facti in persona ficta, & non vera, & per hoc patet obligari Collegiũ nõ singulos, qñ nõ contrahitur ad commodum singulorum, sed necessitate, secus si voluntate: vnde si quis esset constitutus Procurator ad agendum contra omnes continetur nomen Collegij, vel simile per hãc l. mortuo. & per l. metum. §. animaduertendum. ff. quod met. causa. in quo §. ipse Bal. clarius idem docuit dicens, quòd Vniuersitas aliud sit quàm homines, qui sunt inuicem congregati. Idem docuit Panormitanus in c. dilectus. & c. 2. col. penul. versic. ad primum dicendum. extra de simonia. dicens, quòd etsi secundum veritatem aliud sit Collegium à singulis de Collegio, tamen secundum fictionem non aliud est Collegium, & aliud singuli de Collegio, vt c. nouit. de his, quæ fiunt à Prælat. vnde Collegium, seu Vniuersitas est quædam persona ficta, & repræsentata, vt in d. l. mortuo. & d. c. nouit. vbi dicitur, quòd Episcopus, & Canonici faciunt vnum corpus, & certè hoc corpus non est verum, sed fictum, & repræsentatum. hæc Panormitanus vbi supra. Idem docuit Geminianus in cap. Rom. §. in Vniuersitatem. col. 4. in princ. versic. & sciendum, quòd Vniuersitas his præcisis verbis vtẽs, videlicet Vniuersitas est dicta ab vniuerso, & vniuersum dicitur quasi in vnum versum, quando scilicet plures habent ius, vel causam cõuerti in vnum, vt faciant

ciant Vniuerſitatem, quia ſcilicet hoc eſt ei conceſſum ab alijs, quod ſemper hoc ius habent, vt
243 in l.tertia, ff.de Collegijs illic. Item † Vniuerſitas eſt plurium corporum inter ſe diſtantium vno
nomine ſpecialiter ei deputato collectio, & per
hoc Vniuerſitas ab exordio in vno conſtitui non
poteſt, licet in vno conſeruari poſſet, vt in l. ſicut.
§.fin. ff.quod cuiuſque Vniuerſitati nomine, & in
cap.gratum.extra de poſtul.Prælar. cum concordantib.iſta verò nomina Vniuerſitas, Communitas,Collegium,Corpus,Societas, ſunt quaſi idem
ſignificantia. Vnde Communitas dicta eſt à communi, & commune eſt compoſitum à con,& munium, ideſt officium quaſi communio plurium
in vnum officium, vt in §. conſulti. de procurat.
vt quia habent arcam communem,ſigillum commune, vnum Rectorem, & conſimilia. argumentum in capit.dilecta. de exceſſi. Præl. Collegium
autem dicitur quaſi in vnum collectum,& eſt Collegium ſocietas collegarum in vno honore poſitorum, & hoc poteſt dici Capitulum, de quo dicitur in cap. Capitulum. in principio. de reſcriptis. & Epiſcopus cum Capitulo faciunt vnum
corpus, cuius Epiſcopus eſt caput, & Canonici
membra,vt in cap.nouit. de his,quæ fiunt à Prælat. & iſta dicuntur vnum non ſimpliciter, ſed à
gregatione, ſicut dicitur domus, & grex: quia
decem oues faciunt gregem, vt in l. oues. ff. de
abige. & ob hoc nullum eorum eſt vera perſona,
quę eſt rei rationabilis indiuidua ſubſtātia, vnde
Collegium dicitur perſona non vera, ſed repreſentata,in l.mortuo. ff. de fideiuſſ. hæc Geminianus vbi ſupra. Idem docuit Baldus in l. omnes populi.columna decima, inſt.in verſic. ſed nunquid,
ſub illo verbo ſi quis. numero vigeſimotertio. ff.
de iuſtitia,& iure. Idem docuit Felinus in cap.4.
244 concl. Vniuerſitas † delinquens in committendo, ſcilicet ea, quæ ſolum fieri poſſunt ab ea, (vt
Vniuerſitas eſt) non vt perſona priuata, vtputa, in
faciendo ſtatutum illicitum quocunque reſpectu,
dare iuriſdictionem, imponere collectas, & huiuſmodi cum poterit banniri, vel alios puniri
pro actu tali illicito, pœna ſtatuta (ſi adſit) ſin
aliàs arbitraria, iuxta arbitrium eius Superioris,
& hoc caſu dicitur verè,& propriè ipſam Vniuerſitatem delinquere, hæc concluſio probatur triplici medio. Primò, per textum apertiſſimum
in l. caſſa, & irrita. C. de ſacroſanctis Eccleſijs,
vbi hæc habentur, videlicet: [Caſſa, & irrita denunciare per totam Italiam recipimus omnia
ſtatuta, & conſuetudine contra libertatem Eccleſiæ,eiuſque perſonas inductas aduerſus Canonicas, & Imperiales ſanctiones, & ea de Capitularibus penitus aboleri mandat noua conſtitutio, & de cæteris ſimiliter attentata, ipſo iure nulla eſſe decernit, ſi quid contra fiat pœnæ,
(quæ ſtatutæ ſunt) imminebunt. Sed ſi per annum huius nouellæ Conſtitutionis aliqui inuenti fuerint contemptores, bona eorum per totum
noſtrum Imperium impunè ab omnibus occupentur.] hæc ibi. Idem ferè habetur in l. Item nulla
Communitas.C.de Epiſcopis,& Clericis.vbi hęc
habentur, videlicet: [Item nulla Communitas,
245 vel perſona publica, vel priuata, † collectas,
vel exactiones, angarias, vel perangarias Eccleſijs, vel alijs pijs locis, aut Eccleſiaſticis perſonis
imponere, aut inuadere Eccleſiaſtica bona præſumant, quòd ſi fecerint & requiſiti ab Eccleſia,
vel Imperio emendare contempſerint, triplum refundant, & nihilominus banno Imperiali ſubiaceant, quod abſque ſatisſactione debita, nullatenus remittatur. hæc ibi. Idem probatur per argumentum in cap.nouerit. & c.grauem. extra de
ſententia excommunicationis, vbi excommunicationis pœna plectuntur aliquid ſtatuentes contra libertatem Eccleſiaſticam, vel huiuſmodi ſtatuta obſeruantes, vel non delentes poſt duos menſes. dixi probari per argumentum, quoniam licet
ibi ad verbum non reperiatur præſens noſtra concluſio, bene tamen ex illis iuribus elicitur, cum
inibi puniantur illę perſonæ, ad quas ſpectat ſtatuta huiuſmodi illicita condere. Idem probatur & ſecundò Doctorum ſententia. Nam infraſcripti ſe ſubſcripſerunt præſenti concluſioni, videlicet Bart.in l.aut facta.§.fin.columna ſecunda,
nu.4. verſic.nam quædam ſunt.ff.de pœnis.Idem
docuit Salyc. in l.1.quæſt.3.de ſeditioſis. Idem docuit Bald.in dicta l. Item nulla. notab.5. dicens,
246 ita requiri † Communitatem, ſicut ſingularem
perſonam,& ita poni in banno.Idem docuit Ioannes Milleus in ſua Praxi de crim.proſequen. in c.
de ſubſidiaria quantitate.nume.83. Idem docuit
Carrerius in ſua Pract.crimin.fol.185. cap.incip.
Quartodecimò excuſar. (. ume.4. verſic. quod aut
quæris. Idem d[illegible] Nicolaus Boerius in tract.
de ſeditioſis.cap.incip.Septimò,& vltimo.nume.
13. verſicu. & prædicta concluſio. Et ex Canoniſtis Panormitanus idem docuit in cap. dilectus.
el ſecondo.col.3. verſic.quoddam verò delictum.
ext.de ſimonia. Idē ibid.docuit Io.de Ana.col.3.
in fine. citātes ad hoc probandum ſupradicta hic
à nobis citata. Probatur & tertiò hac ratione.Cū
ipſi Rectores legitimè creati ab Vniuerſitate repreſentent totum corpus Vniuerſitatis, & per ipſos iudicia decernat ipſa Vniuerſitas,& leges condat: inde ſequitur, ꝙ in huiuſmodi verè, ac propriè dicatur Vniuerſitatē delinquere, ac per conſequens tota Vniuerſitas pro delictis ipſorum veniat ſtatutis à iure pœnis plectenda.

Limita ſingulariter dictam concluſionem, dicendo tunc ſolum dicendum fore Vniuerſitatem
delinquere ex delicto regentium conſiliariorum,
247 & aliorum hominū Vniuerſitatis, † quādo duabus dictæ Vniuerſitatis partibus concurrentibus,
aut ſaltem maiori parte ad illud committendum
conſentijſſet in loco, & more ſolitis, præcedente
tractatu, deliberatione, & conſilio. Hæc limitatio
probatur Doctorum auctoritate. Nam Bart.in l.
aut facta. §.fin.col.fin. verſ.vlterius quæro omnes
homines de iſta. ff. de pęnis. his præciſis verbis
vtens, videlicet omnes homines de iſta Vniuerſitate iuerunt ad occidendum quendam, vtrum dicatur Vniuerſitas occidiſſe? veritas eſt iſta, quod
tūc videtur facere Vniuerſitas, quādo deliberato
propoſito, & cōſilio hoc facit, aliàs non dr̄ facere
Vniuerſitas, ſed dicuntur facere ſinguli, & ita videtur tenere Gl.in l.aliud.§.refertur.ff.de reg.iur.
Iſto ergo caſu nō poſſet fieri inquiſitio cōtra Vniuerſitatem, ſed contra homines illos ſingulares,
qui hoc fecerunt: plus dico, quod ſi leuato vexillo, & pulſata campana iuerunt ad hoc faciēdum,
quod non dicatur delinquere Vniuerſitas, ſi declaratio non præceſſiſſet, vt latiùs ſupra.

Vndecimò fallit regula tradita in cōcl.3.qn̄ vere

248 ba dispositionis pœnalis, † & correctoriç simul ex lata significatione vocabuli trahi possunt ad casum, in quo concurrit identitas, aut maioritas rationis: nam tunc fit extensio. exempli gratia, statutum, vel lex noua pœnalis excludit filiam a successione extante filio masculo, contra l. maximum vitium. C. de liberis præteritis: talis enim lex noua correctoria, & pœnalis, extenditur ad neptẽ, vt sic & ipsa excludatur à successione, stante filio masculo: cùm in ea non tantùm adsit identitas rationis, verumetiam & maioritas rationis, excludendo eam cum quodammodo filia dici possit, vt in l. filij appellatione. l. iusta, & l. liberorum. ff. de verborum significatione. & idem esset si statutum permitteret occidi bannitum, cùm trahatur etiam ad vulnerantem. Hæc fallentia probatur triplici medio. Primò enim per argumentum in l. illud. in primo respons. ff. ad l. Aquil. vbi hæc habentur, videlicet: [Illud quæsitum est, an quod Procõsul in furto obseruat, quod à familia factum sit, idest vt non in singulos detur pœnæ persecutio, sed sufficere id præstari, quod præstandum foret, si id furtum vnus libet fecisset, debeat & in actione damni iniuriæ obseruari? sed magis visum est idem esse obseruandum, & meritò. Cùm enim circa furti actionem hæc ratio sit, ne ex vno delicto tota familia dominus careat, eaque ratio similiter, & actio damni iniuriæ interueniat, sequitur, vt idem debeat existimari, prælertim cùm interdum leuior sit hic causa delicti, veluti si culpa, & non dolo damnum detur.] hęc ibi. Dixi probari per argumẽtum in d. l. illud. quoniam ex ipsa elicitur illa vulgatissima
249 regula, videlicet: Vbi eadem ratio, † ibi idem ius, & vt patet ex contextu verborum ipsius legis hoc verificatur etiam in materia pœnali, eo magis, quòd ad probandam præsentem fallentiam infrascripti Doctores afferunt dictam l. illud. Idẽ quoque probatur per iura, & Doctórum sentẽtias allatas supra ad probandam ipsam tertiam conclusionem, cuius hæc est vndecima fallentia. (vide ibi) vltra subsequentes Doctorum sententias. Idem & secundò probatur Doctorum sententia. Philippus Frãchus hoc ipsum docuit in c. 1. col. 4. in versic. tertiò limita, nisi verba de tempore ordin. in sexto. qui refert hoc ipsum docuisse Bal. in l. in suis. ff. de liber. & posthum. in d. l. maximum vitium. Idem docuit tacitè Glos. in Clement. 1. in vers. gregibus. de decimis, vt bene arguit Frãchus vbi supra. Nam dicta Glo. infrascriptis vtitur ibi verbis, videlicet licèt strictè grex differat ab armento, quod est maiorum animalium, vt equorũ,
250 bonum, & similium: grex † verò minorum, vt porcorum, caprarum, & ouium, hic tamen largè sumitur pro maioribus, & minoribus, quæ gregantur, hæc illa Glo. Ex quibus videtur quoque probari præsens fallentia. Idem docuit Geminianus in dicto capit. primo, columna tertia, in versicul. fallit primò. & in capit. quanquam. §. omnes autem. colum. antepenult. de vsuris in sexto. in versic. nota bene istam Glosam, quòd constitutio pęnalis extenditur de stricta significatione vocabuli ad latam, quando eadem ratio subest. Idem docuit Antonius de Butrio in cap. fin. colum. 34. in versic. fallit primò. extra de consuetudine. Idem docuit Ioannes de Imola in Clementina prima, numero trigesimoseptimo, in versicu. quartò fallit. de electio. Idem docuit Baldus, & Doctores in l. a. C. de in ius vocando. Idem Baldus rursus in l. quod verò contra. ff. de legibus. & rursus idem Bald. Paul. de Castro, & Doctores in l. si vero. §. de viro. ff. soluto matrimonio. & idem rursus docuit Ioannes de Imola in dicto §. si vero. ante finem. & idem docuit Lanfranchus in dicto §. si verò. in secunda conclusione interpretationis extensiuæ. Idem docuit Ioannes Baptista in repetitio. l. omnes populi. ff. de iustitia, & iure. in septima fallentia. Idem docuit Euerardus in Topica iuris in titul. locus à ratione legis. numero trigesimosecundo, in versic. octauò fallit. Idem docuit Nauarrus in capit. pœnæ. numero septimo, in versiculo tertiò quando. de pœnitentia, distinctione prima.

Limita præcedentem fallentiam ipsam, dicen-
251 do veram esse solùm in dispositione † iuris, secus tamen erit dicendum in dispositione hominis: nam tunc nullatenus ipsa dispositio extendenda erit ad casum aliquem inibi non expressum, etiam si ille casus sub lata significatione comprehenderetur, nisi de intentione disponentis aliud expressè appareret, quoniam tunc standum esset tali dispositioni. Hæc limitatio probatur triplici medio. Primò per argumentum in cap. fin. extra de præbendis. vbi hæc habentur, videlicet: [Cùm olim Priori Sanctæ Mariæ dederimus in mandatis, vt G. Diacono in aliqua Ecclesia ciuitatis, vel Diœcesis Lucañ. auctoritate Apostolica prouideret. Idem præfatum G. Ecclesiæ Sancti Petri de Vico Rectorem, auctoritate huiusmodi nixus est designare, in qua Rector ab eiusdem Ecclesiæ Clericis eligi consueuit, excommunicationis sententiã nihilominus proferens in rebelles. Cùm igitur mandatum huiusmodi se ad talia non extendat, nec ad rectoriam, vel dignitatẽ, nostra feratur intentio, cùm pro simplici beneficio iussio nostra manat: Mandamus, quatenus tam institutionem huiusmodi, quàm excõmunicationis sententiam propter hoc latam, denuncies non tenere.] hæc ibi. Dixi probari nostram limitationem per argumentum in dicto capitulo finali, quoniam etsi explicitè ad verbum ibi dicta limitatio non contineatur, bene tamen implicitè, & secundum eius sententiam: cùm luce clariùs ex ipsa eliciatur, quòd dispositio hominis, seu præceptum de aliquid speciale faciendo, non se extendat ad facienda alia diuersi generis, quæ licèt sub lata significatione comprehenderentur, non tamen venirent sub stricta eorum significatione, vt requiritur in materia pœnali, & correctoria simul, quæ in casu præsentis limitationis consideratur, ac supponitur: Quoniam, etsi sub lata significatione, appellatione beneficij, veniant dignitates Ecclesiasticæ, vt sunt Canonicatus, Archidiaconatus, & Parochialatus, cùm omnia hæc conferant bona, ipsa recipientibus, tamen in stricta significatione accepta non venirent huiusmodi dignitates Ecclesiasticæ in dispositione hominis, vt fuit probatum per contextum verborum dicti capituli fin. quod & probatur rursus per tex. apertissimum in c. cum in illis. in principio. de præben. in sexto. vbi hæc habentur, videlicet: [Cum in illis, quibus beneficia curam animarum habentia committuntur, maior quàm in ijs, qui ad alia promouẽtur, idoneitas requiratur: intentionis

tionis noſtræ nequaquam exiſtit, vt cùm aliqui-
bus de Eccleſijs, perſonatibus, dignitatibus, vel
alijs beneficijs quibuſcunque (de animarum cu-
252 ra mentione non habita) † prouideri manda-
mus, ipſis de ijs, quibus huiuſmodi cura immi-
net, poſſit, aut debeat prouideri.] hæc ibi. Ex
quibus patuit veritas noſtræ fallentiæ. Idem &
clariùs probatur per argumentum in capit.ſuſce-
ptum. de reſcriptis in ſexto. vbi Bonifacius Octa
uus infraſcripta ſtatuit, videlicet. [Suſceptum ab
Apoſtolica Sede mandatum, vt ab aliquo benefi-
cij (quod obtinet) reſignatione recepta ipſum al-
teri conferas, & aſſignes, adimplere non potes, ſi
ille antequàm reſignet, rebus eximatur humanis,
cùm non per reſignationẽ vacauerit, ſed per mor-
tem, niſi de intentione mandantis aliud appare-
ret expreſsè.] hæc ibi. Dixi probari per argumen
tum in dicto cap.ſuſceptum, quoniam re vera etſi
hæc noſtra limitatio inibi ad verbum non conti-
neatur, bene tamen ſecundum ipſius ſententiam:
cùm ex ipſo apertiſſimè eliciatur, quòd diſpoſi-
tio hominis non poſſit extendi vltra diſpoſita in
ea: cùm quicquid fiat à delegato, vel mandata-
253 rio, † vltra fines delegationis ſuæ, vel ſui man-
dati, ſit nullum, & nullum de iure ſortiri vnquam
poterit effectum, vt in cap. prudentiam. extra de
officio iudic.delegati. in capit.ſi cui. de electio. in
ſexto. & in l.diligenter. in principio. ff. mandati.
Probatur & ſecundò auctoritate Doctorum. Præ-
ſenti enim limitationi ſe ſubſcripſit Io. de Imol.
in l. ſi verò.§.de viro. ff. ſoluto matrimonio. & in
Clementina prima, columna octaua, in verſ.quar
tò fallit. de elect. Innocentius etiam & ipſe vide-
tur aſſipulari præſenti fallentiæ in dicto cap. fin.
vbi inter alia docuit, quòd ratio talis deciſionis
eſt (vt etiam ego dixi paulò ante) quia non eſt
254 præſumendum, quòd ſub generali clauſula † con
cedat (ſcilicet ſuperior) quod ſub ſpeciali conceſ-
ſurus non eſſet, vt in l.prima. C.quæ res pign.ob-
lig.poſſunt. Idem docuit Ioannes Andreas in di-
cto cap.fina. columna ſecunda, ſequens Innocen-
tium ibidem, addens, quòd Otto Portuenſis Epi-
ſcopus notabat ex hoc cap. quòd quandocunque
delegatus proferebat ſententiam, vel aliter proce
debat contra intentionem delegantis, nullus erat
proceſſus, vt hic.& in cap. cum dilecta. extra de
reſcriptis: eadẽ enim ratio debet mouere vtrum-
que. hæc Io.Andr. ibi, qui in dicto cap.ſuſceptum.
in principio. in verſic.intentione. idem confirma-
re videtur his verbis vtens, videlicet: Intentione,
quæ præfertur verbis, ea quo de illa conſtat, aliàs
ſtatur verbis. Idem docuit Panormitanus in dicto
cap.fin.nume.4.& 5.his verbis vtens. Nota, quòd
255 mandatum Papæ † recipit vires à ſua intentio-
ne: ſemper ergo coniecturanda eſt mens Princi-
pis. ad hoc cap.adeo.& cap.ſuper literis. extra de
reſcriptis. Nota vltimò caſum notabilem, qui ali
bi (vt credo) non eſt ita expreſſus, quòd ſententia
256 † excommunicationis lata à delegato Papæ vl-
tra comprehenſa in reſcripto delegationis, eſt ip
ſo iure nulla, & licèt, vt docent etiam Innocen-
tius, & Butrius de intentione delegantis non ſit,
quòd ipſe ferat ſententiam iniuſtam, tamen lata
tenet, & idem dicendũ erit ſi delegatus ferat ſen-
tentiam contra clauſulam inſertam in reſcripto,
concernentem inſtructionem circa merita cauſæ:
nihilominus tenet ſententia, quoniam regula ge-
neralis habet, quòd ſententia lata contra ius liti-
gatoris valet, vnde opus eſt appellare, & hęc ſunt
intelligenda vera (ſecundum ipſum Panormita-
num ibidem) quando ſententia delegata non fuiſ-
ſet lata excedendo fines delegationis ſuæ, ſeu vi-
res mandati: quoniam ſi exceſſiſſet fines mandati,
prout loquitur text. in hoc cap. fin. in quo is, qui
contulerat rectoriam, non habuerat in mandatis,
vt illum talem prouidiſſet de rectoria, ſeu di-
gnitate: ideo poſtea non potuerat cogere ad ob-
ſeruantiam illius, quod non cadebat ſub poteſta-
te ſua, & ad hoc vltimum notãdus ſemper erit di-
ctus tex. in dicto cap. fin. Idem docuit Ant. de Bu-
trio in dicto c.fin.not.2.col.1. & in col.2. in verſi.
vltimò per hãc decret. Nam in dicto not.2. dixit.
257 Nota, quòd in mandato ſimplici, † de prouiden
do de beneficio nõ includitur dignitas, aut bene-
ficium ſonans in rectoriam: maximè quando re-
ctoriæ prouidetur per viam electionis clericorũ.
Ex vltima parte nota, quòd proceſſus executoris
iniuſtus, quãdo proceſſit, vt merus executor, eſt ip
ſo iure nullus. Item quod proceſſus executoris vl-
tra expreſſum in mãdato, eſt ipſo iure nullus, quaſi
veniat contra formam mandati. hæc ibi.& in di-
cto verſic. vltimò per hanc: concludens dicit, ꝙ
proceſſus dicatur iniuſtus, quando delegatus Iu-
dex ſeruat formam mandati, ſed iniuſtitiam facit
parti: & hoc non facit proceſſum nullum: imò ta-
lis proceſſus eſt aliquis: quia licèt intentio Papæ
ſit, quòd iuſtitiam faciat, tamen hoc non eſt de for
ma, ſed de iuſtitia mandati: non obſtat hæc De-
cretalis, quia loquitur vbi executor proceſſit non
tanquam Iudex, ideo eſt nullus, vel ſi vt Iudex
proceſſit contra mandatum. hæc ille. Ex quibus
patuit ipſum ſe ſubſcripſiſſe præſenti limitationi.
Idem docuit Archidiaconus in dicto cap. ſuſce-
ptum: dicens, quòd ex ipſo eliciatur, quòd in re-
258 ſcriptis † non eſt recedendum à propria ſi-
gnificatione verborum. ad hoc, quod legitur, &
notatur in c.is autem. 22.q.2. Nam in beneficijs,
& reſcriptis Principis eſt intentio proferentis at-
tendenda, vt in l.Neratius. ff.de reg.iur. & in cap.
ſuper literis. extra de reſcriptis (& paulo poſt in-
quit,) ſed dic literas tales non extendi, niſi vt ver
ba propriè ſonant: quoniam ad alia non exten-
ditur intentio mandantis, vt in l.commodiſſimè.
ff.de liber.& poſthum.& in cap. cùm olim (ſcili-
cet cap.fin.) extra de præben. hæc Archidiaconus
ibi. qui breuius idem docuit in dicto cap.cùm in
illis. in principio. in verſic. intentionis, dicens, ꝙ
in talibus ſit recurrendum ad intentionem, eo ꝙ
dici conſueuit, quòd quandocunque legatus pro-
ferat ſententiam, vel aliter procedat contra inten
tionem delegantis, nullus erit proceſſus. Idem do
cuit Petrus de Anchar. in d.cap.cùm in illis. vbi in
princ. ſe ſubſcripſit ſententiæ Archid.& Io.And.ſu
pra relatæ. & ibidem in verſ.tertiò nota: dicit, ꝙ
259 generalis appellatio beneficij, † dignitatis, &
perſonatus facta in literis non comprehendit ta-
lia beneficia ſi ſint curata, niſi de cura facta fuerit
mentio ſpecialis, & hoc eſt propter litterarum
odioſitatem meritò reſtringendam: hæc ille. qui
idipſum rurſus elegantius docuit in d.c.ſuſceptũ.
columna prima, in verſicu. cùm ergo ſunt plures.
vbi his verbis vſus fuit, videlicet: Cùm ergo ſunt
260 plures modi vacationum, † (vt notatur in capi-
tulo ſi propter. de reſcriptis. in ſexto.) expreſſio

vnius modi alium non includit, sed habet locum illa regula, quòd casus omissus relinquitur dispositioni iuris communis, vt in l. si cùm dotem. in principio.ff.soluto matrimonio. Quinimmo non extenduntur ad casum, in quo fuisset maior ratio prouidendi, vt in capit. cui de non Sacerdotali. de præben.in sexto. Ratio est, quia istæ literæ sunt stricti iuris, immo non recipiunt interpretationem extensiuam ad alios casus penitus diuersos, etiam similem, vel maiorem rationem habentes, sicut alibi notat Cyn.de statuto imponête pœnam pecuniariâ pro homicidio: non.n.extenditur ad alia delicta, pro quib. de iure imponitur pœna mortis, licèt in eis fuisset maior ratio dispo nendi. Si ramen casus expressus potest includere alium etiam secundum impropriam significationem, includet illum, si in eodem est eadem, vel maior ratio disponendi: quod exemplifica, vt subtiliter notat Cynus in l.prima, ad finem.C.quæ sit longa consuetudo, hæc omnia Ancharanus vbi supra. ex quibus clarissimè patuit ipsum Petrum de Ancharano se subscripsisse præsenti nostræ limitationi. Idem prorsus docuit Dominicus à Sancto Geminiano in dicto capitulo susceptum. varijs in locis. Nam in columna prima, in versic.

261 nota, quòd in materia † stricta, dixit, quòd in materia stricta non venit, nisi tantummodo id, quod exprimitur, & omne non expressum, censetur omissum. Idem in statutis, quæ sunt stricti iuris, propter hoc dicit Ioannes Calderinus, qui determinat quæstionem, quod habens potestatem dispensandi cum nato ex adulterio, non potest dispensare cum nato ex incestu. hæc ille ibi, qui idem elegantius ibidem docuit in columna tertia, in versic. in fine. Glos.nota. istam glosam infrascriptis vtitur verbis, videlicet: Nota istam glosam, quòd verba rescripti debent intelligi secundum naturalem intellectum, & non secundum iuris fictionem. vnde dicit Ioânes Andreas, quòd sic etiam dicimus, quando fit mentio de ætate, quia intelligitur de naturali, & non de ea, quæ Imperiali beneficio suppletur, vt in l. finali, C. de his, qui veniam ætatis impetrant, secundum Archidiaconum pro declaratione Glos. est

262 videndum an mors ciuilis † æquiparetur naturali. Dominus Antonius de Butrio plenè in capitulo licet. de officio iudicis delegati. Concludе secundum eum. Aut verbum mors profertur à iure, aut ab homine. Si profertur à iure, distinguendum erit sic. Aut ius exprimit, de qua morte intelligat, illud seruandum est, vt in capitulo penultimo, de supplen. neglig. Prælat. si verò ius non exprimit, & tunc sic procedendum erit. Aut ius tale loquitur in materia stricta, & exorbitanti à iure communi, aut tale ius non loquitur in materia tali. Si primò, dicendû erit, quòd tale ius stricte intelligendum erit de morte naturali, vt in d. cap. susceptum. & in l. prima, §. hæc verba. ff. de negotijs gestis, & ibi Glos. & Bartol. Si secundò, scilicet si ius non est strictum, & sic erit extendibile per identitatem rationis, & tunc rursus distinguendum erit: Aut mors ciuilis habet per omnia eundem effectum (quo ad id, de quo agitur) quem habet naturalis, & tunc æquiparabitur ciuilis ipsi morti naturali: & ita procedere potest id, quod dicitur in capitulo placuit. 16. quæstione prima. Aut mors ciuilis non habet per omnia eundem effectum, quem habet: mors naturalis, & tunc non æquiparatur ciuil is naturali, vt dicit hic Glos. in versiculo human is. & Glosa in dicto capitulo licet. de officio del eg. Quando autem hæc vox [Mors.] profertur ab homine, & tunc rursus distinguendum erit. Aut materia est stricta, & odiosa, & tunc intelligetur de naturali. Aut profertur in materia larga, & tunc tali distinctione vtendum erit, scilicet, Aut sumus certi de mête proferentis, aut non. Si primò, tunc mens illa seruanda erit: cùm potius mens ipsius Legislatoris seruâda sit in interpretatione, & executione legum, quàm cortex verborum ipsius legis, vt in cap. intelligentia. extra de verborum significatione. Si verò non sumus certi de mente ipsius legis, tunc semper debemus intelligere, quòd homo velit, & videatur se referre ad mortem naturalem, vt in l. ex ea parte. §. in Insulam. ff. de verborum obligationibus. hæc omnia docuit Geminianus vbi supra, quæ cùm summopere deseruiát probationi veritatis præsentis nostræ limitationis, illa hic inserere studui. Idem docuit Philippus Franchus in dicto capit. susceptum, columna prima, notab. secundo, numero tertio, & in columna fina. in versic. in eadem glos. in fine. pero ptimè ea, quæ ferè ad verbum docuerunt supra citati Doctores, & rursus idem confirmauit lucul entius in dicto capitulo cùm in illis. Idem docuit Nicolaus Euerardus in Topica iuris. titul. loc. à ratione legis, numero trigesimo tertio. Probatur & tertiò præsens limitatio, scilicet hac ratione, videlicet: Cùm enim forma sit illa, quæ dat esse rei, & intentio iudicet quemquam, eo quòd non facta solùm extrinseca, sed potius intentiones bonæ, vel malæ dent nomina ipsis factis, idcircò non erit per consequens ambigendum de veritate præsentis nostræ limitationis: cùm in ipsa dixerimus dispositionem hominis non fore extendendam vltra proprium sensum sententiæ prolatæ ab ipso, & quidem si hoc esset falsum, sequeretur hoc absurdissimum, quòd nemo esse posset arbiter, & dominus rerum suarum: eo quòd si non standum esset proprio significatui verborum in dispositione hominis contentorum, dispositio ipsa quamfacillimè efficeretur elusoria.

Duodecimò fallit regula contenta in conclusione tertia, quando duo se habent ad inuicê gra-

263 datim, † ita, quòd vnum mensuratur gradarim ab alio aliquo accidenti: nam tunc facta mutatione, seu alteratione, ac correctione in vno, censetur etiam facta in alio, etiam si simus in pœnalibus: exempli, licitum est donare certam quantitatem laico sine insinuatione, & licitum est donare maiorem quantitatem Ecclesiæ sine insinuatione: si postea per statutum, vel legem nouam augeatur quantitas in laico, censebitur etiam quantitas ampliata gradarim, & proportionabiliter in Ecclesia. Item aliud exemplum, si aliqua Ecclesia consueuit esse prima, & per legem nouam alia fit prima: illa, quæ consueuit esse prima, remanet secunda: & illa, quæ consueuit esse secunda, remanet tertia: & idem dici potest, quando in aliquo Concilio fit alteratio, ita quòd vbi erat vnum caput, fiant duo, vel tria capita. Hæc fallentia probatur triplici medio. Primò enim per argum. in l. Clemens. ff. de here dib. insti. vbi hæc habentur, videlicet: [Clemens patronus testamento

testamento cauerat, vt si sibi natus fuisset filius, hæres esset : si duo filij, ex æquis partibus hæredes essent: si duæ filiæ, similiter : si filius, & filia : filio duas partes, filiæ tertiam dederat. Duobus filijs, & filia natis : quærebatur quemadmodum in proposita specie partes faciemus ? cùm filij debeant pares esse, vel etiam singuli duplo plus, quàm soror accipere. Quinque igitur partes fieri oportet, vt ex his binas masculi, vnam fœmina accipiat.] hæc ibi. Idem probatur per argumentum in l. si ita scriptum sit. ff. de liberis, & posthumis. vbi hæc habentur, videlicet : [Si ita scriptum sit, si mihi filius natus fuerit ex besse hæres esto, ex reliqua parte vxor mea hæres esto: & filius, & filia nati essent : dicendum est assem distribuendum in septem partes, vt ex his filius quatuor, vxor duas, filia vnam partem habeat : ita enim secundum voluntatem testantis filius altero tanto ampliùs habebit, quàm vxor. Item vxor altero tanto amplius habebit, quàm filia : licèt enim subtilis iuris regulæ conueniebat ruptum fieri testamentum : Attamen cùm & vtroque nato testator voluerit vxorem aliquid habere, ideo ad huiusmodi sententiam humanitate suggerente decursum est, quod & Iuuentio Celso apertissimè placuit.] hæc ibi. Dixi probari per argumentum in dictis iuribus : quia ex ipsis elicitur veritas nostræ fallentiæ, arguendo ab identitate rationis : eo quòd ex ipsis eliciatur, quòd alteratio facta in vno dispositio per legem, aut statuta causatur alterationem in reliquo, vt bene docuit Bartol. loco infra citando, vt clarius in relatione sententiarum Doctorum patebit. Probatur & secundò Doctorum auctoritate: Glosa enim in l. illud. in versiculo alia causa. C. de sacrosanctis Ecclesijs. inter alia infrascriptis vtitur verbis, videlicet : Hodie verò est commune ius omnium donationum, vt vsque ad quingentos solidos, valeant sine scriptura, vt in l. penultima, in fine. C. de donationibus : Vnde dicunt quidam hodie valere in Ecclesia Romana vsque ad octingentos sine scriptura, vt sicut olim in trecentis vltra donationes alias fiebat, sic hodie, quod satis dici potest. hæc ille Doctor, quem sequuntur ibidem Gui. Cyn. Bartol. & alij Doctores. & Glosa in l. sancimus. in versicu. quingentorum. C. de donationibus. & Bartol. in dicta l. illud. (vt dixi) sequitur Glosam prædictam, numero quarto. his verbis vtens, videlicet : Breuiter dices, aliquando lex prohibet aliquibus in plus, & alijs in minus per nomina respectiua, tunc eo ipso, quòd augetur in persona vnius, fit augmentum in persona alterius respectiuè, & ita in diminutione, vt in l. si ita, §. primo. ff. de liberis, & posthumis, & in l. Clemens. ff. de hæred. institu. & memoriæ tenacissimè est commendandum illud, quod docuit Bartolus in dicta l. si ita scriptum. in fine. infrascriptis vtens verbis, videlicet : Vltimò nota, quòd quando quis vtitur istis
264 coniunctionibus aduersatiuis, † videlicet: Si verò, sin autem, quod si, sed si, & similibus, tunc videtur velle, quod vno casu existente, non habeat locum dispositio facta in alio, vt hic, quod facit ad multa. Dixi in l. repetundis. ff. de legatis tertio. Idem docuit Géminianus in capitulo primo, columna quarta, in versicu. fallit septimò. de tempore ordin. Idem docuit Lanfranchus in repetitione l. si verò. §. de viro. ff. soluto matrimonio, in octaua conclusione interpretationis extensiuæ. Idem docuit Antonius de Butrio in capit. finali. columna 36. in versic. fallit septimò, extra de consuetudine. Idem docuit Philippus Franchus in dicto capitulo primo, columna quinta, in versic. septimò limita. Idem docuit Euerardus in Topica iuris. titul. locus à ratione legis, numero trigesimoquarto, in versic. nonò fallit. Idem docuit Nauarrus in cap. pœnæ. de pœnit. distinctione prima, nume. vndecimo, in versic. septimò. cùm duo. Probatur & tertiò hac ratione, videlicet: Cùm ra-
265 citi, † & expressi eadem sit virtus, vt in l. cùm quid. ff. de rebus creditis. si certum pet. Inde consequens fit, quod quando duo se habent ad inuicem gradatim, ita quòd vnum mensuretur gradatim ab alio aliquo accidenti, meritò correctio facta in vno, censetur eo ipso facta in alio, vt latiùs fuit probatum in præsenti fallentia.

Tertiodecimò fallit regula tradita in conclusione tertia, quando duo sic se habent, quòd vnum necessario venit accessoriè ad aliud, vel mensu-
266 ratur ad instar alterius etiã in lege pœnali † correctoria, quoniam tunc dictum in vno, scilicet principali, intelligetur constitutum etiam in accessorio necessario, & vno immutato, immutatum fuisse & reliquum esse intelligitur, vt exempli gratia, est publica honestas, quæ olim veniebat accessoriè ad secundum, & tertium genus affinitatis : vnde sublato hodie secundo, & tertio genere affinitatis, censetur etiam sublata honestas publica ex hoc descendens tanquam accessoria, licèt in lege noua pœnali, & correctoria, vel de dispensatione non fiat mentio de publica honestate. Idem exemplificatur in gradibus consanguinitatis. Nam si corrigantur gradus in consanguinitate, corrigentur etiam in affinitate. Idem exemplificatur in successione ab intestato. Quoniam si detur legitima ex testamento mutata successione intestati, & diminuta, diminuitur portio legitimæ. Hæc fallentia probatur duplici medio. Primò per argumentum in capit. miramur. extra de ser. non ordin. vbi Innocentius Tertius infrascriptis verbis vsus fuit, videlicet : [Miramur non modicum, cùm certum sit in constitutionibus antiquorum, quando serui in gradibus Ecclesiasticis ordinati debeant reuocari : & infra,
267 de Subdiaconali ordine, † (quia de eo non fit mentio in patrum statutis expressè) videtur nobis, quod & is cum Diaconali gradu priuilegio gaudet eodem. Nam licèt sacer Ordo non reputaretur in primitiua Ecclesia. Tamen à constitutione Gregorij, atque Vrbani, secundum moderna tẽpora, sacer gradus esse, minimè dubitatur.] hæc ibi. Dixi probari præsentem fallentiam per argumentum in dicto capit. miramur. quoniam etsi ad verbum præsens fallentia non contineatur in dicto capit. Miramur. secundum corticem verborum, benè tamen secundum mentem dicti Papæ Gregorij, cùm dictus Canon sit pœnalis, & correctorius iuris antiqui, vt patuit ex eiusdem verborum tenore. Idem probatur per argumentum in l. non dubium, §. sed & si quid. C. de legibus. vbi hæc habentur, videlicet : [Sed & si quid fuerit subsequutum ex eo, vel ob id, quod interdicente lege factum est, illud quoque cassum, atque inutile esse præcipimus.] Idem probatur per argumentum in l. tertia, §. sciendum. ff. de donatione inter virum, & vxorem. vbi hæc

habentur, videlicet. [Sciendum autem est ita interdictam inter virum, & vxorem donationē esse, vt ipso iure nihil valeat quod actum est. proinde si corpus sit quod donatur, nec traditio quicquā valet, etsi stipulanti promissum sit, vel acceptum, nihil valet: ipso enim iure, quæ inter virū, & vxorem donationis causa geruntur, nullius momenti sunt: si quis igitur numos vxori dederit, non fieri eius apparet, quia nihil corporis eius fieri palam est.] Hæc in d. l. 3. §. sciendum. Idem probatur per argum. in l. 3. §. hæc verba. ff. de negot. gestis. vbi inter alia hæc habentur, videlicet. [Sed si quid accessit post mortem, vtputa, partus, & fœtus, & fructus, vel si quid serui acquisierunt, etsi his verbis non continetur, pro adiecto tamen debet accipi.] hæc ibi. Ex quibus Bald. ibidem elicit, ac probat pręsentem fallentiam. Idem probatur per argum. in cap. accessorium. de regu. iur. in sexto. vbi hæc habentur, videlicet. [Accessorium naturā sequi congruit sui principalis.] Dixi probari præsentem fallentiam per argum. in dictis iuribus: quia etsi explicitè, & secundum corticem literæ in dictis iuribus nostra non contineatur fallentia; implicitè tamen, & secundum sentētiam, ac mentem Legislatorum benè continetur. Cùm ex ipsis eliciatur apertissimè, quòd extensio facienda sit in expressis principalibus ad non expressa necessariò accessoria. Idem & eodem modo probatur per argum. in cap. translato. extra de constitu. vbi hæc habentur, videlicet. [Translato Sacerdotio, necesse est, vt legis trāslatio fiat. Quia enim simul, & ab eodem, & sub eadem sponsione vtraque data sunt, quod de vno dicitur, necesse est, vt de altero intelligatur.] hæc ibi. Probatur & secundò præsens fallentia Doctorum auctoritate infrascriptorum, videlicet Antonij de Butr. in c. fin. col. 25. in vers. fallit quartò, & in versic. fallit septimo, & in vers. fallit quintò, extra de consuet. Geminianus in c. 1. col. 4. in versic. fallit quartò, & in vers. fallit quintò. & in versic. fallit septimò. de tempo. ordi. in sexto. Philippus Franchus in d. c. 1. col. 5. in versic. nono limita. Ioannes Baptista in repet. l. omnes populi. in 12. fallentia. ff. de iustitia & iure. Lanfranchus in repet. l. si verò. §. de viro. conclusione septima interpretationis extensiuę, & Panormitanus ferè ad verbum in c. non debet. extra de consanguinit. & affinit. in vers. in eadem Glo. ibi publica honestas. nu. 11. in fine. vbi infrascriptis vtitur verbis, videlicet: Et nota vnā bonam regulam ex hac Glo. in materia extensionis, quòd vbi duo sic se habent, quòd vnum venit consecutiuè ad reliquum, vno immutato, seu sublato, etiam consecutiuum intelligitur immutatū, seu sublatum. ad hoc textus optimus in c. miramur. extra de ser. non ordin. in c. quamuis. in fine. de elect. in sexto. hæc omnia Panormitanus vbi supra. Qui idem breuius docet Panor. in c. nam concupiscentiam. not. 1. extra de constitu. dixit. Nota primò, quòd lex prohibitiua non restringitur ad casum expressum, sed extēditur ad omnia, quæ sequuntur ex illo, & sic lex recipit interpretationem extensiuam, vt hic, & supra. c. proximo, scilicet in c. translato. nu. 1. vbi dixit, quòd lex recipiat interpretationem extensiuam ex similitudine rationis, vel connexitate negotij, quod procedit etiam si constitutio sit pœnalis. hæc ille. Idē tacitè videtur docuisse Glos. in c. nam concupiscentiam. in vers. vnde omnia mala. extra de constitutionibus. dicendo, ꝙ ex tali c. elicitur argumentum, quod vno prohibito, omnia prohibētur, quæ sequuntur ex illo, vt in c. pęnale. 13. q. 5. Idem docuit Decius in d. cap. nam concupiscentiam. in princ. dicens. Primò nota, ꝙ lex prohibitiua extenditur ad ea, quæ ex illo sequuntur: ita Abbas hic, ad idem tex. in l. non dubium. C. de legibus. ibi. [& si quid si fuerit subsequutum ex eo.] & ibi Bald. in 5. notab. facit textus in l. 3. §. sciendum. ff. de donat. inter virum & vxorem. & istam regulam ponit Bald. in l. 2. ff. de iurisdictione omnium Iudicum. colum. fina. versicu. quarta regula est, & idem Bal. in l. 1. col. penult. in versic. secunda regula est. C. si Rect. Prouinc. & notat Bart. in l. sed & hæ. §. præter. ff. de procurat. & in nona quæstio. ita arguit, & concludit Signorol. in consilio 61. incipien. Quæstio talis est. in principio. vbi plura iura ad hoc adducit. & hoc videtur procedere, quando necessario sequuntur, vt not. Bald. in l. quamuis. C. de fideicommiss. & circa hoc latiùs distinguit Bald. in d. l. 2. & not. in l. 1. §. si vir. ff. de acquirenda possessione. hæc Decius vbi supra. Et sciendum, quòd Bart. in d. l. sed & hæ. §. præter. in primo not. infrascriptis vtitur verbis, videlicet: Nota ex fine multum, quòd destructo antecedenti, destruitur consequens. nam ex eo, ꝙ quis habeat mandatum ad agendum tenebatur defendere, destructo hoc, quòd non teneatur agere ex aliqua iusta causa, vel quia remotus sit, vel aliter, quod est antecedens, non tenebitur defendere, quod est consequens, vt hic in fine. hæc ille. Idem docuit Prępositus in dicto cap. non debet. columna quinta, in versic. ex hoc habes. vbi hæc dixit, videlicet: Ex hoc habes vnam regulam in materia extensionis, quòd vbi duo sic se habent, quòd vnum venit consecutiuè ad aliud, & aliud sequitur limites illius antecedentis, in vno immutato, & consecutiuum immutatur: ad hoc optimus textus in cap. miramur. extra de ser. non ordin. Idem docuit rursus Baldus in capit. translato. numero primo, in versicu. nota, quòd connexorum, & in numero decimo, extra de constitu. Nam in dicto
268 numero primo dicit, quòd connexorum, † seu coniunctorum vna est ratio, & propositio. Item de principali, & accessorio. Item de principali, & augumento, & in numero decimo dixit. Nota, quòd id, quod in vno connexorum reformatur, in alio intelligitur reformari, siue sit connexum per dependentiam, siue per qualitatem relationis, vt in l. fina. C. de indicta viduitate toll. & in l. prima, in principio. C. de latina liber. toll. hæc ille. Qui idem docuit rursus in capitulo, nam concupiscentiam, numero secundo, versicu. considera. & numero 3. 4. & 5. de constitu. infrascriptis vtens verbis, videlicet: Considera, quòd interdum sunt connexa prohibitio, & pœna, & tunc quod de vno dicitur, de alio intelligetur, vt supra cap. proximo, (scilicet cap. translato.) Interdum sunt discrepantię, & tunc secus, nam in dicta l. quod ait. ff. de diuortijs, si non teneret diuortium, alia ratio impediret matrimonium, scilicet duplicitas matrimoniorum: vnde nulla lex de essentia pœnæ est substantia diuortij: & ideo ad impositionem pœnæ non sequitur distinctio actus, sed constructio: quia de esse ibi procedi-
269 tur ad pœnam. Regulariter autem pœna † non descendit ab essentia actus, sed à prohibitione, vt in l. non dubium. C. de legibus, hæc ille. Idem do-

enit Gl.in d. c.Acceſſoriū. Nam ibi exemplificat
multifariè dictam noſtram ſallentiam. Vide ibi.
Idem docuit Petr.de Anch.in d.c.Acceſſoriū.Vbi
diffuſiſſime pertractat hanc materiam acceſſorij.
Vide latiùs ibi.Idem docuit Io. And. in dicta re-
gula Acceſſorium.Vbi texuit longam diſputatio-
nem,loquendo in materia ſtatuti pœnalis.Idē do
cuernnt Dynus, & Philippus Francus in dicta re-
gula Acceſſorium.Idem Lud.Bolo.in l.ſi.ff.de cō-
dit.indebiti.in primis interpræta.Idem Hippoli
tus de Marſilijs in ſuo ſingulari 17.incip.Acceſſo
rium ſeqnitur. Vbi in multis caſibus banc fallen-
tiam exemplificat,afferens doctorum aliorū ſen-
tentias hoc ipſum confirmantiū.Idem docuit fe-
rè ad uerbum Præpoſitus rurſus in c. ſi laicus.diſ.
31.Idem tacitè docnit Fel.in c.cùm M.Fetra.col.
9.in princ.de conſtit. ſequens Anch.vbi ſupra lo-
quētem de acceſſorio. Idem Nicolaus Euerardus
in Topica iuris.titu.loc. à ratione legis.nu.3.Idē
docuit Nauarrus. in c. pęnę.nu.13.in verſ. Nonò
cum duo ſic.de Pœnit. diſt.1.

Quartodecimò fallit regula contenta in cōclu-
ſione tertia, qnando caſus ad quē extenditur con
ſtitutio pœnalis, & correctoria compræhenditur
270 † ſub caſu expreſſo in dicta cōſtitutione,ſecūdū
communem vſum loquendi, licèt non ex propria
ſignificatione vocabuli:Hæc fallentia hic probabi
tur auctoritate nonnullorum doctorum:vltra an-
ctoritatem ſacrorum canonnm,legem Imperato-
riarnm,ac doctorum, quæ ſup. fuit allata a me in
§.1.ac præmiſſo ſecūdo.verſ.tertiò mens legis col
ligitnr.ferè per totū;(Vbi multa attuli notatu di-
gniſſima, vide ergo ibi.)Nam boc docuit inquā,
Io.de Imo.in Clem.1.col.8.in verſ.fallit ſeptimò,
de elect. Idem docuit Philippus Franchus in c.1.
colu.6.in verſ.decimoquartò limita.de Tempor.
ordin.Idem docuit Bar.& Paul.de Caſt.in l.ſcire
leges.ff.de legibus.Idem docuit Nicolaus Enerar
dus in Topica iuris.ti.loc.a ratione legis. nu.37.

Quiutodecimò fallit regula contenta in cōclu-
271 ſione tertia,quādu caſus eſſet expreſſus † in cō-
ſtitutione pœnali,& correctoria,gratia exempli:
nam tnnc fieret extenſio ad caſum ſimilem,cùm
exempla non reſtringāt regulam ſiue diſpoſitio-
nem. Hæc fallentia probatur duplici medio. Et
primo per arg.in c.1.extra. Ne clerici,vel mona-
chi:Vbi poſt multa negotia ſecularia (quæ exer-
ceri prohibēt clericis) ſubdit tex. in fine,hæc vide
licet. [Ecce talia, & his ſimilia, miniſtris altaris
dñi,nec nō,& monachis omnino cōtradicimus:]
Dixi probari per arg.in d. c.1. quoniam etſi ex-
preſsè verba noſtræ fallentiæ ibi non contineātur
ſecundum ipſorum nudum corticem; benè tamē
implicitè, & ſecundum ipſius ſententiam cùm ex
ipſa conſtitutione pęnali eliciatur, ꝙ id, quod ex-
preſſe dictum fuerit exempli gratia extendi poſ-
ſit, & debeat ad ſimilia.Idem probatur per arg.in
c.ſi Papa, de Priuilegijs in verſ. Vbi poſt enume-
rationem quàm plurimorum caſuum,circa finem
dicitur:verſ.[His enim, & conſimilibus caſibus,
&c.] Probatur & ſecundò explicitè auctoritate
infraſcriptorū doctorū:Nam huic fallentię ſe ſub-
ſcripſit Ioannes de Imola in repe.l.ſi verò. §.de vi
ro.ff.ſoluto matr.Pbilippus Frāchus in c.1.col.6.
in verſ.decimoſeptimò limita.Idem docuit Ant.
de But. in Clem. 1. de reſcriptis ſuper Glo.Præſi-
dentibus. Idem Gl.quæ dixerat (inter alia)quòd
& licèt de religioſis loquatur dicta Clem. idem
tamen de ſecularibus, qui ſimili modo præeſſent:
ſed quia id rarum, hoc frequētatum, ideo de Re-
ligioſis loquitur.Idem docuit Imo.in d. Clem.1.
col.3.in verſ.Ex hac Glo.no.do.Ant.Idem docuit
Cardinalis Zabar.in dicta Clem.1. col.2. in verſ.
quartò quæro.Idem docuit Pan.in dicta Clem.1.
in Not.1.& 2.Qui omnes doctores amplectentes
ſententiam dictæ Glo.dixerūt,quòd dictū in vno
etiam in conſtitutione pęnali, nō videtur in alio
negatum, quando ratione frequentioris vſus id,
quod eſt dictum,fuit expreſſum: non autem ut no
taretur aliud diuerſum in expreſſo ad tacitum.
Idē docuit Euerardus vbi ſupra,tit.locus à ratio-
ne legis.nu.38.in verſ.decimotertiò fallit.Idē do
cuit Nauarrus vbi ſup. nu.21. in verſ. decimoſe-
ptimò.

Decimoſextò fallit regula tradita in cōcluſio-
ne tertia,qnando agitur de extenſione paſſiua,
272 † quæ fit vi regulæ iuris antiqui,quæ ſemper eſt
licita,ſecundū omnes,ut patet ex præmiſſis; qnod
eſt ualde vtile,quia ex hoc ſequitur, quòd lex no
ua pęnalis,& correctoria recipiat omnes limita-
tiones,& declarationes, ac ampliationes, quas
bēt, & recipit lex antiqua. de quo etſi plura poſ-
ſint tradi exempla,quæ videri poſſunt per Barto.
in l. omnes populi. ff. de iuſtitia, & iure,tamen
nonnulla magis ſingularia hic trademus, quorū
primū erit,videlicet,ꝙ ſicut olim in primitiua ec
cleſia ordo ſubdiaconatus non erat ſacer:qui mo
dò eſt ſacer: Inde euenit, & ſequitur,quòd oīa iu-
ra loqnentia de ordine ſacro (presbyteratu ſcili-
cet & diaconatu:) tā in uoto caſtitatis, in electio
ne ad epiſcopatum, quā in ſeruis ad ordines ſa-
cros ordinatis in ſeruitutem renocandis, vel non,
& in alijs: veninnt extendenda ad ordinem ſub-
diaconatus, & perinde cenſeri debet; ac ſi de il-
lo ſpecificè loquerentur; cum noſtra tempeſtate
ſit ordo ſacer: ſecūdum exemplum ſit de Chriſtia-
no,qui ſe transſert ad ritum iudaicū: contra quē
præcipitur procedi, ſicut procedendum eſſet de
iure contra hęreticum.Tertium exemplum bodie
indictio extraordinario munere facta eſt munus
ordinarium. Vnde omnes leges loquentes de or-
dinario munere ad hoc munus ſunt extendendæ,
quare conſequenter ſequitur,quòd eccleſia, quæ
non excuſatur a munere ordinario, licèt excuſet
à munere extraordinario (vt in l.Placet.C.de ſa-
croſanctis Eccleſijs)non excuſabitur etiam hodie
ab indictione:& hæc tria exempla allata ſufficiāt,
etſi plura deſiderentur,poterunt reperiri in Cle.
vnica.iuncta Glo.in verſ.ammittendis: in verſic.
promouendis in verſ.ſacerdotium,& in ver. æta-
te.de officio Vicarij: Vbi inter alia ſingulariter
habetur, quòd pœna extrauag. Execrabilis.in §.
qui verò. de præben. quæ loquitur in rectoribus
eccleſiarum parochialium,locum habet etiam in
vicarijs perpetuis eccleſiarum parochialium, ad
quod illam Glo.notat Ant. de But.loco infra citā
do, & Lāfranchus in l.ſi uerò.§.de viro.ff.ſol.mat.
in quinta concluſione interprætationis extenſiuę.
Hæc fallentia ſic exemplificata probabitur vera
quoad omnia ipſius exēpla, ſigillatim vnūquod-
que eorum probando: Probatur ergo primū exē-
plū,per arg.in c.A multis.extra de ætate,& qua-
litate. Vbi hæc habentur,verſ. [A multis multo-
tiens,an ſubdiaconus in epiſcopum eligi valeat,
hæſitatur, ſiquidem Vrbanus Papa Primus decre
uit, vt nullus in epiſcopum, niſi in ſacris ordini-
bus re-

bus religiosè viuens inuentus fuerit, eligatur: sa-
272 cros † inquit ordines diaconatum dicimus, &
presbiteratum: hos siquidem solos primitiua ec-
clesia legitur habuisse. Subdiaconos verò (quia ét
ipsi ministrant altaribus) opportunitate exigente
concedimus eligi in Episcopos, si tamen prçclarę
scientiæ, ac religionis existant: quod ipsum nō si-
ne Romani Pontificis, vel Metropolitani licentia
fieri permittimus. In quibus verbis innuitur, quòd
Vrbanus Primus ad statum primitiuæ Ecclesiæ se
referens (in quo subdiaconatus ordo sacer mini-
mè dicebatur) instituit, vt de subdiacono (nisi v-
tilitatis causa, & tunc etiam nisi de permissione
Metropolitani, vel Romani Pontificis) non posset
electio celebrari. Verùm cùm hodie subdiacona-
tus inter sacros ordines computetur, sicut Vrba-
nus Papa Secundus, sub his verbis expressit in c.
erubescant. dist. 32. [Erubescant impij, & apertè
intelligāt iudicio Spiritus sancti eos, qui in sacris
274 ordinibus † presbyteratu, diaconatu, subdiaco-
natu sunt positi, si castè non vixerint, excludēdos
ab omni eorundem graduum dignitate. Et iterū.
Nemo ad sacrum ordinem permittatur accede-
re, nisi aut virgo, aut probatæ castitatis existat, &
qui vsque ad subdiaconatum vnicam, & virginē
habuerit vxorem. Et ad similitudinem diaconi,
275 & presbyteri, subdiaconus † debet continentiā
obseruare: sicut est in sexta Synodo constitutum:
Vt si quis eorum, qui ad clerum accedunt, nuptia
li iure voluerit mulieri copulari, hoc antè subdia
conatus ordinem faciat. Et beatum Gregoriū sta
tuisse legitur: vt nullum facere subdiaconum prę-
sumant Episcopi, nisi qui se castè viuere promise-
rit. Nos volentes super hoc articulo disceptatio-
nis materiam amputare: statuimus, vt subdiaco-
nus in Episcopum valeat liberè eligi, sicut diaco-
nus, vel sacerdos,] hæc ibi. Idē probatur per arg.
in c. Miramur. extra de seruis non ordin. Vbi In-
nocentius tertius, hęc statuit videlicet. [Miramur
non modicum, cùm certum sit in cōstitutionibus
antiquorum, quando serui in gradus ecclesiasti-
cos ordinati, debeāt in seruitutē, vel non debeant
reuocari. De subdiaconali ordine, quia de eo nō
fit mētio in patrum statutis, expressè videtur no-
bis, quod & is cùm diaconali gradu priuilegio
gaudeat eodem. Nam licèt sacer ordo non repu-
taretur in ecclesia primitiua: tamen à cōstitutio-
ne Gregorij, atque Vrbani secundum moderna
tempora, sacer gradus esse minimè dubitatum.
Hæc in d. c. Miramur: Dixi nostram fallentiā pro-
bari per arg. in dictis iuribus: quoniam & si expli
citè, & ad verbum, ipsa nostra fallentia non con-
tineatur in ipsis: benè tamen continetur exemplū
primum, in quo exemplificatur præsens fallentia
(vt patet ad sensum) qua propter apertissimè in-
de elicitur per consequens, quòd simul, & semel
ijsdem iuribus ipsamet fallentia quoad primum
exemplum probetur; Probatur & secundò Docto
rum auctoritate. Nam & infrascripti doctores se
subscripserunt præsenti nostræ fallentiæ, eoq; ad
verbum præsenti fallentiæ se subscripsit Anton. de
But. in d. c. A multis. in vers. Nota, quòd habilita-
276 tus † ad gradum, & assumens qualitatem gra-
dus, habilitatus censetur ad omnia consecutiua
ad gradus qualitatem: & sic lex noua etiam corri
gens recipit extensionem ad consequentia anti-
quæ legis, ad hoc in c. Miramur. extra de seruis
non ordin, Vbi ipse Ant. in Not. 1, dicit quòd ex-
tensiua à se recipit extensionem iurium, & sic cō-
tractus translatus ad qualitatem certi gradus re-
cipiat extensionem omnium iurium de gradu ip
so loquentium, & habes sic (inquit ipse) vnam re-
gulam hic in materia extensionis. Idem docuit
Pan. in d. c. A multis. in vers. Nota quòd habilita-
tus. utens ijsdem verbis ipsius Antonij, qui & in
d. c. Miramur, in Not. 1. vtitur ijsdē verbis ipsius
Antonij supra recensitis. Idem docuit Euerardus
in Topica Iuris in cap. locus a ratione legis. nu.
39. in vers. decimoquartò fallit. Quoad secundum
exemplum verò, dico fallentiam præsentem pro-
bari per tex. in c. contra Christianos. de hæreticis,
in sexto. vbi hæc habētur, videlicet. [Contra Chri
277 stianos, † qui ad ritum transierint, vel redierint
Iudęorum, etiam si huiusmodi redeuntes, dum
erant infantes aut mortis metu, non tamen abso
lutè, aut præcise coacti baptizati fuerint, erit tan-
quam contra hæreticos, (si fuerint de hoc con-
fessi, aut per Christianos, seu Iudęos conuicti; Et
sicut contra fautores, receptatores, & defensores
hæreticorum; sic contra fautores, receptatores, &
defensores talium est procedendum] hæc ibi: &
quòd nostra fallentia probetur per dicta c. con-
tra Christianos, per se patet, cum dicta constitu-
tio sit pęnalis, & quòd correctoria quoque sit non
indiget probatione, cum in reliquis constitutio-
nibus contra Iudæos simpliciter æditis nulla fiat
mentio de tali pœna incurrenda, benè tamen est
pœna publicationis, seu confiscationis bonorum,
quam pœnam ipso iure hæretici impenitentes,
vel relaxi incurrunt, ut docet textus apertissimus
in c. cùm secundum, de Hæreticis in sexto, & pro-
276 prij filij † hæreticorum (etiamsi sint Catholici)
priuabuntur bonis talium parētum, vt docet tex-
tus in c. Vergentis. extra de hæreticis: & quòd sit
correctoria probatur, eo quòd olim talis pęna cō-
fiscationis hæreticis inflicta non puniebātur ipsi
Christiani iudaizātes, ut docet textus in c. Iudęi
baptizari 1. q. 4. vbi hæc habentur ad verbum, ui-
delicet. [Iudęi baptizati si postea præuaricantes
in Christum qualiber pœna damnari extiterint, à
rebus eorum fideles filios excludi non oportebit,
quia scriptum est (scilicet apud Ezech. c. 18.) [fi-
lius non portabit iniquitatem patris] hæc in di-
cto canone, qui excerptus fuit à Concilio Toleta
279 no qoarto, c. 60. ex quibus patuit, † quòd dictus
Canon in d. c. contra Christianos, est pœnalis, &
correctorius simul, cum mandet puniri Christia-
nos Iudaizantes, sicut reliquos hęreticos (ut supra
fuit probatum) hæreticorum filij priuantur bonis
paternis, & sic patet quòd dictus Canon in d. c.
contra Christianos sit pœnalis, & correctorius, &
tamen extendendus erit. idem probatur auctori-
tate Doctorū: nā infrascripti se subscripserūt nræ
fallentiæ, quoad secundum exemplum inibi in-
sertum; Glo. enim fin. in d. c. contra Christianos,
230 dicit, quòd licet regulariter correctio legū † sit
vitanda, nihilominus cum lex noua corrigens (vt
in c. 1. de const. in sexto) non habeat necesse men-
tionem facere de lege antiqua per ipsam corre-
cta, & in d. c. contra Christianos mandentur tales
puniri sicut hæretici, & hæretici puniuntur publi
catione bonorum, ut in d. c. cum secundum leges,
& filij eorum priuantur bonis paternis, ut in d. c.
Vergentis. Inde sequitur dictum Canonem in d.
c. Illud, etsi pęnalis sit, fuisse correctum per d. c.
contra Christianos. Idem docuit Archid. in d. c.

contra

contra Christianos.in fi.in vers.procedendũ. Idẽ
docuit Ioannes And.ibidem in d. Glo. fin. ipsi se
subscribens.Idem docuit Geminianus in d.c.con
tra Christianos,nam in col. 1.in vers.Nota quòd,
281 vbi dixit, quòd vbi quis † connumeratur certo
generi personarum,omnia iura loquentia de ta-
libus habent locum in istis connumeratis. Et sic
facit quòd si quis habetur pro ciue:omnia iura lo
quentia de ciuibus habent locum in illo,& Gl.fi.
se subscripsit. Idem docuit Euerardus loco cita-
to.Et quoad tertium exemplũ: dico probari per
dictum Nicolaum Euerardum,ubi supra præsen-
tem hanc fallentiam veram esse, docuit Bar. mul-
tis in locis relatis a Mattheo Mattesil.in suo tra-
cta.de extensione legum, §.3.versi. fallit secundo
148.his præcisis verbis vtens,videlicet fallit secũ-
do in extensione passiua. Nam vbi ius antiquum
282 ponit vnam regulam,† ista regula etiam trahe-
tur ad noua iura correctoria iurium veterum,arg.
in l.1.§.1.ff.ad l.Falcid.& ibi per Bar.& quod no-
tauit in d.l.4.§.erit, ff.vbi bon. rapt.& in l.omnes
Populi ff.de Iustitia, & iure,in quarta quæst.arti
culi quinti principalis. Vnde si fieret lex noua,
quæ intercideret minori 25.ann.alienationem bo
norum suorum immobilium,intelligeretur inter
dicta datio vsurarum,vel pignus, vel emphiteoti
cus contractus.l.fi.ff.de reb.alien.non alien. Item
per hoc dici potest,quòd lex noua corrigens iu-
ra vetera,quæ volunt matrem,& auiam esse tutri-
ces,habeant locum etiam in proauia, & abauia,
quia regula antiqua est,quòd appellatione auiæ,
& similium nominum contineantur aliæ personæ
qbus solet accidere,Pro,vel ab;Vnde appellatio-
233 ne nepotis † continetur pronepos, & appella-
tione nurus continetur pronurus,sic & socrus, p
socrus,l.an eorum.§.1.ff.de postu. & l.socrum, &
l.generi.ff.de verb.sign.& not.Barr.in l.Gallus.§.
instituens,ff.de liber.& posthum.hæc omnia Mat
thesillanus vbi supra.

Et hæc pauca de multis sufficiant dicta de extẽ
sione legum facienda, vel non facienda, quando
leges sunt pœnales, & correctoriæ simul.

SVMMARIVM.

1 *Extensio in pœnalibus,licet non sit regulariter facienda, tamen maxima cum ratione aliquando extensio esset facienda etiam in pœnalibus,& quare.*

2 *Dispositio quæcunque pœnalis ipsius voluntariũ transgressorem obligat ad sustinendam pœnam in ipsa contentam,& quare.*

3 *Canones extrauagantes, etiam si non sint relati in codicem communes canonum, erunt obseruandi, & transgressores puniendi, & quare.*

4 *Legis verba,& non sententiam seruans est puniendus.*

5 *Leges quare condantur.*

6 *Dispositio pœnalis quæcunque respectu annullationis actus gesti contra eius prohibitionem, ex identitate, vel maioritate legis scriptæ extenditur de casu scripto ad non scriptum,in quo exemplificatur.*

7 *Feudatarius quo casu erit feudo priuandus.*

8 *Leges etiam pœnales quare sint aliquando extendendæ de casu in ipsis expresso,ad non expressum habentem tamen eandem rationem.*

9 *Pœnæ omnes statutæ contra secundo nubentes,habẽt etiam locum contra non honestè viuentes.*

10 *Expressum habetur illud in quo eadẽ ratio reperitur.*

11 *Vidua viuens incontinenter priuatur legato sibi facto à uiro suo, & quare.*

12 *Tutores,& eorum filij,et nepotes prohibentur contrahere matrimonium cum pupillis,et quare.*

13 *Lege pœnali extensa propter identitatem rationis, an extensa intelligatur quo ad pœnam in ea contentam.*

14 *Lex non est aliud, quàm ipsa ratio legis, et quare.*

15 *Correctio legis an debeat induci ex identitate rationis et non expresse,et quare,et quid de extensione.*

16 *Lex pœnalis loquens de reo,extenditur ad actorem, et quare.*

17 *Præsentatio comprehenditur sub lata significatione electionis.*

18 *Actus nullitas an sit pœna.*

19 *Constitutio pœnalis respectu nullitatis actus extenditur ex identitate rationis,si illa tendit in fauorem animæ,et quare.*

20 *Collatio beneficij curati,dignitatis,aut personatus,facta habenti plura similia beneficia,non visa dispensatione,etiam si adfuisset, cum in dubio non præsumatur,est nulla,et extenditur ad collationem canonicatuum, et electiones, et idem de Episcopatu.*

ARGVMENTVM.

De extensione legum pœnalium tantum:

QVAEST. VNICA.

HABITVM sermonem de legũ pę-
naliũ,& correctoriarum simul ex-
tẽsione, subsequitur meritò sermo
de extensione legum pœnaliũ tan-
tum. Pro cuius q̃stionis maiori di
lucidatione pręmittendum operę
pretium duximus, quòd quamuis non desint re-
gulæ vtriusque iuris nos docentes omnino vitare
1 extensionem pœnarum: † Nihilominus contra-
rium nos docuit inter alia innumera allata in pręce-
cedentis,& in præsentis quæstionis probationẽ,
inter quæ est textus apertissimus in c. t.§.sed quia
natura,de feudis sub tit.Quæ fuit prima cau. be-
nefic. amitt.in vsibus feudi. Vbi hæc habentur,
videlicet, [sed quia natura nouas deproperat æ-
dere formas potest in multis modis contingere,
vt aliæ emergant causæ,quibus videatur iustè adi
mi posse feudum.Ideoq́ue iudex solers,& discre-
tus, ac æquitati obsecundare solicitus,cuncta sub
tiliter dispẽsans,prouideat,si qua fuerit antiquio
ribus causis similis,seu maior; ut proinde sciat v-
trum beneficium sit amittendum, ac nihilomi-
nus retinendum]hæc ibi: ex quibus patuit quòd
etiam in pœnalibus fiat extensio ratione maiori-
tatis, vel identitatis rationis, sed antequam de
extensione legum pœnalium tãtum dicamus: mo
nendum operę pretium duximus solertissimũ Le-
ctorem,quòd ea, quæ latissimè diximus in præce-
dentis quæstionis dilucidatione, in qua egimus
de extensione legum pœnalium, & correctoria-
rum simul, hic repetita volumus haberi causam
per se pateat vigere argumẽtũ à maiori ad minus
affirmatiuè:eoq; iura pœnalia, & correctoria si-
mul magis sint odiosa quàm pœnalia solum: cum
duo vincula magis ligare dignoscatur, quod &
inter innumeros doctores hoc ipsum docere non
piguit Mattheum Matthesilanum in suo elegan-
tissimo,ac breuissimo tractatu de interpretatione
extensiua legum.nu.45.vers.tertius articulus est.

Necnon Nicolaus Euerardus in sua docta Topica iuris, tit. locus a ratione legis. nu. 55. vers. quod in omnibus casibus, & alij plerique Doctores alibi.

Prima Conclusio sit. Vnaquæq; constitutio seu
2 iuris cuiuscunque dispositio † pœnalis obligat
ipsius transgressorem voluntarium ad sustinendam pœnam inibi contentam; Dixi uoluntariũ, propter ea, quæ afferentur in quæstione de pœna transgressoris legis propter metum, & uim illatã. Hæc conclusio probatur triplici medio. Primo. n. per arg. in c. 1. extra. de consilit. Vbi hæc habentur videlicet. [Canonum statuta custodiantur ab omnibus, & nemo in actionibus, vel iudicijs Ecclesiasticis suo sensu, sed eorũ auctoritate ducatur.] Idem probatur per arg. in c. fi. eo. tit. vbi Gregorius Nonus his verbis vsus fuit uidelicet, [quoniã constitutio Apostolicæ sedis omnes adstringit, & nihil debet obscurum, vel ambiguum continere, &c.] Idem probatur per arg. in c. si quis omnem 1. q. 7. Vbi hæc habentur, videlicet: [Si quis omnem traditionem Ecclesiasticam scriptam, vel nõ scriptam uiolat, anathema sit.] Dixi probari præsentem conclusionem per arg. in dictis iuribus, quoniam & si explicitè, & ad verbum non fiat in ipsis mentio de nostræ conclusionis materia, benè tamen implicitè, eo quòd ibi præcipiatur obseruantia Canonum, & cum multi reperiantur canones, seu constitutiones pœnales statuentes, quod transgressores ipsarum constitutionum incurrant pœnas inibi inflictas in singulis casibus contra tales transgressores (vt infra latius patebit per asserenda in toto præsenti tractatu) inde sequitur, quod etiam dictis iuribus probetur veritas præsentis conclusionis: sed idem adhuc apertiùs probatur per tex. in c. 1 §. quibus ad hæc. dist. 19. Vbi hæc habentur videlicet; quibus ad hæc asserendũ est; quoniam si vetus, nouumque testamentum recipienda sunt, non quòd codici Canonum ex toto habeantur annexa; sed quod de his recipiendis sancti Papæ Innocentij prolata videatur esse sententia; restat nimirum, quòd decretales
3 Epistolæ † Romanorum Pontificum sunt recipiendę, etiam si non sint codici Canonum compaginatę; quoniam inter ipsos Canones unum beati Leonis capitulum constat esse permissum a nobis fortè credatur, omnia decretalia constituta sedis Apostolicæ custodiri mandantur: vt si quis in illa commiserit, nouerit sibi veniam denegari; Ait. n. capitulo decimo suorum decretalium. [Ne quid verò sit, quod prætermissum fortè credatur, oĩa decretalia constituta tam beatæ recordationis Innocentij, quàm omnium decessorum nostrorũ, quæ de Ecclesiasticis ordinibus, & canonum promulgata sunt disciplinis, ita a vestra dilectione custodiri mandamus, vt si quis in illa commiserit veniam sibi deinceps nouerit denegari] dicendo vero [omnia decretalia cõstituta] nullum de decretalibus constitutis prætermisit, quod non mãdauerit esse custodiendum: hæc ibi inter multa alia eiusdẽ generis verba. Idem clarius probatur per tex. in c. nulli fas. d. 19. vbi Greg. IIII. infra scriptis vsus fuit verbis, videlicet [nulli fas est velle vel posse transgredi Apostolicæ sedis præcepta, nec nostræ dispositionis ministerium, (quod nostram sequi oportet charitatem) sic ergo ruinæ suæ dolore prostratus, quisquis Apostolicis uoluerit contraire decretis, nec locum deinceps inter sacerdotes habeat, sed exteris a sãcto ministerio fiat: nec de eius iudicio postea curã habeat: quoniam iam dãnatus a sancta & Apostolica Ecclesia, ac auctoritate sua, de inobedientia atque præsumptione a quoquã esse non dubitatur, quia maioris excommunicationis deiectione est abijciendus, cui sanctæ Ecclesiæ commissa fuerit disciplina, qui non solum prefatæ sanctæ Ecclesiæ iussionibus parere debuit, sed etiam alijs, nè præterirent, insinuare. Sitq; alienus a diuinis, & Pontificalibus officijs, qui noluit præceptis Apostolicis obtemperare.] hæc ille Canon. Idem prorsus probatur per tex. in c. si ea, c. confidimus, c. nulli fas. c. violatores, c. sunt quidam, c. cõtra statuta, c. Prima salus, c. Generali decreto, c. omnia decretalia & c. Ideo permittente. 25. q. 1. & in multis alijs sanctionibus Pontificijs. Idem habetur in l. leges, la prima. C. de legibus, & per arg. in l. Nõ dubiũ. C. de legibus. vbi inter alia hæc habentur, videlicet. [Non dubium in lege committere eum, qui
4 verba legis amplexus † contra legis nititur volũtatem. Nec pœnas insertas legibus euitabit, qui se contra iuris sententiam sæua prærogatiua verborum fraudulenter excusat] hæc ibi inter alia. Dixi probari præsentem cõclusionem per arg. in d. l. Nõ dubium. quoniam apertissimè inest locus ibi arguendi a fortiori, tali pacto dicendo, Si puniendi sunt pœnis statutis in talibus legibus, qui transgrediuntur leges pœnales secundum sententiam, & si obseruauerint illas secundum corticem verborum ipsarum, quantò magis puniendi erunt statutis a iure pœnis, qui transgrediuntur constitutionum pœnalium verba, & sententias. Probatur & secundo præsens cõclusio doctorum auctoritate omnium in dictis iuribus, & in plerisque quàmplurimis alijs locis, cùm præsens conclusio sit apud omnes doctores approbatissima. Nam idem docuerunt Gof. & Host. in summa tit. de constitutionibus in fine, qui ambo ampliant præsentem cõclusionem, vt referam in ampliationibus ipsius asserendis, & si non desint fallentia ipsorum: Vide ergo ibi cum parum deseruiant veritati præsentis conclusionis ab omnibus approbatæ. Probatur & ratione. Cùm enim, quicquid agitur, propter finem agitur, & finis vniuscuiusq; legis pęnalis sit per ipsã retrahere homines a malis operibus, & compellere eosdem ad pacificè viuendum. Inde sequitur, quòd si vera non esset præsens nostra Conclusio, vnaqueq; constitutio pœnalis cõtemptui, ac vilipendio haberetur, & sic omnia confusa essent in hac vita; Nam verissimũ est illud poeticum, uidelicet. Oderunt peccare boni virtutis amore: oderunt peccare mali formidine pœnæ, ut quàmelegantissimè docuit Isidorus, & habetur in c. 1. dist. 4. His verbis videlicet, [factę
5 sunt autem leges † vt earum metu humana coerceatur audacia, tutaq; sit inter improbos innocẽtia, & in ipsis improbis formidato supplicio refrenetur nocendi facultas] hæc ibi.

Secunda conclusio sit dispositio pœnalis tam iuris communis, quàm municipalis respectu an-
6 nullationis actus † gesti contra eius prohibitionem, ex identitate, vel maioritate rationis scriptæ in ipsa extendi poterit de casu inibi expresso ad casum explicitè ibi non expressum, ad quem se habet correlatiuo aliquo pacto, vel veniat sublata significatione, uel sub intentione legislatoris non solum, ut in casu nostro non expresso ob-

ferue-

seruetur ipsa dispositio, verum etiam & quo ad pœnam annullatissimi actus gesti contra prohibitionē, uel aliam pœnam ibidem contentā ipso iure incurrēdam ab exercente actum illum in dicta dispositione pęnali explicitè non expressum, si tamen in eo reperitur identitas, vel maioritas rationis ipsum prohibendi sub dicta pœna, ut exempli gratia, statutum fuit in c.fin.extra de rescriptis, ut quicunque obtinuerint in personalibus actionibus rescripta à sede Apostolica, & ipsis abusi fuerint in casibus ibi expressis priuētur omni comodo ipsorum, ac si nunquam eis illa concessa fuissent, nec aliquid fuisset attentatum virtute eorū, ut sic actus annullationis sequatur: & insuper incurrent pœnam refectionis seu restitutionis omnium expensarum, vel dānorum, quę inde pars aduersa sustinuisset. Item in c.dispendia de rescript.in sexto, habetur (ultra prædicta ex d. c.fi.) quòd processus inde factus sit ipso iure nullus. Ecce in dictis iuribus nulla fit mentio de realibus actionibus, & nihilominus dicta iura extenduntur ad ipsas reales actiones, vt dictæ pœnales constitutiones obseruentur in ipsis realibus actionibus, sicut in personalibus etiā quoad actus nullitatem inde incurrendam, cū p se appareat uigere in ipsis actionibus realibus ratio eadem. Hæc conclusio sic exemplificata probabitur triplici modo (vltra tot auctoritates allatas in probationem fallentiæ primæ, & tertię conclusionis, tertię quæstionis præcedentis, in qua loquuti fuimus de extensione legum pœnalium, & correctoriarum simul. Vide ergo ibi. Vide etiam limitationes dictæ fallentiæ primæ, quoniam & hæc conclusio illas etiam recipit necessariò, quas hic non referam breuitati studens; Probatur enim primò præsens nostra conclusio per arg. in c.vnico.§. porro, innocto §. sed quia natura, titu. quæ fuit prima causa, &c. Nam in d.§. porro. hæc habentur videlicet. [Porro si dominum assalierit, vel vicum, in quo
7 est, per vim aggressus fuerit, † vel impias manus in personam domini vbicunq; ingesserit, vel alias graues, vel inhonestas iniurias intulerit: vel morti eius veneno, vel gladio, vel aliter insidiatus fuerit, beneficiū amittit] hæc ibi, & in d.§. sed quia natura hæc habentur videlicet, [sed quia natura nouas deproperat ædere formas, potest multis modis contingere, vt alię emergant causæ, quibus videatur iustè adimi posse feudum. Ideoq; iudex solers & discretus, & æquitati obsecundare solicitus cuncta subtiliter dispensans prouideat si qua fuerit antiquioribus causis similis, seu maior, vt proinde sciat, vtrum beneficium sit amittendum, an nihilominus retinendum] hæc ibi. Idem probatur apertissimè per tex. in l.neque leges. in l.nō possunt, & in l.nam. (vt Pedius ait) ff. de legibus, nam in d.l.neque leges. hæc habentur videlicet, [Neq; leges, neq; Senatus consulta ita scribi possunt, vt omnes casus, qui quandoque inciderint
8 comprehendantur, † sed sufficit ea quæ plerumq; accidunt, continere] hęc ibi. idem habetur in d.l. non possunt, vbi hęc habentur videlicet, [nō possunt omnes articuli singulatim, aut legibus, aut Senatus consultis compræhendi, sed cum in aliqua causa sententia eorum manifesta est is, qui iurisdictioni pręest, ad similia procedere atq; ita ius dicere debet.] hæc ibi. & in d.l. nam hæc habent videlicet. Nam (vt ait Pedius) quoties lege aliquid vnum, vel alterum introductum est bona occasio est, cætera quæ tendunt ad eandem vtilitatem, vel interpretatione, vel certa iurisdictione suppleri, hæc ibi. Idem habetur expressis in l. his solis. C. de reuocan. donat. vbi hæc habentur videlicet [his solis matribus, quæ non in secundi matrimonij fœdus nupserint, sed vnius tantum matrimonij sunt reuocandarum donationū, quas in filios fecerint, ita decernimus facultatē: si eos ingratos circa se esse ostenderint, quicquid igitur is, qui à matre impietatis arguitur ex titulo donationis tenetur eo die, quo cōtrouersiæ qualecūque principium iussu iudicantis datur matri cogatur reddere. Cæterū ea quæ antè adhuc matre pacifica iure perfecta sunt, & ante inchoatum cęptum iurgium, vendita, donata, permutata, in dotem data cęterisque causis legitimè alienata minimè reuocamus. Actionem verò matris ita personalem esse volumus, vt vindicationis tantū habeat effectum, nec in hæredem detur, nec tribuatur hæredi. De cæteris autem quę portentose vilitatis, abiectęque pudicitiæ sunt satis etiam tacitè cautam putamus, quis enim, qui his aliquid arbitretur tribuendum esse? cum etiā illis, quæ iure secundas tantum contraxerunt nuptias, nihil ex priuilegijs tributum esse velimus] hæc ibi ad verbum. Diximus contenta in præsenti conclusione haberi expressius in d.l. his solis, nempe pręcipuè in illis verbis ipsius, videlicet, [de cæteris autem, quæ portentosè vilitatis, abiectæque pudicitiæ sunt, satis etiam tacitè cautum putamus] hæc ibi, & quidem apertissimè præsens nostra conclusio probari hac lege videtur: cùm ibi agatur de irritatione actus donationis factę à matribus in personam filiorum, ratione ingratitudinis ipsorum erga easdem, & quòd sit pęnalis patet ex eo, quòd ipsi filij priuarentur rebus sibi iam acquisitis ex dicta matrum donatione propter culpam ingratitudinis, & quòd sit pœnalis ex parte matrum quoque patet, quia si illę transissent ad secundas nuptias & ipsæ priuarentur ipso facto hac actione reuocandi donationes factas filijs propter eorum impietatem seu ingratitudinem erga eas, & quòd talis pœnalis constitutio annullās actū donationis actionis huiusmodi personalis etiā stante personali filiorum ingratitudine, quoad pęnā priuationis dictæ actionis ipso iure incurrendam extendi debeat de casu ibi expresso ad casum ibi non expressum, habentem tamen identitatem rationis probatur verbis illius eiusdem legis, videlicet [de cætero autem quæ portentosè vilitatis abiectæque pudicitiæ sunt satis etiam tacitè cautum putamus] & sic patuit, quòd constitutio annullans actum, si addiderit pœnam aliā in ratione idētitatis rōnis, poterit extendi de casu expsso ad casū nō expressum ēt quoad pęnā inibi insertam, cum inibi solū principaliter facta fuerit expressa mentio de pœna priuationis talis actionis personalis ex causa secundarum nuptiarum: tamē tex. subdidit tacitè idem fore dicendum secundū mentem legis ex causa fornicationis ipsius viduę matris, quod animaduertens Bar. ibidem his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. Nota quòd om
9 nes pœnæ statutæ † contra secundo nubentes, habent locum in his, quæ non honestè viuunt: quod tene menti perpetuò, quia sæpe allegatur. Hæc Bar. ibi cui Bal. ibidem astipulatur dicens, quòd
10 illud habeatur pro expresso, in quo reperitur † eadem ratio, vt refert & sequitur Felinus in proemio

mio decretal.col.2.nu.9.vers.est tex. quem sequi-
tur. Idem prorsus docuit Pan.in c.vxoratus.Not.
2.de conuersio.coniugatorum, vbi his precisis ver
bis vtitur, videlicet. Secūdo nota pari4 esse vxorē
transire ad secunda vota, & incontinenter viuere.
eo casu quo transiuit ad secunda vota non est lici
tus transitus. Et facit iste textus, nunquid vxor re
licta, quæ assumpsit tutelam filij perdit tutelam,
si incontinenter viuat, sicut perdit si transit ad se-
cundas nuptias, & dic, quòd sic. de quo est Gl.no.
quam sequitur Bar.in Auctén.vt matri, & auiæ.C.
quando mul.tu.off.fungi potest, & quod bene no
ta, & pro hoc facit tex.i l.fi.eo.tit. Vbi requiritur
quòd pudicè viuat. Per hoc potest inferri, quòd
eas pęnas patitur mulier per transitum ad secun-
das nuptias, quas infra annū luctus pati debeat si
incontinenter viuat, quia ratio nuptiarum prohi
bitiua infra tale tempus fortius vendicat sibi lo-
cam in incontinentia, nè in plus se habeat luxu-
ria, quàm castitas. & pro hoc facit quod notabili
ter not.gl. & Bar.in l.fideicommissum.C.de fidei-
11 commissis, vbi not. quòd si mulier relicta † incō-
tinenter viuat, perdit legatum sibi factum a ma-
rito, & aufertur sibi tanquam ab indigna, & ex
præsumpta voluntate testatoris reuocatur lega-
tum, quod maximè procedit si vixit incontinen-
ter tempore vitæ mariti, marito ignorante, vt in
l.sororem. C.de his qui. indig. & hæc nota inquit
ibi Pan. in l.2. §. Quid si curatores, & in §.quid si
decesserint, ff.ad Senatuscon.tertij l. quid si hæc
habentur videlicet [Quid si curatores non petit,
verba rescripti deficiunt, sed dicendum est siqui-
dem impuberibus curatores non petijt eandem
esse rationem:] & in d.§.quid si decesserint? hæc
habentur videlicet [quid si decesserint quidam,
puto (licèt verba deficiant) sententiam constitu-
tionis locum habere,] hæc ibi. ex quibus elicitur
veritas præsentis conclusionis. Nam idcirco dixi
probari ipsam per arg.in dictarum legum, quia
& si de materia eius inibi expresse nō fiat sermo,
benè tamen implicitè: cum tex. ille annullet actū
exercitum à matre in recipienda hæreditate filio
rum suorum intestatorum post mortem illorum,
& in pœnam talis negligentiæ dictis bonis pri-
uatur: quando non petijsset à iudice tutorem, &
licet hæc lex fuerit pęnalis, & irritans actum rece
ptionis dictæ hæreditatis aditæ, nihilominus de-
clarauit ipsam fore extendendam ad matrem,
quæ non petijsset impuberibus filijs curatorem,
etsi nulla fuisset facta mentio de curatoribus non
petitis, cum eadem militet ratio in vtroque casu,
& ibi declaretur mens cuiusdam constitutionis
antiquæ, vt benè docuit Bar.in d.l.2.§.si mater, &
quòd præsens conclusio probetur d. l. 2. §. supra-
scriptis. docuit quoque Pan.(loco infra citando.)
Idem probatur eodem modo per argumentum,
in l.libertum.§.Senatus Consulti. ff. de ritu nupt.
Vbi hæc habentur videlicet [Senatus cōsulti, quo
12 prohibentur tutores † & filij eorum pupillas suas
ducere, puto hæredem quoque tutoris extraneū
sententia apprehendi. Cum ideo prohibuerit hu-
iusmodi nuptias, ne pupilli in re familiari circū-
scribātur ab his, qui rationes eis gestę tutelæ red
dere compellūtur] hæc ibi. Dixi probari per arg.
in d.l.libertum. quoniam in l.Tutor.ff.de sponsa.
hæc habentur, videlicet [tutor factam pupillam
suam, nec ipse vxorem ducere, nec filio suo matri
monio adiungere potest] hæc ibi. vnde patuit, quod
facta fuerit extensio legis pœnalis inducentis a-
ctus nullitatem de iure ciuili: prout eadem lex
pœnalis in qua solum explicitè fuerunt nomina-
tus filius tutoris extenditur ad nepotem, filium,
scilicet filij tutoris, vt in l.Senatus consulto, ff. de
ritu nupt. vbi hæc habentur videlicet. [Senatus
consulto (quo cautum est) ne tutor pupillam, vel
filio suo, vel sibi nuptum collocet, etiam nepos si-
gnificatur] hæc ibi. Probatur & secundo præsens
conclusio Doctorum auctoritate. Nā videtur hoc
ipsum elici ex doctrina Gl. in d.l. neque leges. in
l.non possunt, & in l.nam, vt ait Pedius. ff. de le-
gibus. Philippus, n. Franchus in c.1. fallentia.21.
de Temp.ordin.in sexto. Idem docuit, & luculen
tius Pan.in prohemio decretalium.n.15.vers.Sed
specialius, & rursus ibidem in col.4. vers.sed cir-
cumscripta consuetudine, postquam retulit sen-
tentiam Ioannis And.in d.c. dispendia, dicentis
legem pœnalem extendi propter identitatem ra
tionis in casu simili, sed non pęnam in ea indi-
ctam, his præcisis verbis vsus fuit, videlicet in cō-
trarium facit glo. singul.in c.1.de tempor. ordin.
lib.6.quæ dicit, quòd vbi est omnino ratio, & om
13 nimoda similitudo, constitutio † etiam pœnalis
extenditur, quia non est propriè tunc extēsio, sed
interpretatio, ac si apertè dicat, extenditur etiam
quoad pœnam ibi insertam, cum dixerit contra-
riari sententiæ Ioannis And. dicta glo. quæ quidē
in alio non contrariaretur si taliter non interpre
tata fuerit in c.fi.col.2.vers. in glo. in vers. super
pluribus. extra de rescriptis his præcisis uerbis
vtens, videlicet. Ex hac glo. possunt elici duæ quę-
stiones. Prima nunquid dispositio huius text. ha-
beat locum in realibus actionibus, & eodem mo-
do potest quæri quoad effectum. c. dispendia de
rescriptis in sexto, cum ibi rescripta annullentur
ipso facto imperrata contra eundem super pluri-
bus actionibus personalibus, & in hac quæstione
glo. tenet hic, quòd non. & multi hic tenuerunt,
quòd non debet fieri extensio constitutionis o-
diosæ, & pœnalis. Ioannes And. dicit, quòd dispo
sitio est obseruanda in realibus: sed non habet lo
cum pœna illius c. & est hoc dictum singulare in
materia extensionis, vt dicamus, quòd dispositio
pœnalis debet extendi ex identitate rationis re-
spectu statuti: idest vt obseruetur ipsum statutū:
sed non debet extendi quoad pœnam, vt si de fa-
cto non fuit obseruata dispositio, committatur
pœna. Tamen in hac materia extensionis Ioan-
nes And. fuit sibi multum contrarius, maximè in
glo. suis, sed mihi placet, quòd vbi potest appare
re de ratione legis, quòd tunc ex identitate ratio
nis debet extendi etiam quoad pœnam. Ad hoc
allego textum notabilem in l.2.§. quid si curato-
res, & in §. quid si decesserint. ff. ad Senatus con-
sul. Tertul. vbi hoc probatur apertissimè. Ad idē
bonus tex. in l.libertum ff. de ritu nuptiar. Nec ex
hoc dicas subdidit, quòd illa sit interpretatio ex-
tensiua, quia imò est intēsiua, & intellectiua, quia
14 † lex non est aliud, quàm ipsa ratio legis, vt pro-
batur in l.Dubium.C.de legibus, & ibi per Bal. &
in regula c.fi.de reg.iur. in sexto, & ibi per Dy-
num. Vnde quemadmodum corpus regulatur ab
anima, ita & ipsa lex regulatur a ratione legis, &
non a verbis: nam verba legis restringūtur, & am
pliantur ad limites rationis ipsius legis, de quo
pulcher tex. in l.cum pater.§.dulcissimis. ff. de le-
gatis secundo, & in l.Pater filium.§.fundum, ff.de
legat,

legat.tertio, & facit quod notat Bald. in l.ſcire.ff. de excuſat.tut. & licet Bar. dixerit in auct. Quas actiones. C. de ſacroſan. Eccleſ. quòd ex identita-
25 te † rationis nõ debeat induci legum correctio, multi tamen dixerunt contrarium, & tenet gl. in dicta auten. Quas actiones, ſeu in l.fi. eodem tit. Item illud dictum Bar. procedit quando ratio legis nõ eſt expreſſa, aliás ſecus, & ita ibi limitauit Bal. illud dictum Bar. & plus ego puto quòd etiã ſi ratio non ſit expreſſa in lege: Tamen ex quo non poteſt elici niſi vna ratio naturalis, & indubitata deber fieri extenſio ad limites illius rationis; quia præſumendum eſt Legiſlatorem fuiſſe motum ex ratione naturali, vt notanter ſenſit gl. in l. tale pactum. ff. de pactis, & hoc quod dixi ſupra videtur tenere notabiliter Bal. in l. maximum vitium, C. de liber. præter. & Cyn. poſt Pet. in dicta l. non dubium, & in l. 1. capit. quæ ſit lon. conſuet. & ita comperi me conſuluiſſe in facti contingentia Hæc omnia Panormitanus, vbi ſupra, ex quibus luce meridiana clarius patuit veritas pręſentis concluſionis, & falſitas, cum reuerentia tñ tanti Doctoris imputationis Panormitano factæ ab Euerardo: qui in ſua Topica iuris tit. locus a ratione legis num. 59. verſic. aut maioritas rationis dixit, quòd cõtrarium ſit verius, vt docuit Io. And. in c. diſpendia. de reſcr. in 6. ſubdens hoc dictum Io. And. reputet ſingulare in materia extenſionis Panor. in c. ſi extra. de reſcr. quaſi concludendo tacitè, quòd Panorm. ſequutus fuerit Ioan. Andream, & quòd docuerit, quòd diſpoſitio pęnalis non extendatur quoad pœnam in eo contentam, & ſi ſolùm vt ipſa pœnalis conſtitutio obſeruetur: Non animaduertens ipſe Euerardus, quòd ſtatim ibidem ipſe Panormitanus ſubintulerit, quòd etiam extendatur quoad pœnam, & illud probauerit multis medijs, ac per conſequens, quòd receſſerit a dicta ſententia Ioannis And. aſſerendo ipſum ſibimet fuiſſe contrarium in pluribus locis in materia extenſionis: hæc autem hic diximus ad dilucidationem veritatis noſtræ concluſionis, & non vt aduerſaremur tanto doctori, in dicto c. diſpendia. colum. 3. verſ. Nota incidenter, & in verſi & ideo ego credo aſtipulatum fuiſſe ſententiæ Ioannis Andr. in eodem c. diſpendia. Nam in dicto verſ. Nota incidenter. His verbis vſus fuit, videlicet. Nota incidenter hoc dictum, quòd conſtitutio pœnalis poteſt extendi ex identitate rationis, ſed pœna contenta in lege non debet extendi ad caſum non expreſſum, quod nota. Sed ſi conſtitutio non ſeruatur in realibus pœna locum non habet: per regulam c. in pœnis. de regu. iur. in ſexto. hæc Geminianus vbi ſupra. qui idem repetijt in c. ſi forte (poſt Io. And. ibidem) colum. 2. in verſic. Nota incidenter de elect. in ſexto, his præciſis vtens verbis, videlicet. Nota quòd conſtitutio pœnalis quando ſubeſt æquitatis ratio ſeruanda eſt in alijs caſibus, quàm expreſſis, tamen quoad pœnam non eſt extendenda, & hoc nota ex dicto Ioannis Andr. in eod. c. ſi fortè, ſed nec hæc ſententia videtur aliquid noui roboris afferre contra præſentem noſtram concluſionẽ cum & ipſemet contrariũ dixerit in c. fi. col. 4. ver. In eadem gl. ibi præſentatione, de elec. in 6. ſequendo d. gl. in verſ. elect. extendentẽ ipſum text. ad poſtulationẽ, & pñtationem propter identitatem rationis, quæ in vtriſque reperitur. Nam dixit, quòd non obſtet dictæ gloſę, ſi dicatur quòd iſta conſtitutio ſit pœnalis, & ſic non extendenda, quia conſtitutio etiam pœnalis extenditur ad comprehenſa ſub mente, vt not. in c. ſi poſtquam. de elect. in ſexto, quando omnino eſt eadem ratio, ſed hic eſt eadem ratio in præſentatione, ergo &c. Hæc Geminianus, qui rurſus ibidem ſubintulit in verſic. Nota incidenter, dicens. Nota incidenter illud dictum, quòd conſtitutio annullans ſententiam, vel proceſſum, vel inſtrumentum ex defectu ſolemnitatis non dicitur pęnalis, ex quo non diminuit patrimoniũ. Sed dicit D. Pet. de Anch. quod iſtud eſt verum propriè, ſed impropriè tamen videtur poſſe dici pęnalis. allegat c. ſi Religioſus. §. j. de elec. in ſexto, ſecundum eum: ſed ibi priuatur iure quęſito per electionem. Io. And. dicit, quòd hæc conſtitutio non eſt pęnalis, quia non priuat iure quæſito: ſed fortius facit tex. & gl. in c. diſpendia. de reſcr. in ſexto. Vnde habetis optimum textum declarantem quando dicatur pęna. Nam propriè pęna dicitur læſio, quæ punit, & vindicat quod quiſq; cõmiſit, ita dicit tex. in c. pęnitentia eſt quędam læſio. de pen. diſ. 3. Et ſic patet, ꝙ ſi lex lędit perſonam pro vindicta commiſſi, illa dicitur propriè pęnalis, & ideo dicit tex. & gl. in d. c. diſpendia, in fi. ꝙ pęna eſt irritare proceſſum & reſcriptum, quia lęditur ille ex eo, quia impetrauit cõtra iura, & læſio fit, quia ſaltem perdit expẽſas, quas fecit in lite. Idẽ dicimus ſi lex priuat iure quęſito per electionem: quia pęna eſt, cum lædatur in illo iure, vt in c. cupientes, de elect. in ſexto. Idem dicit tex. ſuper ẽt c. ſi religioſus. Vnde dato, ꝙ non diminuatur patrimonium, dum tamen aliqua læſio fiat pro vindicta, illa dicitur propriè pęnalis, vt vult ille tex. qui ad hoc ſummè eſt notandus, hæc omnia dixit Gem. vt ſup. ex cuius verbis duo eliciũtur, primũ quorum eſt, ꝙ conſtitutio ẽt propriè pęnalis extẽdatur ad comprehenſa ſub mente, vbi militat eadem omnino ratio: aliud eſt, ꝙ etſi patrimonium non diminuatur dum tamen aliqua læſio fiat pro vindicta tranſgreſſionis alicuius cõſtitutionis aliquid prohibentis, talis conſtitutio dicẽda ſit propriè pęnalis. Quapropter patuit, ꝙ in d. c. diſpendia, vbi ſup. Gem. loquutus fuerit ſecundum ſententiam Io. And. q̃ ibi nec expreſsè confirmauit, nec repudiauit. & ꝙ Gem. noſtræ aſtipulatus fuerit ſñiæ, colligitur ex dictis ipſiuſmet ĩ c. 1. col. 3. verſ. fallit 2. de tpe ord. in 6. de noſtra. n. qõne ex profeſſo loquẽs his præciſis verbis vſus fuit, videlicet, Quãdo caſus ad quẽ fit extenſio hẽt ſe correlatiuè ad caſum expreſſum, & eſt eadem rõ (intellige iſtud verum niſi lex ſeparatè cuilibet ex correlatiuis imponeret ſuam pęnam, vt in c. eos, qui. de temp. ord. in 6. vt maritus, & vxor, vt in l. 2. C. de ind. viduit. vbi pet Bar. & emptor, vẽditor, & conductor, vt ait gl. in c. 2. de locato, & gl. 2. in l. j. C. de fideiu. do. de. & Bar. in l. liberorũ. ff. de his q̃ not. infa. vbi ſtatutum pęnale in vxore extenditur ad maritũ, vbi eſt eadẽ rõ. allegat. l. emptor. C. de reſcin. vendit. ad hoc optimè gl. in c. 2. verſ. reus. de confeſs. li. 6. vbi tex. pęnalis de reo loquẽs extẽditur ad actorẽ cũ ſint correlatiui, quoad caſũ expreſſum, & eſt eadẽ rõ. Ad idẽ facit gl. in c. cupientes. §. pen, ver. de vetere, de elec. in 6. Hæc oĩa Gem. ex quib. apertiſſimè elicitur, ꝙ ſe ſubſcripſerit pñti nřæ conclu. cũ aſſeruerit extendendã lore conſtõnẽ pęnalẽ ẽt quoad pœnam ipſam in tali conſtitutione indictam de caſu inibi expreſſo

ad caſum correlatiuè ſe ad illum habentem, &
ſi in ipſa non fuiſſet expreſſus: ſi ergo iucurritur
pœna per eũ, quãto magis annullatio actus cõmu
ne per ipſum non dicatur propriè pœna, quapro-
pter paruit ipſum præſenti concluſioni ſe ſubſcri-
pſiſſe, etſi nonnullis contrarium videatur, non
põderantibus mentem ipſius expreſſam in dictis
verbis. Idem rurſus docuit apertius ipſemet Ge-
min. in c. a. col. 2. in fi. in verſ. glo. ſuper verſi. reus
quærit. de confeſſis in ſexto, his præciſis verbis
vtens, ſequens gl. ipſam, videlicet. Nota iſtam gl.
16 quòd conſtitutio pœnalis † loquens de reo, habet
locum etiam in actore, quando eſt eadem ratio
in vtroque, & conſtitutio ideo expreſſit de reo,
quia communis actus ſuper quo deſponit, accide
re ſolet in reo: Ad hoc facit quod not. in ſimili gl.
in Clem. 1. de reſcr. ſuper verſ. poſſidentes. in fi.
hæc Geminianus. His præmiſſis, ſciendum quòd
præſenti concluſioni ſe ſubſcripſit quoque Hoſt.
Io. Mo. & Archid. in d. c. diſpendia. Idem docuit
gl. in c. fi. ſuper ver. electione, circa finem de elec.
in ſexto. extendens illum textum pœnalem loquẽ
tem de electione ad præſentationem. Nam ſubla-
ta ſignificatione electionis benè comprehendi-
17 tur præſentatio, cum pñtãs † ſatis dicatur elige-
re eum, quem præſentat, vt in c. querelam. de ele.
& vult notanter Anr. de Butr. in repet. c. fi. in pri-
ma col. extra de conſuet. Idem docuit Decius in
c. at ſi clerici, §. de adulterijs, colu. 7. in uerſ. Et re-
tenta tamen communi opinione. extra de iud. &
in c. ſecundo requiris. in principio, extra de ap-
pellat. Idẽ docuit d. Nicolaus Euerardus, vbi ſup.
nu. 60. verſ. Iſtud tamen limito primo, & ſi paulo
ante contrarium dixiſſet propter ſententiam Io.
Andreæ in d. c. diſpendia credens, quòd & Pan.
hoc ipſum docuiſſet, eò ipſo quòd vbi ſupra dixiſ
ſet comendandam fore ſententiam Pan. non ani-
maduertens, quòd dictus Pan. ſtatim ſubintule-
rit, quòd huiuſmodi conſtitutio eſſet omnino ex-
tendenda etiam quoad pœnam: & quòd hæc ſit
ſententia ipſius Euerardi, elicitur ex dictis ip-
ſius in dicto verſ. Iſtud tamen limito primo. Nam
ibi in fine dixit, quòd ſic debeant concordari illa
duo dicta Ioannis And. quæ prima facie viden-
tur contraria, ſcilicet, quòd conſtitutio pœnalis
regulariter non poteſt extendi quoad pœnã nul-
litatis actus incurrendam, niſi verba ipſius ex la-
ta ſignificatione poſſent trahi ad caſum, in quo
concurrit paritas rationis, tunc benè fit extenſio
conſtitutionis pœnalis etiam quoad pęnam nul-
litatis actus. Et animaduertendum, quòd & ſi Io.
And. in c. fi. de elect. in verſ. ſuper glo. in verſ. elect.
& in c. odia, de reg. iur. in ſexto. de quo latè dixit
Fel. in c. in nomine. circa principium, extra de te-
ſtibus, dicens quòd ex tali ſententia (ſi vera eſſet,
& communiter approbata) ſequeretur, quòd iura
dicentia conſtitutionem pęnalem non ligare pro
babiliter ignorantes, vt in c. a. extra. de conſtitu.
& in c. a. de conſtit. in ſexto, & in c. ſimili proce-
derent in pœna extrinſeca, ſecus in pœna nullita-
tis actus, prout docuit Paulus de Leaz. in Proœ-
mio Clem. in verſ. de cætero, & videtur gl. ſing. in
Cle. 2. & in verſ. ex nũc. in fi. de Hæreticis. Nihilo
minus contraria opinio expreſſa in præſenti con-
18 cluſione videtur verior: cum nullitas † actus ſit
pœna de qua infra latiùs, quam & docuit Gemi-
nianus ſupra relatus, & gl. ſingul. in c. decet. ſuper
verſ. proceſſus de immun. Eccleſ. lib. 6. Attamẽ has
gloſas contrarias poterimus concordare, ſi dixe-
rimus primam dicentem non eſſe pœnalem lo-
qui quando per legem nullitas actus non indu-
citur in odium alicuius, ſed in defectum ſolem-
nitatis requiſitæ: ſecundam vero gl. loqui quando
nullitas actus inducitur in odium alicuius: nam
dicetur tunc talis conſtitutio pœnalis, prout do-
cuerunt in l. non dubium. C. de legibus Bar. & Bal
dus, & in d. c. a. extra. de conſtit. docuerunt Car-
dinalis Zabar. Ant. de Butr. Io. de Imo. & Pan. &
quia nonnulla fuerunt allata de materia præſen-
tis concluſionis in probationem tertiæ fallentię,
concluſionis tertię, quæſtionis pręcedentis, de ex
tenſione legum correctoriarum, & pœnalium ſi-
mul. Idcirco hæc dixiſſe ſatis ſit, & in prima fal-
lentia ſubſequentis primæ concluſionis, con-
cluſio. tertię, in fine, vbi retuli quid ſentiant Do-
ctores, qñ annullatio actus dicatur propriè pęna.
Amplia dictam concluſionem ſecundam, dicẽ-
19 do quòd conſtitutio † pęnalis reſpectu nullitatis
actus extenditur quoque ex identitate rationis
ſi illa tendit in fauorem animæ, cum in tali caſu
reputetur non pęnalis, ſed fauorabilis. Hæc am-
pliatio probatur (vltra allata in probationem fal-
lentiæ octauæ, concluſionis tertiæ, præcedentis
quæſtionis de extenſione legum correctoriarum
& pęnalium ſimul) Doctorum auctoritate. Nam
Bar. & alij Doct. in l. Sacramenta puberum. C. ſi
aduerſus venditionem, hoc docuit, & Io. And. in
c. ex tenore, & ibidem Pan. & Præpoſitus. extra.
Qui filij ſint legitimi. Idem docuit, Ant. de Bu. in
c. fi. 1. fall. ext. de conſuet. Idẽ docuit Fel. in c. trãſ-
lato. circa fi. extra. de conſti. Io. Bapt. de ſancto Se-
uerino, in repe. l. omnes populi, in octaua fallẽtia.
ff. de iuſt. & iur. Gem. in c. pro humani. §. ſacri, cir
ca principium, de Homicid. in ſexto, & ibi etiam
Philippus Franchus, & Doctores ſæpe alibi: Nec
non & Euerardus in ſua. Topica iuris, tit. loc. a ra
tione legis, nu. 61. verſ. Secundo iſtud limito. Ad-
dens, & hæc notatu digniſſima in facti contingen
ria. His præciſis verbis vtens. Et per hoc ſemel di-
xi in quæſtione de facto occurrente, quòd c. ordi
narij. §. in conferendis. de off. ordi. in ſexto. quod
20 eſt pęnale annullans collationem † beneficij cura
ti dignitatis, aut perſonatus factam habenti plu-
ra ſimilia beneficia curata, dignitates aut perſo-
natus, non viſa diſpenſatione: etiam ſi talis, cui fit
collatio ſufficientem diſpenſationẽ habeat, quod
tamen in dubio non præſumitur (vt ibi eſt tex. ſin
gularis) extendi debet ad collationem factam de
canonicatu, & præbenda illi, qui in eadem Eccle
ſia, in qua erat præbenda, habebat decanatum, &
plebaniam, quorum vtrumq; habebat curam ani-
marum annexã, quia licet d. c. ordinarij §. in con
ferendis ſit pœnale annullans actum; tamen quia
emanauit in fauorem animarum capi. dudum, el
ſecundo, extra de elect. cum ibi not. debet exten-
di per prædicta. Per hoc etiam dixi (inquit Eue-
rardus vbi ſupra) in alia quæſtione de facto occur
rente, quòd dictum cap. ordinarij §. in conferen-
dis quod loquitur in collatoribus, debet etiam
habere locum in eligentibus ad dignitatem eum
qui plura beneficia curata obtinebat, non viſa di-
ſpenſatione, quæ in dubio non præſumitur vt ibi.
& hoc quia dicta conſtitutio concernit fauorem
animarum, licet ſit pœnalis annullans actum, Itẽ
per hoc etiam ſemel dixi in quæſtione tunc oc-
currente, quòd c. de multa. extra de præb. licet ſit
pœnale,

pœnale, & non loquatur de Epiſcopatibus, ſed de beneficijs curatis, & dignitatibus inferioribus, locum etiã habet in pluribus Epiſcopatibus: ita q̃ p adeptionẽ ſecũdi Epiſcopatus, cũ effectu vacet primus, & ita reperio velle Pan. in c. bonę. 1. extra. de poſtul. præla. & eſt de mente gl. & Doct. & in d.c. de multa, licèt in modo vacandi ſit differentia, vt ibi. & in d.c. cum in cunctis. §. cum verò habetur, licèt Epiſcopatus non ſit dignitas, ſed dignitatum culmen, & in eo videatur requiri ſpecialis nota, vt vult Glo. in verſ. dignitatum, in c. licet de præben. & ibi per Archi. in verſ. præterea Epiſcopatus, nu. 1. in ſexto. Identitas tamen, vel maioritas rationis concurrente fauore animę inducit hanc extenſionem: eò magis, quòd ipſum fieri concedatur in iuribus correctorijs, & pœnalibus ſimul, vt probauimus ſupra in quæſtione præcedenti loco ſuptacitato. Vide latius ibi.

SVMMARIVM.

1 *Factum lege fieri probibitum an in omnibus habeatur pro infecto, et nu. 3.*
2 *Probibita de iure ſunt in multiplici differentia, et quæ ſint illa, quorum effectus retractari poterunt, et non.*
4 *Pœna appoſita legi quando neceſſariò infert nullitatem actus, tunc ſi quis talem legem tranſgrederetur, aliquid annullando contra probibitionem ipſius, non tantum incurret pœnam, ſed etiam nullitatem actus, in quo exemplificatur.*
5 *Lex quando aliquid fieri probibet, et vltra procedit pœnam imponendo, qua diſtinctione vtendum erit pro decidendo caſus.*
6 *Lex ſi actum aliquem probibeat ſub pœna extrinſeca, ſi actus huiuſmodi exercitus eſſet nullus, pœna non haberet locum, et actus eſſet validus, tranſgrediens tamen incideret in pœnam, et aſſignatur ratio cum exemplo.*
7 *Conſtitutio quæcunque aliquid diſponens, apponendo pœnam contraſacienti, per hanc pœnam ſpetialem tollit pœnam generalem, per quam actus annullabatur, et actus permanebit validus. Limitatur. num. 8. copiosè, cum exemplificatione.*
9 *Actus nullus, quando non dicatur proprie pœna.*
10 *Conſtitutio auferens alieni aliquam adminiſtrationem non eſt proprie pœnalis, et quare.*
11 *Conſtitutio pœnalis non dicitur proprie quando per ipſam non ſpoliamur iure nobis acquiſito, vel non impedimur ab aliquo acquirendo, quod acquirere incboauimus.*
12 *Conſtitutio pœnalis quæ proprie ſit dicenda.*
13 *Annullatio actus tunc propriè dicitur pœna quando actus annullaretur ſecundum regulas iuris communis, et datur exemplum, et alio modo, numero 14. et quando dicatur pœna ex Doctoribus examinatur. numero 17.*
15 *Iura probibentia fieri extenſionem in pœnalibus, quando includant iura annullantia actum.*
16 *Annullatio actus habet locum etiam contra ignorantes iura actum annullantia, et quare.*
18 *Pœna indicta in aliqua lege quæ dicatur intrinſeca, et quæ extrinſeca.*
19 *Nullitas actus quando dicatur pœna proprie, copioſe oſtenditur.*
20 *Quæſtiones perſonales plures quando mouentur contra aliquem, non erit coram diuerſis Iudicibus vocandus.*
21 *Actus nullitas quando inducatur, et non ex legis probibitione, copioſe.*
22 *Lex exigens aliquam ſolemnitatem poſt aliquem contractum, vel actum perfectum, ipſo ſtatim non ſequuto, dummodo poſtea ſequatur, an contractus, vel actus corruat.*
23 *Solemnitas requiſita a lege in actu, ſi deficiat, actus eſt ipſo iure nullus, et nu. 24.*
25 *Alienatio rerum Eccleſiæ facta ſine ſolemnitate a iure requiſita erit ipſo iure nulla.*
26 *Mandatarius egrediens fines mandati, quicquid attentauerit erit iure nullum.*
27 *Iudex in iudicando debet ſententiam conformes legi pronunciare, quod ſi expreſſe contra illam pronunciabit, ſententia erit nulla.*
28 *Princeps in ſuis actibus quando cognoſcatur quod velit derogare legi, vel non copioſe.*
29 *Principis mandato quibus caſibus non ſit obediendum.*
30 *Princeps tranſgrediendo ius poſitiuum ſine cauſa peccat.*
31 *Sententiæ iam latæ an per reſcripta Principum reſcindi poſſint.*
33 *Princeps an poſſit ſine cauſa legitima auferre dominium alicuius rei ſui ſubditi.*
33 *Sententia continens expreſſum errorem calculi eſt ipſo iure nulla, et exemplificatur.*
34 *Error expreſſus in libello iudici præſentato annullat ſententiam inde latam, ſi non poteſt talis error ſaluari.*
35 *Error facti in ſentẽtia expreſſus, cui eſt admixtus iuris error, irritat ſententiam.*
36 *-audum, et arbitri ſententia continens expreſſum errorem eſt nullius virtutis.*
37 *Sententia lata contra ſtatutum inſertum in volumine ſtatutorum eſt ipſo iure nulla.*
38 *Sententia iudicis ordinarij qui tenetur ſcire ſtatutum, ſi lata fuerit contra ſtatuta, erit nulla, et numero 41. 42.*
39 *Sententia iudicis contra ſtatutum euagans a libro Statutorum, ſi ſtatutum non eſſet notorium, eſt valida.*
40 *Statutum non repoſitum in libro Statutorum non erit dicendum ſtatutum, ſed ſolum reformatio, ad cuius obſeruantiam non tenebitur Rector ciuitatis, ſi non deuenit ad eius notitiam, qui iurauit ſeruare ſtatuta, et quæ dicatur reformatio, et an ſententia iudicis contra tale ſtatutum ſit valida, et quid de lata contra reformationes, et numero 45.*
41 *Sententia lata contra ius, ſeu contra iuris communis regulam, eſt nulla, etiam ſi regula habeat plures exceptiones, quarum vna talis ſententia poſſit ſaluari.*
42 *Citatio facta vt quis compareat die feriato, eſt nulla, niſi exprimatur cauſa ſpecialis propter quam illo tempore poſſit procedi.*
43 *Recedente a communi regula oportet exprimere cauſam.*
44 *Appellans a ſententia diffinitiua etſi regulariter non teneatur cauſam appellationis exprimere, tamen in*

facto notorio non audietur causa legitima offuscante notorium non expressa, & quare, & multipliciter exemplificatur.

45 *Testi asserenti se non deposuisse vt tabellio scripsit, an sit credendum, vel tabellioni, & quid faciet iudex in hoc.*

46 *Iudex an quis esse possit in causis consanguinei sui.*

47 *Actus iaualiditas dicitur notoria, quando regulariter est prohibitus, licet certis casibus permittatur, & exemplificatur.*

48 *Appellatio in notorijs probibetur.*

49 *Iudex habet potestatem augendi, & minuendi pœnam a iure inflictam,*

50 *Processus quando præsumatur rectus, aut nullus ex defectu solemnitatis citationis.*

51 *Bartolus defenditur a contrarietatibus.*

52 *Sententia lata contra regulam iuris non expresso casu concesso a iure, an & quando sit valida.*

53 *Licitum ex qualitate personæ præsumitur, quod aliàs esset illicitum.*

54 *Furtum non facit, qui credit non displicere domino rei, si illam sibi rapuerit.*

55 *Episcopus nullus potest legitime ordinare clericos alterius, regulariter, & si hoc fallat in aliquibus casibus.*

56 *Actus, qui prima fronte videtur iniustus, si aliquo casu poterit iustificari factus a prouidis, & honestis personis, non præsumetur iniquus.*

57 *Sacerdoti de nouo ordinato quando non incumbat docere de receptione aliorum inferiorum ordinum.*

58 *Sententia lata contra regulas Cancellariæ Apostolicæ quare sit valida.*

59 *Decretalis præsumitur, quæ reperitur inter alias decretales.*

60 *Monialis præsumitur quæ reperitur inter moniales.*

61 *Indigens aliqua regula cancellariæ quid faciet, vt ea in iudicio vti possit.*

62 *Ius commune in quibus differat a regulis Cancellariæ.*

63 *Regulis Cancellariæ quando, & quare fides sit adhibenda.*

64 *Regulæ Cancellariæ quando habeant vim iuris, et quando sententia contra eas lata sit nulla.*

65 *Regula Cancellariæ solemniter extracta, et præsentata in iudicio non solum in eo suum vigorem obtinebit, verum etiam eius copia in alio iudicio præsentata.*

66 *Verbum non inducens necessitatem, si ponitur in materia dante regulam, vel certam formam, importat necessitatem.*

67 *Regulæ cancellariæ data extra curiam, vt legis vim acquirant, et sententiæ contra eas lata sint nulla, quid requiratur, & nu.68.*

69 *Regulæ cancellariæ sunt in multiplici differentia, & quæ obliget iudicem ad iudicandum secundum eam.*

70 *Regulæ cancellariæ dicuntur constitutiones speciales, non ligant extra curiam, nec faciunt fidem extra cancellariam, & datur ratio.*

71 *Sententia lata contra regulas cancellariæ, quæ & quando sint nulla.*

72 *Casus omissus a iure municipali, vel alio stricti iuris, remanet sub dispositione iuris communis, et quare.*

73 *Regulæ cancellariæ sunt stricti iuris, et regulariter nō extendendæ de casu expresso ad non expressum, et de ijs idem iudicium faciendum est sicut de pœnalibus, & quare.*

74 *Extensio licet in regulis cancellariæ regulariter non fiat de casu expresso ad non expressum, tamen fallit aliquando, sicut aliæ leges pœnales.*

75 *Extensio quando fiat in pœnalibus de casu expresso ad non expressum.*

76 *Mortem asseuerans ante verisimilem notitiam, præsumitur conscius alicuius conspirationis factæ in mortem alterius, & accellerasse impetrationem, ne præueniretur.*

77 *Seatentia lata contra legem insertam in corpore iuris communis, vel extrauagantium statutorum, vel reformationum, & rescriptorum in particulari libro ad hoc destinato authoritate publica contentorum, est ipso iure nulla, secus si non essent reposita in tali loco.*

78 *Sententia Principis in causa particulari descripta in libro decretorum eius, quando alia lex in eodem negotio scripta non reperiretur, habebitur pro lege, et alia seatentia coatra ipsam lata erit nulla.*

79 *Princeps in procedendo non tenetur seruare ordinem iudiciorum, tenetur tamen citare partem, aliàs eius sententia esset nulla, & quare.*

80 *Sententia lata contra ius non insertum in corpore iuris est valida, secus contra ius insertum in corpore iuris, & idem dicitur de sententia lata contra statuta.*

81 *Senteatia excommunicationis lata ab Episcopo fundata super constitutione Synodali antiqua, et incognita, dicitur habere in se expressum errorem, tanquam habens fundamentum manifeste intolerabile.*

82 *Sententia lata coatra extrauagantem non registratam in libro, si haberet decretum irritans, quicquid contra eam attentatam fuisset, erit ipso iure nulla, etiam si per ignorantiam illius iudex eam tulisset.*

83 *Sententia etiam censurarum, si contineat expressum errorem iuris diuini, aut humani, erit nulla.*

84 *Censurarum ecclesiasticorum appellatione venit excommunicatio, interdictum, et suspensio.*

85 *Proponens se post appellationem legitime interpositā fuisse excommunicatum, et in forma excommunicationis esse patenter erratum, admitti debeat ad hoc probandum absque præuia absolutione ad cautelam.*

86 *Excommunicatum iniuste se fuisse probare volens, an, & quando admitti debeat antequam fuerit absolutus.*

87 *Factum illegitime, et factum iniuste, quid dicatur, et in quo differant.*

88 *Iudex iudicare debet iuxta formam libelli, et non extra illum.*

89 *Nullitas sententiæ arguitur duobus modis, et quibus.*

90 *Petens absolutionem ab excommunicatione ad cautelam quid facere debeat, ne sibi præiudicet.*

91 *Iudex apud quem fit conquestio de excommunicatione nulla, facere quid debeat ne erret, et nu.98.*

92 *Excommunicatus probata nullitate sententiæ excommunicationis non indiget absolutione aliqua, secus probata validitate.*

93 *Exceptio est de contentis sub regula.*

94 *Dicens excommunicationem nullam auditur, licet non petat absolutionem pure, vel ad cautelam.*

95 *Sententia notorie iniusta ex causa impossibili est nulla, et datur ratio, et exemplum.*

153 *Dominio acquisito de iure gentium, eiis nemo possit a Principe priuari, poterit tamen priuari dominio acquisito de iure ciuili sine causa, non obstante senentia, vel præscriptione, cuius virtute fuisset quis tale dominium consequutus.*

154 *Principis potestas qualis sit circa annullandum effectum sententiæ diffinitiuæ, quæ transiuit in rem iudicatam, Doct. opiniones referuntur, & concordantur.*

155 *Dominium rei obtentæ per sententiam diffinitiuam, quæ transiuit in rem iudicatam super re nondum assignata differt à dominio rei obtentæ, etiam assignatæ, & pacificè possessæ, etiam ex vi sententiæ diffinitiuæ solum, & quando, & quomodo, & quare, tam in dominio vtili, quàm directo.*

156 *Princeps est super ius positiuum.*

157 *Dominia quibus modis de vno in alium transferantur.*

158 *Dominia licet sint introducta de iure gentium, tamen modi acquirendi ea introducti sunt de iure ciuili.*

159 *Sententiam transferre dominia quando proprie dicendum sit, & quare.*

160 *Sententia ipso iure nulla non facit transitum in rem iudicatam, & quare.*

161 *Sententia in causa matrimoniali non transit in rem iudicatam.*

162 *Princeps non potest sine iusta causa transferre dominium rei alicuius in alium, & quare, & nu. 164.*

163 *Damnorum restauratio differt a refectione expensarũ.*

165 *Dominium rei suæ alicui tollere non licet, nec directè, nec indirectè. Vide in Principe quid. nu. 167.*

166 *Præceptum de non furando ita transgreditur qui mutuat sub vsuris, sicut qui furtum facit, & quare, licet ille non dicatur propriè fur.*

De extensione legis pœnalis quo ad valorem actus.

An facta lege pęnali prohibente, habeantur pro infectis quoad vtilitatem facientis solum, an etiã quoad incursum pœnæ statutæ contra talia attentantem.

CVm in præcedenti quæstione probatũ fuerit, quòd quęlibet dispositio pœnalis ex identitate rationis extenditur ad casum non expressum ibi, nõ tantum quoad nullitatem actus, verum etiam quoad pęnam ibi contentam: idcircò meritò in præsenti quæstione, quæritur quando facta lege prohibente habenda sint pro infectis, vt serie possimus quã do extendantur huiusmodi pœnæ, de quibus in præcedẽti capitulo sermo habitus fuit, quod producemus in nonnullis conclusionibus, ampliationibus, & limitationibus, more solito.

Vnica conclusio sit hæc, quicquid contra constitutiones pęnales siue simpliciter illę sint prohibitiuæ, siue specialiter factum annullent, & pro in-
1 fecto, & inualido habendum erit † regulariter quoad iuris effectum, non autem quoad pęnam incurrendam a facientibus talia. Dixi regulariter propter fallentias infrascriptas subsequentes. Hęc conclusio probatur triplici medio. Primo. n. per tex. in c. vides fili. distin. to. vbi habetur hoc statuisse Ioannem Octauum Papam scribendo Ludouico Imperatori his verbis vtens, videlicet, [Vide fili carissime quoad qa cõtra leges accipib per leges dissolui mereretur] hæc ibi. Idem habetur per tex. in c. imperiali 25. q. 5. vbi hæc habentur videlicet. [Imperiali constitutione apertè sancitum est, vt ea, quæ contra legis fierent, non solũ inutilem, sed etiam pro infectis habenda sint.] Idem probatur per tex. apertissimum in l. non dubium. C. de legibus. vbi hæc habentur videlicet. [Non dubium est in legem cõmittere eum, qui verba legis amplexus, contra legis nititur voluntatem. Nec pœnas insertas legibus euitabit, qui se contra iuris sententiam sæua prærogatiua verborum fraudulenter excusat. Nullum enim pactum, nullam conuentionem, nullum contractum inter eos videri volumus subsequutum, qui contrahunt lege contrahere prohibente. Quod ad omnes etiam legum interpretationes tam veteres, quàm nouellas trahi generaliter imperamus: vt Legislatori, quod fieri non vult, tantum prohibuisse sufficiat: cæteraque quasi expressa ex legis liceat voluntate colligere: hoc est, ut ea, quæ fieri prohibentur si fuerint facta non solum inutilia, sed pro infectis etiam habeantur: licet Legislator fieri prohibuerit tantum, nec specialiter dixerit, inutile esse debere, quod factum est illud quoque cassum, atque inutile esse præcipimus, secundum prædictam itaque regulam, qua vbicunque non seruari factum lege prohibente censuimus certũ est, nec stipulatione huiusmodi tenere, nec mandatum vllius esse momenti, nec Sacramentũ admitti,] hæc in d. l. Memoriæ semper commendanda, ex cuius verbis patuit apertissimè veritas præsentis nostræ cõclusionis. Idem prorsus probatur per regulam iuris in c. quæ contra. de reg. iur. in sexto. vbi hæc habentur, videlicet. [Quæ contra Ius fiunt, debent vtique pro infectis haberi. Idem probatur per arg. in l. ea quidem mancipia. C. si mancip. ita fuerint alien. vbi hæc habentur videlicet. [Ea quidem mancipia quorum venditio eã legem accepit, ne ad libertatem perducantur etiã si manumittantur nancisci libertatem non possunt,] hæc inter alia in dicta l. ea quidem. Dixi probari præsentem conclusionem per arg. in d. l. ea quidem, quoniam & si explicite, & ad verbum inibi ipsa non contineatur, benè tamẽ implicitè, & in sententia cum ex ipsa eliciatur, quòd idcircò nonnulla mancipia manumissa libertatem nõ consequantur, quia ipsa assequi lex prohibet, & ex hoc patet quòd facta; lege prohibente, habenda erunt pro infectis. Et hæc iura allata in probationem præsentis conclusionis sufficiant: cum idẽ eliciatur ex c. vnico. §. confirmatos. de Religiosis domibus in sexto, & in multis alijs iuribus pœnalibus irritantibus factum contra ipsa. Idem in c. non solum, de regu. in sexto. Probatur, & secundo præsens conclusio doctorum auctoritate. Nam præsenti conclusioni se subscripserunt infrascripti doctores, videlicet Glo. in d. c. vides. in versi. dissolui. Glo. in l. nemo martius. in versi. distrahatur. C. de Sacro sanctis Ecclesijs. Gl. in d. l. non dubium in vers. pro infectis. Gl. in d. c. quæ contra, in principio gl. in d. l. ea quidem, in uer. causã. gl. in c. prouida. in vers. expressius. de elect. in sexto. gl. in Cle. 1. in vers. inhibentes. de iure patron. Idem docuit glo. in c. tua fraternitas, vos. extra de sponsa. duorum. Idem docuit Bar. in d. l. non dubium vers. not. secundo nu. 3. & 1. & in d. l. nemo martius sequens glo. ibi, & in l. quod ait. ff. de diuortijs.

.tijs.Azo in ſuma titu. de legibus, & conſtitutio-
nibus principum colu. fin. in verſ.vel ſi uelit quis
euitare.Cyn.Sal.Dyn.& Bald. in d.l. non dubium
not.quarta, & rurſus Bart. in l.1. num.2.ff.de his,
quæ pro non ſcriptis habentur. Vbi hæc notatu
digniſſima addidit dicens, nota tex.ibi [nam Se-
natus] ex quo habes, quod ſi lex imponit pœnam
ſtatim annullat, & infringit actũ, hæc ille, qui idẽ
cõfirmãdo, ac declarãdo in l. p̃tor ait.n.3.in ver.
& ideo dicatis. ff. de operis noui nunc. vbi hanc
tradit doctrinam, dicens, quando lex procedit vl
tra pœnam imponendo: Dic aut eſt certum de
mente legis, & ſic ſtamus: certo ſi lex diſponit, ꝙ
actus non valeat, & pœna imponatur, vt in l.iube-
mus. C.de ſacroſanctis Eccleſ.& l.1. C. de ſepult.
violat. Aut eſt dubium, & tunc, ſi reſpiciat annul
lationem ipſius actus, pœna ipſa quæ apponitur
actus annullatur, vt hic, & in l.ſi verò non remune
randi.§.tei turpis.ff.mandati. & l.iuris Gentium.
§.pacta, quę contra.ff.de pactis, & l.pacta.quę con
tra.C.de pactis.hęc ille. Cuius doctrinæ ſe ſubſcri
pſit Anchar.in c.ſtatutum. de reſcriptis. in ſexto.
& latiſſimè Iaſon in d.l.non dubium.col.4.not.8.
nu.17. Idem docuit Dynus in dicta regula, quæ
contra ius. dicens, ꝙ hæc regula loquatur in his,
quæ ſunt de iure prohibito, ſicut euidenter verba
oſtendunt hic.& C.de legib.l.non dubiũ. Tamen
2 in his, quæ de iure ſunt prohibita † quædam re-
periuntur quorum effectus poteſt retractari, ideſt
ad primum ſtatum reduci, & excuſatio impediri,
prout donationes, venditiones, & cæteri contra-
ctus teſtamẽta, & ſimilia in his propriè procedit
effectus regulæ: quædã autẽ ſunt, quorum effectus
nõ poteſt retractari, i.ad primum ſtatum reduci,
vt homicidium, & ſimilia. Homo enim mortuus
reduci nõ poteſt ad vitam, niſi virtute ſolius Dei,
& ad illa non extenditur effectus regulæ. hæc ille.
Idem docuit Io.Andr. in dicta regula, quæ contra
ius, ſequens Dynum vbi ſupra.c.ad Apoſtolicam.
extra de regularibus. Idẽ docuit Philippus Fran
chus in d.l. quę contra ius.in princ.dicens. Nota,
quòd illa quæ fiunt contra ius, habentur pro infe-
ctis, quo ad iuris effectum: ſed non quo ad facien
tis defectum, vel peccatum: & hoc ſi habeant in ſe
delictum, aliàs habentur omnino pro infectis.hęc
ille. Idem docuit Archid.in c.vides.col.2.in verſ.
dicas planè, & clarè, qui Archid.idem repetijt in
d.c.Imperiali, & elegantius in c.biduum.col.2.in
verſ.in eadem Glo.in fine.2.q.6.Idem docuit Ge
minianus in d.c.vides.ſe ſubſcribendo Glo.in d.
c.vides. & Dyno, & multis alijs in c.1. de religio-
ſis domibus, in ſexto. Idem docuit Specul.lib.2.
titul.de diſputa.& allegat.§.poſt hoc autem.nu.6.
Idem docuit Cardinalis à Turre cremata in d.c.
vides.& in d.c.Imperiali. Idem docuit Antonius
Butrius in c.tua fraternitas.extra de ſponſa.duo-
rum.& in c.ad Apoſtolicam. extr.de regularibus.
vbi ſe ſubſcripſit ſententiæ gloſæ ſupra citatę in
Clem. 1.in verſicu.inhibentes.de iure patron.Pa-
normitanus in cap.2.num.5.extra de teſtibus.vbi
quamplurima notatu digniſſima de hac quæſtio-
ne docuit. & in c.quod ad conſultationem. nu.2.
extra de ſent. & re iudic. & in c. tua fraternitas.
nu.4. extra de ſponſa.duorum. & in c.ad Apoſto-
licam. nu.11. extra de regularibus. Idem docuit
Henricus Boich in d.c.ad Apoſtolicam. col.2. ſu-
per eodem c. verſ.ſi quæris. Idem docuit Felinus
in c.2.in princ.de teſtibus, Petrus de Ancharan.in
Clem.1.col.2. verſ.tertiò nota.in verſ. diſtrictius.
de iure patron. Imola in d.Clem.1. col.2. in fine.
in verſ.tu potes.vbi peroptima vtitur diſtinctio-
ne in hac materia, quam vide. Idem docuit Piæ-
poſitus in d.c.vides. col.2. qui elegantiſſima vti-
tur diſtinctione.circa præſentem quæſtionẽ.Idem
Decius in d.c.2.col.1. in verſic. vltimò nota, & in
col.2.in verſ.& prædicta concluſio limitatur.& in
col.3.extra de teſtibus. Idem docuit Iacobus de
Bellouiſo in ſua Pract.crim. titu.quotuplices ſint
cauſæ, & de criminali.fol.79.nu.188. in verſ.nun-
quid, quod ſit. Idem Hyppolitus de Marſilijs in
conſ.44.nu.27.& 28.in conſ.57.nu.10. & 11. pri-
mi libri conſiliorum, & in 2.vol.conſiliorum. con
ſil.131.nu.22. & 23. Probatur & tertiò hac ratio-
ne, videlicet: Cùm poteſtas aliquid faciendi legi-
timè procedat à lege: inde conſequens fit, ꝙ quo-
tieſcunque aliquid fieri prohibetur à lege ſub ali-
qua pœna, quòd tunc in tali caſu velit lex illa ip-
ſum actum contra legem talem factum, eſſe nul-
lius vigoris, in fauorem facientis, quemadmodũ
attentatum per mandatarium extra fines manda-
ti, eſt irritum, & inane, vt in c.prudentiam. extra
de offic.dcleg.& c.ſi cui.de electio.in ſexto. & in
alijs iuribus ſimilibus.

3 Etſi veriſſima fuerit præſens concluſio. † Nihi-
lominus animaduertere ſtudebimus ſolertiſſimũ
Lectorem, quòd licet difficillima ſit quæſtio deci-
ſa in præſenti concluſione propter varias legum,
& Doctorum ſententias, circa fallentias ipſius, tñ
procedendo per diſtinctiones referendas, ac exa-
minãdas in ſingulis ſubſequẽtibus fallentijs (Deo
dante) reddetur facillima: hic tamen pro aliqua-
li informatione Lectoris per modum epilogi tali
pacto diſtinguemus in tali quæſtione, dicendo, ꝙ
aut pœna apponitur neceſſario inferens nullitatẽ
actus, aut non? ſi primò ſumus in claris, (vt paulò
poſt probabitur) & fuit quoque probatum in hac
eadem concluſione: ſi verò pœna appoſita neceſ-
ſariò non inferat nullitatem actus, tunc ſubdiſtin-
guendum erit, ſic dicendo: primò aut ſi actus eſ-
ſet nullus, pœna non poſſet habere locum: ſecun-
do, aut pœna poſſet ſe compati cũ nullitate actus:
ſi ſecundò & tunc, ſubdiſtinguendum rurſus erit,
quòd ſi actus eſſet nullus, aut ſolum tenderet ad
præiudicium prohibiti: Aut tenderet in præiudi-
cium alterius, quàm prohibiti, & huius diſtin-
ctionis vnumquodq; membrum ſigillatim in ſub-
ſequentibus (vt diximus) concluſionibus, & fal-
lentijs examinabitur gradatim. In præſenti autẽ
4 dicemus, ꝙ quando pœna † appoſita legi neceſſa-
riò infert nullitatem actus, tunc ſi quis ipſam trãſ-
grediatur aliquid attentando contra ipſius pro-
hibitionem, non tantum incurret pęnam inibi ſta
tutam, verum etiam nullitatem actus, exemplum
huius habemus (vltra ea, quæ attulimus in conclu
ſione prima) in l.1.ff.de noui oper.nunc.& in c.2.
extra de noui oper.nunc. Nam in d.c.2. hæc ha-
bentur ex Innocentio Tertio, videlicet: [Frater-
nitati tuæ mandamus, quatenus quicquid ædifica
tum eſt in Eccleſia de Lamech poſt noui operis
nunciationem expenſis tuis facias penitus demo
liri, eo nõ obſtante, ſi etiam abſens extiteris: cum
cautum ſit legitima factione, vt ſi is, cuius opus
nouum fuerat nunciatum, ante remiſſionem ędi-
ficauerit, deinde agere cęperit ius ſibi eſſe ita iu-
dicatum habere, ſibi debeat actio denegari, redu-
cens prorſus in irritum quicquid de inſtituendis
ibi

ibi Canonicis, & alijs ad ipsam Ecclesiam pertinentibus à te, vel à prædecessore tuo cognoscitur ordinatum.] hæc ibi inter alia.& idem probatur per dictam l.1. sed quia non desunt quamplurima iura idipsum statuentia,& Doctores omnes in supradictis iuribus,& alijs similibus hiç non notatis,& veritas istius conclusionis patet ad sensum, idcircò hiç ad ipsius probationem alia non afferremus,eum expresse docuerit eam tex.in l.iubemus.C.de sacrosanct.Eccles.& in l.1.de sepulchro violato, & in c. inter cæteras. extra de preben. & Bar.in l.Prætor ait.nu.3.ff.de noui oper.nunc.Panormitanus in c.2.nu.5.extra de testibus.Imo.in c.2.de donat.& in Clem.1.col.3.in versic.si infert necessariò.de iure patro. Glo.in d.c.inter cætera. in versic.irritum. & Præpositus in c. vides. col.2. in vers.prædicta vera sunt.dist.10. vbi alia iura,& Doctores recéset. Nam Bar.ibi vtitur hac solertis-
5 sima distinctione, sic dicendo. Quando lex † vltra procedit pœnam imponendo,tunc sic erit distinguendum. Aut est incertum de mente legis, & sic stamus certo, si lex disponit, quod actus non valeat,& pœnam imponatur, vt in l.iubemus. C. de sacrosanct.Eccles.& l.1.C.de sepulchro viol. Aut est dubium,& tunc,si respicit annullationem ipsius actus,pœna quæ apponitur,actus annullatur, hic, & in l.si verò non remunerandi. §. rei turpis. ff.mandatum,& in l.iuris Gentium. §. pactà. quæ contra.ff.de pactis. & in l.pacta.quæ contra.C.de pactis. Aut apponitur pęna extrinseca: puta,qui hoc fecerit soluat 10. nomine pœnæ, vel non audiatur ad ius,& similia,& tunc,aut non est pœna actu remanente inualido, & tunc actus remanet validus,vt in l.vltim.ff.de diuor.aut pœna potest concurrere cum actus nullitate: & tunc, aut nullitas actus respicit præiudicium eius, cui pœna tantum imponitur, & tunc actus est nullus, vt in l.1.ff.de his, quæ pro non script.haben.aut respicit alterius præiudicium,& tunc actus non est nullus,vt in l.filiusfamil.§.fin.ff.de fal.& in l.nemo videtur duo facere. de reg.iur.in sexto. & ibi Glos. not. hæc Bart.vbi supra.

Limita primam conclusionem,quando lex actũ prohibet sub aliqua pœna extrinseca: Nam si ip-
6 se actus esset nullus, † pęna indicta non haberet locum,tunc actus transgredientis talem legẽ erit validus,sed transgrediens talem legem incidet in pęnam inibi statutam, vtputa si lex prohibeat libertę nuptæ patrono, nę sint eius consensu diuertat,etsi diuerterit imponit ei pęnam,ne alteri nubat, & tamen actus prohibitus à lege permanet validus, scilicet diuortium factum à liberta nupta patrono, ipso inuito,vt in l.fin.ff.de diuortijs, & idem iudicium erit, si alicui actui imponatur pęna pecuniaria,vtputa, si lex pęnalis, aut statutum dixerit, Nullus contrahat, quin soluat gabellam de contractu,& si non soluit gabellam,soluat centum nomine pęnæ. Nam & illo casu contractus valebit; quia lex vltra procedit, imponendo diuersam pęnam à pęna nullitatis actus,& sic pęna specialis impedit pęnam generalem: cùm non fuerit apposita aliqua clausula irritans actũ prohibitum, eo quòd à Doctoribus tradatur regula
7 generalis, quòd quando aliqua † constitutio aliquid disponit, & vltra hoc apponit pęnam contrafacienti, tunc illa pęna specialis tollit pęnam generalem, per quam actus annullabatur. Vnde actus permanet adhuc validus, si fieret tali lege ipsum actum prohibente. Hæc limitatio probatur triplici medio. Primò enim per text.in d.l.fin. & per tex.in l.sanctio legum.ff.de pęnis.vbi hec habentur,videlicet: [Sanctio legum, quæ nouissimè certam pęnam irrogat ijs, qui legis præceptis nõ obtemperauerint,ad eas spęcies pertinere nõ videtur, quibus ipsa lege pęna specialiter addita est, nec ambigitur in cætero omni iure speciem generi derogare. Nec sanè verisimile est, delictũ vnum eadem lege varijs æstimationibus coerceri.] hæc ibi, Idem habetur per regulam Generi. de reg.iur. in sexto. vbi hæc habentur, videlicet: [Generi per speciem derogatur.] Probatur & secundò Doctorum infrascriptorũ auctoritate.Glo. enim dictorum Iurium se nostræ conclusioni subscripserunt, vnà cum alijs infrascriptis, videlicet Glo.in l.ersi his.C.de prædijs minorum.in versic. sanè.Bar.in l.Prætor ait.nu.3. in versic.aut apponitur pęna extrinseca.ff.de operis noui nunc.Iac. de Aret.& Bal.in l.non dubium.in col.pen.versic. si autem nullitas.C.de legibus, & in l.nemo martires.nu.4.versic.extra opponitur. C.de sacrosan. Eccles.Cardinalis Zabar.in Clem.1.col.1. in vers. tertiò oppono.de rescriptis.Romans,& Paulus de Castro in d.l.Prætor ait. Imola in Clem.1.col.3. in versic. si vero non infert necessario nullitatem actus.de rescriptis,Panormit.in c.2.nu.5.extra de testibus. Felinus in d.c.2.col.1. in vers. sed inter alias fallentias. Præpositus in cap.vides. col.2. in versic.prædicta verò sunt.dist.10. Probatur & tertiò hac ratione,videlicet: Cùm regulariter nemo possit puniri bis in idipsum, idest pro eodem delicto, & lex pęnalis non sit extendenda vltra mentem Latoris, & mens (vt patuit per allata exempla) Legislatoris non sit semper annullare,ac irritare actum factum contra prohibitionem suam: cum hanc tacitè fuisse videatur in l. non dubium. C.de legibus.vbi casus contentus in præsenti conclusione non reperitur recensitus, ſ ꝙ irritet actũ, sed quòd transgrediens veniat puniendus: idcircò concludendum videtur verissimam esse regulariter præsentem limitationem,quamuis re vera recipiat subsequentes limitationes.

Limita singulariter primo dictam limitationẽ, dicendo ipsam habere locũ solum, quando actus
8 potest valere, † quia est in commercio, vel actus habet omnia essentialia, vt in casu dictæ limitationis: secus tamen erit si talis actus non possit valere, vt quia non est in commercio,vt est vendere reliquias Martyrum;& bis similia non vendibilia. Hæc limitatio probatur per argumentum in l.nemo Martyres.C.de sacrosanct.Eccles.vbi hæc habentur,videlicet: [Nemo Martyres distrahat,nemo mercetur.] hæc ibi. Limitatio secunda præcedentis vnicæ limitationis est hæc.

Limita secundò dictam regulam traditã in pręcedenti limitatione prima. Quando annullatio actus prohibiti non esset pęna (propriè loquendo,) vtputa,inde quis non priuaretur iure aliquo iam quæsito, vel inchoato quæri, sed solùm iure quærendo,vel tolleretur administratio: Nam nul-
9 litas † actus,quãdo inducitur in defectum solemnitatis requisitæ de iure tempore contractus,tunc propriè loquendo nõ dicitur pęna: sed solum qñ inducitur in odium alicuius,vt peroptimè docuit Bal.in l. non dubium. C. de legibus. quem refert, & sequitur Panorm.in c.2.nu.5.extra de constitu.
10 vnde,vt diximus,quando aliqua constitutio † auferret

ferret

ferret alicui adminiſtrationem aliquam talis con
ſtitutio non eſſet pęnalis propriè, quia iam ceſſa-
ret ratio, propter quam pęnam ſpecialem dicatur
tollere generalem, cum talis annullatio actus, &
pęna ſint compaſſibilia, quoniam per dictam an-
nullationem actus, nullam quis incurrit proprij,
vel iuris quæſiti diminutionem, licèt largo mo-
do, & impropriè huiuſmodi annullatio dicatur
pęna. Quapropter in tali caſu incurritur annulla-
tio actus prohibiti per legem: quia tunc ſpecia-
lis pęna inſerta in lege non facit actum valere,
(vt docuerunt ſpecialiter Bal. & Panorm. infra ci-
tandi) quia actus ſua natura prohibetur, & habet
nullitatem intrinſecam. Hæc limitatio probatur
triplici medio. Primò enim per argum. in c. vni-
co. de poſtulat. prælat. in ſexto. vbi hæc ſtatuit Bo
nifacius Octauus, videlicet: [Perpetuò prohibe-
mus edicto, ne ſub aliqua ex his formis, quas per-
nitioſa curioſitas adinuenit, eligo poſtulando, &
poſtulo eligendo: aut eligo poſtulandum, ſeu po-
ſtulo eligendum: cum nec vera electio, nec vera
poſtulatio reſultet ex ipſis: quin ſibi potius inui-
cem aduerſentur. Aut ſub illis verbis: eligo in po-
ſtulandum, vel poſtulo in eligendum: cum rē im-
perfectam ſignificare noſcantur, ad faciendas ele
ctiones, vel poſtulationes de cętero procedatur, ſi
ſecus actum fuerit, eo ipſo irritum decernentes:
ſub ea etiam forma: eligo, & poſtulo, prout po-
teſt melius de iure valere (cum incertitudinem
contineat) quemquam poſtulari, vel eligi prohi-
bemus: ſtatuentes, quod contra factum fuerit, vi-
ribus omnino carere, niſi quãdo probabiliter du-
bitatur, vtrum quis ſit eligendus, vel potius poſtu
landus, quo caſu is, qui ſic poſtulatus fuerit, aut
electus, conſenſus tempore, viam electionis, vel
poſtulationis (ne in incerto vagetur) eligere ne-
ceſſario teneatur, redeundi ad aliam, poſtquàm
vnam elegerit, ſibi licentia penitus interdicta.]
Dixi probari præſentem limitationem per argu-
mentum in d. c. vnico, quoniam etſi ad litteram,
dicta noſtra limitatio non contineatur in dicto
Canone, benè tamen ſecundum ipſius ſentētiam,
& mentem: cum ex ipſo Canone eliciatur, quòd
11 quotieſcunque ſumus in conſtitutione † pœnali
impropriè dicta, ſcilicet à qua non venimus ſpo-
liandi re acquiſita per nos, vel quam acquirere
inchoauimus, ſed impedimur ab aliquo acqui-
rendo ſolum, tunc non ſolum punitur pœna pri-
uationis illius, quam adipiſci affectamus, verùm
etiam actus exercitus contra huiuſmodi prohi-
bitionem factam a tali, eſt ipſo iure nullus, cùm
huiuſmodi pęna, & nullitas actus huiuſmodi ſint
duo compatibilia. Ex his ergo patuit præſentem
limitationem probari dicto Canone. Idem pro-
batur & eodem modo arguendo in infraſcriptis
iuribus, videlicet in c. diſpendia litium. de reſcri-
ptis. in ſexto. in c. petiſtis. ext. de priuilegijs. & in
c. ſuper literis. ext. de reſcriptis. Idem probatur
per argum. in l. Turpia. in princ. ff. de legatis pri-
mò, vbi hæc habentur, videlicet. [Turpia legata,
quæ denotandi magis legatarij gratia ſcribũtur,
odio ſcribētis, pro nõ ſcriptis habentur,] hęc ibi.

Probatur & ſecundò Doctorum auctoritate.
Nam infraſcripti Doctores ſe quamlibentiſſimè
præſenti fallentiæ ſubſcripſerunt, videlicet Glo. in
d. c. vnico. in verſ. neceſſario, Innocentius in c. ſi
verè, circa medium. ext. de ſent. excom. dicens, ꝙ
naturalis pœna contrahentium contra legem, vel
contra mandatum Principis eſt, quod irritetur
contractus. Naturalis autem pœna eſt, quòd eis
tantum inobedientibus imponatur pęna ſiue pe-
cuniaria, ſiue corporalis, prout legi, aut Iudici
melius videbitur, vbi non eſt pœna certa ſtatuta.
hæc Innocentius, cui aſtipulati fuerunt & ſubſe-
quentes, videlicet Ioãnes Andreas in regula odia.
de regulis iuris, in ſexto, circa finem. in verſic. ad
decret. ſi poſtquàm dico, & in c. fin. col. 3. in verſ.
in Glo. ſecunda ibi, præſentatione. ext. de elect.
12 docens illam conſtitutionem † fore appellandam
pœnalem, quæ priuat aliquem iure acquiſito per
patrimonium, vel alio iure: non autem illam con
ſtitutionem, quæ decernit teſtamentum, codicil-
los, vel ſententias non valere deficientibus certis
ſolemnitatibus. hæc ille. Bart. quoque in l. prætor
ait. nu. 3. in verſi. aut eſt dubium. ff. de operis noui
nunciat. dicens. Aut pœna, quę apponitur reſpicit
annullationem ipſius actus, & tunc actus annul-
latur. hęc ille. Ex quibus elicitur Bar. idipſum ſen-
tijſſe, etſi ad hoc non citetur ab aliquo. Idem do-
cuiſſe Bal. in l. nõ dubium. C. de legibus. vide Boe
rium in deciſ. quæſt. 1. nu. 16. & 17. ſol. 4. Nam am
plectitur ipſe Boerius hanc noſtram limitationē,
aſſerens Bal. vbi ſupra ſententiæ ſe ſubſcripſiſſe So
cinum in conſil. 122. col. 2. in princ. verſ. vnde con
cludit Paul. de Leaza. vol. 3. Iaſon in l. ſi poſt diui-
ſionem. col. 2. verſic. ſecundò, & fortius. C. de iur.
& fact. igno. & Bar. in l. nemo poteſt. & ibi ſingu-
lariter Alex. col. 3. verſic. in quantum. Bar. ff. de le-
gat. 1. vbi etiã quærunt an licitum ſit retinere reli
ctum in teſtamento minus ſolemni. Decius more
ſuo eleganter in c. 2. nu. 16. verſic. pro reſolutione.
in prima lectura. extra de conſtit. amplectitur ſen
tentiam Baldi ſupradictã (quam in dicto c. 2. ap-
probauit etiam Panormitanus in primo, & ſecun
do membro eius) in primo membro, addens ad
illius confirmationem, & infra, videlicet textus
in l. moris. §. ſunt autem. ff. de pœnis. vbi pęna di-
citur ſi alicui interdicitur negotiandi, vel condu-
cendi ea, quæ publicè locantur, vt in l. ſi quis for-
tè. §. fin. iuncta l. aut damnum. in princ. ff. de pę-
nis, & in l. teſtamento. centurio. in fine. ff. de ma-
teſta. facit tex. in l. hi qui. C. de apoſta. & eſt text.
in c. ſuper literis. extra de reſcript. ibi. [In pęnam
ſuę peruerſitatis nullum ex illis litteris commo-
dum conſequatur, & in c. ſi religioſus. de elect. in
ſexto. Ad idem eſt tex. in l. ſi is, qui hæres. ff. de vul
gar. vbi Paul. de Caſtr. dixit, quòd ſtatutum faciēs
quem inhabilem dicetur eſſe pęnale. Nam cum
talis prohibitio abſolutè facta ſit in odium perſo
næ, fortior dicitur, quàm ſi prohibeatur aliquid
fieri ſine certa ſolemnitate, quia fortior eſt prohi-
bitio præciſa, quàm modificata, vt not. Bal. in l. 1.
in princ. ff. ne quis eum. licet Decius circa primũ
membrum: ſed circa ſecundum ibidem loquens
in verſic. in tertio caſu. limitat dictam doctrinam
Baldi, & aliorum his præciſis verbis vtens, videli-
13 cet: Si actus annullatur † ſecundum regulam iu-
ris communis, tunc annullatio non videbitur pę-
na, & ideo iura, quæ annullant teſtamentum, vel
ſententias non ſeruata ſolemnitate requiſita de iu
re communi, non dicuntur pęnalia, & tali caſu vi-
detur habere locum dictum Bald. in d. l. non du-
bium. C. de legibus, quod & Abbas refert, & ſe-
quitur in d. c. cognoſcentes. de conſtitu. nec ob-
ſtat huic concluſioni text. in d. l. fin. C. de poſth.
hęred. inſti. quia non abſolutè dicitur ibi, quòd ſit

pęna:

pęna: ſed dicit ne pęnam præteritionis patiãtur,
& ſic eſt pęna præteritionis, & non pęna ſimplici-
ter, & per conſequens largo modo, & impropriè
dicitur pęna, vt not. in l. 1. ff. de donat. ſi vero con-
tra regulas iuris communis actus ſpecialiter an-
14 nullatur, † videtur pęna, vt in l. Senatus. ff. de con-
trahend. empt. ex quo enim tollitur, quòd de iure
communi competebat, ſatis dicitur pœna per ſu-
pradicta in primo membro: & videtur pœna in-
trinſeca, vt not. Imo. in c. fin. de relig. & non vide-
tur ita odioſa, ſicut extrinſeca, quæ in afflictione
corporis, vel ſolutione pecunię conſiſtit, vt notan-
ter voluit Gloſ. in Clem. 2. de hæretic. dum inquit
in verſ. ex nunc. in fi. quòd illa conſtitutio ad præ-
terita extenditur, quo ad nullitatem actus, ſed nõ
reſpectu pęnæ, quæ extrinſecus venit, & illa Gloſ.
communiter approbatur, ex quo inferri videtur,
15 quòd iura, quæ prohibent extenſionem † fieri in
pœnalibus, non videntur in annullatione actus
procedere, qua non tollitur ius quæſitum, & iſto
reſpectu verificatur, & procedit opinio Io. Andr.
in c. fin. in ſexto. & in regula odia. de regul. iur. in
ſexto. & Bal. in d. l. nemo martyres, & illud intelli
go (inquit ibid. Dec.) quãdo actus annullatur nõ
ſeruata ſolemnitate, quo caſu prohibitio modifi-
cata eſt: ſecus ſi prohibitio eſſet pręciſa, & facta
abſolutè in odium perſonæ, prout dictum eſt in
primo membro: quia tunc extenſio videtur pro-
hibita, ſicuti in alijs iuribus pœnalibus, quæ ex-
tendi prohibẽtur per ea, quæ in primo membro
huius deciſionis dicta fuerãt. hæc omnia elegan-
tiſſimè docuit Decius vbi ſupra, & ad verbũ, qui
Decius ibid. nu. 34. verſic. tertiò adde, dicit, quòd
16 annullatio † actus habet locum contra ignotan-
tem, vt in c. 1. §. adijciebatur. de conceſſ. præben.
in ſexto. & per Glo. in Clem. 2. de hæreticis: Nam
& valeret ſtatutum, quòd ignorantia allegari nõ
poſſit, vt not. Bal. in l. 1. verſic. ſed an valeant. ff. de
legibus. per tex. in l. Diuus. la prima. in princip. ff.
de fal. & ibi per Bart. Petrus de Anchar. in d. c. fin.
col. 3. in verſ. ſed contra hoc opponitur: quia con-
ſtitutio iſta eſt pœnalis, ſequens ſententiam Ioan.
And. ibidem. Idem docuit Geminianus in d. cap.
fin. col. 4. in verſic. non obſtat ſi dicatur, ꝙ conſti-
tutio iſta ſit pœnalis. & ibidem idem Geminia-
nus latius, & elegantius in verſic. nota incidenter
iſtud dictum. Philippus Francus in d. c. fin. col. 3.
in fine, ſequens Innocentium loco citato. Panor.
in c. 2. nu. 5. in verſ. ſed pro prima parte videtur.
extra de conſtitu. & in c. 2. nu. 5. per totum. extra
de teſtibus. Felinus in d. c. 2. col. 1. in verſ. ſed ad-
uerte ſubtiliter. Præpoſitus in c. vides. colum. 2. in
verſic. aut eſt pęna actu remanente inualido. in fi-
ne. diſt. 10. Imo. in Clem. 1. col. 3. in verſic. aut pę-
na poteſt ſe compati cum nullitate. Probatur &
tertiò hac ratione, videlicet: Cum remota cauſa,
remotus dicatur effectus. Inde ſequitur veritas li
mitationis præſentis: cùm cauſa propter quã fue-
rat dictum in pręcedenti concluſione, quòd actus
valeret, etſi prohibitus à lege (vt ibi) erat, quo-
niã pęna propriè dicta, & actus inualidatio erant
inſimul duo quædam incompaſſibilia, quæ ratio
ceſſat in præſenti limitatione, vt ſupra probaui-
mus, & ſupradicti Doctores aſſeruerunt, etſi ve-
riſſima comprobata fuerit pręſens 2. limitatio: ta
men quoniam varia fuit Doctorum ſententia, cir-
ca clauſulam illam inibi appoſitam, in qua dixi-
mus, quòd annullatio actus per legem prohibiti
ſit pęna, quando fuiſſet facta in odium tranſgre-
dientis illam: & quia, vt optimè dixit Alex. in d. l.
turpia. in princ. deciſio iſtius quæſtionis plurimũ
confert nobis, vt ſciamus leges, & ſtatuta, quæ an-
nullant contractum, dicenda ſint pœnalia necne,
& ſic non ſint extendenda ad ſimiles caſus: ſcien-
dum igitur, quòd etſi varia videatur Doctorum
ſententia. circa iſtam quęſtionem, quamfacillimè
tamen poterunt concordari: Nam prima opinio
17 Doctorum fuit dicentium, ꝙ annullatio † actus
ſit pęna, quando indicitur odio contrafacientis,
& huic ſe ſubſcripſerunt infraſcripti Doctores, vi
delicet Bar. in d. l. turpia. in princ. his verbis vide-
licet: Nota, ꝙ dicit odio ſcribentis, & ſic pęna vi-
detur eſſe teſtatoris, ſi ea, quæ ſcribit in teſtamen
to, non valent. Idem apertius ipſemet Bart. in l.
Prætor ait. nu. 3. verſ. & ideo dicatis. ff. de operis
noui nunciatio. his præciſis verbis vtens, videlicet
quando lex procedit vltra pęnã imponendo, dic:
Aut eſt incertum de mente legis, & ſic ſtamus cer
to, vt in l. iubemus. C. de ſacroſan. Eccleſ. & l. 1. C.
de ſepulchro viol. Aut eſt dubium, & tunc ſi re-
ſpicit annullationem ipſius actus, pœna quæ ap-
ponitur, actus annullatur, vt hic, & l. ſi vero nõ re-
nunctandi. §. rei turpis. ff. mand. l. iuris gentium.
§. pacta, quæ contra. ff. de pactis, & in l. pacta, quæ
contra. C. de pactis. Aut apponitur pœna extrin-
ſeca, puta, qui hoc fecerit, ſoluat decem nomine
pęnæ, vel non audiatur ad ius, & ſimilia: & tunc,
aut pęna non eſſet pęna actu remanente inualido:
& tunc actus remanet validus, vt in l. vlt. ff. de di-
uor. Aut pęna poteſt concurrere cum actus nulli-
tate, & tunc aut nullitas actus reſpicit præiudi-
cium eius, cui pęna tantũ imponitur, & tũc actus
eſt nullus, vt in l. 1. ff. de his, quæ pro non ſcript.
ha. aut reſpicit alterius præiudicium, & tũc actus
non eſt nullus, vt in l. filiusfamilias. §. fin. ff. de fal.
& in l. nemo videtur. ff. de reg. iur. Bald. verò etſi
in l. nemo martyres. nu. 6. verſic. ego dico. C. de
ſacroſanct. Eccleſ. dixerit, quòd annullatio actus
non dicatur propriè pęna: quia propriè non di-
citur lex pęnalis, niſi quando aliquid adeſt, vel qñ
conſtitutio priuat aliquẽ iure quæſito, vel inchoa
to quæri, vt docuit Ioan. Andr. in c. fin. de elect. in
ſexto. tamen ipſemet Bald. in l. non dubium. C. de
legibus. nu. 6. verſic. Item nota. in princ. legis. di-
xit, quòd ſi annulletur actus ratione prohibitio-
nis: annullatio dicitur pęna, vt hic, & in l. Senatus.
ff. de contrah. empt. ſed ſi actus eſſet nullus, ratio-
ne omiſſionis modi, vel formæ, tunc non eſſet pę-
na. hæc Bal. cum cuius diſtinct. tranſijt Fulgoſ. in
d. l. non dubium. etſi ſimpliciter Fulg. & Paul. de
Caſtro in d. l. turpia. ſequuti fuerint Bart. ibidem,
quos refert, ac ſequitur Iaſon in d. l. non dubium.
nu. 7. verſ. tertiò nota. idem docuit Alexan. in d. l.
turpia. in princ. nu. 2. Sciendum inſuper, ꝙ Bal. in
d. l. turpia. in princ. concordat cum Bart. ꝙ actus
annullatio ratione odij tranſgredientis legis ſit
pęna. Nam his præciſis verbis fuit vſus, videlicet:
Et nota, quòd annullatio legati videtur eſſe quæ-
dam pęna teſtatoris, & hoc in vero odio, & huic
primæ opinioni ſe ſubſcripſit iterum Bald. in d. l.
non dubium. nu. 28. verſic. tu dic. quem refert &
ſequitur Panorm. in c. 2. nu. 5. de teſtibus. Secunda
opinio fuit Ioanni Andreæ in c. fin. extra de elect.
in ſexto. (quem ſequitur Anchar.) dicẽtis, ꝙ an-
nullatio actus non ſit propriè pęna, quando actus
annullaretur à principio, quia ex quo nõ cauſatur

diminutio patrimonij, vel iuris quæsiti non erit propriè pęna (aliàs secundum eum) sequeretur quod iura disponentia, quòd in testamentis adhibeantur certæ solemnitates, aliàs non valeant, quod sint pœnalia, quod esset absurdum dicere. Attamen ipsemet Io. And. tenuerat in c. dispendia. in fine cum glo. fin. de rescript. in sexto. & Antonius de Butrio in c. fin. de rescrip. Idem Imol. in d. cap. fin. vbi concordat sententias Io. And. dicendo illum in d. c. fin. intellexisse de pœna extrinseca, scilicet quòd annullatio non sit pęna extrinseca; & quando dixit esse pœnã, intelligebat intrinsecã, prout supradicti Doctor. dixerũt. Quapropter colligendo hucusque allata per dictos Doctores, & specialiter per Iasonẽ vbi supra, dicemus annul-
18 lationis pœnam † esse duplicem, scilicet intrinsecam, & extrinsecam, quam quis incurrit transgrediendo leges pœnales prohibentes aliquid fieri: extrinseca enim dicetur illa, quam minatur Legistator transgressoribus: intrinseca verò dicetur annullatio actus facti lege prohibente, quæ incurritur. Primò si hoc in lege expressè dicatur, verũ etiam secundò, si illa fiat in odium transgressoris, & tertiò, quãdo solemnitatis actus exercendi requiretur ante, & insimul cum ipso actu, & quartò si addatur pœna alia separata à nullitate actus: cùm actus ille sic exercitus esset ipso iure nullus, vt latius supra dictum fuit.

Limita tertiò dictam regulam traditam in su-
19 pradicta limitatione, quando lex pęnalis † esset vna de legibus simpliciter prohibentibus, & statim subinferentibus hæc verba, videlicet: Etsi contra quis fecerit soluat centum, vel quid simile: quoniam tunc induceretur nullitas actus, quando ipsa nullitas esset pœna propriè loquendo, vtputa in de quis priuaretur iure quæsito, vel iure, quod acquirere inchoauerat, vt latius fuit probatum in dictæ limitationis vnicæ probatione (videatur ibi) quapropter respectu legis simpliciter prohibentis actus exercitus contra ipsius prohibitionẽ erit nullus, & respectu legis pęnalis incurritur pęna, secus tamen esset si quid prohiberetur sub tali pęna, vtputa, soluat decem, & huiusmodi: quia tunc sola pęna incurreretur, prout docuit Dec. loco infra citando, & sic possunt reconciliari Iacobus de Ra. Bald. Panorm. & Felin. & alij infrascripti, qui videntur adinuicem aduersantes secundũ verborum corticẽ, quibus ipsi vtuntur in hac quęstione decidenda, vt latius probabimus infra recensendo singulas eorum sententias. Hæc limitatio probatur triplici medio. Primò enim per argumentum in c. dispendia. de rescriptis. in sexto. vbi Innocentius Quartus infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet: [Dispendia litiũ æquitatis compẽdio volentes (qua possumus industria coarctare) statutum fęlicis recordationis Gregorij Papæ Noni prædecessoris nostri super hoc editum ampliantes: decernimus, vt si quis contra alium plu-
20 res † personales mouere voluerit quæstiones non ad diuersos Iudices, sed ad eosdem super omnibus huiusmodi quæstionibus literas, studeat impetrare. Qui verò contrarium fecerit, omni commodo careat literarum, nec processus habitus valeat per easdem: reo, si eum per ipsas citauerit, vel fatigauerit, in expensis legitimis condemnandus. Reus quoque si eodem durãte iudicio actorem sibi obnoxium dixerit, recõuentionis beneficio, vel conuentionis (si contra eum literas impetrare maluerit) de iure suo debet apud eosdem Iudices experiri, nisi eos, vt suspectos poterit recusare: simili pęna si contra hoc fecerit puniendus.] hæc ibi. Dixi probari nostram limitationem per argum. in d. c. dispendia; quoniam etsi ad verbum ibi non contineatur, bene tamen secundum ipsius sententiam, cum in d. c. dispendia. fiat mentio de constitutione Gregorij Noni recensita in c. fin. extra de rescriptis. vbi de eadem materia loquens ipse Papa Gregorius Nonus statuerat, quòd abutentes rescriptis obtentis in casibus inibi enumeratis, priuandi erunt commodo ipsorum, & condemnandi in sumptibus, & damnis aduersarijs suis. ex quo patuit, quod dicta constitutio simpliciter pęnalis nullam mentionem faciens de validitate talis actus sic prohibiti, quam constitutionem dictus Innocentius Quartus in d. c. dispendia. ampliãdo, declarauit, quòd actus sic prohibitus esset nullus: dicẽs, quòd processus virtute talium literarum compilatus sit inualidus. Ex his ergo omnibus patuit, per dictum text. in d. cap. dispendia. probari præsentem nostram limitationem: cùm inde eliciatur, quod quando
21 lex † pęnalis esset separata à lege simpliciter prohibente, quòd tunc induceretur nullitas actus, respectu legis simpliciter prohibentis (vt etiam latiùs fuit probatum in conclusione prima) & committeretur pęna, respectu legis pęnalis, iuxta sententiam Felini, qui specialiter ad hoc probandum citauit dictũ text. in d. c. dispendia. Idem probatur per argumentum in c. 1. & c. statutum. de rescriptis. in sexto. & in Clem. 1. de rescriptis. eodẽ modo argumentando: cùm omnes dicti Canones prohibeant aliquem vexari vigore literarũ Apostolicarum & ipsis vti, & declarent processum in de factum esse nullum. Probatur & secundò Doctorum auctoritate. Nam Glosæ in dictis iuribus implicitè se subscripserunt præsenti limitationi, & infrascripti alij explicitè, videlicet Iac. de Ra. & multi alij Doctores in l. non dubium. C. de legibus. (relati à Panormitano in c. 7. nu. 5. extra de testibus.) qui dixerunt, quòd quando lex pœnalis est separata à lege simpliciter prohibente, tunc actus est nullus respectu legis prohibentis, & committitur pęna respectu legis pęnalis: & dicta sententia Iac. Rauen. & aliorum sub dictis verbis refertur à Præposito in c. vides. col. 2. in versicul. aut lex pęnalis est. dist. 10. & huius sententiæ talis est sensus (meo iudicio) sic dicendo, lex quæ simpliciter aliquid prohibet non annullando, vel confirmando actum exercitum contra talem prohibitionem, eo ipso tacitè ipsum actũ annullat, etsi vltra in dicta lege fuisset inflicta pęna talibus verbis. Sed si quis hanc prohibitionem non obseruauerit ipso iure incurrat pro transgressione ipsius dictam pęnam, id est vltra dictam annullationem, incurret etiam pęnam inibi statutam, vt peroptimè Dec. volẽs concordare contrarias sententias Doctorum circa hanc quæstionem, docuit in c. 2. col. 3. in versic. pro solutione. extra de testibus. & idcircò dicebant Doctores supradicti, quãdo lex pęnalis est à lege simpliciter prohibente, id est quando in lege simpliciter aliquid prohibente est addita pęna supradicta forma verborum, tunc dicta lex poterit dupliciter considerari, scilicet primò, vt lex simpliciter prohibens aliquid, & tunc hoc solo respectu actus exercitus contra talẽ prohibitionem erit nullus, scilicet in casu, quo dicta annullatio

annullatio actus esset pena propriè dicta in terminis præsentis limitationis, & secundò poterit considerari, vt penalis, & tali respectu transgrediens illam, incurret penam inibi contentam, & tali pacto intellecta dicta Doctorum supradictorũ sententia concordat cum Bal. in d.l. non dubium, qui (vt refert Panormitanus loco infra statim citãdo) dixit, quòd quandoque nullitas actus non est pœna, vtputa, quando lex detrahit potestati dantis, vel administrantis, vel delictum præsumit, & tunc specialis pœna inserta in lege non facit actum valere, quia sua natura prohibetur, & habet nullitatem intrinsecam: si autẽ nullitas (propriè loquendo) sit pœna, vtputa inducta in odium transgredientis legem, tunc habebit locum consideratio Iacobi, & aliorum: & (ipse Panormita. ibi inquit) hoc inducit ad statutum, quo cauetur, quòd nullus contrahat quin soluat gabellam de contractu: & si non soluerit gabellam, soluat centum nomine pœnæ: in hoc enim casu, vt patet ex prædictis, valet contractus secundũ eum, quia lex vltra procedit imponendo penam diuersam à pœna nullitatis, vt in præallegata l. sanctio. & hoc mihi satis placet (inquit Panormit. in c.2. nu.5. in versic. Bal. dicit, quòd quandoque. extra de testibus.) & ad primum membrũ distinctionis Bal. facit quod notat Glos. in Clem. 1. de iure patto, quam vide. Ad secundum & ad dictum Iacobi, & aliorum satis faciunt iura, quæ (vltra penam) annullant actũ. Nam si induceretur actus nullitas, frustra iura illud exprimerent, hæc Panorm. vbi supra. Felinus quoque limitationi nostræ se subscribens in dicto c.2. col.1. in versic. secundò restringe. citat (ad ipsam limitationem probandam) sententiam prædictam Baldi, & Panormitani. Et quidem ingenuè fateor me non posse dictas sententias ad nostræ limitationis fallentiæ probationẽ inducere: cùm videatur mihi ipsos loquutos fuisse in terminis potius dictæ conclusionis quintæ, & primæ fallentiæ, quàm limitationis præsentis, eo quòd ipsi videantur duo concludere. Primum quorum est, quòd quando nullitas actus non esset pena (propriè dicta) specialis inserta in lege penali, reddit de per se actum ipsum prohibitum nullum. Secundum, quòd si non reperitur lex simpliciter prohibens; sed solùm respectu penæ, quòd valeat actus contra talis legis prohibitionem exercitus, eo ꝙ neutra eorum sententia loquatur in terminis præsentis limitationis: Non prima, cùm loquatur de annullatione actus, quæ (propriè loquendo) pœna non est dicenda, & nos in præsenti limitatione loquimur de pena annullationis, quæ respectu legis simpliciter aliquid prohibentis incurritur, vt latius in præcedẽti limitatione diximus: Non secunda, cum ibi loquantur ipsi Doctores de lege non prohibente aliquid simpliciter, sed solùm respectu penæ, vt patet per exemplum ibi à Baldo datum, scilicet de statuto violato, quo cauetur, ꝙ nullus contrahat, quin soluat gabellam de cõtractu, & si non soluerit gabellam, soluat centum nomine penæ; de quo latiùs diximus in conclusione quinta. Vnde non cesso mirari quomodo ex dicta Bal. sententia possit probari præsens limitatio: cũ de ipsa non loquatur: de Panormitano tamen poterit asseuerari, quòd nostram acceptauerit limitationem, quia recenset vbi supra sententiam Iacobi à Rauen. se explicitè subscribentis præsenti limitationi. Tamen nescio cuius incuriæ sit attribuendum, quòd sententiæ Iac. à Rauen. relatæ supra à Præposito (reperiatur apud Panor. & Felinum vbi supra.) addita dictio illa [separata.] Nã dicunt ipsum Iac. Rauen. dixisse, quòd aut lex pœnalis est separata à lege simpliciter prohibẽte. &c. quæ dictio à Præposito non refertur, & quidem dicta dictio si insereretur dictæ sententiæ ipsam penitus obtenebraret, vt eius verus, ac germanus sensus non possit aliquo pacto ex ipsa elici. Quapropter credo hoc accidisse neglectu impressoris. his ergo omissis sciendum, quòd præsenti limitationi se subscripsit Ioannes de Imola in Clement. 1. col. 3. in versic. secundo casu principali. de rescriptis. & Præpositus in c. vides. colum. 2. in versic. aut lex pœnalis. dist. 10. sed hanc eandem limitationem elegantissimè docuit Decius in c. 2. col. 3. in versic. pro solutione. extra de testibus. dicens sententiam Baldi, & Panormitani loco citato habere locum solùm, quando lex immediatè prohibendo imponit penam, quia tunc prohibitio satis operatur ratione penæ: vnde non debet extẽdi, vt etiam actus, qui de natura sui aliàs erat validus, annulletur. hęc illę. Qui (vt credo) ad hoc moueatur ratione iam à me allata supra. Probatur & tertiò hac ratione, videlicet: Cùm fuerit probatum, ꝙ quando aliqua lex simpliciter aliquid prohibet, tunc implicitè intendit annullare actum, & sic tunc actus erit nullus, & quòd quando lex est penalis, ipsam transgrediens, incidet in penam statutam contra illam non obseruantes: cum ergo insimul coniunctæ dictæ penę, nullitatis actus, & pena alia specialis cadant in vnam et constitutione, inde sequitur nulli dubium esse, quòd verissima sit præsens limitatio. hac etiã de causa.

Limita & quartò singulariter regulam traditã in limitatione vnica conclusionis vnicæ præsentis capituli: dicendo, quòd quando lex exigeret ali-
22 quam solemnitatem † post aliquem contractum, vel actum perfectum, quia si illa nõ interueniret, & si ipso iure non induceretur nullitas actus, bene tamen poterit annullari si illa solemnitas, vel actus non sequeretur ipsum actum: quia aliàs dicto contractu vti non poterit, nisi aliud exprimeretur in lege, vel statuto, quia tunc intelligeretur, scilicet in effectu, quia potest irritari: quoniam tunc actus sequens esset nullus ipso iure, etiam si lex simpliciter diceret, aliàs non valeat contractus, nisi superadderetur ibi. Non valeat contractus ipso iure, vel ipso facto: quoniam tunc actus sequẽs esset nullus ipso iure. Nam si per statutum præciperetur, quòd de quolibet contractu quis deberet soluere gabellam decem solidorum pro libra: certè si non soluitur gabella, contractus adhuc remanebit validus: licèt possit postmodum annullari: secus si non subsequeretur solutio dictorum solidorum decem pro libra ad satisfaciendum gabellæ: de hac quæstione tamen latiùs infra dicemus in pecuniaria quæstione. Hæc ergo limitatio sic declarata probatur duplici medio. Primò enim per text. in l. vniuersa. C. de prec. Imper. offer. vbi hæc habentur, videlicet: [Vniuersa rescripta, quæ in debitorum causis super præstandis dilationibus promulgantur, non aliter valeãt, nisi fideiussio idonea super debiti solutione præstetur.] hæc ibi. Probatur & secundò Doctorũ auctoritate. Nam Glo. in d.l. vniuersa. in vers. valeãt. dicit, idest non sortiantur effectum. & in versic. præbeatur. dicit, quòd quamuis Petrus dixerit, ꝙ

indultum

indultum rescriptum nullũ erit, nisi fideiussio creditori præbeatur, & probetur, tamẽ tu dic (inquit glo.) ꝙ tenetur, sed eo vti non potest, nisi det fideiussorem, ita demũ, si aduersarius postulet. hęc gl. illa. Idem docuit Bar. in d.l.vniuersa.nu.5.6.& 7. in vers.pone.& in vers.item dicit: sed quia verba ipsius Bar. sunt menti imprimenda pro decisione præsentis limitationis, idcircò ipsa ad verbũ hic referamus, Bar. namque his verbis vsus fuit, videlicet: Dicas notanter. Quandoque lex † iubet, ꝙ aliqua solemnitas adhibeatur tẽpore contractus: & tunc si aliter fiat, non valet ipso iure, vt vidistis in Authent. hoc ius porrectum, & ff. de transactionibus. l. cùm hi. de testam. l. hac consultissima. circa principium. Quandoque lex iubet aliquam solemnitatem adhiberi post contractum, vel alium actum perfectum, & tunc si illa solemnitas non seruetur; tunc contractus non est nullus ipso iure: sed non valet, s. in effectu, nisi per legem aliter exprimeretur expressè. Pone, dicit statutum, ꝙ de quolibet cõtractu soluatur gabella decem solidorum pro libra, aliàs non valeat. Certè ista solutio si fit post contractum factum, licèt aliàs non valeat; nõ facit contractum nullum ipso iure, nisi expressè dicatur in statuto (vt hic vides) & esset quandocunque solui, nisi cõtractus esset limitatus, vt hic. Item dicit hic statutũ, ꝙ testamentum debeat insinuari certis mensibus, & si non fiat, non valeat: certè non debet intelligi ipso iure: sed non valeat in effectu. hæc omnia Bar. vbi supra, qui idem docens in l. si ita quis promisit. nu.6. in vers.sed illud moui propter vnum statutum. ff. de verborum oblig. his verbis vtitur, videlicet: Sed illud moui propter statutum vnum, quod est in ciuitate ista, ꝙ omnis donatio debet insinuari infra mensem, aliàs non valet, non fuit insinuata infra mensem, sed ab initio fuit res tradita, an impediatur trãslatio dominij? & tunc dic, quandoque statutum, vel lex præcipit aliquid fieri tempore ipsius contractus, & tunc si non obseruetur, contractus est nullus ipso iure, vt in l.non dubium. C. de legibus. Quandoque lex disponit super contractu iam facto, tunc ipso iure non annullatur, sed debet per sententiam reuocari. arg. in l.vniuersa. C. de prec. Imper. offer. cum sua glo. ideo ex illo contractu est translatum dominiũ. Prædicta vera, nisi statutum diceret expressè, contractus sit nullus ipso iure: tunc. n. annullaretur cõtractus ipso iure, tñ (vt puto) dominium non transfertur, & ideo est locus conditioni sine causa, vel ob causam. hæc ille. Qui idem docuit in l.cum lex.nu.8. ff. de fideiussorib. & qui alijs medijs idem probat pñti nostræ limitationi se subscripserunt etiã infrascripti Doctores, videlicet Petr. de Anchar. in Clem. vnica. in fine. de sequestr. poss. & fruct. Panor. in c.2.nu.5. in vers.quandoque lex iubet aliquã solemnitatẽ adhiberi post contractum, vel alium actum perfectũ. ext. de testib. Felin. in d.c.2.col.1. in fine. in versic. tertiò notabiliter restringe. Videtur quoque pñti limitationi tacitè se subscripsisse Innoc. in c.cùm cõsuetudinis. in princ. ext. de cõsuetudine. citatũ ad hoc à Feli. vbi s̃. cùm ibi vsus fuerit his verbis, videlicet: Nota, ꝙ vbi requiritur consensus alicuius, non est ius vtrũ consentiat, qñ fit illud, cui cõsentire debet, an postea, vt in c. qđ sicut. de elect. dummodo à principio teneat id, cui cõsensus accedit: quia aliàs ei, quod nihil est consensus accedere non põt, vt in c.auditis. de elect. hęc ille. Ex cuius verbis arguẽdo à simili vr̃ ipsum Innoc. consentire pñti limitationi. Idem & expressè docuit Præpositus in c.vides.col.2. in vers.aduerte tamẽ. dist. 10. Idẽ elegãtissimè docuit Dec. in c.2.col.3. in vers.succesiuè. Abbas qui refert hoc ipsum sentisse. Ang. in cõs.36.incip. Pro decisione quæstiorum. in princ. Anchar. in cõs.21.incip. Ex enarratis. in fin. Rom. in cons.203.incip. Quo ad primũ, in secundo dubio. & in cõs.236.incip. Vt præmissa consultatio.col.fin. Imol. in cõs.44.incip. In casu pręmisso.col.1. Aret. in cõs.77.incip. Et rõ scribẽdi.col.fi. Alex. i cõs.125.incip. Omissis superfluis. col.fi.lib.1.& in cons.53.incip. Visis.col.fin. lib.3.

Limita quintò regulam traditam in conclusione, dicendo, ꝙ quandocunque lex, aut statutũ iuberet, ꝙ aliqua solemnitas, † vel actus adhiberetur tempore cõtractus, qm̃ si contractus, vel actus alius celebraretur sine tali solẽnitate, ipso iure tã ipse cõtractus, q̃ actus celebratus erit nullus. Hęc limitatio probatur triplici medio. Primò per arg. in c.sine exceptione. 12. q.2. vbi refertur decretum Leonis Papæ his verbis vtẽtis, videlicet: [Sine exceptione decernimus, ne quis Eps de rebus Ecclesiæ suæ quidquã donare, vel cõmutare, vel vẽdere audeat, nisi fortè aliquid horũ faciat, vt meliora prospiciat, & cũ totius Cleri tractatu, atq; cõsensu id eligat, quod nõ sit dubiũ ꝓfuturũ Ecclesiæ. Eps reb. Ecclesiæ tanquã cõmendatis, non tanquã propriis vtatur. Irrita enim † Eporum venditio, & cõmutatio rei Ecclesiasticæ erit absq; cõniuentia, & subscriptione Clericorũ.] hęc in d. Canone. Idẽ probatur per arg. in c.ea enim. §. hoc ius porrectum. in vers.aliter. n. res. 10.q.2. Idẽ probatur per arg. in l.hoc ius porrectũ. in vers.aliter. n. res. C. de sacros. Eccles. vbi præcipitur obseruari quędã solemnitas in vẽditione bonorũ Ecclesiasticorũ, & ꝙ si ipsa nõ obseruaretur, vẽditio, & subsequẽs emptio essent nullę. Idẽ probatur per arg. in l. cũ ij, quibus. in princ. ff. de transact. vbi hæc habetur, videlicet: [Cùm ij, quibus alimẽta relicta erãt, facilè transigerent, contenti modico pñte Diuus Marcus orõne in Senatu recitata, effecit, ne aliter alimentorũ trãsactio rata esset, q̃ auctore Prætore facta.] hæc ibi. Dixi probari pñtem limitationem per arg. in dictis iuribus, qm̃ etsi ad literæ corticẽ ipsa non probetur, cùm verba ipsius limitationis ad verbum nõ cõtineantur in dictis iuribus, bene tñ snĩa & mens Legislatorũ: cùm ex ipsis luce meridiana clariùs eliciatur, ꝙ quãdo lex aliquã solẽnitatem, vel actũ præcipiat in aliquo cõtractus celebrationis articulo cõcurrendã fore: si illa omitteretur, contractus esset de iure nullus. Probatur & secũdò pñs nostra limitatio Doct. auctoritate. Nam infrascripti Doct. se expressè subscripserunt pñti limitationi, videlicet Gl. in dictis iurib. Bar. in l.vniuersa. nu.5. in vers.dicas notanter, qñque lex. C. de prec. Imper. offer. cuius snĩam ad verbũ retulimus in præcedẽti limitatione. Et idẽ rursus & latius hr̃ in l.cùm lex. nu.7.& 8. per totum. ff. de fideiuss. Idẽ docuit Ant. de But. in c.cũ consuetudinis. ferè per totũ. ext. de consuet. vbi elegantissimè docet, qñ consensus alicuius requisitus in aliquo contractu ad validitatẽ actus necessariò requiratur ante celebrationem ipsius (de qua tñ materia latissimè dicemus infra in quæstione peculiari.) vide ergo ibi. Idem docuit Pan. in c.2.nu.5. in vers. scire enim debes. ext. de testib. Fel. in d.c.2.col.2. vers.secus si debet adhiberi tempore contractus:

Q videbis

videbis quoque Felinum in c. ex parte, per totum. extra de constitu. vbi eleganter pertractat quæstionem illam, in qua quæritur. An quando requiritur consensus, vel consilium, si non requiretur, actus esset nullus. Idem docuit Decius in d. c. a. col. 3. versic. sed omissis allegationibus. ext. de testibus. Idem docuit Geminia. in c. fine exceptione. col. 1. vers. itē vltimò nota, ꝙ alienatio facta. & in c. si qua. in fine. 12. q. 2. Probatur & tertiò hac ratione, videlicet: Cùm quicquid faciat man
26 datarius † vltra terminos, ac fines mandati fit nullius valoris, ac momenti, vt docuit text. apertissimus in c. prudentiam. §. in hoc casu. extra de offic. Iudicis delegati. & in c. si cui. de elect. in sexto. & quamplurima alia iura, quæ hic missa faciemus breuitati studentes. Inde sequitur apertissimè veritas præsentis nostræ fallentiæ: cùm nullus dicatur contractus, & actus celebratus contra formam à iure requisitam in eiusdem celebratione, eo ꝙ tunc taliter illum celebrans sit mādatarius ipsius legis, ac per consequens ipsam iuris formam non seruans, dicendus sit transgressor finis mandati sibi implicitè facti à lege hmōi, vt patet ad sensum.

Amplia singulariter dictam regulam contentā in supradicta conclusione, dicendo, ꝙ in tantum
27 sit vera, ꝙ nulli iudicum † à iure ipso libertas, seu facultas concessa sit iudicare de ipsis legibus, sed quòd omnes oporteat regulariter in iudicando, ac sententias fulminando ipsorum sanctiones seruando, etsi expressè contra eas sententia fuerit prolata; illa erit ipso iure nulla, ac nullius vinculi, & virtutis, cùm inde dicatur continere intolerabilem errorē, eo ꝙ tunc dicatur in sñia error iuris expressus, qñ ad verbum in sñia ipse error exprimeretur, vel qñ palam cognosceretur (inspecta regula iuris) ipsam sñiam continere iuris errorem, etsi non reperiretur inspectis specialib. casibus, vt docet specialiter Apostilla ad Bar. in l. 2. C. quādo prouo. non est necesse. in vers. iure nulla. in fine. & qm̄ iuris appellatione venit nō solùm ius cōmune Pontificium, & Ciuile, verumetiā municipale, & Synodale, & aliç extrauagantes cōstitutiones, idcircò hic gñaliter erit sermo, in subsequētib. verò ampliationibus, & limitationibus de singulis specialis erit sermo habendus. Diximus regulariter, qm̄ si Iudex aliqua rōnabili de causa motus, quo ad qualitatem, vel quantitatē pęnæ statutæ à iure, in iudicando ipsa iura nō obseruauerit augēdo, vel minuendo pœnam ibi contentā, sñia non erit nulla, nec tunc à supremo Iudice transgressō legū iudicabitur, prout latius probabimus in tract. nostro de conatu, seu affectu puniendo per totum, & præcipuè in conclus. 5. & eius limitationibus, & ampliationibus. vbi reperies hanc materiam collectā ex multis iuribus, & Doctorib⁹ dilucidatā. vide ergo ibi latissimè. Probat ergo pñs ampliatio sic declarata triplici medio. Primò. n. per tex. in c. in istis temporalib. dist. 4. vbi canonizata reperitur sñia Diui August. in lib. de vera Religione c. 31. his verbis, videlicet: [In istis tpalibus legib. quanquā de his hoīes iudicēt, cùm eas instituunt, tñ cùm fuerint institutę, & firmatæ, non licebit Iudici de ipsis iudicare, sed ſm ipsas.] hæc ibi. Idem probatur per text. in c. iudicet ille. §. bonus Iudex. 3. q. 7. vbi registrata reperitur sñia D. Ambrosij in sermone super Psal. Beati immaculati. Nā ibi hęc habētur, videlicet: [Bonus Iudex nihil ex arbitrio suo facit, & domesticæ proposito voluntatis; sed iuxta leges, & iura pronūciat, statutis iuris obtēperat, non indulget propriè voluntati.] hæc ibi. Idem probatur per tex. in c. 1. ext. de constitu. vbi hæc habentur. [Canonum statuta custodiantur ab oībus. Et nemo in actionibus, vel iudicijs Ecclesiasticis suo sensu, sed eorū auctoritate ducatur.] hęc ibi. Idem probatur per tex. in cap. ne innitaris. extra de constitu. vbi hæc habentur, videlicet: [Ne innitaris prudentiæ tuæ. Prudētiæ suæ innititur qui ea, quæ sibi agenda, vel dicenda videntur, patrum decretis præponit.] hæc ibi. Idem & apertiùs probatur per tex. in c. 1. ext. de sent. & re iudi. vbi hæc habentur, videlicet: [Sñia contra Leges, Canonesvè prolata, licèt non sit appellatione suspensa, non potest tñ subsistere ipso iure.] hæc ibi. Idem probatur in c. inter cæteras. ext. de sent. & re iud. vbi Alexāder III. his verbis vsus fuit, videlicet: [Inter cæteras, & infra. Item cùm aliqua causa appellatione remota cōmittitur, & sñia fertur iniqua, eā euacuari oportet, nec ei dēt stari, si iniquitatem contineat manifestā. hæc ibi. Idem probatur per text. in c. cùm inter vos. §. fin. ext. de sent. & re iudic. vbi Innocentius Tertius docuit apertissimè, ꝙ sñia lata cōtra ius litigatoris postq̄ transierit in rem iudicatam tenet, non autem si lata fuisset expressè cōtra ius constitutionis. Idem probatur per tex. in c. ei, qui appellat. §. diffinitiua quoq; sñia. in vers. item si sententia contra ins. 2. q. 6. vbi hæc habentur, videlicet: [Item si sentētia contra ins scriptū feratur; veluti dum defunctus, & minor quatuordecim annis fuisse, & testamentum iure fecisse dicatur, nullas vires obtinet, nec contra eā est necessarium auxilium prouocationis.] hæc ibi. Idem probatur per tex. apertissimū in l. 2. in princ. C. quando prouocare nō est necesse. vbi hæc habentur, videlicet: [Si cùm inter te, & auiam defuncti quęstio de successione esset, Iudex datus à Præside Prouinciæ pronunciauit potuisse defunctum minorē 14. annis testū facere, ac per hoc auiam potiorem esse, sñiam eius contra tam manifesti iuris formā datam nullas habere vires palàm est.] hæc ibi. Idē in l. si expressim. ff. de appellat. & relat. vbi hæc habentur, videlicet: [Si expressim sñia contra iuris rigorē dara fuerit, valere nō dēt, & ideo sine appellatione causa denuò induci pōt. Nō iure profertur sñia, si specialiter contra leges, vel Senatusconsulta, vel Constitutiones fuerit prolata. vnde si quis ex hac sñia appellauerit, & præscriptione summotus sit, minimè confirmatur ex hac præscriptione sñia. Vnde pōt causa ab initio agitari. hæc ibi. Idem probatur per tex. expressum in l. 1. §. item cum contra. ff. quæ sent. sine appellatione. vbi hæc habentur, videlicet: [Item cùm cōtra sacras constitutiones iudicatur, appellationis necessitas remittitur. Contra constitutiones autē iudicatur, cùm de iure constitutionis, non de iure litigatoris pronunciatur.] hęc ibi. Et hęc pauca de multis hic recēsuisse sufficiat, cum & alia quamplurima in corpore iuris clausa passim reperiatur. Probatur & secūdò pñs cōclus. Doct. auctoritate. Nā Gl. in dictis iurib. expressè se subscripserunt pñti conclusioni, & infrascripti alij Doctores, videlicet Aut. in d. c. in istis. Geminianus in d. c. in istis, & in d. §. diffinitiua sentētia. Cardinalis à Turrecremata in d. §. diffinitiua. in versic. item sententia, in d. cap. iudicet ille. nu. 7. Præpositus in d. c. in istis. col. 2. in vers. fi. n. postquàm. Host. in summa, in titul. de sent. & re indic.

debeat eſſe ſententia.in verſ.at ſententia lata con
tra ius expreſsè tenet,& rurſum ibidem in §. qua-
liter proferri debeat. verſ. ſi neminē lædit,& tunc
pōt concedere, vt in l.reſcripta. C. de precib.Im-
per.offer.ſi lædit rem publicam,non poteſt conce
28 dere,vt hic. Quæro quid ſi Imperator † reſcribit
contra legem,ſed dicit,ꝙ valeat,lege non obſtan-
te.An hoc requiratur?Glo.dicit,ꝙ ſic: Alij dicūt,
ꝙ nō requiratur,ꝙ hoc dicaſ, ſed ſufficit,ꝙ ſciat
ſe reſcribere contra legē, allegāt l.idem Vlpia.ff.
de excu.tuto. ſed illa lex loquitur in reſcripto,ſeu
beneficio, nō in priuilegio,& ſic nō facit ad pro-
poſitū. Cōiter teneamus,ꝙ debeat inſeri illa clau
ſula.per l.ſi quis in principio teſtamenti.ff.de le-
gat. 3. ſed de hoc eſt dubiū, an debeat dici, Non
obſtāte tali lege,nominatim: an ſufficiat,ꝙ dica-
tur,lege aliqua non obſtante,ſeu non obſtāte ali-
quo caſu.Gl.in d.Auth. hoc inter liberos.vr̄ velle,
ꝙ fiat mentio ſpecialis:hoc etiam vr̄ velle text.in
ſimili. vbi glo.tāgit in d.l.ſi quis.in princ. & ideo
puto,ꝙ non ſufficeret,ſi diceret, aliquo nō obſtan
te: quia iſtud eſt generaliter loqui. Item puto,ꝙ
non requiratur,ꝙ dicatur non obſtante tali lege,
nominando eam: quia iſtud eſſet loqui ſingulari-
ter,ſeu indiuiduè : ſed ſufficit, quòd dicatur,non
obſtante aliqua lege,quæ in contrarium loquere-
tur: iſtud enim eſt ſpecialiter loqui: ita debet in-
telligi hac materia. hæc ille. Cuius doctrina no-
tatu digniſſima eſt, & refertur quoque, ac appro-
batur ab Ant.de But.in c.quæ in Eccleſiarum.col.
fin. ext. de conſtitutionibus. Tn̄ vltimum dictum
Bar. limitauit,dicens,ꝙ Bar.dictum procedit,qn̄
ius habeat clauſulā derogatoriam,ſ.ꝙ quicquid
contra factum fuerit,ſit nullū. Sed ſi haberet clau
ſulam ſpecificam : non valet,niſi fiat mentio ſpe-
cialis de lege,vel Canone: quia tunc Bar.dictum
non procederet:quia tunc requireretur ſpecialis,
ſpecifica mentio. hæc Antonius ille. qui ibidem
dicit,& idē tenendū de Summo Pontifice.& quid
dicendum de inferioribus tam laicis,quàm Eccle
ſiaſticis. vide ibi. Idem docuit Panor.in c.quę in
Eccleſiarum. nu.11. & ſequent.extra de conſtitu.
vbi refert, ac docet ferè eadem,quæ docuit Bart.
vbi ſupra,& Ant.de But.vbi ſupra,& addit nu.16.
ſecundum Innoc.in c.inquiſitioni.ext.de ſent.ex-
29 cōmunic.ꝙ ſi Papa † mandat laico ſibi non ſubie-
cto temporaliter,quòd alicui det rem ſuam,non
tenetur ei obedire,ſi non apparet legitima cauſa
obediendi: cùm nō ſit ei ſubiectus temporaliter.
quod dictum facit ad multa. Item limito, ꝙ vbi
ex mandato Principis timetur ſcādalum futurū,
ſeu turbatio Chriſtianitatis, vel magnum pecca-
tum,nō eſt Principi obediendum,dictum eſt not.
Innoccentij in d.c. inquiſitioni.Circa tertium,an
Princeps poſſit ſcribere,ſeu ſtatuere cōtra ius po
ſitiuum,& cōiter tenetur,ꝙ ſic: quia eſt ſupra ius
poſitiuum,vt in c.propoſuit. ext.de conceſſ.præb.
Ego tn̄ dico, ꝙ vbi non ſubeſt legitima cauſa ve-
30 niendi contra ius poſitiuum,Princeps † peccat il
lud violando,quia debet facere,vt bonus paterfa-
milias,quia data eſt ei poteſtas paſcendi oues,nō
autem turbandi,& moleſtādi,& debet procede-
re ex rectitudine iuſtitię,& æquitatis,non autem
ex affectione ſpeciali.hæc ille.Et ſciendum,ꝙ ſen
tentiæ ſupra citatæ conſonat quoque doctrina In-
nocentij,Io.Andr.Felini,Barbatij,& reliquorum
Canoniſtarum in d.c.quæ in Eccleſiarum. ext.de
conſtitu.Præſenti quoq; limitationi ſe ſubſcripſit
rurſus Bart.in Auth.hoc inter liberos.C.de teſta-
mentis.de bo.quæ libe.dicēs,ꝙ iſta Authen.indu-
citur per Glo.in argum.ad reſcripta,ꝙ non.Idem
docuit glo.notab.in c.audita.in verſ.non intelle-
ximus.ext.de reſtitu.ſpol.his verbis vtens,videli-
cet: Nota, ꝙ nō vult Papa per ſuum reſcriptū be-
nè ſtatuta reſcindi,vt in c.eam te. ext.de ætate,&
qualit.nec vult derogare iuri alicuius,vt in c.nul-
lus.& c.ecce.in verſ.ibi ſubtrahitur. & ibid.in gl.
diſt.99. Idē docuit Glo.in d.l.cauſas.in verſ.opor
tet.his verbis vtēs,videlicet: Cùm.n.exhauriat in
totū ius alterius,præſumitur cōtra ius,& ideo nō
valet,vt hic,& in l.quoties.C.de prec.Impe.offer.
niſi diceret,nō obſtante hac lege,vt in l.ſi quis.in
princ.ff.de leg.3. Idē docuit Gl.in d.l.hoc inter li
beros.in verſ.valere,dicens. Non igitur ſufficit fa
cere ſecundū,niſi dicat non obſtante primo,quod
nolo valere, & ſic eſt argumentum pro reſcriptis
contra legē indultis, vt non valeant, niſi dicatur.
Non obſtāte tali lege,vt in l.ſi quis.in princ.ff.de
legat.3.Idē docuit Glo.in d.l.ſi quis.in princip.in
verſ.accipiat. vbi inter alia dicit.Not.hic argum.
pro reſcriptis,vel priuilegijs cōtra legē,ꝙ valeāt,
ſi dicat Princeps. Non obſtante, &c. idem docuit
glo.in l.fina.verſ.generali iuri. C.ſi contra ius,vel
vtilit.public.dicens.Quid autem ſi dixerit Impe-
rator,non obſtante tali lege? Rn̄detur,valet,vt in
l.ſi quis.in princ.ff.de leg.3.Idē docuit Bar.in d.l.
fin.dicens. Nota,ꝙ per reſcripta nō poſſunt reſcin
31 di † ſn̄iæ iam latæ.ſimile habetis in l.cauſas.C.de
tranſactionibus.& per hoc dico,ꝙ eſt notandum,
ꝙ quando fiunt ſtatuta in ciuitate,& poſtea addi-
tur in fine,quod habet locū in prçteritis,pn̄tibus,
& futuris. Illud nō extēditur ad ea,quę per ſn̄iam
ſunt determinata, per hāc legē,& per ſimiles.hęc
ille.vbi ſupra.Qui idē docens in l.fi.C.ſi cōtra ius,
vel vtil.publ.addit nōnulla notatu digniſſima,di-
cens, circa hoc. An Princeps poſſit mihi auferre
32 a dn̄ium rei meæ. Dic,aut vult mihi auferre † dn̄iū,
ius cōe cōdendo poteſt,vt in toto titulo.ff.de bo-
nis damnat.&c.& in Auth. C.de inceſtis nuptijs.
& in l.cōmiſſa.ff.de publicanis,& vectig.Aut vult
mihi auferre dn̄ium rei meæ,iuriſdictionem exer
cendo,& poteſt,vt in l.fi.C.de iure dn̄ij impetran
do. Aut vult mihi auferre,alteri priuilegium con
cedendo,& tunc aut in hoc vertitur publica vtili-
tas,& poteſt,vt in l.item ſi verberatum. §.fin.ff.de
rei vendi.& in l. Lucius. ff.de euict. Aut non ver-
titur publica vtilitas, ſed ſola eius voluntas,tunc
regulariter non poteſt : & ita loquitur hæc glo. &
glo. in l.quoties. C. de precib.Imper.offer. fallit
in ratione iuris, quod haberet in parte rei, vt in
l.1.C.de vendit.re.fiſc.priuato.lib.10.fallit ratio-
ne poſſeſſionis,quam haberet de iure,vt in l.fina.
C.de quadrien. præſcript. & ratio eſt, quia Prin-
ceps non poſſet facere legem,quæ contineret in-
honeſtum,vel iniuſtum.Nam eſſet contra ſubſtan-
tiam legis,eo ꝙ lex ſit ſanctio ſancta, iubens hone
ſta, prohibens contraria,vt in l.3.ff.de legib.eodē
modo ſi vellet auferre mihi dominium rei meæ
iniuſtè,nō poſſet: quia Princeps hēt iuriſdictionē
à Deo,vt in Authen.qūo opor. Epiſco.in princ.&
Deus non dedit ei iuriſdictionē peccandi,nec au
ferendi alienum. Inde ergo &c. Tertiò quæro an
Princeps poſſit reſcribere cōtra ius ciuile.Hic qc-
quid dicat gl.aduerte.Aut Princeps vult reſcribe-
re cōtra ius cōe,legē condendo,& pōt.vt in l.non
eſt nouū.ff.de leg.aut priuilegiū alteri cōcedēdo,

& tunc si priuilegium lædit alium modicè: & po-
test concedere, si lædit alium immodicè, non po-
test concedere, vt in l.quoties.C.de precib.Impe-
rat. offer. si pronunciet expressim contra iura. vbi
latè & peroptimè nostram ampliationem multis
medijs probat Io.And.in d.c.1. & c.ne innitaris,
ext.de constitutio.& in d.c.inter cęteras, sequens
Gl.fin.eiusdē c.inter cæteras.Goff.in summa. tit.
de cōstitu. & melius in tit.de sent.& re iud.col.3.
in vers.alioquin snīa. Anto.de Butr.in c.1.col.5.in
vers.est ergo intentus, & col.6.in vers.idem si iu-
dicat.ext.de constit.& in d.c.inter cæteras, col.1.
in vers.primò, ꝙ fuit snīa nulla, & in c.1.col.3.in
vers.oppono, cum glo. ꝙ snīa contra leges. Pan.in
d.c.1.ext.de constit.& latiùs in c.1.per totū.c.in-
ter cæteras, per totum.& in c.cùm inter.nu.9.ext,
de sent.& re iudic.Feli.in d.c.1.ext.de constit.&
in c.1.& in c.inter cęteras.ext.de sent. & re iudi-
cata.Bal.in d.c.1.ex̄.de cōstit.Innoc. in c.ī pñtia;
ext.de renunc.Pet.de Anch.in solemni repet.c.1,
ext.de constit.col.6. in vers.primò ergo, & princi
paliter quęro. Andr.Barbat.in solēni repetitione.
c.1.ext.de constitu.Henricus Boich in c.1.ext.de
sent.& re iudi.Azo in summa.tit.C.quādo prouo-
care nō est necesse, in vers.item nulla est sentētia,
Bar.in d.l.si expressim.nu.1.& in d.l.2.C.qñ pro-
uocare nō est necesse. Probatur & tertiò pñs con-
clusio hac rōne, videlicet: Cum.n.quicquid ege-
rit mādatarius contra, vel vltra fines mandati, est
ipso iure nullū, eo ꝙ debeat ad vnguem ipsos ser
uare, vt in c.prudentiā. ext.de offic.delegati.& in
c.si cui.de elect.in sexto.& in c.venerabili.ext.de
offic.deleg.c.cùm dilecta. ext.de rescrip.in l.dili-
gēter.ff.mādati.& in l.si procurator. C.de procu-
rat.Inde sequitur, ꝙ snīa lata contra leges, & Ca-
nones sit ipso iure nulla, cùm & Iudex obedire le
gibus teneatur, & fm ipsas iudicia sua decernere,
ac snīas promulgare, quasi mandatarius ipsarum.
Ant.Gab.in lib.2.cōium conclus.tit.de sentētijs,
conclus.7. qui dicit hanc esse cōem Doct. snīam.
Bal.in d.l.2.C.quando prouocare non est necesse.
in 1.not.Ang.in summario d.l.2. Salic.in d.l.2.in
1.& 2.oppos.dicens, ita communiter tenere Do-
ctores, Odofred.in d.l.2.vers.sed pro Deo.Iacob.
Butr.& Fulgos.in d.l.2.in summario.& in versic.
in glo.palàm. Imol.in dicto c.cùm inter.col.1.in
versic.nota, ꝙ sentētia lata.Angel.in dicta l.si ex-
pressim.in versi.in textu.ibi. [si expressim.] Imo-
la in dicta l.si expressim. in 2.not. & in c.1.col.1,
versic. item intellige glos. extra de sentent. & re
iudic. glo.in l.Præses.in versic. & constitutiones.
ff.de sentent.& re iudic. & ibidem Bart.Imol.ibi-
dem in 1.notab.& ibidem Paul.de Castro in sum-
mario, & ibi Ias.versic.& hoc noto.glo.cum pro-
latis.in versic. prolatis. versic. quidam dicunt, &
ibi Bar.in 1.col.ff.de sent. & re iudic. & ibi Paul.
de Castr.in princip. versicu.à sententia lata.& ibi
Alex.col.1.in princip.& in 2.col. versic.& prædi-
ctis habes.& colum.penult. versic. & ex hac glos.
& ibi Iason colum.3. versic.in eadem glo. glos.1,
idem docuit in versic.insolidum. in l. ex diuerso.
in §.si in iudicio.ff.soluto matrimonio, & ibi Bar,
in versic. oppono. & Bald.in princip. versic.con-
tra quandocunque, & ibi Imola versic.in glosa so-
lidum. vbi dicit istam communem esse opinio-
nem. & ibi Romanus in 1.colum.versic.in glos.in
versic.insolidum, & ibi Paulus de Castro versicu.
in glos.ibi. Non expresso errore.Alexan.in l.4.§.si
quis condemnatus.colum.2.in fine. versi.pro hoc
etiam. ff.de re iudic. Sarn.in prooemio regularū.
fol.5.quæst.2.nu.4.versic.pro ista opinione.Anto.
de Butrio in c.per tuas.col.4.versic.nota glo.ext,
de sententia excommunicationis. Decius in cap,
quoniam contra.nu.35.versi.prius est.ext.de pro-
bat.& in consil.8.nu.1.lib.1.Dominicus à Sancto
Geminiano in c.in tantum. col.penult. versic.aut
est error.dist.21.Imola in c.1.col.6.versic.si iudi-
cat suo sensu. extra de constitu. Alex.in l.qui Ro-
mæ.§.duo fratres, col.24.vers.in eadem glo.in fin,
ff.de verb.oblig.Bar.in l.is ad quem. col.2.versic,
secundo casu.ff.de acquir.hæred. & ibid.Roman,
col.2.versic.secundo casu principali, & versic.aut
sententia est lata.& ibidem Paul.de Cast.col.1.in
fine.vers.in glo.fin.& ibidem Ias.col.3. in fin.vers,
secunda conclusio est. Anto.de Butrio in c.ab ex-
communicato, col.3. vers.quarto casu. ext.de re-
script.& in cons.37, col.1.vers.de nullitate autem,
Socinus in regula 254.in princ.Philippus Francus
in c.dilecto, col.40.quæstio.52. octauò limita, &
quæst.53.extra de appellat.Felinus in c.per tuas,
col.2.in vers.orare, ext.de sent.excommunic.Ab-
bas in c.cùm Apostolus.col.1.in fine, versi.in glo,
in versic.contenti, extra de censibus, & in c.cùm
ad quorundam. vers.in glo.2. extra de excessibus
Prælat.Anchar.in regula. Ea, quæ.col.4.versi.aut
constitutio denegat. de regul.iur. in sexto.Abbas
in c.pastoralis, colum.1. versic. & hæc faciunt ad
quæstionem.extra de fide instrumentorum.& ibi
Imola in 2. notab. Ias.in l. qui Romæ, §. duo fra-
tres, colum.3. in 3.notab. ff. de verbor.obligatio,
& Aret.ibi in 4.notab. & ibi Ioannes Crottus, co-
lum.21.versic.sextò opponit.Bart.& Bald.in l.qui
cum tutoribus, col.2. versic.secundò obstat. ff.de
transact.Iason in consil.80.col.fin. versic.item sal-
tem, volum.2. & consil.24.col.1. in principio, vo-
lum.3.Oldendorp. in libello iur.& æquit.fol.310,
versic.sententia. Specul.in tit.de sententia. §.iux-
ta, nu.22.versic. item est nulla ratione manifestæ
iniquitatis. Barbat.in c.quoniam contra, nu.46.
versic.capio tertium membrum.extra de probat.
Ias.in l.fin.col.1. vers.ex prima parte Glosæ, ff.de
iustitia, & iure. Sebastianus Vantius in tracta.de
nullitatibus sententiarum ex defectu processus,
nu.118.in versic.diximus etiam.

Amplia primò (regulam traditam in præceden
ti ampliatione vnica dictæ vnicæ conclusionis,)
in qua diximus, quòd sententia lata contra legem
scriptam sit nulla: dicendo idem esse, quando sen
33 tentia † contineret expressum errorē calculi.Hęc
ampliatio probaē duplici medio. Primò per text.
apertissimum in l.1.§.item calculi error.ff.quę sen
tentiæ sine appellat.rescin.vbi hæc habētur, vide-
licet: [Item si calculi error in sententia esse dica-
tur: appellare necesse non est, veluti si Iudex ita
pronunciauerit. Cùm constet Titium Seio ex illa
specie quinquaginta, item ex illa specie viginti-
quinque debere, idcircò Lucium Titium Seio in
centum condemno. Nam quoniam error compu-
tationis est, nec appellare necesse est.] hæc ibi.
Probatur & secūdò Doctor.auctoritate. Nam in-
frascripti se subscripserūt pręsenti ampliationi, vi
delicet Gl.in d.l.1. §.Item in vers.putauerit. ibid.
Bart.Gl.in l.vnica.vers.vel transactio.C.de errore
calculi. quam sequuntur quoque ibid.Bart.nu.3.
Bal.ibid.col.1.versic.tu dic.ibidem Angel.versic.
si autem sententia, ibidem Salic.col.1. versi.aut in

causa

causa calculi. ibidem Paulus de Castro colum. 1.
vers. sed si diceret. ibidem Alex. & Ias. col. 3. ver-
sic. hinc sumpta occasione. Iac. col. pen. vers. in gl.
fin. Decius ibidem col. 2. versic. in glo. transactio.
Odofred. ibidem vers. eadem distinctio est. Rimi-
nal. ibidem col. 1. versic. in glo. magna. glo. in c. 1.
in versicul. contra leges: extra de sent. & re iudic.
Ant. Gabr. in lib. 2. conclusionum. titul. de senten-
tijs. conclus. 7. nu. 2. in vers. primò amplia.

Secundò amplia, & dic quod in tantum est ve-
ra dicta regula contenta in 3. conclus. quòd si in li
34 bello † Iudici porrecto super aliquo negotio ex-
pediendo esset expressus aliquis error, si Iudex su
per illud simpliciter tulisset sententiam sine ex-
pressione dicti erroris, huiusmodi sentẽtia etiam
esset nulla, vt docuit Bart. in l. vnica. C. de errore
calculi. nu. 3. quem sequitur Francis. de Aret. in c.
quoniam contra. col. 8. circa finem. ext. de probat.

Limita ampliationem præcedentem esse verã,
qñ talis error nullo pacto posset saluari, ita docuit
Frãc. de Are. vbi supra, citãs ad hoc Bal. in l. cũ cer
ta ratione. ff. quando prouocare non est necesse.

Tertiò amplia dictam regulã traditam in dicta
vnica ampliatione, ꝙ dicendo habere locũ etiã si
35 sententia † contineat expressum errorẽ facti, cui
etiã admixtus sit iuris error. hæc ampliatio proba
tur triplici medio. Primò. n. per omnia iura infra
(quorum series verborũ fuit relata in probationẽ
primæ ampliationis supradictæ,) videlicet p arg.
in l. 2. C. qñ prouocare nõ est necesse, in l. si expres-
sim. ff. de appellat. Dixi probari per arg. in dictis
iuribus, quia adest locus argumentandi à maiori,
sic dicẽdo, Si dicta iura volũt, ꝙ error iuris in sen
tentia expressus annullet ipsam, quãto magis idẽ
dicendum erit, qñ non tantum error iuris erit ex-
pressus in sñia, verumetiã & error facti, vt diximus
in pñti ampliatione? Probatur & secundò pręsens
ampliatio Doct. auctoritate. Nã infrascripti Do-
ctores explicitè se subscripserunt pñti ampliatio-
ni, videlicet Bar. in l. si is, ad quẽ. nu. 3. vers. secũdo
casu, quando. s. falsa causa. ff. de acq. hæred. & ibi
Imo. col. 1. vers. Dr autem. & ibi Rom. col. 2. vers.
secundo casu. Ias. in d. l. si is, ad quẽ. col. 3. nu. 18.
vers. quintò fallit. & vers. secunda cõclusio. Ant. de
But. in c. in pñtia. col. 2. in vers. si vna tantũ est ex-
pressa, & illa falsa. ext. de renunc. qui addidit hoc
probari ijsdẽ iuribus, quibus probatur, ꝙ vbi est
expressus error iuris in sñia, ipsa sñia est nulla. Pa-
nor. in d. c. in pñtia. nu. 8. se subscribens Bart. loco
citato. Innoc. in c. cũ Bertoldus. nu. 4. vers. vel dic
hoc tunc verũ esse, cùm in tenore sñiæ eius depre-
henditur iniquitas, vt hic. ext. de sent. & re iudic.
etsi in c. qm contra. ext. de probat. contrarium do-
cuerit, vt bene annotauit Pan. vbi supra, qui Pan.
docuit in c. ab excõicato. nu. 10. ext. de rescript. ꝙ
notorietas iniustitiæ reperta in sñia quacunq; ẽt
excõicationis, etiã si in ipsa non fuerit expressus
error, annullat ipsam. Probatur quoq; oĩbus aucto
ritatibus, quib. probata fuit ipsa concl. 3. vide ibi.
Ant. Gab. vbi supra. in versic. secundò amplia.

Quartò amplia idem esse in laudo, seu senten-
36 tia arbitri, quia laudum, † seu talis sententia con-
tinens expressum iuris errorem est ipso iure nul-
lum; hæc ampliatio probatur Doctorum aucto-
ritate. Nam infrascripti Doctores hoc ipsum do
cuerunt, videlicet Glo. in l. diem proferre. §. stare.
in versic. siue iniqua. ff. de receptis arbitris. Ioan.
de Imol. in c. 1. col. 6. in princ. versic. sed aduerte.
extra de constitu. & in l. filiusfamilias. col. 3. in
princip. versi. quod intellige. ff. de donationibus.
Socin. in cons. 283. col. 3. in fine. & sequenti. versi.
præterea dictum laudum. Paris. consil. 24. versic.
consequenter continet. volum. 2. nu. 144. Idem do
cuit Antonius Gabr. in lib. 2. titul. de sententijs.
conclus. 7. nu. 4. in versic. Tertiò amplia.

Quintò amplia dictam regulam tradita in con-
37 clus. 3. quando sententia † est lata expressè con-
tra ius municipale, seu statutum insertum in vo-
lumine Statutorũ ipsius loci, in quo sententia fer-
tur, quia tunc esset sententia ipso iure nulla. Hæc
ampliatio probatur infrascriptorũ Doctorum au
ctoritate, videlicet Bart. in l. cum prolatis. nu. 2. in
vers. & tene menti istam lecturam. ff. de sent. & re
iudicata. & ibi Angel. vers. & ideo sententia lata.
Ang. Aret. in l. 1. in princ. ff. de appellat. Bal. in di-
sputatione sua incip. Statuto cauetur. col. 2. versic.
tu dic. Alex. cons. 81. in princ. vers. moueor quia.
vol. 2. & in cons. 82. col. 1. in fine. vers. præterea di-
cta pronunciatio. vol. 3. Ias. in l. fin. col. 1. vers. se-
cundò amplia. ff. de iustitia, & iure. Abbas Panor.
in c. 1. nu. 16. vers. sed quæro. ext. de sent. & re iud.
& in c. pastoralis. n. in fine. in vers. hæc tamen opi-
nio. ext. de fide instrum. Fel. in d. c. 1. col. 2. in vers.
Amplia secundò etiã si sit contra legem municipa
lem, qui addit ibi, quòd sententia etiã erit nulla,
si lata fuerit, iuxta statutum de iure inualidũ. Idẽ
docuit Ant. Gab. vbi s. n. 5. in vers. Quartò amplia.

Primò limita dictã regulã in d. quinta amplia-
38 tione ipsam verã in Iudice ordinario, † qui tene-
tur scire statuta, secus in alio, vt docuerunt Alber.
in l. 2. vers. quid si contra. C. qñ prouoc. non est ne-
cesse. Anto. Gabr. vbi supra. nu. 6. in vers. limita, &
intellige. Felin. vbi supra, sequens Albericum.

Secundò limita, quando statutum esset euagãs
à libro statutorum, & ipsum non esset notorium:
39 quoniam tunc sententia † lata contra ipsum vali-
da erit (vt latius dicetur de constitutionibus ex-
trauagantibus paulò post.) secus quia oporteret
ipsum produci in iudicio, quoniam aliàs iustam
haberet causam ignorantiæ ipse Iudex, & sic talis
sententia cùm esset iusta, inde sequeretur, ꝙ esset
valida, secus si esset notoriũ, vt implicitè docuit
Bar. in l. omnes populi. nu. 67. in vers. circa secun-
dum. Vtrum. ff. de iustitia, & iure vbi infrascripta
notatu dignissima dixit, videlicet: Vtrum statuta
debeant produci sicut alia instrumenta, dic aut li
tigo in vna ciuitate, & volo fundare intentionem
meam ex statuto alterius ciuitatis, aut ex statuto
eiusdem. Primo casu debeo illud producere, &
allegari Iudici. Ratio, quia illud potest probabi-
liter ignorare, vt in c. 1. de constitu. in sexto. pro
hoc in l. præscriptione. ff. si contra ius, vel vtil. pu-
blic. vbi quis allegabat Principi ius consuetudi-
narium suæ ciuitatis, vt ibi not. & ibi dixi in fine.
Secundo casu: Aut sunt statuta publicè nota in vo
lumine Statutorũ inserta, & illa non oportet pro-
duci. argumentum. ff. ad Turpil. l. 1. §. fin. si autem
pronunciauerit. & per glo. in l. secunda. ff. de con-
fes. quæ dicit, quòd positioni iuris non responden
dum, nec eam potest Iudex probabiliter ignora-
re. Aut sunt statuta non sic publicè nota, quia sunt
reformationes factæ à prioribus, vel antianis non
inserta in vol. statutorũ, & illa debent produci, cũ
qs possit ipsas pbabiliter ignorare, sicut dicimus
in cõsuetudine, q̃ dẽt probari Iudici, vt in l. 1. C.
quę sit longa consuetudo. hæc oĩa Bar. vbi supra,

ex cuius dictis elicitur veritas præsentis limita-
tionis. Nam Bartol. dicendo, quòd Iudex potest
probabiliter ignorare statuta alterius ciuitatis,
& statuta eiusdem ciuitatis, qñ non essent sic pu-
blicè nota, vt reformationes factæ ab antianis nó
redactę in volumine statutorum: & ideo talia sunt
ei producenda in iudicio, quasi diceret (ipsę Bar-
tolus) ideo sententia cõtra talia statuta ex igno-
rantia eorum probabili valida erit, quod & aper-
tissimè docuit in l. cum prolatis. nu. 2. ff. de re iu-
dicata. dicens, si sunt data statuta Iudici, & pro-
nunciat secundum illa, & est quædam reformatio
extra volumen; contra quam data est sententia:
nun est ipso iure nulla: quia non est in volumine
statutorum posita, hæc ibi Bar, quasi diceret, quia
illam ferendo excusatur cùm laborauerit ignorá-
tia probabili dicti statuti non notorij, vt latiùs lo
co paulò ante citato expressius dixerat: quapro-
pter arguendo ex verbis ipsius à contrario sensu
patétissimè elicitur ipsum Bar. se subscripsisse præ
senti limitationi, quam etiam limitationem intel
lexit veram Panormitanus in cap. 1. nu. 16. extra
de sent. & re iudic. quando talis reformatio, seu
statutum non contentum in volumine statutorum
non esset notum; secus si esset notum, & quidem
hæc limitatio Panormitani tacitè fuit acceptata
à Bar. loco citato in d. l. omnes. vt paulò ante pro-
bauimus. Idem docuit Felinus in dicto cap. 1. co
lum. 2. in versic. secundò, nisi esset statutum eua-
gans. qui sequitur Bartolum, & Panormitanũ vbi
supra. & addit, quòd Ludouicus in consi. 51 a. vlt.
col. dicit, quòd statutum extrauagans non allega-
tur. Vnde meritò Bal. in cap. in causis. nu. 3. extra
40 de sent. & re iudicara: dixit, quòd situatio, seu in-
sertio alicuius statuti † in volumine Statutorum,
in tantum est de esse statuti, quòd aliàs non esset
dicendum statutum, sed quædam reformatio ex-
trauagans, ad cuius obseruãtiam non tenetur Re-
ctor ciuitatis, qui iurauit seruare statuta, vt in l.
cum prolatis. ff. de re iudic. & quòd statuta dican
tur ea, quæ fiũt causa perpetuę iurisdictionis. Re-
formationes vero dicuntur ferri, prout res inci-
dit, hæc Bald, qui quamuis prima fronte videatur
non admisisse limitationem Panormitani, dicen-
tis, quòd tunc sententia lata contra statutum non
repositum in vol. Statutorum, est valida; qñ illud
nó esset notũ: & Bal. docuit simpliciciter, ꝙ ſm ta
le statutũ non teneatur Iudex iudicate. non distin
guendo inter statutum notum ipsi Iudici, & igno-
ratũ ab ipso. cùm tñ ex Bar. quoque eliciatur talis
distinctio, eo ꝙ dixerit, ꝙ quando statutum non
est insertum in volum. Statutorum. sententia Iudi-
cis cõtra illud tenet, quia illud probabiliter igno-
rauit. Quapropter videatur prima fronte ipsum
Bal. non admisisse dictam distinctionem. Tamen
si bene librentur dicta ipsius Baldi, contrarium
apparebit: Nam dicendo, quòd si aliquod statu-
tum non insertum in volumine Statutorum repe-
riatur Iudex (qui iurat seruare statuta ciuitatis)
illud obseruare non tenebitur, quasi diceret, non
tenebitur obseruare: cũ probabiliter ipsum igno-
ret, nisi sibi innotescat, & præsentetur in iudicio,
vt explicitè docuerat Bar, vbi supra, & sic intelli-
gendo dictum Bal. nulla controuersia inter dictos
Doctores apparebit, quod & comprobatur etiam
ex hac ratione: Nam aliàs Felin. qui omnes præ-
dictas sententias vbi supra refert, & sequitur, esset
sibi contrarius, quod non est suspicandum in tãto
Doctore, qui paulò post nitens cõcordare dictos
Doctores, intelligit dictum Panor. verum, quãdo
reformationis nomine essent clausulæ æquiparan-
tes eam statutis, & mandantes seruari. Cum istis
concordant (vt refert ibi Feli.) Paul. de Cast. Imo.
& Alex. in d. l. cum prolatis. & Bal. in l. leges sacra-
tissimæ. q. 2. C. de legibus. Idem docuit Ant. Gabr.
in tract. Conclus. lib. 2. titul. de sententia. nu. 15.
versic. primò limita.

Sextò amplia dictam regulam traditã in dicta
41 vnica ampliatione etiã si lata fuerit sentẽtia † ab
aliquo Iudice contra iuris cõis regulã, tam inter-
locutoria, q̃ diffinitiua ius, seu quæ habeat plures
exceptiones, in quarum vna possit saluari talis sen
tentia: qm̃ hoc non obstante dicta sententia erit
nulla: si huiusmodi casus excepti à tali regula nó
sint expressi in dicta sententia, quia talis sentẽtia
diceretur lata, vtputa, si Iudex interloquatur Ca-
ium seruum torquendum esse contra Titium ex-
pressè contra ius, qui erat dominus eius. hæc sen-
tentia est nulla, si additum fuisset contra Titium
dominum ipsius Caij: cum tum lata fuisset cõtra
legem præcipientem, ꝙ regulariter seruus non sit
torquendus in dñm, nisi in casu speciali expresso
ab aliqua lege, vt C. de quæstionibus. l. 1. vt etiam
quàm elegantissimè docuit Glos. magistralis in l.
ante seutentiam. ff. de appellat. & idem erit dicen
dum in similibus casibus. Hæc ampliatio proba-
tur duplici medio. Nam primo per arg. in dictis
iuribus. & secũdò Doctorum infrascriptorum au-
ctoritate. Glo. enim fin. in l. 2. ff. de appellat. reci-
piendis. Glo. fin. in l. 2. ff. si quis in ius vocatus non
ierit. Alex. in l. ex diuerso. in §. in iudicio. vers. sed
quæri potest. ff. solu. matrim. & in l. 4. §. si quis con
demnatus. col. 2. in fine. vers. pro hoc etiam. ff. de
re iudic. Matthæus Matthesil. in suo singulari 19.
qui notabiliter hoc ipsum exemplificat his ver-
bis vtens, videlicet: Similiter si pronunciauit Iu-
dex filiumfamilias potuisse testari, & iden valere
testamentum, sententia erit nulla, licèt possit sal-
uari in peculio Castrensi, vel quasi. Similiter vi-
42 demus in citatione. Nam citatio † facta, vt quis
compareat in die feriato, est nulla, nisi exprima-
tur causa specialis, propter quã illo tempore pos-
sit procedi, vt nutat Innoc. in c. præterea. extra de
dilationibus. & Bart. in l. 2. nu. 1. & 27. ff. si quis in
ius vocatus nó ierit. Nam in nu. 1. his verbis prę-
cisis vtitur, videlicet: Respondeo ex hac l. in fine.
videtur notabiliter induci, ꝙ satis est, si pars di-
catur esse certa, ꝙ de eo sit facta citatio, quod re-
gulariter est de iure, sicut est, ꝙ quis non cogatur
ire ad iudicium die feriata, & ꝙ patronus nó con
uenlatur à liberto actione famosa; & similia. Vn-
de si aliqua causa specialis est, ꝓpter quod sit con
trariũ, illud debet specialiter exprimi, & tunc ve-
nire tenetur, & ita intelligit hanc materiã Innoc.
in c. præterea. ext. de dilationib. in fin. vbi mirabi
liter examinat istã legẽ. & hoc etiã sentit hic glo.
vltima huius legis, vbi dicit, ꝙ si exprimitur cau-
sa, quæ põt agitari die feriata, debet illa die cõpa
rere. hæc omnia Bar. vbi supra. qui idem docẽs in
l. quotiẽs. ff. si quis cautionib. his verbis vsus fuit,
videlicet: Non dr̃ esse dubiũ illud, de quo est re-
gula, licèt sint aliqui casus speciales, nisi de casib.
specialibus mentio fiat. hæc ille. hoc ipsum docuit
elegantissimè Dec. in cons. 8. in princ. addens hãc
regulam peroptimam, dicens. Quando à cõmuni
43 regula receditur, † nõ sufficit causam subesse, nisi
expri-

exprimatur, vt notat Oldr. in cõs. 326. incip. Quod articuli. in 2. col. Alex. in l. 4. §. si quis condẽnatus. col. fi. verf. pro hoc ét. ff. de re iud. Grat. in cõs. 116. nu. 10. verf. Adeo quòd. vol. 2. Ruin. consi. 41. col. 6. in fi. ver. pro hoc etiam facit. vol. 3. Idem docuit Pan. in c. ad nostram, circa finem. in verf. Cum ergo ius. extra. de appellat. dicens, cùm ergo ius resistat tali appellationi, nisi certo in casu, oportet quòd ille casus exprimatur, vt appareat appellatum in casu concesso: sicut obseruatur, cùm appellatur ab executore, hæc ille. qui idem docens in c. consuluit. el primo, in fi. in verf. Nec regulariter. extra. de appellationibus. optimam regulam prædictam exemplificat in materia eadem appellationis, infrascriptis vtif verbis, videlicet: Nec
44 regulariter † cogitur quis in appellatione à diffinitiua exprimere causam appellandi, vt in l. 1. in fi. ff. eodem, cum sequenti. no. in c. cùm in ecclesia. extra. de appellat. sed in facto notorio non audietur appellans a diffinitiua; causa legitima offuscante notorium non expressa, vt in c. Romana. §. si autem, post sententiam. de appellat. in 6. & in hoc casu intelligo hunc textum, & similia iura, quæ faciunt differentiam inter notorium, & occultum, & vide Inn. in c. pastoralis. §. præterea. de officio delegati. (Adde tu, quòd ibi Innocentius nu. 4. in verf. vel quia, his verbis vsus fuit, videlicet, vel quia non exprimit causam appellationis in casibus, in quibus prohibita est appellatio.) Sequitur Panor. vbi sup. Ex cuius dictis elicio notabilem conclusionem, quòd vbicunq; ius prohibet appellationem, nũquam iudex tenetur deferre appellationi, nisi causa legitima in ea exprimatur, & ita limita iura, quæ dicunt, quòd in appellatione a diffinitiua non est necesse causam exprimere, facit quod legitur, & notatur in cap. Quod ad consultationem, de sent. & re iud. hæc Panorm. vbi sup. Idem docuit Romanus in consi. 324. in fi. Idem docuit Ant. de But. in c. per tuas. colu. 4. in verf. Nota glo. & tene ipsam menti. extra. de sent. excommunicationis: vbi infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Nota gl. & tene ipsam mẽti: quia causa euidenter iniustitiæ reddit sententiam nullam. Idem si sit impossibilis, vel turpis; Idem si contineat sententia aliquid in se sub ui præcepti, quod in se sit peccatum: vt quod eleemosinam non faciat: vel quòd non faciat aliud, quod in se sit bonum: vel quòd hominẽ occidat: sufficit ergo, & ad hoc notatur textus, quòd in suo genere sententia ostendat iniquitatem in se euidentem, vt sit nulla: dato, quòd possit casualiter excusare: quod nota, & tene menti. Casus in c. venerabilibus. de sent. excommun. in sexto, gl. in c. ad hæc. verf. examinentur. extra. de off. Archidiaconi, quæ dicit, quòd imputetur Episcopo si Archidiaconus examinando approbauit indignum, nisi ipse Archidiaconus examinator esset persona valde digna; adeo quòd excusaretur Episcopus, si ei credidit, allegat ad hoc bonum text. in c. significante; extra. de pignoribus. Idem docuit in simili Spec. in secunda par. titu. de Instrumentorum editione. §. restat videre. versi. quid si dum attestationes publicantur, docet quòd magis credendum erit tabellioni, quò dicta testium scripsit, quam ipsis testibus asseuerantibus se non deposuisse, prout scriptum à tabellione reperitur,
45 † si tabellio esset bonæ famæ, secus si malæ famę, & testes bonæ famæ. Cuius sententiæ se. subscripsit Pan. in c. ad audientiam. nu. 7. extra. de præscriptionibus, & Fel. in c. super his, col. penul. extra. de accusat. sed hanc doctrinam Specul. intellige sano modo, etiam secundum eundem Specu. procedere in causa ciuili, secus criminali, in qua requiruntur probationes luce meridiana clariores, vt docet text. in cap. sciant. 2. q. 8. Quapropter meritò idem docuit Specul. ibidem in versic. sed quid si vnus ex testibus, infrascriptis vtens verbis videlicet: sed quid si vnus ex testibus à tabellione receptis accusatur falsum dixisse: testis verò dicit aliter scriptum esse dictum eius, quòd ipse protulerit, negans illud: quæritur cui magis credetur; vtrum scripturæ tabellionis, an dicto testis id dixisse negantis? Respondeo omnes doctores Bononienses in nostra examinatione priuata cõcordarunt, quòd non credatur instrumento contra istum; cùm in criminibus apertæ debeant esse probationes, vt in c. sciant. 2. q. 8. sed certè nec ipsi testi contra ipsum instrumentum hac eadem ratione, & ideo neuter punitur scilicet nec testis, nec tabellio, vt in c. cum inter R. seniorem. extra de elect. & hoc prosequere, vt sup. de teste. §. 1. versi. sed pone ecce iudex. (Adde tu lib. 1. titu. de teste. §. 1. coln. 4. in verf. sed pone ecce iudex.) Vbi Specul. docuit, quòd tabellioni scribenti dictum testis sine præsentia iudicis creditur, potius quàm testi neganti se illud deposuisse, & hoc potius de facto, quàm de iure, etiam si iudex velit arguere ipsum testem de falso: secus si accusaretur testis de falso ad pœnam; quoniam non statur dicto tabellionis. hæc ex ipso Specul. Vbi sup. sed animaduertendum, quòd his quæstionibus poterit obuiare tabellio scribens depositionẽ testis scientis scribere: Nam poterit ipsum testem compellere ad subscribendum se tali depositioni ab ipso teste denuo relectæ, qua subscriptione peracta, non poterit testis denegare propriam depositionem, vt latiùs tradidimus in nostra praxi. titu. de testibus. Vide ergo ibi, ex his ergo omnibus dictis Specu. patuit veritas præsentis nostræ ampliationis: qui rursus idem apertius docens in lib. 1. titu. de iudice delegato. §. superest videre. colu. 3. versi. item si sit consanguineus, & in versi. Quid si non est consanguineus: est tamen affinis, probat per text. in l. lex cornelia. ff. de iniurijs. Vbi dicitur apertissimè, quòd esse quis non possit iudex
46 † in causa consanguinei sui, vel affinis, sed addit Specul. dicens, quòd intuenda tamen est persona, secundum Vincentium: Nam talis posset esse consanguineus, qui recusari non debet: vt si sit monachus Cisterciensis. hæc ille, quasi diceret, quòd licèt regulariter posset de iure recusari ad litem constante iudex consanguineus partis aduersæ, tamen si huiusmodi iudex esset prouidus, ac iustus, de cuius iust. in iudicio merito non dubium esset, tunc non posset reuocari, idem docuit Fel. in c. 1. col. 3. versi. amplia quintò, extra de sent. & re iud. & in colum. 9. limitatione 12. versi. secundo per ea. dicens. secundò per ea, quæ posui in c. super literis. col. 17. versi. decima regula de rescriptis. Ostendendo quòd actus, qui non potest fieri, nisi certis casibus, nõ valet, nisi exprimatur aliquis ex illis casibus, hæc ille vbi supra. qui rursus idem confirmauit contra Ludou. in l. 8. in 3. colu. ff. de verb. obl. in c. ad nostram, in fi. extra. de appellat. qui idem rursus docuit in c. quod ad consultationem, colum. 10. in versi. & in primis caue quando

quando Lud. extra de sent. & re iud. Vbi hoc ipsum peroptimè probauit. qui rursus idem docens in c. sicut. col. 9. ver. cōfirmatur ista, extra de sen. & re iud. infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Confirmatur ista, quia qn̄ sententia habet in se expressum errorem iuris inspecta regula iuris communis, non valet, licèt ad illam regulam sint casus speciales, in quibus valere posset. facit quod notat Lud. consi. 483. penul. dicens, quod vbi ex aliqua causa licet recedere à iure communi, non sufficit, quòd adsit illa causa, nisi exprimatur, inducit Imo. in c. præterea, post principium. extra de dilationibus. Idem docet Aret. in l. in illa, 7. col. ff. de verborum obligat. vbi eleganter posuit regulam, ꝙ inualiditas actus dicitur notoria: quando regulariter est prohibitus, licèt certis casib. per-
47 mittatur. † exēplificat in citatione propter dictū Innoc. in d. c. præterea, cum quo concordat, & postea limitat dupliciter, hæc Fel. vbi sup. qui idem docuit in c. super literis, col. 17. vers. de cima regula. ext. de rescr. idem docuit Philippus Francus in c. 3. super gl. fin. ext. de appellat. vbi notab. his verbis vtitur, videlicet: Nota, ꝙ appellatio à correctione est regulariter prohibita, nisi ex causa, vt hic in glo. sed dixit hic notabiliter Innocentius, quòd licèt alias in appellatione à diffinitiua non sit exprimenda aliqua causa, vt in l. 1. in fi. cum sequentibus. ff. de appellat. & in c. 1. §. his, quæ, & ibi glo. in versic. statuit, de appellat. in sexto, & c. cum in ecclesia. extra de appellat. tamen quando appellatur in causa correctionis etiam post sententiam non valeret appellatio, nisi litteræ impetratæ in causa appellationis (dato quòd facerent mentionem de ipsa appellatione) exprimant in specie causam ipsius appellationis, arg. cap. dilectus filius Abbas, extra de rescriptis. & ratio est, quia ius resistit tali appellationi, nisi in certo casu, & ideo oportet, quòd ille casus exprimatur, vt sic appareat appellatum in casu concesso, & sic licèt in appellatione à diffinitiua non requiratur expressio causæ: tamen illud est verum, nisi quando appellatur, in casibus regulariter prohibitis: tunc enim debet exprimi causa, & ita tenent doctores in c. Romana. §. si autem, & ibi per glo. in vers. mandetur, de appellat. in sexto, hæc illæ, vbi sup. qui idem docuit in c. consuluit, el primo, in versi. in glo. 2. in fi. ext. de appellat. vbi inter alia retulit, & sequutus fuit id, quod dixit Panor. ibidem, quòd omni casu, in quo ius prohibet appellationem, numquam iudex tenetur deferre appellationi, etiam à diffinitiua, nisi legitima causa in appellatione exprimatur, hæc ille. Idem docuit Decius in c. ad nostram. colu. 4. in fi. in versi. in se tamen, extra de appellat. dicens. In se tamen ratio Abbatis vera est, & notabilis, quòd vbi appellatio prohibetur nisi certo casu, debet ille casus exprimi, vt appellatio iustificetur. hæc ille ibi, qui rursus idem docens in c. consuluit, colu. 2. in versi. circa istum tex. & in cap. a. in versi. & hoc in qualibet dispositione, ext. de appel. dixit, quòd
48 in facto notorio appellatio † non admittitur, nisi legitima causa exprimatur: quia in notorijs appellatio prohibetur, vt hic, & in c. cum sit Romana, & ideo causa debet exprimi, vt iustificetur. Et hoc in qualibet dispositione generaliter procedit, quia quando à communi regula receditur, causa debet inferi, per quam actus reddatur legitimus, vt est dictum Ionoc, in c. præterea, de dilationibus, & ideo quando quis citatur, vt comparear personaliter, contra regulam, quæ ponitur in l. fi. C. de Procurat. opus est, vt in citatione causa exprimatur. Idem docuit Antonius Gabrielius in lib. 2. conclus. 7. tit. de sententijs, num. 7. versic. quinto amplia.

Et licet verissima sit præsens nostra ampliatio, & probata auctoritate Bartolus inter alias Doctorum sententias: tamen cùm posset quis insurgere contra ipsam dicendo, ipsi non se subscripsisse Bar. cum contrarium videatur ad uerbū expressisse in infrascriptis locis. Nam primo in l. quid ergo. §. pœna grauior. nu. 4. versi. item similiter est videndum. ff. de his qui notantur infamia. infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Item similiter est videndum vtrum sit necesse exprimi causam in sententia quare imponatur pœna corporalis pro pecuniaria imposita à iure, vel alio modo alteratur ipsa pœna à iure indicta respectu valoris sententiæ, medicetur sententiam latam continere iuris communis errorem expressum, ac per consequens esse nullam respondes, inquit Bartolus, vbi supra, quantum ad valorem sen-
49 tentiæ non est necesse, qnia cum iudex † habeat potestatem augendi, & minuendi pœnam ex causa: Sententia sic simpliciter lata expressū iuris errorem continere non potest, hæc ille. vbi supra. Qui idem docens in l. quod ad statum ff. de pœnis dicit cum gl. ibi ꝙ sententia, quæ continet variatam pœnam iuris à iudice non cōtineat expressum iuris communis errorem, qnia iudex minuere, & augere potest pœnam indictam à iure, vt in l. hodie, & in l. sanctio legum. ff. de pœnis, & sic dicta sententia potius dicenda esset secundum ius, cum iudici à iure fuerit tributa potestas minuendi, & augendi pœnam à iure statutam, hæc ille vbi sup. Qui rursus idem docens in l. delegatorum. §. ad tempus. ff. de interdictis, & relegatis, dixit, quòd licet non debeant bona auferri relegato, tamen sententia talis non erit nulla, qnia non continet iuris errorem expressum, cum iudex ex causa possit auferre, & augere pœnam.

Et ideo in maleficijs non apparet, quòd sit error expressus, vt not. in l. quod ad statum. ff. de pœnis, hæc omnia Bar. vbi sup. cuius sententia expressa suprascriptis verbis videtur non solum aduersari præsenti nostræ ampliationi, verum etiam sibimet ipsi, cum contrariari videatur his, quæ ipse docuit in l. 2. nu. 1. & 27. ff. si quis in ius vocatus non ierit. & in l. quotiens. ff. si quis cautionibus: Vbi apertissimè approbauit præsentem nostram ampliationem. Pro concordia tamen sciendum, quòd in dictis Bar. nulla est vera controuersia, & sic apparens solum, nec aduersatus fuit in prædictis locis præsenti ampliationi regulariter loquēti, quæ tamen limitationes, seu fallentias recipit: & primo referam ad uerbum, media quibus vtitur Decius reconciliando eius dicta in c. consuluit, el primo, extra de appel. in fine. Prima ergo eius reconciliatio est, secundum Decium, quòd id quod dixit Bar. in d. l. quid ergo. §. pœna grauior. & in l. quod ad statum, procedit in casu, in quo ipse Bar. tunc loquebatur, videlicet. Quando pœna imponitur regulariter à lege, & alteratur à iudice. Nā præsumitur illud factum ex causa propter qualitatem iudicis, pro quo præsumitur. Et ita istam materiam limitauit Abb. in cap. nisi, de præbendis, de quo latius dicā (inquit Decius)

cius)in subsequenti prima limitatione. Nec ob-
stat si dicatur,quòd dictum Innoc. in d. c.præte-
rea,loquitur etiam in iudice, qui citationem fa-
cit,& tamen expressio causæ requiritur:quia talis
citatio respicit ordinem procedendi, & quãtum
50 ad processum, † & ad solemnitatem iudicij non
præsumitur pro iudice, nisi quatenus in actis ap-
paret. c. quoniam contra. extra de probat. secus
verò quoad iustitiam,& decisionem causæ: quia
pro rectitudine præsumitur, & secundum hoc nõ
procederet quod dictum est supra de expensis,a
quibus victus absoluitur, quòd causa debeat in
sententia allegari,cùm secundum regulam iuris
communis talis ad expensas sit regulariter con-
demnandus. Vnde aliter, & secũdo dicendũ erit,
quòd dictum Bar. in d.§. pœna grauior. videatur
habere specialem rationem: quia in illo casu
arbitrium iudici conceditur; Vnde duo concur-
runt, præsumptio, quæ insurgit ex persona iudi-
cis,& arbitrium,quod in illa materia iudici tri-
buitur:ex quo factum iudicis magis iustificatur.
Dicendum videtur quod Bar. in locis supra alle-
gatis non dicit,quòd causa præsumatur pro iudi
ce:sed solum dicit,quòd talis sententia contra re
gulam iuris,non est ipso iure nulla, cum non sit
error expressus in sententia. Hæc omnia Decius
vbi sup.quæ ad verbum hic studuimus recensere,
tum quia Antonius Gabrielius, vbi sup. ipsum
citat contra nostram ampliationem ab ipso Ant.
relatam vbi sup. quamuis ex sup.dictis verbis ip-
sius patentissimè appareat, ipsum Decium non
aduersatum fuisse nostræ ampliationi, cum ple-
51 risque in locis † sup.recensitis, & in eodem met
c.consului,ipsam approbauerit ipse Decius,& se-
quutus fuerit,tum etiam vt pateat dicta Bar.pos
se concordari, pro vt concordauit, ac declarauit
Decius vbi sup. cuius declarationi non contradi-
cendi animo,meam sententiam in medium pro-
feram.Dico ergo nullam in verbis.Bar.esse con-
tradictionem,& ipsum in his omnibus verum di
xisse,pro cuius maiori intelligentia animaduer-
tamus obsecro, quòd de duplici specie sententia
rum inter se longe distantium,ac diuersarum me
ritò diuersa, & non aduersa protulit verba ipse
Bar.vbi sup. Nam in iuribus relatis paulò ante à
Decio,& a me,hic loquutus fuit ipse Bar.de sen-
tentijs pœnalibus, quæ proferuntur contra iura
pœnalia taxantia pœnas iniungendas singularis
criminibus regulariter,.vt patet ex citatione ip-
sorum iurium pœnalium,& quia(vt ipse met do-
cuit expresè in d. l. relegatorum. §. ad tempus,)
cum simus in maleficijs,in quibus puniendis a iu
re expresse fuit concessa iudicibus potestas mi-
nuendi, & augendi arbitrio eorum pœnas à iure
statutas: inde sequitur, quòd sententia lata con-
tra iura pœnalia in ipsis pœnam a iure speciali-
ter statutam exprimendo auctam, aut diminutã,
non sit dicenda lata contra regulam iuris commu
nis:cum non solum habeatur a iure communi mo
dus taxandi pœnas,ac ipsas iniungendi: verum
etiam facultas dictas pœnas à iure communi taxa
tas minuendi,& augendi,& quòd hæc fuerit sen-
tentia Bar. in præsentis iuribus elucet ex ipsius-
met verbis habitis in d.l.relegatorum. §. ad tem-
pus.eo,quòd infrascriptis vtatur verbis ibi, vide-
tur,quòd debemus dicere sic: quòd ideo hæc sen-
tentia non est nulla: quia in ea ratio est expressus
iuris error, licèt enim non debeant bona auferri
relegato:tamen ex causa iudex potest auferre,&
augere pœnam, & ideo in maleficijs nõ apparet,
quòd sit error expressus.Hæc omnia Bar. ex qui-
bus patuit verissimam fuisse nostram interpreta-
tionem ipsius Bar.sententiæ in dictis iuribus pę-
nalib.sed quando Bar. loquitur in alijs sententijs
ferendis siue taxatione pœnarum ibi statuenda-
rum,& docet quòd sententia lata contra regulas
iuris etiam in casu speciali a iure concesso sit
nulla, & eo non erit obediendum,nisi in ea talis
casus, seu causa specialis contra dictam regu-
lam iuris, a iure approbata expresè inseratur, vt
ipse met docuit in l.a.nu.1.& 27.ff. si quis ius vo-
catus non ierit, & in l. quotiens ff. si quis cautio-
nibus:Vbi exemplificat ipse Bar.in omni ferè ca-
su,cuius verba retuli paulò ante in probationem
præsentis ampliationis. Vide ergo ibi hanc no-
stram reconciliationem Bar. cum semetipso, &
nostram ampliationem memoriæ tenaciter co-
menda,ac ipsam retine, quia valebit ad multas
quæstiones dirimendas.Nec mireris, eoque dixi
quòd sententiæ latæ contra regulas iuris commu
nis expresè sint nullæ si pœnales non fuerint, se-
cus si fuerint pœnales, quoniam in promptu erit
ratio, & est, quoniam de indulta iudicibus ptãte
minuendi, & augendi pœnas statutas a iure, fit
mentio in ipso iure communi,vt probaui sup.Vn
de dicta auctio, aut diminutio pœnæ expressa in
sententia non dicetur error iuris expressus, sed ef
fectus iuris expressus,& idcircò talis sententia va
lida erit.Sed si sententiæ pœnales non fuerint,&
expresè continuerint errorem iuris,seu latæ fue-
rint expresè contra regulas iuris, erunt nullæ:
Quoniam non solum a iure iudicibus talis pro-
mulgandi potestas non est concessa, imò expresse
a iure prohibitam,vt latius fuit probatum in præ
cedenti tertia ampliatione. Imò declaratur ipso
iure nulla,vt inter alia iura docuit text. in l. non
dubium. C. de legibus.

Limita primò præcedẽtem sextam ampliatio-
nem,& dic ipsam veram regulariter, sed non ha-
bere locum quando iudex, qui tulit sententiam
contra regulam iuris communis, in casu specia-
li concesso, si non expresserit ipsum casum in sen-
52 tentia,nisi talis iudex † esset persona multum pro
uida,& honesta,eò quòd tunc præsumendũ erit,
quòd talis sententia fuisset lata super casum con-
cessum specialiter.

Hæc limitatio probatur duplici medio.Primo
enim per arg.in cap. nisi essent.in princ. extra de
præben.vbi hæc habentur,videlicet. [Nisi essent
viri prouidi,& honesti,tam qui ordinationem fe
cerunt,quàm illi circa quos est facta ordinatio in
Ecclesia vestra,super negotio Prioratus, ordina-
tionem illam valdè suspectam, propter exempli
pernitiem haberemus.]Hæc ibi. Idem probatur
per arg.in c.Lugdunensis parochiæ.9.q.2.vbi Vr-
banus Papa scribens Lugdunensi Archiepisco-
po, infrascriptis vtitur verbis,videlicet.[Lugdu
nensis Parochiæ clericos contra statuta Canonũ
ab alterius parochiæ Episcopis ordinatos litte-
rarum tuarum significatione monstraui, cum gra
duum suorum bonore recipere religionis tuę pru
dentia poterit, si eos aliàs canonicè, & sine pra-
uitate aliqua ordinatos constiterit; si tamen eo-
rum probabilem vitam id indulgentiæ perspexe
ris promereri,[hæc ibi inter alia.]Diximus pro-
bari præsentem limitationem per argu. in dictis
iuri-

iuribus; quoniam etsi ad uerbum dicti Canones
explicitè non loquantur in casu præsentis limita-
tionis: benè tamen implicitè; cum inde eliciatur,
quòd id, quod fit a persona prouida, & honesta,
non præsumatur fieri illicito modo, sed licito.
Probatur, & secundo præsens limitatio infrascri-
ptorum Doct. auctoritate. Nam gl. in d. cap. nisi,
versi. honesti dicit, quòd ex qualitate personæ præ
53 sumitur licitum, quod aliàs esset illicitum, † arg.
c. Lugdunensis 9. q. 2. glo. in d. c. Lugdunensis in
ver. qđ sanctus vir dixit, quòd nonne iste Episco
pus deliquit ordinando clericos alterius? Quo-
modo ergo sanctus fuit? Ommissis multis solutio
nibus. dic: quòd excusatur ideo, quia vtiliter ges-
sit, & quia credebat hoc placere Ioanni: sicut non
54 facit furtum, qui credit † hoc placere domino, vt
instit. de oblig. quæ ex quasi delicto nascuntur, §.
1. & 2. hæc gl. illa, quæ tacitè innuit, ꝑ licet nullus
iuridicè possit ordinare alienum clericum secun
dum regulam iuris communis prohibentis Epi-
55 scopis † ordinare clericos alterius diœcesis sine
voluntate suorum Episcoporum, vt habetur in c.
nullum Episcoporum, c. Episcopum non debere.
9. q. 2. & nouissime in sacro Concilio Tridentino.
sess. 6. de reformatione. c. 5. sess. 7. de reformatio-
ne. c. 11. sess. 14. de reformatione. cap. 1. 2. & 3. sess.
23. de reformatione. cap. 8. 9. & 10. Tamen potest
hęc reg. fallere in aliquibus casibus, vt puta, si su-
per hoc cum aliquo Summus Pontifex, qui dici-
tur, & reuera est ordin. ordinariorum, dispensa-
uerit, vt possit ordines conferre quibuscunque ad
se concurrentibus ex alienis diœcesibus, etiam
inuitis eorum Ordinarijs: vel si alicui in particu
lari esset indultum à Summo Pontifice, vt possit
recipere ordinis Sacramentum a quocunque E-
piscopo Catholico irrequisito proprio eius Ordi
nario, vel etiam inuito. Vel si quis spem habens
in ratihabitione de præsenti Episcopi alicuius
ordinandi, eoq́; inter eos sit vnum nolle, & velle
de præsenti ordines confert alicui subdito dicti
sui amici, sub spe ratihabitionis de præsenti.

Quoniam collatio Sacramenti dicetur facta ta
li ordinato cum consensu tacito proprij sui Epi-
scopi, etsi non adfuerit expressus, & de hac spe-
cie ratihabitionis, seu consensu tacito intendit
loqui glo. in d. c. Lugdunensis, in versi. quod san-
ctus vir. Idem docuit, & apertius Panormitanus
in d. c. nisi essent. nu. 3. his formalibus verbis vtēs,
videlicet. Nota ex tex. iuncta glo. prima, quòd a-
56 ctus, † qui aliàs prima frōte præsumitur iniustus,
ex quo certo casu iustificari potest, si gestus exti-
tit a prouidis, & honestis non præsumitur ini-
quus, imo iustus, & in casu possibili gestus. Quod
est benè notādum, & facit multum ad notata per
Innocentium in c. 2. de dilationibus. Vbi dicit,
quòd si citatio prima fronte habeat iniustitiam
in se, licèt possit aliquo casu iustificari, nihilomi-
nus propter primam præsumptionem iniustitiæ
nullius est momenti. Nam posset illud dictum o-
ptimè limitari per istum tex. vt procedat, nisi iu-
dex sit vir valde circumspectus, & honestus, ita
quòd non fecisset illam citationem in casu à iure
improbato, & pro hoc vide (inquit ibidem Pan.)
Innocentium, in c. 1. extra de clericis peregrinis.
Adde tu in fine, in vet. inferioribus. Nam Innocē-
tius ibi astipulatus fuit præsenti limitationi: eo
quòd interpretans text. in d. c. j. in fi. Vbi expresse
habetur quòd. [debēt Episcopi inquirere ab ijs,
qui dicunt se suscepisse superiores ordines, de in-
ferioribus ordinibus, quia posset contingere, vt
aliquibus prætermissis saltum fecissent.] Innocen
tius (inquam) interpretando dictum Canonem,
ac regulam ipsius iuris communis, ipsam limitan
do iux. nostram præsentem limitationem his ver-
bis vtitur, videlicet.

Nota ꝙ non sufficit ostendere litteras, ꝙ or-
57 dinatus sit in Sacerdotē, † nisi habeat litteras de
quolibet ordine, nisi fortè qui ordinauit in Sacer
dotem, sit tantæ discretionis, quòd præsumendū
sit de eo, quòd non ordinasset eum nisi habuisset
litteras ab eo, qui ordinauit in Diaconum, & ad
alios ordines, & tunc non quæram litteras super
Diaconatu, nec in alijs ordinibus, hæc omnia In-
nocentius, vbi sup. Felinus idem confirmat in ca
su comprehenso in præsenti nostra limitatione.
in c. super his, col. penul. vers. ex quibus omnibus
elicio. extra de accusat. vbi hoc ipsum probat quā
plurimis Doctorum auctoritatibus, & similibus
exemplis, qui idem rursus docuit in c. sicut, col. 9.
versi. limita secundo, extra de sent. & re iud. Idem
docuit in simili Bal. vt refert Felinus in d. c. super
his, col. pen. in extrauag. de pac. Constan. in versi.
ibi Sacramentū, vbi dicit, quòd dubitetur an va-
leat dictum testis, quando notarius dixit, quòd
idem dixit per omnia sicut alij, vt per Docto in
c. nihil. ext. de verb. sign. tamen fallit, nisi testis sit
optimæ famæ. Idem docui posset, tunc non pos-
set recusari, hoc notabile dictum Specul. sequutus
fuit Anton. de But. in c. postremò. in versi. quæro
an distinctè consanguineus. extra de appell. & idē
docuit sequens Innocentium, in c. 1. in fi. in versi.
quæro an sufficiat. ext. de clericis peregrinis, di-
cens, quòd non sufficiat alicui ostendere litteras
testimoniales de suscepto ordine presbyteratus,
seu alijs factis, nisi etiam ostendat se fuisse ade-
ptum reliquos ordines inferiores, nisi fortè is, qui
ordinauit ad Sacerdotium sit tantę discretionis,
quòd non sit præsumendum illum ordinasse in
presbyterum, nisi sibi de inferioribus ordinibus
constitisset, quia tunc præsumitur omnia solem-
niter acta, hæc ille.

Limita secundò, dictam regulæ ampliationem
dicendo ipsam verificari solum in sententijs latis
contra regulas iuris communis non pœnales, nō
autem in sententijs latis contra regulas iuris cō-
munis pœnales. Quoniam contra tales, sententiæ
latæ validæ erunt.

Hæc limitatio ꝓbatūr auctoritate Bat. in iurī-
bus allatis in recitatione impugnationis allatæ
contra ampliationem sextam. Idem docuit De-
cius in c. consuluit el primo, ext. de appella. Idem
docuit Saly. in l. properandum. §. illo. col. 1. C. de
iud. qui Salicetus est interpretandus iux. præsen-
tem limitationē, vt feci de sententia Bat. in dicta
sexta ampliatione. Vide ibi.

Limita tertiò dictam ampliationem sextam di
ctæ conclusionis tertiæ; dicendo ipsam non ha-
58 bere locum quando sententia † esset lata contra
regulas Cancellarię Apostolicæ, contra quas si iu
dicatum fuerit, sententia indè lata non erit ipso
iure nulla: etsi ipsæ regulæ sint maximæ auctori-
tatis, quia non sunt constitutiones generales, nec
ligant gratias successorum. Quapropter necessa-
riò sequitur, quod lata contra ipsos in iudicio fo
rensi erit valida, imò non poterit iudicari secun-
dum eas. Hæc limitatio probatur triplici medio.

Primò

Primò enim auctoritate regulæ Cancellariæ. Nã
in regula 26.ſub titu. de regulis Cancellariæ per-
ducendis habentur, videlicet.[Attendens. Idem
Dominus noſter.(Adde tu, Innocẽtius Octauus,)
quòd ſuper habendis de Cancellaria Apoſtolica
regulis, & conſtitutionibus mihi deſcriptis facili
ter per illos, qui in Romana curia indiguerint ad
ipſam Cancellariam curſus dirigi poteſt, nec cõ-
ſultum foret, quòd ſuper earum regularum, & cõ-
ſtitutionum, quas iux. currentium varietatẽ cau-
ſarum, & negotiorum, aliquotiẽs immutari con-
uenit, probando tenorem, vel effectum teſtium
plerumque tenacem de ſuper memoriam non ha-
bentium depoſitionibus ſtari deberet, voluit, ſta-
tuit, & ordinauit, quòd deinceps, quilibet ex au-
ditoribus cauſarum Palatij Apoſtolici, & alijs
etiam ſi ſanctæ Romanæ Eccleſiæ ſint Cardinales
in ipſa curia pro tempore deputatis, auctoritate
Apoſtolica iudicibus etiam in cauſis actu pen-
dentibus ſuper huiuſmodi tenore, vel effectu pro-
bando, dumtaxat ſtetur, fidemq; adhibeat Cœdu
læ ſiue ſcripturæ deſuper à duobus de maiori par
co, quòd danda ſit, à tergo ſignatæ, & etiam duo
bus alijs literarum Apoſtolicarum abbreuiatori-
bus in ipſa cancellaria auſcultatæ, & domini Vi-
cecancellarij, ſeu dictam cancellariam regentis
manus ſubſcriptæ: vt eſt moris. Quicquid autem
ſecus fieri contigerit, nullius ſit roboris, aut mo-
menti,] hæc ibi. Probatur & ſecundò Doctorum
auctoritate. Nam idipſum docuit Gloſator dictæ
regulę, qui reddens ibidem rationem, qua motus
fuit dictus Innocent. Octauus auctor d. regulæ, ad
ipſam condendam dixit, quòd ratio fuit, quia ali
quando mutatur regula cancellariæ pro varieta-
te temporum, &c.c. non debet. extra de conſan-
gui. & affin. ideo videtur quod legitimè ſit, quod
dicitur, & ratio dubitandi fuit, quia ſatis erat, ꝙ
in præſentia principis haberetur illa regula inter
alias regulas Cancellariæ, ideo non deberet fieri
fides de ea, quia ex quo reperitur inter alias regu
las, præſumitur eſſe de regulis: ſicut quando du-
59 bitatur † an aliqua ſit Decretalis, ſi reperiatur in-
ter alias, præſumitur decretalis, ſicut monialis
60 † præſumitur reperta inter alias moniales, vt di-
cit gl. not. In ſumma. diſt. 19. ſed ſciendum, quòd
quædam regulę ponuntur ad iudicandum bullas,
& illæ non ſunt dandæ in iure: quia iudex non de-
bet iudicare, niſi ſecundum bullam iam expedi-
tam, & aliæ regulæ ponũtur ad terrorem pro ex-
burſantibus pecunijs, videlicet, quòd infra ſex
menſes expediantur bullæ: aliàs non valeat ſigna-
tura, & ſimiles regulæ non ſunt dandæ: aliæ con-
cernunt merum iudicium, vt ſupra regula proxi-
ma, & tales ſunt dandæ, & de iſtis ſunt, & de iſtis
loquitur iſta regula, & practicatur hodie ſic: quã-
61 do vnus indiget † regula facit ſupplicationem,
& dat Vicecancellario, & legitur, ſi eſt danda, &
tunc ponitur prohemium regularum, & vna alia
regula prima, & poſtea ponitur illa, quæ petitur,
& deinde publicatio regularum, &c. Et ideo po-
nitur prohemium, & alia regula: vt videatur an
ſit de regulis, ex quo inter alias reperitur, hæc gl.
illa. Idem docuit, & elegantius Ludo. Gomes. In
prohemio regul. cancell. q. 2. nu. 15. verſi. non ob-
ſtat etiam dum dicebatur, & ſi in tota dicta ſecun
da quæſtione de materia præſentis limitatio-
nis pertractet, arguendo pro, & contra, tamen in
dicto verſi. non obſtat, & verſi. ſequenti hoc ipſum
mirabilius probat: aſſerens hoc probari per di-
ctam 26. regulam Cancellariæ ſupra per me re-
cenſitam. Idem docuit Gulielmus Caſſador.
in deciſione ſeptima, ſuper regulas Cancellariæ,
nu. 5. & verſi. præterea extrauag. regulæ, & concor
data. Vbi de his tribus (quæ quoad præſentis li-
mitationis materiam non differunt ſecundum eũ
ibidem, vt ex verbis ipſius infraſcriptis apertiſſi-
mè elicitur) inſimul loquens infraſcriptis præciſis
verbis vſus fuit, videlicet. Præterea extrauag. re-
gulæ, & concordata, niſi producantur in actis, nõ
conſiderantur a iudicibus, & ſententia contra re
gulas non eſt ipſo iure nulla, dicit Felinus poſt a-
lios in c. 1. col. 8. extra de re iud. quoniam nõ ſunt
conſtitutiones generales, & de ſtilo Rotæ eſt, ut
producantur regula: aliàs pronunciatur contra
eam, nec iuxta eius continentia iudicari poteſt,
niſi poſt productionem, quod & repetijt ibidem
deciſ. 12. nu. 3. verſ. contra regulas cancellariæ A-
poſtolicæ, & rurſum latiſſimè ibidem, a nu. 5. vſq;
in fi. dictæ deciſionis, his præciſis verbis vtens, vi-
delicet. Regula extra acta in nulla conſidera-
tione erit: ſecus ſi producitur, quia ſtatum de-
cretum operatur nullitatem etiam retrò, vel dete
gitur nullitas per productionem: Nam decretum
irritat omnia, & ligat ignorantes, vt in c. ſi eo tẽ-
pore, cum ibi not. de elect. in ſexto, & vbi eſt clau
ſula decreti, conſenſus partium nihil operatur, vt
in c. dilecto, & ibi Abbas. de præben. facit quod
Archidiaconus inquit de decreto, in c. cum bene
ficio. eod. tit. & in c. 1. §. ex parte. de conceſſ. præ-
ben. in ſexto, & alij in dictis locis, & But. Innocen
tius, & Abb. in c. cæterum. de reſcr. dicẽtes, quòd
regula decreti operatur reuocationem literarũ,
iuriſdictionem, & proceſſus ipſo iure, & ita in v-
na Mediolanenſi Caſtrorũ hoc tenuit Rota. Poſt-
quam dominus Hieronymus de Cuſano (contra
quem, & eius vxorem fuerat lata ſententia ad iu-
dicatoria caſtrorum in fauorem Cardinalis Seno
galien. vt commendatarij Monaſterij S. Chriſti-
næ per dominum Dominicum de Iacobatijs, quę
dicebatur tranſiuiſſe in rem iudicatam) oppoſuit
in cãm appellationis de literis Sixti Quarti: i qui
bus abdicabat Sixtus a Monaſterio beatæ Chri-
ſtinæ caſtra, & applicabat Sedi Apoſtolicæ. Decet
nens irritum, & inane quicquid in cõtrarium fie-
ret: quia voluerunt domini, quòd non eſſet locus
executioni, & fuit in anno 1516. pronunciatam
ſententiam domini Iacobatij fore nullam, & non
meruiſſe, nec mereri executionem. Neque cura-
runt domini pro maiori parte de eo, quòd Feli-
nus diſputationis gratia non animo decidendi
ingenioſe tentat in d. c. cæterum. in verſic. prima
reſtrictio, quòd regula decreti non operatur reuo
cationem literarum ante notitiam, nec proceſ-
ſus, aut iuriſdictionis, antequam pars excipiat
de ſecundis: quaſi intelligatur conditio, ſi pars
voluerit, & quòd ſolus vſus operetur nullitatem
poſtea geſtorum, & decretum incipiat operari
poſt illum vſum, & non prius, quia communis o-
pinio eſt in contrarium ex curioſè collectis per
eundem ibi, a qua in iudicando non eſt receden
dum. c. prudentiam. in principio. de off. deleg. &
per Abb. poſt alios in c. 1. de conſtit. & ex prædi-
ctis videtur eſſe nulla ſententia contra decretum,
etiam non producto decreto. Sed ſi velimus ſti-
lum Rotæ admittere, & quod ſcribit Felinus in d.
c. ext. de re iud. dicemus ſententiam nullam eſ-
ſe, quia

se, quia contra decretum ligans ignorantes, & annullans à data ipsius: sed quòd iudices habent conscientiam ex deductis in actis tantum, & secũdum allegata, & probata coguntur iudicare, vt in l. illicitas. §. veritas. ff. de offi. præsi. & ibi Bar. & text. cum gl. in auctẽn. de mandat. princip. cum similibus. Et propterea apud eosdem iudices valida reputatur sententia, & mandabunt dari executioni, nisi exceptio decreti, vel alia detegens nullitatem, vel impediens executionem, opponatur, vt in l. 4. §. condemnatum. ff. de re iudicata, & ibi per docto. & in capitul fina. extra de re iud. & ratio horum est, quoniam iudices in sententiã pronunciando teneantur credere solùm actis, & extra acta ad nihilum obligentur. Nam si quid extra proponatur, aut intelligant, nullam fidem facit, donec sit productum, & pars citata ad dicẽdum contra, oblata copia, vt tenet Bar. in extrauag. ad reprimendum, in gl. in versi. de plano, & Ludo. Rom. in consi. suo 519. Idem implicitè docuisse Bar. in l. cum prolatis. ff. de re iud. comprobatur cum ibi solum explicitè loquatur de extrauag. & Principum sententijs, dixi implicitè: quoniam quoad nostram materiam an simul æquiparantur huiusmodi tria, videlicet extrauag. regulæ & concordata, vt ex doctrina Cassadori patuit, Infrascriptis nempè vsus fuit verbis Bar. vbi sup. videlicet. Et sic habes, quòd sententia lata contra legem, non valet: Verum esset quando illa lex esset in corpore iuris inclusa: secus si est extrauagans: quia sententia Principis est extrauagans. Et tene menti istam lectionem & facit, quòd si sunt data statuta iudici, & pronunciat secundum illa & est quædam reformatio extra volumen (contra quam est lata sententia) est ipso iure nulla: quia non est in volumine statutorum posita, hæc Bart. vbi sup. qui idipsum innuit in l. 2. in fi. C. quando prouocare non est necesse. Idem dixerunt alij Doctores referendi in limitationis subsequentis probatione, arguendo, prout argumentati fuimus a verbis Bar. vbi sup. sed expresse, de materia pñtis limitationis pertractãs Fel. in c. pastoralis. nu. 11. ver. & idẽ credo de regulis cancellariæ. ext. de fide instr. Idem repetijt ipsemet Fel. in c. 1. nu. 12. versi. scias etiam. in versic. Idem dic de sententijs contra regulas cancellariæ Apostolicæ. & rursum idipsum sentijt in c. 2. col. pen. num. 46. in versi. regulæ cancellariæ Apostolicæ. extra de rescr. Idem docuit Pet. de Anch. in consi. 292. incip. mihi efficacibus. in princ. idem docuit Car. in suo consi. 101. incip. redemptoris, quos citat Fel. vbi sup. Idem docuit Ant. Gabriellius in lib. 2. concl. tit. de sententijs. conclusione 7. nu. 9. vers. limita primam. Probatur & tertio præsens limitatio hac ratione, videlicet. Et si verissima sit sen-
62 tentia communis, quòd sententia lata † expresse contra ius commune sit semper ipso iure nulla, vt ex superius allatis patuit: tamen non ideo sequitur, quòd sententia lata contra regulas Cancellariæ sit ipso iure nulla: quoniam maximam esse differentiam inter vtrumq;, quam facillimè poterimus probare rationem differentiæ assignãdo: sciendum ergo, quòd Papa præter ordinem aliarum legum communium, voluit & constituit, (vt ex tenore supra recensitæ regulæ patuit) re-
63 gulas ipsas † Cancellariæ non solùm, non ligare generaliter, & vniuersaliter omnes: verùm etiam nec fidem facere, nisi illæ priùs darentur per Vicecãcellarium, & dominos Abbreuiatores, vt patuit in dicta regula decimasexta. (paulò ante recensita) sed hoc non reperitur de lege communi sancitum. Vnde si non esset tex. in dicta regula vigesimasexta. Idem dicendũ esset de regulis, quod de lege: vt (videlicet) sententiæ latæ contra ipsas essent nullæ. Sed in dictis Cancellariæ regulis hoc factũ fuit bona ratione, & est. Quia propter mortem Pontificum regulæ expirabant: & multoties successor aliquam ex regulis prius æditis negligebat, vel consultò ommittebat: nonnunquam æditas innouabat, ac immutabat, vt experiẽtia docet. Ideo nè contingeret super ista diuersitate dubitari, introductum fuit; Regulas nullam fidem facere, nisi ex fonte Cancellariæ, & ex mandato Vicecancellarij, & sic secundum formam traditam in dicta regula vigesimasexta concedantur: quod in lege perpetua statuere non oportuit; quia semper fixa, & stabilis manet: nec per successiones Pontificum variatur, cùm morte condentium non expiret, vt dicunt Abbas, & omnes in c. pastoralis. extra de fide instr.

Limita singulariter dicta in præcedenti limitatione, dicendo ipsa verificari solùm quando dictæ regulæ Cancellariæ (contra quas fuisset lata sententia) confirmatæ non fuissent: cùm tunc non intimẽtur, vt nouæ constitutiones generales, nec
64 faciant ius, † vel ligent (saltem ext. curiam quoniam dictæ regulæ, vt dictum fuit in ratione ipsius limitationis supra allata) ad hoc vt habcantur pro aucthenticis (vt secundum eas possit ferri sententia diffinitiua) extrahendæ necessariò erunt de Cancellaria cum solemnitate requisita. Quapropter si sententia lata fuerit contra aliquam ex regulis Cancellariæ, præmissa subsequenti solemnitate, valida nullatenus erit: solemnitas quæ in extractione alicuius regulæ Cãcellariæ talis erit. Volenti extrahere ipsam, opus est supplicare Vicecancellario Papæ, vt sibi assignetur regula, quæ pro se facit: cuius supplicatione lecta, si videbitur sibi dandam fore: tunc ponitur, seu rescribitur prohemium regularum, & vna alia regula prima, & postea ponitur illa, quæ petitur, & deinde sit publicatio regularum. Nam ideo ponitur prohemium, & alia regula, vt videatur an sit de regulis Cancellariæ, nec nè: qua solemnitate extractionis dictarum regularum adhibita: si dictæ regulæ facientes ad causam vertentem postea præsentatæ fuerint in iudicio, & in actis insertæ, & continget sententiam à iudice pronunciari contra eas, in tali casu dicetur dicta sententia ipso iure nulla. Hæc limitatio probatur adverbum ijsdem medijs, quibus fuit probata præcedens, cuius hęc limitatio est. Vide ibi.

Amplia dicta in pręcedenti immediatè limitatione, dicendo ipsa locum obtinere in regulis habentibus etiam clausulam decreti: Hęc ampliatio probatur ijsdem medijs, quibus pręcedentẽ limitationem probari diximus.

Amplia singulariter secundò, dicta in pręcedẽti vnica limitatione limitationis tertiæ, dicẽdo, quòd in tantùm ipsa erit vera, quòd dicta solemnitas adhibita in extractione regulæ Cancellariæ est tantę aucthoritatis, quòd si fuerit pręsentata in iudicio (vt diximus) non solum inualidam, & nullam reddit sententiam latam cõtra eam: ex actis, quibus inserta fuisset, verum etiam omnes alias sententias ex alijs actis. Exempli gratia: si talis

regula

65 regula fuisset iam producta † coram vno Auditore: tunc postquàm fuisset registrata in actis illius causæ, si Notarius illius produxerit eam in alia causa, tunc semper faciet fidem: quia semel per te fuit satisfactum regulæ vigesimæ sextæ Cancellariæ, (supra recensitæ in probationem præcedentis limitationis tertiæ) & iudex tenebitur dictæ regulæ sic extractæ & sibi præsentatę stare, & contra ipsam non proferre sententiam, sed si proferat, illa erit omnino nulla. Hęc ampliatio probatur triplici medio. Primò enim auctoritate dictæ vigesimæ sextæ regulæ supra recensitæ, in qua inter alia hæc præcisa verba habentur, videlicet. [Voluit, statuit, & ordinauit, quòd deinceps quilibet ex Auditoribus causarum palatij Apostolici, & alijs etiã si sint sanctæ Ecclesiæ Cardinales in ipsa curia pro tempore deputatis auctoritate Apostolica Iudicibus etiã in causis actu pendentibus super huiusmodi tenore, vel effectu probando, duntaxat stet, fidemq; adhibeat cedulæ, siue scripturæ desuper à duobus de maiori, ꝙ danda sit, à tergo signatæ, & etiam duobus alijs litterarum Apostolicarũ abbreuiatoribus in ipsa Cancellaria auscultatæ: & Domini Vicecancellarij, seu dictã Cancellariam regentis manu subscriptæ, vt moris est: Quicquid autem secus fieri contigerit, nullius sit roboris, vel momenti:] hæc ibi. Probatur & secundò doctorum auctoritate. Nam præsenti ampliatione ad uerbum se subscripserunt infrascripti Doctores, cùm dictus Glosator antiquissimus, in dicta vigesima sexta regula, in versiculo, sed si est. his præcisis verbis vsus fuerit, videlicet. Sed si est talis regula iam producta coram vno Auditore: tunc postquàm est registrata, Notarius illius producit eam in alia causa tua, si dederis sibi duos carlinos, & semper facit fidem: quia semel est satisfactum huic regulæ: Et quia hic dicitur, ꝙ Iudex stet cedulæ, &c. in modum, de quo hic dicitur, an sit de necessitate, quod hic dicitur, quia videtur hoc relinquẽdum arbitrio iudicis: & certè dico, quòd si aliter fieret, non valeret, vt hic dicitur:
66 Nam quando aliquod verbum, † quod regulariter non inducit necessitatem, ponitur in materia, dante regulam, vel certam formam, tunc importabit necessitatem: vt docuit Baldus in l. Gallus, columna secunda, ff. de liberis, & posthumis. & allegat Glo. ibi. ex quo infertur, quòd si statutum dicat, quòd iudex potest inquirere de certis criminibus, &c. quòd tũc teneatur inquirere. hæc dictus Glosator. Pro cuius maiori intelligentia sciendum, ꝙ dicta regula 26. vtitur hoc verbo Potest, dicendo in principio. [Qui in Romana curia indiguerint, (regulis Cancellariæ) ad ipsam Cancellariam recursus dirigi potest.] & Bald. supra citatus, vbi supra, nu. 6. vers. Vel dic, vsus fuit his præcisis verbis, videlicet. Verbum, Potest, vbi lex procedit tradendo regulam, vel dando formã inducit necessitatem. Facit ad statutum, quod dicit, quòd Potestas possit inquirere de quibusdam maleficijs, vt teneatur inquirere de ipsis, & puniatur si per negligentiam non inquirit. Ad hoc facit, quod notatur in l. 1. C. de Desertor. libro duodecimo, & dic, quòd verbum, potest, negatiuè positum importat necessitatem, vt qnia dicit, non possit, vt in capitulo primo, de regul. iur. in sexto. Vbi glos. Si verò ponatur affirmatiuè in legibus, rescriptis, vel contractibus, non inducit necessitatem præcisam, sed causatiuam: fallit in vltimis voluntatibus. hanc doctrinam ponit Glos. in l. sæpè. ff. de officio præsid. & hæc allata sufficiãt hic incidẽter. Præsenti quoque ampliationi se subscripsit Ludouicus Gomesius in Procemio regul. Cancellariæ, quæst. secunda, numero 16. versic. Hinc est. Vbi hæc protulit verba, videlicet. Hinc est, quòd quamprimùm per extractionem regulæ à Cancellaria sumus clari, & certi de tenore regulæ, si semel apud acta producatur, illa productio sine alia noua extractione à Cancellaria facienda prodest, quoad omnes alias causas coram quibuscumque Iudicibus decidendas, & faciũt ius generale. Nam transportato registro causæ, vbi semel producta fuit regula, datur plena fides illa: & sententia contra eam lata, erit ipso iure nulla. Hæc omnia Gomes. vbi supra.

Limita singulariter quæ dicta fuerunt in præcedenti vnica limitatione, & ipsius ampliationibus, dicendo illa solùm verificari in regulis Can-
67 cellariæ petitis, & concessis in Curia: † sed si peterentur, & darentur extra Curiam, ad hoc, vt ipsæ virtutem legis acquirant, & annullent sententias contra ipsas latas, opus omnino erit, vt petentes porrigant summo Pontifici supplicationem pro ipsis recipiendis: & quòd sibi concedantur sub plumbo: & tunc ipsæ regulæ sic concessæ extra curiam faciunt fidem, vt lex: & quicunque voluerit eis vti, necesse habebunt mittere ad Curiam supradicto modo pro illis obtinendis. aliàs dictæ regulæ non ligarent extra Curiam, ac per consequens sententia lata contra eas esset valida. Hæc limitatio probatur doctorum auctoritate. Nam ad verbum ei se subscripsit Ludouicus Gomesius in Procemio regulæ Cancellariæ quæstione secunda, numero decimo sexto, versiculo, Est tamen circa hoc. & quidam Glosator regulatum Innocentij Octaui, in dicta regula vigesima sexta, versiculo. Item circa hanc regulam.

Limita singulariter omnia allata, tàm in immediata limitatione, quàm in limitatione tertiæ limitationis præcedentis, vnà cum suis ampliationibus. dicendo, quòd etsi verissimum sit,
68 quòd regulariter sententia lata † contra regulas Cancellariæ non sit ipso iure nulla, nisi lata fuisset postquam fuisset ipsa regula præsentata in iudicio in Curia extracta ex fonte Cancellariæ ex mandato Vicecancellarij. & alijs obseruatis, quæ continentur in regula vigesimasexta, sępe recensita, vel nisi fuisset extra curiam pręsentata, expedita, ac obtenta licentia, seu mandato summi Pontificis. Nihilominus subdistinguendum tali pacto, (vt propriè loquendo) possimus asserere dictas regulas obtinere vim legis generaliler obligantis iudices ad indicandum secundum illas, & insimul Doctores concordare, cùm nonnulli dicant illas generaliter ad sui obseruantiam non obligare: alij verò contrarium firmiter asseuerent. eo, quòd re vera vtraque eorum vera esse apparebit distinctione tali vtenti. Dicamus, er-
69 go, quòd regularum † Cancellarię quędam sunt de dandis, prout sunt ferè omnes iudiciales, quę habent decretum irritans: & istæ regulę, vt fidem faciant in Curia, sufficiet mandatum Vicecancellarij, & alia supra relata ex dicta regula 26. sed si fidem facere debeant extra curiam dati

R debebunt

debebunt sub plumbo. Quædam verò regulæ Can
cellariæ sunt de non dandis: & hæ dantur solùm in
curia Romana: cùm solùm respiciant expeditio-
nem literarum curiæ in Cancellaria faciendam:
& hæ dantur etiam cum subscriptione duorū of-
ficialium de parco maiori, & signeto Vicecancel-
larij, & solum fidem faciunt in curia Romana.
quapropter nō ligant generaliter, cùm fuerint re
strictæ ad certum, & particularem effectum, & lo
70 cum: vnde meritò tales regulæ † dicuntur consti-
tutiones speciales, & non ligant extra curiam Ro
manam, cum nec faciāt fidem extra Cancellariā 1
eò, quòd videntur quasi normam dare solis offi-
cialibus Cancellariæ, & si nō essent seruatæ in con
fectione literarum, remittentur literæ ad Cancel-
larium corrigendæ, &c. Vel de speciali manda-
to Papæ, vel per Auditorem, aut alios Commissa-
rios, coram quibus causæ penderent, & sic dicen-
do concordantur oēs Doctores, qui de hac qōne
videntur sibi inuicem aduersari. Hæc limitatio
probatur Doctorum auctoritate. Nam ipsi se sub-
scripserunt Ioannes Franciscus Pauinus in prælu
dio extrau. Ioannis XXII. in vers. Regulæ Cancel-
lariæ sapiunt naturam legis. Fel. in c. ex parte. el 1.
nu. 46. vers. regulæ Cancell. Apostolicæ. ext. de re-
scriptis. quos ēt citat & sequitur latissimè Ludou.
Gomes in proœmio reg. Cācel. q. 2. n. 16. ver. vt tñ.
Limita singulariter quæ dicta sunt s̄. de valo-
re regularum Cancellariæ: dicendo illa esse veris
sima, si sniæ latæ, quæ virtute regularum Cancella
riæ (contra quas allegaretur fuisse latas) essent ve
71 rè, & de directo contra eas, † secus si non essent ta
les: qm̄ dictæ regulæ (cū sint stricti iuris) nō pos-
sent regulr̄ extendi de casu inibi expresso ad ca-
sum alium nō expressum, sicut dicunt cōiter Do
ctores de statutis, testamentis, & iuribus pęnali-
bus, quorū extensio regulariter est à iure prohibi
ta, vt in c. in pęnis. c. odia. de reg. iur. in 6. cum si-
milibus: qm̄ derogatio regularum in nō expressis
est fauorabilis, & consona iuri cōi, cui plurimùm
est fauendum. Dixi regulariter non extendi re-
gulas Cancellariæ de casu inibi expresso ad casū
non expressum: qm̄ hmōi regula de non extendē-
do iura municipalia, pęnalia, correctoria, & testa
mētaria in ipsorū interpretatione multas meritò
patitur fallentias (de quibus huc vsq; quàm plu-
rima attulimus in præsenti tractatu, & alia quoq;
afferemus) pñs ergo limitatio patietur easdem
fallentias, cùm contineat quoq; materiam stricti
iuris. Quapropter ipsam fallere dicemus, seu reci
pere tot limitationes dicemus, quot diximus, &
probauimus recipere p̄dicta iura. Vide ergo ibi.
Vnde concludendū erit, ꝙ snīa, quæ non contra-
dicit casui expresso in regula, regulariter valida
erit, & recurrendū erit ad ius cōe: cui si non con-
tradixerit nullo pacto poterit dici nulla, vel an-
nullari, cū regula verissima sit, ꝙ casus ommissus
72 † a iure municipali, vel alio stricti iuris remaneat
de iure dispositioni iuris cōis. Hæc limitatio etsi
implicitè fuerit latissimè probata per allata ī pñ-
ti tract. q. 1. de extensione legis pęnalis, & corre
ctoriæ simul in concl. 3. & ipsius fallentijs, multis
medijs nihilominus hic idem probabimus aucto
ritate Cassadori in decis. 23. sub tit. de pręb. nu. 6.
per totum. dicens, ꝙ regulæ Cancellariæ sint stri-
73 cti iuris † sicut statuta. taliter, ꝙ non debent ex-
tendi, nec suos terminos egredi. l. 3. §. Hæc verba.
ff. de neg. gest. Vnde ipse Cassiadorus ibi loquen-
do de extensione facienda trigesimæ regulæ Can-
cellariæ, in qua statuitur, ꝙ beneficium vacās per
obitum familiaris alicuius Cardinalis si quis im
petrare intenderit teneatur exprimere nomen, &
titulū ipsius Cardinalis, &c. aliàs gratia desuper
concessa sit nulla. Nam dicit ipse Cassiadorus vbi
sup. ꝙ dicta regula loquens de vacatione per obi-
tum non possit extendi; si ciuiliter moriatur fami
liaris Cardinalis, aut beneficio priuetur, seu renū
ciet secundum Glosatorem super eam regulam.
Nec est aliqua in regula expressa ratio, ex qua in
vim extensiuam, seu comprehensiuam veniant ca
sus similes, vt in l. libertum. §. Senatuscon. ff. de ri-
tu nupt. & Cle. 1. iuncta gl. de elect. Nec vnica ra-
tio, quæ habeatur proscripta iuxt. gl. peregrinam
in l. quamuis. C. de fideic. Hæc ille. Vbi sup. ex cu-
ius præcisis verbis cōprobatur verissima præsens
limitatio, & quod diximus de comparatione
illius materiæ, & legum pœnalium, & quòd re-
cipiat fallentias easdem, quas & in prima quæ-
stione præsentis tract. diximus recipi, quas reci-
pit tertia conclusio illius, in qua diximus non fie
ri regulariter extensionem in lege pœnali cor-
rectoria de casu inibi expresso ad casum non ex-
pressum. & sic patuit, quòd etsi regulariter non
74 fiat extensio † in casu expresso in regula Cancel-
lariæ ad casum ibi non expressum, tamen recipit
nonnullas fallentias, prout aliæ leges pœnales.
Idem repetijt ipsemet Cassiadorus in suis deci-
sionibus, in dicto titu. de Præben. decis. 16. nu. 5.
vers. Regulæ enim. Idem prorsus Glosator (citatus
à Cassiadoro, in regula 30. Cancellariæ de Impe-
trat. benef. vacan. per obitum. famil. Card. in vers.
Item ponderandum est hic, dicens, quòd per di-
ctum vers. obitum familiaris, regula illa non ha-
beat in alia vacatione, quia mors ciuilis nō æqui
paratur morti naturali, in hoc casu, cum hoc sit
expressum in iure, sufficiat ad hoc probandum
Glo. in c. susceptum, de rescript. in sexto, qui Glo
sator idipsum apertius docuit in regula Cancel-
lariæ 28. Vbi agitur de verisimili notitia obitus,
in qua hęc statuta fuerant, videlicet. [Item voluit
& ordinauit, quòd omnes gratiæ, quas de qui-
busuis ecclesiasticis beneficijs cum cura, vel sine
cura, secularibus, vel regularibus per obitum qua
rumcumque personarum vacantibus, in antea fe-
cerit, nullius roboris, vel momenti sint: nisi post
obitum, & ante datam gratiarum, huiusmodi tan
tum tempus effluxerit, quòd interim vacationes
ipsę de locis, in quibus personæ prædictæ deces-
serint, ad eiusdem Domini nostri (scilicet Papæ)
notitiam verisimiliter potuerit peruenisse,] hæc
in dicta regula, super quam Glosator. in vers. sed
certe. his præcisis vsus fuit verbis, videlicet. Sed
certè non esset magnum tenere, quòd dicta regu
la loquens solum de summo Pontifice, haberet
locū etiam in Legato, & in Ordinario etiā, quia
licèt sit exorbitans à iure communi, tamen non
est ius expressum, quod dicat contrarium huius
regulæ: & quia emanat ad tollendum fraudes, ca-
uillationes, & ambitiones: & ad tollendum pec-
catum; & sic vt in fauorem animæ potest de iure
etiam ratione æquitatis extendi ad Legatū, & ad
Ordinarium: & ad hoc sufficit Ioannis Andr. &
modernorum, in cap. ex tenore. Qui filij sint le-
gitimi. Vbi dicunt, quòd constitutio etiam pœ-
nalis, si emanat in fauorem animæ, debet ex-
tendi ad casus similes. & sic iudicarem etiam in

foro

foro conscientiæ, licèt ista constitutio sit pęnalis,
quia annullat collationes. facit gl. in c.decer. de
immun.eccl. in 6.item etiam si sit exorbitans(vt
dixi) tamen ex eadem rõne ego sic iudicarem, &
concordat ista regula cum iure cõi, vt non detur
occasio optãdi mortem alterius, vt in c.2. & 3.de
cõcess.præb. in 6.hoc omnia Glosator ille vbi sup.
ex cuius verbis apertissimè emicuit verbis pręsen
tis nostræ limitationis, in qua diximus, quòd etsi
regulariter regula Cancellariæ sit stricti iuris, &
non extendatur de casu inibi expresso, ad casum
non expressum, tamen recipit fallentias: nam ali-
quando extenditur. Idem & latissimè, & elegãtis-
simè docuit Ludo. Gomes in d.regula 30.q.5.nu.
2.vers.& ista in casu isto magis militant, dicens,
ꝙ quamuis regulæ Cancellarię sint stricti iuris, &
non egrediãtur terminos suos, vt in l.3.§.hæc ver
ba.ff.de neg.gest.præsertim quando est fauorabi-
lis, vt puta si interpretatio eius reduceret nos ad
libertatem iuris communis & hæc regula videa-
tur exorbitans(vt postea ipsemet dixit in q.8.nu.
4.vers.nec obstat, supradictæ trigẽtesimæ regulæ)
tamen tenendo quòd sit exorbitans, in exorbi-
75 tantibus fit extensio † a paritate rationis etiã ad
casum non proprium, sed qui sub lata significatio
ne vocabuli potest comprehendi. Et ista amplifi-
catio, & extensio ad istum casum fieri debet con-
templata ratione personarum, de quibus loquitur
regula: quia dispositio solet restringi, vel amplia-
ri secundum qualitates personarum, vt in l.plenũ.
§.equitij.ff.de vsu.& habit. hæc ibi. Cassiadorus,
qui idipsum latiùs docens in regul.28. de verisi-
mili notitia oblitus. in q.j.d.regulæ.nu.3.vers.his
non obstantibus: refert & sequitur non solùm di-
ctum Glosatorem, verum etiam Decium in consi.
suo 198.incip. In causa domini Benedicti de Gro
lea.vbi expresse conclusit, ꝙ d.regula 28. loquens
de Papa, habeat locum in quolibet ordinario: Pri
mò, quia ipsa emanauit ad obuiãdum fraudibus,
& ideò latè sit interpretanda, & extendi a pari-
tate rationis: quia etiam si materia odiosa sit, ex-
tensio fiet, vt in c.si ciuitas.de sent.excõicationis
in 6.& docuit gl.fi.in c.quamquam de vsur. in 6.
& subdidit ibidem Decius, ꝙ ita fuerit iudicatũ
in parlamẽto Delphinatus Grationopoli residen
ti, refert quoq; ipse Gomesius ibidem, hoc ipsum
docuisse nouissimè Io. Franciscum de S. Nazario
de Ripa in consi.16.posito in lib.1.de legibus, &
longa consuet.in operibus suis impressis, vbi post
multa concludit, ꝙ ista regula habeat locũ extra
curiam coram Ordinario, ex eo, quia non exorbi
tat a iure cõi, aliàs nõ esset, vt in l.1.ff.de reg.iur.
Nam ẜm eum ista regula fuit condita ẜm ius cõe,
& ẜm rationem, & naturalem sensum. Nam asse-
76 uerans † mortem ante verisimilem notitiam, præ
sumitur conscius alicuius conspirationis factæ in
mortem alterius, & accelerasse impetrationẽ, ne
præueniretur, & ista fuit ratio dictæ regulæ, quæ
locum habet in ordinario: & hoc ipsum latiùs rur
sum confirmauit idem Ripa in c.2.col.pe.ext.de
rescr. Vbi concludit, ꝙ ista regula habet locum in
Legato, & ordinario; quia extracta fuit de corpo
re iuris communis, videlicet ex ratione.c.dete-
standa.de concess.præb.in 6.vt tollatur occasio ca
ptandæ mortis, vt ibi latiùs per eum. Hæc omnia
docuit Gomesius vbi sup. qui addidit ibidẽ, quo
que, quòd idipsum tenuerunt Moderni in tract.
beneficiorum.q.46.p.3.& ante ipsos Glosator an-
tiquus Pragmaticæ Franciæ, in tit.de collationi-
bus.in vers.faciendis, & omnes dicti Doctores in
simul concludunt, ꝙ d.regula 28.procedit in ordi
narijs, quia fuit facta ad obuiandum fraudibus.
Idem rursus probat ipsemet Gomesius in reg.18.
de infirmis resignantibus si postea infra viginti
dies contingit illos mori: Vbi solum fit mẽtio de
beneficijs, & tamen ipsa regula pęnalis extẽditur
ad Commendas perpetuas, vt ipsemet Gomesius
in d.regula q.13. disputando cõcludenter probat
multis medijs: quæ breuitati studens hic non re-
feram. Vide ergo per te. Hæc omnia attulit hic ac
curatissimè; quia non reperi alios in materia præ
senti illa attulisse, ex quibus apertissimè elicitur
veritas præsentis nostræ limitationis.

Limita quartò singulariter quæ allata fuerũt in
dicta ampliatione sexta: dicendo ipsa verificari
77 solùm qñ sententia lata † fuisset contra legẽ inser
tam corpori iuris cõis, vel extrauagãtium rescri-
ptarũ in particulari libro ad hoc destinato aucto
ritate publica: quia tunc solùm diceretur latam
sñiam fuisse contra ius, seu legẽ, ac per consequẽs,
ꝙ esset ipso iure nulla: sed si sñia lata fuisset cõtra
extrauagantem, non insertã in corpore iuris, con
tra statutum, vel reformationem non insertã, seu
registratam in libro Statutorum, vel contra sñiam
Principis nõ annotatam in libro Decretorum ip
sius Principis: in tali casu ipsa sñia esset ipso iure
valida, ẽt si expressè contineret aliquid, quod de
directo aduersaretur tenori ipsius extrauagantis,
statuti, seu reformationis, & sñiæ latæ a Principe.
Hæc limitatio probatur triplici medio. Primò.n.
per arg.in c.pastoralis.ext.de fide instr.vbi Inno-
cẽtius III. infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet.
[Pastoralis & inf.auctoritate pñtiũ duximus sta-
tuendum, vt cùm aliqua Decretalis, de qua iudex
meritò dubitaret, allegatur: si eadem iuri cõi sit
consona, ẜm eam non metuat iudicare: cùm non
tam ipsius, q̃ iuris cõis auctoritate procedere vi-
deatur. Verum si iuri cõi sit dissona, ẜm ipsam nõ
iudicet, sed Superiorem consulat super eam,] hęc
ibi. Dixi probari pñtem limitationem per arg.in
d.c.pastoralis: qm̃, licèt ad verbum ipsa non con-
tineatur in dicto Canone: benè tamen continetur
ẜm eius sñiam, ac mentem Legislatoris. Nam ni-
hil aliud innotuisse patet, q̃ ꝙ sñia ferri non possit
ẜm decretalem, seu extrauagantem constitutionẽ
non clausam in corpore iuris cõis, quæcunq; illa
sit, siue municipalis constõ, siue Principis sñia, &
hmõi: qm̃ donec illa reponatur in corpore iuris
cõis, seu in registro Statutorũ, vel in libro Decre-
torũ Principis: tũc talis solemnis transumptio, seu
descriptio facit tacitè fidẽ, ꝙ illa extrauagans ve-
ta sit, & non falsa: Si ergo iudex ẜm illam non po-
terit iudicare: indè sequitur, ꝙ ipsa non habeat
vim legis cõis: si igitur non habebit vim legis cõ
munis: inde sequitur, quòd sententia contra il-
lam lata regulariter sit ipso iure inualida. Idẽ pro
batur per argum. in l. 1. ff. de constitutionibus
Principum, aliàs de mandatis Principum. vbi hæc
habentur, videlicet. [Quod Principi placuit, le-
gis habet vigorem: vtpotè cùm lege regia, quæ
de imperio eius lata est, populus eius, & in eum
suum imperium, & potestatem contulerit. Quod-
cunque igitur Imperator per epistolam, & sub-
scriptionem statuit, vt cognoscens decreuit, vel
de plano interlocutus est; vel edicto præcepit, le-
gem esse constat. Hæ sunt, quas cõstitutiones vul-

gò appellamus. Planè quædam ex his, quædam sunt personales, nec ad exemplum trahuntur. Nã quæ Princeps alicui indulsit, vel si quam pœnam irrogauit: vel si cui sine exemplo subuenit: personam non egreditur,]hæc ibi. Idem probatur per arg. in l.fin.C.de legibus, & constit.princ.vbi hæc habentur, videlicet. [Si Imperialis Maiestas cãm cognitionaliter examinauerit, & vtrisq; partibus quo minus constitutis sententiam dixerit: omnes omnino iudices, qui sub nostro Imperio sũt, sciãt hanc esse legem, nõ solum illi causæ, pro qua producta est, sed & omnibus similibus. Quid.n.maius, quid sãctius Imperiali est maiestate? vel quis tanta superbiæ fastidio tumidus est, vt regalẽ sensum contemnat: cùm & veteris iuris conditores constitutiones, quæ ex Imperiali decreto processerunt, legis vim obtinere apertè, dilucidæq; definiantur? Cum igitur, & hoc in veteribus legibus inuenimus dubitatum, si Imperialis sensus legem interpretatus est, an oporteat hmõi regiam interpretationem obtinere: eorum quidem vanam subtilitatem tam risimus, quàm corrigendã esse censuimus. Definimus aũt oẽm Imperatorum legum interpretationẽ siue in precibus, siue in iudicijs, siue alio quocunq; modo factam, ratam, & indubitatam haberi: si enim in præsenti leges condere soli Imperatori concessum est, & leges interpretari solo dignum Imperio esse oportet:] hæc in d.l.fi.inter alia. Dixi probari præsentem limitationem per arg. in d.legibus. Nam licèt inibi nõ contineatur ad uerbũ ipsa nostra limitatio secundum corticem verborum: benè tamen implicitè secũdum eorum sñiam: cum inde eliciatur, quòd
78 sentẽtia Principis † diffinitiua lata in aliqua causa sit seruanda tanquam lex indiffinitiua ferenda in simili causa: Vbi scilicet non reperiretur lex scripta in casu vergente in dicta causa, & hoc erit verum omnino, si sententia ipsa Principis fuisset prçuia causç cognitione, quod notatur in textu in illa dictione [cognitionaliter] posito in prin.d.l.fi. dictata, & promulgata post annotationẽ illius in libro decretorum ipsius Principis, quoniam aliàs non haberet dicta sententia vim legis generalis, cùm non reperiatur solẽniter constituta vti Imperator præceperat in l.humanum esse. C. eo. tit. iux. gl. in d.l.fi. in vers. si Imperialis. dicentem, quòd illa lex sit intelligenda in ijs, quæ non sunt decisa per leges, vt in feudo, & similibus: sed in alijs potius lex scripta esset seruanda, cùm hmõi sententia in alijs rebus lata non sit lex constituta sicut debet constitui, & habetur in d.l.humanum. pro cuius maiori horum intelligentia sciendum, ꝙ in d.l.humanum. hæc habentur, videlicet. [Humanum esse probamus, si quid de cætero in publica, priuatavè causa emerserit necessarium, quod formam generalem, & antiquis legibus non insertam exposcat: id ab omnibus antea tam proceribus nostri Palatij, quàm gloriosissimo cœtu vestro (Patres conscripti) tractari, & si vniuersis tam iudicibus, quàm vobis placuerit; tunc legata dictari, & sic ea denuo collectis omnibus recenseri: & cum omnes consenserint: tũc demum in sacro nostri numinis consistorio recitari, vt vniuersorum cõsensus, nostrę Serenitatis auctoritate firmetur. Scitote igitur (patres conscripti) non aliter in posterum legem a nostra clementia promulgandã, nisi supradicta forma fuerit obseruata. Benè.n. cognoscimus, ꝙ cum vestro consilio fuerit ordinatum, id ad nostram gloriam redundare:]hęc in d.l.humanum; Quapropter peroptimè dixit Bal. in d.l.fi.not.1. quòd quando sñia Principis venit ad declarandum aliquod dubium iuris, ꝙ talis sñia facit ius quoad omnes: quia non solùm tunc habebit vim sñiæ, verùm etiam & vim generalis statuti: & ecce vnum spãle in sñia Principis, & ꝙ ipse Bal. voluerit tali pacto dictam legem intelligere, scilicet, ꝙ non omnis sñia faciat ius generale statim ibidem subdidit infra, dicens. Est & aliud speciale in Principe: quia Princeps nõ tenetur serua-
79 re ordinem iudiciorum in procedendo, † vt nor. Innoc. in c. de causis. ext. de sent. & re iud. debet tamen pars citari: aliàs non valet sententia Principis, & potest opponi de nullitate, & est text. hic not. cum sua gl. ideo enim pars est citanda, vt possit se defendere, quæ defensio est de iure gentiũ, seu naturali, & ideo non potest auferri, vt in l.3.§. si ad diem. ff. de re militari, & in Cle. pastoralis, de re iud. Hæc Bal. vbi sup. Idem videtur & clarius probari per arg. in l. cùm prolatis. ff. de re iud. vbi hæc habentur, videlicet. [Cùm prolatis constõnibus, contra eas pronunciat iudex: eo, ꝙ non existimat causam (de qua iudicat) per eas iuuari: nõ videtur contra constõnes sñiam dedisse: Ideoque ab hmõi sententia appellandum est, alioquin rei iudicatæ stabitur:]hæc ibi. Dixi probari per arg. in d.l. cùm prolatis, quoniam licèt ad corticẽ verborum inibi non videatur contineri, vel probari veritas præsentis nostræ limitationis: benè tamẽ ex illa elicitur arguendo de minori ad maius negatiua sic arguendo. Si sententia lata contra constitutiones in iudicio prolatas inualida non est, quando illa lata fuisset a iudice credente ipsam non iuuari in fauorem producentis, & si sciuerit ipsam legem generalem, & generaliter ligare: & ei fidem fore adhibendam, & in casu ibi contẽto secundum eam fore iudicandum, quanto minus inualida sententia illa non erit, quæ aduersatur solùm constitutionibus extrauagantibus non registratis, ac insertis corpori iuris communis, vel statutis non registratis in libro proprio Statutorum, vel sententijs Principum non annotatis in libro decretorum Principis? cùm neutri scripturæ eorum regulariter sit adhibenda fides in iudicio: nisi fuissent solemniter in dictis locis registratæ: ex his ergo patuit veritas quoque præsentis limitationis. Probatur idem & secundò Doctorum infrascriptorum auctoritate. Sciendum ergo ꝙ infrascripti Doctores se subscripserunt ad verbum præsenti nostræ limitationi, videlicet Bar. in d.l. 1. ff. de mandatis Principum. num. 1. vbi dixit, ꝙ Principis interlocutio redacta in corpore iuris habet vim legis: non autem si redacta non fuerit in corpore iuris. Idem Bart. rursus docuit in d.l. fi. C. de legibus, dicens, quòd sententia diffinitiua Principis lata sup causa de qua cognouit, & eius declaratio habet vim legis. Idem rursus docuit ipsemet Bar. in d.l. cùm prolatis. Vbi singularib. his verbis astipulatus fuit præsenti nostræ limitationi, videlicet, & sic habes, ꝙ sñia lata contra legẽ non valet, verum esset, quando illa lex esset in corpore iuris inclusa: secus si est extrauagans: quia sñia Principis est extrauagans. Et tene menti istã lect. & facit, ꝙ si sint data statuta iudici, & pronũciat ɫm illa, & est quædam reformatio extra volumen, contra q̃ est lata, sentẽtia non est ipso iure nulla: qa nõ est in volumine Statutorũ posita, hęc Bar.

Barto. vbi fup.qui in prohemio C.num.21.dixit,
quòd aut fumus certi,quòd Princeps per fuã con
ftitutionem voluerit facere legem generalẽ: aut
fumus dubij:fi primo pro tali habebitur: fi fecun
do, & tunc illa reperitur claufa in corpore iuris,
aut non:fi primo erit lex generalis fi tamen tenor
eius hoc patiatur,fed fi non erit claufa in corpo-
re iuris,non ligabit generaliter.Idem docuit rur-
fus ipfemet Bar.in l.2.C. quando prouocare non
80 eft neceffe; dicens, quòd fententia lata † manife-
ftè contra ius,eft nulla: & quando eft lata contra
ius infertum in corpore iuris: quia tunc eft fen-
tentia ipfo iure nulla, fed fi lata fuiffet fententia
contra ius,fed non manifeftè, vel contra ius non
adhuc infertum in corpore iuris, non erit ipfo
iure nulla,fed valida.Idem rurfum repetijt idem
Bar.in l.1.col.1.verf.vlterius quæro.nu.2. C.quan
do prouoc.non eft necef.Idem docuit Bal. in d.l.
fi.cuius fententiam retuli paulò ante. Idem do-
cuit rurfum Bal.in l.2.nu.2.C.quando prouoc.nõ
eft necef.his verbis vtens, videlicet. Ex qua dili-
genter nota, quòd fententia lata contra tenorem
ftatutorum redactorum in volumine, non valet.
Sed fi feraeur contra reformationes extrauagan-
tes,quę non erant notæ pronuncianti,benè valet,
licèt non effet aliàs laturus fi fciuiffet. Idem taci
tè videtur innuere ipfemet Bal.in l.leges, in priu.
C.de legibus.Vbi enumerans fex figna,quibus po
terit cognofci quando lex eft generalis, & ad fui
obferuantiam omnes obliget. Primum quorum
eft, fi mittantur ad venerabilem cętum Senato-
rũ:Secundum eft,fi verbum ædicti eft appofitum:
tertium fi Imperator præcepit illam legem diuul
gari per vniuerfum orbem:quartum,fi dicatur, ꝙ
ad omnes fimiles cafus extendatur:quintum fi di
catur,quòd fit generalis: & fextum, quando eft
fituata in corpore iuris inter generales leges. In-
terlocutoriæ verò,Principum extrauagantes, &
fpeciales conceffiones non faciunt ius generale,
hæc ille.Et notandum,quòd dixi,quòd Bal.videa
tur innuiffe le rurfum fubfcribere præfenti limita-
tioni explicando fex illa figna legis generalis:
quoniam reuera inde elicitur veritas illius, cum
fup.dixerit,quòd fententia lata contra tenorẽ le-
gis,feu ftatuti redacti in volumine,erit nulla,fub
inferendo tacitè, ꝙ hoc procedie, quia tunc erit
contra legem generalem: Idem rurfum ipfemet
Bal.docuit in auten.habita. in fi.C. ne filius pro
patre. Vbi dicit extrauagantẽ regiftratam nõ di
ci amplius extrauagantem, quia eft incorporata
in uolumine:quia diceret apertiffimè,quòd de ta
li extrauaganti iam incorporata iuri communi
fit habenda eadem ratio, quæ de omni alio iure
communi in omnibus, & per omnia,ac per confe
quens in fententia lata,feu ferenda. Idem rurfus
docuit ipfemet Bald. in prohemio decretalium.
Rex pacificus.nu.33.verf.ibi vacabantur:dicens,
quòd liceat de extrauagantibus dubitare, vt in
l.cùm prolatis.ff.de re iudic. quia extrauagantes
in iudicio funt dubiæ,nec faciunt fidem, nifi fint
practicatæ,& approbatæ,vt in dicta l.cum prola-
tis.Vnde fententiæ latæ contra reformationes cõ
munes,quæ non funt in volumine,non funt nullæ
ipfo iure: nifi illæ reformationes per populum,
vel eius Cancellarium effent præfentatę Rectori
ciuitatis,hæc ille.qui idipfum repetijt in c.1.nu.
6.verf.quæro nunquid fententia.ext. de fent. & re
iud.Idem docuit Alex.in d.l.cum prolatis.nu.15.
verf.item nota fecundum aliam lecturam: dicẽs,
ꝙ fecũdum omnes Doctores.in d.l.cum prolatis.
fententia lata contra legem extrauagantem, vel
contra aliquam reformationem non regiftratam
in volumine Statutorum,vel contra fñiam Princi-
pis non regiftratam in corpore iuris, non erit ip
fo iure nulla, fecus fi fuiffent hmõi regiftrata in
corpore iuris,feu in libris ordinatis ad illa regi-
ftranda: quia tunc fententia effet ipfo iure nulla,
cum talia habeant vim legis generalis. & idem
repetijt ibidem.nu.19.in verf. ex hac gl.in 2.lect.
Idem rurfus ipfemet Alex. docuit in conf.fuo 82.
vol.2.incip. ponderatis his, de quibus tali pacto
eft limitanda conclufio eiufdem Alex. in l. fæpe.
nu.73.verf.item fallit in fententia.ff.de re iud.vbi
dixit, ꝙ fententia lata a Principe faciat ius gene-
rale quoad omnes,cùm vim legis habeat, vt in l.
fi.C.de legibus,& in c.in caufis.ext. de fent. & re
iud. Nam ipfe loquitur,fupponendo quod alibi
dixerat expreffe,vt fup.retuli, quando fuiffet in-
ferta corpori iuris communis,vel decretorum ip
fius Principis,aliàs fibi effet contrarius,qđ nõ ef-
fet credendum de tanto viro doctiffimo. Idẽ latif
fimè docuit Iafon in d. l.cum prolatis. nu.5. & 6.
per totum,qui addit hanc effe conclufionem Do
ctorum.Idem docuit Ang.in d.l.2.C.quando pro
uocare non eft neceffe.Idem docuit Socinus in re
gula 354.fall.2.Idem docuit Imo. & Romanus in
d.l.cũ prolatis.quos citanir, & fequutus fuit Fel.
in c.paftoralis.nu.4. verf. vltimò per illum text.&
rurfus idem Romanus in confi. fuo 260.Idem do
cuerunt ex canoniftis Innocenrius in d.c.paftora
lis,dicens dictum textum dicentem, quòd teneat
fententia contra extrauagantem,loqui de fenten
tia lata contra decretalem, quæ non eft pofita in
corpore decretalium,etfi aduocati in iudicio cã
pro decretali produxiffent:vel fecundo loquatur
de illis decretalibus, quæ licèt olim erant pofitæ
in corpore decretalium, quando nullum corpus
erat auctenticum præter compilationem Innocẽ
tij Tertij. Vel loquatur quãdo bulla dependet in
litera,quæ ideo ftatim pro iure non eft habenda,
vt in l.2.C.de legib. Idẽ docuit Panormitanus in
d.c.paftoralis.nu.1.verf.& hæc faciũt ad quæftio-
nem notabilem.Idipfum rurfus repetijt in c.1.nu.
12.verf.& per hæc idem dicendum,& in num.16.
verf.fed quæro,quid fi fententia fit lata contra fta
tutum, ext. de fent.& re iud.Qui rurfus idipfum
luculentius docuit in d. c. in caufis.nu.4.verfi.&
circa hanc materiã ponit hic Io.And.ext.de fent.
& re iud.Idem docuit Fel.in d.c.1.nu.2.verf.am-
plia fecũdò.& rurfus ibid.nu.12.verf. limita quar
tò,& rurfum latius idipfum docuit ipfe Fel. in c.
in caufis.verf.regulariter fñia,nu.3.ext.de fent.&
re iud.Idem docuit ipfemet Fel.in d.c.paftoralis.
nu.4.verf.vltimò per illum text.ext.de fid.inftr.af
ferens hanc effe cõem opinionem. Idem docuie
Imo.in d.c.paftoralis.poft Bar. in d.l.cũ prolatis.
qui Imo.idem repetijt in d.c.1.Idem docuit Do-
minicus a S.Gem.in prohemio Sexti.§.fanè.no.3.
qui rurfus in c.1.col.3.quærit hic Imo.de conft.in
6.inter alia dixit,ꝙ Imo. ibid.docuerit,ꝙ d.tex.
in d.c.1. vbi Bonifacius Octauus declarauit Sum
mum Pontificem (ac per confequens quilibet
Princeps) pofteriorem condendo conftitutio-
nem dignofcatur eo ipfo reuocaffe priorem;
fe extendat ad extrauagantem,dummodo de ip-
fa conftet,vt in d.c.1.& in c. fi Romanorum.dift.

19. ſi verò de ea dubium eſſet ſtandum foret, potius eſſet conſtitutio in corpore iuris clauſa, vt in c.paſtoralis.extra de fide inſtr.cuius Imo.ſententiam ipſe Geminianus, vbi ſupra ſequutus fuit. Idem docuit Cardinalis in d.c.paſtoralis,qui id ipſum confirmauit in conſi.63.incip.[omnis a me charitatis,in fine(prout refert Fel.in d.c.1.nu.12. verſ.limita quartò)dicens,quòd extrauagans debet in iudicio allegari,& probari, ſicut & ſtatuta quæ allegantur in alio foro : aliàs ſententia contra ipſam lata tenet, & loquitur de vna extrauagante Benedicti Duodecimi perſecte quę dat formam alienationi rerum monachorum nigrorum. Qui Cardinalis in conſil. ſuo 56. incip. in facto
81 pro veritate,dicit,quòd ſententia † excommunicationis Epiſcopi fundata ſuper conſtitutione Synodali antiqua,& incognita dicitur habere in ſe expreſſum errorem, tanquam habens fundamētum manifeſtè intollerabile,iux. cap. per tuas.de ſent.excommunicationis,hæc Cardinalis. Idem docuit Ant.de But.in d.c.paſtoralis.& in d.c.1.& in d.c.per tuas.col. 8. & in c. cum ab excommunicato,extra de reſcr.& in c.ſæpe. colu.2.ext.de appel.& rurſus in prohemio decret.§.ſanè,& ibidem Imo. Idem docuit Caſſiadorus in deciſ. 12. nu.11.verſi.vel ſecundò,quòd ſit:Idem Ludo.Gomes in prohemio regularum Cancellariæ.q.2.nu. 15.verſi. & idem extrauagantibus, cuius ſententia ſe extendit ad valorem ſententiarum Principum:cum ipſe ibidem in nu.11.verſi. non obſtāt. vbi æquiparauit regulas Cancellariæ ſententijs Principum : dicens quòd & ſi princeps vniuerſalem habens iuriſdictionem in certa cauſa ferarur ſententiam: tamen eius ſententia faciet ius vniuerſale,cum habeat vim legis vniuerſalis:hæc ergo ipſius ſententia interpretāda erit in terminis præſentis limitationis, ſ. ſi tuliſſet illam præuia cauſæ cognitione, præſentib.partib.cùm ipſemet ibid.ad hoc probandum citet dictum textum in l.fi.C.de legibus. ex qua hoc apertiſſimè elicitur, & idem dicimus de eo, quod ipſemet Gomeſius docuit ibidem in prohem.regul.Cancel.q.5.verſ. hinc,nu.6. dicens,quòd etſi ſententia Principis faciat ius generale:tamen valet ſententia contra illud ius, quia pōt probabiliter ignorari, & ideo cēſetur quoad hoc particulare ius, vt docuit Cardinalis in c.paſtoralis.ext.de fide inſtr.Idem nouiſſimus omnium docuit Ant.Gabr.in tract.cōrl. lib.2.tit.de ſententijs.concl.7. nu.15.verſi.limita primò.Idem docuit Sebaſtianus Vantius in trac. nullitatum.titu.ex defectu proceſſus. ſiue ordine iudiciarij.nu.124.verſi.præmiſſa etiam intellige.

Probatur & tertiò præſens limitatio hac ratione.Cùm enim iudex teneatur ſecundum allegata,& probata iudicare,& ſecundum legum deciſiones. At leges ſeu ſententiæ Principis non habent vim iuris, niſi incorporatæ fuerint in corpore iuris,inde conſequens erit, quòd ſententiæ latæ contra talia incorporata ſint nullæ:ſolum non autem contra iura non incorporata.

Limita primò ſingulariter quæ dicta ſunt in dicta limitatione quarta,dicendo illa non procede
82 re quando extrauagans etiam † non regiſtrata haberet decretum irritans quicquid contra eam attentatum fuerit:nam tunc lara ſententia cōtra tenorem ipſius extrauagantis non incorporatæ corporis communis iuris,erit de iure nulla, etiā ſi per ignorātiam ipſius iudex illam tuliſſet,aliàs nō laturus ſi ſciuiſſet, vt puta,quia in iudicio non fuerat præſentata,& in tantum hoc eſt verùm, quòd iudex infringere tenebitur dictam ſentiam, etiā ſi ſententia huiuſmodi tranſijſſet in rem iudicatam.Hæc limitatio probatur triplici medio:Primò enim per arg.in c.ſi eo tempore.de elect.in 6. Vbi Bonifacius Octauus infraſcriptis vſus fuit verbis,videlicet.[Si eo tempore, quo prouiſionē alicuius Eccleſiæ Cathedralis , ex quauis cauſa diſpoſitioni,ſeu ordinationi Sedis Apoſtolicæ reſeruamus,inhibentes nè ad electionem,vel prouiſionem faciendam in ea quomodolibet procedatur,& decernentes ſi ſecus ſuper hoc a quoq̄ ſciēter,vel ignoranter attentatum extiterit: irritum, & inanc : iam ad electionem forſitan ſit proceſſum in ipſa. Præſenti cōſtitutione ſancimus,quòd licèt reſeruatio,inhibitio,& decretum huiuſmodi non afficiant electionē,vel alia, quæ procedūt : afficiunt tamen, vt effectu careāt ea,quæ poſtmodum ſubſequuntur,]hæc in dicto Canone. Et notandum,quòd non ſine cauſa diximus præſentem limitationem probari per arg. in d.Canone,quoniam & ſi ibi habeatur ſolùm mentio de decreto irritante inſerto in reſcripto,ac extrauag.conſtitutione particulari,tamē ratio,qua mouetur ibi conditor illius Canonis eſt generalis militans nō ſolùm in ſpeciali, verum etiam in generali conſtitutione,ſ.quia voluntas Principis feratur in irritandum effectum productum ex actu per conſtitutionem tali decreto firmatam,facto: quæ ratio vtique reperitur in omni extrauagāti tale decretum habente.Idē probatur per tex.in c.1.verſ. adijciebatur inſuper. ext.de conceſ.præb. & in c. quondam.verſ.prima.n.collatio.de præb.in 6. & in c.dudum.verſ. & quòd decretum noſtrum. de præb. Idem probatur & ſecundò doctorum auct. Nam gl.in d.c.ſi eo tempore.in verſi.ignoranter:idem voluit.Idem quoq; docuit Gl.in Cle.1.ver. attentari.de conceſ.præb. idem glo. in c.ſi ſoli.in verſ.contra ipſam.de cōceſ.præb.in 6. idem gl. in c.tibi.§.quinimò.in verſ.decretum. ext. de reſcr. idem docuit Arch.in c.1.col.1.verſi. ſed ſecundū Canones.diſt.19.& in c.ſi Apoſtolicæ.verſi.prior ſent.de præb.in 6.Idem docuit Dominicus à ſancto Gem.in c.ſi eo tempore.in not.2.de elec.in 6. & in d.c.ſi Apoſtolicæ.col.2.verſi. ſed Arch.& rurſum in c.ſtatutum.col.fi.verſi.quærit vlt. de præb. in ſexto,& in d.c.quondam.circa fi.verſ.gl.ſuper. verſ.ignoranti,& iterum in c.tibi,qui. in pen.no. de reſcr.in ſexto.Idem docuit Cardinalis in Cle. 1.not.de conceſ.præb.& in Cle.1.in q.18.de elec. & rurſum in ſuo conſi.33.Idem docuit Barbat. in d.Cle.1.nu.25.de elec. Idem docuit Pet.de Anch. in d.c.tibi,qui.col.fi.verſi. item not.Idem docuit Imo.in c.cognoſcentes.col.2.verſ.& pro iſta parte.ext.de conſtit.& in Cle.1.col.pen.verſ.quid de electio.Abbas in cap.cæterum.col.fi.ver.ego aliter ſoleo dicere.ext.de reſcr. & ī c. audiamus.nu. 12.ext.de reſtit.ſpoliat.idem docuit Præpoſitus, ſeu Cardinalis Alexandrinus.in c.ſuper eo.in vlt. not.ext.de appel.& in c.quia, in fi.principij.7.q. 1.Idem docuit Io.Monachus.in c.tibi,qui. nu.2. & ibi prob.nu.1.de reſcr.in 6.Idem docuit Philippus Franchus in c.ſtatutum.col.fi.ver.nec obſtat. de præb.in 6.& in c.dudum.no.8.& in c.quoddā. not.1.de præb.in 6.& in c.ſi Apoſtolicę.col.1.ver. an autem decretum.eo.ti.& in c.ad noſtrā.col.3. verſ.nā aliqū ſit reuocatio.ext.de app. idē docuit

Fel.in

Fel.inc.cognoscentes. col.5. vers. quartò limita. extr.de constit.& in c.cæterum.col.14.vers.ad idē quod notat. ext.de rescript. Idem docuit Decius in d.c.cæterum.versi.secundò principaliter. extra de rescript. Idem docuit Oldr. in consil.suo 319. in princ. Idem docuit Ant.de But.in consil.suo 41. versic.nunc respondeo ad primum dubium.Idem docuit Cassad.decis.3. nu.1. de Decret. tesseru.& decis.12.num.5. Idem de Reg.Cancell.Glo.Prag. sanct.fol.76.aliàs in titul.de appellat.§.statuit.super vers.censeatur. Idem docuit Gomes.in tract. mand.de prouid.nu.135.& sequent. Idem docuit Staphil.de literis grat. & iust. fol.41. vers.hoc tamen intelligo. Idem docuit Bertran.in consil.142. nu.4.vol.2.in antiquis.

Et ex Legistis idem docuit Roman. in consil. suo 350.col.3.vers.quo ad tertium. Idem docuit Alex. in consil.suo 97. col.1. vers.nec obstat dicta clausula.vol.5. Idem docuit Socinus in consil.suo 112.col.1.versi.confirmari potest.vol.3.Idem docuit Paul.de Castro in consi.suo 149.nu.10.vol.1. Idem docuit Rebuff. in l.quod iussit.not.2.nu.93. ff. de re iudic.

Ampliа septimò regulam traditam in conclusione vnica quæst. secundæ, in sententia censurarū
83 Ecclesiasticarum † expressè, vel quacunque alia: quia si contineat manifestum errorem tam iuris humani,quàm Diuini,suspendentis iurisdictionē Iudicis,vtputa, propter appellationem præcedentem ipsi fulminationi cēsurarum, vel alia de causa, ipso iure erit nulla, vtputa aliquid præcipiendo fieri sub pœna excommunicationis,vel interdicti,vel suspensionis ipso facto incurrendæ,quod à iure Diuino est prohibitum: Et aduertendum, quòd appellatione censurarum Ecclesiasticarum
84 † venit non solùm excommunicatio,verumetiam interdictum, & suspensio,vt in c.quærenti. ext.de verbor.signific. Hæc ampliatio probatur triplici medio. Primò enim per argum. in c.per tuas.§. nos igitur credimus. ext. de sent.excommun. vbi Innocentius Tertius infrascriptis vtens verbis,docuit veram esse præsentem ampliationem, videlicet: [Nos igitur credimus distinguendum: vtrum
85 quis proponat † se post appellationem legitimā interpositam excommunicationem fuisse notatā, vel in forma excommunicationis intolerabilem errorem fuisse patenter expressum, in quibus casibus ad probationem eorum: etiam si absolutionem non petat,debet admitti: sed donec de ipsis constiterit, in alijs euitari debet, quanquam Apostolica Sedes, etiam tales consueuerit absoluere ad cautelam.] hæc ibi. Idem probatur per argumentum in c.venerabilibus, §.pen. & vlt. de sent. excommunic. in sexto. vbi Innocentius Quartus infrascriptis verbis vsus fuit, videlicet: [Pōt quoque Archiepiscopus beneficiū absolutionis, iuxta formam Ecclesię nonnunquam impēdere ad cautelam, vtpotè si asseritur in excommunicationis sententia intolerabilē errorem fuisse patenter expressum, idest aliquid sub vi præcepti, vel mandati apertè in ea continere, quod communiter, vel in suo genere est peccatum, veluti, si dicat fortè aliquis se a Suffraganeo fuisse excommunicatum pro eo,quòd eleemosynam pauperi tribuebat,vel operabatur aliquod bonum opus, aut quia non operabatur id,quod suo actu illicitum est,& prauum; & Suffraganeus ipse asserat,ꝙ pro digna,& rationabili causa, vel pro conseruanda, vel exequenda iustitia hoc illi prohibuisset,vel etiam iniunxisset: nam tunc Archiepiscopus ad cautelam absoluere potest eum. Similiter si aliquis proponat se ante diffinitiuam sententiam in iudicio,vel extra post appellationē ex causa legitima interpositam, vinculo excommunicationis astrictum: Potest Archiepiscopus postquam sibi de hoc constiterit, (etiā priusquam incipiat de veritate causæ appellationis cognoscere) absolutionis illi beneficium ad cautelam, iuxta formam Ecclesię impertiri.] hæc ibi. Idem probatūr per argum.in c. cùm cōtingat,§.ad quod taliter.ext.de offic.delegati. vbi hæc habentur ab Innocentio Tertio statuta,videlicet: [Ad quod taliter respondemus, ꝙ cum quis conqueritur se post appellationē ad nos legitimè interpositam excommunicatione fuisse innodatum, semper vtriusque partis probationes sunt admittendæ,antequam ad decernendum super hoc aliquid procedatur,per quas denique apparebit an absolutione indigeat conquærens, vel denunciandus sit potius non ligatus. In eo verò
86 casu † cùm excommunicatum quis se asserat iniustè, vix vel nunquā est eius (antequā absolutus fuerit) probatio admittenda,nisi tunc tantùm cū asserit in excommunicationis sententia intolerabilem errorem fuisse patēter expressum, ad quod probandum admittitur, antequam absolutionis gratiam consequatur.] Idem probatur per arg. in c.solet.de sent.excommun.in sexto. hæc ibi. Dixi probari præsentem ampliationem per arg. in dictis iuribus,& non per dicta iura, quoniam etsi ad verbum dicta nostra ampliatio nō contineatur in dictis iuribus,bene secundum sententiam,& mentem Legislatorum, quemadmodum quamfacillimè probabimus ponderando nonnulla verba contenta in vnoquoque ipsorum Canonum. Nam id proculdubio denotant verba illa inserta in d. c. tuas,videlicet: [In quibus casibus, ad probationē eorum (etiam si absolutionem non petat) debet admitti.] scilicet vt omnes infrascripti Doctores (cateruatim & vnica voce docuerunt) dicentes, quòd in illis casibus duobus,(primus quorum est, quando sententia excommunicationis continebat intolerabilem errorem, vel fuisset fulminata post rationabilem appellationem) dicta sententia excommunicationis, non solùm dicenda erit iniusta, sed denuncianda nulla, quod & innuit ibi textus, dicens. [In quibus casibus,ad probationē eorum (etiam si absolutionem non petat) debet admitti.] quasi dixisset Summus Pontifex ibi,licèt regulariter excommunicatus non sit audiendus in iudicio, antequàm absoluatur, (saltem ad cautelam) ab excommunicatione ne peccet ipse alloquendo alios, & alij ipsum audientes: (cùm talium participatio sit inhibita sub excommunicationis minoris pœna ipso iure incurrenda) tamen quia in his duobus casibus sententia de iure est nulla, ideo non erit necessarium ipsum taliter excommunicatum prius absoluere, & postea ad probandam dictam querimoniam admittere. Ex his ergo patuit,quòd ex dicto Canone patentissimè eliciatur præsens nostra ampliatio. Dixi etiā probari præsentem ampliationem per arg. in d.c. venerabilibus. §.pen.& vlt. Nam ibi dicitur,ꝙ in his duobus casibus quis [poterit ad cautelam absolui.] & non dicitur,teneбitur,vt ostenderet tex. hoc esse de consilio, & non de necessitate, propter reuerentiam auctoritatis Ecclesiasticæ, quod manifestius

nifestius docuit ibi textus subdens. [etiam priusquam incipiat de veritate causæ appellationis cognoscere.] quasi diceret antequàm fuerit probata causa nullitatis sententiæ, poterit ad cautelam quis absolui, quoniam posset cõtingere, quòd excommunicati prætendãt falsè, & calumniosè excommunicationem fuisse fulminatam in altera ex his modis, vel causis, vt apertius docuit tex. in d. c. cùm contingat, §. ad quod taliter paulò ante relatus. vbi luce meridiana clarius elucet veritas præsentis nostræ interpretationis, & insimul ipsiusmet ampliationis. Probatur & secundò præsens ampliatio Doctorum infrascriptorum auctoritate, qui explicitè, & ad verbum se subscripserunt ipsi ampliationi, & sunt, videlicet Glo. in d. c. per tuas. in versic. intolerabilem errorem. Glos. in d. c. venerabilibus. §. fin. in vers. postquam. Innoc. in c. solet. nu. 2. & 3. de sent. excom. in sexto. Ioan. And. in c. solet. col. 7. vers. ad quintum. de sent. excommunic. in sexto. Ant. de Butr. in c. ab excommunicato. col. 3. in fine. vers. primo casu sententia est nulla. qui rursus apertiùs in d. c. cum contingat. in princ. & alijs in locis ibidem. extra de offi. delegati. Nam ipse Anton. ex d. c. cum contingat. eligit nonnullas regulas memoriæ commendandas. Prima quarum est, quòd vbi excommunicatus cõqueritur de nullitate excommunicationis, vt quia in ea est intolerabilis error, vel est lata post appellationem: semper per prius est recognoscendum antequàm absoluatur. Ratio, quia non fatetur se ligatum; & sic non constat an indigeat absolutione. Secunda regula, vbi excommunicatus conqueritur de iniusta excommunicatione semper est absoluẽdus antequàm de causa cognoscatur; quia sententia est dubia. subinsert quoque ipse Antonius infrascripta notabilia, dicens. Nota duos casus, in quibus sentẽtia excommunicationis est nulla. Primus quando est lata post, & contra legitimam appellationem. Secundus, quando est lata cum intolerabili iure expresso in sententia. concordat. c. solet. de sent. excom. in sexto. & c. per tuas. ext. de sent. excom. Nota, quòd id dici-
87 tur † illegitimè factum, quod est nullum, id vocatur iniustè factum, quod est factum contra ius partis, & sic aliquid, licèt iniustũ, & id dicitur largè iniustè factum quod est nullum, tamen libellãs super nullitate, debet in libello super iniustitia adijcere causam talem, ex qua concludatur nullitas: aliàs super libello proceditur tanquàm super actu valido, licèt iniusto. Vnde ipsemet Antonius ibidem col. 4. in vers. ad hoc duo probanda dat tale consilium vtile rectè libellare volentibus, vt concludat libellum querelæ contra excommunicantẽ post appellationem, vel aliàs iniustè, vel nulliter, ne postea nõ valens probare, nisi iniustitiam sententiæ amittat oleum, & impẽsas (vt dici assolet) alternatiuè, & non copulatiuè, sic dicendo. Peto sententiam excommunicationis nullam pronunciari, etsi forsan inueniatur aliqua, peto ipsam iniustam pronunciari, protestando insuper, ꝙ per alterũ ex his de facto certificatus in processu intendo pro me dari sententiam: & hanc protestationem faciet in scriptis Iudici præsentari, & in actis redigi ante promulgationem sententiæ. & hæc cautela est secundum Innocentium, & Antonium, & mihi summoperè placet, etsi illam Host. non acceptet tanquàm non vtendã (vt verbis Antonij, vbi supra vtar) in foro Canonico, cum illa sit secundum subtilitatem legalem: Tamen quia hodie in vtroque foro non desunt captiones, & fallentiæ, mihi placet dicta cautela, & nunquam me astringerem ad exprimendam aliquam causam specialem nullitatis, vel iniustitiæ, sed vterer dicta forma verborum: quoniam vt docuerunt omnes ferè Doctores in d. c. cùm contingat, si aliquã nullitatis causam specialiter nominatam quis nõ posset probare. Iudex non iudicabit sententiam nullam, etsi talis ex processus examine apparebit alia de causa non nominata. & similiter si non reperiet sententiam nullam, sed iniustam, non pro-
88 nunciabit iniustam, cùm iudicare teneatur † iuxta tenorem libelli, & non extra ipsum, vt docet textus (inter alios) in Clem. sæpe contingit. §. verum quia. de verbor. signific. multa alia docent ipsi Doctores in dicto cap. cum contingat. notatu dignissima à Procuratoribus, & Iudicibus, circa eandem materiam, videantur ibi. Nam hic Breuitati studens illa silentio præterire studui. Idem docuit D. Antonius rursum, & elegantius, ac apertiùs in d. c. per tuas. col. 2. in versic. ex verbo. Nos igitur infrascriptis verbis vtens, videlicet: Nota primò duas regulas. Prima, quòd vbi excommunicatus conqueritur de nullitate sententiæ coram Superiore per viam appellationis etiam non petita absolutione auditur. Secunda regula, ꝙ vbi conqueritur de iniustitia non auditur, etiam appellationem prosequens, nisi ante omnia absoluatur. Circa primam regulam nota primò, quòd
89 nullitas † sententiæ arguitur duobus modis, vel quia lata post appellationem, & sic supponitur defectus iurisdictionis pronunciantis, vel quia lata in se manifestum comprehendit errorem, & peccat ex forma: quia peccatum formæ, & causæ efficientis reddit actum nullum, vt in c. 1. de sent. & re iudic. Secundò nota circa ipsam met primam regulam, quòd licèt non necessitatur ad petendã absolutionem, absolui tamen potest ad cautelam: & dicitur absolutio ad cautelam, (vt ipse D. Antonius ex professo ait ibidem, sed col. 4. in fine. in vers. quæro, quo respectu dicatur solui ad cautelam.) dicitur ad cautelã: quia non petitur ex necessitate: sed cautum est, quòd sic petatur propter dubium nullitatis sententiæ, & cautum est ipsi, ꝙ non peccat communicando, & illis etiam, quibus communicatur. Per hoc dico, ꝙ petens hanc absolutionem, cùm ad cautelam petat, & ex superabundanti; non videtur per hoc petendo absolui,
90 se fateri ligatum. † Dic tamen sanum consilium Innocentij, quòd protestetur, quòd per absolutionem sibi non fiat præiudicium in aliquo, puta, ꝙ si interim celebrauerit non sit irregularis, quo casu prodest protestatio: quia sit ex legitima causa, vt in c. cum M. ext. de constitu. dicit tamen Innocentius, & sic intelligo eum (inquit Antonius vbi supra,) quòd talis absolutio ad cautelam siue cũ protestatione, siue sine protestatione quo ad effectus præteritos, quia si celebrauerit existente excommunicatione aliqua sit irregularis. Item dicit non admitti petentem, vt petens absolui ad cautelam, fateatur se ligatum: quia ad confitendum id non debet compelli: etiam si aliquo agente opponatur excommunicato, & ipse dicat nullam, & ad cautelam petat se absolui, siue coram Ordinario, siue coram Delegato: quia per hoc nihil deperit aduersario, & per hoc non contemnitur sententia: imò incipit habere effectũ; ex quo

iam

iam paret ſententiæ petendo ſe abſolui. hæc om-
nia Antonins vbi ſupra, quæ ſunt memoriæ com-
mendanda pro maiori intelligentia veritatis præ-
ſentis ſeptimæ ampliationis. Idem docuit Panor.
in d.c.cùm contingat. ferè per totum,ſed quoniã
quamplurima notatu digniſſima de materia præ-
ſentis ampliationis, docuit ibidẽ, idcircò ea hic
inſerere ad verbum operæpretium duxi. Sciendũ
igitur,ꝙ ipſe Panor.ibi.notab.1.has duas regulas
tradit,dicens. Prima eſt,quòd conquerens de in-
iuſta excõmunicatione debet ante omnia abſol-
ui, iuxta formã Eccleſiæ, ſcilicet præſtita cautio-
ne,quòd parebit mandatis Eccleſiæ,vt in c.ex par
te.el primo,extra de verbor.ſignific.& in c.ex te-
nore.ext.de ſent.excom.& ſecundum formã,quæ
habetur in c. à nobis. el ſecundo. in fine, & in c.
cùm deſideres.ext.de ſent.excom. Hanc regulam
limita, (inquit Panor. ibidem) niſi excommuni-
cator,vel is,ad cuius petitionem excommunica-
tio lata fuit,vellet probare excommunicationem
fuiſſe latam propter offenſam notoriam: Nam tũc
non debet abſolui,niſi priùs ſatisfaciat, dummo-
do probetur excommunicatio,vt probatur in c.ſo
let.de ſent. excom. in ſexto. & in d.c.ex parte. el
primo.Idem dic,vbi excommunicatio dicitur la-
ta propter notoriam contumaciam, vt in d.c. ve-
nerabilibus,§.ſecus. Secunda regula eſt,quòd vbi
91 quis conqueritur † de excommunicatione nulla,
antequàm pronuncietur nulla,debent recipi pro-
bationes vtriuſque partis ſuper nullitate, & vali-
ditate,& quanquam iſte tex. ponat duo exempla
nullitatis. Primum,cùm proponitur lata poſt ap-
pellationem legitimam.Secundum,cùm error in-
tolerabilis allegatur expreſſus in ſententia : qui-
bus caſibus indubiè excommunicatio eſt nulla, vt
in c.per tuas.de ſent.excom. Idem tamen dicen-
dum in alijs caſibus, in quibus excommunicatio
allegaretur nulla,eadem ratione. Ratio vtriuſque
regulæ eſt. Nam in primo caſu nõ admittitur per
priùs probatio, cùm in omnem euentum abſolu-
tio ſit impetranda ; ex quo præſupponitur vincu-
lum,& fruſtra expectatur euentus,cuius nullus eſt
effectus. Ratio ſecundi caſus, quia probata nulli-
92 tate † non indiget abſolutione,ſecus probata va-
liditate. Et ideo vt conſtet , an indigeat abſolu-
tione, debet admitti probatio ante omnia, & li-
mita hoc dictum vltimum, niſi proponens nulli-
tatem,petat ſe abſolui ad cautelam,præſtita cau-
tione : nam tunc facienda eſt abſolutio ante om-
nem probationem,vt dicitur in d.c.ſolet. in fine.
& in d.c.venerabilibus.prope finem.Idem Panor.
ibid.nu.4.dicit. Item nota, quòd excommunica-
tio nulla non indiget abſolutione. ſecus ſi eſt iniu
ſta,& in nu.5.dicit ibidem Panormitanus. Nota,
(& tene menti) quòd excommunicatio nulla po-
teſt dici iniuſta, ita quòd nullitas comprehendat
in ſe iniuſtitiam,& colligitur ex textu hoc modo:
Nam primò fecit mentionem, quando quis aſſe-
rit ſe iniuſtè excommunicatum,& ſub iſto mem-
bro proſequitur,quando probatur error intolera-
bilis in ſnĩa expreſſus, vt in verſ.niſi. Nam exce-
93 ptio † eſt de contẽtis ſub regula, vt not.per glo.ſu
per rub.de ſent.& re iudic.lib.6.ex hoc ſingulari-
ter infertur, quòd ſi propono excommunicationẽ
iniuſtè latam, & eam poſtmodum probo nullam,
debeo obtinere,quod eſt ſemper menti tenendũ.
Ex quo etiam infertur, ꝙ ſi appello à ſententia
tanquam iniuſta, poſtmodum probo nullam, de-
bet Iudex appellationis ſuper nullitate pronun-
ciare: quia ſi iniuſtitia ſuſpendit id,quod eſt va-
lidum, & deuoluit ad Superiorem. fortiùs quod
eſt nullum, & eſt bonus textus in l. Carmelia pia.
ff.de iure patron.& ibi per Bar. in l.quædam mu-
lier. ff.famil.hercisc. & in l.ſi expreſſim. ff. de ap-
pellat.quæ iura probat,quòd à ſententia nulla ap-
pellari poteſt. Idem Panorm.ibidem in verſ.nota
ibi. [Patenter] dicit, quòd ad hoc vt excommu-
nicatio ſit nulla propter errorem,debet error eſſe
expreſſus in ſententia. hæc omnia Panormitanus
vbi ſupra, qui idem docuit multis alijs in locis ci
tatis in probationem cõcluſionis tertiæ. vide ibi:
quia generaliter loquitur,quòd nulla ſit ſententia
continens expreſſum iuris errorem. Idem rurſus
docuit Panorm.in d.c.per tuas.not.2.dicens. No-
ta duas regulas, ad quas quotidie allegatur iſte
94 textus. Prima regula, quòd dicens † excommu-
nicationem eſſe nullam auditur, licèt non petat
abſolutionem purè,vel ad cautelam. Secunda re-
gula,quòd dicens excommunicationem iniuſtam
non auditur volens probare eius iniuſtitiam, niſi
ante omnia petat abſolutionem, quando propo-
nitur,& probatur nulla, tunc nõ eſt neceſſaria ab-
ſolutio, & rurſus idem Panorm.ibid.nu.11.dixit,
ꝙ aut ſnĩa excommunicationis continet in ſe pec
catum manifeſtum,vtputa, quia excommunicat,
quia non facit furtum,vel quia facit eleemoſynã,
vel quid ſimile:& excommunicatio eſt nulla.tex.
eſt hodie clarus in c. venerabilibus. §. vltimo, li-
bro 6.Aut excommunicatio continet in ſe alium
errorem, & tunc aut contra ius, aut contra id,de
quo agitur,& non tenet,vt in c.ei, qui appellat.§.
item ſi ſententia, 2.q.6. Aut contra ius ; ſed non
contra id,de quo agitur, & tenent quidam,quòd
hoc caſu valet ſententia : ſed fortè poſſet dici hic
oppoſitum , ex quo fundauit ſe ſuper cauſa falſa.
ad hoc c.per tuas. extra qui filij ſint legitimi. Aut
continet errorem iuris, & facti, & tunc aut iniu-
ſtitia eſt notoria,quia cauſa eſt impoſſibilis,vtpu
ta,excommunicatur infans, quia ſtuprauit virgi-
95 nem: & tunc ſententia eſt nulla, † vt not.in c.Ro-
mana.§.Vniuerſitatem. de ſent.excom. lib.6. Aut
cauſa non eſt impoſſibilis, ſed notoriè iniuſta,&
tunc aut error eſt expreſſus in ſententia, & puta-
rem ſententiam nullam, pro hoc.l.1. ff. quæ ſent.
ſine appellat.re. & quod notat Innocentius in c.
cùm Bertoldus.extra de ſent.& re iudic. Aut non
eſt expreſſus error in ſententia,ſed aliunde extrin
ſecus conſtat de iniuſtitia: vtputa,fuit excommu-
nicatus Titius,quia ſpoliauit Sempronium,& no-
toriè conſtat, quòd iſte non ſpoliauit, ſed alius.
Sed concluderem,quòd ſententia excommunica-
tionis teneat ; & hoc vt magis timeatur. Pro hoc
text. hic requirens errorem patenter expreſſum :
ſed aliàs ſententia iudicabitur nulla. Pro hoc tex.
iuncta Gloſ.in Clem.paſtoralis.de ſent.& re iudi.
in verſic. non habeat. tenet Innocentius in c. fra-
ternitatis. ext.de frigidis, & maleſic. hæc omnia
Panormit.vbi ſupra. cuius verba ſunt ſummoperè
memoriæ commendanda tum pro veritate præ-
ſentis ampliationis cognoſcendæ,cùm etiam pro
decidendis quotidianis quæſtionibus occurten-
tibus circa materiam præſentis ampliationis. Idẽ
docuit Henricus Boich in d.c.per tuas. colum.2.
in verſ.& quod dicitur hic in §. nos igitur. dixit,
quòd id, quod dicitur in d.§.nos igitur, quòd in
duobus caſibus, ſcilicet cùm dicitur ſententiam
excom-

excommunicationis latam post appellationem, & cum dicitur continere errorem intolerabilem, quòd primò admittuntur probationes vtriusque partis, & vt appareat an absolui debeat, an denunciari non ligatus, vt hic, & in c. cùm contingat. extra de offic. delegati. Idem videtur secundum Hostiens. hic in omnibus alijs casibus, quibus probatis apparet nullam esse: sed tu dic cum Vincentio, quòd illa litera, quæ loquitur de excommunicato audiendo in istis duobus casibus, debet intelligi dictum esse gratia exempli. Idem enim est in omnibus casibus, vbi potest sententia annullari, puta si Iudex erat excõmunicatus, vel depositus, & huiusmodi. hæc ille. cui consonat Innocentij in c. Apostolicę. extra de exceptionibus. dicentis,
96 ꝙ quantumcunque quis petat absolui † ad cautelam à sententia (quam dicit nullam) siue confitetur eum, qui tulit eam, suum aliàs esse Iudicẽ; sed ex aliqua causa dicit non tenere, siue dicat cũ in nullo casu suum Iudicem esse: immo etsi dicat sententiam contra se latam: sed tamen vult absolui ad cautelã, vt alij securè ei communicent, semper est sibi danda, vt in c. graue. de offic. ordin. nisi opponatur, quòd manifesta est offensa, vt in c. solet. de sent. excom. in sexto. hæc ibi Innocentius, qui ibidem tradit, quibus de causis assolet impendi absolutio ab excommunicatione ad cautelam, his verbis vtens in versic. & nota, quòd absolutio, videlicet: Et nota, ꝙ absolutio quandoque fit ad cautelam eius, qui dicitur excommunicatus, vtputa, si ipse dubitabat, an sentẽtia teneat, sed tamen probabilius credit contrarium: nam huic non est dicendum, dimitte ius tuum, & fac te absolui. argum. in l. illud. ff. de pet. hære. imò ex quo nec per sententiam, nec per confessionem, nec per rei euidentiam constat, cùm nõ sit manifesta offensa, absoluendus est sine satisfactione ad cautelam, & postea ius suum prosequatur. arg. in c. sacro, §. 1. & 2. extra de sent. excom. Item quandoque fit ad cautelam aliorum, scilicet vt ei communicent securè, & in sacris, & in alijs. Quandoque etiam ad cautelam opinionis eius, ne scilicet lædatur propter infamiam excommunicationis Prælati. Item fit quãdoque etiam ad cautelam futurorum, scilicet ne in posterum eius facta irritentur, vt hic. & sic multæ consimiles inueniri possunt. Ad cautelam primam, ita ꝙ non fiat in præiudicium ipsis amotis ex nostra relaxatione; si fortè interim temporalium, & spiritualium administrationi se immiscuissent. Alij dicunt, idest sine præiudicio alterius, idest, ꝙ nec amotis fiat præiudicium, nec aduersarijs, quin facta electione possit obijci contra eos, & de amotione, & de alijs, dicere quod volunt. Vel dicit ideo relaxari sententias ad cautelam: quia per hanc relaxationem prouidetur Ecclesiæ, ne diu vacet: & est æqua prouisio, & ideo præferenda iuris rigori, per quam prius de ipsis sententijs, & sententiarum causis constare deberet. hæc Innocentius, qui quamplurima notatu dignissima in c. solet. de sent. excom. in sexto. docuit hac eadẽ absolutione ad cautelã impendendã; & concurrendis circunstantijs in ipsa. vide ergo ibi Ioan. Andr. per omnia sequens Innoc. in d. eod. c. Apostolicę. Addit duas alias causas petendi absolutionem ad cautelam ab ipsa excommunicatione, dicens, ꝙ secundũ Hostiens. hæc absolutio fiat ad cautelam Ecclesiæ. & secundum Innocentium eundem loco citato, in vlt. Glo. quando fit ad subuentionem probandæ veritatis. & hoc potius ad hominem, quàm ad ipsum Deum: sicut & illa, quę Curia Romana cõfert Ambasciatoribus ad ipsam venientibus, quandiu sunt in Curia, vt interim possint adire præsentiã Papæ (quæ denegatur excõmunicatis,) & tractate de reconciliatione eorum, quorum Legati sunt. hæc ibi. qui Ioan. And. in d. c. solet. col. 7. de sent. excommunic. in sexto. in versic. ad quintum. licèt quidam dixerunt docet, ꝙ petitio absolutionis ab excommunicatione ad cautelam non solùm habet locum, quando dicitur latam fuisse post legitimam appellationem, & quando contineret in se intolerabilem errorem, verum etiam (arguendo ab identitate rationis) in qualibet nullitate: cùm & hæc Decretalis in principio ponit de nullitate. & concludendo ibidem dicit, quòd vbi constat sententiam esse nullam; pronunciabitur nulla, nec locus erit huic absolutioni ad cautelam, nec vbi cõstat eam esse aliquam, licèt iniusta dicatur: peti enim debet simpliciter absolutio: fortiùs vbi est aliqua, & iusta. Quãdo verò propter appellationem præcedentem dicitur nulla, oportet, quòd constet appellatũ, & ex causa probabili, & tunc propter dubium veritatis fit hæc absolutio, priùs non. hæc ibi. qui Io. Andr. in eod. c. solet. hanc ipsam quæstionem per diuersa membra diuisam elegantissimè examinat, eo ꝙ ibi quærit. Primò quid sit absolutio ad cautelam. Secundò quare sic dicatur. Tertiò, quando fuerit inuenta. Quartò à quibus sententijs fiat. Quintò, quando fiat. Sextò, qualiter fiat. Septimò, per quæ verba. Octauò, ad quid fiat. Nonò, per quem fiat. Decimò, an fiat necessario. Vndecimò, an impediri possit ne fiat. Vide ergo apud ipsum: quia de his inquirere hic proprius non videtur locus. Io. And. etiam se subscripsit præsenti ampliationi in c. venerabilibus. col. 3. in fine. in vers. patenter. Idem docuit Felinus in d. c. per tuas. col. 1. aliqua notabilia tradidit, dicens notandas fore duas regulas: prima quarum est, ꝙ dicens excommunicationem nullam, auditur, quamuis nõ petat absolutionem neque purè, neque ad cautelam. Secunda regula est,
97 quòd dicens † excommunicationem iniustam nõ auditur, nisi prius absoluatur. Ratio differentiæ inter has duas ponitur in tex. & limita illud secundum, nisi aduersarius, ad cuius instantiam est lata excommunicatio, opponeret allegans offensam esse manifestam: quia suspenditur. c. solet. de sent. excom. in sexto. Et nota primam regulam, quòd in istis duobus casibus expressis habet locum non solùm prima regula; sed etiam in omni casu, in quo excommunicatio esset nulla, de quibus per Glo. in c. præsenti. de sent. excom. lib. 6. & istę duæ regulæ habentur expresse in c. contingat. extra de offic. deleg. Et nota, ꝙ quando sententia continet in se aliquod peccatum, est ipso iure nulla. tex. in cap. venerabilibus. §. pen. de sent. excom. in sexto. Et notandum, quòd ipse Felinus in d. c. cum contingat. col. 1. & 2. docet, quando excommunicatus ob offensam manifestam, vel dubiã, vel ad instantiam partis, non possit absolui nisi præuia satisfactione, quę hic non recensui, ne viderer egredi tenu aggressam. Idem docuit Bald. in d. c. cum contingat. in princ. in vers. ad euidentiam: dicẽs, quòd excommunicatio dicitur nulla, quia lata post appellationem legitimam, vel propter intolerabilem errorẽ expressum: quia tunc impetrans negat

negat se excommunicatum, nō debet absolui, sed prius cognosci, etsi apparet, q̄ sententia sit nulla, debet pronunciari non esse ligatū. hæc ille. Idem docuit And. Barb. in d.c. cum contingat. in col. 3. in fine. & 4. hoc ipsum elegantissimè docuit his verbis, videlicet: Nota ex eisdem verbis duas re-
98 gulas. Prima, quòd conquerens † de iniusta excommunicatione, debet ante omnia absolui, iuxta formam Ecclesiæ, vt in c. ex parte. el primo, & c. ex tenore. ext. de verborum signific. & secundū formam, quæ habetur in c. à nobis. el secondo. & c. cum desideres. de sent. excommunicationis, hāc regulam limita, nisi excommunicator, vel is cuius petitionem excommunicatio lata fuit, vellet probare excommunicationem fuisse latam propter offensam notoriam: nam tunc non debet absolui, nisi prius satisfaciat, dummodo probetur exceptio, vt probatur in c. solet. de sent. excom. lib. 6. & in d.c. ex parte. Et idem est dicendum, quando excommunicatio dicitur lata propter notoriam contumaciam, vt in cap. venerabilibus. §. ecus. de sent. excom. lib. 6. & ita limitatur iste tex. secundū Dominum Abbatem. Secunda regula est, q̄ vbi quis cōqueritur de excommunicatione, nulla de-
99 bent recipi probationes † vtriusque parris super nullitate, & validitate. Primum cùm proponitur lata post appellationem legitimam. Secundum est, cùm error intolerabilis allegatur expressus in sententia, quibus casibus excommunicatio est nulla, vt in c. per tuas. de sent. excommunicationis. Idem tamen videtur dicendum in alijs casibus, in quibus excommunicatio allegatur nulla eadē ratione, & multos casus nullitatis. vide per glo. in c. præsenti. de sent. excom. in sexto. Ratio vtriusq; regulæ est, cùm primo casu non admittitur per prius probatio, cùm in omnem euentum absolutio sit impetranda, ex quo præsumitur vinculum, & frustra expectatur euentus, cuius nullus est effectus, vt hic. Ratio secundæ regulæ est: quia probata nullitate nō indiget absolutione, secus probata validitate. & ideo vt constet an indigeat absolutione, debet admitti probatio ante omnia, & per ista declaratur iste textus superficialiter. Et limita hoc dictum vltimum, nisi proponens nullitatē petat se absolui ad cautelam, præstita cautione: Nam tunc fienda est absolutio ante omnem probationem, vt in d.c. solet. in fine. & d.c. venerabilibus. prope finem. hæc omnia Barbatius vbi supra. Sed pro maiori notitia casuum, in quibus dicitur sententiam excommunicationis esse nullā, sciendū, quòd casus hic enumerati per nos, & recensiti in d.c. per tuas. sunt infrascripti, videli-
100 cet: Primus, quando † quis excommunicaretur maiori excōmunicatione pro participatione cū aliquo excommunicato, nō præuia monitione, in locutione, &c. in quibus de iure quis solùm in minorem excommunicationem incideret, quoniam tunc huiusmodi sentētia excommunicationis esset nulla ipso iure, vt statuit Innocentius Quartus in c. statuimus. de sent. excom. in sexto. Secundus casus si dicatur latam fuisse huiusmodi sententiam à non Iudice legitimo dicti excommunicati, vt docet textus in c. ad nostram. extra de consuetudine. & in c. cum olim. el primo. ext. de priuilegijs. & in l. 1. & 2. C. si à non compet. Iudice iudicatum dicatur. Tertius casus si sentētia excommunicationis fuerit lata à Iudice ordinario excommunicati, tempore quo ipse Iudex fuerat excommunicatus maiori excommunicatione, vt in c. audiuimus. & in c. apertè. 24. q. 1. Quartus casus, quando quis excōmunicatur à Delegato contra delegantis intentionem, seu fines delegationis, vt in c. fin. extra de præbendis. & in c. auctoritate. de priuilegijs in sexto. & in c. prudentiam. extra de offic. delegati. & in cap. si cui. de elect. in sexto. Quintus casus, quando lata fuit excommunicatio à violante interdictum, cùm sit suspensus ab officio, vt in c. fin. extra de excessibus Prælat. Sextus casus, quando Prælatus aliquem excōmunicat contra priuilegij sui tenorem, vt in c. cum capella. & c. quāto. ext. de priuilegijs. & in c. cum ad quorundam. extra de excessibus Prælat. Septimus casus est, quando Prælatus aliquem aliqua sententia punit, vel innodat, si reuelet aliqua corrigēda ijs, qui ex officio aliquid corrigere, vel inquirere vellent, vt in c. quia plerique. de offic. ordin. in sexto. Archidiaconus verò in d.c. solet. de sent. excom. in sexto. breuiter omnia prædicta docuit, necnon quòd & aliæ sint causæ, propter quas dicitur sententia excommunicationis nulla, vltra illas duas nominatas in d.c. per tuas. vbi dicit ibi fuisse illas nominatas, exempli gratia: quapropter idem iudicium fore habendum, vbi aliqua de causa sententia aliàs esset ipso iure nulla, ratione identitatis rationis: Idem prorsus docuerunt Ioan. And. Ancharanus, Geminianus, & Philippus Franchus in d.c. solet. Idem docuit Anton. Gabr. in lib. 2. de communibus cōclusionibus. tit. de sententijs. conclus. 7. in vers. sextò amplia. Probatur & tertiò præsens ampliatio hac ratione, videlicet: Cùm enim vnusquisque Iudex dicatur à ius dicendo, eo quòd teneatur ius dicere, seu sententiam proferre secundum ipsa iura, & in ipsis iudicijs decernendis teneatur non egredi formam, seu fines mandati sibi præscripti à iure tam Diuino, quàm humano, & cùm quicquid fit à manda-
101 tario fines mandati † fit ipso iure nullum, vt docet text. in c. prudentiam. ext. de officio delegati. & in c. si cui. de elect. in sexto. c. fin. extra de præben. & in cap. auctoritate. de priuilegijs. in sexto. Inde sequitur veritas præsentis ampliationis, in qua dicitur, quòd sententia censurarum cōtinens in se expressum errorem, est ipso iure nulla.

Octauò amplia dictam regulam traditā in dicta vnica ampliatione dictæ cōclusionis vnicę, dicendo locum habere in sentētia lata secundò con-
102 tra sententiam † primò loco latam, quæ transiui in rem iudicatam, quoniam dicta sententia lata in instantia diuersa est ipso iure nulla, si Iudici (vt Iudici) constiterit de prima sententia, quia tunc hæc secunda sententia diceretur lata contra notorium iuris, etiam si non habeat errorem iuris expressum in ipsa sententia sic lata regulariter. hæc ampliatio est vera, quamnis recipiat infrascriptas fallentias, limitationes afferendas hic subsequenter, & gradatim. Hæc ampliatio probatur triplici medio. Primò enim per text. apertissimum in l. 1. C. quando prouocare non est necesse. vbi hæc habentur, videlicet [latam sententiam dicitis, quam ideo vires non habere contenditis, q̄ contra res prius iudicatas, à quibus prouocatum non est, lata sit. Cuius rei probationem si promptam habetis, etiā citra prouocationis adminiculum, quod ita pronunciatum est, sententiæ auctoritatem non obtinebit.] hæc ibi. Idem probatur per tex. in l. post sententiam. C. de sententia. & interlocutoria.

locutoria. vbi hæc habentur, videlicet; [Post sententiam, quæ finibus certis cōcluditur, ab eo, qui pronunciauerat, vel eius successore, de quæstione, quæ iam decisa est, statuta rei iudicatæ non obtinent auctoritatem 1 Nam nec de possessione pronunciata proprietati vllum præiudicium afferūt, nec causam illam interlocutiones plerunque perimunt.] hęc ibi. Idem probatur per tex. in §. diffinitiua. versic. Item si sententia lata. 2. q. 6. vbi hęc habentur, videlicet: [Item si sententia lata fuerit contra res prius iudicatas, à quibus prouocatum non est; sententiæ auctoritatem non obtinebit, & ideo appellare non est necesse. Idem probatur per argum. in l. si (vt proponis.) C. de executione rei iudicatæ. Probatur & secundò præsens ampliatio Doctorum auctoritate. Nam infrascripti Doctores libētissimè se ei subscripserunt, videlicet Alex. in cōs. 53. col. 4. vol. 5. & rursus in l. nam & postea. §. si damnetur. ff. de iureiur. dicens hanc esse communem opinionem Doctorum. Idem docuit Philippus Franchus in c. dilecto. col. 30. q 41. seu in versic. quadragesimoprimo quæritur. extra de appellat. dicens hanc esse cōmunem Doctorum opinionem. Idem docuit Glo. in d. c. inter Monasterium. in versic. confirmantes. in fine. Idem docuit Feli. in c. inter Monasterium. col. 6. in fine. in vers. regulariter sententia. ext. de sentētia, & re iudicata. Idem docuit Decius in consil. 295. colum. 1. in versic. prædicta tamen dicta. dicens, quòd hæc sit communis opinio, & approbata ab Antonio de Butrio in consil. 27. aliàs 28. incip. Visis processibus, & quæsitis. col. 2 Idem docuit Bald. in d. l. 1. col. 2. & in d. c. inter Monasterium, nu. 2. & Salic. in d. l. 1. Idem docuit Imola in l. si expressim. col. 10. ff. de appellat. & relat. Idem docuit Innocentius in c. inter Monasterium. extra de sent. & re iudicata. Idem docuit Io. Andr. in d. c. inter Monasterium. col. penult. in versic. vnde circa materiam pleniùs, quàm alij, vbi se subscribens præsenti ampliationi tradidit ibi quandam regulam decidendi omnes ferè quæstiones, quæ vergi possint circa materiam præsentis ampliationis; quæ cùm mihi visa fuerit notatu dignissima, hic referre eā operæpretium duxi. Quapropter sciendum, quòd ibi his vtitur verbis, videlicet. Distingue cùm fertur
103 sententia † secunda contra primam. Aut hoc fit per remedium appellationis, supplicationis, vel restitutionis: aut sine tali remedio. Primo casu certum est, quòd valere potest secunda sententia. Primum membrum patet in c. 2. extra de fide instrumentorum. & in c. cùm Ioānes. extra de testamentis. & in l. 1. ff. de appellat. nec iste est propriè casus noster, cùm sentētia per appellationē suspēsa vim rei iudicatæ non habeat, vnde non contra rem iudicatam, sed contra sententiam dicitur ferri secunda. Secundum, & tertium membrum patet supra in c. ex literis. c. cum ex literis. ext. de restitu. in integrum. & in c. 2. de restitutione in integrum. in sexto. & in l. in causę. in fine. & l. sequenti. ff. de minor. & in l. Diuus. ff. de re iudicata. Secundo casu, quando nullum tale remedium interuenit. Aut prima sententia fuit nulla, aut aliqua. Primo casu valet secunda, vt hic, secundum duas lecturas, vt in c. 2. extra de purgat. vulg. & in l. fin. C. de sent. quæ sine cer. quantitate. Si fuit aliqua. & tunc, si secunda potest reputari diuersa à prima ratione temporis, vel alia de causa, & non contraria, vt in l. 2. §. contrarium. C. de veteri iure enu, vt si in prima sententia fuit pronunciatum me debere, vel rem meam esse. In secunda pronunciatur me nō debere, vel rem tuam esse, quorum vtrumque potest esse suo tempore. ad hoc. in c. cùm tu. extra de testibus. tunc valet vtraque, & secunda primæ præiudicat, quasi tempore secundæ cessauerit causa primæ, vt in c. post transla. versic. cæterum. extra de renunciat. Aut est directè contraria: & tunc aut fuit disputatum de viribus primę, quòd nō valuerit, & tunc valet secunda, vt in Glo. Aut nō fuit de hoc disputatum, & tunc aut is, pro quo facit sententia scienter, & dolosè omisit illa vti, & tunc valet secunda sententia, secundum opinionem Ioannis, Phil. & Host. Aut scienter, sed non dolosè, & tunc non valet secunda. Aut omisit ignoranter, & tunc dicunt quidam, quòd si Iudex sciuit primam sententiam, secunda nulla est. Si ignorauit, tenet secunda, & pręualet primæ. sic alibi attenditur scientia Iudicis, vt in l. si fortè. ff. de officio præsidis. Hoc non placet. Imò puto (inquit ibi Ioannes Andreas,) tunc propriè non tenere secundam, quando pars & Iudex ignorabant de prima: nec est æquum, quòd beneficium ignorantiæ partis lædatur per ignorantiam Iudicis, per quem potius iuuari debet. ad hoc c. ex parte Decani. extra de rescriptis. solùm igitur ad excludendam, vel inducendam culpam in Iudice: ponderabitur ipsius scientia, vel ignorantia. Nec obstat l. si fortè. ff. de offic. Præsidis. & c. si duobus. ext. de appellat. quæ iura loquuntur, cùm procedit qui Iudex non est, quo ponderatur scientia ipsius, vel ignorantia. & in d. c. si duobus. reperitur pars in culpa: Quòd autem dixi, quòd cùm pars est in culpa scienter, & dolosè non excipiendo, quòd valet secunda: dicunt quidam falsum per id, quod notatur. C. de transact. l. si diuersa. vbi dicit Gl. quòd non valet secunda sententia contra primam lata etiam expresso consensu partium: ergo multò minus ex tacito. Sed dato, quòd vera sit illa Glo. non sequitur, quòd si scientia non nocet, ergo nec dolus: non igitur in pœnā scientis, & dolosi id procedit. Item puto prædicta locum habere, siue pro actore agente, siue contra ipsum pro reo fuerit iudicatum: cùm prædicta lex non distinguat. & facit quod ibi not. in fine dictæ Glo. Hæc omnia Io. Andr. vbi supra, docuit, quæ sunt summoperè notanda, pro declaratione omnium ambiguitatum, quæ possent occurrere circa materiam præsentis ampliationis. Idem docuit Ant. de Butrio in d. c. inter Monasterium. col. penul. ferè per totum. sed specialiter in vers. sextus casus est. & in c. cùm M. Ferra. col. 25. in vers. nota hoc dictum. ext. de constitutionibus. Idem docuit Felinus in d. cap. inter Monasterium. col. 6. in versic. regulariter sententia. dicens hanc esse etiam sententiam Bald. & Salicet. in d. l. 1. Fulgos. qui Bal. hoc ipsum docuit in d. c. inter Monasterium. col. 1. in versic. in textu ipso imputetur. & Paul. de Castr. in l. nam & postea. §. si damnetur. ff. de iureiuran. & Imol. in d. c. cùm M. col. 39. Nico. Mil. in reper. in versic. sententia. fol. 166. in principio. Dominicus à Sancto Geminiano, sequens Ioan. Andr. in d. c. inter Monasterium, idem probat in d. §. diffinitiua. versic. item si sententia. Idem docuit Ant. Gabr. in lib. 2. commun. conclus. tit. de sententijs, conclus. 7. nu. 11. in versic. septimò amplia. Probatur & tertiò ratione: sed quia variæ traduntur rationes, operępretium duxi hic eas referre, cum illas recenseat Ant.

de

de Butrio in dicto c.inter Monaſterium. col.peu.
in verſic.quidam dicunt. his verbis vtens, videli-
cet: Quidam dicunt, vt ſit finis litium. hæc non
placet Bar.quia hac ratione non valeret ſententia
contra iuramentum, nec contra tranſactionem:
cùm ambo ſint remedia litis deciſoria, vt in l.1.ff.
de iureiuran.& l.poſt rem.ff.de tranſactionibus.
ad hoc.l.nam & poſtea.§.ſed ſi damnetur.ff.de iu
reiuran. Secunda ratio aſſignatur: quia ſententia
lata contra ſententiam eſt contra ius: quia ius fit
ex ſententia, vt in l.pen. ff.de iuſtitia, & iure: ſen-
tentia autem contra ius non tenet, vt in c.cùm in-
ter.extra de ſent.& re iudic.& has rationes deci-
dit Gl.in d.l.1.nec hoc placet communiter: quia
104 † ſententia contra ius partis, valet etiã ſi ſit ex-
preſſus error in ſnīa, vt in c.cùm inter.& c.1. ext.
de ſent.& re iudic. Secundò, quia ſententia con-
tra ius non redactum ad corpus iuris, valet: etiã
ſi ſit ibi expreſſus error ipſius iuris, vt in l. cùm
prolatis.ff.de re iudic. Tertia ratio aſſignatur per
Bar.& Butrium, quia ſententia ſecunda reperitur
lata à Iudice functo officio ſuo, vel lata extra in-
ſtantiam; ideo non tenet: hæc ratio eſt bona in
ſe, ſed in quantum concludit ſententiam in diuer
ſa inſtantia latam valere indiſtinctè, multum re-
ſtringit dictam l.1.quæ dicit indiſtinctè, ꝙ nõ va-
let, & eſt contra rationem huius textus, qui ſe fun
dat ſuper validitate primę, quod hic operata fue-
rit non oſtenſio ſententiæ. Item l.1.ff.quæ ſent. ſine
appell.reſcin.videtur loqui quando ſententię ſunt
latæ in diuerſis inſtantijs: quia patet in exceptio-
ne, cùm excipiat caſum, quando reuocatum eſt in
dubium de iuribus primæ. Ratio ergo eſt (inquit
Antonius) ꝙ ſnīa facit notorium: & ſnīa eſt nulla,
quæ lata eſt contra notorium, vt in c.Romana.§.1.
de ſent. excom.in ſexto. notat Innoc.in c.frater-
nitatis. & Cynus in l.1.C.de ſnījs.vbi dicit, ꝙ cau
ſa eſt, quia ſnīa debet fieri ſuper dubio, non ſuper
certo, ad hoc tex.non cauillando, & in c.inter cæ-
tera.ext.de ſent.& re iudic. vbi patet, ꝙ ſententia
non valet contra manifeſtum, vt in c. ſollicitudi-
nem.verſic.ſi verò.extra de appellat. vnde conclu
do (inquit Antonius de Butrio ibid.) indiſtinctè,
105 ꝙ ſnīa lata † contra ſnīam in diuerſis inſtantijs,
non tenet, quãdo ſnīa fuit primis Iudicibus oſten
ſa, & non reuocata in dubium de iuribus eius, vel
iniuſtitia eius: ſtatim Iudex pronunciat contra il
lam, ſnīa non tenet, tanquam lata contra notoriũ,
de quo Iudici conſtat. Vbi autẽ foret lata ſnīa con
tra primam; prima non oſtenſa eſt: ſecus, quia re-
peritur lata contra ius, quanquam notorium, de
quo Iudici nõ conſtat, nec facio differentiam, an
doloſè, vel non doloſè omiſerit opponere. Item
an ignoranter, vel ſcienter: quia quomodocunq;
omiſerit, ſententia non reperitur lata contra no-
torium, de quo Iudici conſtet. ſecus ſi illa oſtenſa
pronunciat contra eã, quod intelligo, vt dixi, quũ
non eſt reuocatum in dubium de iuribus primæ,
vel quando eſt reuocatum in dubium de iuſtitia,
vel iniuſtitia eius, vel eſt reuocatum, & non appa-
ret aliquid de iniuſtitia. Vbi autẽ oſtenditur iniu
ſtitia, vel confeſſione partis, tunc valet ſnīa: quia
notorium confundit notorium, vt notat Innoc.in
c.quia plerique.ext. de immun.Eccle. Idem ſi alia
probatione detegeretur ſecũdo Iudici iniuſtitia:
quia ex quo iam notoria probatione apparet in-
iuſtitia: ſecunda ſnīa iuuatur contra notoriũ pri-
mæ. & intelligo Innoc.in c.cùm dilecta. extra de
reſcriptis.& in c.fraternitatis.ext.de frigidis.vbi
dicit, ꝙ ſnīa contra ſnīam tenet, quando notoriũ
eſt de iniuſtitia primæ. hæc omnia notatu digniſ-
ſima ſunt ipſius Antonij de Butrio vbi ſupra. Et ſi
veriſſima ſit pñs octaua ampliatio, & tot oraculis
probata, nihilominus quis poſſet inſurgere cõtra
eam, monitus auctoritate Bar.& Panor. & Cardi-
nalis. Nam Bar.in l.1. C. quando prouocare non
eſt neceſſe.Panorm.& Card.in d.c.inter Monaſte
rium.nam Bar.ibi nititur probare, ꝙ tunc non va
106 let ſecunda ſnīa † contra primam, quando ambæ
fuerunt latæ ex eadem inſtantia: ſed ſi latæ fuiſ-
ſent ex diuerſis inſtantijs, tunc ſecunda ſnīa vali-
da eſſet. & mouetur ad hoc, quia cauſa quare non
valet ſecunda ſententia eſt, quia reperitur lata ſi-
ne inſtantia, cùm per ſententiam pereat inſtantia:
vt in l.Græcè,§.& poſt litem.ff.de fideiuſ.& l.cùm
apud.ff.iudic.ſol. Item quia Iudex eſt per ſenten-
tiam functus officio ſuo, vt in c.in literis.extra de
officio delegati. & l.Iudex. ff.de ſent.& re iudic.
& hæ rationes militant ſolùm (vt etiam inquit Pa
normitanus vbi ſupra.nu.18.referens ſnīam Bar.
vbi ſupra.) quando ſnīa fertur ex eadem inſtãtia:
ſecus ſi inſtantia reuocetur. Panormitanus verò
vbi ſupra, ſequens prædictam ſnīam Bar. infraſcri
ptis vtitur verbis, videlicet: Ego ſimpliciter ſe-
quor opinionem Bar.vt lata ex diuerſis inſtantijs,
107 † ſemper teneat. Moueor, quia aut de prima nõ
fuit oppoſitum, & caſus apertus eſt hic, ꝙ teneat.
Aut fuit oppoſitum, & probatum, nihilominus Iu
dex tulit contrariam ſnīam, & dico idem: quia fe-
rendo contrariam ſentẽtiam, videtur primam ex
aliquo caſu reprobaſſe: quia prima ſententia cau-
ſat exceptionem peremptoriã. Vnde cùm Iudex
non teneatur ſpecificè pronunciare ſuper perem-
ptorio: ſed ſuper principali, quia pronunciando
ſuper principali, ſatis videtur pronunciare ſuper
peremptorio, vt legitur & not.in c.1.ext.de ordi.
cognit. Dando ſententiam contrariam primę iam
productæ, vr̃ ſuper ea pronunciaſſe, illã reproban-
do, ſed ꝙ ſnīa habeat tenere, adduco (inquit Pan.)
tex.in c.proximo.in fine. Nam priuilegiũ facit no
torium, vt not.Innoc.in c.ex inſinuatione. de ap-
pellat. & tñ ſnīa lata cõtra priuilegiũ, quia Iudex
ſententiãdo contra illud, vr̃ illud reprobare, vt ibi
apertè dr̃. Nam notorium primũ inficitur per con
trariam ſnīam, quia debemus præſumere Iudicẽ
fuiſſe ex aliqua cauſa rationabili motũ. ſupra eod.
c.cauſam. Nam & trãſactio, & iuſiurandum indu-
cunt notorium; & tñ tenet ſnīa contra illud, & ibi
interuenit à principio conſenſus partium, & in
ſententia non; & ſic habere deberent maioris ro
boris, quàm ſententia: & nihilominus tolluntur
per contrariam ſententiam. Idem ergo & fortiùs
debemus dicere in ſententia contra ſententiam.
His ergo rationibus vtitur, Panormitanus vbi ſu-
pra, inſurgens contra præſentem ampliationem.
His tamen non obſtantibus adhuc aſſeueramus ve
riſſimam eſſe noſtram ampliationem, & licèt per
allata hucuſque in probationem ipſius amplia-
tionis videatur ſatisfactum motiuis Bartoli, &
Panormitani. Nihilominus quia reperiemus, ꝙ
Felinus reſponderit ſpecialiter vnicuique ratio-
ni, ac motiuo dictorum Doctorum: Idcircò pro
maiori dilucidatione veritatis noſtræ ampliatio-
nis hic reſpondere ſtudebimus dictis rationibus
allatis, vnà cũ dicto Domino Felino in d.c. inter
Monaſterium, colum.16. ſciendum ergo, quòd li-

cèt vnicuique prudenti Iudici sufficere videatur
probasse, quòd communis Doctorum opinio se
subscripserit præsenti ampliationi. Nihilominus
ne deesse videremur solerti Lectori reperiēti con
trariam sententiam tenuisse Bart. & Panormita-
num, & Car. tres Doctores (inquam) celeberri-
mos mundo, & ne inde de veritate præsentis am-
pliationis inciperet ambigere, operepretium du-
xi respondere dictis rationibus. Respondendo
igitur primò ad illam rationem, in qua dicitur,
quòd per sententiam secundam videtur Iudicem
inde reijcere exceptionem rei iudicatæ, iuxta c.
ex parte, el terzo. extra de appellat. dicitur, quòd
illud procedere posset, quando fuerat oppositum
hoc ante litis contestationem, (vt latius infra in
limitatione probabitur:) secus vbi opponitur
peremptoriè: quia lex non vult, quòd ex quo pars
opposuit peremptoriè, & constat de prima sen-
tentia, & eam probauit, nec tolerauit de ea di-
sputari: possit Iudex ea inuita reijcere dictam ex-
ceptionem propter rigorem iudiciorum, vt in di-
cta l.prima, C. quando prouocare non est neces-
se. Secundò, ad illud, quod dicitur, quòd valet
sententia contra priuilegium, vt in cap. suborta,
extra de sententia & re iudica. ergo contra no-
torium. Negatur consequentia: quia priuile-
308 gium, † instrumenta, & similia non faciunt no-
torium, quando impugnantur, vt etiam docent
Hostiens. & Butr. in capitulo, cùm speciali. §. por-
rò. extra de appellat. Nec est credibile, quòd in
cap. suborta. extra de sententia & re iudic. Papa
iudicasset contra priuilegium, si non fuisset osten
sum, & impugnatum aliqua rationabili causa,
vt etiam ipsemet Panormitanus docuit in dicto
capit. suborta, numero quarto. his verbis vtens,
videlicet: Nota, quòd sententia lata contra pri-
uilegium Principis tenet, etsi priuilegium fue-
rit in iudicio exhibitum: videtur illud Iudex ta-
citè reprobasse, licèt de illius viribus non fuisset
disputatum: præsumitur enim Iudex motus ex
aliqua causa rationabili. Tertiò, ad illud, quod
dictum fuit, quòd valet sententia contra iuramen
tum, dicto §. sed si damnetur. Respondetur, quòd
(vt bene docuit Antonius de Butrio in cap. ab ex-
communicato, colum. 16. versic. ex his dico. extra
de rescriptis.) ibi non constabat Iudici de iura-
mento, vt dicit etiam Felinus vbi supra, sed si Iu-
309 dici constaret de viribus iuramenti, † tunc non
valeret sententia, tanquam lata contra notorium,
secundum eum, quod verbum dicit Alexan. in l.
nam & postea. §. sed si damnetur. in fine. ff. de iu-
reiuran. se non legisse alibi. & ibi etiam Alexan. in
3. colum. respondet solùm vni ex fundamētis Ab-
batis hic, videlicet ad istum textum. in versi. post-
habita. contrarium statuissent secundum intelle-
ctum secundo loco positum hic in Glo. qui innuit,
quòd Iudices validè pronunciassent contra pri-
mam sententiam, si eis ostensa fuisset: quia secun
dum communem intellectum, prima sententia
hic erat nulla. meritò valuisset secunda, quod non
dicitur in casu præsentis ampliationis, cùm loqua
mur de sententia prima, quæ transit in rem iudi-
catam, ac per consequens de sententia valida de
iure. Quartò, ad illud, quòd acta faciunt notoriū,
& tamen valet sententia contra acta. Respondeo,
hoc esse verum, quando re vera constat, quòd senten-
310 tia nō possit saluari, † nisi ex actis, & quòd tunc
quod est contra ipsa acta, non valet, vt fuit conclu
sum in c. inter cæteras. extra de sent. & re iudic.
sed hic est sermo de sententia liquida, contra quā
dicimus nullam esse sententiam secundam: Qua-
propter vndecunque traxerit Iudex motum ani-
mi sui satis est, quòd iudicauerit cōtra notorium
(de quo constat) & ad tenendam communē opi-
nionem fauentem (vt fuit probatum supra) præ-
senti nostræ ampliationi videtur inclinari totus
mundus, eo quòd alias lites efficerentur immortales,
nec aliquid prodesset exceptio rei iudicatę: Ex his
ergo omnibus patuit veritas præsentis nostræ am
pliationis, & responsionis ad obiecta. Probatur
quoq; & hac ratione veritas præsentis octauæ am
311 pliationis. Nam Iudex post diffinitiuā † senten-
tiam cùm sit functus officio suo, habetur pro nō Iu
dice, quo ad potestatem iterum cognoscendi, &
iudicandi de contentis in d. diffinitiua sniā. idcir
cò si voluisset de ipsa cognoscere, & sniam profer
re, huiusmodi sententia esset nulla, tanquam lata
à Iudice non suo. Hæc ratio fundamentalis pñtis
nostrę ampliationis probatur triplici medio. Pri-
mò. n. per argum. apertissimū in c. in literis. ex. de
offic. deleg. vbi Alexander III. scribens Brixianēsi
Epō his præcisis verbis vsus fuit, videlicet: [In li-
teris, & infra. Consultationi tuæ taliter rñdemus,
quòd ex quo Iudex delegatus per se, vel alium sniam
executioni mandauit, vel mandari præcepit, eius
auctoritas, & iurisdictio cessat, quia semel est offi
cio suo functus.] hæc ibi. Diximus probari per ar
gum. in d. c. in literis. qm̄ etsi ibi solùm fiat mētio
explicitè de sniā lata à delegato. Idem tñ implici
tè elicitur, ex sniā, & mente conditoris: cùm eadē
prorsus quo ad pñtis ampliationis materiā ratio
militet etiā in Iudice ordinario, vt latiùs, & aper
tius elicitur ex infrascriptis alijs iuribus statim ci
tandis, in quibus indistinctè hoc ipsum cautū est:
Idē ergo apertiùs probatur per tex. in l. Iudex po-
steaquàm. & in l. Paulus. la prima. ff. de re iudi. Nā
per d. l. Iudex. hæc habentur, videlicet: [Iudex po-
steaquàm semel dixit sniam, Iudex esse desinit: &
hoc iure vtimur, vt Iudex, qui semel, vel pluris, vel
minoris condemnauit, amplius corrigere sniam
suam nō possit: semel. n. male, seu bene functus est
officio.] Idem probatur per tex. in l. pœnam. C. de
pœnis. vbi hæc habentur, videlicet: [Pœnam sua
dictam snīa Pręsidi Prouincię reuocare nō licet.]
hæc ibi. Idem habetur in l. 2. C. de sent. ex peric. re
citan. vbi hæc habētur, videlicet: [Hac lege perpe
tuo credimus ordinandū, vt Iudices, quos cogno
scēdi, & pronunciādi necessitas tenet, nō subitas,
sed deliberatione habita post negotiū, snías pōde
ratas sibi ante formatēt, & emendatas statim in li
bellū secuta fidelitate cōferāt, scriptaq; ex libello
partib. legant, sed nec sit eis post hac copia corri-
gendi, vel mutādi, exceptis tā viris eminētissimis
Præfectis Pręторio, q̄ alijs Illustrē administratio-
nē gerētibus, cęterisq; illustrib. Iudicibus, quibus
licentia conceditur etiā per officium suū, & eos,
qui ministerium suū eis accōmodant, snías diffi-
nitiuas recitare.] hæc ibi. Idem probatur per tex.
in l. 1. §. fi. ff. de quæst. vbi hæc habentur, videlicet:
[Sed Præses Prouinciæ eum, quem damnauit, re-
stituere non potest: cùm nec pecuniariā sniam suā
reuocare possit. Quid igitur? Principi eum scribe
re oportet, si qñ ei, qui nocēs videbatur postea ra
tio innocētię cōstiterit.] hęc ibi. Idē probatur per
text. in l. quod iussit. ff. de re iudi. vbi hæc habētur,
videlicet: [Quod iussit, vetuit Prætor contrario
impetio

imperio tollere, & remittere potest, licet de sententijs contra.] hæc ibi. Idem docuit textus apertissimus in l. post sententiam. C. de sent. & interloc. omn. Iud. vbi hæc habentur, videlicet: [Post sententiam, quæ finibus certis concluditur ab eo, qui pronunciauerat, vel eius successore, de quæstione, quæ iam decisa est, statuta rei iudicatæ nõ obtinent auctoritatem. Nam nec de possessione pronunciata proprietati vllum præiudicium afferunt.] hæc ibi. Idem probatur per argum. in l. dicere. §. fi. ff. de recept. arbit. vbi loquens tex. de potestate arbitri, his verbis vtitur, videlicet: [Cæterum si condemnauit, vel absoluit, quando arbiter esse desierit, mutare sententiam non posse.] hæc ibi. Idem probatur per argum. in l. qui arbiter. ff. eod. vbi hæc habẽtur, videlicet: [Quia arbiter etsi errauerit in sententia dicẽda, corrigere eam non potest.] hæc ibi. Diximus probari rationem præsentis ampliationis per argumentum in citatis iuribus; cùm ex ipsis quoque eliciatur veritas ipsius ampliationis, arguendo ab identitate rationis: cùm ipse arbiter in sententiam diffinitiuam proferendo verè dicatur, & sit Iudex legitimus, vt patet ad sensum. Idem probatur in d. l. Paulus. la prima. vbi hæc habentur, videlicet: [Paulus respondit rescindere quidem sententiã suam præcedentem, Prętorem non posse: reliqua autem, quæ ad consequẽtiam quidem iam statutorum pertinẽt, priori tamen sententiæ desunt: circa condemnandum reum, vel absoluendum debere supplere, sci licet eodem die.] hæc ibi. Idem adhuc apertius probatur per tex. in l. moris est. §. sed enim sciendũ. ff. de pęnis. vbi hęc habẽtur, videlicet: [Sed. n. sciendũ est, discrimina esse pœnarũ, neq; omnes eadem pœna affici posse. Nam in primis decuriones in metallum damnati nõ possunt, nec in opus metalli, nec furcæ subijci, vel viui exuri. Etsi fortè huiusmodi sentẽtia fuerint affecti, liberãdi erunt. Sed hoc non potest efficere, qui sententiam dixit: verum referre ad Principem debet, vt ex auctoritate eius, pœna aut permutetur, aut liberentur.] hæc ibi. Idem apertissimè probatur per tex. in l. 1. C. senten. rescin. non poss. vbi hæc habentur, videlicet: [Neque suam, neque decessoris sui sententiam quemquam posse retractare, in dubium non venit, nec necesse esse ab huiusmodi Decreto interponere prouocationem explorati iuris est.] hæc ibi. Idem habetur in l. cùm quęrebatur. ff. de re iudic. vbi hæc habentur, videlicet. [Cùm quęrebatur, Iudex si perperam iudicasset, an posset eo die iterum iudicare, respondit non posse.] hæc ibi. Idem habetur in l. Diui fratres. in princ. ff. de pœnis. vbi hæc habentur, videlicet [Diui fratres Atrantio Silloni rescripserunt, non solere Præsides Prouinciarum ea, quæ pronunciauerint ipsos rescindere. Vetinæ quoq; Italicensi rescripserunt, suam mutare sententiam neminem posse, idque insolitum esse. Si tamen de se quis mentitus fuerit, vel cùm non haberet probationum instrumenta, quæ postea reperierit, pęna afflictus sit, nonnulla extant principalia rescripta, quibus vel pœna eorum minuta est, vel in integrum restitutio concessa; sed id duntaxat à Principibus fieri potest.] hęc ibi. Probatur & secundò Doctorum auctoritate. Veritas rationis allatæ in fauorem octauæ præsentis ampliationi. Nam infrascripti Doctores etiam huic rationi se subscripserunt, videlicet Glos. in dicto cap. in literis. in versic. officio suo. idẽ breuiter docuit, citãs ad hoc tex. in d. l. Iudex. Idem docuit Glo. in dicto §. sed enim. versic. liberentur: dicens, quòd si sententia tenuerit, lator eius amplius non cognoscet, secus si non esset valida. Idem latius & expressius docuerunt omnes Glosæ in dictis iuribus. Idem docuit Glos. in l. quia arbiter. ff. de receptis arbitris. Idem docuit Innocentius in dicto cap. in literis. col. 1. asserens, quòd tam Iudex ordinarius, quàm delegatus ferens sententiam validam, nullo pacto postea poterit eam reuocare, addens pro ratione; hoc satis patet, quòd si non est appellatum, transeat in rem iudicatam, etsi fuisset appellatum, ad Iudicem appellationis pertinebit confirmare, vel infirmare dictam primam sententiam, & non ad Iudicem à quo fuerat appellatum. Item si appellans renunciat appellationi: hoc ipso firma sententia manet: nec Iudex post renunciationem appellationis poterit mutare sententiam. Hæc Innocentius. idem latius docuit Panormitanus in dicto cap. in literis, nume. 3. versic. extra glo. sequitur supradictam sententiam Innocentij ferè ad verbum. ad-
112 dens, quòd in tantum sit verum, ꝙ Iudex † non possit suam sententiam retractare, si tenuit, quòd notanter dixit Bar. in dicta l. Iudex. Iudicem non posse ferre sententiam sub conditione resolutiua, quod singulariter notabis. Iura ergo quæ dicunt valere sententiam sub conditione, debent intelligi de conditione suspensiua, vel conditione relata ad tempus præsens, vel præteritum, quæ non habent suspẽdere, vel resoluere, vt in l. cùm ad pręsens. ff. si cer. pet. hæc ibi Panormitanus, qui idipsum docuit in cap. 1. num. 11. extra de sequestr. & poss. & fruct. dicens, quòd Iudex tunc dicatur functus officio suo, cùm pronunciauit super toto, non autem si super partem solùm, quod & apertius idipsum docuit ipsemet Panormitanus in consilio suo 92. nu. 3. versic. quia non potest aliquis. libro primo, dicens nullum Iudicem citra Principem
113 posse suam † sententiam in totum, vel in partem retractare, etiam si videat eam iniustam, & hoc tam in Ciuili, quàm in Criminali, vt in l. Iudex. ff. de re iudica. & in l. prima, C. senten. rescin. non poss. & in l. moris est. §. & si fortè. ff. de pœnis. vbi textus apertissimus in casu nostro. hæc Panormitanus vbi supra, qui idem rursus docuit in consilio sexto, libro secundo, numero quarto, versic. quinimò Iudex. Idem docuit Felinus cap. qualiter & quando. el primo, colum. 13. nume. 23. versicul. secundus principalis articulus. extra de accusat. Idem docuit quoque Decius in dicto cap. in litteris, columna secunda, numero sexto, versic. in primo casu, dicens nostram ampliationem locum habere non solùm in sententia lata in causa Ciuili, verum etiam in causa Criminali: Nam Iudex ordinarius nõ poterit mutare sententiam, quam semel protulit, sed quilibet dicetur functus officio suo, quoad cognitionem, & quoad ipsam sententiam, vt hic dicitur, & in dicta l. Iudex. Idem docuit Rota in decisione sextadecima, sub titul. de sentent. & re indic. in nouis. in fine, inferendo, quòd Auditores Rotæ sententias suas diffinitiuas reuocare non possunt, nec mutare. Idem docuit Cardinalis in consilio 29. incip. Iudex. in principio.

Et ex Legistis, præsenti nostræ ampliationi se subscripserunt infrascripti Doctores, vltra supradictas Glosas in supra citatis iuribus,

Nam Bart. in dicta l.Iudex.num.2. infrascriptam reddens rationem, dicendo, quòd ratio colligatur ex isto tex.quia per sententiam Iudex functus est officio suo, scilicet mercenario, quod deseruit actioni, vel accusationi propositæ. Vnde super eo se non potest amplius intromittere. Idem docuit ipsemet Bar.in dicta l. Paulus. la secunda. dicés, quòd etsi potuit aliquid addi post sententiam diffinitiuam, non tamen illud addi poterit, quod deroget ei, quod iam sententiatum est. Vnde si vellet aliquid de eo detrahere, non posset. Idem rursus docuit ipse Bartolus in dicta l. quod iussit, notab.2. addens idem dicendum de interlocutoria, per quam causa ipsa principali tota deciditur: quia illam Iudex reuocare non poterit. Idem rursus docuit ipsemet Bar. in dicta l.prima, §.fina. numero quinto, versic, Item nota ad aliud.vbi infrascriptis vtitur verbis, videlicet: Nota ad aliud, quod tota die occurrit, si aliquis in carceribus condemnatus, & ante executioné sententiæ constat de innocentia: certè Potestas, qui eum condemnauit, non potest eum absoluere, vt hic in fine. ibi. [Principi.] Tamen tenetur dare petitionem communi, vt absoluat, vt hic in fine. ibi. [Principi.] Nam cùm sit condemnatus in pecunia, quæ debet peruenire ad commune, meritò commune potest, & debet absoluere, Idem dico si esset condemnatus in persona: quia hoc potest fieri, & loquor (inquit ipse Bartolus) de ciuitatibus, quæ non recognoscunt Principem, Idem breuiter docuit ipsemet Bartolus in dicta l, Diui fratres, in principio. se remittendo ad dicta sua in dicta l. prima, §. finali. Idem Bartolus idipsum repetijt in dicta l.secunda, C. de senten, ex periculo recit. Idipsum rursus docuit ipse Bartolus in dicta l.prima, C.senten.rescindi non poss. Idem rursus docuit ipsemet Bartolus in dicta l. post sententiam. dicens, quòd non solùm Iudex sententiam diffinitiuã non poterit reuocare: sed nec sententia interlocutoria illa, per quam causa principalis tota deciditur, & ideo sententia Iudicis, per quam absoluit aliquem ab obseruatione iudicij, vel pronunciat non esse procedendum, vel se non esse Iudicem, istam non poterit reuocare: & ratio est (secundum eum) quia perimit causam principalem, cuius est lis. Idem docuit Bald. in dicta l. post sententiam, numero primo, dicens, quòd Iudex non poterit corrigere, mutare, vel reuocare sententiam diffinitiuam. Idem rursus docuit ipse Bal. in capit. præsentata, numero vndecimo, versicul. sed nunquid si semel. extra de testibus. Idem docuit Bald. in dicta l. prima, numero primo, & sexto. C. senten. resein. non poss. vbi his verbis vtens, assignat rationem, dicens, ideo diffinitiuam reuocare nó potest Iudex: quia ipsa diffinitiua lata absorbet iurisdictionem tam suam, quàm successoris, cùm diffinitiua dicatur à fine, quia finem imponit liti: aliàs esset procedere in infinitum, & non esset vnquam litium finis, quod est inconueniens legi, & publicæ vtilitati, & iuri communi, & rationi naturali contrarium, vt in l.si prætor, in principio. ff. de iudi. Idem rursus idem Bal. in dicta l.dicere. §. vnde videndum, numero quarto, versicul. Item nota regulam. his præcisis verbis vtens, videlicet: Nota regulam, quòd diffinitiua sententia non potest reuocari, nec error in ea commissus: & est ratio, quia arbiter definit esse arbiter, ergo secus, si non definere esse arbiter: puta, quia processisset contra formam compromissi. Nam tunc bene posset mutare sententiam suam, vt in l. quid tamen. ff. eodem. Idem rursus idem Bal. docuit in dicta l. quia arbiter, numero primo, versicul. & sic distinguendo. Idem docuit Alexander in dicta l. Iudex. num.2. Idem ipsemet Alexan. docuit in dicta l. cùm querebatur. in principio. Idem docuit Iason in dicta l. quod iussit. nu. 15. versic. quartò nota. vbi elegantissimis his verbis vsus fuit, videlicet: Nota ex secunda parte textus, quòd Iudex non potest suam diffinitiuam reuocare, neque mutare, vt hic. Tunc enim euolat emissum semel irreuocabile verbum: intellige quando sententia diffinitiua est valida, secus si est nulla, vt in l. si vt proponis, la prima, & l. Præses. C. quomodo & quando Iud. Et ratio prima est, quia statim, quòd Iudex tulit sententiam diffinitiuam, desinit esse Iudex: ideo amplius eam reuocare non potest, & secunda ipsa diffinitiua profertur cũ maiori maturitate, quàm interlocutoria; ideò difficiliùs reuocatur. Idem docuit Marsil. in l. prima, §. fin. num. 71. versic. nota etiam istum textum. ff. de quæstionibus. Idem docuit Angelus in l. penultima, ff. de in integrum restitut. dicens, quòd post latam sententiam solemniter, nihil sit in ea mutandum, sed illi inhærendum, vt verba sonant. l. Iudex postquam. ff. de re iudic. Idem docuit Decius, & Cagnolus in l. & si nihil. ff. de regul. iur. Probatur & tertiò rationibus supra allatis in recensione sententiarum supradictorum Doctorum, vide ergo ibi.

Amplia singulariter dicta in præcedenti ampliatione octaua, dicendo, quòd ipsa in tantum 114 sit vera, quòd Iudex † sententiam diffinitiuam, quæ iam transiuerat in rem iudicatam corrigere, vel reuocare non possit per aliam sententiam de nouo fulminatam, etiam si partes consentirent, vt illa à tali Iudice reuocaretur, & loco ipsius aliam decerneret, eo quòd hæc secunda sententia esset ipso iure nulla, cùm contradiceret notoriæ sententiæ primo loco legitimè latæ, iuxta omnium ferè Doctorum consensu: sententia nulla non possit ratificari partium consensu, vt valeat in vim sententiæ, etsi valere possit in vim pacti. Hæc ampliatio probatur triplici medio. Primò enim per argumentum in l. prima. C. quando prouoc. non est necesse. vbi hæc habentur, videlicet: [Latam sententiam diciris, quam ideo vires non habere contenditis, quòd contra res prius iudicatas, à quibus prouocatum non est, lata sit. Cuius rei probationem si promptam haberis, etiam citra prouocationis adminiculum, q̃ ita pronunciatum est, sententiæ auctoritatem non obtinebit.] hæc ibi. Dixi probari per argumentum in dicta l. prima, quoniam licèt ad verbum ibi non fiat mentio de consensu vtriusque partis litigantis interuenientis, prout in præsenti nostra limitatione. Nihilominus apertissimè veritas ipsius ex illa l. elicitur si recto iudicio ponderabuntur eius verba. Nam eo ipso, quòd ibi iure cautum reperitur sententiã contra aliam sententiam prius latam esse inualidam, ac nullam, Si ergo ipso iure nulla est dicta sententia, eo quòd in ipsa deficiat iurisdictio illam ferentis: cùm (vt sæpius fuit latè probatum) Iudex post diffinitiuam sententiam dicatur (quò ad eius cognitionem) functus Officio suo, ac per consequens ipsius iurisdictio expirauerit, Inde ergo sequitur, quòd sicut sententia

tia lata à non Iudice nulla non ſolùm de iure ſit dicenda, verum etiam carere nomine proprio ſententiæ, ac ipſa potius æquiuocè, quàm vniuocè eam propriè tali ſententia ſit appellanda quæcunque deciſio cauſæ, ſeu negotij inter duos verrentis facta, cum conſenſu vtriuſque partis, amicabilis compoſitio, quàm ſententia iudicialis. de cuius veritate in pronunciante requiritur iudicialis iuriſdictio, quæ non dependet à partium conſenſu, at potius à iuris diſpoſitione, quæ ſæpe etiam in inuitos miniſtratur, vt quotidiana experientia nos docet. Sic ergo in propoſito, etſi explicitè in dicta l. prima, nulla fiat mentio de conſenſu partium non interueniente, vel interueniente, id ex ipſa elicitur, cùm ſententiæ virtus, ac valor non dependeat à partium voluntate, ſed à iuriſdictione iudicantis, pręmiſſis alijs iudicijs eſſentialibus, quod apertiſſimus docuit textus in l. priuatorum. C. de iuriſdictione omnium Iudic. vbi hæc habentur, videlicet: [Priuatorum conſenſus Iudicem non facit eum, qui nulli præeſt iudicio, nec quod is ſtatuit, rei iudicatæ continet auctoritatem.] hæc ibi. Probatur & ſecundò Doctorum auctoritate. Nam Glo. in l. ſi diuerſa. C. de tranſact. in verſic. agi. volens reddere rationem præſentis ampliationis, ac inſimul differentiæ inter tranſactionem, & iudicialem ſententiam. his præciſis verbis vtitur, videlicet: Item quare ſecus in ſententia, vbi etiam lata per partium conſenſum ſecunda non valet, vt in l. 1. C. quando prouocare nõ eſt neceſſe. Niſi cùm eſſet dubium, an eſſet iudicatum, & ſuper hoc iudicaretur, vt in l. 1. ff. quæ ſent. ſine appell. Reſpondeo, quia fit tranſactio ex conſenſu, & ideo contrario conſenſu tollitur, vt in l. nihil tam naturale. ff. de regul. iur. ſed iudicium in inuitum redditur, vt in l. inter ſtipulantem, §. 1. ff. de verb. oblig. Idem docuit Glo. in l. acta. in verſ. terminata. ff. de re iudic. Idem docuit Bar. in l. 2. C. commun. vtriuſque iudi. infraſcriptis verbis vtens, videlicet: Diuiſio facta à Iudice incompetenti, poteſt conſenſu partium inualidari. Non intelligatis hoc, ꝙ hęc diuiſio comprobetur per conſenſum, tanquam ex ſententia: ſed approbatur tanquam ex diuiſione conſenſu facta, vt tibi dixi in l. 1. C. qui pro ſua iuriſdictione. vbi ipſe Barr. hęc protulit verba, videlicet: Vide gloſam, quam perpetuo tene menti, tenet gl. iſta, ꝙ ſententia nulla propter defectum iuriſdictionis Iudicis poterit per conſenſum partium validari. Doctores omnes tenent contrarium, vt in l. ſi expreſſim. ff. de appellat. & in l. priuatorum. C. de iuriſd. omn. Iudic. Non obſtat l. 2. C. commun. vtriuſque iudi. quia ibi ex illa approbatione non validatur ſententia, vt ſentẽtia: ſed habet vim cuiuſdam contractus, quaſi partes fecerint per contractum illud, quod deueniatur in ſententia. hæc Bar. vbi ſupra, qui in d. l. priuatorum, dixit iterũ, quòd conſenſu priuatorum non det iuriſdictionem. Cùm ergo ſententia ſecunda lata ab eodem Iudice, etiam in ſecunda inſtantia cõtra primam ſententiam validam dicatur ipſo iure nulla, pro eo, quòd in ipſa ferenda defuerit iuriſdictio inferente, etiam ſi aliàs fuiſſet ordinaria iuriſdictione decoratus: cùm per pronunciationem primæ ſententiæ validæ functus fuerit iure ſuo, & priuatus ipſo iure fuerit ſua iuriſdictione; quoad cognoſcendum illam aliàs, ſeu ad ipſam reuocandam (vt in præcedenti ampliatione plenius fuit
probatum.) Inde conſequens fit, quòd ſicut om-
115 nes dicunt, quòd ſententia lata † ab eo, qui ca-
ret iuriſdictione ipſo iure eſt nulla, nec ſufficiat
ad ipſam validandam conſenſus vtriuſque partis,
vt in dicta l. priuatorum. ſic elicitur ex dictis etiã
Bartoli veritas præſentis ampliationis, ſcilicet ꝙ
ſententia nulla non poſſit ratificari partium con-
ſenſu, vt valeat in vim ſententiæ. Idem docuit ip-
ſemet Bart. in l. ſecunda, numero ſeptimo, verſic.
quæro. ff. de officio Proconſulis. vbi dixit, quòd
116 Doctores, quòd ratihabitio partium † non po-
terit ratificare proceſſum factum à Iudice incom
petenti: quia ratihabitio non confirmat quę ſunt
nulla, & quæ non habuerunt ſua eſſentialia. Nec
obſtat l. 2. C. commun. vtriuſque iudic. quia non
valet, vt ſententia. Sed magis ex conſenſu partiũ.
hæc Barto. Ad hoc etiam probandum peroptimè
facere videtur quod docuit Gloſa, & ſuper eam
Bartolus in l. prima, numero quarto, verſic. quid
ſi ab initio ignorat reus. C. vbi de crimine agi
oporteat. Nam ibi quęrens quid foret dicendum
de reo, qui ab initio iudicij credebat eſſe ſuum
competentem Iudicem, quem poſtea ſciens ſuum
non eſſe, tamen coram ipſo litigauerat. dicit ibi
Bartolus tali vtendum fore diſtinctione in ſoluen
da præſenti quæſtione, videlicet: Quandoque in
117 Iudice non eſt defectus iuriſdictionis, † ſed de-
fectus voluntatis partium, quæ non prorogant iu-
riſdictionem propter ignorantiam, tunc licèt ab
initio quis ignoraſſet, ſi poſtea ſciuit, & ratum
habuit, tunc validaretur iudicium, quia erat de-
fectus ſolùm in voluntate. argumentum l. licèt. ff.
de iudic. quandoque fuit defectus in iuriſdictio-
ne Iudicis, tunc ſi poſtea pendente cauſa iudi-
cij, iuriſdictio ſuperueniat. Dic, quòd aut ſu-
peruenit ex cauſa de nouo emergente, & iudi-
cium nullo modo poteſt confirmare, ita tenet hic
Glo. in ſecundo membro: ratio, quia initium iu-
dicium non fuit legitimum, vt in l. momentaneæ.
C. qui legit. perſo. Si verò ſuperuenit iuriſdictio
ex cauſa de præterito, tunc confirmatur iudiciũ,
vt ex nunc, non vt ex tunc, vt in l. obſeruare. §. fin.
ff. de officio Proconſulis. hæc Bart. Idem rurſus
docuit Bartolus in l. acta. numero ſecundo, verſic.
tertia opinio. ff. de re iudic. vbi ſequens ſenten-
tiam Iacobi de Aret. infraſcriptis vſus fuit verbis,
videlicet: Tenet Iacobus de Are. quòd partibus,
& Iudice volentibus. non poſſit reſcindi: quia à
ſententia lata conſenſu partium, non poteſt rece-
di, vt per Gloſ. in l. ſi diuerſa. C. de tranſact. & ſic
non poſſunt acta deſtrui: quia deueniretur ad il-
lud, quod recederetur à ſententia eorum conſen-
ſu (ſed ipſe Bartolus ſubdit ex ſe dicens) ſed do-
mini credo, quòd acta de conſenſu partium poſ-
ſint comburi, & remaneret ſententia: quia ſi ſen-
tentia eſt lata partibus præſentibus, & nõ contra-
dicentibus, & in ea continetur, lite conteſtata li-
bello dato, &c. probat acta & litis conteſtatio-
nem præceſſiſſe, vt dicit Innocentius in capitulo
cum in iure. extra de officio delegat. & hoc te-
net Speculator in titul. de inſtrum. edit. §. reſtat.
verſic. in ſententia. allegat pro caſu. l. vltima. C.
de rela. & ſic iſta tertia opinio videtur vera. & di-
co ipſam bonam. Nam poſt ſententiam, non po-
teſt Iudex, nec partes circumducere acta indiſtin
ctè, vt ſi per hoc fieret augumentatio, vel minutio
pœnæ iam impoſitæ. Hæc Bart. vbi ſupra. Idem
docuit Bald. elegantiſſimè in infraſcriptis locis.

Nam in d.l.si diuersa pars,nu.2.& 3.infrascriptis præcisis verbis vsus fuit,sequens supradictam singularem Glos.videlicet: Aut negotium est decisum sententia, aut transactione. Primo casu non potest per consensum fieri,quòd sententia valeat, si sit contraria primæ, & ita loquitur lex contraria. Secundo casu posterius pactum valet,vt hic, & supra.tit.1.l.pacta nouissima. Ratio autem differentiæ est, quia in sententia non attenditur consensus partium,sed vigor iudiciorum: sed in transactione attenditur consensus partium: quia oritur ex consensu,& permanet ex consensu.argum. in l.nihil ram naturale.ff.de regul.iur. & in l. Stichum.§.naturalis. ff. de solut.& idcircò ista glos. est multum notabilis.Nam (vt videtis) glo.l.1.C. quando prouoc. non est necesse. dicit, quòd sententia diffinitiua lata cõtra aliam diffinitiuam est ipso iure nulla. & hæc glo. dicit hoc esse verum, etiam si in secunda partes consenserunt expresse; quod est notatu dignum.Sed contra hoc oppono: quia sententia aliàs nulla,tamen valet per consensum partium,vt not.in l.2. C.commun. vtriusque iudi.Sol.ibi non valet sententia,licèt factum partium bene valeat,quia partes processerunt ibi ad facti executionem, vnde nõ tenet ibi diuisio tanquam ex sententia:sed quia potest fieri per pactũ. Sed hic consensus, de quo loquitur Glo. non habebat in se facti executionem: & ideo non potest robotare sententiam, quæ ratione contrarietatis nulla erat. sed contra hoc oppono: quia iuri quæsito ex sententia potest renunciari,vt patet ex eo, quod legitur,& not.in l.duobus.ff.de except. rei iudica. ergo potest renunciari primæ sententiæ, & per consequens valebit secunda, non obstante prima. Solut. aliud est renunciare primæ sententiæ, quod potest fieri,vt in l.acta. ff.de re iudicat. & in l.in seruitutem.§.si petierit.ff.de bo.li.Aliud est simpliciter consentire secundæ sententiæ:Nam cum sententia sit nulla, ita consensus ei accessorius est nullus.Sed tertiò oppono,ad idem,de eo, quod legitur, & in l.1.in fine. ff. de Prætor.stipul. vbi sententia,quæ non potest corrigi,vel reformari sola Iudicis auctoritate, potest tamen corrigi, & reformari de partium consensu. Sol. ibi loquitur de interlocutoria, quæ est minoris roboris, quàm diffinitiua,vt in l.quod iussit.ff.de re iudic. & sic non obstat. hæc omnia notatu dignissima, protulit Bal.in d.l.si diuersa pars. qui idipsum rursus docuit breuius in c.præsentata,col.3.extra de testibus.in c.inter Monasterium,nu.2.versic.dicit Accursius. extra de sent. & re iudic. vbi sequens Accursium se subscribentem præsenti ampliationi: dixit, quòd diffinitiua lata contra diffinitiuã, à qua prima sententia non est appellatum,non valet etiam de consensu partium, vt not.in l.si diuersa. C.de transact. quia vigor iudiciarius non potest per pactum rescindi: quæ glo. non est alibi. Idem docuit Alex.in d.l.si diuersa.nu.3. versic.in ea.ibi, etiam per partium consensum. his præcisis verbis, videlicet: Nota ampliationem ad l.1. C.quando prouoc.non est necesse,s.quòd sentẽtia secunda lata contra primam, quæ transiuerat in rem iudicatam,non valet,vt ibi,etiam si lata fuit de consensu partium, vt hic in glos. quam ad hoc singularem reputat Imo.in l.quod iussit. in fine.ff. de re iudic. Idem docuit ipsemet Alex. in l.acta. nu.12.inter alia dicit partes non posse per eorum consensum,quòd contra sententiam,quæ transiuit in rem iudicatam ferantur alia sententia valida, vt in l.1.C.quando prouoc. non est necesse. Idem ipsemet Alex. iterũ docuit in l.quod iussit.nu.41. ff.de re indic. sequens Imolam, ibidem & glo.in d.l.si diuersa. Idem iterum docuit ipse Alexan.in consil.95.incip.Visis processibus.col.2.vol.2. Idẽ docuit Paul. de Castro in d.l. si diuersa. Idem ad verbum docuit Ias.in d.l. si diuersa pars, num.5. vers.nota diligenter. Idem docuit Aret. in consil. 73.col.1. Idem docuit Felin. in c. inter Monasterium.nu.16.versi.adde etiam istis.Bal. in d.l.si diuersa.extra de re iudic.vbi se subscripsit ad verbũ præsenti ampliationi. & rursus idem Felin.in c.1. nu.8.vers.amplia sextò.extra eod.etsi loquatur de sententia ferenda expresso errore iuris. Nam idẽ est, cùm sententia secunda contra primam à qua non fuit appellatum, & fuit valida, dicenda erit nulla:& sic modò viderentur partes consentire in sententiam expresso errore nullum ipso iure. Idẽ docuit Antonius Gabr.in lib.2. conclus.tit.de sententijs, conclus.7.nu.12. versic.amplia istam ampliationem. Idem docuit Specul.in lib.2.titul.de sententia, §. iuxta. nu.15. versic. quid de partium voluntate.in fine.in versic.sed dic contra. Probatur & tertiò sex rationibus, vltra supra relatas in recensione sententiarum Doctorum, quibus fuit probata præsens nostra ampliatio.Prima quarum est,quia sententia est facti. Nam omne, quod tollit aliquid ope exceptionis, & non ipso iure,est facti. Sed si ipso iure, iuris esse dr̃, vt in l. si vnus.§. pactus. ff. de pactis. sed factæ causæ pro infectis haberi non possint: quia (vt ait Aristoteles) hoc solo priuatur Deus,ingenita facere quæ vtique facta sunt. Idem ait noster Iurisconsultus in l. in bello. §.factæ. ff.de capt.& postli. re. Secunda ratio est, quia causa est sopita, videlicet cõsumpta per absolutoriam,vel consumata per condemnatoriã: & habito vltimo fine nihil restat explicãdum,qui finis dicitur quid vltimum, & quid optimum, secundum Philosophum: & ideo consumptum resuscitari non potest,vt in l.qui res.§.aream. ff.de sol. Tertia ratio est,quia non potest consensus partium tollere ius publicum. Nam sententiæ prolatio & eius vigor,& virtus iuris publici est,& ex iurisdictione dependet, quæ non potest dari, vel auferri pactis priuatorum. Quarta ratio est,quia contrarium imperium Iudicis consistit in officio mercenario, quod non durat extincto principali, quia non stat per se,vt in l.terminato. Quinta ratio est,quia non valet compromissum post rem iudicatam,nec transactionem,& tamen ibi interuenit consensus,vt in l.eleganter,§.si post. ff.de condit.indeb. Sexta ratio est, quia posterior sententia est lata sine libello,& sine ordine iudiciario, qui non potest in tanto, vel in toto omitti, etiam de consensu partium, vt not.in c.de causis. ext.de offic.deleg. Has sex rationes reddit Bal. in d.cap. inter Monasterium, pro confirmatione veritatis præsentis nostræ ampliationis, quæ erunt memoriæ commendanda.

Limita primò allata in ampliatione vnica dictæ ampliationis octauæ, quòd à contrario imperio videtur, non valet consensus si interuenit iudicium retro simile,& solemne: quoniam in tali casu sic distinguendum esset, prout docuit Bal.in c. inter Monasterium. col.2. vers.solue,vt à contrario.extra de sent.& re iudic. Aut per primam sententiam non potest reduci in priorem statum, vt

in

in causis criminalibus, & vbi irrogatur infamia, & tunc statur primæ sententiæ. Aut per primam potest reduci in pristinum statum, & tunc statur sententiæ posteriori, præsertim vbi interuenit culpa actoris: quia denuo egit, & in secunda succubuit, cum vicisset in prima.

Limita & secundo dictam ampliationem vnicam ampliationis octauæ, dicendo ipsam veram, nisi prius dictæ secundæ sententiæ latæ contra illam, quæ transiuit in rem iudicatam (de qua constat parti, & Iudici) de partium voluntate renuncietur. Hæc limitatio probatur Doctorũ auctoritate: hæc enim docuit Bal. in repet. l. 2. car. 6. ff. de iureiur. quẽ refert Feli. & sequitur in c. inter Monasteriũ. col. 9. in versic. vnde dicit tenẽdum esse. ext. de sent. & re iudic. quod & docuit etiã Aret. in consil. 73. in princ. versic. tertiò hoc demonstratur. & Paul. de Castr. in l. 1. in princ. C. quãdo prouoc.

Limita primò singulariter allata in ampliatione octaua, dicendo ipsam nõ habere locum quan
118 do pars, † quæ est tuta exceptione rei iudicatæ, non exposuerit ipsam Iudici: quia tunc secunda sententia illi contraria, valebit, etsi de prima fuit cognitum euanescit, dummodo is, pro quo prima sententia (quæ transijt in rem iudicatam) lata fuerat, dolosè tacuerit, & nõ exposuerit Iudici: prędictam primam sententiam, vel exposuit, & allegauit, & non probauit, sed fuit replicatum à parte contraria, secus tamen esset. Primò, si pars, in cuius fauorem fuerat lata sententia prædicta, ipsam fuisse latam probabili ignorantia laborasset. Secundò, quãdo etsi sciuerit talem sententiã fuisse latam, tamen ex simplicitate, vel ignorantia tacuerit, & non dolosè. Tertiò, quando sciuit, illam allegauit, & probauit, & per partem contrariã non fuisset replicatum: quia in omnibus his tribus casibus sententia secunda esset nulla, & prima esset valida. Hæc limitatio probatur Doctorum auctoritate, qui tali pacto poterunt omnes Doctores ferè concordari, vt patebit pro inferenda in sententiarum ipsorum relatione. Hæc limitatio probatur auctoritate infrascriptorum Doctorum. Nam Glo. in c. inter Monasterium. in vers. confirmãtes, circa finem. extra de sententia & re iudicata, reprobans sententiam Ioannis dicentis, quòd quando quis scit se habere exceptionem rei iudicatæ, & in fraudem, & dolosè eam omisit, volens fatigare aduersarium suum, non retractaretur secunda sententia: sed si quis ignorasset hanc exceptionem sibi competere, bene potest eam tunc opponere quandocunque: quia tunc nõ retractatur secunda sententia, imò nulla pronunciatur. hęc fuit sententia dicti Ioannis, quam reprobans d. Glos. concludit, quòd siue quis scienter, siue ignorãter non opposuerit hanc exceptionẽ rei iudicatæ, nõ poterit cam postea opponere, eo quòd non appellauerit. hæc sententia dictæ glosę intelligenda erit cùm grano salis, scilicet de eo qui scienter, & dolosè non opposuerit, & de eo, qui ignoranter laborante ignorantia crassa, quæ dolo comparetur, & sic poterunt concordari ambo Doctores, quãuis non videtur rationabile, quòd innocẽter, seu ignoranter non opponens, priuetur tanto commodo, scilicet exceptione rei indicatæ, & endẽ modo erit interpretanda sententia D. Antonij de Butrio in d. c. inter Monasterium, col. pen. versic. vnde concludo indistinctè, dicentis se non facere differentiam, an dolosè, vel nõ dolosè commiserit opponere. Item an ignoranter, vel scienter: quia quomodocunque omiserit, sententia non reperitur lata contra notorium; de quo Indici constat, & quòd tali pacto erit enucleanda prædicta sententia Antonij de Butrio elicitur ex his, quæ ipsemet docuit in c. ab excommunicato, col. 6. versic. hęc omnia. ext. de rescriptis. vbi dixit, quòd quando sententia est lata à Iudice certificato de sententia, & nihil de validitate sententię in dubium probabiliter reuocato: non valet secunda, & text. non cauillando in l. 1. & 2. quæ sent. sine appellat. rescin. afferens quoque sententiam Archid. in §. Itẽ qui contra pacem, 3. q. 7. vbi expressè dicit, quòd non valet sententia Iudicis contra sententiam, quam ipse tulit, vt arbiter ex antiquis actis. Idem prorsus docuit, vt in nostra limitatione. Io. And. in d. c. inter Monasteriũ, col. pen. vers. vnde circa materiã plenius. Idẽ docuit Imo. in d. c. inter Monasterium. addens, quòd hæc exceptio rei indicatę opponi poterit post secũdam sententiã, vt sit finis litium, quod & confirmauit Bal. in l. post sententiã, col. 2. C. de sententijs. vbi dixit, quòd tribus de causis hæc exceptio rei iudicatæ proponi potest post sententiam. Primò, quia reddit eam nullam. Secundò, quia prima non erit exequuta. Tertiò & hæc est subtilis secundum eum, quia ante sententiam non competebat ista exceptio, quantum ad istum effectum, vt sententia secundò lata esset nulla. etsi cùm incipiat competere post sententiam, tunc opponi possit. l. filius. ff. quod cum eo. sicut exceptio excessiuę executionis oriens in ipsa executione opponitur post sententiam. cap. quod ad consultationem. ext. de sent. & re iudic. & vbi dolosè omittitur ista exceptio rei iudicatæ, valet secunda sententia contra primam, circa quod Paulus de Castro in l. 1. in fine princ. ff. quæ sent. sine appellat. rescin. dicens, quòd regula tradita in nostra ampliatione octaua habet locum in tribus casibus. Primus est, quando pars, pro qua fuit lata prima sententia, ipsam ignorauit. Secundus, quando sciuit, & tacuit, non tamen propter dolum, sed bona fide. Tertius, quando sciuit, allegauit, approbauit, & nihil per alteram partẽ fuit replicatum. Si verò sciuit, & dolosè tacuit, vel allegauit, & non probauit, & fuit replicatum. & his omnibus casibus valeret sententia secunda contra primam: & addit ipse Paulus, quòd ita debeat intelligi textus in d. c. inter Monasterium, qui videtur contrariari. l. 1. C. quando prouocare non est necesse. hæc ille Paulus, quem sequitur Angel. de Aret. ibidem, & in §. posteriore. col. 2. institu. quib. mo. te. infir. Idem docuit Felinus in d. c. inter Monasterium. col. 7. in versicu. limita primò, nisi pars. vbi refert quamplurimos alios Doctores hoc ipsum docentes, & ibi examinat hanc quæstionem. Idem docuit Salyc. in d. l. 1. dicens imputandum esse reo, qui non opposuit de prima sententia, & allegat tex. in d. c. inter Monasteriũ. & hoc ipsum docuit Angel. de Aret. in d. §. posteriore.

Limita secundò d. regulam traditã in ampliatione octaua esse veram, dummodo sententia se
119 cunda † contra res prius iudicatas habeat in se expressam mentionem primæ sententiæ, puta condemnamus, vel absoluimus talem, &c. non obstante prima sententia: nam tunc secunda erit nulla, vt in d. l. 1. C. quando prouo. non est necesse: sed si hoc non expressit secundus Iudex, tamen sciuit de

prima

prima,& tacitè reiecit;poterit appellari à sua sen
tentia:quia ipso iure non erit nulla. Hæc limita-
tio probatur auctoritate doctorum: huic limita-
tioni se subscripsit Bal.in repet.l.2.car. 6.vers.Ad-
uertatis sic.ff.de Iure iuran.quem sequutus fuit Fe
linus in c.Inter monasteriũ,col.9.in ver.limita se
cũdò,qui addit hanc ponderationẽ,dicens.Con-
sidera bene, ꝙ aut dicit iudex primã sententiam
nullam,& tunc clarum est, ꝙ eius sententia valet,
licèt appellari non possit à parte prætendente pri-
mam non esse nullam: quia huic secundæ non ob-
stat transitus primæ in rem iudicatam; quia fuit
transitus apparens,non existens: Aut iudex secun-
dus simpliciter pronunciauit contra primam: &
tunc dubito de hoc dicto Bal.quia non videtur ne
cessarium ad nullitatem sententiæ,ꝙ exprimat pri
mam:sufficit enim quòd contra secundam allege-
tur notorium.

Limita tertiò dictã regulam,nisi exceptio rei iu
120 dicatę opponeretur in vim dilatoriè † antè litis
contestationẽ.vt docuerunt Paul.de Castro,& Ale
xand.in l.Nam & postea.§.si damnetur.ff.de Iure
iuran. prout refert Felinus in c.Inter monasteriũ,
col.9.vers.limita tertiò,extra de sentẽtia & re iud.

Sublimitabis primò verã prędictã limitationẽ,
secundũ dictũ Felinũ in c.Inter monasteriũ,col.9.
vers.limita tertiò,dummodo iudex de ea cogno-
121 uerit;quia si postea procedit ad ulteriora,† vide
tur exceptionem prædictam tacitè reijcere, per
tex.in c.ex parte.el tertio,extra de Appellat.& va
let sententia postea lata contra primam,secus si Iu
dex noluit audire proponentem dictam exceptio
nem,vel si admisit, non tamen examinauit: quia
videtur processisse in contemptum legis volentis
tales exceptiones processum impedire;& non de-
bet esse in potestate Iudicis talia facere, vt in l.r,
§.1.ibi. Neq; enim Prætoris factum. ff. de feri. vt
not.Bal.in l.r.colum.23.vers.super sexto,C.qui ac
cusa. & Paul. de Cast. in simili in l.fin.in princ. in
2.col.vers.Ego dixi sic.ff.si cer.pet.& ideo non va
lebit tunc sententia secunda tamquam lata à iudi
ce sciente de prima per partis allegationem non
debito modo reiectam.

Sublimita secũdò cõtenta in tertia limitatione
prædicta vera, nisi dicta exceptio rei iudicatæ
122 † non opponerẽtur ad processum (iuxta c.r.de li
tis contest.in sextò)sed in vim peremptorię, & ea
non obstante lata est alia contraria:tunc dicta sen
tentia secunda.est nulla.Hęc sublimitatio secunda
probatur per textum,in l.1.C.Quando prouo. nõ
est necesse,quem secũdum Paul. de Cast. (relatum
à Felino in c.Inter monasterium, colum.10. vers.
Cæterùm vbi ista exceptio. extra de sent.& re iu-
di.)malè intellexit Bar.& Iac.But.intelligendo so
lum in eadem instantia: quia hoc modo illa lex
nullum haberet dubium. Qui Felinus ibidem
addidit dicens. Considera hanc limitationem,
quia est magni effectus. & intelligo, ꝙ vbi iudex
causa non cognita procedit ad vlteriora, ille actus
non nocet opponenti exceptionem rei iudicatæ:
sed vbi causa cognita procedit,tunc posset appel
lari ab ista tacita reiectione,vt etiam docuit Imo.
in dicto c.Inter monasterium, & ꝙ imputetur nõ
appellanti,quando exceptio rei iudicatæ exami-
natur,tacitè reicitur ante litis contestationẽ. Vi-
de Aret.in consil.74.colum.3.vers. Aliquando iu-
dex.& ibi etiam sensit hanc limitationem:& po-
nit de practica opponendi hãc exceptionem in
vim dilatoriæ antè litis contestationem.

Limita quartò octauam ampliationem; dicen-
123 do ipsam verã, nisi essent dati duo libelli † con-
tradictorij, puta, vnus petijt sententiam, uel ele-
ctionem confirmari, alius petijt infirmari: licèt
enim super vtroque fiat instantia;valebunt senten
tiæ latę super eisdem:quod tamẽ ne cõtingat, de-
bent Iudices tales libellos non admittere in casi-
bus aliquibus relatis infra in relatione sententię
Philippi Franchi huic limitationi, se subscripsit
Felinus in dicto c. Inter monasterium, colum.1.
vers.limita quartò, dicẽs hoc ipsum docuisse Pau
lum de Castro in l.Nam & postea. §.si damnetur.
ff. de iureiuran. Allegantem ad hoc Ant. de But.
(quem appellat virum subtilissimum) in c. Cùm
contingat.col.10.vers.Nota istud dictũ Innocẽtij,
extra de off.delegati.Hæc Paul.vbi supra. Tu au-
tem dic ꝙ hoc dixit Antonius de But. in dicto c.
Cum contingat,colum.6.in dicto ver.Nota istud,
& hoc ipsum docuit Ange. Aret. in §.Posteriore,
colum.2.Institu.Qui mo.te.infir.& in dicta l.r.ad
finem.ff. Quæ sent. sine appel. re. post Paulum de
Castro ibi.rursus idem Paul. & in l.1.colum.3.C.
Quando prouoc.dixit, ꝙ si peto pronũciari rem,
quam possides,esse meam: tu uerò petis pronun-
ciari esse tuam.Isto casu si feruntur sententiæ con
trariæ ualent,& licèt vera sit præsens limitatio,ta
men ipsi aduersatur Alex.in l.Nam & postea. §. si
damnetur.ff.de iureiuran. dicens. si uera non est
opinio Bar.in alijs casibus,ergo nec in isto, ĩ quo
est eadem ratio,& refert But. in contrarium in c.
Ab excommun,col.9. vers. Per hoc dixi. & dico
de rescriptis,ꝙ ex quo lis est finita per sentẽtiam,
partes non possunt à re iudicata recedere, per l.
Acta.ff.de re iudi.& Glo.& Bar.in dicta l.si diuer
sa,C.de Transact.& ideo(inquit Alex.) non potest
dari libellus contrarius primo, super quo est iudi
catum. Ad hanc obiectionem Alexandri respon-
dens Felinus in c. Inter monasterium, colum. 10.
vers. Limita quartò, dixit tria fore consideranda
circa hoc,primo,quando debeant admitti libelli
contrarij oportunè scribit Philippus Franchus in
c.Dilecto, colum.36. vers. Decimooctauò quæri-
tur,extra de Appellat.& quod dixit Bal. in l.si Iu-
dex.ante finem.ff.de his,qui sunt sui.dicens,quòd
si actor petit vnum,reus non potest petere contra
rium,nisi excipiendo.Vnde libellus actoris impe
dit libellum Rei,ne contrariæ sententię proferan-
tur.Intellige(inquit ibi Felinus)nisi esset casus,in
quo etiam reus posset agere:quia fortè possidet,vt
per Bal.pulchrè in l.Tale pactum.§. Qui prouoca-
uit.quęst.15. ff. de Pactis. Considera secundò, ꝙ
posito,ꝙ libelli contrarij admitterentur,non vide
tur de necessitate inferri, quòd sententię sint sem-
per futurę contrariæ. si enim pronuntiauero ele-
ctionem confirmandam:etsi mihi constet pronun
ciabo super alio libello,eam non infirmandam:er
go conformiter.Nisi dicas istos respicere nõ quid
fieri debeat,sed quid euenire posset.Vel ꝙ in exa-
mine secundi libelli fortè mutabit sententiã.Con-
sidera tertiò,ꝙ si erãt diuersę instantię:impugna-
tio Alexandri non procedit: quia non voluit Pau-
lus limitare Bar. sed saluare vno casu, videlicet,
quando sunt libelli contrarij:sed si fuit eadem in-
stãtia, adhuc impugnatio Alexan.(inquit Felinus
vbi sup.) est inepta:quia respectu eiusdem instan-
tię Bar.non errauit:& licèt Butr.in dicto.c.Ab ex
communic.colum.10, videatur intelligere, quòd
sit

sit eadem instantia super diuersis libellis: Tamen in c.Cùm contingat, colum.13. intelligit in diuersis instantijs:& verè si loquitur Innocentius & etiam But. ibi.& tunc clara est impugnatio Alexandri, non dico, dicendo, q Battol. malè limitatur hoc casu, scilicet quando eius opinio malè saluetur hoc casu. hæc omnia Felinus vbi supra: sed pro maiori intelligentia veritatis præsentis limitationis sciendum, q elegantissime docuit Philippus Franchus, in c.Dilecto, colum.19. quæstione 18. seu in vers.Decimooctauò quæritur, extra de Appellat. quando duo contrarij libelli possint admitti in iudicio. Nam post recensitas nonnullas doctorū sententias infrascriptis notatu dignissimis verbis vtitur, videlicet Conclude, q aut loquimur in iuribus incorporalibus:& indistinctè, seu uia con
124 uentionis, seu reconuentionis admittitur † libellus directo contrarius. textus est notabilis in cap. Cum ecclesia, extra de causa poss. vbi canonici petierunt electionem confirmandi: clerici verò contratrio libello petierunt electionem infirmari, & super vtroque libello fertur ibi sententia:& ita etiam docuit ibidem Panor. in colum.2. nume.6. adde tu, q ibi infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Nota q super eodem facto admittuntur libelli cōtrarij ex parte actoris & rei: & super vtrisq; pronunciatur, hæc ille:& ita procedit textus in c.Abbate, extra de verborum signif. Vbi Butrius col.1.
125 notat illum textum, q super † libello confirmationis potest dari contrarius libellus infirmationis. Si verò loquimur In his, in quibus nō potest quis esse actor, & reus, & possidenti actio non datur, vt in l.1.ff. vti possidetis. Tunc aut in rebus diuersis, & potest procedere libellus de directo contrarius, & ita sit textus in l.si inter me, & te. ff. de except. rei iudi. & in c. In præsentia, extra de Probat. Vbi super hæreditate eiusdem à diuersis partibus datur libellus contradictorius, & directo cōtrarius, quando agitur diuerso iure: sed si agitur eodem iure super eisdem, vel diuersis rebus: tunc si per viam conuentionis reus non potest, nel non intendit aliud consequi, quàm per viam exceptionis, non debet admitti libellus contrarius: & ita procedit dictum Angeli in dicta l. si cùm ambo. sed si reus per viam agendi contrario libello intēdit aliquid consequi, quod sub defensione non includebatur: tunc indistinctè admittitur libellus directo contrarius: & ita procedat dicta l. Inter me, & te. Vnde si per viam exceptionis reus non po
126 test cōsequi, nisi per absolutionem: quia † actore non probante, vel reprobante solùm, absoluitur ipse reus: tamen nihil sibi adiudicatur, nec fertur sententia declaratoria de iure suo, ut per Innocentium, & doctores in c. ex con quæstione. extra de restitu. spoliat. sed per libellum de directo contrarium reus non solùm absoluitur à libello actoris, sed etiam obtinet condemnationem de actore; seu declarationem, vel adiudicationem de iure suo, vt in dicta l.si inter me & te. & de his per Bar. in repet. l. edicta, C. de edendo post medium: Vbi notabiliter ponit, q si reus est conuentus ex instrumento ut soluat; an possit ipse dare contrarium libellum petendo sibi reddi instrumentum cancellatum tanquam sine causa per l. Dissolue. C. de condit. sine causa. vide ibi per eum. hæc ille, sed sciendum q id, quod Panormitanus, vbi sup. docuit, dicens. Nota quòd super eodem facto admittuntur libelli contrarij ex parte actoris, & rei: & super vtrisque pronunciatur. Idem docuerunt infrascripti doctores, videlicet Innocentius in c.Cùm ecclesia sutrina, nu.3. in vers. secus autē si incœpissent. extra de causa possess. & propriet. vbi inter alia his verbis vsus fuit, videlicet, secus autem si incœpissent agere clerici possessorio, & petitorio: & postea Canonici peterent confirmationem: vel dic coram Iudice ordinario, vel etiam delegato, cui principaliter esset vtrumque commissum, benè posset agi de vtroque non in modū conuentionis, sed principalis reconuentionis: vt not. in c. super, extra de ordine cognit. cùm benè sese inuicem compatiantur petitiones istæ: peto electionem meam confirmari: ex aduerso peto electionem talem infirmari; qui est facta nobis absentibus, qui eramus in possessione eligendi, & ad quos de iure spectabat, hæc ille. ex quibus elicitur, quòd de mente eius est: quòd duo libelli con
127 trarij † super eodem facto admittantur. Idem docuit Dominus Antonius de Butrio in dicto c. Cùm ecclesia, colum.1. in vers. Nota hic apertum: his verbis vtens, videlicet. Nota hic apertū: quòd dato libello super confirmatione, procedit libellus, si detur super infirmatione: & sic super directo contrarijs admittuntur libelli: licèt alibi dicat Innocentius hanc practicam non tutam: quia possent sequi contrariæ sententiæ: & vna præiudicaret alteri, ut not. in c. Cum contingat, extra de off. delegati.

Sublimita dictā limitationem 4. dicendo ipsam veram: nisi is, qui dat libellum de directo contrarium probauerit contenta in suo libello: sed si forsan neuter probat in vna parte, tunc absoluetur reus cōtra quem petitur infirmatio ab impetitione actoris; vt docet Dominus Antonius de Butrio in c.Cùm contingat, colum. penul. in vers. Vnde super hac petitione. extra de off. delegati.

Limita quintò regulam contentam in octaua ampliatione: dicendo ipsam veram, quando prima sententia fuit absolutoria, & secunda condem
128 natoria: sed si prima † fuisset condemnatoria, & secunda absolutoria: tunc secunda ualida esset, etiam si prima sententia notificata fuisset Iudici: hæc limitatio probatur duplici medio. Primo doctorum sententia. Nam infrascripti doctores se subscripserunt ipsi, videlicet Bald. in l. Post sententiam, colum.2. C. de sententijs, dicens, quòd imputet sibi actor, qui denuo egit, & non est sequutus sententiam, cùm ei tacitè renunciasse, vel nouasse uideatur, ut in l. Minor 25. annorum, eui fideicōmissum, ff. de Minoribus, eo quòd hæc sit (inquit ipse Bald.) ipsa veritas. Idem docuit Imo. in cap. Inter monasterium, extra de sent. & re iudi. allegando doctores in l.1. C. quando pronocare. additque, quòd hæc est communis opinio. pro qua allegat Glo. in l. Duobus. ff. de except. rei indicatæ, & hanc rationem dicens, quia actor agendo iterum primæua actione, ut potuit per dictam l. Duobus uidetur quodammodo renunciare uictoriæ, non petendo executionem. Idem docuit clarè Salic. post Guil. & Iac. Bu. in dicta l.1. colum.2. in sexta oppo. & in 3. colum. vers. Primo casu, per dictam l. Duobus. Idem Ange. Aret. in §. Posteriore, colum.1. Instit. Qui. mo. test. infir. & Pau. de Castro, in l.1. c.4. C. quando prouoc. dicens illam legem procedere, quando prima etat lata pro reo, secunda pro actore. secus si è conuerso, scilicet, prima pro actore, & secunda pro reo. Idem docuit

-cuit Felinus in c.inter monasterium, colum. 10. vers. limita quintò, extra de sent. & re iudi. qui ibidem, colum. 11. vers. est verum. refert, quòd Io. And. & Pan. dicto c. inter monasterium. post Innocentium ibidem in 4. oppo. tenent indistinctè, ꝙ sententia contraria nõ tenet etiam in diuersa instantia, si prima non fuerat scienter & dolosè allegata: & sic æquiparat in hoc sententiam absolutoriam condemnatoriæ, & è contra. quod & ibi eleganter examinat ibidem Felinus, qui in vers. Considera tertio. inter alia infra subintulit, quibus demonstrat se subscripsisse præsenti limitationi. Nã infrascriptis verbis vtitur, videlicet, sed forte in hoc illi sentiunt aliud, videlicet, quòd si quæri-
129 mus, vtrum reus † in exordio secundæ litis possit statim renunciare sententiæ absolutoriæ, quę transiuit in rem iudicatam ad finem, ut ualeat secunda sententia illius reuocatoria, & hoc non possit; quia cùm secunda sit lata non cognito de prima, & non esset præsumptio, & notorietas orta pro prima ob transitum in rem iudicatam; videtur secundus iudex iniustè condemnare illum, qui semel absolutus fuit, & non constitit de iniustitia absolutoria, quia primus processus non fuit ventilatus; ideo consensus partis non potest talem secundam sententiam validare, sed si ipse reus consentit, ut cognoscatur de iniustitia primę sententiæ absolutoriæ, & iudex hoc cognoscens eam reuocet, vt iniustam. profectò crederem (inquit) ipse Felinus, quòd secunda valeret: tum propter dicenda in octaua limitatione, quę ad hoc multum vrgent: tum quia omnis præsumptio (quæ erat pro prima sententia, est sublata, non per illum consensum rei absolutæ: sed propter effectum sequutum licentia illius consensus, videlicet, propter pateficam iniustitiam sententiæ ex tollerata ipsius reuisione. Modò non est sic per omnia in sentẽtia condemnatoria: quia si actor ei renunciat, vel scienter eam ommittit, valet processus, & sententia contraria. Et hæc sit differentia inter condemnatoriã, & absolutoriam: quam uidetur expressè ponere Bal. in l. 1. C. quando prouoc. & in l. iurigentium. §. si paciscar. lo. 1. ff. de Pactis. vbi dixit, ꝙ in com-
130 promisso potest opponi clausula, † non obstante sententia condemnatoria: sed non clausula, non obstante sententia absolutoria: quia plus fauetur reuocatoriæ condemnatoriæ, quàm reuocatoriæ absolutoriæ per rationes prædictas. Vnde vult actorem posse renunciare condemnatoriæ indistinctè, non autem reum posse renunciare absolutoriæ. cogita benè, quia iste punctus per doctores non enucleatur. hæc omnia Felinus vbi supra, ex quibus patuit se subscripsisse præsenti limitationi: quam ipse Bald. probat in dicta l. 1. colum. 1. per tres rationes communes; vltra allatas hucusq;. Prima quarum est, propter l. Fauorabiliores. ff. de regu. iur. vbi dicitur. [Fauorabiliores rei, quàm actores habentur.] facit quoque ad hoc textus in c. cùm Rei sunt fauorabiliores, quàm actores sunt. de regu. iur. in sexto. vbi hæc habentur, videlicet. [Cùm sunt partium iura obscura, reo fauendũ est potius, quàm actori.] secunda ratio Baldi est, quia actor est in culpa. Tertia, quia videtur renũciasse victoriæ, quę renunciatio tenet per textum in l. Minor. 25. ann. cui fideicommissum. ff. de Minoribus: licèt forte reus non possit renunciare exceptioni rei iudicatæ: vt per Glo. in l. si diuersa, C. de transactio,

Limita sextò regulam traditam in ampliatione octaua: nisi prima diffinitiua sententia esset nulla: eo quòd incertum contineret: quoniam tunc sen-
131 tentia secunda † contra dictam primam sententiam ualebit, etiam si secunda fuisset lata non pronũciato prius super nullitate primæ sententiæ, & ipsa transijt in rem iudicatã. ab ipsa non appellando. Hæc limitatio probatur triplici medio. Primò per textum in l. fin. C. de sententia, quæ line cet. quanti. Vbi hæc habentur, videlicet, [Hæc sententia, quæ bona fide accepisti, solue: cùm incertum esset, quid accepisset, quantumque ab eo peteretur: præsertim cùm ipse, qui extra ordinem iudicabat, interlocutus sit dotem datam, quæ repeteretur, non liquida esse: iudicati auctoritate non nititur. Cùm igitur is, qui postea iudicabit, contra te certam sententiam protulerit, neque à statutis prouocaueris: ipsa tuo facto confirmasti iudicatum.] hæc in dicta l. fin. Probatur & secundo auctoritate doctorum. Hac infrascripti doctores hoc ipsum sentierũt, videlicet Glo. in dicta l. fin. vers. cùm igitur. vers. Iudicabit. & vers. Confirmasti. Idẽ Bal. & Ange. in dicta l. fin. Bar. quoque in eadem l. fin. idem docuit. Vbi infrà notatu dignissima dixit, videlicet. Primò, ꝙ sententia nulla ratione incertitudinis non impedit aliam ferri sententiam. secundò, ꝙ etiam in dote non ualet sententia incerta. tertiò quòd potest ferri alia sententia etiam antequam pronuncietur de nullitate primę, vt hic in fine. quartò, quòd qui non appellat confirmat sententiam. Vt in l. ab eo, C. quomodo, & quando Iudex. Sextò quòd omnia prędicta non repetiuntur alibi, & ideo erunt menti tenenda. Vltimò di-
132 cit, ꝙ libellus † incertus & sentẽtia omnino incerta inde lata est nulla ipso iure: secus si nõ esset omnino incerta, quamuis quantitas petita non esset ita expressa, sed in genere, ut puta, si dicat Iudex condemno te ad restitutionem dotis: quia cõstat eam te habuisse: licet non declararetur in sententia quantitas, uel qualitas rei dotalis: sicut in petitione hereditatis: & quòd hoc sit uerum, uidetur uelle hic textus in eo, quòd dicit, quòd petitio incerta procedit super dote: & ita intelligo, (inquit Batt. ibidem) hanc legem. hęc omnia Batt. vbi sup. Idem docuit Paul. de Castro in l. 1. C. quãdo prouocar. Idem docuit Felinus in c. Inter monasteriũ, col. 11. vers. limita sextò.

Sublimita singulariter allata in dicta sexta limitatione, dicendo ipsa non habere locum quan-
133 do sententia diffinitiua † lata fuisset super incerto per relationem ad aliqua acta causę. super quã lata fuit, in quibus continetur quantitas specifica, de qua lis contestetur, ad aliqua acta (inquam) indistinctè, quia tunc ualetet sententia: si in illis actis, ad quę sententia refertur, continetur quantitas non habita distinctione, quę sint illa acta. Sed quando sententia proferetur simpliciter, scilicet, condemno te ad id, quod debes: Nam tunc erit necesse, ꝙ certa quantitas repetiatur in actis probatorijs, vt in depositionibus testium, confessionibus, uel instrumentis: Nec sufficiet contineri in actis assertorijs, ut in libello & petitionibus. Hęc sublimitatio probatur duplici medio. Primò per tex. in l. penul. C. de sent. quę sine cert. quanti. Vbi hæc habentur, videlicet. [Hæc sententia omnem debiti quantitatem cum usuris competentibus solue, iudicati actionem præstare non potest: cùm apud iudices ita demum sine certa quantitate fa-

ctã

cta condemnatio auctoritate rei iudicatę cenſeatur, ſi parte aliqua actorum certa ſit quantitas cōprebenſa.]hæc ibi.Idem per omnia probatur in l. In ſumma. ff.de re iudic. vbi hæc habentur, videlicet.[In ſumma ſufficiet ſi expreſſerit index ſummam in ſententia,ſoluiq; iuſſerit, vel præſtari, vel quocumque alio verbo ſignificauerit,amplius eſt reſcriptum:& ſi in ſententia non ſit ſumma adiecta,ſi tamen is,qui petit ſummam expreſſerit, & iudex ait, ſolue quod petitum eſt , vel quantum petitum eſt, valere ſententiam qui ſortis quidem condemnationem faciūt: de vſuris autem ita pronuntiant. Vſuræ ſi quæ competunt,præſtentur: nō rectè pronunciant: debent enim de vſuris quoque cognoſcere,& certam facere condemnationem.] hæc ibi:Idem per omnia docuit Glo.& Bar.in l. pen.& in l.ait prętor.§.ſi index.ff.de re iudic.Idē docuit Bal.in dicta l.pen.infraſcriptis verbis notatu dignis vtens,videlicet. Diſtingue,quædam ſunt acta,quæ faciūt rem dubiam,vt libellus:quia in libello ſit mentio de controuerſia; quam facit aduerſarius:& tunc aut ad talia acta eſt facta relatio,ut condemnote in petitis , & ualet, ut in l.in ſumma.verſ.valet.ff.de re indic.Aut non eſt relatio facta,& non ualet(ue infra dicam.)Aut ſunt talia acta,quæ faciunt rem certam,ur inſtrumenta, atteſtationes,confeſſiones,& iuſiurandū, quæ omnia faciunt plenam probationem : tunc ſententia valet,& præſumitur lata tacitè;facta relatione ad acta : quia ſemper Iudex dicit in ſententia. Viſis actis.Tamen hæc verba(quantum ad propoſitum) non intelliguntur,niſi de geſtis probatorijs. Vnde cùm littera dicit actorum (dic) fidem facientium : & ita vult glo. parua & nota. hic poſita. Aut per acta non apparet eſſe probatum plenè, ſed ſemiplenè:& tunc non ualet incerta ſentētia: quia non ſunt talia acta,quæ reddant rem certā: vt in l.Admonendi. ff.de iur.iuran. Idem multo magis ſi nihil eſt probatum: ſed ſi pro parte eſſet plenè probatum,& non pro toto , tunc ſententia lata ſuper ſumma principali eſt nulla:licèt ſit ualida in acceſſorijs. Hæc omnia elegantiſſimè docuit Bal.vbi ſup.hoc ipſum docuit Bar.in dicta l. ait prętor. ſed ſi Iudex diceret condemno ſi eſt probatum,ſed ſi non eſt probatū abſoluo:& reperitur pro parte probatum,& pro parte non.Tunc valebit ſententia,& erit condemnatoria pro parte, quę probata eſt, & pro parte quę non eſt probata erit abſolutoria.prout docuit Bart. ibidem. & Bald. in quo ad conſultationem. de ſent. & re iudica.

Sublimita & ſecūdò dictam limitationem ſex-
134 tam,dicendo ipſam veram ſi lata † fuerat diffinitiua ſententia contra primam diffinitiuam nullā latam ab eodem Iudice ordinario : ſecus tamen, ſi fuiſſet lata a Iudice delegato,quoniam tunc dicta ſententia ſecunda eſſet nulla,etiam ſi fuiſſet lata contra primam nullam ab ipſomet delegato latam , ut corrigeret errorem tanquam prolata à Iudice illegitimo, indicātę ſine iuriſdictione,eo ꝙ Iudicis delegati poteſtas expirat quāprimùm per ſe vel per alium ſententiam ſuper re ſibi delegata executioni mandauit,vel mandari pręcepit: & idcircò cùm functus fuerit officio ſuo , & inde eius auctoritas ceſſet.Inde ſequitur ſententiam ſecundam ab eo latam contra primam eſſe nullam, cùm lata fuerit à Iudice non ſuo,iuxta notata per textū in c. quod autem. extra de pęnit.& remiſſ.

Dixi[Contra primam diffinitiuam] quoniam Iudex delegatus poteſt corrigere errorem ſuum, ut in c.qualiter & quando. de accu. & in c.ex litteris. extra de officio Iudicis delegati,vbi hoc ipſum docuit Alex. III. ſcribens Brixienſi epiſcopo in hæc verba,videlicet.[In litteris, & infra Conſultationi tuę taliter reſpondemus, quòd ex quo Iudex delegatus per ſe , vel per alium ſententiam executioni mandauit,uel mandari præcepit,eius auctoritas,& iuriſdictio ceſſat.Quia ſemel eſt officio ſuo functus.]Hęc ibi.Idem per argumentum in c.venerabili.§.Porrò.extra de officio delegati. vbi hęc habentur,videlicet.[Porrò cùm idem Archiepiſcopus corporis infirmitate grauatus commiſit in huiuſmodi uegotio uices ſuas. Primò Abbati Sancti Spiritus de Panormo,ac demum Theſaurario Cuſentineñ. Quorum proceſſus nobis exhibitos de fratrum noſtrorum Conſilio caſſauimus iuſtitia exigente:quia videlicet contra mandati noſtri tenorem ad inquirendum vtrum de dilapidatione eſſet ſuſpectus Epiſcopus,eo non reſtituto,proceſſit: (cum iam ſuo functus eſſet officio , dicto Abbati committendo in integrum vices ſuas) huiuſmodi negotium dicto theſaurario non potuit demandare.] hæc ibi. Dixi probari pręſentem limitationem per arg. in dicto c.venerabili : quoniam & ſi ad uerbum & explicitè dictus Canon non doceat ipſam,benè tamen implicitè & ſecundum ipſius ſententiam , & intentionem legiſlatoris;cùm ex ipſo duo eliciantur notatu digniſſima:Primum quorum eſt, quòd delegatus extra fines mandati aliquid faciendo,illud tale eſt ipſo iure nullum.Secundum,quòd delegatus etiam à Principe committendo ſimpliciter fines ſuos alicui,dicatur functus officio ſuo, & ſi ultra non poſſe aliquid circa cauſam ſibi delegatam.ex his ergo etiam patuit ꝙ ueritas noſtrę limitationis probetur per dictum Canonem, cùm delegatus(vt in pręcitato c.In literis.)poſt ſententiam latam,& executioni mandatam dicatur functus officio ſuo : & idcircò ſi attentauerit ſecundam ſententiam ferre, illa erit nulla, cùm ſit lata vltra fines mandati,& licèt alijs iuribus ſimilibus probari poſſit:breuitati (tamen) ſtudens hic illa ſilentio pertranſire ſtudebo . Idem probatur expreſſius in l.Iudex.ff.de re iudic.vbi hęc habētur, videlicet.[Iudex poſtea quàm ſemel dixit ſententiam,Iudex eſſe deſinit,& hoc iure utimur;ut Iudex,qui ſemel,uel pluris,uel minoris condemnauit,amplius corrigere ſententiam ſuam non poſſit.ſemel enim malè,ſeu benè,functus eſt officio.] Hęc ibi. Idem habetur per textū in l.Diui fratres. ff.de Pœnis.vbi hęc habentur,videlicet.[Diui fratres Arrantio Silloni reſcripſerunt,non ſolere Pręſides prouinciarum,ea,quę pronunciauerint,ipſos reſcindere. Verinę quoque Italicenſi reſcripſerunt,ſuam mutare ſententiam neminem poſſe:idque inſolitum eſſe fieri. Si tamen de ſe quis mentitus fuerit:vel cùm non haberet probationum inſtrumenta,quę poſtea repererit,pœna afflictus ſit, nonnulla extant principalia reſcripta:quibus vel pœna eorum minuta eſt, uel in integrum reſtitutio conceſſa,ſed id dumtaxat à principibus fieri poteſt.]hęc ibi inter alia. Idem habetur in l.Cū quęrebatur. ff.de re iudi.vbi hęc habentur uidelicet.[Paulus reſpondit reſcindere quidem ſentētiam ſuam pręcedentem Pretorem non poſse: reliqua autem,quę ad conſequentiam quidem iam

ſtatu-

statutorum pertinent, priori tamen sententiæ desunt circa condemnãdum reum, vel absoluendũ, debere supplere (scilicet) eodem die.] hæc ibi. Idem habetur in l.2.C.de sententijs ex breuicolo recitandis. Vbi hæc habentur, videlicet, [Hac lege perpetuò credimus ordinandum; ut iudices, quos cognoscendi, & pronunciandi necessitas tenet, non subitas, sed deliberatione habita post negotium sententias ponderatas sibi ante formarẽt & emendatas statim in libellum secnta fidelitate conferant, scriptasque ex libello partibus legant. Sed nec sit eis posthac copia corrigendi, uel mutandi: exceptis tam viris eminentissimis Præfectis Prætorio, quàm alijs illustrium administrationem gerentibus, cæterisque illustribus Iudicibus, quibus licentia conceditur etiam per officium suũ, & eos, qui ministerium suum eis accomodãt, sententias definitiuas recitare.] hęc ibi: & clarius per membrum præsentis limitationis (in quo dicitur ordinarium posse secundam ferre sententiam contra primam nullam, probatur per textum apertissimum in l.si præses. C. quomodò & quando Iudex sententiam. Vbi hæc habentur, videlicet. [Si Preses quasi desertam ab adultis tuis causam appellationis, quę ab Auditore suo acta fuerat, circunduxit eo tempore, quo adulti curatores non habebant, repetitus notionem suam exhibebit. Neque enim debet adultis nocere quicquid eo tẽporu statutum est, quo defensione iusta, & curatorio auxilio fuerant destituti.] hæc in dicta l.si præses. Secundum verò membrum, in quo dicitur delegatum non posse ferre secundam sententiam contra primam suam de iure nullam. probatur per textum in l.si (vt proponis) la prima, C.quomodo, & quãdo iud. vbi hęc habẽtur, videlicet, [si vt proponis, per diuerso die feriato absente, uel ignorãte te à Iudice dato ferri sententiam pro partibus suis, quasi contumaciter deesses, impetrauit non immeritò Pręses denuò negotium alterius iudicis notioni terminandum commisit.] hæc ibi. & nota ibi [à iudice dato] scilicet, specialiter delegato à Præside: & nota ibi [Præses denuo negotium alterius iudicis notioni terminandum commisit.] & sic non eidem delegato. & licèt quàmplurimis alijs iuribus tam Pontificijs, quàm Imperatorijs possemus hanc eandem limitationem probare; tamen breuitati studens ipsa iura missa faciẽs, probabo hoc ipsum auctoritate infrascriptorum doctorum, videlicet. Quapropter sciendum, ꝙ præsenti limitationi se subscripsit Innocentius in d.c.In litteris: qui infrascripta docuit, dicẽs. In Iudice ordioario & delegato obtinet, ꝙ si tulit sententia, quæ teneat ꝙ eam ulteriùs reuocare non potest: & hoc satis patet, ꝙ non appellatum transit in rem iudicatam, & si appellatum est, ad iudicem appellationis pertinet confirmare, aut infirmare primam sententiam, & non ad iudicem à quo appellatum est. Si autem sententia lata nulla sit ipso iure: tunc distinguendum est inter iudicem ordinarium, & delegatum: Nam Iudex ordinarius iterum cognoscit, non obstante sententia, quæ nulla est. Item causam incipiet à capite, vt docet text. in l.si præses. C. quomodo & quãdo iud. si autem sit delegatus, non incipiet causam à capite: quia functus est officio suo: & non remanet Iudex, ut in l.si ut proponis. la prima. C.quomodo & quando iud. secus autem est in factis, & in omnibus alijs pręter sentęntias, siue sit ordinarius, siue delegatus, si nõ tenet quod fecerit, uel si tenet & non est benè factum, vel aliàs effectum non habet de iure: tunc illud potest rectè facere; & de ordinario constat in c.Cùm terra. extra de Elect. & de Delegato constat in c. significasti, & videtur hæc distinctio probari in l.qualem, §.fin.ff.de receptis arbitris, & in c.relatum. extra de Præbendis. hæc omnia Innocentius, vbi supra, qui rursus idem repetens in c.1.extra de sent. & re iudicata: his verbis notatu dignissimis vtens, videlicet, si Iudex ordinarius fert sententiam, quæ ipso iure sit nulla, ipsemet, ipsa pro nulla habita, potest aliam ferre. C.quomodo, & quando Iudex. l.si præses, C. de accusat. l.4. Si autem est delegatus, quia semel est functus officio suo, eam ulteriùs mutare nõ potest. C.quomodo, & quando iud. l.si ut proponis. & idem uidetur in electoribus, nisi essent priuati ipso iure potestate eligendi, ut in c.Cùm terra. extra de elect. & ita uidetur in alijs consimilibus actibus, ut in c.inter. cum suis concordantijs. extra de rescriptis. In delegato tamen videtur, ꝙ si probabili errore ducatur si ipso iure nõ tenet, quod facit: tamen iterum faciet, quod sibi mandatum est. Verbi gratia delegatus cui mandata est prouisio, prouidit alicui de præbenda non uacãte ignoranter: credens eam probabiliter uacare: certè iterum poterit ei prouidere. ut in l.Error. C. de Iuris, & facti ignorantia. Secus autem si ignorantia facti, ut si prouidit ei de prębenda, quæ in ueritate uacabat de iure, tamen alius eam tenebat de facto: & ideo non vult eam acceptare execrans lites: tunc non potest ei vlteriùs prouidere: quia functus est officio suo, & bene. Nec prodest ignorantia facti: quia ignorabat alij prouisum de facto, & illud factum non impediret suam prouisionem: si autem errauit in iure, vlteriùs ei non poterit prouidere. Hęc omnia sunt Innocentij. vbi sup. & summopere notanda pro decisione præsentis limitationis. Idem docuit Glo. in dicto c. In litteris. in vers. officio suo functus. dicens, quòd ita expirat delegati iurisdictio, sententia lata, & executioni mandata, ut hic. Idem docuit Glo. in dicta l.Iudex. in vers. Nõ possit. in fine. in sententijs (quę non tenuerunt ipso iure) idem iudex cognoscit si est ordinarius. Secus si est delegatus, ut in l.si proponis. C.quomodo & quando Iudex. Idem docuit Glo. in dicta l.Cùm quęrebatur. dicens dic nõ posse cognoscere iudicem ex eisdem actis, sed de nouo bene potest iudicare, cognoscendo iterum, si est ordinarius, secus si est delegatus, vt in l.si ut proponis. C.quomodo & quando Iudex. Idem docuit Glo. in dicta l.si ut proponis, la prima, in vers. commisit. & idem docuit Glo. in dicta l.si præses. in vers. Circunduxit. Idem docuit Barto. in dicta l.si ut proponis. num.3. dicens, ꝙ sententia nulla extinguit iurisdictionem in iudice delegato; nõ autem in iudice ordinario, ut in dicta l. habetur. & addit ibidem, num.4. ꝙ sicut causa appellatio-
135 nis † deuoluit totã causam ad iudicem superiorem: ita, ꝙ potest primam sententiam reformare etiam ex causa noua. ut in l.1. in princ. ff. de appellat. & in l.fin. ff. quod cum eo. & in l.Per hanc. ff. de Tempo. appellat. ita etiam causa nullitatis deuoluet totam causam ad Iudicem superiorem, ut possit sententiam reformare: quod sentit Innocentius in c. Cùm contingat. extra de officio delegati: quod nota & tene mẽti: quia nunquam audiui à me tale uerbum. hæc ibi Bartolus, qui re uera hoc

ipsum

ipsum docuerat in l.si expressim.nu.14.& 15.ff.de
appell.his notabilib. verbis vtēs, videlicet. Quæro
136 corā quo iudice debeat agi de nullitate,† & qñ
hæc principaliter petūtur. Respōdeo: Aut sentētia
est lata à iudice delegato, & de nullitate superior
cognoscet, nō ipse, vt in l.si vt proponis.C.qño, &
quando iudex: Aut à iudice ordinario: & tūc Glo.
in l.4.C.de accusat.dicit, ꝙ potest agi corā eodē
iudice, vt dicta l.4.& l.absente.C.de accusat.Iac.
de Are.in dicta l.si vt proponis, & ibi Cyn.& in l.
Iudex.ff.de re iudi.dicit. Aut sentētia est nulla pro
pter iniquitatē, seu turpitudinē iudicis, & debet
adiri superior, vt in dicta l.absentem. Aut est aliàs
nulla, tunc idē ipse iudex debet adiri. Iac.But. in-
distinctè dicebat, ꝙ potest adiri, vt in l.Carmelia.
ff.de Iurepatro. & l. quedam mulier.ff.fami.her-
ciscu.& si opponatur, vbi semel est acceptum iu-
dicium, ibi debet finem accipere in lege, vbi
ff.de iudi.respondebat ipse Iac. si volo ire ad supe
riorem, vt pronunciet nullā, & possum: sed si volo
ꝙ sententia annulletur, & iterū pronuncietur, tunc
idem ipse iudex debet adiri, vt in l.si Pręses. C.de
accusat. Ego dico (inquit ipse Barto.) volo petere
principaliter, ꝙ iterū sententietur, & sic quæstio
nullitatis venit incidēter, & tunc ipse iudex debet
adiri: vt in dicta l.4.C.de accusa.& hic: & l.1.C.de
sententijs cū similibus, sed si simpliciter dico sen
tentiā nullam, sicut in hac l. possum petere, vel co-
rā iudice primo, vel corā superiore, vt in dicta l.
absentem. C.de accusa.& l.1.§.1.ff. quæ sententiæ
sine appella.reci. Et dico ꝙ iudex nullitatis nō so
lū poterit super nullitate pronunciare, sed etiā po
terit super cā principali sententiare, vt in dicta l.
absentē.C.de accusa.in eo ꝙ dicit, ꝙ sententiā re-
format: expressum est in l.1.ff.quæ sent.sine appell.
rescin. Ex quibus legibus habes, ꝙ sicut causa ap-
pellationis deuoluit totam causam ad superiorē,
vt possit sentētiam reformare etiā ex noua causa,
vt in l.1.in princ.supra eod. & in l.si.ff.quod cū eo,
& in l.per hanc.C.de Tempor.appellat.& l.eos.C.
eodē. Ita causa nullitatis deuoluit totam causam
ad superiorem, vt possit causam primā reformare:
quod est multum notādum, hęc oīa Bar.vbi supra.
cuius sententiæ se subscribens Pan.in c.cùm Ioan-
nes.col.fi.in fine, in ver. Et ex his nota, ext.de fide
instrumentorū his verbis notatu dignis vtitur, vi-
delicet. Et ex his nota bonā practicam appellan-
di, vt appelletur à partibus & capitulis facientib.
contra appellantē. Sed bona bona cautela erit ex
parte appellati: vt ēt ipse appellet, quatenus facit
contra se, similis theorica notatur in instrumento
producto, de qua dic, vt nor.in c.cū olim.de censi-
bus. Itē nota perpetuò aliā conclusionem ex prędi
ctis, ꝙ nedum iudex à quo, sed ad quem potest ex
officio supplere etiā in prolatione sententiæ, quæ
sibi sunt nota, vel notoria, vel ex actis causę: Iudex
enim ad quē, succedit loco iudicis à quo, vnde de-
bet, ꝙ pōt facere totum id, quod debuisset, & po-
tuisset facere primus iudex. Vt dicūt Domini de
Rota in decis.351. Ad prædicta vide Bar.in l.si ex-
pressim.ff.de Appella.vbi dicit, ꝙ causa nullitatis
deuoluit totā causam ad iudicē: Vnde poterit iu-
dex in causa nullitatis reformare sententiam, sicut
in causa appellationis, & allegat Innoc. in c.cùm
contingat, ext.de offic.delegati, hæc Pan.qui eadē
rursus repetijt in c.in litteris.col.fi.in vers.sed ipse
Bar.pleniùs, ext.de offi.delegati. Addēs, & nō tra-
das hoc dictū obliuioni. Nā singulariter limitat
c. Pastoralis, de off.ordin.& dictū c.venerabilibus

in quib. dr, ꝙ citra appellationē non pōt Archie-
piscopus se impedire de causis subditorū sui suf-
fraganei: nā dēt suppleri per aliud remediū æqui-
pollens, puta si dicatur ꝑ uiā nullitatis. Et tenebis
hoc menti, quia nō meminit tactū per Canonistas.
hæc ille.vbi sup. Idē rursus docuit Bar.in d.l.si prę
ses.dicēs, ꝙ snīa nulla nō impedit ordinariū iterū
super eadē cognoscere. Idem rursus docuit in d.l.
iudex, dicēs, ꝙ dicta l.iudex, posset intelligi in iu
dice delegato, ſm hoc nō hēt contrariū, & in iudi
ce ordinario circa accessoria snīæ, nā ipse pōt eo-
137 dē die. Nā iudex † per sententiā functus est offi
cio suo, officio (iquā) mercenario, ꝙ deseruit actio
ni, vel accusationi propositæ, vnde super eo non
pōt se amplius itromittere, sed officiū nobile eius
adhuc durat. Ideo pōt mandare executioni, & in
integrū restituere: quia hæc iudicis officio nobili
expediūtur. Itē mutare mulctā: quia hoc expedi-
tur iudicis officio nobili, & sic cessat cōtrariū. Vn
de posset ex eodē off.nobili corrigere suā snīam,
& in n.5.ibidē Bar. docet, ꝙ si iudex condēnauit
aliquē pluris, vel minoris, q̃ deberet, & in fine snīę
dixit, ꝙ si dicta condēnatio esset in plus, vel minus,
q̃ deberet ex forma statuti, ex tūc reducit ad debi
tā quantitatē, vt cōiter faciunt assessores, & dicta
ponūtur, post verbū cōdēnamus, tunc dicta clausu
la nihil operatur, cū emissa post illud verbū nō po
terit corrigere, eò magis ꝙ nō illa verba nō faciāt
snīam cōditionalē, sed resoluendā sub conditione
vt ī l.2.ff.de in diē adiect. quæ resolutio nō pōt fie
ri per iudicē, & sic snīa hūi erit nulla: si verò dicta
verba fuissent pronūciata conditionaliter, in ipsa
snīa, vt quia dicit snīa, quia cōstabat nobis delictū
per te esse cōmissū, ideo si ex tali delicto tāta pę-
na tibi dēt imponi ſm formā statuti, in tm̄ te con-
dēno: aliàs in plus vel minus ſm formā statuti: &
hęc snīa valet, ac si nulla pęna īponeretur, & si tur
pe sit hāc clausulā inserere, hęc Bar.cui subscripsit
Pan.in d.c.in litteris n.4. ꝙ iudex nō pōt suā snīam
retractare si tenuit, ꝙ notāter dixit Bar.ī d.l.iudex
iudicē nō posse ferre snīā sub cōdōne resolutiua, ꝙ
singulariter notabis: iura ergo, q̃ dicūt snīam latā
sub cōdōne dūt intelligi de cōdōne suspēsiua, vel
conditione relata ad tempus præsens, vel præ-
teritū, quæ nō hēt suspēdere, vel resoluere, vt in l.
cū ad pñs.ff.de reb.cred.si cer.pet. hæc Pan.vbi su
pra post Bar. q̃ sūt memoriæ cōmendāda, q rursus
idē cōfirmauit ī dicta l.Cū q̃rebatur addēs normā
138 q̃ seruare debeat iudex † ī talis snīæ reuisione, his
verbis vtēs, videlicet. Quātū ad propositū dic, qñ-
que est quoddā vitiū, ꝙ respicit acta, & snīam vni
formiter, & tūc nō est ex eisdē actis, vt hic in exē-
plo vltimæ glosę, qñ cōtra minorē est processū, vi-
tiū vniformiter respicit acta, & snīam. Si verò ē ta-
le vitiū, ꝙ respicit solū snīam, & tūc ex eisdē actis
cognoscet, vt docet glo.in l.si ut proponis.C.qño,
& qñ iud. quia fortè die feriata fuit lata snīa, vl nō
fuit cōdēnatus ꝓcurator, vt ī l.1.C.de snījs. vel nō
fuit expressa quātitas, vt ī l.3.C.de snījs, q̃ sine cer
ta quātitate. Qñq; est tale vitiū, qđ respicit snīam,
& partē actorū, vt qa fuit citatus mortuus, vel ali
ter impeditus sciēter, vt ī l.in sūma.in fine, & in l.
q̃situ.ff.de re iud. tūc nō poterit iudicari ex eisdē
actis sic inualidis: qa perēptoriū cū sit nullū, iterū
debet citari pro alio die. Quapropter sciendū, ꝙ
quando nullitas apparet ex sententia ipsa nullo
alio probato extrinsecùs: tunc non est necesse, ꝙ
cognoscatur, vel pronuntietur de nullitate: si se-
cundò debeat iudicari ratione solū nullitatis pri-

mæ sententiæ, & non actorem aliquorũ. Vt si in sententia non exprimitur certa quantitas, vel nõ condemnatur procurator, qui fuit præsens, domino absente, vt in l. 1. C. de sententijs, & l. 3. C. de sententijs, quæ sine certa quantitate. Si verò de nullitate non liquet, nisi aliquo probato extrinsecùs, vt si dicatur, eum, contra quem fuit lata sententia; tunc fuisse mortuum, vel minorem indefensum: tunc de hoc priùs debet cognosci, vt hic: quia fortè fuit ratio, quare eodem die non potest pronunciare. Præterea oportet quòd iudex, qui iudicat, sit certus de meritis causæ, vt in l. Pomponius. ff. de re iudi. sed antequam de nullitate cognoscatur, non potest esse certus, vtrum sit iudex, vel non: ergo
139 &c. facit ad quod dicimus de hærede, † qui non potest adire hereditatem nisi sit certus de viribus testamenti, vt in l. sed & si de sua. ff. de acquir. hered. Vnde si est idem iudex, idest, eadem persona Iudicis quæ talem sententiam tulisset (in qua non appareret, quòd reus fuisset presens, vel citatus) posset pronunciare sententiam, antequam de tali nullitate cognosceret: cùm ipse possit esse certus, ꝙ illum non fecerit citari, & ꝙ non fuerit presens. Si verò esset alius iudex, tunc non posset iudicari iterũ, nisi priùs cognoscat de hoc: quia licèt in sententia non contineatur: põt tamen aliter probari: argumentum ad prædicta. in l. Cùm falsum. ff. de acquir. hæredit. Sed ꝙ ipsa sententia prius pronuncietur nulla quam secunda contraria feratur non est necessè, nisi in libello super hoc principaliter porrecto fuerit petitum: quia tunc priùs debebit nulla pronunciari sententia prima, sed si principaliter fuisset petitũ vt sententiaretur super tali causa, cùm talis sententia non valuerit ipso iure, tunc pronunciari priùs sententiam primam fuisse nullã non erit necesse, vt in l. 1. C. de Ordi. iudi. Hæc oĩa notatu dignissima ex Bar. vbi supra, cuius sententiã retulit, & se ei subscripsit Ant. de Butrio in dicto c. In litteris per totũ, qui elegantissimè pertractat oĩa motiua Barto. supra relata, per me hic, & eius dicta confirmat. Vide ergo latiùs ibi. Ioãnes And. in dicto c. In litteris se subscripsit præsẽti nostræ limitationi, vtens ferè eisdem verbis Innocentij paulò ante à me hic recensitis. Idẽ docuit Ant. de But. in dicto c. In litteris, col. 2. in vers. Tertiò vr̃ pronunciatione vtens ijsdem verbis Innocẽtij supra a me relatis, dicens hoc ipsum ibidẽ docuisse Innocentiũ. hęc ille, qui in dicto c. venerabili, col.. in vers. Nota ꝙ delegatus. infrascriptis vtitur
140 verbis, videlicet. Nota ꝙ delegatus, † qui in totũ delegauit vices suas functus est officio, vt nõ possit reuocare subdelegatũ: si subdelegatus aliquid egit: etiam de facto, & sic nec alteri põt delegare. Idẽ rursus Dominus Ant. de Butrio in c. Qualiter, & qñ, el 1. col. fi. vers. vel secundò dicit Glosa. Idẽ docuit Abbas, in dicto c. In litteris. nu. 4. se subscribens sententię Innocentij supra à me relatæ, & si limitet hanc limitationẽ in Delegati sentẽtia nulla ex defectu formæ mandati transgressę, qm̃ tunc non dicetur, iudicẽ pronũciasse si non seruauit formã mandati, vt in l. quid tamen. ff. de Arbitris. Vbi arbiter iterum pronũtiat, si non seruauit formam compromissi, hæc Pan. vbi supra qui in dicto cap. Qualiter, & quando el 1. nu. 4. ext. & sequen. de accusat. tradit infrascriptam notatu dignissimam distinctionem de hac materia: quia cõfirmauit ferè omnia supra recensita a nobis referẽdo sententias doctorum, qui hucusque fuerunt hic à nobis relati de reg. iur. in sexto, dicens, quòd soleat dici, & debet referre vtrũ sententia nõ teneat ipso iu-
141 re: & tunc ipse idẽ si est ordinarius † põt secũdo pronunciare, si delegatus pronunciabit delegans, vt C. quomodo, & quando Iudex. l. si preses, & l. si vt proponis, & C. de accusat. l. 3. sed si teneat ipso iure, licèt iniquitatem contineat, non pôtest per eundẽ Iudicem reuocari, vt in l. quod iussit. ff. de iudi. & C. de sent. l. post sententiam, tamen potest appellari, & per iudicẽ appellationis de iniquitate cognoscitur, & cognita iniquitate sentẽtia corrigi, vt in l. Præses. ff. de re iudi. & l. cùm prolatis, & ff. de appella. l. 1. hęc ille. Idẽ docuit per oĩa elegãtiùs q̃ supra citati Doctores, Hẽricus Boich in dicto c. In litteris, procedens per quandam notatu dignissimam distinctionem. Idem Marianus Socin. in c. qualiter, & quando, el 1. ext. de accusa. Idem Felinus in dicto c. qualiter, & quando, el 1. nu. 8. & in dicto c. in litteris. Idem docuit Barbatius in dicto c. in litteris. Idem docuit Decius in dicto c. In litteris, & alij plerique omnes ibidem. Qui, & docuerunt ferè eadem, quæ supra retuli. Animaduertendum denique, ꝙ hæc sublimitatio recipit nonnullas fallentias, quas reposui examinatas in capit. in quo examinatur accuratissimè quæstio illa, in qua quæritur. Quando sententia à Iudice, vel ab arbitro prolata, possit reuocari: atq; mutari. Vide ergo ibi, quia plurima notatu dignissima reperies examinata circa prȩsentis sublimitationis materiã. Idẽ docuit Anton. Gabriellus in lib. 2. cõclu. commun. titu. de sententijs, conclusione 7. nu. 14. vbi se remittit doctrinæ Mariani, & Felini vbi supra.

Septimò proculdubio erit limitanda regula tradita in ampliatione octaua, dicendo ipsam verã, nisi per rescriptum, vel priuilegium Principis iu-
142 dex † reuocauerit dictam primam sententiam: per rescriptum, vel priuilegium Principum dicimus, valde clausulatũ: adeo quòd per ipsum ostendatur apertissimè principem ipsum omnino voluisse derogare ipsi primę sentẽtię, quæ iam trãsierat in rem iudicatam. Vt puta, dicendo non obstante tali sententia, quę transijt in rem iudicatam. Hęc ergo limitatio probatur triplici medio. Probatur enim primo per tex. in l. 1. §. finali. ff. de quęst. Vbi hęc habentur, videlicet [Si quis vltrò de maleficio fateatur, non semper ei fides habenda est, non nunquam enim, aut metu, aut qua alia de causa in se confitentur: & extat epistola Diuorum fratrum ad Voconium Saxam, qua continetur liberandum eum, qui in se fuerat confessus, cuius post damnationem de innocentia constitisset: cuius verba sunt hęc. Prudenter, & egregia ratione humanitatis (Saxa charissime) Primitium seruum, qui homicidium in se confringere metu ad dominum reuertendi suspectus esset, perseuerante falsa demonstratione damnasti, quęsiturus de conscijs, quos ęquè habere se commentus fuerat, vt ad certiorem ipsius de se confessionem peruenires. Nec frustra fuit tam prudens consilium tuum, cùm in tormentis constiterit, neque illos ei conscios fuisse, & ipse de se temerè commentum, potes itaque decreti gratiam facere: & eum per officium distrahi iubere, conditione addita, nè vnquam in potestatem domini reuertatur: quem pretio recepto certum habemus, libenter tali seruo cariturum. Hęc epistola significatur, quasi seruus damnatus si fuis-

O

si fuisset restitutus, ad eum pertinere, cuius fuis-
set ante, quàm damnaretur. Sed Præses prouincię
eum, quem damnauit, restituere non potest : cùm
nec pecuniariam sententiam suam reuocare pos-
sit. Quid igitur? Principi eum scribere oportet,
si quando ei, qui nocens videbatur, postea ratio
innocentiæ constiterit.] hæc ibi. Idem probatur
per arg. in l. fin. C. sententiam rescindi non posse.
Vbi hęc habentur, videlicet: [Impetrata rescri
pta non placet admitti, si decisæ semel causæ fue
rit iudiciali sententia, quam prouocatio nulla su-
spendit, sed eos, qui talia rescripta meruerunt,
etiam limine iudiciorum expelli:] hæc ibi. Idem
probatur per arg. in l. causas. C. de trāsact. vbi hęc
habentur, videlicet: [causas, vel lites transactio-
nib. legitimis finitas imperiali rescripto resuscita
ri nō oportet:] hæc ibi. Idē probat̄ per arg. in l. sen
tentijs. in. prin. C. de errore aduocat. & c. Vbi hoc
habentur, videlicet, [sententijs finita negotia re-
scriptis reuocari nō oportet] hęc ibi: Diximus pro
bari præsentē limitationē per arg. in dictis legib.
quoniam & si explicitè inibi non cōtineantur ver
ba ipsius, benè tamen implicitè, cùm inde elicia-
tur, ꝙ rescripta impetrata contra sententiam tran
sactam in rem iudicatam sint ipso iure nullius va
loris: quasi tacitè inuerit Imperator, ꝙ ratio talis
decisionis sit: quia videtur illud subreptitiè impe
tratum: cùm per talem sententiam fuerit acquisi-
tum ius tertio, cui non videtur Imperatorem per
generalem cōcessionem rescripti voluisse deroga
143 re, eo quòd in generali concessione † non veniant
ea, quę quis non esset concessurus, vt habetur in c.
in generali, de reg. iur. in sexto. & ꝙ hoc sit verū,
ꝙ scilicet per priuilegiū, vel rescriptū Imperatoris
generaliter cōcessum nō intelligatur fuisse dero-
gatū alicui iuri acquisito, vel cū pręiudicio tertij.
Et ꝙ taliū verba nō erūt interp̄tāda in pręiudiciū
144 † alicuius, probatur apertissimè per tex. in l. Nec
Auus. C. de emācipa. liberò. vbi hæc habētur vide-
licet [nec auus neptē suā liberare potestate cogi-
tur: nec in cuiusquā iniuriā beneficia tribuere mo
ris est nostri] hæc ibi. Idem habetur in lege quo-
tiens, & in lege rescripta. C. de precib. imper.
offer. & quòd idem sit dicendum in rescripto,
vel priuilegio indulto à summo Pōtifice, probatur
per tex. in c. audita, & in c. quia verò nō intellexi-
mus, ext. de restit. spoliat. & in c. Cū olim. in fine,
ext. de cōsuet. & in c. licèt in corrigēdis. §. quia tū,
ext. de off. iudi. ordin. & in c. ex tuarū, ext. de au-
ctor. & vsu palij, & in oībus dictis citatis iuribus
per oēs glo. ibidē, & alios doct. Idē vr̄ probari per
argumētū in auctent. Hoc inter liberos. C. de testa-
mentis, vbi hæc habentur videlicet [hoc inter libe
ros testamentū si parens septē testib. adhibitis de-
claret se nolle tale testamētū valere, & aliā dispo-
nat volūtatē, vel in testamēto perfecto, vel in non
scripta perfecta volūtate:] hæc ibi. Idem probatur
per argu. in l. si quis. in principio. ff. de legat. 3. vbi
hæc habentur videlicet [si quis in principio testa-
menti adscripserit, cui bis legauero, semel debe-
ri nolo. Postea eodem testamento, vel codicillis,
sciens sæpe eidem legauerit suprema voluntas po
tior habetur. Nemo eam potest sibi legem dice-
re, vt à priore voluntate ei recedere non liceat :
145 sed hoc ita locum habebit † si specialiter dixerit
prioris voluntatis se pœnituisse, & noluisse, vt
legatarius plura legata accipiat:] hæc ibi inter
alia. Diximus probari præsentem limitationem
per argumentum in dictis iuribus, quoniam aper-
tissimè patet, quòd ex ipsis eliciatur locus arguen
di ab identitate rationis, seu à simili, cùm par ra-
tio militet in casu præsentis limitationis, quæ
militat in dictis iuribus. Idem prorsus proba-
tur etiam de iure canonico. Nam hoc habetur
quoque: ex tex. in cap. super litteris, ext. de re-
scriptis, vbi hæc notatu dignissima habentur sta-
tuta ab Innocen. III. videlicet. [Super litteris, quæ
ab aliquibus ex malitia, & a nonnullis ex igno-
rantia (tacita veritate, vel sugesta falsitate) im-
petrantur a nobis, diuersos intelleximus diuersa
sentire, alijs asserentibus eos debere prorsus care
re omni commodo litterarum, cùm mendax prę-
cator carere debeat penitùs impetratis : alijs ve-
rò dicentibus, quòd & si forma carere debeant in
litteris nostris expressa, nihilominus iuxt. rigo-
rem iuris sit a delegato iudice in negotio proce-
dendum. Nos igitur, inter eos, qui per frau-
dem, vel malitiam, & illos; qui per simplicita-
rem, vel ignorantiam litteras à nobis impetrant,
huiusmodi credimus discretionem adhibendam,
vt hi, qui priori modo falsitatem exprimunt,
vel supprimunt veritatem, in suæ peruersitatis
pœnam, nullum ex illis litteris commodum con-
146 sequantur, † ita videlicet, quòd Delegatus
(postquàm sibi super hoc facta fuerit fides) nul-
latenus de causa cognoscat. Inter alios autem,
qui posteriori modo litteras impetrant, duxi-
mus distinguendum, quæ falsitas suggesta fue-
rit, vel quę veritas sit suppressa. Nam si talis
expressa sit falsitas, vel veritas occultata (quæ
quamuis fuisset tacita, vel expressa) nihilomi-
nus (saltem in forma communi) litteras dedis-
semus Delegatus non sequens formam in litte-
ris ipsis oppositam, secundum ordinem iuris in
causa procedat. Si verò per huiusmodi falsitatis
expressionem, vel suppressionem etiam verita-
tis, litteræ fuerint impetratæ, qua tacita, vel
expressa nos nullas prorsus litteras dedissemus, à
Delegato non est aliquatenus procedendum, ni-
si forsan eatenus, vt partibus ad suam præsen-
tiam conuocatis, de precum qualitate cogno-
scat, vt sic in vtroque casu, eadem ratio, quę de-
legantem moueret, moueat etiam delegatum,
& vbi delegans suas litteras denegaret, delega-
tus etiam suę cognitionis officium nullatenus in-
terponat] hæc in dicto c. super litteris, per quem
text. apertissimè probatur nostra pręsens limita-
tio: Nam ex ipso habetur, quòd nullius vigoris sit
rescriptum, vel priuilegium illud, quod fuerit con
cessum propter talem veritatem suppressam, qua
cognita à Principe nullatenus fuisset illud con-
cessum: at cùm iure cautum sit, quòd per senten-
tiam, quę transijt in rem iudicatam, acquiratur
ius ei, in cuius fauorem lata fuerat, & ex indulto
rescripto in forma communi, sine dicta clausula,
non obstante sententia, quæ transijt in rem iu-
dicatam : non videri poterit Principem voluis-
se quem priuare iure sibi quomodolibet iuridi-
cè acquisito super aliqua re. Inde patentissimè
sequitur ex dicto canone elici veritatem præsen-
tis limitationis. Probatur & secundò præsens li-
mitatio doctorū auctoritatē. Nam glo. in dicto c.
super litteris, in ver. litteras cōfirmans pręsentem
limitationem infrascriptis verbis vtitur, videlicet.
Ex hoc patet, ꝙ simplicitas, vel ignorātia nō pro-
dest circa huiusmodi litteras impetrādas, imò ad

T hoc,

147 hoc, vt reſcriptum † teneat, nihil debet ſupprimi ex ijs, quæ mouere poſſent animum Principis
ad dandum reſcriptum, vel denegandum. Et primò quidem ſeries facti eſt exprimenda, vt in c.ſuper eo. extra de cohabit. cler. & mul. Item proceſſus cauſę, vt in c. inter Monaſterium. ext. de ſent. & re iudi. Item non valent literæ, ſi quis tacet ſententiam latam. arg. in c. inter dilectos. extra de fide inſtrum. & in l. fin. C. ſent. reſcin. non poſſ. Item
148 ſi tacuit † nomen dignitatis ſuæ, vt in c. ad aures. ext. de reſcriptis. Itē ſi tacuit aliud beneficiū ſufficiens, vt in c. cùm adeo, extra de reſcriptis, ſiue etiam minus ſufficiens, vt in c. ſi proponente, extra de reſcriptis. & in c. cùm teneamur. extra de præben. Item ſi tacuit Vicariam perpetuam, vt in c. poſtulaſti, extra de reſcriptis. Item ſi tacuit pactum præcedens, ſiue compoſitionem, vt in c. ex multiplici, extra de decimis. Item ſi tacuit ſtatutum numerum Canonicorum iuramento firmatū, vt in c. conſtitutus, extra de reſcriptis, & in c. pro illorum, extra de præbend. Item ſi tacuit ſtatutū, quòd dignitas non eſſet vlterius in Eccleſia, vt in c. cùm acceſſiſſent. extra de conſtitu. Item ſi tacuit priuilegium. extra de reſcriptis. c. cùm ordinem. Item ſi tacuit diſpenſationem, vt in c. ex tua, ext. de filijs Presbyt. Item ſi tacuit ſe regularē, petendo confirmationem, vt in c. porrecta. in fine. ext. de cōfirmat. vtil. vel inutil. Itē ſi dixit ſe clericum non eſſe, cùm eſſet, vt in c. ex literis, ext. de tranſact. Item ſi tacuit, quòd præbenda non vacaret de facto, vt in c. cùm noſtris, & c. litteras, extr. de conceſſ. præben. Item ſi tacuit exceptionem, extr. de Procurat. c. In noſtra. Item ſi tacuit appellationem à ſe factam, vt in cap. ex parte, ext. de Reſcriptis, vel factam ab aduerſario, vt in cap. Bonæ, ext. de Confirmat. vtil. vel inutil. Item ſi tacuit, quòd alius de mandato Papæ fuerit receptus, vt in cap. Mandatum, & in duobus cap. ſequentibus. Item ſi dixit ſe habuiſſe monitorias, quod fuit falſum, & executorias impetrauit, quia non valent. vt in cap. ex inſinuatione, ext. de Reſcriptis. Et generaliter vbicumque talem veritatem tacuit, vel talem falſitatem expreſſit: qua tacita, vel expreſſa Papa litteras non dediſſet, reſcriptum inutile fit. (hęc omnia in dicta glo. habētur, ex quibus non ſolùm patuit veritas pręſentis limitationis, verùm etiam norma cognoſcendi quādo reſcriptum obtentum ſuper aliqua re ſit validum niſi in eis expreſsè dicatur: tali lege non obſtante, hęc ille, Idem docuit Bal. in infraſcriptis locis, quem refert, & ſequitur Barbatius in dicto c. Quæ in eccleſiarum. col. 18. in verſ. Idē Bal. in l. fi. C. ſent. reſcin. non poſſ. & primo in l. fi. C. ſent. reſcin. non poſſ, dicens, ꝙ nō derogatur Iudicum auctoritati, cùm
149 Princeps † vtitur plenitudine poteſtatis, vt in l. 1. C. de conſtit. Principum: quia in omni ſententia intelligitur ſalua ſuprema poteſtate Principis, vt in l. fi. C. de legibus: & ideò dixit ibi glo. ꝙ ſi in reſcripto eſſet clauſula, Non obſtante ſentētia, ꝙ iuſtum eſt decernatis, quòd valet reſcriptum, quia ius quæſitum per ſententiam diffinitiuam, poteſt tolli per reſcriptum Principis, & dicit ibi Bal. ꝙ quando Princeps reſcribit iniuſtum, ꝙ non poteſt niſi de plenitudine poteſtatis: tūc requiritur clauſula; Non obſtante. ſed quando reſcribit contra rigorem ſententiarum, tunc non eſt opus, ꝙ dicat: Non obſtante ſententia. & dicit ibidem Bald. Pone, quòd quis ex ſententia acquiſiuit dominium,
an valeat reſcriptum Principis reſcribentis. Non
150 obſtante ſententia. † an debeat dicere, Non obſtante ſentētia, & dominio: & arguit pro, & cōtra, & decidit, ꝙ non: quia iſtud dominium venit conſecutiuè ad ſentētiam, & reſciſo principali, reſcinditur acceſſorium, vt in c. Acceſſorium, de Regu. iur. in ſexto. Idem Bal. in Prohemio feudorum, dicit, ꝙ Princeps Romanus ex certa ſcientia omnia poteſt in tēporalibus, ſalua ſemper maieſtate Imperij, & Papa etiam in ſuis tēporalibus: quædam tamen ſunt, quæ non decent, vt notatur in cap. Magnę. ext. de voto, & in c. Admonet. ext. de Renunciat, & dicit, ꝙ ſi Princeps reſcribit contra ius legis, & perſonarum ſingularium, non valet conceſſio etiam ex certa ſcientia: quia Imperator non vult eam valere, niſi apponatur ei clauſula, Non obſtante tali lege, vel non obſtante aliqua lege, quę in contrarium loqueretur. etiam ſi de ea deberet fieri mentio ſpecialis, vt notatur in Auth. Quibus modis natura. effi. ſui. §. ſi. Aut eſt contra ius legis tantum: puta, quando Imperator concedit fiſcalia, & regalia, vt in c. inter dilectos, ext. de fide inſt. vel aliam gratiam facit abſque eo, ꝙ conferat alicui aliam rem ſuam, vel aliquod ius ſuū, in quo conſiſtat notabile præiudicium ſecundū qualitatem perſonarū: tunc certa ſcientia Principis operatur idem quod clauſula. Non obſtante, vt in l. Item Vlpianus. ff. de execu. tuto. Idem Bald. in l. 2. C. de ſeruit. in quęſtione 18. dicit, quòd ſolius Principis dumtaxat eſt priuilegium rem vnius auferre, & conferre alteri, non autem eſt inferioris. hæc omnia Bal. vbi ſupra, ex quibus luce meridiana clariùs patuit veritas pręſentis limitationis. Idē docuit rurſus Felinus in c. Inter monaſterium col. 12. verſ. limita ſeptimò, ext. de ſent. & re iudi. & in c. ſuper litteris. col. 9. in verſ. ſeptima regula. & col. 10. in verſ. Adde etiam ad ſeptimam regulam, ext. de reſcriptis: ſciendum inſuper, quòd vltra ſupradictos Doctores, præſens limitatio probatur quoque auctoritate infraſcriptorum doctorum, qui dixerunt, ꝙ Princeps nō poſſit per reſcri
151 ptum tollere actionē † de iure ciuili competentem, niſi eo caſu, quo actio non habet æquitatem: & huiuſmodi Doctores ſunt infraſcripti, videlicet Bal. in l. 1. in fine. C. de iur. aur. anul. & in l. reſcripta. col. fi. verſ. Tertiò quærit. C. de Pręcib. Imper. offer. in l. ſi teſtamētum. in fine. C. de Teſt. Paul. de Caſt. in l. Gallus. §. & quid ſi tantùm. col. fin. verſ. ſi autē facta ſit mētio. ff. de liber. & poſth. & in cōſi. 34. col. pē. verſ. & ſic vř. col. 2. Alex. in l. cū hęredes. col. 2. in fine. verſ. Puto, ꝙ etiā. ff. de acq. poſſ. & in cōſ. 87. col. 7. vol. 2. verſ. ſed ſi eſſet, & in cōſ. 2. vol. 6. in fi. Are. in l. 3. col. fi. ff. de Teſt. Bertr. in cōſ. 15. col. 2. in fine vol. 1. Iaſon in l. fi. col. 2. verſ. Septimò limita. C. ſi cōtra ius, vel util. publ. & in l. ſi is, qui ꝓ emptore. col. 54. ff. de vſucap. aſſerēs hāc eſſe cōmunē opinionē, & in conſ. 177. col. 2. in fine vol. 2. & in cōſ. 86. col. 4. vol. 3. Nigr. in rubrica. ff. de reb. cred. ſi cer. pet. nu. 15. Abbas Pan. in cōſ. 111. col. 2. in fine, verſ. Et pręſertim pręd icta. vol. 2. Decius in conſ. 343. nu. 2. verſ. & maximè: quia poſt aditā hęreditatē. Aymo in cōſ. 235. col. 5. & col. 10. vbi dicit negatiuā partem eſſe probabilē, & in cōſ. 103. col. 1. & in cōſ. 172. nu. 3. Vbi hāc dicit magis communem opinionē, & in conſ. 7. nu. 10. Pariſ. in cōſ. 1. colum. 17. volum. 1. dicens hanc ſententiam eſſe communem. Socinus in §. Et quid ſit tantùm. col. antepen. verſic. circa tertium. vbi dicit hanc eſſe
commu-

communem opinionem in l. Gallus, ff. de liber. & posthum. & ibi Galiaula, nume. 95. & sequenti. vbi etiam ipse dicit communem Garsias ibi, nu. 193. & sequen. Idem docuit Felinus in cap. quæ in Ecclesiarum. colum. 19. versicul. primò, vt procedat, quando actio initur. extra de constitu. dicens. Primò, vt procedat quando actio initur naturali æquitati: quia non potest per rescriptum tolli: quia in impetrante, & concedente inducit peccatum, & sic est contra ius Diuinum: sed vbi actio non initur æquitati, sed rigori, vt in Chyrographo post biennium: & in re iudicata contra veritatem, bene potest rescribi cùm clausula, non obstante. ita declarat Bart. in l. rescripta. in fine. C. de precib. Imper. offer. Idem docuit Brun. in consil. 1. col. 4. Mari. iun. in consil. 120. col. 6. vol. 2. Ruin. in consil. 4. col. pen. vol. 3. consil. 95. col. fin. vol. 3. & consil. 94. col. 4. & 11. volum. 4. & consil. 31. colum. pen. volum. 5. & consil. 130. col. pen. volum. 5. Probatur & tertiò hac ratione, videlicet: Cùm ea, quæ causa cognita statnuntur rescriptis reuocari non possint, vt docnit text. in l. 3. C. comminat. epist. &c. vbi hæc habentur, videlicet [Ea, quæ causa cognita statuuntur subscriptionibus reuocari non posse, sæpe rescriptum est.] hæc ibi. Inde ergo consequens fit, quòd verissima fuerit præsens limitatio, cùm in ea fuerit dictum, quòd prima sententia diffinitiua, quæ in rem transijt iudicatam, non possit reuocari per rescriptum Principis, nisi duo concurrerint, scilicet clausula illa, non obstante tali sententia, & adsit causa iusta reuocandi illam, aliàs tale rescriptum de iure nullum sortiretur effectum.

Et si verissima fuerit cõprobata præsens nostra limitatio tot, tãtisq; iurib; ac doctorum sentẽtijs, nihil ominns posset quis insurgere cõtra ipsam, afferendo sententias nonnullorum doctorum, qui dixerunt, q Princeps posset sine causa priuare aliquem sibi subditum dominio sibi acquisito artificio iuris ciuilis, s. per sententiam diffinitiuã, quæ transijt in rem iudicatam, de quo sermo hic habetur, & alio modo, dummodo dominium sit solùm illi acquisitum de iure ciuili, & non de iure gentium, si apposuerit princeps in rescripto clausulã, ex certa scientia: vel de plenitudine potestatis: & hi doctores sunt infrascripti, videlicet. Bal. in l. fi. col. fi. ver. sed immediatè oppono. C. sent. rescin. non poss. & in cons. 214. in fine. vol. 2. Ange. in l. Lucius. col. 1. ff. de euictionibus. Paulus de Cast. in l. 3. colum. 1. ff. de Testib. & in l. Cum hæredes, in fin. princip. ff. de acquirend. poss. & in consi. 178. col. 2. in fi. vol. 1. Pan. in cõ s. 84. col. pe. nu. 5. vers.

152 Vñ videmus ĩ simili. Vbi dicit, q Imperator † admittit supplicationẽ cõtra sentẽtiã, à qua nõ poterat appellari. in Authen. Quæ supplicatio. C. de precibus imper. offer. quia erat ius acquisitum de iure ciuili mediante sententia. Idem Angel. docuit, vt refert Decius in consi. 198. nu. 29. in l. Itẽ si verberatũ. §. 1. ff. de rei uendic. dicens, q Imperator, etiam sine causa de plenitudine potestatis auferre põt nobis dominium: & qui contrarium volũt, secundũ eum mentiuntur, & idem Ange. rursus in l. C. de quadri. præscript. & in l. 2. §. si is, pro quo. ff. Quod quisque iuris. Vnde concludit Decius vbi supra dicens, & hoc saltẽ vr̃ habere locum in dominio, quod esset quęsitũ mediante sentẽtia: quia tale dominiũ est acquisitum de iure ciuili: ideo valet rescriptum Imperatoris rescribentis nõ obstante sententia: ita notanter concludit Bal. in l. fi. col. fin. vers. Pone ergo. C. sent. rescin. poss. Idem docet Decius in cons. 252. in fine dicens, q & si dominio

153 † acquisito de iure gentium nemo possit de iure priuari à principe sine cã, vt not. in c. Quæ in ecclesiarũ, extra de Cõstit. & Bar. in l. f. C. si cõtra ius, secus esset in iure q̃sito de iure ciuili, & positiuo: q̃a illud põt tolli, sicut est dominiũ q̃situ ex pscriptione, uel sentẽtia: nã tale dominiũ tolli potest à principe sine causa, ut not. Bal. vbi supra, & Ang. in l. Lucius. ff. de euict. Paul. de Castro. in l. Cùm hæredes, in princ. ff. de acqui. poss. & in l. 3. col. 1. ff. de Test. Ale. in cons. 2. incip. Viso. col. 8. lib. 1. Idem rursus docuit Decius in cons. 269. col. 4. nu. 7. ver. & etiã sine causa, & idem rursus dixit in consil. 390. col. 5. nu. 10. vers. Tertiò aduertendum est, & rursus in l. 1. in fin. C. de secundis nupt. & in cons. 498. col. 7. nu. 24. 25. 26. & 27. Vbi quamplurimorum doctorum sententias recensuit quoque. Idẽ docuit Curtius iunior in cõs. 1. col. 6. in fine, in cons. 138. col. 1. in cons. 157. col. 4. in fine, & in consil. 174. col. 3. in fine. Vbi dicit hanc sentẽtiam esse communẽ. Idem docuit Coza. in cons. 5. n. 17. & in consi. 14. nu. 9. & in cons. 26. nu. 16. Idem docuit Soc. in cõs. 47. col. 7. vers. ex quibus infertur. vol. 3. Idem docuit Mari. iun. in consil. 92. col. 2. vol. 2. & in consil. 120. col. 2. in fine vol. 2. Ruin. in cons. 7. col. 2. uol. 1. & in cons. 21. col. fi. vol. 1. & in cons. 175. col. fin. vol. 1. & in cons. 80. col. 2. vol. 3. & in cons. 104. col. 6. uol. 3. & in cons. 71. col. 1. in fine, & sequ. vol. 4. & in cons. 21. col. 4. vol. 5. Idẽ docuit Cassa. in cõs. 66. col. pen. Idẽ docuit Bertr. in cons. 301. nu. 5. vol. 3.

His tamen non obstantibus adhuc asseneramus veram esse nostram limitationem cùm in ea dixerimus, quòd dominium etiam introductum, seu acquisitum de iure ciuili (vt est illud, quod acquiritur per sententiam diffinitiuam, quæ transijt in rem iudicatam, uel p præscriptionẽ habentem annexam æquitatem, vel quando quis virtute talis sententiæ quis positus fuisset in possessionem talis rei iudicatę, & dominium obtinuisset, non possit de iure, tolli à principe talis rei dominium iã obtentum sine causa, & quòd tali pacto sit intelligenda sententia doctorum, qui fuerũt citati in probationem præsentis limitationis, & sic intellecta uerissima cõprobatur eorum sentẽtia: tunc quia quic

154 quid fit sine ratione, habet quid iniustitiæ, † quæ regulariter non supponitur reperiri in Principe: sed si tale dominium acquisitũ de iure ciuili non haberet annexam æquitatem: Vel ex tali sententia nullus acquisiuisset possessionem actu ipso, sed ius ad rem ipsam obtinendam solùm: tunc vetissima esset sententia supradictorum doctorum, quos diximus impugnasse præsentẽ limitationem: Nam in proprijs terminis pñtis vltimę distinctionis loquuti fuerunt, qui dixerant Principem posse auferre omne dominiũ acquisitum de iure ciuili, vt ex tali sententia, & hæc distinctio ac doctorũ concordia. probatur hac ratione. Nam primò cum maior pars Doctorũ, qui se subscripserũt impugnationi se iã subscripserãt præsenti limitationi, vt supeiùs patuit, de quib. non erit putãdũ eos adinuicẽ sibimet aduersari in dictis suis. Scdò, q̃a hęc eadẽ distinctio colligitur ex notatis, p Bal. in cãs, in fi. C. de trãsact. & in l. Rescripta, ĩ fi. col. fi. C. de precib. Impetat. offer. & ex no. per infrascriptos alios doctores. Tertiò, q̃a maxima differentia est inter

155 dominium † acquisitũ per sententiã diffinitiuam

quæ transijt in rem iudicatam, super re aliqua sibi adiudicata, & nondum assignata, & inter dominium acquisitum, per sententiam diffinitiuã, quæ transijt in rem iudicatam, super re aliqua sibi non solum adiudicata, verùm etiam assignata, & pacifice obtenta, ac possessa. Nam dominiũ modo acquisitum non est ita firmum, quoniã eo modo quo lex dedit modum acquirendi per talem sententiã poterit tollere sine causa: cum talis modus acquirendi sit à iure ciuili ac posit iuo, cui præest princeps, & auferre poterit, cùm sit supra ius positiuũ
156 † vt in c. Proposuit. ext. de concess. præben. & in l. Princeps. ff. de legibus, & ibi p omnes Doctores & de hoc modo acquisitionis loquuntur oẽs Doctores, quos aduersari præsenti limitationi diximus. Secũdò verò modo acquisitum dominiũ ex tali sententia nõ dicitur esse de iure ciuili, sed de iure naturali, & iure gentium, quod non solùm in directo dominio taliter acquisito dicimus, verù etiam in dominio vtili: nam & ipsum sine causa a principe auferri non poterit de iure. Nam quòd dominia iã obtenta ex sententia fiut de iure gentium, docuit Bar. in l. ex hoc iure. col. 2. nu. 5. vers. Vlteriùs oppono, & uidetur. ff. de Iustitia, & iure. Vbi infrascriptis usus fuit uerbis poprimè hãc cõcordiam nostram approbantibus, videlicet. Vlteriùs oppono, & uidetur, quòd dominia fuerũt introducta de iure ciuili: Nam testamentum est de iure ciuili, vt in l. Testamenti factio. ff. de Testa-
157 mentis, & tamen dominium † acquiritur ex eo, ut in l. a Titio. ff. de furtis. Item sententia est de iure ciuili, ut probatur in l. 2. §. post originem. ff. de origine iur. & not. Institu. de obliga. in princ. & tamen per sententiam transfertur dominium, ut in l. Sunt & aliæ. ff. de Publi. Item per arrogationem, vt Institu. de acqui. per arrog. Item per monachationem, vt in Auten. Ingressi. C. de Sacrosanctis Eccl. & omnia ista sunt de iure ciuili, & non gentium: dicit glo. q de iure gentium sunt aliqua introducta, vt hic, & de iure ciuili aliqua: vt in l. contraria. Vel meliùs secundum doctores potest
158 dici: dominia sunt † introducta de iure gentium, vt hic: tamen modi acquirendi dominia sunt introducti de iure ciuili: vt in contrario. Aduerte tamen ad vnum, vt gloss. dicit, q per sententiam
159 transfertur dominium, † quod intellige, cum traditione sequuta, ut in l 1. & l. & aliç plerçque. ff. de publiciana. Institu. de officio iudicis. §. vlt. in fine. l. Pomponius. §. si iussu. ff. de acquir. poss. hæc Bar. quibus adde apertiores leges in l. Traditionibus. C. de pactis, & in l. Traditio. ff. de acq. rerũ dominio. sed ut potiũs cognoscere quando dicatur per sententiam trãsferri dominium, memoriç commendanda erit doctrina eiusdem Bar. ibidem vbi sup. nu. 6. vers. Tu dicas, quicquid isti doctores. Nã ibi infrascriptis utitur verbis, vers. Aut loquimur in actione personali, aut reali. Si loquimur in actione personali: dico, inquit Bart. quòd sententia transferr dominiũ, vt in d. l. & aliæ, plereque, & quod ibi not. quod est verum si sententia cum actione proposita ad hoc tendit: secus si ad hoc non tendit, vt in commodato, deposito, & hu iusmodi. (Adde tu, quòd hoc est intelligendum, iuxta mentem Bartoli, dicentis, & quod ibi notatur. quasi diceret, ibi notatur à Doctorib. Nam Glos. ibi in versic. tradita sit. dixit, q alij dicunt, quod videtur verum, q si res erat possessoris, qui condemnatur, & ex causa iudicati restituit; transfert dñium, licèt non tanquam suam restituat: & facit ad hoc rei iudicatæ auctoritas, vel intellige, quando egi personali actione ad quantitatem, & fui missus in possessionem. hæc glo. illa (inter alia notatu digna:) quapropter cũ grano salis sunt intelligenda verba Bartoli, secundum ipsius mẽtem iam paulò ante expressam. cùm dixerit, & probauerit, quòd traditio rei iudicatæ per sententiam transferat dominium, & non sola ipsa sententia lata, & sic verbis supradictis Bartoli sunt addenda, secundum eiusdem mentem: & hæc, quòd in personali actione transferatur dominium si post sententiam sequuta fuerit traditio rei iudicatæ: sequitur modò ipse Bartolus ibidem, si loquimur in actione reali, & sententia super ea lata sit: & tunc dico (inquit Bartolus,) quòd aut sententia fertur pro reo, contra quem agebatur reali absolutoria simpliciter, & tunc non transfert dominium, vt in l. sed etsi possessori. in princ. ff. de iureiuran. & ita intelligo Gl. in l. exceptio. ff. de except. rei iudic. Si vero sñia fertur pro reo hoc modo: quia pronunciatur rem eius esse, à quo petitur; & tunc idem, quia non trãsfertur dominium. Ratio, quç me mouet, est, q reus petit pronunciari se Dñm, & non petit dominium in se trãsferri, dico tamen, q inducitur quædam præsumptio dominij, & ad illud probandum posset induci sñia, quia pro veritate habetur, sic intelligo l. sed etsi possessori. in princ. ff. de iureiur. vbi quia possessor iurauit rem esse suam competit ei vtilis, vt in l. res iudicata. ff. de regul. iur. si verò loquimur in reali actione, & pronunciatur pro actore, & tunc aut pronunciatum est eum esse Dñm, qui agebat; & in veritate sic erat: & tunc dico, q impossibile est transferre dominium: quia natura actionis non patitur transferri, sed potius declarari, vt in l. ex diuerso. §. 1. ff. de rei vendi. tum etiã quia nec pars egit in se aliquid transferri. Item quia induceretur contrarietas expressa in actione, si pro actore pronunciaretur esse dominium, & in eum transferri: ista. n. inuicem repugnant. Aut pronunciatur pro ipso actore, & rei veritas est dominiũ rei petitæ esse aduersarij, & tunc transfertur dñium, vt est tex. not. in l. 3. §. Itẽ quæri pôt. ff. de reb. eorum. & ibi per Iacobum de Aret. hæc Bar. & intellige ipsum loqui in terminis supradictis, s. post traditionem ipsius rei petitæ, & iudicatç, & non antea, quod & voluit tacitè innuere, cùm citauit dictum §. Item queri pôt. vbi apertissimè colligitur alienationem interuenire ex traditione. Nam ibi hçc habẽtur, videlicet. [Idemq; erit dicendũ, etsi fundus petitus sit, qui pupilli fuit, & contra pupillum pronunciatum, tutoresq; testituerunt. Nã & hic valebit alienatio propter rei iudicatæ auctoritatem.] hçc ibi. Ex his ergo oĩbus patuit veritas pñtis nostræ limitationis, & responsionis allatæ ad Doctores, qui prima fronte videbãtur ipsi aduersari, et si verè non docuerint contrarium, si eorum dicta benè librentur, eo magis, q supradicta distinctio magistralis Bartoli dicentis, q etsi modi acquirendi dominia procedant de iure Ciuili, videlicet per sentẽtiam, & huiusmodi, tamen ipsa dominia rerum per sententiam, & alios modos acquisita, & iam tradita in manũ eorum, quibus per sententiam fuerant adiudicata per sententiam sunt de iure Gentium, & sic ea tolli non poterunt à Principibus sine causa, etsi modi acquirendi. introducti de iure Ciuili, quod etiam do-

cuit

cuit Bal.in l.2.ff.de iur.& facti ignor.quem citat. & eleganter idem docendo sequitur Ant.de Burgos in rub.tit.de empt.& vendit.nu.18.incip.Vbi probatur Pontificem.addés,q quæ dicta fuerunt, habent locum non solùm in dominio directo, verumetiam in dominio vtili, quod sine causa abdicari nõ poterit. Nec obstat,quod id inductum sit de iure Ciuili,& per cõsequens solo cõsensu Principis tolli possit; quia,responde cum Bart. in Extrauag.Quoniam nuper.versic.rebellando, in 4.colum.versic.Item quæro.vbi dicit,q effectus vtilis dominij est etiam de iure Gentium,licèt ei natura orta de iure Ciuili,& multis alijs medijs idipsum probat ibidem dictus Antonius,quem sequitur Hyppolitus de Marsilijs in l.1.§.si quis vltrò, nu.63.in versic,& facit etiam. Idem docuit Panormitanus in repet.c.per tuas.col.11.vers.nec obstat si dicatur,quòd lex Ciuilis.extra de arbitr. quem refert, & sequitur Felinus in c. ad audientiam.el secondo.col.4. versic.bene fateor.extra de rescriptis, & Antonius Gabriel. in lib.3. de conclusionis,titu.de iure quæsito toll.conclus.1.num.19. versic. concordas has contrarias, & sic permanet veritas præsentis limitationis. Idem docuit Bossius in sua Praxi crimin. titul.de Principe, & priuilegij,à nu.191. vsque ad nu.198. inclusiuè.

Limita primò d.limitationẽ septimã, dicẽdo ipsam verã regulariter, quamnis recipiat nõnnullas infrascriptas fallẽtias, seu limitationes,quarũ prima est:nisi sñia fuisset ipso iure nulla:quia tũc
160 nullo pacto ipsa trãsiisset† in rem iudicatam: cũ ex nihilo nihil fiat.Hęc limitatio probatur doctorum auctoritate. Nam ipsam docuerunt. Alex.in consil.236.incip.Visis processibus, in fin.& Felin. in c.super litteris, col.9. vers. limita primò hanc regulam,extra de rescriptis.

Limita secundò dictam limit.septimã in causa
161 † matrimoniali, in qua ualet impetratio non faciens mentionem de sententia.hãc limitationem docent infrascripti Doctores, videlicet Lapus in allegat.89.col.4.& Felin.vbi supra. in vers.limita secundo,dicens,hoc esse: quia dicta sententia nõ transit in rem iudicatam,vt in c.lator.& c.cõsanguinei,extra de sententia & re iudicata.

Limita singulariter allata ĩ d. limitatione septima ampliationis octauę:dicẽdo illa verificari qñ Papa, Imperator, Respublica, vel alia persona nõ recognoscẽs superiorẽ ex iusta & rationabili causa vtilitatem publicam concernente secus aũt ex iniusta causa. Vnde si Imperator,vel alius Prin-
162 ceps† statueret, uel per rescriptũ pręciperet sine causa legitima (scilicet) si nõ fieret ratione boni publici: quod certo casu dominium rei alicuius non modicę de uno in alium transferatur,nec in foro animę, nec in foro ciuili seruãda esset talis constitutio:vnde vbi certũ esset causam iustã non subesse, tũc nõ posset Princeps statuere in dãnum priuati in his:quia sũt cõtra ius naturale,pClem. Pastoralis,de sent.& re iud. Vbi ẽt Imperator nõ põt tollere ea,quę sunt de iure naturali: & sic nõ põt auferre alicui rem suam sine causa;quia licèt habeat iurisdõnem in uniuerso,vt in l.Deprecatio.ff.ad l.Ro.de iact.nõ tamẽ hẽt dominium rerum priuatarũ,quę olim fuerunt cõcessę occupantibus,vt ferè per totũ titulum de rerum diuisione Instit. & hoc procedit ẽt respectu bonorũ infideliũ:nã sine causa nec Papa,nec Imperator poterit de iure illis eos priuare. Causa aũt legitima dicetur, qñ hoc fieret ob bonũ publicũ quomodocũque illi cõsulatur,uel rõne delicti puniẽdi, uel pacis cõseruãdę,uel pro alijs similibus casibus,vt latius in corrolarijs statim subinferẽdis exẽplificabitur. Hęc limitatio probatur triplici medio. Primo.n.infrascriptis iuribus(vltra illa,quę ĩ hac eadẽ limitatione fuerũt citata)videlicet per arg. in l.Item si uerberarũ.§.pen.ff.de rei vẽdi.vbi hęc habẽtur,videlicet.[Itẽ si fortè ager fuit,qui petitus est,& militibus assignatus est modico, honoris gratia,possessori dato,an hoc restituere dẽat? puto præstaturũ.]hæc ibi.Idẽ probatur per arg. in l.Toties.§.fi.ff.de Pollicitationibus.vbi hæc habẽtur videlicet.[si cui Respublicæ necessitatẽ imposuerit statuarũ Principi ponẽdarũ,qui nõ promisit:nõ esse ei necesse obtẽperare,rescriptis Imperatoris nostri,& Diui patris eius cõtinetur]hęc ibi.Idẽ & clariùs probatur per arg.in l.Defensionis facultas.in princ.C.de iure fisci.li.12. Vbi hęc habẽtur,videlicet.[Defensionis facultas dãda est hic quibus aliquã inquietitudinẽ fiscus infert:cũ facultates eorũdem adhuc cõtrouersia pendẽte inquietare,describiq; fas nõ sit.Vbi ergo cõtrouersia extiterit fisco alicuius patrimoniũ uindicãte: apud eũ omnibus facultatibus cõstitutis cognitio uẽtilet:ut cũ rei exitus debere eas uẽdicari pbauerit:tũc demũ res per se vt liceat:& super modo facultatũ,ac rerũ interrogationẽ,quę per cõditionales seruos inuestigãda est.] Hęc in d.l.defensionis.Idem probatur per arg.in l.lata sñia. C.de appellat.& cõsultat.vbi hęc habẽtur,videlicet. [lata sententia,quę pertinet ad bona uacãtia, & ad ea, quæ ut indignis(legibus cogẽtibus,)auferuntur, siquis putauerit prouocãdũ,uox eius debebit admitti.]hęc ibi.Idẽ probatur per arg.ĩ l.si priuatus. ff.qui,& a quibus manumiss. ubi hęc habẽtur. [Si priuatus coactus a populo manumiserit:q̃uis volũtatem accomodauerit,tamen nõ erit liber. Nã & diuus Marcus prohibuit,ex acclamatione populi manumittere]hęc ibi inter alia. Idẽ probatur per arg.ĩ l.vẽditor fundi.§.si cõstat. ff.cõmunia pdio. &c. vbi hæc habentur videlicet.[Si constat in tuo agro lapidicinas esse,inuito te nec priuato nec publico noĩe quisquã lapides cædere põt,cui id facere ius non est,nisi talis cõsuetudo in illis lapidicinis cõsistat,ut qui uoluerit ex his cędere,nõ aliter id faciat, nisi priùs solitũ pro hoc salariũ dño præstet.Ita tñ lapides cædere debet postq̃ satisfecit dño,vt neq; vsus necessarij lapidis intercludatur,nec cõmoditas rei iure domino adimaẽ.]hæc ibi. Idẽ probaẽ per arg. in l.quoties.in l.vniuersa. l.Nec dãnosa & ĩ l.rescripta.C.de pręcib.impetat. offer.Nã ĩ d.l.quoties.hęc habenẽ videlicet.[quoties rescripto nřo morosa pscriptio remittiẽ, aditus supplicãdi pãdaẽ.Quod aũt totius negotij cognitionẽ tollit,& vires principalis negotij exhaurit sine graui partis aduersę dispẽdio cõuelli nõ põt:nec pscriptionis igiẽ perẽptorię relaxatio petatur]hæc ibi. Idẽ probatur p arg.in d.l.vniuersa. Vbi hæc habenẽ videlicet.[Vniuersa rescripta,quę in debitorũ causis sup pstandis dilationib. pmulgãtur,nõ aliter ualeãt,nisi fideiussio idonea super debiti solutione pbeatur.] hæc ibi.idẽ probatur p argumen.in d.l.nec dãnosa fisco.vbi hæc habẽtur. [Nec dãnosa fisco, nec iuri cõtraria postulari oportet]hęc ibi.Idẽ p arg.in d.l.rescripta. Vbi hæc habenẽ,videlicet.[Rescripta cõtra ius elicita, ab omnib.iudicibus refutari pcipimus: nisi fortè sit aliquid,

aliquid, q̄ nō lædat aliū, & prosit petēti, vel crimē supplicātibus indulgeat]hęc ibi. Idē probatur p arg. in l. fi. C. si cōtra ius, vel vtilit. pub. vbi hæc habētur, videlicet. [Oēs cuiuscūq; maioris, vel minoris administrōnis. vniuersæ nřæ Reipub. monemus, ut nullū rescriptū, nullā pragmaticā sanctionē, nullā sacrā annotationē q̄ gnāli iuri, uel utilitati publicæ aduersa esse uideat, in disceptatione cuiuslibet litigij patiātur proferri: sed gnāles sacras cōstitutiones modis oībus nō dubitent obseruādas.]hæc ibi Idē pbatur p arg. in c. in nřa extra de iniurijs. quē textū pro multū sollemni ad hoc propositū inducit Dñs Card. in consil. 86. incip. Dñs Nicolaus Marchio Estensis (ut refert Felin. loco infra statim citādo) vbi hæc habeat, videlicet. [In nostra & fratrū nostrorū pręsentia proposuistis, q̄ olim ciues Brixień. pro restaurationib. dānorum illatorū adinuicē, quę pp multas ciuiles discordias incurrerāt, plurimū aggrauati: statutū editū de nō peten-
363 do, vel recipiēdo in posterū restaurationes† huiusmodi a cōmuni gnāliter approbarūt, & firmarūt ēt iuramēto. Cū igit aliud sit dānorū restauratio, q̄ satisfactio expēsarum: & ideo in iuramēto exhibito sup dānorum articulo intelligi non debeat, q̄ factū expensarū fuerit cōprehensum: Mandamus, quatenus iuramēto nō obstāte pro auctoritate nostra prouideas, q̄ dictum cōe pro bono cōcordia ad expensarū satisfactionē aliquid contribuat, iuxta tuę discretionis arbitriū, a te sicut expedierit moderādū.] hæc statuit ibi Greg. IX. Dixi probari pñtē limitationē per arg. in dictis iuribus. & non per dicta iura: quoniam etsi explicitè, & ad verbum ipse non contineant omnia verba dictæ limitationis, nihilominus dubium esse potest, quòd implicitè, & secundum mentem Legislatorum ipsa limitatio probetur: cùm ex ipsis luce meridiana clariùs eliciatur, quòd vnusquisq; Princeps, & Vniuersitas, seu Respublica quæcumque illa sit, de iure neminem poterit priuare iure sibi quomodolibet acquisito super aliqua re sine iusta causa. Probatur & secundò Doctorum auctoritate. Nam ferè omnes glos. dictorum Iurium ibidem docuerunt, & ibidem Bart. sed præcipuè in Proęmio. ff. incip. Omnem. nu. 5. & 6. & in l. fin. col. 1. versic. aut vult mihi auferre. C. si contra ius, vel vtilit. publi. & in l. quæcunque. C. de fide instr. & iur. hast. fisc. lib. 10. & in l. Item si verberatum. in §. 1. ff. de rei vendic. & in l. omnes populi. num. 21. versic. tertiò quæro. Cynus in d. l. rescripta. circa finem. vbi dixit, quòd de iure nullus Princeps talia facere potest, tamen de facto hodie Principes hoc faciunt. Bal. in l. fin. col. fin. versic. sed immediatè oppono. C. sent. rescin. non poss. & in d. l. rescripta. col. 4. versic. tertiò quærunt Doctores. Angel. in cons. 139. col. pen. in fine. vers. non enim potest ciuitas. Raphael Fulg. in d. l. fin. addens, quòd ista opinio est communior, & rationabilior. & in consil. 61. colum. 1. vbi dicit hanc esse communem opinionem. Ias. in l. Barbarius. col. 7. versic. tertiodecimò facit. ff. de offic. præsi. & in l. quominus col. 1. ff. de flumin. vbi dicit ita communiter teneri. & in consil. 233. col. 8. vol. 2. Brunus in suo consil. 12. versic. cæterum. vbi nulla superest causa. vbi dicit hanc esse communem opinionem, & in consil. 1. col. 4. Barbatius in suo consil. 43. in vlt. charta. col. 1. versic. ponderet Dominus iudicans. Alexander in cons. 1. col. 6. versic. & quod notat Glos. vol. 2. & in consil. 2. col. 6. in fine. vol. 1. & in consil. 87. col. 2. in fine. volum. 5. & istam opinionem dicit communem Bertran. in cons. 15. col. 2. vol. 1. in antiquis. in consil. 15. col. 2. vol. 1. Idem voluit Glo. in d. l. Barbarius. in glos. pen. ad finem. Socin. in cons. 164. col. 4. in fine. versic. secundum fundamētum est, lib. 2. vbi dicit istam esse communem opinionem. Florianus de Sancto Petro in disputatione sua incip. Baro. in col. 19. versic. Item quia hæres. Alex. in consil. 217. col. 4. & sequenti. vol. 2. vbi dicit communem esse hanc opinionem. & in cons. 136. col. fin. vol. 1. & in consi. 3. col. 2. vol. 5. & in cons. 47. col. 1. vol. 7. vbi dicit hanc esse communem opinionē. Aymo in cons. 5. col. 1. in fine. & sequenti. Paris. in cons. 11. nu. 51. vol. 1. & in consil. 101. col. 10. eodem vol. vbi dicit istam esse cōmunem opinionem, & in cons. 6. col. 2. & sequenti. vol. 2. vbi idem dicit, & in consil. 87. nu. 52. vol. 1. Alber. in Procemio Digestorum, nu. 10. & plurib. sequentibus. Andreas de Isernia in c. 1. col. 2. in fi. & seq. quæ sint regalia. decis. Neapol. 166. nu. 4. in nouis. vbi hanc dicit communem opinionē esse. Rom. loquens in ciuitate, quæ haberet vices Principis, in cons. 310. Idem docuit ex Canonistis verò infrascripti se subscripserunt præsenti limitationi, videlicet Innocentius in c. quæ in Ecclesiarum, nu. 2. versi. super rebus. dicens, quòd tale dominium non posset concedere per rescriptum, statutum, aut sanctionem, vt in l. fin. C. si contra ius. & in nu. 3. versic. & dico non valere. extra de constitu. dixit, & dico non valere legem, vel rescriptū in pręiudicium naturalis iuris, nisi iusta causa interueniat: vbi verò rescriptum, vel statutum lęderet ius alterius in eo, quod ad eum pertinet de iure Ciuili, puta, in actionibus, quæ sunt proditę de iure ciuili, vt in l. 2. ff. de origine iuris. si ex eo perimatur ius omnino, vel ex toto deneget agendi potestatē, nō valet, nisi adijciatur, non obstāte lege aliqua, vt in l. si quis. in princ. ff. de legat. 3. de iure naturali dixi dominia ad aliquem pertinere, idest, de iure Gentium, quod dicitur naturale, quia ratione inductum est. Institu. de rerum diuisione, §. singulorum, ff. de acquir. rer. dom. l. adeo, §. cum quid, & dicitur quoque naturale ius: quia apud omnes generaliter est, vt in l. fin. C. si contra ius. Hæc Innocentius. ex quibus elicitur ipsum docuisse, quòd dominia rerum (quæ sunt introducta de iure gentium) sine causa à nullo Superiore anferri possunt. quod ipsemet Innocentius docens in c. quia plerique. nu. 5. versic. sed de hoc. ext. de immun. Eccles. infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet: Sed de hoc fortè probabiliter dubitari posset, si sine causa Imperator, vel alius Princeps faceret aliquam constitutionem contra ius naturale, puta, quòd dominia de vno in alium transferentur sine causa, si constitutio in foro animæ est seruanda? & videtur nobis, quod non: imò nec in foro iudiciali, quod plus est, vt not. in c. quę in Ecclesiarum: imò plus videtur, q̄ etiam si constitutio iusta fuerit, ex causa scilicet iusta, sed illa causa iusta cessat in casu, de quo modo agitur, vel in foro animæ, vel cōmuni: tamen constitutio tantùm restringenda est ad eum casum, vbi fuit iusta constitutio: vt verbi gratia, iusta constitutio, quæ dat exceptionem Macedoniani propter iustā causam: sed si certum esset, quòd illa causa non subesset, vt si in necessitate mutuasset, peccaret, qui exceptione se defenderet. hæc Innoc. vbi supra. Ex quibus apertissimè patuit veritas præsentis limitationis.

mitationis. Idem docuit Io.Andr. in d.c. quæ in Ecclesiarum.col.1. versic.in 1.glos.ibi licuit, vtés ferè iisdem verbis Innocentij vbi supra, & in d.c. plerique, col.3. in versic. sed fortè. Idem docuit Antonius de Butrio in d.c.quæ in Ecclesiarum,co lum.4.versic.concludo ergo. vbi infrascriptis vsus fuit verbis,videlicet: Concludo ergo, quòd si statuen do vult facere cum causa auferendo mihi quę sunt de iure Gentium, hoc potest, & iusta subest causa, quando in hoc vertitur vtilitas publica, vt si vult rem à priuato auferre, vt det militi pugnanti pro Republica. Item si vellet vendere rem com munem, quam habet cum priuato, & priuatus nol let. Aut subest nulla causa, & hoc constat, & hoc non potest, secundum Innocentium hic, nec quo ad forum contentiosum, nec pœnitentiale: quia non posset statuere iniustum. Idem docuit Panormitanus in d.c.quæ in Ecclesiarum. nu. 11. versic. si autem non subest causa, infrascriptis vtens verbis, videlicet: Si autem non subest causa, & est certum, non potest Princeps statuere, vel rescribere in præiudicium priuati in his, quæ sunt de iure naturæ, secundum opinionem Canonistarum, & Legistarum, vt in Clem.pastoralis.de sententia, & re iudicata. vbi dicitur Imperatorem non posse tollere ea, quæ sunt de iure naturæ: & sic non potest Imperator alicui auferre rem suā sine causa; quia Impetator licèt habeat iurisdictionem in vniuersso, non tamen dominium rerum priuatarum, quę ab olim occupantibus fuerunt concessæ, vt institu. de rerum diuis.quasi per totum. sed causa existēte potest, & est causa legitima fauor publicus. & hęc procedunt etiam respectu bonorum infidelium: Nam sine causa nec Imperator potest eis bona auferre. Hæc Panormitanus vbi supra. quod idem docuit in c.fin.nu.14.extra de confirmat. vtili, vel inutili, & in d.c.plerique.nu.37.versic.tertiadecima quęstio. Idem docuit Felinus in d.c.quæ in Ecclesiarum.colum.8.versic.tertia conclusio. vtens ferè iisdem verbis Panormitani. Idem docuit Cardin. Zabar.in d.c.quæ in Ecclesiarum.q.7. & in consil. 142.col.2.in princ.& in consil.147.seu 167. incip. Dominus videtur Papa.in fine.& in d.c.quæ in Ecclesiarum.in quęst.6. Idem docuit Archid.in c.ius Ciuile.dist.1.sequens Innocentium in d.cap.quia plerique. Idem docuit Geminianus in d.c.ius Ciuile.in fine.Idem docuit Præpositus in c.ius Ciuile, in fine. Idem docuit Decius in d.c. quæ in Ecclesiarum, nu.26. versic.& ex ista prima cōclusione, etsi ipsemet Decius in c.fin.col.fin.ext.de confirmat.vtili, vel inutili, & in cons.624. col.fina.& in consil.498.nu.15.& in consil.269.nu.7.docuerit, quòd etsi Imperator, & Papa de potestate ordinaria non possit aliquem priuare re sua sine iusta causa, tamen de plenitudine potestatis potetit: Tamen prima eius sentētia placet, quæ & com munior est. Idem docuit Augustinus Berous in c. quæ in Ecclesiarum.nu.134. versic.secundam elicio conclusionem. addens ex Bart. in Procemio. ff.col.2.quòd Princeps, vel ciuitas non possit aliquem priuare iure suo sine iusta causa, concernen te vtilitatem publicam, & quod ratio sit, quia dominium, aut aliud ius ciuile de iure Gentium acquiri dicitur, cui ad præiudicium tertij absque iusta causa derogari non potest. Hinc videtur, quòd semper in dubio concessio facta à Principe debet censeri citra præiudicium tertij, & iuris quæsiti de iure naturali, vel gentium, vt in l.2. §.meritò, & §.si quis à Principe, ff.ne quid in loco pu.Idem docuit Antonius Gabriel. in suo tract.conclusionum, titul.de iure quæsito, conclusione prima, & & in nu.5. versic.tertiò amplia.

Probatur & tertiò præsens limitatio & hac ratione, videlicet: Cùm à iure Diuino & naturali præcipiamur amare proximos sicut nosmetipsos, & vnusquisq; Imperator, Papa, aut alius supremus Princeps nollet priuari iniusta de causa dominio sibi aliquo iure acquisito. Inde sequitur veritas præsentis limitationis, in qua probauimus Principibus quibuscunque illicitum esse aliquem sine causa priuare iure sibi acquisito, eo magis, quòd certum sit, quòd Principis auctoritas pendeat ex auctoritate iuris, cùm pendeat à Deo: Credimus ne, quod lex Regia, aut Deus concedat ipsi Principi, vt possit auferre rem meam sine causa? cùm tunc ipse non obseruaret iustitiam ius suum vnicuique tribuentem, iuxta Domini Dei mandatū: quapropter sicut mandatarius quicquid attentet contra formam mandati, nullius est momenti, ac virtutis, vt in c.si cui.de elect.in sexto.& in c.prudentiam. §.illa.extra de officio delegati, cum similibus: sic & Princeps aliquid mandans, aut statuens contra formam mandati Diuini.

Amplià primò contenta in præcedenti limitatione tertia, dicendo illa verificari etiam in infideles: nam & ipsorum bonis spoliari sine causa rationabili, nullo pacto possunt per Principes quoscunque etiam Papam, Imperatorem, & reliquos Catholicos: quapropter ad testificationem talium rerum tenebuntur: Hæc ampliatio probatur Doctorum auctoritate infrascriptorum, videlicet Innocentij in c.quod super.extra de voto, & ibidem Io.And.Ant.de Butr.Panot.qui idem docuit in c. quæ in Ecclesiarum, num.11.extra de constitu.& ibidem Felinus colum.9. versic.& procedit conclusio etiam.

Amplia secundò dicta in pręcedenti limitatione, dicendo ipsa vera non solùm quo ad dominiū
164 † directum tollendum, verumetiā quod dominium vtile tollendum. Nam illud sine causa iusta nullus Princeps quantumcunque supremus ab aliquo auferre poterit. Huic ampliationi se subscripserunt infrascripti Doctores, videlicet Alex. in cons.3.col.2.vol.5.Paul.de Cast.in consil.46.col.fi. vol.2.Bertran. in cons.15. col.1. vol.1. Felin.in c. quæ in Ecclesiarum. col.19. in fine. extra de constitu.(vt docuit Ant.Gabr.in lib.3.conclusionum, titul.de iure quæsito non toll.conclusione prima, nu.2.versic.primò amplia.) Ruin.in consil.31.colum.pen.volum.5.

Tertiò amplianda erit præcedens limitatio, dicendo ipsam veram, & habere locum etiam in tollendo indirectè dñium: Nā sicut non licet tollere
165 † dominium directè, sic nec etiam indirectè libertatem eius, vt docuit Aretin.in l.1.colum.1.in princ. ff.de acquir.possess. vt refert Ant.Gabr. vbi supra, nu.3.& hæc sententia mihi videtur optima, quia equè transgreditur præceptum Diuinum de
166 non furando is, qui furtum facit, † sicut is, qui sub vsuris mutuat, etsi directè non possit dici fur, cùm vterq; iniustè priuet proximum suum re sua, & eum iniustè damnificet his non obstantibus. Pa ris.in conf.1.nu.38.& sequenti.vol.4.Ruin.in con sil.123.col.3.vol.3. dixerunt (vt refert Ant.Gabr.
167 vbi supra, nu.4.) quòd Princeps † dominium per indirectum possit auferre, ordinando, quòd ille talis

talis non audiatur à suis Magistratibus, & Officialibus, tamen primam opinionem de iure esse veriotem arbitror ratione iam dicta.

Reliquas verò conclusiones, ampliationes, limitationes, ac declarationes præsentis materiæ de pœna priuationis dominij proprij substinenda à Principibus, vide per te apud Felinum, & alios Canonistas in c.quæ in Ecclesiarum. per totum. extra de constitu. & Antonium Gabriellium in tract.conclus. lib.3. rit. de iure quæsito per totum. vbi ad saturitatem & peroptimè hanc absoluit materiam. sufficiat nobis hæc pauca attulisse pro maiori intelligentia pręsentis tractatus. de pęnarum extensione.

S V M M A R I V M.

1 *Pœna expensarum solutionis contenta in quacunque dispositione cuiuscunque iuris, vel hominis extendetur de casu expresso ibi, ad casum non expressum, ratione identitatis, vel maioritatis rationis.*

De extensione legis pœnalis solùm respectu solutionis expensarum, quæ solùm pœna dicenda erit respectu soluentis illas, non autem recipientis.

VNICA conclusio sit hæc. Pœna nonmera, scilicet solutionis expensarum † contenta in aliqua lege, seu dispositione cniuscũque iuris erit in causa, vt dicta constitutio de casu inibi exptesso possit extendi, ad casum non expressum ratione identitatis, vel maioritatis rationis, quod maximè procedit, qñ lex, vel quæcumque iuris dispositio loquitur in aliquo casu ratione frequentioris vsus, vtputa, quia casus expressus ideo reperitur expressus, qa sic contingebat. Nam per hoc lex, aut Canon non negat quin idem sit dicendum in alio casu omisso habente eandem rationem, tunc talis casus expressus censendus sit expressus, exempli gratia. Hæc conclusio probatur Doctorum auctoritate. Cùm hoc docuerit Glos. singularis in Clem.1. super versic. Præsidenres. circa finem. de rescriptis. his verbis vtens, videlicet, & licèt nõ intellexerit, vt puto, de Pręsidentibus Capitulis Prouincialib. Monachorũ, de quibus habetur in c. inter. & in c. ea, quæ. extra de statu Monach. Illi enim non impetrans singulis Monasterijs Prouinciæ, si tamen daretur, q impetrare possent, hoc haberet quod hic dicitur ex identitate rationis. Et licèt de Religiosis loquatur, idem tamen de secularibus, qui simili modo possent: sed quia id rarum, hoc frequenratum; & ideo de Religiosis loquitur. hæc Glo. illa. cuius sententiæ se subscripserunt ibidem omnes Doctores. Idem docuit Philippus Francus in c.1. fallentia vigesimaprima, de temp. ordin. in sexto. Idem docuit Ioan. de Imola in l. si vero. §. de viro. ff. soluto matrimonio. Idem docuit Iaf. in Authent. ex testamento. col.8. C. de colla. vbi allegat alias Glosas iuris ciuilis. Idem docuit Nicolaus Euerardus in sua Topica iuris, rit. locus à ratione legis, nu.62. in versic. primo casu potest fieri extensio etiam & memoriæ commẽda, quæ de materia præsentis conclusionis attulimus in probationem fallentiæ quintædecimæ conclusionis tertiæ quæstionis præcedentis, de extensione legum pœnalium, & correctoriarum simul.

S V M M A R I V M.

1 *Constitutio pœnalis pœnam ipso iure infligens trãsgressoribus, respectu recipientis regulariter non extenditur ad alium casum, etiam si sit eadem ratio, & omnimoda similitudo, nec etiam ex maioritate rationis. & hoc quando.*

2 *Interpretatio benignior est facienda in pœnis, et quare.*

3 *Iura pœnalia sunt minus odiosa, quàm correctoria, & pœnalia simul, & quare.*

4 *Extensio quo casu non fiat in pœnalibus.*

5 *Natura non properat nouas formas edere. Declaratur numero 6.*

7 *Priuationis feudi materia dicitur arbitraria, & quõ.*

8 *Constitutio pœnalis noua interpretans, vel declarans antiquam extenditur ad extremum sub lege interpretata comprehensum, quod multipliciter declaratur.*

9 *Pœna apposita in principio cuiuscunque dispositionis pœnalis, videtur repetita, quando in fine eiusdem dispositionis fieret aliqua additio, et exemplificatur.*

10 *Constitutio pœnalis antiqui iuris declaratoria non habet locum, nisi in casibus, in quibus habet locum ius antiquum.*

11 *Lex, Canon, Statutum, vel alia constitutio pœnalis non habet locum, quando emanat ad supplendum aliam legem, vel statutum, nisi in casibus, in quibus loquitur statutum suppletum.*

12 *Lex quæcunque pœnalis veniens ad interpretationem alterius legis, vbi extendit ipsam legem, non ob id videtur extendere pœnam legis interpretatæ, nisi id exprimat.*

13 *Lex vbi imponit pœnam certo facto probibito, et postea ab illa probibitione excipit vnum casum sub certa limitatione, an et quando extendatur ad casum exceptum.*

14 *Dispositio pœnalis disponens super certo actu, an ipso actu reiterato, extendatur ad eum.*

15 *Dispositio cuiuscũque iuris pœnalis extenditur ad alios casus non expressos, propter rationem ibi expressè scriptam.*

16 *Verba deseruiunt intentioni, et non econtra.*

17 *Ratio legis dominatur verbis sicut anima corpori.*

18 *Legem extendere, vel restringere debemus secundum rationem coniecturatam, et quare.*

19 *Ratio legis naturalis quando non posset coniecturari, quid sit faciendum.*

20 *Lex pęnalis extendẽda erit vbi de eius rõne posset apparere, et talis extensio non dicitur propriè interpretatio extensiua, sed intensiua, et intellectiua, et quare.*

21 *Ratio vnica finalis et indubitata elicita, etsi non expressa in lege causa extendit, et quare.*

22 *Mens legis aliud non est, nisi ratio, quæ mouit Legislatorem, et ipsa lex ideo extenditur iuxta rationem etiam correctoriam verbis.*

23 *Lex pœnalis, et qualibet dispositio stricti iuris, quando extendatur de casu expresso ad non expressum, 24. 25. 26. et 35.*

27 *Concessio, seu gratia facta à Principe semper intelligitur sine præiudicio tertij.*

28 *Beneficium Principis, debet intelligi sine alterius iniuria.*

29 *Damnum pati quis videtur, cum aufertur sibi commodum quod sentiebat ex publico, secus si ex priuato.*

30 *Papa*

30 *Papa concedens fieri aliquam Ecclesiam, intelligitur sine alterius Ecclesiæ iniuria, nisi aliud in rescripto exprimatur.*
31 *Familiares Papæ, et Canonici famulantes Episcopo percipiunt in absentia fructus suarum præbendarum.*
32 *Statutum pœnale quando non extendatur de casu scripto ad non scriptum.*
33 *Lex pœnalis quando est dubia, et agitur de pœna ibi indicta vitanda, fieri poterit extensio ex post facto, vt iam factum à pęna excusetur.*
34 *Constitutio pœnalis dubia extenditur de casu ad casum in subrogatis, quod probatur exemplis.*
36 *Eligens scienter indignum ad aliquod beneficium, ipso iure est priuatus pro illa vice potestate eligendi, & per triennium est suspensus à beneficijs Ecclesiasticis, quæ sunt in illa Ecclesia, in qua male elegit.*
37 *Verba legis pœnalis, seu cuiuscunque dispositionis non debent ita large sumi, sicut possent secundum latam significationem verborum, sed debent restringi, si subsit aliqua ratio illa restringendi.*
38 *Pœna duplici quandoque quis punitur, & quando.*
39 *Lex quantumcunque pœnalis non dicitur extendi, vbi est eadem ratio, et penitus eadem similitudo, sed dicitur ipsum casum eam comprehendere.*
40 *Lex pœnalis quando reperitur dupliciter punctuata, debet ita punctuari, vt decidat casum dubium, et assignatur ratio.*
41 *Lex pœnalis, cuius verba sunt certa et clara, extenditur de casu expresso ad non expressum ex maioritate rationis surgente ex vi regulæ, cui licet quod est plus, licet quod est minus.*
42 *Lex, et quæcunque dispositio pœnalis continens fauorem Ecclesiarum, ratione identitatis rationis extenditur de casu expresso ad non expressum.*
43 *Dispositio quæcunque pœnalis, in qua inseritur clausula, vt procedatur de similibus ad similia, extendenda erit ad casus similes expressis.*
44 *Lex pœnalis disponēs in aliquibus negotijs, seu rebus, quæ se habent, vt pręambula ad certū actū finalē, extēditur ad illud negotiū, etiā si ibi expressè hoc nō dicatur, ita vt dispositū in vno dicatur dispositū in altero.*
45 *Prohibito aliquo, censetur prohibitū omne id per quod peruenitur ad illud.*
46 *Cōtrahētes lege cōtrahere prohibēte, nulliter cōtrahūt.*
47 *Mens potius quàm verba cuiuscunque legis est sequenda, et seruanda.*
48 *Accessorium omne sequitur naturam sui principalis, et dictum de vno, necessario intelligitur dictū de altero.*
49 *Matrimonio prohibito à iure, an et quomodo etiā sponsalia prohibita censeantur.*
50 *Lex pœnalis loquens in certo casu in plurali, locum habet etiam in singulari, et econtra. et nu. 51.*
52 *Actus reiteratus non mutat propriam naturam, permanente eadem intentione reiterantis.*

De extensione legum pœnalium respectu meræ pœnæ, vt quia inducitur pœna respectu recipientis ipsam pœnam.

VNICA conclusio sit hæc. Constitu-
1 tio † pœnalis ipso iure pœnam infligens transgressoribus, respectu
recipientis regulariter non extenditur ad alium casum, etiam si sit
eadem ratio, & omnimoda similitudo, nec etiam ex maioritate rationis, quando
maioritas rationis non surgit ex vi regulæ: cui licet. de reg. iur. in sexto. vbi hæc habentur, videlicet: [Cui licet quod est plus, licitum vtique erit quod est minus.] hæc ibi. Dixi regulariter propter subsequentes fallētias, quas dicta regula meritò recipit. Hæc ergo conclusio probabitur triplici medio. Primò enim per argum. in c. in pœnis. cap. odia. de regul. iur. in sexto. Nam in d. c. in
2 pœnis. hæc habentur, videlicet: [In pœnis † beniguior est interpretatio facienda.] hæc ibi. & in d. c. odia. hęc habentur, videlicet: [Odia restringi, & fauores conuenit ampliari.] hæc ibi. Idem probatur per argum. in l. interpretatione, & in l. si pręses. ff. de pœnis. Nam in d. l. interpretatione. hæc habentur, videlicet: [Interpretatione legum pœnæ molliendæ sunt potius, quàm asperandæ.] hæc ibi. & in d. l. si præses. hęc habentur, videlicet: [Si Præses, vel Iudex ita interloquutus sit, vim fecisti, si quidem ex interdicto non erit notatus, nec pœna legis Iuliæ sequetur. Si verò ex crimine, aliud est. Quod si non distinxerit Præses? Vtrum Iulia publicorum, an Iulia priuatorum, tunc ex crimine erit extimandum. Sed si vtriusque legis crimina obiecta sint: mitior lex, idest priuatorū erit sequenda.] hæc ibi. Dixi præsentem conclusionem probari per argum. in dictis iuribus, & nō per dicta iura, quoniam licèt inibi nulla fiat mentio expressa de veritate præsentis nostræ conclusionis, bene tamen tacita: cùm inde eliciatur, quod leges pœnales non sint extendendę de casu inibi expresso, ad casum non expressum, secundum corticem verborum ipsarum legum. Probatur idem per argum. in c. statutum. de elect. in sexto. & in c. 1. ne Clerici, vel Monachi. in sexto, vbi habetur odia restringenda, & fauores ampliandos fore. Probatur & secundò Doctorum auctoritate præsens nostra conclusio (vltra tot iura, & Doctorum sententias allatas in probationem conclusionis tertiæ præcedentis quæstionis de extensione legum pœnalium, & correctoriarum simul, quæ videas ibi quamplurima allata scitu dignissima.) Nam omnes illi Doctores ibi citati se subscripserunt etiam præsenti conclusioni. Probatur & tertiò ratione ibidem allata. Sciendum tamen erit, & memoriæ tenacissimè commendandum, quòd regula tradita in præsenti conclusione recipit omnes fallentias, & limitationes, ac ampliationes ipsarum fallentiarum; quas recensuimus, ac attulimus in dicta præcedenti quæstione, dicētes ipsam conclusionem tertiam recipere dictas fallentias: eo quòd apertissimè constat argui posse ex ipsis per maioritatem rationis, tali pacto assenerando, si iura pœnalia, & correctoria simul sunt magis odiosa, quàm pœnalia solùm, & quamuis illa, etsi regulariter non sint extendenda, tamen in multis casibus patiuntur extensionem, prout in dictis fallentijs latiùs: quanto magis dicendum erit, quod etsi iura solùm pęnalia, regulariter nō sint extendenda, tamen in aliquibus casibus (ibi recensitis)
3 ipsa iura pœnalia † erunt extendenda, cùm sint minus odiosa, quàm iura correctoria, & pœnalia simul: Animaduertat ergo accuratissimus Lector, quòd dictas fallentias, & limitationes ipsarum, & omnia quæ attulimus in dictis fallentijs conclusionis tertiæ quæstionis præcedentis de extensione legum correctoriarum, ac pęnalium simul, hic fore repetita, ac recensita supponimus, ac volumus, & vltra ipsas fallentias hic nullas specialiùs

congruen-

congruentes præsenti materiæ recensere studebimus.

Fallit primò dicta regula, quòd in pœnalibus non fiat extensio, quando legum pœnalium extensio non fit ad alias personas non recensitas in dictis pęnalibus legibus, sed ad alium casum inibi, secundum verborum corticem non expressum, similem omnino tamen casu ibi expresso, in quo militat identitas, vel maioritas rationis, inter easdē tamen personas, ne inde absurdū oriatur, vel iniquum, facienda erit legis pęnalis extensio. Diximus, ad casum omnino similem: Nam hæc fallentia locum non haberet, si casus non esset omnino similis, quia tunc nō fieret extensio, saltem ex identitate rationis per ea, quæ docuit Ioan. Audr. in d.c.odia. de reg. iur. in sexto. in Mercur. vbi disputando tennit, quòd pęna c.cùm in cunctis. ext. de elect. quod loquitur in eligentibus Episcopum illiteratum, vel criminosum, nō debet extendi ad eligentes bigamum, licèt in eo videatur eadem ratio, vel maior, vt ipse tangit in prima ratione primæ partis, quod est singulare, & memoriæ cōmendandum, eo magis, quòd idipsum docuit Io. de Imol. in repet. l. si verò. §. de viro. ff. solu. matr. & Doctores alibi, & nouissimè Nicolaus Euerardus in sua Topica iuris, tit. locus à ratione legis, num. 63. versic. & notanter dixi supra iniquitas. Probatur quoque pręsens conclusio multis alijs legum, & Doctorum auctoritatibus, allatis in probationem fallentiæ septimæ conclusionis tertiæ præcedentis quæstionis. vide ergo latiùs ibi.

Etsi verissimam fuisse præsentem conclusionē sic declaratam multis medijs probauerimus: Nihilominus quia posset impugnari, idcirco operæpretium duximus hic afferre, quæ contra ipsam possent obijci, vt ipsa adhuc clariùs appareat. Nā ipsi obstare videtur tex. in c. vnico. §. sed quia natura. Quæ fuit prima causa, &c. vbi hæc habentur,
5 videlicet: [Sed quia natura † nouas deproperat edere formas, potest multis modis contingere, vt aliæ emergant causæ, quibus videatur iustè adimi posse feudum. Ideoque Iudex solers, & discretus, & æquitati obsecundare solicitus, cūcta subtiliter dispēsans, prouideat, si qua fuerit antiquioribus causis similis, seu maior, vt proinde sciat, vtrum beneficium sit ammittendum, an nihilominus retinendum.] hæc ibi. Ex quibus videtur textum voluisse, quòd indistinctè sit facienda extensio ex identitate, vel maioritate rationis in consuetudinibus, vel statutis pœnalibus: quem textū ibidem Bald. dicit meliorem de iure. Ad hoc respondebimus, vnà cum Ioan. de Imo. loco supra citato, & Euerardo vbi supra tribus modis. Et primò, quòd dictus textus in d. §. sed quia natura. ni-
6 hil aliud prober, † quàm quòd fiat extensio in pœnalibus ad casum omnino similem, inter easdem tamen personas, quod dictum non vtique repugnat pręsenti nostræ primæ fallentiæ, prout patet ex verbis ipsius. Secundò, quòd ille textus debeat intelligi, prout loquitur in materia quodammodo extensibili propter pluralitatē casuum, in quibus eadem pœna imponitur, quasi tunc mens iuris sit, quòd alij casus ideo nō exprimuntur, quia de facili enumerari non possunt. argum. in l. non possunt. ff. de legibus. non autem quia velit diuersum esse in alijs casibus non expressis: nam multi casus ibi exprimuntur, in quibus eadem pœna locum habet, & ita apertè sentit ibi Prępositus dum
7 dicit, quòd materia † priuationis feudi propter delictum vasalli est arbitraria, dummodo arbitrium Iudicis versetur ad similes causas, vel maiores exhęredationis, reuocationis, donationis, vel diuortij: & idem clarè sentit ipse Præpositus in c. si Capitanei. in princ. in tit. quib. mod. feud. amit. in vsibus feud. Tertiò, dicit posse responderi, quòd ibi non agitur de mera pœna, quia agitur ibi de amissione feudi, & deciditur, quòd debet reuerti ad dominum directum, qui recepit suum, & sic non est mera pœna, quo ad eum; & propterea non est mirum, si faciliùs ibi fiat extensio ex identitate, vel maioritate rationis, quàm vbi agitur de mera pœna, vt loquitur dicta regula, & hæ solutiones memoriæ erunt commendādæ pro intellectu dicti §. sed quia natura. qui valdè obstare videtur prima facie præsenti nostræ fallentię: quamuis in veritate non obstet, vt patet ex præmissis.

Fallit secundò regula contenta in dicta vnica
8 conclusione. Quando noua † constitutio pœnalis sic interpretans, vel declarans antiquam: nā tunc ipsa benè extēdetur ad extremum sub lege interpretata comprehensum. Vnde si lex noua interpretans antiquam loquatur solùm in vno casu, ipsa tamen extendetur ad omnes casus sub lege interpretata inclusos. Hæc fallentia probatur duplici medio. Primò enim per tex. in Authen. de filijs ante dot. instrum. §. tertia verò. vbi hæc habentur, videlicet: [Tertia verò constitutione non adiecimus aliquid de temporibus: cùm omnibus manifestū sit oportere ea, quæ adiecta sunt, per interpretationem in illis valere, in quibus interpretatis legibus sit locus.] hæc ibi. Probatur & secundò Doctorum auctoritate. Nā præsenti fallentiæ se subscripserunt infrascripti Doctores. Nempè Glo. singularis in Clem. statutum. super vers. consuetudinem. de elect. & ibi quoque Cardinalis, & reliqui Doctores, dicentes, quòd constitutio declarans aliam, recipit ampliationes, & limitationes constitutionis declaratæ. Idem docuit Io. Andr. in c. dispendia. super versic. quæstiones. in nouella. de rescrip. lib. 6. Idem docuit Philippus Franchus in c. 1. de tempor. ordin. in sexto. Idem docuit Ant. de Butr. in c. fin. in fallentia quartadecima, extra de consuet. Idem docuit Ioannes Baptista in repet. l. omnes populi. in 18. fallentia. ff. de iustitia, & iure. Idem docuit Lanfranchus in repet. l. si verò. §. de viro. in conclusione 13. interpretationis extensiuę. Idem docuit Bart. circa finem dictę Authent. de filijs ante dotem, &c. Idem docuit Bald. in Authent. habita. C. ne filius pro patre. Idem docuit Geminianus in d.c. 1. col. 5. versic. fallit decimoquintò, qui idipsum confirmauit in c. vt circa. col. 1. versic. etsi dicimus. de elect. in sexto, docuit Glo. in c. is qui. versic. vel electi. de elect. in sexto. Idem docuit & Euerardus in sua Topica iuris, tit. locus à ratione legis, num. 66. versic. quintò fallit. Animaduertendum insuper nos quamplurima scitu dignissima de materia præsentis fallentię attulisse in pręcedenti quęstione de extensione legum correctoriarum, & pœnalium simul, scilicet in fallentia sexta, & in fallentia sextadecima, conclusionis tertię. Animaduertendum, ac memoriæ commendandum erit, quòd ex veritate præsentis fallentię quinque corrolaria notatu dignissima emanant.

Primum corrolarium est. Quotiescunque in fine ali-

ne ali-

ne alicuius Legis, Canonis, Statuti, aut alterius
diſpoſitionis pœnalis fiat aliqua additio : tunc
9 pœna † appoſita in principio videtur repetita in
tali adiectione : Ex quo enim adijcitur, videtur
pars illius ſtatuti. Vtputa, cùm dicitur in fine ali-
cuius Legis, vel Canonis, &c. adijcientes, &c. Vel
huic etiam adijciamus ſanctioni, vel hæc verba
idem iudicium eſſe volumus, & huic corrolario
ſe ſubſcripſerunt infraſcripti Doctores, videlicet
Gloſ.ſingul.in c.de multa. in verſic. in eadem Ec-
cleſia. extra de præben. Idem docuit Panormita-
nus in dicto cap.de multa.colum.5. ſuper dictam
Gloſ. aſſerens hanc eſſe ibidem communem Do-
ctorum ſententiam. Idem docuit Cardinalis in
Clement.ſtatutum.de elect.in tertia oppoſ. Idem
docuit Nicolaus Euerardus in ſua Topica iuris.
titul.locus à ratione legis, nume.67.in verſic.pri-
mum eſt, quòd ſi in fine. qui vnà cum Panormit.
vbi ſupra reprobauit Glo.in dicta Clement.ſtatu-
tum.in verſic.ſanctioni, dicentes ipſam à Docto-
ribus communiter reprobari.

Secundum corrolarium. Quæcunque pœnalis
10 conſtitutio † antiqui iuris declaratoria non ha-
bet locum niſi in caſibus, in quibus locum habet
ius antiquum. Hoc corrolarium probatur aucto-
ritate infraſcriptorum Doctorum, videlicet Gloſ.
in cap. ſi cui. verſic.Concilium. de elect.in ſexto.
quam ibidem ſequuti fuerunt Geminianus, & Phi
lippus Franchus, & Euerardus vbi ſupra.in verſic.
ſecundum eſt.

Tertium corrolarium. Vbi Lex, Canon, Statu-
11 tum, vel alia pœnalis conſtitutio † emanat ad ſup
plendum aliam legem, vel ſtatutum, &c. non ha-
bet locum, niſi in caſibus, in quibus loquitur ſta-
tutum ſuppletum, ſicut dicunt communiter Do-
ctores de Lege interpretante, & interpretata.
Hoc corrolarium probatur auctoritate Geminia-
ni in cap. vt circa. columna ſeptima, verſic.nota
tamen incidenter. de electio. in ſexto. quem ſe-
quutus fuit Euerardus vbi ſupra. in verſiculo, ter-
tium eſt.

Quartum corrolarium. Vbi Lex quæcunque pœ-
12 nalis † veniens ad interpretationem alterius le-
gis, extendit ipſam diſpoſitionem, vel legem: per
hoc tamen non videtur extendere pœnam legis
interpretatæ, niſi id exprimat : Hoc corrolarium
probatur Doctorum infraſcriptorum auctorita-
te, videlicet Gloſ.in l.fina. verſic.aureos. ff. de in
ius vocan.& ibidem Bar.ſe ſubſcribens dictæ Glo.
& ſi addiderit ſe de hoc eodem latius loqui in l.
quiſquis.C.ad l.Iul.Maieſt.Idem docuit Anto.de
Butr.in cap.fina.extra de conſuetud.Idem docuit
Euerardus vbi ſupra, numero 67. in verſic. quar-
tum eſt.

Quintum, & vltimum corrolarium. Vbicumque
13 Lex † imponit pœnam ſuper certo facto prohibi-
to, & poſtea ab illa prohibitione excipit vnum
caſum ſub certa limitatione, pœna appoſita ſu-
per facto extenditur etiam ad caſum exceptum:
ſi forma, ſeu limitatio non ſeruatur, quod benè
notandum erit pro intelligentia ſtatutorum. Hoc
corrolarium probatur Doctorum auctoritate. Nã
hoc docuerunt infraſcripti Doctor.videlicet Glo.
ſingularis in c.vnico. verſi.neceſſario.de poſtulat.
prælat.& ibid. Dominicus à Sancto Geminiano.
colum.4.verſic.nota bene iſtam glo. quòd vbi lex.
Idem docuit ibidẽ Philippus Franchus, quos ſe-
quitur Nicolaus Euerardus in ſua Topica iuris,
titu.locus à ratione legis, nu.67.verſ.quintum eſt.

Fallit tertiò dicta vnica concluſio. Quando di-
14 ſpoſitio † pœnalis diſponit ſuper certo actu: Nam
ſi talis actus iteratur pluries, & eadem ratio ſub-
ſit in actibus iteratis, tunc dicta conſtitutio, ſiue
diſpoſitio pœnalis extendetur ad actus iteratos
in alia perſona. Hæc fallentia probatur triplici
medio. Primò per tex.in cap.ſi electio.de elect.in
ſexto. vbi Bonifacius Octauus his præciſis verbis
vſus fuit, videlicet: [Si electio ex eo non ſortiatur
effectum, quia electus conſentire recuſat, vel poſt
conſenſum renunciat iuri ſuo, aut fortè diem clau
dit extremum, ſeu propter occultum eius vitium
irritatur, Electores (qui iam fecerant quod ſpe-
ctabat ad ipſos infra iuris terminum eligendo) ha
bebunt à diſſenſu, renunciatione, morte, vel irri-
tatione prædictis, ac ſi vacatio noua eſſet, tempus
integrum ad electionem aliam celebrandã: dum-
modo nil fraudulenter egerint in præmiſſis.] hæc
ibi. Idem prorſus probatur per tex.in cap.ne pro
defectu.extra de elect. Probatur & ſecundò præ-
ſens fallentia Doctorum auctoritate. Nam Glo.in
dicto cap.ſi electio.in verſ.alia.& ibidem Gemi-
nianus, & Philippus Franchus idem docuerunt,
vnà cum Nicolao Euerardo in ſua Topica iuris,
titul.locus à ratione, nu.72.in verſic.decimoter-
tiò fallit. Necnon Antonius de Butrio in cap.fin.
in nona fallentia. extra de conſuet.

Fallit quartò, nam cõſtitutio pœnalis extende-
tur etiam quando ratio ipſius legis, ſtatuti, vel al
terius pœnalis diſpoſitionis ſtricti iuris pœnalis
complectitur, ac extendit ipſam pœnalem diſpoſi
tionem, necnon & ipſius dictum, iuxta limites ra
tionis inibi exiſtentis, vel veriſimilis mouentis Le
15 giſlatorem, ſeu vnaquaq; lex, † ſtatutum, vt quæ-
cunque diſpoſitio ſtricti iuris recipit extenſionẽ,
ſeu interpretationem extenſiuã, etiam in caſu ini
bi non expreſſo, explicitè etiam vltra terminos li-
teræ legis, ſeu diſpoſitionis huiuſmodi à ratione
poſita, ſeu ſcripta in tali diſpoſitione. Hæc fallen-
tia probatur triplici medio. Primò enim per ar-
gumentum in l.cùm pater. §.dulciſſimis. ff. de le-
gatis ſecundo, vbi hæc habentur, videlicet: [Dul-
ciſſimis fratribus meis, auunculis autem tuis quæ-
cunque mihi ſuperſunt in Pamphilia, Lycia, vel
vbicunque maternis bonis concedi volo, ne quam
cum his controuerſiam habeas: omnia corpora
maternæ hæreditatis, quæ in eadem cauſa domi-
nij manſerunt ad voluntatem fideicommiſſi per-
tinent. Ex eiſdem igitur facultatibus percepta
pecunia, & in corpus proprij patrimonij verſa.
Item iure diuiſionis res propriæ factæ non præ-
ſtabuntur. Cùm diſcordijs propinquorum ſe dan
dis proſpexerit, quas materia communionis ſo-
let excitare.] hæc ibi. Ex quibus habuimus, quòd
licèt teſtator legauerit aliqua bona in commu-
ni pluribus, pro bono pacis tamen hæc ratio ſci-
licet pacis eſt in cauſa, vt fiat diuiſio inter eos
per legem, cùm tali pacto magis conſulatur pa-
ci legatariorum, cui proſpicere intendebat lega-
tor per huiuſmodi legatum: vnde patuit, quòd no
ſtra hæc fallentia probetur per argum. in dicta l.
cùm pater. §. dulciſſimis fratribus, eo quòd ex
ipſa elicitur veritas ipſius, vt patuit paulò ante.
Idem probatur per argumentum in l. adigere. §.
quãuis.ff.de iure patr.vbi hæc habẽtur, videlicet:

[Quamuis nulla persona lege excipiatur, tamen intelligendum est de ijs legem sentire, qui liberos tollere possunt.] hæc ibi inter alia. Ex quibus elicitur quoque veritas præsentis nostræ fallentiæ. Idem probatur (prout docuit Panormitanus in cap.fin.de rescriptis.) per textum in l. secunda. §. si curatores. & §. quid si decesserint.ff.ad Senatusconsult. Tertull. Nam in dicto §. quid si curatores. hæc habentur, videlicet: [Quid si curatores non petit? verba rescripti deficiunt, sed dicendum est si quidem impubetibus curatores non petijt, eandem esse rationem; si iam pubcribus cessare debere.] hæc ibi. Et sic patuit, quòd pœna iniuncta à iure matri non petenti filijs tutorem, extenditur ad matrem non petentem filijs impuberibus curatorem: quamuis in dicto iure pœnali sermo habitus fuerit de tutore, & hoc propter identitatem rationis, vt dicitur in dicto §. quid si curatores. in dicto §. quid si decesserint, hæc habentur, videlicet: [Quid si decesserint quidam? Puto (licèt verba deficient) sententiam constitutionis locum habere.] hæc ibi. Ex quibus Panormitanus vbi supra, probat veram esse nostram fallentiam. Idem probatur per textum in l. Libertum, §. Senatusconsulti. ff. de ritu nupt. vbi hæc habentur, videlicet: [Senatusconsulti, quo prohibentur tutores, & filij eorum pupillas suas ducere, puto hæredem quoque tutoris extraneum sententia apprehendi: cum ideo prohibuerit huiusmodi nuptias, ne pupillæ in re familiari circunscribantur ab his, qui rationes eis gestæ tutelæ reddere compelluntur.] hæc ibi. Ex quibus probatur apertissimè, quòd etiam in materia pœnali rationis identitas constitutionem extendat, vt etiam ibi docuit Glos. in versic. compelluntur. Idem probatur per textum in l.pater filium.§.fundum Titianum. ff.de legatis 3. vbi hæc habentur, videlicet: [Fundum Titianum à filio quo ad vixerit, vetuit venundari, donari, & pignorari. & hæc verba adiecit: Quòd si aduersus voluntatem meam facere voluerit: fundum Titianum ad fiscum pertinere: ita enim fiet, vt fundus Titianus de nomine vestro nunquam exeat. Quæsitum est, cùm vnus filius eum fundum secundum voluntatem patris retinuerit, an defuncto eo non ad hæredes scriptos à filio, sed ad eos, qui de familia sunt, pertineat? Respondi hoc ex voluntate defuncti colligi posse, testamenti autem factionem, & in eo fundo in extraneos etiam hæredes habiturum.] hæc ibi. Ex quibus patuit, quòd etiam in pœnalibus rationi legis standum sit etiam in non expressis, potiùs, quàm in nudis ipsius verbis. Idem probatur in capitulo vnico. §. sed quia natura. Quæ fuit prima causa beneficium amitt. vbi in materia pœnali, & odiosa, qualis est ista de amittendo beneficio, Imperator his verbis vsus fuit, videlicet: [Sed quia natura nouas deproperat formas; potest multis modis contingere, vt aliæ demergant causæ, quibus videatur iustè adimi posse feudum. Ideoque Iudex solers, & discretus, & æquitati obsecundare sollicitus cuncta subtiliter dispensans prouideat, si qua causa maioribus causis similis, seu maior, vt proinde sciat vnde beneficium sit amittendum, vel ei relinquendum. Probatur & secundò præsens fallentia, Doctorum auctoritate. Nam Glos. & Bartolus in dictis iuribus se subscripserunt præsenti fallentiæ, sicut & alij infrascripti Doctores, prout sunt Salycetus in l.secunda, C.de noxa.act. Ioannes Baptista à Sancto Seuerino in l.omnes populi. versicul. circa sextam quæstionem Bartoli. ff. de iustitia, & iure. Panormitanus in capitulo ad audientiam. numero secundo, extra de decimis. vbi cùm plurima notatu dignissima in probationem præsentis fallentiæ recensuerit, idcircò ipsius sententiam hîc referam cum sit singularis. Infrascriptis ergo verbis vsus fuit, videlicet: Et nota istum textum, quia quotidie posset allegari contra peruertentes intellectum iurium, & impropriantes vocabula legum: nam sine necessitate hoc fieri non debet, quoniam vtique si Princeps aliter intellexisset, bene sciuisset ponere vocabulum accommodatius: & ponit Ioannes de Lign. Hic quæram verba circa interpretationem iurium: dicit enim, quòd aut apparet de mente, & ei standum est. Dic etiam contra proprium significatum verborum, vt in l. cùm pater. §. dulcissimis. ff. de legatis secundo, vbi verba restringuntur propter rationem expressam: ratio
16 est, quoniam verba † deseruiunt intentioni, & non è contra, vt in capitulo, secundo requiris. extra de appellatio. Habent enim se verba, & in-
17 tentio, seu ratio, † prout corpus, & anima. Nam sicut anima dominatur corpori, ita ratio legis dominatur verbis. Ad idem l.non dubium. C. de legibus. & regula fina. de regulis iuris, in sexto. Aut non constat de mente, & tunc si verba sunt clara, non est ab eis recedendum, vt in l. ille. §. cùm in verbis. ff. de legatis tertio, & in l. non aliter. ff. de legatis tertio, & in capitulo præterea. & capitulo finali, extra de verborum significatione. Hoc ego intelligo (inquit Panormitanus) quando ratio non est expressa in lege, nec potest coniecturari ratio naturalis legis: nam vt singulariter docuit Cynus, & alij post eum in dicta l. non dubium. vbi ratio non est expressa, debemus coniecturare per similia rationem naturalem, quæ mouere potuit Legislatorem. Nam sine ratione non fuit motus: cum sine ratione non sit lex, vt in capitulo, erit autem lex. distinctione quarta, & secundum illam rationem coniecturatam possu-
18 mus extendere, † & restringere legem etiam odiosam: & hoc est valde notandum. facit quod notat Dynus in dicta regula finali, & optimè in l. scire. §. sufficit. ff. de excus.tut. vbi ponderatur naturalis iustitia: sed vbi non potest hæc ratio
19 naturalis coniecturari, † tunc procedit dictum Ioannis de Lignano, vt recurratur ad verba, si sunt clara, si autem sunt dubia, tunc facienda est interpretatio per alias leges, si fieri potest: quia iura debent iuribus concordari, vt in capit. cùm expediat. de electio. in sexto. Si verò per alia iura non potest apparere intellectus, tunc recurrendum est ad consuetudinem ciuitatis, vt in l. Minimè. & in l.si de interpretatione. ff. de legibus. & in capitulo cùm dilectus. extra de consuetudin. si autem non apparet de consuetudine loci, recurrendum est ad similia, vt in l. non possunt. ff. de legibus. & in capitulo dilecta. extra de confirmatio. vtili, vel inutili, in defunctum verò omnium recurrendum est ad Principem; quia eius est interpretari legem, cuius est condere, vt in capitulo inter alia. extra de sententia excommunicationis, & in l.humanam. C.de legibus. & ex his multipli-

multipliciter intelligitur illud generale, quod eſt
interpretari, &c. nou debet intelligi, quando per
remedia ſupradicta, vel ſimilia non poteſt haberi
certitudo legis, & ſic intelligerem l.vnicam.C.de
profeſ.qui in vrb.cōſtan.lib.12. vbi datur Docto-
ribus poteſtas interpretandi, & idem eſt in Iudi-
cibus, iuxta notata per Innocentium in c.cùm in
ſpeciali.extra de appell.hæc omnia ſunt verba ip-
ſius Panormitani, quibus & probatur præſens no
ſtra concluſio, qui Panormitanus eadem volens
rurſus confirmare in c.fin.nu.10. & nu.16.in verſ.
ſed mihi placet.extra de reſcript.infraſcriptis ver
bis vſus fuit, videlicet: Sed mihi placet, quòd vbi
20 poteſt apparere de ratione legis, † quòd tunc ex
identitate rationis debet extendi etiam quo ad
pœnam. ad hoc allego (inquit) textum in l.2.§.
quid ſi curatores, & §.quid ſi deceſſerint.ff.ad Ter
tul. vbi hoc apertiſſimè probatur, ad idem facit
bonus textus in l.Libertum. §. Senatus. ff.de ritu
nupt. Nec ex hoc dicas, quòd illa ſit interpreta-
tio extenſiua; quia immo eſt intenſiua, & intelle-
ctiua: quia lex non eſt aliud, quàm ipſa ratio le-
gis, quod & probatur per textum in l.nō dubium.
C.de legibus, & ibi per Baldum, & per textum in
regula fin.de regulis iuris, in ſexto. & ibi per Dy-
num. vnde quemadmodum corpus regulatur ab
anima, ita & ipſa lex regulatur ab ipſa legis ra-
tione, & non à verbis: & ratio eſt, quoniam ver-
ba legis reſtringuntur, & ampliantur ad limites
rationis ipſius, prout docuit pulcherrimus textus
in l.cùm pater. §.dulciſſimis. ff. de legatis ſecun-
do, & in l.pater filium. §.fundum. ff. de legat.3.&
facit quod notat Bald.in l.ſcire. ff.de excuſ.tut.&
licet Bart. dixerit in Authent.quas actiones. C.de
ſacroſanctis Eccleſijs, quòd ex identitate ratio-
nis non debeat induci legum correctio: multi ta-
men dixerunt contrarium, prout etiam tenuit
Glo.in dicta Authent.quas actiones. Quapropter
meritò dicendum erit, quòd illud Bartoli dictum
procedat, quando ratio legis non eſt expreſſa,
aliàs ſecus, prout ibidem ipſum Bart.dictum Bal.
limitauit. & ſubdidit ibidem Panormitanus. &
plus ego puto, quòd ſi ratio non ſit expreſſa in le-
21 ge, † tamen quia non poteſt elici, niſi vna ratio
finalis, & indubitata, debebit fieri extenſio ad li-
mites ipſius rationis: quia præſumendum erit Le-
giſlatorem fuiſſe motum ex ratione finali, prout
notabiliter ſentijt Gloſ.in l.tale pactum.ff.de pa-
ctis. hæc omnia Panormitanus vbi ſupra. Ex qui-
bus apertiſſimè patuit ipſum quamlibentiſſimè ſe
ſubſcripſiſſe præſenti fallentiæ: cui etiam aſtipu-
lans dictus Baldus rurſus in dicto cap.1. §. porrò.
in titul.quæ fuit prima cau.benef.amitt. multum
ipſum textum exclamando commendat pro deci
ſione noſtræ quæſtionis, cuius ſententiam ſequu-
tus fuit Barbarius in c.tranſlato.colum.penul.ex-
tra de conſtitut. Idipſum rurſus Bald. repetens in
l.1.C.de interdic.dixit, quòd ſtante ſtatuto, quòd
percutiens in platea, puniatur capite, nihilomi-
nus huiuſmodi ſtatutum pœnale habebit etiam lo
cum in eo, qui percutit aliquem in palatio Domi
norum, quod & poſtea confirmauit ipſemet Bald.
in d.cap.1.§.denique.in columna prima, vbi quæ-
rens an dicatur patricida ille, qui non procurat
mortem fratris, ſed capturam, ſeu carcerationem
ſui fratris procurauit. Puta, vaſallus fecit capi
fratrem ſuum, & poni in carcere tyrannico, ex
quo Dominus vult eum priuare feudo? in quo
reſpondens dixit, quòd etſi non propriè iſtud di-
catur parricidium, tamen quia eſt de ſimilibus
ad ſimilia procedendum, puto (inquit) eum poſ-
ſe priuari feudo, maximè ſi captus ſit conuaſal-
lus, quia iniuriam atrocem facit Domino, qui va-
ſallum ſuum detinet in carcere, & ipſe Bald.alle-
gat ad hoc Innocentium in cap.dilectus. extra de
appellat. cui ſe ſubſcripſit Ioannes de Anania in
rubric.de his, qui fil.occid. Idem docuit Alexan.
in conſilio ſuo 215.colum.2. verſic.pro hoc facit,
vbi ad hoc allegat Clement.1. in verſic. eligatur.
de elect. quam ibidem ſequitur Ioannes de Imo-
la, & Glo.in Clem.1.verſic.collatione.de permut.
& idem docuerunt & aliæ glo. quas ibidem recen
ſuit Imol. Idem docuit Glo.in Authent.vt hi, qui
oblig.verſic.ad curationem.& ibi Ang. Idem rur-
ſus docuit Alex. in conſil. ſuo 97. incip. Viſo the-
mate.colum.1.vol.2. & rurſus in eod.vol. in con-
ſil.24.incip.Animaduerſio.col.fin.& rurſum ibid.
in conſil.50.incip.Viſis actis.in col.antepen.& in
conſil.184.incip.Pro titulo quæſtionis. col.15.vbi
quamplurima iura ad hoc ipſum probandum in-
duxit. Idem docuit Ludouicus Romanus in ſuo
conſi.429.incip.Conſidero in propoſito.in col.vl-
tima. Idem docuerunt innumera iura, & Docto-
res per me ſupra citati in probationem cōcluſio-
num, ampliationum, limitationum, & fallentia-
rum allatarū ſupra in deciſione quæſtionis de ex-
tenſione legum correctoriarum, & pœnalium ſi-
mul. Videas obſecramus te (pie Lector,) quia hoc
ipſum ibi latiſſimè probatum fuit implicitè, ar-
guendo à fortiori: cùm longè odioſius ſit exten-
dere leges correctorias, & pœnales inſimul, quàm
leges duntaxat pœnales, vt patet ad ſenſum. Idem
inſuper Philippus Franchus in regula fina.de re-
gulis iuris, in ſexto, numero ſecundo, qui vtitur
22 ibi his præciſis verbis, videlicet: Cùm † mens le-
gis nihil aliud ſit, quàm ratio, quæ mouit Legiſ-
latorem: tunc verba legis non extenduntur, niſi
ad eum caſum, ad quem extenditur ratio, quæ
mouit Legiſlatorem. Quapropter meritò dicen-
dum erit, quòd vbicunque conſtat de mente le-
gis, ſeu de mente Legiſlatoris, etiam contraria
verbis, tunc licebit offendere verba, mentem ſer-
uando, ſecundum Lapum, & ratio præſentis ve-
ræ deciſionis patentiſſima eſt. Cùm hoc contin-
gat ex eo, quòd ratio legis limitat, & reſtringat
dictum generale, vt in l. cùm pater.§.dulciſſimis.
ff.de legatis ſecundo. Nam ceſſante ratione legis,
ceſſat ipſa lex, vt in l. quod dictum. ff. de pactis.
vnde dicebat Bald. in Authent. poſt fratres. C.de
legi. hære. quòd ratio legis eſt anima legis, &
mens legis, & virtus legis, & ipſa lex. Ad men-
tem ergo & rationem legis eſt recurrendum, &
non debent verba intelligi ad corticem, & iudai-
cè, ſed ſecundum mentem, & id, quod eſt ratio-
nis. hæc ille. Idem docuit Nicolaus Euerardus
in tractatu de locis topicis, ſeu argumentis lega-
libus. in capitulo de loco à ratione legis, colum-
na ſecunda: Philippus Franchus in cōſilio primo,
columna tertia, in verſiculo, vltimo adduco pul-
chrum motiuum. volumine primo. Bald. in l.ſci-
re.ff.de excuſ.tut.& in conſil.399. columna ſecun
da, volumine primo. Alexander in conſilio 52.
columna tertia, in verſic. quinimò plus. volumi-
ne quarto. Ludouicus Romanus in repetitio. l.
ſimiliter. columna 27. & ſequent. C. ad l. Falcid.
Idem docuit Hyppol.de Marſil.in l.is, qui aggreſ-
ſorem.

ſorem. C.ad l.Corn.de ſicar. nn.29.verſ.nota etiã
ex iſto textu.infraſcriptis verbis vtens,videlicet:
Lex pęnalis,& odioſa extenditur ex identitate ra
tionis: Nam licèt imponens pœnã mortis pro ho
micidio ſit pœnalis,& à tali pœna excuſetur occi
dens aggreſſorem:ita etiã excuſatur occidens ſo-
cium aggreſſoris,vel aliũ ſe defendẽdo, vt probat
iſte tex.ergo apparet,ꝙ lex pœnalis,loquens in oc
cidẽte aggreſſorẽ,habet locum in occidente aliũ,
quàm aggreſſorem,ſe defendẽdo,ex quo clarè pa
tet, ꝙ lex pœnalis, loquens in vno caſu, & in vna
perſona,extenditur ex identitate rationis ad aliũ
caſum,& ad aliam perſonã.Idem rurſus latiùs ip-
ſemet Hyppol.docuit in l.qui falſam.§.accuſatio.
nu.6.verſ.nã in pœnalibus,& odioſis,ff.ad l.Cor.
de falſis.vbi quamplures alios Doctores hoc ipsũ
docẽtes,citauit.Probatur & tertiò pñs concluſio,
& hac ratione,videlicet: Cùm verba legis,& ſta-
tuti generalia,etiã ſi non habuerint rationem an-
nexam, debeant nihilominus ſanè intelligi,& re-
ſtringi ad id,quod eſt rationis.Inde ſequitur aper
tiſſimè veritas noſtræ concluſionis, cùm in ea di-
xerimus,quòd vnaquæque lex, ac iuris diſpoſitio
debeat intelligi ſecundum rationem, qua veriſi-
militer fuit motus Legiſlator ad ipſam conden-
dam: & quòd antecedens ſit verum,probatur au-
ctoritate Doctorum, nã Bal.in Authent. ingreſſi.
col.2. C. de ſacroſanctis Eccleſ.& ſequitur ibi Ia-
ſon, & idem Iaſon in l.non dubium. C. de legi-
bus. Et ratio eſt,quoniam virtus legis conſiſtit in
rõne,medulla,& mente legis; non autẽ in verbis.

Prima ampliatio regulæ traditę in dicta prima
concluſione hæc eſt. Regula ſupradicta procedit
23 † non ſolùm quando ratio eſt expreſſa in Lege,Ca
none,vel Statuto pœnali,aut alia diſpoſitione ſtri
cti iuris,ſed etiam quãdo vnica tantùm ratio con
iecturari poteſt. Huic ampliationi ſe ſubſcripſe-
runt infraſcripti Doctores,videlicet Pet.Cyn.Pau
lus de Caſtro,& reliqui Doctores in l.non dubiũ.
C.de legibus.Bal.in l.maximum vitium.C.de lib.
pręt.Panor.in c.ad audientiam.extra de decimis,
& in c.fin. de reſcriptis. cuius ſententiam ad ver-
bum ſupra retuli in probationẽ concluſionis pri-
mæ. & rurſus idem Panor.in c.nihil. ext.de elect.
vbi hanc ampliationem docet infraſcriptis aper-
tiſſimis verbis,videlicet: Nec obſtat ſi dicatur,ꝙ
iſtud ius tanquam correctiuum non debeat ex-
tendi vltra terminos literæ. Ad hoc enim reſpon-
deo duobus modis. Primò,ꝙ illud dictum nõ ha-
bet locum,vbi ratio legis exprimitur in lege;quia
tunc ad limites rationis debet extendi ius quan-
rumcunque correctiuum,vt not.Bal.in Auth.quas
actiones. C.de ſacroſan.Eccleſ.quinimò vbi con-
currit omnimoda eadem ratio,nõ propriè fit ibi
extenſio,ſed ex mente legis comprehenditur om
nis caſus, in quo concurrit illa ratio,vt dicit Glo.
ſingul.in c.1. in verſ.Italiæ. de temp.ordin. lib.6.
Probatur ratione. Nam lex nõ conſiſtit in verbis,
ſed in ſui ratione. Nam verba deſeruiunt intẽtio-
ni, & non è contra, vt in c.ſecundò requiris,extra
de appellat. & notanter dixit Bal. in l.maximum
vitium. C.de lib.præter. & in l.ſcire oportet.ff.de
excuſ.tut.ſic ſe habet ratio legis ad verba legis,ſi-
cut anima ad corpus. Vnde ſicut anima dominat
corpori,ita ratio verbis.Quinimò voluit idẽ Bal.
in d.l.maximum vitium.& poſt Cyn.in d.l.nõn du
bium,ꝙ etiã ſi ratio nõ ſit expreſſa in lege, ex quo
nõ poteſt coniecturari, niſi vnica,& naturalis ra-
tio ipſius legis,debet fieri extenſio ad limites ra-
tionis præſumptæ. hæc Panormitanus vbi ſupra.
Ex quibus fuit probata præſens ampliatio. Idem
docuit Nicolaus Euerardus vbi ſupra.

Secunda ampliatio erit, Regula in prima con-
cluſione recẽſita procedit,& fit etiã ampliatio le-
24 gis,vel ſtatuti generalis,etiã ſi ratio † non ſit ſcri
pta in lege,vel ſtatuto,quando per aliam legẽ,vel
ſtatutum reperitur facta ampliatio, vt docet An-
gelus in l.quamuis.ff.de in ius vocando,& dictus
Euerardus vbi ſupra.

Tertia ampliatio ſit, Regula pdicta procedit,
& fit ampliatio,etiã ſi ratio non ſit ſcripta in lege,
25 vel ſtatuto,† quando reſultaret abſurditas,ſeu ini
quitas, niſi ampliaretur lex,vel ſtatutum genera-
le. hæc limitatio probatur triplici medio. Primò
per text. in l.ſcire oportet.§.aliud. ff.de excuſ.tut.
vbi traditur hæc optima regula, videlicet: Quo-
tieſcunq; ex verbis legis ſimpliciter intellectis re-
ſultat iniquitas,tunc à verbis receditur,& mẽs ſer
uatur. Idem probatur per text.in l.vt gradatim.§.
etſi lege.ff.de muner.& honor. vbi hæc habentur,
videlicet:[Etſi lege municipali caueatur,vt pręfe
rantur in honoribus certæ conditionis homines,
attamen ſciendum eſt,hoc eſſe obſeruandũ,ſi ido
nei ſint, & ita reſcripto Diui Marci continetur.]
hæc ibi. Probatur & ſecundò auctoritate Docto-
rum, per quos fuit probatum primum notabile
idem cõtinens ad verbum, & Euerardi vbi ſupra.
Sed latiùs præſens ampliatio probata fuit in ſepti
ma fallentia concluſionis tertiæ quęſtionis primæ
præſentis tract. vbi de extenſione legis pœnalis,
& correctoriæ ſimul verbum fuit factum.

Quarta ampliatio erit hęc,Regula pędicta re-
lata in concluſione prima vera eſt, & procedit: &
26 fit hmõi extenſio,† etiã ſi ratio non ſit expreſſa in
Lege,Canone,vel Statuto, qñ fieret præiudicium
tertio,ſi non fieret extenſio.hæc ampliatio probat
triplici medio.Primò.n.per tex.in c.quãuis.de re
ſcript.in ſexto.vbi hæc habentur,videlicet:[Quã-
uis is, cuius gr̃a (per quã mandabatur in certa Ec
cleſia prouideri ſibi de beneficio proximè vaca-
turo) per nos fuerat reuocata, reſtituatur à nobis
denuo ad eandem,nõ tñ ei,cui poſt reuocationẽ,
& ante reſtitutionem prædictas,ſimilis in eadem
Eccleſia gratia facta fuit (niſi de hoc expreſsè di
xerimus) anteferri debebit. Cùm talis reſtitutio,
vbi aliud non exprimitur, intelligatur fieri ſine iu
ris pręiudicio alieni.] hæc ibi.Idem probatur per
tex.in l.2.§.meritò.& §.ſi quis à Principe.ff.ne qd
in loco publico. Nam in d.§.meritò.hæc habẽtur,
videlicet: [Meritò ait Prætor: qua ex re quid illi
damni datur. Nã quotiens aliquid in publico fie-
ri permittitur,ita oportet permitti,vt ſine iniuria
27 cuiuſq; fiat:& ita ſolet Princeps,† quoties aliquid
noui operis inſtituendũ petitur, permittere.] &
in d.§.ſi quis à Principe. hæc habentur, videlicet:
[Si quis à Principe ſimpliciter impetraueris,vt in
publico loco ędificet, nõ eſt concedendũ ſic ædifi
care,vt cũ incõmodo alicuius id fiat,neq; ſi cõce
ditur ædificare,niſi fortè quis hoc impetrauerit.]
hæc ibi.Probatur & ſecundò Doctor.auctoritate,
Nam huic ampliationi ſe ſubſcripſerunt glo.in di
ctis iurib.Bar.in d.l.2.qm̃ in.d.§.meritò.infraſcri
ptis vſus fuit verbis, videlicet meritò. Nota duo
28 ex iſto §. Primò,ꝙ beneficiũ † Principis dẽt intel
ligi ſine alterius iniuria, vt hic: ſecundò nota, ꝙ
29 damnũ † vr̃ quis pati cum aufertur ſibi commo-
dum,

dum, quod sentiebat ex publico, secus si ex priuato. & in dicto §. si quis à Principe. dixit: nota,
30 quando Papa † concedit, quòd fiat aliqua Ecclesia: intelligitur, quòd fiat sine alterius Ecclesiæ iniuria, nisi aliud in rescripto exprimatur. hæc ille. Ioannes Andreas, Archidiaconus, Geminianus, Ancharanus, & Philippus Franchus in dicto cap. quamuis. se subscripserunt præsenti ampliationi, dicẽtes vnanimiter, quòd restitutio, & quęlibet alia gratia Principis debet in dubio intelligi sine alterius præiudicio. Probatur & tertiò ratione, & ratio est, quia Princeps nunquam præsumitur velle tollere ius alteri quæsitum, etiam si rescribat in materia, in qua per solam voluntatem posset ius alteri auferre, sicut est hic in materia beneficiali. Idem docuit Euerardus vbi supra. Idem probatur per subsequentem ampliationem.

Quinta, & vltima ampliatur regula prædicta contenta in conclusione prima, vt locum habeat, etiam si ratio non sit expressa in Lege, Statuto, & Canone, quando quis indebitè damnum pateretur in persona, vel rebus, nisi fieret huiusmodi extensio. Hæc ampliatio probatur iisdem medijs, quibus fuit probata præcedens ampliatio, necnõ & per text. in cap. cum dilectus, & in cap. ad audientiam. extra de Cleric. non resid. in quibus habetur, quòd non obstante contraria constitutio-
31 ne, familiaris † Papæ in absentia præbendæ suæ fructum percipit. & idem dicitur de Canonicis famulantibus suo Episcopo.

Limita dictam conclusionem, dicendo, quòd regula tradita in dicta prima conclusione non habet locum vbicunque in statuto generali habente scriptam rationem, vel non habente scriptam rationẽ, cautum esset illud statutum seruãdum fore ad literam, seu prout iacet in litera: Nam in tali
32 casu non interpretabitur, † seu ampliabitur, iuxta aliquam rationem similem. Hæc limitatio probatur per tex. in l. prospexit. ff. qui & à quibus manumiss. vt docuit Lanfranchus in repet. l. si verò. §. de viro. ff. soluto matrimonio, quem refert & sequitur Euerardus vbi supra.

Quotiescunque agitur de pœna in legibus pœnalibus statuta vitanda ex extensione talium le-
33 gum, tunc fieri poterit extensio † saltem, vt iam factum excusetur à pœna, licèt ante factum tutius fuisset abstinere à tali opere prohibito sub tali pęna, & hoc verum est, cùm dispositio pęnalis est dubia. hęc conclusio probatur Doctorũ auctoritate, vt specialiter docuit Panor. in c. nihil. nu. 7. in fin. extra de elect. Nam infrascripti se subscripserunt præsenti conclusioni, videlicet Ioan. And. in c. nihil. col. 4. in versic. in Glos. licèt fines. in fine. extra de electione. Idem rursus docuit in c. significauit. super Glo. 1. extra de Iudæis. vbi inter alia dixit, Pirratica tamen etiam hoc casu non posset exerceri cõtra Christianos, quia hoc sine peccato fieri non potest; nam licèt per ligna, & arma causa redemptionis portata Christiani possent offendi, non tamen hoc est directè contra Christianos, secundum Innocentium. Nam secundum eum, si directè contra Christianos venderet, & in articulo, quando exercerent contra Christianos, inciderent in Canonem. Idem Goff. ante factum Consule cum gl. maximè quia Saraceni videntes has merces hac de causa posse portari, aliam redemptionem non vellent habere etiam portantes hoc velamen paratum, & sic hoc tenderet ad noxã. Post factum tene cum Innocentio, & Host. ꝙ necessitas redemptionis illos excuset à pœna. hæc. Io. And. vbi supra. Panormitanus verò in d. c. nihil. d. nu. 7. docuit, quòd secundum nostram cõclusionem est intelligenda prædicta sententia Io. And. Idem docuit Euerardus in Topica iuris. c. loci à ratione legis, nu. 56. qui multos alios Doctores recenset ibidem. Idem tenuit Geminianus in c. 1. col. 5. in fine. (sequens Io. de Imol.) de temp. ordin. in sexto. Idem docuit Philippus Franchus in d. c. 1. in fine, sequens in hoc Imolam, & Geminianum.

Amplia id, ꝙ diximus in terminis præcedentis fallentiæ, nã diximus quoq; habere locum in sub-
34 rogatis † loco illius rei, de qua loquitur Cõstitutio ipsa pœnalis dubia. Hinc est, ꝙ dispositio pœnalis Clem. 2. de rescript. loquẽs de Officiali Episcopi, & permittens, ꝙ ei possit delegari causa à Sede Apostolica, locum etiã habet in Officiali Capituli, Sede vacante, & ad eum extenditur: quia Sede vacante Capitulum subrogatur loco Episcopi, vt in c. olim. extra de maior. & obed. hæc conclusio probatur Doctorum auctoritate. Nam hoc docuit Glo. in d. Clem. 2. in vers. Episcopi. Idẽ docuit Card. Zabar. in d. Clem. 2. in vers. decimotertiò quero. & Petrus de Anchar. ibidem se subscripsit sententiæ prædictæ glosæ. Imol. in d. Clem. 2. col. 5. in versic. glo. tenet contra. Antonius de Butrio in c. fin. col. 36. in versic. fallit vndecimò. Pan. hoc ipsum docuit in d. Clemen. 2. sequens sententiam dictæ Glosæ se subscribentis pręsenti conclusioni. Idem docuit Geminianus in c. 1. in versic. fallit duodecimò. de temp. ordin. in sexto. Idem docuit Philippus Franchus in c. 1. col. 6. in versic. decimosextò limita. Idem docuit Io. Bapt. in repet. l. omnes populi. ff. de iustitia, & iure. Idem docuit Lanfranchus in repet. l. si verò. §. de viro. ff. soluto matrim. in vndecima conclusione interpretationis extensiuæ. Idem docuit Nicol. Euerard. in Topica iuris, in c. loci à ratione legis. nu. 56. qui monet ibi hanc conclusionem memoriæ commendandam: quia per hanc extensionem euitatur nullitas processus inducta per c. statutũ. in princ. iuncto fine. de rescript. in sexto. & Nauar. in c. pœnæ. nu. 20. in vers. decimosextò fallit, cùm sit extensio.

Fallit sextò regula tradita in dicta vnica cõclusione, quã agitur de pœna incurrenda ex extensio-
35 ne, † & verba legis pœnalis sunt ambigua, & dubia, quæ possunt se habere ad casum, de quo queritur, & etiã ad aliũ, de quo ibi ad literam non fit mẽtio propter diuersam punctuationẽ, vel similẽ causam, tunc ex identitate rationis fit extẽsio, ita & taliter, ꝙ lex, vel Canon pœnalis intelligitur generaliter in vtroq; casu, & hoc quã militaret eadẽ ratio in vtroque, & non subsistat alia causa restringendi. hæc conclusio probatur duplici medio. Primò enim per arg. in c. 1. de temp. ordin. in sexto. vbi hęc habentur, videlicet: [Sępe contingit, ꝙ nonnulli Clerici vinculo excõicationis astricti, aut apostatæ, seu irregulares, vel aliàs susceptione ordinum Sacrorum indigni, suam patriam (in qua de his hr̃ noritia) fugientes, se in remotis partibus faciũt ad huiusmodi ordines promoueri. Nos igitur volentes animarũ ipsarũ periculis obuiare, statuimus, vt nullus Epõrum Italiæ, de cætero aliquem Vltramontanũ Clericum ordinare præsumat, nisi à nobis specialẽ licentiã habeat, vel ab Epõ (de cuius Diœcesi traxit originẽ ordinãdus,

vel in cuius Dięcesi ordinatus existit) per eius patentes literas causam rationabilem continentes, quare ipsum nolit, aut nequeat ordinare. Eos verò, quos contra præmissa contigerit ordinari, manere volumus absque spe dispensationis, super hoc à Sede Apostolica obtinendæ, suspensos, ac ordinantes pœnitentia cōdigna puniri.] hæc ibi. Dixi probari per argum. in d.c.1. quoniam etsi ad verbū inibi nulla fiat mentio de conclusione pręsenti, bene tamen veritas illius elicitur ex dicto textu, quoniā dictus textus dupliciter poterit punctuari, scilicet primò tali pacto, videlicet: [Vt nullus Episcoporum Italię, de cętero aliquem Vltramontanum, Clericum ordinare præsumat.] & sic tunc sensus esset, quòd etiam laicus Vltramontanus ordinari in Clericum non possit: & sic includeret textus etiam ordines minores, (vt supra retulimus, & apud me textus reperitur punctuatus) sed si punctuaretur tali pacto, videlicet: [Vt nullus Episcoporum Italiæ, de cętero aliquem Vltramontanum Clericum ordinare præsumat.] tunc tex. sic punctuatus alium sensum sumeret, nempè, ꝙ in pœnam non incideret talis ordinator, si sine huiusmodi licentia ordinare præsumeret aliquem laicum Vltramontanū: sed solum si ordinaret Clericum, i. eum, qui iam actu est Clericus, puta, in minoribus, vel in Subdiaconatu, & ordinem Diaconatus ei conferre præsumeret. Quapropter patuit veritas præsentis nostræ conclusionis elici, ac probari per dictum Canonem. Et quòd vera fuerit illa clausula in fine conclusionis inserta, videlicet & hoc quando, &c. comprobatur per arg. in c. si compromissarius, §. restringitur. de elect. in sexto. vbi hæc habentur, videlicet: [Restringitur etiam dicta pœna solùm ad ea beneficia, quæ sic peccans, in illa obtinet Ecclesia, quam taliter eligendo, specialiter noscitur offendisse.] hæc ibi. Dixi probari per arg. in d.§. quoniam, ex d.§. elicitur argumentum à simili, tali pacto, dicendo sicut in d.c. si compromissarius. & §. porrò. statutum fuit, vt si compromissarius sciēter eligeret indignum, ipse ab Ecclesiasticis beneficijs triennio suspensus sit, qui tamen pœnalis Canon ita generaliter loquens, restrictus fuit per dictum tex. in d.§. restringitur. solùm ad beneficia, quæ in dicta Ecclesia obtinuerit dictus compromissarius, sic eadem ratione Canon vnusquisque pœnalis, quando est dubius, generaliter esset intelligendus, nisi restringendi illum aliqua causa subsisteret. Et ratio est, quoniam verba vniuscuiusque dispositionis pœnalis non debent ita largè sumi, sicut possent secundum latam significationem verborum: sed debent restringi, ex quo subest aliqua ratio, seu æquitas restringendi, vt fuit probatum per dicta iura. Probatur & secundò Doctorum auctoritate. Nam præsenti conclusioni se subscripserunt infrascripti Doctores, videlicet Ioan. Andr. in regula. odia restringi. colum. 3. versic. in contrarium. de regul. iur. in sexto. vbi inter alia hanc tradit regulam, dicens. Non solùm in pœnalibus fit stricta interpretatio, vt scilicet pœnæ locum non habeant in casibus non expressis, sed etiam ne tam latè sumantur: sicut habere posset significatio verborum: cùm enim Concilium dicat delinquentem suspensum à beneficijs simpliciter, §. ille determinat, illud intelligendum de beneficijs ipsius Ecclesiæ. hæc omnia Ioan. Andr. vbi supra. Ex cuius verbis patuit veritas præsentis conclusionis,
cui & se subscripsit quoque Panormitanus in cap.
cùm in cunctis. §. clerici. not. 1. extra de electio...
his verbis vtens, videlicet: Nota primò hic duas
36 pœnas contentas contra eligentes † indignum.
Prima, quòd priuati sunt potestate eligendi, intel
lige pro prima vice, idest pro prima electione fien
da. Vnde hanc potestatem recuperat in secunda
electione, vt in cap. Vvitonouen. extra de elect.
Secunda pœna, quòd sunt suspensi per triennium
à beneficijs Ecclesiasticis. Intellige hanc pœnam
respectu beneficiorum, quæ quisque habet in illa
Ecclesia, ad quam fuit facta electio: ad alia verò
beneficia non extenditur, vt est hodie textus in
cap. si compromissarius. de elect. in sexto. & per
hæc duo iura dixit Ioan. Andr. notabile verbum
in regula odia. in Mercur. in sexto. quòd verba
37 † dispositionis non debent ita largè sumi, sicut
possent, secundum latam significationem verborum: sed debeat restringi, ex quo subest aliqua
ratio, seu æquitas restringendi. Nam, vt hic vides, textus iste suspendebat illos eligentes indignum simpliciter à beneficijs, & tamen restringuntur ista verba ad beneficia, quæ habent in illa
Ecclesia, & hoc ideo, quia eligentes sic eligendo lædunt illam Ecclesiam, ad quam fit electio:
ergo pœna non debet vagari, respectu aliorum
beneficiorum, quæ sunt alibi, & hoc nota benè.
Et ex hoc, & ex textu nota, quòd quandoque pro
38 eodem delicto quis punitur duplici pœna, † &
vtraque imponitur, de quo in capitulo, at si Clerici. in fine. extra de iudicijs. hæc ille. Idem docuit Antonius de Butrio in dicto capitulo cùm in cunctis. in fine. Idem docuit elegantissimè Philippus Decius in dicto §. Clerici. probando verissima esse omnia supradicta verba Panormitani. Geminianus in dicto §. restringitur se subscripsit sententiæ Ioannis Andreæ supra à me relatæ. Philippus Franchus quoque in dicto §. restringitur se subscripsit supradictæ sententiæ Ioannis Andreæ. Idem docuit Euerardus in Topica iuris, capitulo locus à ratione legis, numero quinquagesimoseptimo, & hæc sufficiant quo ad probationem clausulæ vltimæ nostræ conclusioni additæ, sed quo ad probationem conclusionis, scilicet quoad reliqua inibi contenta probatur ipsa conclusio (vltra allatam auctoritatem textus in dicto cap. 1.) auctoritate Doctorum. Glos. enim in dicto cap. 1. in versic. Italiæ. & in versic. Clericum. hoc expressè docuit. Idem docuit Archid. dicens indefinita prolata, quamuis circa pœnam (quæ est odiosa) statutum tamen latè interpretatur. & hoc dixit Archidiac. in cap. 2. col. 3. in vers. annum. dic continuum, sed in principio dicti cap. dicit dictum Canonem pęnalem generaliter prolatum, omnes comprehendi, quibus ex officio, competit conferre ordines, & sic secundum hoc extenditur, vt etiam comprehendantur Abbates, qui ordinare possunt, & hæc sententia ab omnibus approbatur, vt non solùm loquatur de Episcopis, verum etiam de omnibus ordine conferre valentibus de iure, vel ex priuilegio, vt etiam elicitur in capitulo nullus. de tempore ordinan. in sexto. vbi dicitur [Nullus Episcopus, vel quiuis alius infanti (nisi fortè Religionem intrare,) seu illiterato: sed nec absque sui Superioris licentia homini Diœcesis alienæ Clericalem præsumat conferre tonsuram.] hæc in dicto textu. Ex quibus omnibus videtur apertissimè dictum Archi-

diac. se subscripsisse præsenti nostræ conclusioni,
& si aliquantulum obscure. Idem docuit, & cla-
riùs Anch.in d.c.1.col.2.in vers.Et cósueui dicés.
Et cósueui notare hanc Glos.dum dicit,ꝙ vbi est
eadem ratio,& pœnitus eadem similitudo non di-
39 citur lex extendi, & ideo quantumcumque † sit
pœnalis comprehendit casum, vbi eadem subest
ratio. Nam tacitè cautum videtur, vbi eadem ra-
rio reperitur, vt in l.his solis.C.de reuocan.donat.
Cùm quæritur vtrum constitutio extendatur ad
casus similem rationem habentes. Dicas, ꝙ aut
constitutio est prolata simpliciter, aut in ea sunt
verba taxatiua. Primo casu, aut per extensionem
induceretur correctio, & non extenditur: aut in-
duceretur legum declaratio seu distinctio, & túc
fieri potest, vt in l.si constante.ff.soluto matrimo.
hæc ille.ex cuius verbis videtur elici etiam veri-
tatem nostræ conclusionis.Idem docuit, & clariùs
Geminianus in dicto c.1.col.5.in versi. Nota pri-
mò ex ista glo.vbi dixit. Nota primo ex ista glos.
ꝙ vbi verba legis pœnalis sunt dubia, quòd ex di-
uersa punctuatione lex latiùs extendatur, debent
punctuari verba, vt latiùs extendatur constitutio,
quàm strictius, quando materia ita est prohibito
ria in larga extensione sicut in stricta, & quando
ratio est eadem in extensione, quæ est in restrictio
ne, & rursus ibidem. Idem Geminianus in versic.
Quartò nota.dicit, quòd constitutio pœnalis ex-
tenditur de stricta significatione vocabuli ad la-
tam.hęc ille vbi supra.hoc ipsum docuit Philippus
Franchus in c.1.in fine, in vers.ex quo infertur,
vbi hæc habentur, videlicet ex quo infertur, quòd
constitutio pœnalis extenditur de stricta signifi-
catione ad latam, quando est eadem ratio, hæc il-
le. Idem docuit Euerardus in Topica iuris cap.lo
cus à ratione legis num.57.

Amplia singulariter dictam sextam fallentiam
40 dicendo, quòd quandocumque lex † pœnalis po-
test dupliciter punctuari, & vno modo punctuata
decidit casum dubium: alio autem modo púctua-
ta non decidit casum dubium: semper dicta lex
pœnalis est ita punctuanda, vt decidat casum du-
biũ: quia lex semper esse debet de casu dubitabili,
hæc conclusio probatur auctoritate Doctorum.
Nam ipsi se subscripserunt infrascripti, videlicet.
Pan.in cap. Cùm in iure hoc not.ext.de elect. vbi
dixit. Et ex hoc nota, ꝙ lex debet esse in dubio,
& ideo debet semper in dubio interpretari, vt de-
cidat casum dubium, ex quo infertur, quòd si una
lex, vel canon potest habere duos intellectus, vnũ
dubitabilem, & alium indubitabilem, debemus
illum capere, qui decidit casum dubitabilem, vt
in l.1.in fin.ff.ad Mu.& in l.quod Labeo.ff.ad Car.
hęc ille.Idem docuit Ioannes Baptista in repetit.
l.omnes populi.ff.de iustitia, & iure.Idem Roma-
nus in consil.509.vt refert, & sequitur Euerardus
in Topica iuris cap.loc.à ratione legis nu.58. qui
& alios doctores etiam citauit ad hoc ipsum
probandum.

Fallit septimò regula contenta in dicta conclu
41 sione vnica quando verba † constitutionis pœna-
lis sunt certa, & clara, tunc fieri potest extensio,
quando maioritas rationis surgeret ex vi regulæ.
cui licet, quod est plus.ff.de regu.iur. & in c.cui
licet de reg.iur.in sexto, vbi dicit [cui licet, quod
est plus, licet vtique quod est minus] quia illa est
extésio passiua, quæ fit per aliam legem, & semper
est licita: hæc conclusio probatur triplici medio
iam allato in conclusione secunda capituli præce-
dentis de extensione faciéda in pœnalibus, & cor
rectorijs simul. Vide ergo ibi.

Fallit octauò conclusio vnica, quando constitu
tio pœnalis cótinens fauorem ecclesiarum, (cùm
sit largo modo interpretanda) extendenda erit
42 † ad alium casum in dicta constitutione ad ver-
bum non expressum ex identitate rationis. Hæc
conclusio probatur triplici medio. Primo enim
per argu.in cap.1.§.finali, ext.de postulat. prælat.
vbi hæc habentur, videlicet [licèt autem ex eo, ꝙ
hominem, qui vestro non conueniebat proposito,
postulastis: cùm vos interdicti sententiam serua-
ueritis, & ipse eam contemneret obseruare: per-
missa vobis facile abusi fueritis potestate: ac ideo
vos ea non immeritò priuare possemus, de solita
tamen benignitate concedimus, vt vobis per po-
stulationem, seu electionem canonicam de perso-
na congrua consulatis.] hæc ibi dixit probari per
arg.in dicto cap.1.quoniam, & si explicitè con-
tenta in præsenti conclusione, in dicto c.non con
tineantur, benè tamen implicitè, cùm ex ipso eli-
ciatur, quòd in pœnalibus fiat extensio in fauoré
ecclesiarum. Nam nullibi habetur, quòd postulãs
indignum priuetur facultate postulandi: sed bene
cautum reperitur in iure, quòd eligens indignum
priuetur potestate eligendi, vt patet in cap. Cùm
in cunctis.§.1.& in §.fin.ext.de elect. Nam in fine
dicti §. dicitur [eligendum fore in Episcopum
eum, qui sit 30.annorum ætatis, ex legitimo matri
monio natum, vitę, & scientiæ commendabilem]
& in §.fin.hęc habentur, videlicet. [Clerici sanè, si
contra formam istam quemquam elegerint, & eli
gendi tunc potestate priuatos, & ab ecclesiasticis
beneficijs triennio nouerint se suspensos, dignum
est enim, vt quos Dei timor à malo non reuocat,
ecclesiasticę saltem coerceat seueritas disciplinę.
Episcopus autem si contra hęc fecerit, aut consen
serit fieri in conferendis prędictis officijs, & be-
neficijs potestatem ammittat, & per capitulũ, aut
per Metropolitanum (si capitulum cócordare ne-
quiuerit) ordinetur:] hæc ibi: ex quibus patuit,
quòd hæc constitutio pœnalis agens de electione
(cum militaret eademmet ratio) fuit extensa per
summum Pontificem in fauorem ecclesiæ, ad po-
stulationem, seu ad ecclesiam, cui non prouidetur
per electionem, sed per postulationem, ex his er-
go patuit veritas pręsentis nostrę conclusionis,
quæ probatur & secundò doctorum auctoritate.
Nam infrascripti doctores explicitè se subscripse-
runt præsenti nostrę conclusioni, videlicet glo.in
dicto cap.1.in vers.priuare.glo.in cap.sciant cun-
cti, in vers.Alios, de elect.in sexto.Pan.in dicto c.
1.num.31.in vers.Nota istam glo. & apertius in c.
Nihil, num.9.in ver.secundò principaliter, ext.de
elect.dicens, secundò principaliter potest respon-
deri, quòd cùm istud ius priuilegiatiuũ emanaue
rit in fauorem ecclesiarum, non debet restringi, li
cèt sit correctiuum, vel pœnale, sed extendi fauore
ecclesiarum, vt dicit glo.not. in cap. sciant cun-
cti, de elect.in sexto.hęc Pan.vbi supra.Geminia-
nus idem docuit, in dicto cap.sciant cuncti, in fi-
ne.Philippus Franchus in dicto c.sciát cũcti.col.
2.in vers.In eadem glo. & in cap.1.colum.4.versi.
Quintò limita.de Tempor.ordin.& Euerardus in
Topica iuris cap.loc.à ratione legis, n.68.Decius
in l.Factum cuique.§. in Pœnalibus, in vers.sextò
fallit, num.14.ff. de regu.iur. Probatur & tertiò
hac

hac ratione videlicet. Cùm enim vnusquisque fidelis teneatur venerari, ac fouere ecclesias, & cũ mẽs vniuscuiusque Legislatoris semper fuisset credendum sit in omnibus suis constitutionibus etiã pœnalibus seruare indemnem ecclesiam, inde sequitur, quòd vnaquequæ constitutio etiam pęnalis sit extendenda in fauorem ecclesiæ de casu expresso ad casum ibi non expressum.

Fallit nonò regula contenta in conclusione vnica, quotiescunque in aliquo statuto, vel constitu-
43 tione pęnali inseritur clausula, †Vt procedatur de similibus ad similia: tunc lex pęnalis extendenda erit ad casus similes calibus insertis explicitè in dictis dispositionibus pœnalibus: Hæc conclusio probatur duplici medio: primò enim per text. in cap. quæ fuit prima causa beneficij ammittendi. §. sed quia natura. Vbi hæc habentur, videlicet. [Sed quia natura nouas deproperat formas: potest multis modis contingere, vt aliæ emergant causę, qui bus videatur iustè adimi posse feudum. Ideoque iudex solers, & disertus, & æquitati obsecundare solicitus, cuncta subtiliter dispensans, prouideat, si qua fuerit antiquioribus causis similis, seu maior, ut proinde sciat vtrum beneficium sit amittẽdum, an nihilominus retinendũ.] hæc ibi. idem habetur in l. Non possunt. ff. de legi. & senat. consul. vbi hęc habentur, videlicet. [Non possunt omnes articuli singulatim, aut legibus, aut senatusconsultis comprehendi, sed cùm in aliqua causa sententia eorũ manifesta est: is, qui iurisdictioni præest, ad similia procedere, atq; ita ius dicere debet.] hæc ibi. Probatur & secundò doctorum auctoritate præsens conclusio. Nam glo. in dicta l. Non possunt, exemplificat in lege statuente, quòd si familia ser uorum alicuius fecerit furtum, liberatur Dominus semel emendando furtum, nè tota familia careat. Idem ius trahitur si dedit damnum, vt in l. Illud. ff. ad l. Aquiliam. Idem docuit Bald. in l. 3. quam legit. cum l. 3. C. de legibus, & in l. omnes populi, ff. de iust. & iure. Philippus Francus in c. 1. colum. penul. in vers. vigesimò limita. de Tempor. ordin. in sexto.

Fallit decimò regula contenta in conclusione
44 vnica, in ijs, quæ se habent vt præambula† ad certum actum, vt sunt electio, postulatio, præsẽtatio, & collatio, & alia similia, & si alterius generis, quę omnia tendunt ad finem prouidendi ecclesiæ vacanti, vel alteri negotio, secundum mentem Legislatoris: quapropter dispositum in vno eorum (etiam in pœnalibus) extenditur ad alterum, nè intentio legis frustaretur fine intento. Quapropter iure optimo Pan. (in loco statim citando) hanc tradit regulam, dicens, quòd vbicumque extrema sic se habent, quòd de vno peruenitur ad reliquum, vel ad eundem finem, tunc etiam in materia pœnali, & restringibili sit extensio, ita quòd dispositum in vno habet locum in reliquo, hæc conclusio probatur triplici medio. Primò enim per arg. in cap. si postquam §. si verò de elect. in sexto, vbi Bonifacius Octauus infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. [Si verò electus, qui iuxta constitutionem felicis recordationis Nicolai Papę Tertij prędecessoris nostri ad dictam sedem venerat pro electionis suæ negotio prosequendo, de Romana Curia sine licentia recesserit, antequàm huiusmodi negotium sit finitum eius electio auctoritate constitutionis ipsius (quæ non solùm, vt quis veniat, sed etiam ex sui mente exigit, quòd vsque ad finem negotium prosequatur, eo ipso uiribus euacuatur omnino.] hæc ibi. Dixi probari præsẽtem conclusionem per arg. in dicto cap. si postquam, quam licet præsens hęc conclusio non contineatur ad verbum in dicto cap. si postquam. tamen benè implicitè, cùm inde eliciatur, quòd quando duo præambula ad actum requirantur, dispositum pœnale in vno, & in reliquo intelligatur: ecce preceptũ solũ fuerat à Nicolao Tertio, vt electus se cõferre teneretur ad curiã Romanam pro electionis suę confirmatione, & explicitè non fuerat additum, quòd non recederet ex illa, donce cõfirmationem obtineret, tamen quia finis dicti præcepti erat, vt confirmatio inibi obtineretur, & si fuerit preceptus accessus tamquã quoddam preambulũ ad ipsum actum, scilicet ad ipsam confirmationẽ obtinendam: idcirco dispositum explicitè de præambulo extenditur ad id, quod intendebatur à disponente, & sic ad actum Romæ permanendi vsquequo fuisset electio confirmata. Idem probatur per argumentum in l. Oratio. ff. de spõsalibus, vbi hęc habentur, videlicet. [Oratio Imperatorũ Antonini, & Comodi, quę quasdam nuptias in personaSenatorum inhibuit, de sponsalibus nihil locuta est, rectè tamen dicitur, etiam sponsalia in his casibus ipso iure nullius esse momenti, ut suppleatur, quod orationi deest.] hæc ibi. Dixi probari p argu. in d. l. oratio. quia & si ibi explicitè nostrę conclusionis verba non habeãtur, benè tamen implicitè cùm inde eliciatur, quòd cùm aliquid pro
45 hibetur, † videtur esse omne illud prohibitum, per quod peruenitur ad illud.

Idem probatur per argum. in l. non dubium. C. de legibus, vbi hęc habentur, videlicet. [Non dubium est in legem committere eum, qui verba legis amplexus, cõtra legis nititur uoluntatem, nec pœnas insertas legibus euitabit, qui se contra iuris sententiam sęua prerogatiua uerborum fraudulenter excusat. Nullum enim pactum, nullam conuentionem, nullum contractum inter eos videri
46 volumus, qui contrahunt † lege contrahere prohibente. Quod ad omnes etiam legum interpretationes tam veteres, quàm nouellas trahi generaliter imperamus, vt legislatori, quod fieri non vult, tantùm prohibuisse sufficiat, cęteraque quasi expressa ex legis liceat voluntate colligere: hoc est, vt ea, quę lege fieri prohibentur, si fuerint facta nõ solùm inutilia, sed pro infectis etiam habeantur, licet legislator fieri prohibuerit tantum, nec specialiter dixerit, inutile esse debere, quod factum est, sed & si quid fuerit subsecutum ex eo, vel ob id, quod interdicente lege factum est, illud quoque cassum, atque inutile esse præcipimus. Secundum prædictam itaque regulam, qua vbicumque non seruari factum lege prohibente censuimus: certum est, nec stipulationem huiusmodi tenere, nec mandatum vllius esse momenti, nec sacramentum admitti.] hæc ibi. Idem probatur per argu. in cap. Certum. de reg. iur. in sexto. Vbi hęc habentur, videlicet. [Certum est, quòd is committit in legem, qui legis verba complectens, contra legis nititur voluntatem.] hæc ibi. Idem probatur per arg. in cap. Cùm quid de regu. iur. in sexto, vbi hęc habentur, videlicet. [Cùm quid prohibetur, prohibentur omnia, quæ sequuntur ex illo] hæc ibi. Dixi probari nostram conclusionem per argumentum in dictis iuribus, quoniam & si inibi ad uerbum, & explicitè non contineat

inibi

præsens nostra conclusio, benè tamen implicitè,
cum inde luce meridiana clariùs eliciatur, quòd
47 potius mens,† quam verba vniuscuiusque legis sit
sequenda,& obseruanda:ac per consequens,quòd
ca,quæ se habent ad inuicem,vt præambula ad a-
ctus præceptos à lege insimul præcipiãtur(etiam
si lex esset pœnalis,ac per hoc si quis alterum eo-
rum explicitè pręceptum exequutus fuerit, alte-
ro implicitè pręcepto ommisso incidat in pœnam
legis. Et animaduertendum,quòd præsens con-
clusio probatur quoque omnibus auctoritatibus,
& rationibus supra allatis in probationem præce
dentis quæstionis(in qua agitur de extensione le-
gum pœnalium,& correctoriarum insimul) con-
clusione tertia, fallentia nona. Vide ergo ibi,quia
quàmplurima iura doctorum sententias, & ra-
tiones hoc ipsum probantes reperies alibi non
ita congregatas. Probatur & secundò auctoritate
aliorum doctorum infrascriptorum.glos. enim in
dictis iuribus.Bar.in dictis iuribus. Dijnus in di-
ctis regulis iuris,& ibidem Ioannes Andr.& Phi-
lippus Franchus,Pan.in cap.1.num.31.ext. de po
stulat.prælatorum. Anto.de Butrio in cap.fin.col.
36.in vers.fallit octauò,ext.de consuetudine.Ge-
minianus in cap.1.colum.4.in versi.fallit octauò.
de Tempor.ordin.in sexto Philippus Franchus in
dicto cap.1.colum.5.in ver. octauò limita.Euerar
dus in Topica iuris.cap. loci a ratione legis. nu.
70.in vers.Nono fallit. Nauarrus in cap.Pœnæ.
num.12. in versic. Octauò cùm habent se de Pœ-
niten.dist.1.

Probatur & tertiò hac ratione,videlicet.Cùm
48 omne accessorium † sequatur naturam sui princi
palis,(vt in cap.Accessorium de reg.iur.in sexto)
ita quòd dictum de vno necessariò intelligendum
sit dictũ fuisse de altero,indè sequitur veritas pręę-
sentis nostræ conclusionis,vt patet ad sensum.

Limita singulariter dicta fallentia decima, di-
cendo ipsam locum non habere,verba constitu-
tionis pœnalis id paterentur, secus tamen quãdo
erit dicendum, quòd id non paterentur,exempli
gratia,si in aliquo casu,puta cõsanguinitatis, vel
49 huiusmodi,matrimonium † sit prohibitum à iure
(vt in clem.Vnica de consanguinit.& Affinit.) cen
seantur etiam implicitè sponsalia tanquam præ-
ambula ad ipsum matrimonium tãquam ad suum
finem.Pœna tamen imposita ibi contrahenti scien
ter in gradu prohibito non extenditur ad sponsa-
lia contrahentem scienter, cùm solum pœna repe
riatur inflicta contrahenti matrimonium, & ipsa
sponsalia, & si possint esse præambula,non tamen
est necessarium, vt semper matrimonium præce-
dant: cùm quis repentina occasione sine aliqua
pręuia promissione aliqua rationabili de causa ab
episcopo approbata coram parocho sponsalitia
de præsenti celebret: non pręuia promissione de
contrahendo in futurum,quam denotant sponsa-
lia ipsa(vt omnes doctores fatentur) cùm ergo ver
ba pœnalis constitutionis dictæ Clem.hoc non pa
tiãtur,eo quòd solum de matrimonio fecerit men
tionem,& si sint illa prohibita, tãquam quędam
præambula ad actum ipsum scilicet matrimoniũ:
tamen cùm maxima differentia sit inter vtrũque,
cũ illa facillimè multis de causis possint dissolui,
quibus non poterit ipsum matrimonium,iecircò
præsens limitatio verissima indè comprobatur.
Hæc conclusio(vltra allatam ipsius rationem)pro
batur auctoritate glo.Cardinalis Zabar.& omniũ
aliorum in dicta Clemen.vnica,Pannor.in cap.1.
num.31.ext. de postulatione prælat. & Euerardi
vbi supra num.70.

Vndecima, & vltima fallentia sit. Constitutio
50 pœnalis † loquens in certo casu in plurali,exten-
ditur vt etiam habeat locum in singulari,& è cõ
uerso, vnde si cõstitutio puniat falsos testes produ
centem, locum habebit etiam si quis produxerit
vnum falsum testem,& è conuerso,& eodem mo-
do quando constitutio loqueretur de actu aliquo,
ipsa extenditur ad iteratum actum, & idem iudi-
cium erit de similibus casibus. Hæc cõclusio pro-
batur triplici medio. Primò per argum.in cap. si
electio de elect.in sexto,vbi hæc habentur, videli
cet, [si electio non sortiatur effectum, quia ele-
ctus consentire recusat,vel post consensum renun
ciat iuri suo,aut fortè diem claudit extremum,seu
propter occultum eius vitium irritatur. Electores
(qui iam fecerant quod spectabat ad ipsos, infra
iuris terminum eligendo)habebunt à dissensu,re-
nunciatione,morte,vel irritatione pędictis, (ac
si uacuatio noua esset, tempus integrum ad ele-
ctionem aliam celebrandam, dummodo nihil
fraudulenter egerint in pręmissis.] hęc ibi. Idem
probatur per argum.apertissimum in l.3.§.Nego-
tia.ff.de Negotijs gestis,vbi hæc habentur, vide-
licet.[Negotia sic accipe,siue vnum,siue plura.]
Dixi probari præsentem conclusionem per argu.
in dictis iuribus,quia etsi explicitè ibi nostræ cõ-
clusionis materia aduerbum non contineatur, nõ
poterit tamen negari,quin indè veritas ipsius eli-
ciatur,cùm dicta iura interpretentur constitutio-
51 nem † loquentem in singulari habere locum, &
in plurali,& è conuerso. Probatur & secundò do-
ctorum auctoritate,qui explicitè in locis infrascri
ptis hoc docuerunt loquentes in materia præsen-
tis conclusionis glo.in dictis iuribus.Bar.in dicto
§.Negotia.Ant. de Butrio.in c.fi.col.36.in vers.fal
lit nonò,ext.de consuetudine.Geminianus in c.1.
col.4.in vers.fallit nonò,de Tempor.ordin.in, in
sexto. Philippus Franchus in dicto c.1.col.5.&
vers.Vndecimò limita.Euerardus in Topica iuris
cap.loci a ratione legis.nu.70.in vers.Decimò fal
lit.Probatur & tertiò hac ratione,videlicet. Cùm
vbi eadem ratio,ibi idem ius militet, indè sequi-
tur veritas præsentis conclusionis eò,quòd vt pa-
tet ad sensum, id quod semel est prohibitum sub
aliqua pœna,si reiteretur(cùm ex reiteratione a-
52 ctus,† non mutet propriam naturam, permanen-
te eadem intentione reiterantis ipsum actum, si
ergo non mutat,inde sequitur necessariò,eadẽ pę
nali: cõstitutio,quę locum habebat in primo trãs
gressionis actu,& obtinebit in secundo,tertio, &
deinceps.

SVMMARIVM.

1 *Iura præcipientia vnum pro alio puniri sunt irrationa-bilia,ideo non extendenda.*
2 *Delictum affirmatiuum quod dicatur.*
3 *Delictum negatiuum in quo consistat.*
4 *Lex imponẽs pœnam facienti citare parentem,non ha-bet locum in faciente citari socerum.*

De

De Extensione legum infligentium pœnam ministerio hominis, scilicet per iudicis sententiam:

QVESTIO IIII.

DIgestum sermonem de extensione legum ipso iure, seu facto imponētium pœnam, meritò sequitur sermo de extensione legum infligentium pœnam ministerio Iudicis mediante ipsius diffinitiua sententia, & de hac quæstione decidēda procedam breuissimo dicendi stilo, ac sermonis periodo, cum latiùs, & locupletiùs loquuti fuerimus in tract. de conatu, seu affectu puniendo, ferè per totum, sed præcipuè in limitationibus, & ampliationibus conclusionis quintæ, vbi agitur de potestate Iudicis in augēdis vel minuendis pęnis inflictis à iure, vide ergo ibi. Sciendum ergo quòd aut iura committentia iudicis arbitrio pœnæ infligendæ quantitatem, aut qualitatem sunt odiosa, quia irrationabilia: aut rationabilia. Si primo, tunc dicendum erit, quòd si irrationabilia sint eo quòd præcipiant aliū pro
1 alio puniri, † extendi tunc non debent, vt docuit tex. in l. quisquis. §. Filijs vero. C. ad l. Iul. maiesta. Idem si esset odiosa, quia imponeret nimis magnam pœnam, attēta qualitate facti. arg. in l. quòd verò, cum sequent. ff. de legibus, & in c. pœnam, de pœnit. dist. 1. & facit quod not. in l. 1. ff. de verbor. significa. & Cyn. in l. quicunque. C. de serui. fugi. Aut ęst pœna rationabilis, & tunc subdistinguendum erit sic. Aut imponitur pro delicto affirmati
2 uo, † quod committitur principaliter in faciendo aliquid illicitum, & tunc debet extendi per eandem rationem, vel de similibus ad similia. arg. in l. non possunt. ff. de legi. & l. si quis id, quod. §. 1. ff. de iurisdict. om. iud. iuncta l. eum qui vectigal. ff. de verbor. significa. Et facit quod not. glos. quæ cōmuniter tenetur in l. si quis in tantam. C. vnde vi, quę voluit regulam illam extēdi ad immissionem factam circa iura incorporalia, & facit etiā quod not. Cyn. in dicta l. quicunque. & Bart. in l. 1. ff. de verbo. signifi. & in l. iura non in singulas. ff. de legibus. Quandoque pœna imponitur pro delicto ne-
3 gatiuo, scilicet, quod committitur † principaliter omittendo aliquid, vt puta, non soluendo, vel non confitendo, vel non petendo veniam, vt in titu. de in ius vocando. Nam tunc non debebit fieri extensio, vt docuit glo. singularis, in §. Itē mixta, & §. Pœnalis. Institu. de actio. Nec hoc mirum videri debebit, quia leuiora sunt delicta, quæ fiunt omittendo, quàm quæ fiunt faciendo illicitum, vt in l. 1. §. impubes, & ibi not. ff. Ad Senatuscon. Syll. facit l. 2. C. de libe. & eorum lib. inuent. l. solo. C. de libe. cau. Et ex hoc sequitur, quòd lex imponens pœnam decem aureorum omittenti pete-
4 re ueniam, quando facit citari patentem, † nō debet extendi ad generum, qui facit citari socerum sine venia, etsi gener deliquerit, & possit puniri pœna extraordinaria. argum. in l. generaliter, & ibi glos. ff. de in ius vocand. Sed ista pœna arbitraria erit minor, quàm ordinaria, quę imponitur à iure filio, vel liberto, ad quod facit quod not. per doct. & glo. in cap. Inquisitionis, in principio ext. de accusat. Et hæc satis sint pro declarāda materia quæstionis præsentis de extensione legum pœnalium. Ad cuius maiorem dilucidationē subnectendæ supersunt duę perutiles, ac quotidianæ quæstiones infrascriptę.

SVMMARIVM.

1 *Nullitas actus primi inualidè exerciti an priuet agentem potestate illum iterandi donec valide fiat, et hoc regulariter, et quare, latissimè probatur multipliciter.*

2 *Iurans per salutem suam, an verè iurare dicendus sit.*

3 *Facta illa dicenda sunt, quæ perfecte facta fuissent, ita vt nihil de perfectione, seu validitate actus remaneat faciendum.*

4 *Conditio, cum defecerit, potest quandocunque impleri, dummodo implementum de iure consistat.*

5 *Electio valida priuat potestate alterum eligendi, inualida non, et quare.*

6 *Testis qui nulliter deposuit poterit iterum examinari, licet partes testificata didicerint, et quare.*

7 *Omissio modi, et formæ reddit actum nullum, qui tamen iterato fieri potest cum obseruatione debitæ formę.*

8 *Mandatum videtur fieri sic, quod de iure teneat.*

9 *Eligens iure ordinario potest iterum eligere, iure vero delegato non, et quare.*

10 *Statutum de compromissis, an mortuo arbitro, adstringat partes ad nouam arbitri electionem.*

11 *Executor datus ad prouidendum non est functus officio suo, nisi cum effectu prouiderit.*

12 *Verba cuiuscunque dispositionis sunt cum effectu intelligenda, & nu. 20.*

13 *Verba legis, quomodo dicantur intelligi de primo actu.*

14 *Statutum dans præmium capienti bannitum, habet locum quando appræhendit eum effectu, et n. 21.*

15 *Statutum puniens inuentum cum armis, intelligitur, si fuerit captus.*

16 *Statutum puniens non probantem accusationem suam, habet locum in eo qui accusationem præsentauit cum multis capitibus, sed non omnia probauit.*

17 *Actus nulliter gesti quando reiteratio fieri possit, & non.*

18 *Sindicus obligatus denunciare delinquentes sub pœna, licet vnum solum ommisserit, punitur.*

19 *Verba, si talis hæres erit, non verificantur nisi realiter hereditatem apprehenderit.*

22 *Factum non dicitur quod non durat factum. Nec dicitur exiuisse qui statim est reuersus.*

23 *Statutum puniens bannitum commorantem in territorio, non habet locum in transeunte comedente in hospitio.*

24 *Osculans violenter virginem in platbea qua pœna puniatur.*

25 *Villę, et casalia in odiosis non veniunt, nec continentur appellatione ciuitatis.*

26 *Statutum patiens extrahentem frumentum extra territorium, non habet locum in reperto in itinere.*

27 *Dispositio iuris loquens de actu, intelligitur de valido, siue sit primus, siue alius succedens in defectum precedentis nulli.*

28 *Oblatio vbi requiritur, non sufficit verbalis, sed requiritur actualis.*

29. *Iudex ordinarius exercens aliquem actum inualidè iudicialem, poterit illum reiterare donec faciat ipsum validum, etiam si ille actus iudicialis sit sententia diffinitiua,*

finitina, & multipliciter probatur, secus in delegato, & quare nu. 36. 41.

30 Electio inualida facta ab Ordinario vtente iure suo poterit iterari donec fuerit valida, & nu. 40.

31 Sententia nulla non impedit Ordinarium super eodem iterum cognoscere, & ibi de modo procedendi in declaratione sententia nullæ, & ipsius reformatione.

32 Iudex in iudicando debet esse certus de meritis causæ super qua ferenda esset sententia, & quando possit errorem suum corrigere.

33 Sententia absolutoria est ipso iure nulla accusatore non legitime citato, nec præsente.

34 Iudex ordinarius tam in procedendo, quàm in pronunciando potest errorem suum corrigere, & quid in successore, nu. 35.

37 Ordinarius quando non possit sententiam a se nulliter latam reformare, & reiterare.

38 Actus nullus non impedit repetitionem eiusdem, quãdo fit iure proprio, & quomodo n. 39. 42.

43 Mandatum de prouidendo in vna ecclesia quando poterit exequi in alia.

44 Ordinarius reperiens sententiam suam, vel sui præcessoris esse nullam, quid faciet, vt legitime procedat, multipliciter ostenditur.

45 Sententia propter quas causas dicatur nulla, remissiue.

46 Electio nulla quando transferat potestatem eligendi ad alium.

47 Iure suo, vel alieno aliquid faciendi vti quis dicatur, & quomodo cognosci possit aliquem vsum fuisse iure suo, vel alieno in aliquid faciendo.

48 Priores ciuitatum an & quando possint reuocare statuta suorum præcessorum.

49 Iudex ordinarius qui nulliter iudicauit, potest iterum iudicare, absque eo quod sententiam primam nullam pronunciet, & quando n. 50. 51. & nu. 52.

53 Iudex an in reuocatione sententię debeat reuocare oĩa actitata vsque ad eam quam reuocare intendit.

54 Iudex quando poterit in secunda sententia ferenda vti actitatis in causa quam vult diffinire secunda sua sententia, & nu. 55.

56 Iudex vt possit iustam sententiam promulgare, quid facere debeat.

57 Iudex reperiens aliqua acta fuisse illegitime actitata, & non omnia, & voluerit iudicare de contentis in dictis actis actitatis, quid faciet.

58 Vtile non debet per inutile vitiari, & quid dicatur vtile.

59 Iudex ordinarius nulliter iudicans, seu sententiam nullam proferens quãdo priuabitur iure proferendi secundam sententiam validam.

60 Iudicium vbi semel acceptum est, ibi finem habebit.

61 Nullitas ita deuoluit totam causam ad superiorem, sicut appellatio, vt eam reformare possit, si nullitas prouenisset ex dolo, vel iniquitate, & talia allegentur, non autem ex errore, & nu. 62.

63 Eligens aliquem nulliter, quando poterit rursus eligere, & quando ipso iure priuetur iure eligendi pro illa vice.

64 Iudex ordinarius, vel delegatus post decendium a die latæ sententiæ nullę, quando poterit illam executioni mandare, & non.

65 Executor sententię, quam aliqui dicunt esse nullam, quid faciet.

66 Præsumptiones vbi sunt contra petẽtem restitutionem in integrum, sententia mandanda erit executioni, aliàs contra.

67 Supplicatio porrecta Principi post decendium a die latæ sententiæ non impedit eius executionem.

68 Supplicatio propriè sumpta quid sit, & quid impropriè.

69 Supplicari quando possit, & non appellari, & quare, à sententia Papæ, Imperatoris, & aliorum Principum superiorum.

70 Supplicatio Principi porrecta infra decem dies, quid operetur, & quid si post decem dies, a die sententiæ latæ, tantum tamen biennium.

71 Supplicatio in quibus differat ab appellatione.

72 Supplicatio an dicatur prohibita, quãdo in rescripto est clausula, appellatione remota.

73 Illatio non fit ex separatis.

74 Supplicatio quid sit secundum Panormitanum.

75 Exceptio proposita contra sententiam latam quando impediat eius executionem, & quando non.

76 Restitutionis imploratio apud Principem quid operetur.

77 Nullitas sententiæ latæ obiecta quid operabitur circa litis pendentiam, & executionem sententiæ.

78 Exceptionem etiam peremptoriam iudex poterit reijcere, quando verisimiliter suspicatur ipsam malitiose propositam, & idẽ dicitur de tertio prætendente pro suo interesse impedire executionem ipsius sententiæ, non curando de appellatione interposita.

79 Executio, seu causa processus non retardatur, si proponatur nullitas altiorem indaginem requirens.

80 Dolus, & fraus nemini patrocinari debet.

81 Exceptio nullitatis sententiæ proposita quando non impediat illius executionem.

82 Seruus in iudicio interesse non potest, nec condemnari pœna pecuniaria.

83 Ratio eadem vbi est, idem ius esse debet.

84 Exceptio rei in causis summarijs quando admittatur & non, et retardet executionem.

85 Exceptio requirens altiorem indaginem, quę ex processu non patet, & quę incontinenti probari non potest, non impedit executionem sententię.

86 Exceptio requirens altiorẽ indaginem non poterit ventilari in iudicio summario.

87 Exceptio nullitatis sententię non impedit executionem eius, quando fuissent latę tres sententię conformes super eodem articulo, etsi non successiue, licet sit opponenti reseruatum ius agendi de nullitate sententiarum.

88 Executione sententiæ latę facta, victus poterit agere de nullitate ipsius sentẽtię, etsi obtineret, reuocabitur executio iam facta.

89 Nullitas quando non possit opponi ad impediendam executionem sententię.

90 Executio post tres conformes quod statim fiat non obstante quacunque exceptione nullitatis.

91 Locupletari nemo debet cum aliena iactura, vel iniuria.

92 Exceptio nullitatis non impedit executionem sententię tam in causa ciuili, quàm criminali, & mixta, tam in causa profana, quàm ecclesiastica, tã spirituali, vel quasi, quãdo fuissent latę tres conformes super eodem articulo, etsi non successiue, etsi sit opponenti reseruatum ius agendi de nullitate dictarum sententiarum.

93 Reus post tres conformes siue diffinitiuas, siue interlocutorias, siue in petitorio, siue in possessorio, quod non admittatur ad dicendum de nullitate, donec sententię fuerint plenarię executę.

94 Odia sunt restringenda, fauores autem ampliandi.

95 Sententię tres latę, etiam si non essent omnino conformes quo ad omnes articulos, & capitula principalia ipsorum, dummodo saltem in aliquibus sint conformes,

mes, executioni mandabuntur, non obstante nullitate opposita.

69 *Sententia potest esse pro parte condemnatoria, & pro parte absolutoria, vbi libellus continet plures articulos.*

97 *Appellare intēdens ab vno articulo contento in sententia, quid debeat dicere.*

98 *Ratio eadem vbi reperitur, idem ius esse dicitur.*

99 *Sententia diffinitiua quando lata fuisset nulla, vel iniusta alia de causa, quàm propter ineptitudinem libelli, quid facturus sit is contra quem est lata.*

100 *Libellus vt sit validus quid requiratur.*

101 *Ecclesia vendens an possit dicere contractum nullum.*

102 *Iudex appellationis quid obseruare teneatur, quando dicatur sibi processum fuisse ineptum.*

103 *Iudex ad quem quid faciet in causa appellationis, vel in iudicio nullitatis intentatę.*

104 *Nullitatis causa deuoluit totum negotium ad iudicem ad quem.*

105 *Iudex ad quem quando possit reformare sententiam latam a iudice a quo.*

106 *Sententia lata super inepto libello an sit nulla.*

107 *Iudex ad quem quādo non possit reformare sententiam nullam, sed pronunciare solum nullam.*

108 *Accessorium sequitur naturam sui principalis.*

109 *Exceptio nullitatis processus nunquam dicitur prohibita à statuto prohibente exceptiones contra sententiam.*

110 *Procurator legitimus si desit, nulla sententia legitima sequetur.*

111 *Sententia sequi debet iuxta actionis intentatę formam.*

112 *Error apparens in actis, quando faciat sententiam esse nullam.*

113 *Clausula rescripti (appellatione remota) intelligitur de friuola.*

114 *Exceptio pacti non est exceptio, strictè loquendo.*

ARGVMENTVM.

Vtrum nullitas actus primi (proueniens ex aliquo legitimo impedimento) priuet hominem potestate illum faciendi sibi concessa à iure, vel homine, ac per consequens dicta pœna nullitatis extendatur ad alios subsequentes actus legitimè faciendos.

PRIMA conclusio sit nullitas actus
1 primi † (proueniens ex aliquo defectu) exerciti ab habente iurisdictionem, & potestatem à iure communi, vel municipali, regulariter non priuat potestate illum faciendi toties quoties opus fuerit, donec validè fiat, cùm dictorum iurium dispositio omninò sit intelligenda, quòd noluerit solum disponere de primo ipsius actu, sed intenderit disponere, vt toties ille reiteretur, donec & quousque dicta iurium dispositio sortiretur debitum, ac intentum ab ipsis finem, eò quod aliàs ipsa lex communis, aut municipalis esset imperfecta. Quapropter si lex communis, municipalis, aut synodalis disposuerit, quod de omnibus causis vertentibus inter coniunctos debeat fieri compromissum, certè si semel fuerit factum compromissum, & re integra expirauerit, proculdubio dicta dispositio non erit intelligenda de primo solùm, sed quòd debeat toties fieri donec causa compromissa finem capiat. Hæc conclusio probatur triplici medio. Primò enim per argum. in l. qui per salutem. ff. de iure iuran. Vbi hęc habentur, videlicet. [Qui per salutem suam
2 † iurat, licèt per Deum iurare videatur, respectu enim diuini numinis ita iurat, attamen si non ita specialiter iusiurandum ei delatū est, iurasse non videtur, & ideo ex integro solemniter iurādum:] hęc ibi. Dixi probari pręsentem conclusionē per argum. in dicta l. qui per salutem. quoniam etsi explicitè, & ad verbum illa ibi non contineatur, benè tamen ex ipsa clarè elicitur: cùm inde eliciatur, quòd id, quod semel imperfectè actum fuisset & fieri debuisset, sit denuo faciendum donec per-
3 ficiatur, cùm illa dicenda sint facta, † quę perfectè facta fuissent, ita vt nihil de perfectione seu validitate actus remaneat faciendum. Idem prorsus probatur per argum. in l. 2. ff. de optione, vel electione legata. Vbi hæc habentur, videlicet [Quoties serui electio, vel optio datur, legatarius optabit, quem velit, sed & homine generaliter legato arbitrium eligendi, quem velit accipere, ad legatarium pertinet Data igitur optione, si quis optauerit alienum seruum, vel hominem liberum, videndum est, an consumpserit optionem, & puto non consumi. Ei cui centum amphorarum (adde tu, vini vt dicit ibidem glo. in ver. amphorarum.) electio data sit, acetum eligentem non consumere optionem, si id acetum elegerit, quod vini numero pater familias non habuit.] hæc ibi. Idem probatur per argum. in l. hæc conditio. ff. de conditio. & demonstrat. vbi dicitur, quòd conditio,
4 † cùm nupserit, poterit quandocunque impleri, dummodo implementum de iure consistat. Idem probatur per argum. in l. 2. §. Condemnatum. ff. de te iudic cuius tenorem referemus infra in prima ratione præsentis conclusionis ibi allata. Vide ergo ibi. Idem probatur per arg. in clem. Pastoralis. §. vltimo, de sent. & re iudicata. Idem probatur per text. in cap. Cùm terra, extr. de elect. prout ad hoc citat ac intelligit Innoc. IIII. in cap. in litteris, ext. de off. delegati, & Pan. in cap. causamque num. 10. vers. & hoc aut ignoranter, & per text. in cap. innotuit, ext. de elect. vt etiam docuit Pan. in dicto cap. causam, vbi supra. Idem probatur per argum. in ca. si compromissarius. §. si verò eligat. de elect. in sexto, vbi Bonifacius Octauus, infrascriptis vtitur verbis, videlicet: [Si verò eligat, (supple tu, compromissarius, de quo sermo habetur ibi) sed indignum, tunc siue scienter id fecerit (cùm dolus ipsius eis, qui non sunt in culpa, nō debeat imputari) siue etiam ignoranter (cùm suo sit functus officio) eligendo potestas, (nisi & ipsi scienter electionem talem ratam habuerit) liberè reuertitur ad eosdem. Idē fit cum eligit idoneū, & electus non vult consentire.] hæc ibi. Idem probatur per argum. in clemē. 2. de Testibus. arguendo à contrario sensu. Nam ibi hæc habentur, videlicet. [Testibus ritè receptis, & eorum attestationibus publicatis, sicut non licet super eisdem, uel directo contrarijs articulis alios, uel eosdem testes in principali causa producere, sic nō debet in appellationis causa licere. Cùm non minus in appellationibus, quàm in principali causa subornatio sit timenda,] hæc ibi. Dixi probari pręsentem fallentiam per argum. in dictis iuribus, quoniam ex ipsis apertissimè elicitur ueritas ipsius,
5 cùm inde eliciatur, quòd sicut electio † valida

priuat

priuat eligendi poteſtatem habentē aliū vltra tūc
eligere, & inualida nū, & primo ſemel pręſentādo
teſtes ſemel ritè receptos priuar poteſtate, eoſdē
rurſus offerēdo, & nō, ſi ritè nō receptos obtuliſſet
cū de iure vtrūq; illis liceat: ſic dicendum de quo-
cūq; alio actu à iure cōceſſo, vel de mandato, quia
poterit iterari ſi non fuiſſet ſortitus ſuū effectum
propter quem fuerat demandatus: & hæc iura al-
lata ſufficiant, cùm ſimilia reperiantur quàmpluri
ma alia, & illa ſint notiſſima probatur, & ſecundò
doctorum auctoritate, vltra gloſ. dictorū iurium.
Nam Barto.not. in dicta l.qui per ſalutem.colum.
2.num.3.verſi.Guil.inducit, & num.4.verſ. vltimo
in duo, infraſcriptis vtens verbis, videlicet Guil.
inducit hanc legem, in argumentum ad quęſtionē
de illis, quibus eſt cōmiſſa electio poteſtatis, qui
primò fecerunt electionem inualidam, ut poſtea
poſſint eligere, de quo Dynus, & ibi dixi, in l.ſer-
ui electione.ff.de legat.primo, & in l.2.ff.de optio
ne legata. & per Cyn. in l.fin.C.de contrahen.em-
ptio. Vltimò induco tibi hanc legem ad quæſtio-
6 nem de teſte, † qui depoſuit ita, quòd eius dictum
non valet, vt poſſit iterum examinari, licèt partes
teſtificara didicerint, ſicut dicimus in ſententia,
quę non valet, vt poſſit iterum ſententiari, vt in l.
1.C. de ſentent. & in l.1.ff.de ſent.ex peri.reci. &
in l.hæc ſententia.ff.de ſent. quę ſine cert.quantit.
profe.habes glo.nota in cap.cùm cauſam: circa fi-
nem magnæ gloſ.in verſ. volueritis, ext.de Teſti-
bus. Hæc omnia Barto.vbi ſupra, qui hoc ipſum
docuit in dicta l.ſerui electione, nume.5.vbi ſe re-
miſit ad ea, quę dixerat in dicta l.2. Idem prор-
ſus docuit quam elegantiſſimè Bald.in dicta l.qui
per ſalutem per totum. Nam his præciſis verbis
ibi vſus fuit, videlicet, ommiſſio † modi, & formæ
7 reddit actum nullum, tamen iterato fieri poteſt
cum obſeruatione debitæ formæ, & facit l.hęc con
ditio.ff.de conditio.& demonſtratio. Nec obſtat,
quæ in contrarium facit text.in l.Boues.§.hoc ſer-
mone.ff.de verbor.ſignifica. quia ibi intelligitur
de primo actu valido, & hoc ſi ad ius ſit relatio.
Si autem ad merum factum fieret relatio, tunc in-
telligeretur de primo actu qualitercunque conſu-
mato, vt in l. fideicommiſſa.§.ſi quis decem.ff.de
legat. tertiò, & eſt argumentum commiſſionis.
Commiſſum eſt nuncio, quòd citet Titium, cita-
uit enim die Dominica, & ſic nō valet citatio, an
potuit ſine noua commiſſione iteratò citare? &
ſi prima fronte videretur dicendum, quòd non,
cùm citatio ſine commiſſione Iudicis non valeat,
vt in l.fin.C. de exhiben.reis. contrarium tamen
eſt veriùs per hanc legem (ſcilicet, per l.qui per
ſalutem:) quia tacitè videtur ſibi mandatum,
quòd citet tempore congruo, & loco, & ſic duo
videntur præcepta, ſcilicet quòd citet congruo
loco, & tempore. Nam videtur mandatum,
8 † ſic fieri, quòd de iure teneat, argum.not.in l.hu
iuſmodi, in principio ff.de legat.primo. Item eſt
argumentum ad conceſſiones. Conceſſum eſt ali-
cui, quòd poſſit eligere Poteſtatem: eligit, & pri-
ma electio caſſatur, vel nulla pronunciatur, tunc
iuxta ſententiam quoque Innocentij in cap.in lit
teris, ext.de officio deleg.dicentis, quòd quando
electio non tenet propter defectum in commiſſio
ne traditę formę non ſeruatæ, tunc iteratò poterit
eligere adhibendo formam ſibi traditā, quia res
adhuc eſt integra, & idem erit dicendum quando
fuiſſet ſeruata forma, & tamen propter aliū r ef-
fectum ipſa electio non valuit: tam tunc is, qui po
9 terat eligere † iure ſuo ordinario iteratò eligere
poterit: vt in l.ſerui electione.ff.de legat.non autē
ſi iure delegato, quia per primam electionem fuiſ
ſet functus officio ſuo, arg.in l.Iudex.ff.de re iudi.
Item hæc lex eſt ad argu.quæſtio. Dicit ſtatutum,
10 † quòd omnis cauſa debet ſemel compromitti:
cauſa eſt ſemel compromiſſa, & interim mor-
tuus eſt arbiter compromiſſarius. Quæritur,
an iterato debeat compromitti, & videtur, quòd
non l.Boues.§.hoc ſermone.ff. de verbor.obligat.
ſed ibi fit mentio de actu conditionaliter, hic
præceptiuè, & diſpoſitiuè: Vnde videtur ſtatu-
tum intelligendum de compromiſſo, quòd tra-
hit ſecum ſuum effectum: dico ergo alium ſub-
rogandum loco mortui. Hęc omnia Bald.vbi ſu-
pra.qui rurſus idipſum apertiùs docuit in l.velu-
ti.§. hæc vox, in fin.ff. de edendo. his præciſis ver
bis vtens, videlicet ſtatuto cauetur, quòd om-
nes cauſę compromittantur. Modò quæritur:
ſi ſuper vna cauſa factum eſt compromiſſum, &
expirauit tempus, vtrum iteratò debeat fieri, &
videtur quod non, quia verba debent intelligi de
primo actu, vt in l.Boues.§. hoc ſermone.ff. de
verb.obligat.& in l.hæc conditio.ff. de conditio.
& demonſtratio. contrarium eſt verum, quia illa
verba proferuntur à lege, & lex de ſui natura de-
bet diſponere non ſolum ſuper vno caſu, ſed quo-
tiens opus eſt, vt hic: aliàs eſſet lex imperfecta.
Item ad hoc induco quod not. Cyn. in lege inui-
tus, in quęſt.14.C.de Procurat. Idem rurſus do-
cuit Bald.in lege poſt aditam, numero quarto, ver
ſiculo vnde dicit Innocentius C. de impuberum,
& alijs ſubſt.dicens (poſt Inno.in cap. in litteris,
de officio delegati, quòd executor † datus ad pro
11 uidendum, non eſt functus officio ſuo, niſi cum
effectu prouiderit. Idem rurſus ipſe Bald.clarius
& breuius docuit in l.ſi ut proponis, numero 13.
& 14.verſicul.ibi officio ſuo.dicens, quòd quando
committatur actus, qui non conſueuit, niſi ſe-
mel fieri, non uidetur niſi ſemel committi,
& de primo actu cogitatum, dixit Cynus,
quòd actus debeat fieri iteratò, quando com-
mittitur, vel mandatur à lege: ſecus ſi ab ho-
mine, vt in l.vbi, §. is.ff.de edendo. per Cyn. &
notabiliter dicit Innocentius, in capitul.veniens,
extr. de iureiurand.quòd ſi data eſt poteſtas ar-
bitrandi, intelligitur ſemel tantùm, & hoc
intellige iuxt.quod idem Bald.dixit in cap.olim.
colum.prima, numero ſecundo, verſicul.ibi, &
iterum. Vbi infraſcriptis pręciſis verbis vſus fuit,
videlicet. Hæc dictio iterum ſtrictè ſumpta, ſo-
nat pro ſecunda vice, ſed largè ſignificat quo-
ties opus eſt, cùm profertur à lege, vt in lege
veluti.§. hæc vox.ff. de edendo: ſed cùm pro-
fertur ab homine binario numero eſt contenta,
vt in lege fideicommiſſa §.ſi quis decem.ff. de
legat.tertio, ſed dictio, pluries, ternario nu-
mero eſt contenta, vt infra eodem capitul. ver-
ſicul.pluries, & facit ad compromiſſa, in quibus
datur poteſtas arbitris prorogandi terminum ſe-
mel, & pluries. Si autem datur arbitriū prorogan-
di, nec aliud additur, intelligitur ſemel tātū, vt in
l.Boues.§.hoc ſermone.ff.de verbor.obliga. & hoc
ſi prorogatio valuit, ſed ſi non valuit, intelligi-
tur de prima vice, quæ valebit, vt l. Hæc condi-

tio,la prima ff.de conditio. & demonstratio. hæc
Bald. Idem docuit Alexandr. in dicta l.veluti.§.
hæc vox, sequens ad uerbum supra dictam Bald.
sententiam, addens id ipsum docuisse Roman. in
l.prætor, §. hoc autem interdictum competit.ff.
de oper.nou.nunciatio.& in l.secunda ff.de re iudicata.

Probatur & tertio duplici ratione: quarum prima multis medijs probabitur, & est hæc, Cum
12 verba legis vniuscuiusque † tam cōmunis, quàm
municipalis, nec non cuiuscumque dispositionis,
sint intelligenda cum effectu, vt docuit text. in l.
pen.§.pen.ff.ne quis eum,qui.in l.quoties. ff.qui
satisdare cogan.l.si is,qui.§.si tu Titium.ff. de fur
tis l.aliud capere.ff.de verb.signifi.& in l.condem
natum.ff.de re iudic.vbi hæc habentur, videlicet,
[Condemnatum accipere debemus eum, qui
ritè condemnatus est, vt sententia valeat: cæterum si aliqua ratione sētētia nullius momēti sit,
dicendum est, condemnationis verbum non tenere.soluisse, accipere debemus non tantum eū, qui
soluit: verum omnem omnino ex ea obligatione
liberatus est, quæ ex causa iudicati descendit:]
hæc ibi & in l.qui falsam.ff.ad l.Corne.de falsis, in
l.quamuis.ff.de in ius vocando, in l.1.§.hæc autem
verba.ff.quod quisque iur.in l.qui ea mente.ff. de
furtis, in l.amplius ff.rem ratam habere, in l.Papi
nianus.§.meminisse, ff.de inofficioso testamento in
l.alia causa, C.de his quib.vt indig.in l.item apud
Labeonem, §.si curauerit, ff.de iniurijs, & famos.li
bel.in l.quæsitum. ff.ad Senatusconsult. Turpil. &
in quàmplurimis alijs similibus iuribus, quæ hic
recensere superfluum, & frustratorium vtique esset.in cap.fin.& ibi glos.ext. de sponsal.cap. qualiter, ext.de pactis, & in cap.relatum, & ibi glos,
extr. de cleric. non resid.& in dictis iuribus per
omnes Doctores. Inde sequitur, quòd dicta regula, in qua habetur, quòd verba legis intelligen-
13 da sint de primo actu, † limiranda sit, dicendo ip
sam locum obtinere quando primus actus fuisset
consumatus, ac sortitus fuisset intentum effectum,
cuius veritas comprobatur infrascriptis auctoritatibus, infrascriptas quæstiones decidentes: &
primò facir id, quod docuit Iason in l.prima, §.
hęc autem verba colum.secunda, ff.quod quisque
iur. dicens, quòd si statutum dat præmium capien
ti bannitum, intelligitur quando apprehendit
14 eum cum effectu, † & præsentat Superiori: allegat ipse Iason in fauorem huius decisionis Gugl.
de Cun.Albe.& Angel. ibidem.prout dicit facere
l.si Barsatorām.& ibi Cyn.& Ange.C.de fideiuss.
Quinimò fortiùs, & secundò dixit Barto.in l.prima, in principio colum.7.ff. de acquiren. posses,
quòd si statutum disponit, quòd si aliquis fuerit
15 inuentus † cum armis, puniatur tanta pœna, quòd
hoc intelligatur, si captus fuerit, & eum sequitur
Angel.in l.qui seruum. ff.de verbo. obligat. quod
& rursus dixit ipse Bartol.in l.prima, versicu.depræliensus.C.de petit.sublat.lib.decimo, tamen ip
semet Iason vbi supra subintulit, dicens, quòd in
hoc tenuit contrarium Angel.Imo. & Moder. in
dicta l.1.in principio.

Tertiò ad idem facit quod dicitur de statuto
dante præmium accusanti; Nam ipsum omnino
erit intelligendum, si huiusmodi accusator proba
uerit plenè cōtenta in accusatione esse vera: pro-
vt docuit glos.in capit.primo, versic.ostensum,
extr.de his, quæ fi.à maiori par.capit. & probatur in capit.post electionem, & in capitul. Cum
super, ext.de concess.præben. & not.glos. in cap.
Non est, in versicul.allegat de consuetu.lib. sexto,
& glos.in l.si cuius appellatio.ff. de appell.recip.
& in l.secunda in glos.fin.C.quod met.cau. & ibi
per Doctores, & Alexand. in consil. suo 296.incip.diuini numinis, colum.secunda, & glos. &
docto.in l.prima, C.ex quibus caus.ser.pro prem.
liber.& glos.& docto.in cap.primo, versic.reum,
de iudicijs in sexto, & rursus idem Alexand. in
consil.71.col.2.vol.5.

Quartò ad idem facit id, quod dicitur de sta-
16 tuto † dicente, quòd qui non probauerit accusationem suam, puniatur in decem; Ecce aliquis
produxit accusationem habentem plura capitula,
quorum quædam probauit nonnulla alia, reliqua
verò non, hic talis vtique de iure puniendus erit in decem, ac si in nullo capitulo probasset;
prout docuit Angelus in l.vnica.C.de suffrag. Ad
quæ vide etiam Bald. in simili in l. minoribus,
in fine. C.de his, quibus vt indig. ac per Raph.
in lege si cum dotem. §.primo ff. soluto matrimonio. Qui Alexand. idipsum repetijt in dicta l.
qui salutem. ff. de iure iurand. Idem rursus repetijt ipsemet Alexand. in l.serui electione, numero septimo, ff.de legat.primo. asserens, quòd ille text. inducatur ibi per Dyn. Iacob. de Aretio,
& per sequaces ad quæstionem, an si alicui competeret ius eligendi Potestatem Bononiæ, & facta est semel electio nulla, an poterir iterum
eligere? & magis, inquir, est communis conclusio, quòd aut ille habet potestatem eligendi iure proprio, & tunc non est consumpta talis eligendi facultas; aut iure alieno, & tunc
secus. Nisi primo nullitas resultet ex defectu formę mandati non seruati, vel secundò nisi sit dictum, quòd iste talis prouideat de potestate,
vt uoluit hoc vltimo casu Innocentius, in capitu.
in litteris, extr. de officio delegar.& ita etiam per
Doctores hic, & per Ioan.Andr. in dicto capitu.
si compromissarius. Idem rursus docuit ipsemet Alexand. in consil.212. incipi. viso consilio
aliàs per me reddito. columna secunda, libro secundo. Idem docuit latius, & elegantius Iason in dicta l. qui salutem, not.secundo, num.secundo, imo per totum.ff.de ureiura. Nam ibi dicit quòd ex ipso textu eliciatur, quòd quando
17 actus † gestus est nullus, non impeditur reiteratio eiusdem actus: & ratio est, quando quis facit actum iure suo proprio, & actus est nullus:
potest denuo facere, & ita est hic, post acceptationem iuramenti facultas iurandi competit iure proprio, sic videmus in ordinario, qui habeat
iurisdictionem iure proprio: Nam & si semel iudicasset nulliter, tamen posset denuo iudicare,
lege absentem. ff.de pœnis. lege vt proponis, &
l.præsens.C.quomodo, & quando iudex, & Bartol. docet hic in fine. Secus tamen dicetur in
delegato, qui non habet iurisdictionem iure
proprio; Nam si semel iudicasset siue benè, siue malè (quia functus est officio suo) amplius iudicare non potest: ita loquitur l.iudex postquam,
vbi glos. & doct.ff. de re iud. Hæc Iason, qui (vt
dixi) ibidem hoc ipsum probat alijs exemplis
supra citatis, & auctoritatibus. Idipsum docuit quoque, in lege duobus reis. §. Si ei,
qui

qui colum.3.versicul.Item limita supradicta omnia. ff. de iureiurand. vbi ad verbum se subscripsit præsenti fallentiæ, quod & repetijt rursum in l.Diuortio. §.Quod in anno, num.21.ver.duodecimò facit quod tenet Bald. ff. soluto matrimonio. Idem docuit Felinus in cap.Innouamus. colum.3.versicul.fallit primò,ext.de Treuga & pace, & rursus latiùs in cap.in litteris,extr.de officio delegat.Idem docuit Dominicus in dicto ca. si compromissarius.§.si verò,colum.1.not.4. & super versic.glos.in versic.consentite, in versicu. in eadem glos. Idem docuit Archid. in dicto §.si verò. Idem docuit Inno.in dicto cap.in litteris. Idē docuit Pan.in dicto cap.in litteris, per totum. Et ex Legistis qui se subscripserunt præsenti nostræ vltra supra recensitos paulò antè, & Bald. in l.diuortio.ff.solut.matrimon.Nam ibi in vltimo not. num.10.his verbis præcisis vtens, videlicet vltimo collige ex hac l.arg.expressum, quòd quando ad idem maleficium perpetrandum plures interuene
18 runt, † quòd æquè punitur syndicus, qui omittit vnum ex eis denunciare, ac si neminem denunciasset, & sic non prodest diligentia in quibusdam, si vnus ex malefactoribus omittatur, & quæstio per Dynum in simili disputata . hęc ibi Bald.

Quintò ad prędicta etiam facit id, quod dicitur de statuto dicente, quòd si quis petierit executionem alicuius rei tali pœna puniatur: dictum statutum intelligendum est de eo, qui non solum petiisset, verùm etiam & talem executionem ad finem intentum produxisset: aliàs non puniretur. Prout docuerunt Dyn.& Barto.in dicta l.Amplius per l. qui cùm maior.§.Accusasse, & l.In seruitutem. §.Petijsse.ff.de bo.liber. & per dictam l.Papinianus. §. Meminisse, & in dicta l.Alia causa, quod & rursus docuit ipsemet Barto. in l.si libertas, & in l.Eum.ff. de iure patrona. & in l. In criminali.ff.de iurisdictio.omn.iudic. & in l.si quis maior.ff.de Transactio.& Bald.in l.si quis in suo. C.de inofficioso testamento.Anto.de Butr. in cap. Si diligenti,extr.de foro compet.Et adeo prędicta sunt vera, quòd si etiam deuentum esset ad sententiam, & ab illa esset appellatum, pendente appellatione, adhùc non esset commissa pœna legalis, vel statutaria: & ratio est, quoniam petitio facta non esset ad finem intentum reducta, vt peroptimè declarauit Bald. in dicta l. alia causa, quod etiam docuit Alexand. in consil. suo 404.incip. viso titu. & cap. in fin.verbis. Et aliquid vide per Ange.in l.si Barsatoram.C.de fideiussori.

Sextò ad prædicta etiam facit de vero sensu il-
19 lorum verborum,videlicet. Si talis hęres † erit: Nam illa non erunt sic simpliciter intelligenda, vt habeant sensum: si talis solùm fuerit hæres institutus, sed quòd tunc verè quis dicatur hæres, quando iam adeptus fuisset ipsam hæreditatem, & illam pacificè: text.est(quem ibi ad hoc ponderauit Imo.in l.seruum. §.si quis ita.ff. de hęredi. institu. pro quo faciunt dicta per Bartol. in lege gerit, colum.tertia, versicu.circa tertium. ff.de acquiren.hæreditat.vbi docuit, quòd quando in aliqua dispositione fit mentio de hærede: intelligitur de hærede, qui iam adiisset hæreditatem, de quo etiam habetur per Socinum in consilio 91. incipien. Visa, & cap.column. secunda. Et vltra prędicta exempla, ac Doctorum decisiones, dicimus & septimò, quòd adeo vera est hæc nostra regula superius allata in probationem rationis præsentis fallentię, dicendo, quòd verba cuiuscumque dispositionis iu-
20 ris intelligenda sint cum effectu, † quòd etiam ille effectus debeat durare: aliàs non esset satisfactum legi: eò, quòd propriè, & verè loquendo, dici non possit factum, quod non durer factum, vt in lege item,§. Quod si actor. ff. quòd cuiusque vniuer. & in l.si pro parte §.versum . ff. de in rem verso, & in dicta lege alia causa, cum similibus.

Octauò ad idem facit quod docuit Bald. in l. prima,num.27.versicu.Et ideo si statutum . C.de seruis fugiti.dicens, quòd si statutum punit illos, qui aufugerunt de carcere, non includit illos, qui exierunt animo reuertendi, ut institutio. de rer. diuis.§. Pauonum, scilicet si citò reuertantur: secus erit dicendum, si citò non reuertentur.

Nonò. Ad idem facit quod docuit Ludou. Romanus in suo consi.510.incip. quoad primum,colum.9.versic.secundò, qui licèt & Bald. in suo repertorio in versic.bannitus,in versi.quòd si bannitus capiatur: vbi dixit, quòd stante statuto,quòd
21 capiens bannitum † (qui postea sibi aufugit)non debebit habere præmium statutum capientibus bannitos.

Decimò ad idem faciunt dicta per Barto. in l. sicut,§.supernacuam,colum.2.vers. Redeo ad ordinem, &c.ff.quibus mod pigno. vel hippote. sol. vbi dixit, quòd si Iudex mandat alicui sub aliqua pœna, quòd exeat à tali domo, & illam disgrombet,quòd si talis (cui factum est mandatum) exiuit à tali domo, & eam disgrombauerit, & postea in eandem reingressus est, quòd cadit in pœnam dicti præcepti sibi facti,& ratio est,
22 quia non dicitur factum, † quod non durat factum, & non dicitur exiuisse, postquam est reuersus.

Vndecimò. Ad idem facit quod docuit Bald. in l.si quis ita . C.de pactis inter empto. & vendito. Vbi dixit, quòd si testator reliquit ecclesiæ centum, vt emat fundum, si postea illum iam emptū ab ecclesia fundum ipsa ecclesia vellet vendere,non posset, & ratio est, quia non diceretur emptum, quod non duraret emptum, & pro istis faciunt optimè dicta per Socinum in consilio suo 76. incip. Visa,colum.secunda, & in consilio 133. incip. Profectò, in columna secunda, post medium.

Duodecimò. Ad idem facit etiam singulare verbum Nelli in tractat. Bannitorum in prima par.secundi tẽporis quæst.58.Vbi dixit,& quòd si ex forma statuti bannitus non posset stare, vel habitare in tali loco, vel in tali ciuitate, quòd si ibi fuerit repertus possit capi, & decapitari. Tale statutum non habebit locum in transeunte, & comedente in hospitio, quod est notatu dignum Et notandum, quòd supradictis exemplis hucusque allatis in probationem veritatis regulæ traditę in probationem rationis præsentis fallentię, ferè ad verbum se subscripsit Hyppo. de Marsil. in l.qui falsam,a numero 43.versi.& scias,quòd ratio, vsque ad nume.55. in versicu. Vbi dixit, quòd si ex forma inclusiuè.ff.ad l.Corne.de falsis.

Tertiodecimò ad idē probandū faciunt quamplurima quę attulit decisiuè Decius in l.si fugitiui

C.de ſeruis fugit,à nu.44.vſque ad nu.58.his præci
ſis verbis vtens,videlicet. Et ex hoc fuit alias du-
biratum qua pęna deberet puniri,qui violẽter fuit
24 oſculatus†virginẽ in platea,& videbatur, ꝙ pęna
mortis,quia delictũ videbatur de atrocioribus,l.
pen. C.de rapt. Virgi.ſed tamen contrariũ conclu
ſum fuit : quia pro oſculo pœna extraordinaria
imponitur , vt not. per gloſ. in l.pen.ff. de extra-
ordina.crimi.cum ſimil. Vt habetur in deciſione
236.Matthei de Afflicto , incip.Sereniſſimus Rex
Federicus.vbi hoc probat multorum Doctorũ ſen
tentia,& deciſione : ad hoc addens ita fuiſſe iu-
dicatum Neapoli.Adde tu,hoc intelligitur verum
de iure communi,& vniuerſaliter,non autem ho-
die Neapoli propter capitulum ſubſequẽs ipſum
Afflictum, Regni incip. Robertus,& c.vniuerſis
præſentis edicti, & c.ſuper rubr. videlicet ſtatutũ
contra Neap.rapientes virgines , & parum infra
ſubdit.In hac noſtra ciuitate Neapol. per c.quod
eſt locale in ciuitate Neapoli.imponitur pœna ca
pitis deoſculanti virginem : hæc Grammaticus,
qui quàmuis ſubdiderit ſtatim dicens , ſed certe
diſpoſitio dicti capituli non extenditur ad villas,
ſeu caſalia ciuitatis Neapolis , ſeu ibi,aut in eis
degentes:licèt qui de villa eſt, dicatur de ciuita-
te , per text in l.qui ex vico.ff.ad Municipa.cum
vulga.Cùm in materia odioſa appellatione ciui-
tatis , vel ciuium non veniant , nec contineantur
25 villæ † ſeu caſalia, vt voluit Bald. in titu.de pace
conſtantiæ,in prima carta,verſ.ſed hic dubitatur,
& ibi ſubdit,quòd damnata ciuitate ad aratrum ,
non includuntur Caſalia,hoc inter alia ipſe Gram
matic. qui ad hoc ipſum probandum,multas coa
ceruat doctorum ſentẽtias : tamen hodie in dicto
Regno toto,non ſolùm in ciuitate Neapolis: pro
oſculo violento impreſſo virgini eſt pœna mor-
tis,per nouellam pragmaticam editam ſub Die 9.
Martij 1562.cuius initium eſt,Conſiderato,prout
refert Cæſar Vrſillus in Annotatione dictæ deci-
ſionis 276.Afflicti.num.2.verſ.quod hodie eſt ſe-
cus.)ſequitur modò Decius vbi ſupra dicto n.45.
dicens,quòd pro dicta deciſione Afflicti benefa-
ciat,quòd in fortiori caſu conſuluit Cun.in conſi.
95.incip. Epiſcopo ſorus , de illo , qui proſtrauit
puellam in terram,& conatus fuit illam cognoſce
re:ſed illa reſiſtente non potuit:concludit, quòd
pœna mortis non debeat puniri : Et ex eò ,
quod dicitur hic de delicto attentato infertur ſe-
cundum Bald.hic ad ſtatutum,quo cauetur, quòd
26 frumentum † exportari non debet ext.territoriũ
ſub certa pœna,quòd talis pœna non habeat locũ
in eo,qui reperitur in itinere: quia delictum non
videtur conſumatum, & in tali caſu verba ſtatuti
ſecundum Bal. conſiderari debẽt:hæc Decius ibi
& alia multa, quibus addit , dicens , quòd verba
legis ſint intelligenda cum effectu. Probatur inſu
per præſens concluſio prima ratione,& eſt hæc .
Nam cùm regula illa peroptima ſit, in qua habe-
tur,quòd vbi opus eſt facto, verba non ſufficiant .
Indè patentiſſimè ſequitur veritas quoque præſen
tis concluſionis,cùm dixerimus,quòd dicta regu
la (contenta in ratione reddita in fauorem huius
noſtræ concluſionis) in qua habetur, quòd verba
ſint intelligenda de primò actu , fallit in diſpoſi-
tione tam iuris communis,quàm municipalis: cũ
27 eo quòd diſpoſitio†huiuſmodi iuris intelligenda
erit de actu valido,atque de iure ſortito ſuum effe
ctum,ſiue ſit primus talis actus , ſiue ſecundus in
defectum validitatis primi actus , ſiue tertius in
defectum validitatis ſecundi actus , &.ſic de ſin-
gulis. Ex his ergo patuit dictam fallentiam pro-
bari,& hac ſecunda ratione , elicita ex regula il-
la à iuribus , & doctoribus approbata , vt ſtatim
apparebit, in qua habetur,quòd vbi eſt opus fa-
cto,verba non ſufficiant : quæ quidem regula ve-
riſſima. ſit , docuit text.in l.prima §. Hæc verba .
ff.quod quiſque iur. & voluit quoque gloſ.in cap.
primo, verſi.voluntatem,extr.de Eo,qui mittitur.
in poſſ.rei ſer.& gloſ. in capit. vt circa. in verſicu.
Præſtito.de electio.in ſexto, & ibi per Doctores ,
28 & ideo videmus,ꝙ vbi requiritur oblatio , † non
ſufficit verbalis , ſed requiritur actualis, vt docuit
text. in l. qui decem. ff. de ſolut. & in l.ſeruus ,
qui hæredi : in fine ff.de ſtatu liber. quod & do-
cuit Barto.& alij Doctores in l.prætor §.ſi quis pa
ratus. ff. de oper. nou. nunciatio. & habetur in l.
Acceptam.C.de vſur. & per gloſ. in cap.Paſtora-
lis, extr.de officio ordina,& per multa alia iura ,
& Doctores , quos citat ac ſequitur Marſil.in di-
cta l.qui falſam numero 58. & 59. ff. ad l.Cornel.
de falſis.Vide ergo ibi latiùs per eum.

Amplia primò contenta in dicta concluſione
prima , dicendo , quòd in tantùm illa ſit vera ,
quòd ipſa regula in eo contenta verificabitur e-
29 tiam in diſpoſitione hominis iudicis † ordinarij
vtentis iure ſuo in quolibe ſuo actu etiã iudicia-
li inualido aliqua de cauſa , vel etiam in ſenten-
tia ſua , vel ſui prædeceſſoris diffinitiua: cùm ip-
ſe habeat à iure ordinariam poteſtatem illum a-
ctum exercendi , & non limitatam ab aliquo
homine,& iccircò quoad hoc nulla videatur dif-
ferentia inter diſpoſitionem iuris , & hominis,
ſeu iudicis ordinarij vtentis iure ſuo . Hæc am-
pliatio probatur triplici medio , vltra iura allata
in probationem dictæ præcedentis limitationis,
cuius hæc eſt ampliatio . Vide omnino ibi illa,
cùm per ipſa præſens ampliatio elegantiſſimè
probetur,eo quòd in ipſius veritate fundetur . Et
ſcias , quòd nos poſt probationem pręſentis li-
mitationis duo recenſebimus, primus quorum
eſt quis dicatur habere ius eligendi iure ſuo , &
ſecundum , & quomodo hoc cognoſcere poſſi-
mus , quæ hic reponenda ſunt , vna cùm infra no-
tato modo procedendi in declaranda nullita-
te ſententiæ , quæ aliquando neceſſario erit
præmittenda cognitioni nouæ eiuſdem cauſæ, ſu-
per quam fuit lata ſententia nulla.

Primò enim per text.apertiſſimum in l.ſi Prę-
ſes . C.quomodo , & quando . Vbi hæc habentur
videlicet . [Si Pręſes quaſi deſertam ab adultis
tuis cauſam appellationis , quæ ab adiutore ſuo
acta fuerat, circumduxit eo tempore , quo adul-
ti curatores non habebant : repetitus notionem
ſuam exhibebit . Neque enim debet adultis no-
cere , quicquid eo tempore ſtatutum eſt, quo
defenſione iuſta, & curatorio auxilio fuerant de-
ſtituti] hæc ibi . Idem prorſus probatur per text.
in l.Si accuſatoribus . C.de accuſat. Vbi hæc ha-
bentur,videlicet [ſi accuſatoribus abſentibus, &
non per contumaciam adeſſe iudicio ceſſantibus
ex una poſtulatione aditus Præſes prouinciæ
non cauſa cognita , ſententiam dixit, qua eum ,
de quo querimoniam contuliſti , liberandum e-
xiſtimauit : criminatione etiam nunc perſe-
uerante , quæ contumacia , vel ceſſatione ac-
cuſatorum non interueniente auferri non potuit
cauſa

causa intentati criminis, apud eundem, aut successorem eius more iudiciorum tractabitur.] hæc ibi. Idem probatur per text. in l.1.C.de sentent. omn.iud. Vbi hæc habentur, videlicet. [Non videtur nobis rationem habere sententiæ prædecessoris tui, qui cùm cognouisset inter petitorem & procuratorem. Non procuratorem, sed ipsam dominam litis condemnauit, cuius persona in iudicio non fuit. Patet igitur, vt in re integra, de causa cognoscere :] hæc ibi.idem probatur per argum.in auctẽ.de nuptijs, in principio.versic. Nos autem in constitutionum, vbi hæc protulit verba Imperator, videlicet. [Nos autem in constitutionum compositione, multa quidem, & alia de istis decreuimus, æstimauimus autem oportere nunc consilijs perfectioribus, causam considerantes quædam corrigere, non aliorum solummodo, sed etiam quę à nobis ipsis sancita sunt. Non enim erubescimus si quid meliùs, etiam horum, quę ipsi prius diximus, adinueniamus hoc sancire, & competentem prioribus imponere correctionẽ, nec ab alijs expectare corrigi legem :] hęc ibi. Idem probatur per text. in l.fin. iuncta glo.in verf.iudicabit.C.de sententia, quę sine cer. quantitate.

Probatur secundo Doctorum authoritate præsens ampliatio, nam infrascripti Doctores ipsi se subscripserunt: nempè glos.in dicta lege si prę ses. in versic.Repetitus.Idem latiùs docuit glos.in l. si vt proponis.la prima, & in ver.commisit.C.quo modo, & quando. Idem docuit glos.in d.lege si accusaroribus, in versicul.Eundem.Idem docuit Barto.apertissimè in l.secunda, §.data igitur.vers. 5.ff.de optione legata dicens, quod quando ele-
30 ctio † facta ab Ordinario vtente iure suo fuisset inualida, posset iterari, donec fuerit valida, & hoc probat doctorum authoritate, qui Bart.id rursus docuit in l.si expressim.num.14.ff.de appellat. & relat.& ibidem Angelus, & Imola, & rursus Bar. Bald. & Salicetus in dicta l.vt proponis, & iterum in l.Iudex postea. num.4.versi.oppono quod Ordinarius.ff.de re iudicata dicens, idem fore dicendum si electio non fuisset nulla propter turpitudinem iudicantis. Idem docuit ipse met Bart. in dicta l.si præses, dicens notandum fore ex ipsa lege, quod sententia nulla non impedit Ordinarium super eodem iterum cognoscere, & summopere sunt quoque memorię imprimenda, qui docuit ipsemet Bartol.circa modum procedendi
31 in declarationem sententiæ † nullæ, & ipsius reformatione. Nam Barto.in l.cum querebatur.ff. de re iudic. quem citat, & sequitur Alexand.ibidẽ literis pręcisis verbis vsus fuit, videlicet quandoque est quoddam vitium, quod respicit acta, & sententiam vniformiter, & tunc non ex eisdem actis iudicare idem iudex debet, vt hic in exemplo vltimo glo.quando contra minorem est processum vitium vniformiter respicit acta, & sententiam. Si verò est tale vitium, quod respicit solum sententiam, & tunc ex eisdem actis cognosceretur, vt glos. in l.sicut proponis la secunda C. quomodo, & quando iudex, quia fortè die feriata fuerit lata sententia, vel non fuit condemnatus Procurator, vt in l.prima, C.de sente.& interloc.omn.iud.vel non fuit expressa quantitas, vt in l.3.C.de sente.quę sine cert.quantit. Quandoque est tale vitium, quod respicit sententiam, vt quia fuit citatus mortuus, vel aliter impeditus scienter notabili infirmitate, vt in l.In summa.in fin.& in l.Quęsitum. ff.de re iudic. & tunc non poterit iudicari ex eisdem actis sic inualidis, quia peremptorium cum sit nullum, iterum debet citari pro alio die, & sic loquitur hic secundum primum exemplum glos.Si ergo aliqua ex supra dictis causis debeat secundo iudicari, tunc distinguendum erit tali pacto. Videlicet, quandoque nullitas apparet ex sententia ipsa nullo alio probato extrinsecus, & tunc non erit necesse, quod cognoscatur vel pronuncietur de nullitate.Vt si in sententia nõ exprimeretur certa quantitas, vel non condemnatur procurator, qui fuit pręsens, domino absente, vt in d l.1.C.de sent.& interloc.omn.iudi.Si verò de nullitate non liquet, nisi aliquo probato extrinsecus, vt si dicatur eum contra quem fuit lata sententia, tũc fuisse mortuum, vel fuisse minorem indefensum, tunc de hoc prius debebit iudex cognoscere, vt hic, quia fortè fuit ratio, quare eodem die non potest pronunciare. Propterea opor-
32 tet, quod iudex, † qui iudicat, sit certus de meritis causæ, vt in l.Pomponius. ff. de re iudicat. Et notandum quod antequam de nullitate cognoscatur, non potest esse certus vtrum sit ipse iudex, vel non, ergo, & cap. Adde tu pro intelligentia istius vltimi dicti, quoniam si sententia fuisset valida, & non nulla, vt æstimabatur, tunc cùm per sententiam validam dicatur fũctum suisse officio suo, & nihil posse in ipsa causa, nisi solum ipsam exequi. Iccircò quando dubitatur de nullitate sententię de veritate nullitatis priùs erit cognoscendum) sequitur Bart. ibidẽ facit ad hoc, quod dicimus de hęrede, qui non potest adire hęreditatẽ, nisi sit certus de viribus testamẽti, vt in l.sed & si de sua, ff.de acquir. hęredit.Si verò in sententia non appareat, quod reus fuisset pręsens, vel citatus, tunc si iudex est is, qui illam tulisset, sine alia cognitione posset pronunciare illam nullam, cùm possit esse certus se illum non fecisse citare, vel illum tunc non fuisse presentem : si verò esset alius iudex, puta successor, vel appellationis, tunc non posset iterum iudicare, nisi prius cognouisset de hoc, quia licet in sententia non contineatur, poterit tamen aliter probari ad prędicta argum.in l.cum falsum.ff.de acquir.hęred. & postquam cognouerit de nullitate, tunc solum iudici opus erit pronunciare sententiam nullam prinsquam ad alia procedat, quando libellus, super hoc conceptus principaliter porrigeretur, vt in l. incerti. C.de interdictis, & in l.fundum.ff. de except.& ibi dicam. Si verò principaliter libellus porrigeretur, vt sententietur super tali causa, cum talis sententia non valuerit ipso iure, tunc non esset opus prius pronũciare de nullitate, cum hoc tunc veniret incidenter, vt apertissimè probat textus, in l.prima, C.de ordine iudiciorum. Hęc omnia aurea verba protulit Barto. vbi supra. Insuper idem docuit apertius Bald. in dicta l si accusatoribus a numero quinto, vsque ad decimum his pręcisis verbis vtens, videlicet.

33 Quintò nota quod sententia † absolutoria est ipso iure nulla, accusatore non legitimè citato, nec præsente.

Sextò nota, quod Sententia, quæ est ipso iure nulla, finit processum, vel instantiam : Vnde, ea non obstante, proceditur ad vlteriora causæ.

34 Septimò nota, φ sicut Ordinarius † potest corrigere

rigere suum errorem, quem commisit in pronunciando, eodē modo potest corrigere errorē, quem commisit in procedēdo, vt in c. qualiter, el primo extr. de accusatio. & ibi not. Octauò nota, quòd sicut iudex errans potest suum errorem corrigere ita eius successor potest errorem corrigere prædecessoris. Facit lege iure nostro. ff. de testamen, tuto.

35 Nonò nota, quod successor† potest cognoscere de nullitate diffinitiuæ sententiæ sui prædecessoris. hæc vbi supra Bald. qui id ipsum docuit in lege si præses, numero tertio, versiculo solutio, dicens quod & si delegatus non possit reuocare sententiam suam, de quo loquitur cap. significantibus, ext. de offic. delegati. Ordinarius tamen poterit. Id ipsum docuit quoque in dicta lege si vt proponis, la prima, num. 6. & 7. reddens rationem
36 huius decisionis dicit, quòd & si sententia † inualida non priuet Ordinarium iurisdictione sua; priuat tamen delegatum, & ratio differentiæ est (secundum eum ibi) duplex, prima quarum est, quia Ordinarius habet iurisdictionem iure proprio: Delegatus verò iure alieno. Secunda ratio est, quia iurisdictio ordinaria est perpetua, sed delegatio est momentanea, & hæc plus facti, quàm iuris, & ideo delegatus, siue bene, siue male iudicauerit, functus est officio suo. Idem in arbitro, vt in lege qualem, §. fin. & lege qui arbiter. ff. de recipien. arbitris. Et hæc faciunt ad quæstionem de electionario Potestatis. Nam cùm ista sit commissio, & non collatio, expirat etiam per electionem inualidam, Considerat autem Innocen. quòd quando committitur prouisio alicui, nisi sortiatur effectum, non expirat commissio, licèt secus sit in iudicijs; Ita elegan ter notat ipse Innocen. in cap. in litteris, extr. de officio delegat. Cùm igitur electionis facta sit ob rei publicæ prouidentiam, vt ei prouideatur de bono rectore, videtur dicendum talem commissionem non expirare, vt in lege qui per salutem. ff. de iureiuran. quod verum puto hęc Bald. ibi, qui rursus in cap. in litteris numero secundo, versiculo: Aut loquimur. ext. de officio delegat.
37 dicens, quòd sententia † nulla lata ab Ordinario poterit iterato ferri, Nisi eius iurisdictio fuisset delata ad superiorem per quærelam, vel appellationem. Ad idem facit quod rursus idem Bald. docuit in cap. constitutus. extr. de Transact. Vbi dixit, sume hic argumentum, quòd non potest dici instrumentum guarentigiæ id, quod de iure non tenet, & nota quòd transactio, quæ non tenet liti terminum non imponit: Nam quod nullius est momenti nō officit paciscenti, nec per mutuum consensum recipit firmitatem, & huic nullitati renunciari non potest, quia est inuitis partibus introducta, vt in l. a Dino, & ibi not. ff. de ritu nuptia. Hæc omnia Bald. vbi supra. idem docuit Alexand. in lege cum quærebatur. ff. de re iudic. se subscribens sententiæ Barto. in dicta lege cùm quærebatur. tradentis normam proceden di in talis sententiæ nullæ declaratione, cuius dictum supra nos ad verbum retulimus recensen do eius verba præcisa ad maiorem corroborationem præsentis ampliationis, vide ergo ibi. Qui Alexand. id ipsum docuit in lege serui electione, numero secundo, & numero 7. ff. de legat. primo cuius præcisa verba retulimus supra in probationem primæ limitationis supradictæ vide ibi. qui Alexan. latius id ipsum docuit in lege iudex postea, numero 20. versiculo vbi autem iudex est ordinarius. ff. de re iudicat. Idem docuit quam elegantissimè in lege serui electione, numero tertio, & quarto, ff. de legat. primo. vbi infrascriptis vsus fuit verbis pręcisis, videlicet. Nota, quòd electio inualida non aufert facultatem de nouo eligendi, vt est text. ad litteram in lege secunda, ff. de optio. legata, quam allegat Barto. hic facit text. in capitu. Compromissarius, iuncto cap. Vt circa, de electio. in sexto.
38 Et sic corrolariè habes, quòd actus nullus † non impedit repetitionem eiusdem actus. ad idem est text. valde notabilis, in lege qui per salutem, in fine ff. de iureiurand. adde rationem esse, quia electio nulla non est electio; nec habet nomen electionis: ideo non perimit facultatem eligendi: sicut sententia nulla non dicitur esse sententia, nec perimit iurisdictionem Ordinarij: text. est in lege quarta §. condemnatum, ff. de re iudicati. facit quod egregiè not. Bald. in dicto cap. constitutus, de transactio. dicens quòd non possit dici instrumentum guarentigiæ illud, quod est nullum, & sic illud, quod de iure non valet. Intellige istam conclusionem, quando actus fit
39 iure proprio. Vnde iudex † ordinarius, qui habet iurisdictionem iure proprio, si semel iudicauit, & nulliter: potest denuo iudicare, vt in lege si præses. C. quomodo, & quando iudex, secus est in iudice delegato, qui non habet iurisdictionem iure proprio. Nam si semel iudicauit, siue benè siue malè semel functus est officio suo, & amplius iudicare non potest, vt in lege iudex postquam, vbi glos. & doctores. ff. de re iudicati.

40 Sic in habentibus potestatem eligendi † iure proprio, si semel elegerint, & nulliter, possunt iterum denuo elegere: text. est hic, Nisi scienter inhabilem elegissent, vt in dicto capitul. compromissarius. secus in his, qui haberent potestatem non iure suo proprio, sed ex potestate eis attributa. Nam si semel elegerint, & nulliter non possunt amplius variare, secundum Bartol. in dicta lege secunda, & Modernos hic. Hæc omnia Iason vbi supra, qui rursum docuit breuius in lege moræ, numero 4. vers. & ad hunc textum. ff. de iurisdictio. omn. iudic. dicit, quòd iuxta sententiam Barto. in dicta lege secunda, ff. de optio. legata, & Modernorum in lege serui electione,
41 in princip. ff. de legat. primo, delegatus, † qui semel tulit sententiam nullam, non potest amplius iudicare, quia semel functus est officio suo siue benè siue malè; secus in Ordinario. Hæc ille. Idem docuit Angel. in lege si expressim. ff. de Appellatio. & relatio. & in lege prima. C. quando prouoca. Idem docuit Imo. in dicta lege si expressim, & in cap. in litteris extr. de officio delegat. Idem docuit Salicet. in dicta lege si vt propo nis la prima, & in dicta lege quarta C. de accusatio. quos refert, & sequitur Felinus in capitul. Qualiter & quando, el primo, num. 37. vers. Octauò fallit extr. de accusat. idem docuit Anton. Capicius noster eruditissimus, ac nobilissimus doctor in sua decis. Neap. prima, num. 26. ver. quare, & secundo potest cadere. his pręcisis uerbis utens
42 videlicet, licèt aliàs iudex, † qui semel iudicauit, non possit iterum iudicare, vt supra, tamen hoc non habet locum quando primò iudicasset nulliter,

liter, vt in l. Præses. C. quomodo, & quando Iudex. l. 1. C. de sent. omn. Iud. in l. 4. C. de accusat. & in l. si expressim. & ibi latè Bart. col. 6. ff. de appellat. Hæc ille.

Probatur quoq; Canonistarum auctoritate præsens nostra ampliatio; Nam infrascripti se expressè subscripserunt illi, videlicet Glo. in dicto cap. si compromissarius in versic. consentire. Nam inter alia infrascriptis vtitur verbis, videlicet Bart. Brixiensis in quæstione Dominicali sua, quæ incipit. Quidam dederunt potestatem. Vnde dicebat Damasius in prædicto c. causam quæ. de elect. quòd vbi electio defertur à iure, potest sæpius fieri, & variari, sed vbi ab homine, vnica electione consumitur potestas, vt in l. eum, qui certarum. §. vlt. ff. de verb. oblig. non obstat, secundum eum dictus textus in l. 3. ff. de opt. lega. vbi electio delata ab homine vnica electione non consumitur: quia ibi non fuit exhibita tota familia, in qua debebat fieri electio. hæc glos. illa, cui omnes Doctores se subscripserunt in c. quod semel. in versic. sed contra. de reg. iur. in sexto, dicens, quòd dici soleat, & referre debeat, vtrum sententia non teneat ipso iure, & tunc ipse idē, si est Ordinarius, potest secundò pronunciare: si delegatus, tunc delegans pronunciabit, vt in l. si vt proponis, & in l. præses. C. quomodo, & quando Iudex. sed si teneat ipso iure (licèt iniquitatem contineat) non poterit sententia per eundem Iudicem reuocari, vt in l. præalleg. & in l. quod iussit. ff. de re iudic. Idem docuit Innocentius in c. in literis. col. 1. versic. si autem sententia. extra de offic. deleg. vbi his præcisis verbis vsus fuit, videlicet: Si autem sententia lata sit ipso iure nulla, tunc distinguendum est inter Iudicem ordinarium, & delegatum. Nam Iudex ordinarius iterum cognoscit, non obstante sententia, quæ nulla est; Item causam incipiet à capite, vt in l. si præses. C. quomodo, & quando Iudex. & de ordinario quidem constat in c. cùm terra. extra de elect. ex prædictis colligitur, quòd si alicui
43 † mandatum est, quòd faciat alicui prouideri, & scripsit in vna Ecclesia pro prouisione, quòd antequàm ibi recipiatur, potest mādare, quòd in alia recipiatur, nec obstat c. in nostra. extra de rescriptis. quia loquitur quando plures litteræ super vnius prouisione impetrantur in fraudem. Si autē per primas literas sit receptus, tunc vlteriùs non habet prouisor quid faciat: quia plenè exequutus est mandatum Apostolicum. & ideo non tenet secunda prouisio. Hæc Innocentius vbi supra. qui idipsum confirmauit in c. de cætero. in fine. extra de sent. & re iudic. his verbis vtens, videlicet: Si autem velit dicere sententiam nullam, hoc etiam coram eodem Iudice, qui tulit sententiam, dicere potest, quod obtinere tetiam si ille, qui tulit sententiam sit inferior Iudex à Papa, vt in l. 4. C. de accusat. Idem docuit Specul. in lib. 2. titul. de sententia. §. qualiter autem sententia sit promulganda, nu. 10. & sequen. versi. hoc quoque notandum. & sequentibus. vbi sequitur atque amplectitur dictam doctrinam Innocentij, dicens, quòd Ordi-
44 narius † reperiens suam, vel sui prædecessoris sententiam esse nullam ipso iure poterit à capite incipere & ipsam corrigere, nō autem posset ex ijsdem actis aliam sententiam proferre, etiam eadem die, vt in l. cùm quærebatur. ff. de re iudic. de nouo tamen bene potest cognoscere, & iterum iudicare si est Ordinarius, hæc Specul. vbi supra, cuius sententia erit intelligenda cum grano salis, dicendo ipsum loqui, quando nullitas sententiæ non insurgeret solùm ex modo sententiam proferendi, verum etiam insimul ex actis malè actitatis: puta, si non fuissent partes citatæ loco, & tempore debitis, & sic de singulis. Nam tunc nec Ordinarius ipse, vel eius successor posset reuocare sententiam, seu mutare, non à capite causa ipsa actitata, & cognita, secundum formā iuris, prout latius docuerunt Bart. & Alex. paulò ante relati: & quòd hæc fuerit sententia Speculat. elicitur ex eiusdem verbis habitis ibidem nu. 11. versic. quid ergo si sententia sit lata die feriata. Cùm dixerit simpliciter, quòd Ordinarius possit iterum ferre sententiam die non feriata, quam tulerat die feriata, propter quod fuerat ipso iure nulla, & non dixit, quòd ipsi Iudici opus esset de nouo cognoscere à capite causam, & postea ferre sententiam aliam, & ratio istius differentiæ est in promptu; est enim quia cùm omnia acta supponantur legitimè acta, sed solùm sententia illegitima, non erit ambigendum, quò dilla solùm foret reformanda, & non acta omnia, quod dicitur, quando sententia esset nulla propter defectus commissos, seu contingentes in compilatione processus: quia tūc omnia essent à capite reiteranda, vt postmodum sententia (quæ quasi eorum effectus est) pronunciari possit ↄm formam iuris, vt quam elegantissimè docuit vbi supra Bart. sed si volueris etiam scire causas, propter quas de iure sententia dicatur
45 † nulla. Vide plenè apud Specul. ipsum. in lib. 2. titul. de sententia, §. iuxta propositionis seriem. in princ. per multos versiculos. Idē docuit Hostiens. in summa, titu. de sñia & re iudic. §. quot sint eius species. versic. in ordinario autem. his præcisis verbis vtens, videlicet: Si sētētia lata nulla ipso iure fuerit ab Ordinario, tunc ipsemet, vel successor poterit retractare, & sic intelligas text. in l. si Præses, C. quomodo, & quando Iudex. & in l. si accusatoribus. C. de accusat. vel Superior, vt in l. absentem. C. de accusat. Idem docuit Archid. in d. c. si compromissarius. §. si vero. super versic. functus. dicens, quòd vbi deferatur electio alicui ab homine, consumitur vna electione, qualitercumque vt hic: si verò deferatur à lege, sæpius posset fieri, & variari. Idem apertius ibidem Dominicus docuit in versic. dicit posse distingui, vbi sequens sententiā Imol. his præcisis verbis vsus fuit, videlicet: Dicit posse distingui quantum ad istud membrum ele-
46 ctionis. † Quia aut potestas transfertur à iure, aut ab homine. Primo casu, si sit electio ab illo, cui defertur originaliter potestas à iure, non ex accidenti, & tunc procedit hæc Glo. quia poterit iterato eligere si nō sortitur effectum sua electio, vt in c. electio. de electio. Aut potestas talis defertur à iure, sed accidentaliter, puta propter delictum, vel negligentiam inferioris, & tunc vnica electio consumit potestatem illius, & reddit ad primum, vt not. Glo. pen. in d. c. si electio. Aut defertur ab homine, & tunc si iure suo poterit eligere, & idem dicendum, vt in d. l. 2. Aut iure alieno, & tanquam Procurator, & non licebit variare, vt hic in textu, & Gl. nisi aliud importarent verba cōmissionis, prout docuit ipsa met Glo. & per prædicta poterit solui quæstio, an si data potestas eligendi potestatem, vel officialem, an electo renunenti possit alium eligere ille talis, cui talis facultas data fuisse, & dicit, quòd non, quando eligere

iure

iure alieno, tanquam Procurator, secus si hoc facere iure proprio ratione sui officij, cui præest, vt docuit Bart. in dicta l. 2. hæc Geminianus vbi supra. Idem docuit Panormitanus in dicto cap. in literis. de offic. deleg. nu. 4. versic. in ordinario autem. qui Panormitanus idipsum docuit in c. qualiter, & quando. el primo. num. 6. versic. si verò est delegatus. extra de accusat. & rursum in cap. pen. oume. 5. versic. Aut enim Electores elegerunt iure proprio extra de postul. Prælat. & rursus idem Panormitanus hoc docuit in c. causam quæ. nu. 10. versi. aut electio non tenuit. extra de elect. in quibus locis hoc ipsum amplissimè probat. Idem docuit Felinus in d. c. in literis, nu. 4. versic. secundo declara. & rursum idipsum confirmauit, etsi non expressè de ipso Ordinario, in c. 2. col. 3. nu. 5. versic. fallit primò, extra de treuga, & pace. Idem rursus apertissimè docuit ipsemet Felinus in dicto c. qualiter, & quando. el primo, col. 21. nu. 37. versic. octauò fallit, vbi recensuit & alios Doctores. Idē elegantissimè docuit Decius in d. c. in literis. colum. 5. nu. 40. versic. secundò Abbas, addens hanc esse communem omnium Doctorum modernorum tam in d. c. in literis, quàm in d. c. qualiter & quando. el primo. Idem docuit Vantius in tracta. de nullitatibus. c. coram quo possit & debeat nullitas proponi, nu. 9. versic. potest namque Iudex ordinarius. Idem docuit Maranta in suo Speculo. in c. incip. Quinta principalis distinctio indiciorum. nu. 47. versic. vigesimosecundò differunt. Idem elegantissimè (vt assolet) docuit Andr. Tiraquell. in sua pulchra repet. §. hoc sermone. ł. bones. ff. de verb. signif. in limitatione prima, declaratione quarta, addens hoc ipsum docuisse Ioan. And. in d. c. in literis. super versic. fructus. Io. Mon. in c. cùm expediat. col. 1. versic. item qui facit. de elect. in sexto. & in c. si tibi. ad finem. de præbend. in sexto. & Doctores vbique, quorum nonnullos recenset ibi. Idem docuit Laufranchus de Otiano in sua solemni repet. c. quoniam contra. tit. interlocutoriæ appellationes. nu. 54. versic. si autem lata est sententia diffinitiua. Dicens Iudicem ordinarium, qui tulerat sententiam de iure nullā, posse adhuc ferre aliam. & addit ibid. nu. 55. dicens ipsum posse pronunciare aliam sententiam etiam primæ contrariam, vt docuit textus singularis, secundum Bald. in d. l. fin. C. de sententia, quæ sine cert. & ibidem Ang. & ideo si Iudex tulisset sententiam absolutoriam, quæ esset nulla, poterit iterum pronunciare condemnando, cuius contrarium dicebat Dominus Cataldinus Doctor famosissimus, dum haberemus simul quandam quæstionem de facto, sed sententia Bald. est ipsa veritas, quia ibi est textus singularis.

Probatur & tertiò præsens prima ampliatio rationibus allatis in probationem dictæ fallentiæ primæ, quæ ibi fuerunt tot tantisque Legum, ac Doctorum sentētijs, & alijs exemplis, quæ hic recensere superfluum esset.

Sciendum insuper primò, quòd is dicitur & secundò habere iurisdictionem iure proprio, seu
47 suo, aliquid faciendi, † in cuius persona residet ratione sui officij, aut dignitatis ius illud faciendi, ita quòd à nullo sibi talis potestas tribuitur. Sed is dicetur habere iurisdictionem iure alieno, aliquid faciendi, qui non habeat iurisdictionem in sua persona radicatam, sed illud facit virtute iurisdictionis sibi ministratæ, ac concessæ ab alio, & illud facit tanquàm minister eius: ita quòd potius videbitur is, cuius hic minister illud agere ministerio tamen istius. hæc ex Bart. in l. 2. §. data igitur. nu. 6. versic. sed iuxta prædicta quæro. ff. de optione legata. & ex alijs infra citandis Doctoribus passim.

Sciendum & secundò, quòd ad cognoscendum, quando quis iure suo, vel alieno dicatur eligere, vel aliud simile facere summopere sunt notanda, erant, quæ docuit Bartol. in d. §. data. nu. 7. versic. quæro qualiter cognoscatur an quis habeat iure suo ius eligendi, aut sit alterius minister. Nam dixit, quòd aduertenda sint verba statuti, vel reformationis dantis potestatem aliquid faciendi. Nā quandoque sunt verba expressa, quę dicunt, Concedimus talibus ius eligēdi, nec vlterius limitāt, & tunc transfertur in eum ius eligendi, & habet iure proprio: sed si dicunt, eligimus illum, quem nominauerit talis, tunc illi sunt nudi ministri, vt in l. vtrum. §. 1. ff. de rebus dubijs. & ponit Innoc. in c. de pro desec. in 2. Glos. extra de elect. Itē debetis aduertere verba, si quidem reformatio dicerct, & illud quod fecerit, valeat & teneat auctoritate præsentis consilij, & tunc apparet, quòd illi non habent auctoritatem à se, sed consilium facit per eos, vt in Procemio Institu. circa medium, ibi. [Auctoritate nostra leges componerent, pro hoc magis expressum reperitur in c. 1. de cleric. ęgrot. lib. 6. & in Clem. 1. de supplen. negli. Prælat. Si verò essent verba dubia, & ambigua, vt puta dicit, quòd tales eligant Potestatem. Hic est aduertendum, si quidem committitur illis personis vnus actus tantum, vt puta electio, præsentis potestatis, in dubio debet intelligi, quod faciant auctoritate communis, sed ipsi sunt tanquam ministri, sed si committeretur vniuersaliter, vt puta, quòd Priores semper possint eligere Potestatem: Tunc in dubio videtur eis concedi ius eligendi iure proprio. Ratio est, quia iurisdictio propria, & ordinaria nō consueuit concedi in vna re particulari, sed in quadam vniuersali administratione, vt habetur in l. 1. C. vbi & apud quem, & in l. 1. in princ. ff. de offic. præfecti vr. & in l. 1. C. ne filius pro patre. & in prima Constitutione Digestorum, §. pen. vbi facit Doctores, Iudices in Scholaribus, & intelliguntur Iudices ordinarij: quia vniuersaliter eis conceditur, secus si particulariter, vt dixi, & per hoc videtur casus in cap. cùm aliquibus. de rescriptis. in sexto. Et hæc omnia sunt Bartoli vbi supra, dicentis esse multum notabilia, non solùm ad ea, quæ dicta sunt, verum etiam ad alia.

Pone, Priores habentes arbitrium fecerunt vnū
48 statutū. An sequētes possint illud reuocare? † Respondeo, si quidem Priores fecerunt ex eorū officio tanquā Priores, quia erat eis concessum. Tunc sequentes Priores possunt reuocare; si verò fecerunt ex auctoritate adunantiæ, & sic non fecerunt tanquam Priores, imò adunantia dicitur fecisse magis, quàm Priores, & tunc sequentes non possunt reuocare sine auctoritate adunantiæ. Hæc Bart. vbi supra.

Amplia singulariter & secundò allata in dicta ampliatione prima, dicendo Iudicem ordinariū,
49 † qui nulliter iudicauerat, posse iterum iudicare absque eo quod sententiam illam nullam pronunciet; prout docuerunt infrascripti Doctores, videlicet Angel. in consil. 259. incip. Dicta interlocutoria. colum. 2. quem refert, & sequitur Decius

in

in c. in litteris, col. pen. nu. 41. versic. & adde. extra de offic. deleg.

Limita dictam ampliationem, dicendo illā veram solum quando quis principaliter petierit, vt sententietur super tali causa, super qua fuisset lata
50 sententia nulla, cùm talis † sententia non valuerit ipso iure, quia tunc necesse non erit pronunciari illam nullam: & ratio est, quia tunc hoc venit incidenter, vt in l. 1. C. de ordine iudic. & idcircò sufficiet illam tacitè per consequentiam pronunciare, sed si libellus super hoc principaliter porrigeretur, scilicet vt sententia nulla declararetur, tunc prius Iudex debebit pronunciare super nullitate sentētiæ antequàm cognoscat de causa, super quā fuerat lata sententia nulla, necnon & postea reformare poterit sicut contingit. Hæc limitatio probatur triplici medio. Primò enim per argumentum in l. incerti. C. de interdict. vbi hæc habentur, iuris non est orta proprietatis, & possessionis lite prius possessis, decidi oportere quæstionem competentibus actionibus, vt ex hoc ordine facto, de dominij disceptatione, probationes ab eo, qui de possessione victus est, exigantur. hæc ibi. Dixi probari per argumentum in d. l. cùm inde adsit arguendi ratio ab identitate rationis, sic dicendo. Cùm regula iuris sit, quod etiam fur spoliatus sit mittendus in possessionē d. rei furatæ, si probasset possessionem eius, etsi postea adiudicandus sit, atque cogēdus illam restituere ei, qui ipsius proprietatem, ac dominium legitimum, licet per accidens non possessionem, sic arguendo à simili docendum erit de petente sibi declarari sententiam nullam, quod debeat Iudex, iuxta illius petitionem procedere priùs à declaranda nullitate sententiæ, quàm cognoscat de causa, super quam fuit lata sententia nulla ipso iure aliqua de causa. Nā si forsitan reperiret sententiam de iure validā non onerabit se, & partem in cognoscenda causa, aliàs à capite, & insimul annueret petitioni sibi factæ, de declarando, an sententia lata fuerit de iure nulla, nec ne. Cùm iuxta petitionem partium debeat fundari sentētia, & iuxta limites ipsius ferri, iuxta tex. in Clem. sæpe. de verb. signific. Probatur & secundò presens limitatio Doctorum auctoritate: nam ipsi ad verbum se subscripsit Bart. in l. cùm quærebatur, in fine. ff. de re iudic. & in l. si vt pro ponis. la prima, in fine. C. quomódo, & quando Iudex. citans ad hoc. l. 1. C. de ordine cognit. & fatetur se multa dixisse circa materiam nullitatis, & modum procedendi in ea, in l. 1. C. quando prouocare non est necesse. Vide ibi plenè per eum. Cuius sententiæ astipulatur Alex. in d. l. cum quærebatur. in fine. asserens idem docuisse Iac. Butr. in l. 4. C. de accusat. Idē docuit Lanfranchus de Oriano in repet. c. quoniam contra, titul. interlocut. & appella. nu. 57. versi. sed nunquid sit necesse super nullitate pronunciare. Idem docuit Ant. Capic. in decis. Neap. 1. nu. 26. versic. nec curandum, qui citat, & sequitur ad hoc ipsum probandum Bartolum, & Lanfranchum in locis supra citatis. Idem docuit Vantius in tract. nullitatum, titul. coram quo nullitas proponi possit, nu. 8. versic. si tractabimus, & Panor. in c. in literis, nu. 5. versic. aut deducitur. extra de offic. deleg. quem sequitur Felinus in c. per tuas. extra de sent. excom. in fine. hoc alijs medijs nitens probare, licet contrarium dixerit in d. c. in literis. in fine. eadem limitatio probatur per tex. in l. de qua re, ff. de iudicijs. vbi hæc habētur, videlicet: [De qua re cognouerit Iudex, pronunciare quoque cogendus erit.] Idem docuit ibidem ad litteram Glos. in vers. de qua re. Idem docuit Bal. ibidem, dicens, in hoc omnes Doctores concordare.

Amplia & tertiò dictam conclusionem primā, dicendo quod in tantum ipsa sit vera, quod ipse Iu
51 dex ordinarius † in pronunciando secundam sententiam loco dictæ sententiæ primæ ipso iure nullæ, non teneatur causam à principio examinare, & alia acta actitare, sed ipsum posse secundò iudicare ex ijsdem actis iam illucusque actitatis ante primam sententiam, super quæ ipsam fundauerat. Hæc ampliatur triplici medio. Primo per tex. in l. si expressim (ipsum interpretando prout Glo. ibi. in versic. ab initio, & Doctor. communiter.) ff. de appellat. idem per l. mortuo. ff. de iudicijs. vbi dicitur, quod mortuo Iudice, actis actitatis successor ferret sententiam, iuncta etiam glos. ibidem. Probatur & secundò expresè sententia dictarum glos. necnon Speculatoris. Io. Andr. ibid. & hac ratione, cum vtile per inutile non vitietur, vt docet tex. in c. vtile. de reg. iur. in sexto. & per Dynum, & alios ibi. Inde sequitur veritas præsentis ampliationis, quoniam aliàs actitata ritè, quæ sunt per sententiam nullam vitiarentur quod esse non debet. Idem docuit Bart. in locis citandis in probationem subsequentis limitationis præsentis ampliationis. Idem docuerunt ibidem citati Alexander, & Felinus, sequens Bartolum, qui Felinus idipsum docuit rursus in c. per tuas. num. 8. vers. & difficultas consistit. dicens, hanc esse communem opinionem, quam vltra supra citatos in dictis locis. Idem docuit Innocentius in c. dilecto. de appellat. Ant. in c. in literis. de offic. deleg. Angel. in d. l. si expressim. & Glos. in l. 4. C. de accusat. Ioan. Bapt. Villalobos in tractatu communium opinionum. littera N. nume. 45. versic. nullitas sententiæ. Idem docuit Capitius, Vantius, & Maranta in locis ibidem citatis.

Limita singulariter dictam ampliationem, primò, dicendo illam habere locum, solum quando nullitas sententiæ concernat solam ipsam, & apparet solùm ex sententia ipsam esse nullam. Nullo alio probato extrinsecus. nam tunc verū est quod
52 dicitur, quòd non sit necesse, † quòd Iudex prius cognoscat, & pronunciet super nullitatē, vt puta si ex ipsa sola sententia orta esset nullitas. Cum in ea non fuerit expressa certa quantitas, vt in l. 3. C. quæ sine certa quantitàte, vel non condemnetur Procurator, qui fuit præsens domino absente, vt
* in l. 1. C. de sent. omn. Iud. & ibi communiter per Doctores. non aūt habebit ipsa ampliatio locum, quando de nullitate sententiæ non liquet, nisi aliquo probato extrinsecus. Et in actis denuo productis cū illucusq; actitata, & producta essent de iure nullius virtutis, vt puta si dicatur eum contra quē fuit lata sñia mortuum esse, vel fuisse minorem indefensum: nam tunc de hoc prius debet cognosci, & postmodum ferri sententia alia valida ex actis secundò actitatis, & non eisdem actis primò actitatis. Vel lata fuisset In die feriato in honorē Dei, & huiusmodi, nā tunc poterit dicta sententia iterum ferri ex ijsdem actis. Hæc limitatio sic declarata probatur triplici medio. Primò enim per textum apertissimum in l. in summa. §. fin. ff. de re iudic. vbi hæc habentur, videlicet: [Si quis ex edicto peremptorio post mortem sit condemnatus,

non

non valet ſentētia, quia morte rei edictum peremptorium ſoluitur. Ideoque vt in re integra de cauſa notio præſtabitur, & quod optimum patuerit, ſtatuetur.] hæc ibi. Idem habetur in l. acta. §. fina. ff. eod. vbi hæc habentur, videlicet: [Contra indefeſſos minores, tutores, vel curatores non habentes, nulla ſententia habenda eſt,] hæc ibi. Idem probatur per tex. in l. ſi præſes. C. quomodo, & qñ Iudex. ibi. [Repetitus notionem ſuā exhibebit.] hæc ibi inter alia. Idem probatur per tex. in c. fraternitatis. extra de frigidis, & maleficiatis, vbi Innocentius Tertius caſſauit ſententiam diuortij latam per errorem probabilem cognita cauſa per ordinariū, & ſibi relata de quadam (quæ dicebatur arcta, & inhabilis ad matrimonium) muliere, quæ poſt diuortium celebratum fuit reperta habilis, & iam eā admiſiſſe alium virum, à quo fuerat verè carnaliter cognita. Idem probatur per arg. in l. cum quærebatur. ff. de re iudic. vbi hæc habentur, videlicet: Cùm quærebatur Iudex, ſi perperā iudicaſſet, an poſſet eodem die iterum iudicare, reſpōdit non poſſe.] hæc ibi. Dixi probari per argumentum in d. l. quoniam. ex ipſa benè elicitur præſens limitatio, vt peroptimè infraſcripti Doctores dixerūt: nam quid aliud nos docere voluit dicta lex in verbis illis [Eodem die iterum iudicare,] niſi quod idcircò aliam ſententiam nō poſſet promulgare eodem die, quia non poterat decernere ſententiam ex eiſdem actis nullis, bene tamen alio die poſt nouam cognitionem meritorū cauſæ de nouo ventilandæ à principio, ſi eſſet ordinarius Iudex, vt apertius docuit tex. in l. ſi accuſatoribus, iuncta glo. finali, C. de accuſat. iuncta l. ſi expreſſim. in fine. ff. de appellat. & relat. necnon etiam in l. 1. C. de ſent. & interloc. omn. Iudicum. vbi hæc habētur, videlicet, Non videtur nobis rationem habere ſententia prædeceſſoris tui, qui cū cognouiſſet inter petitorem, & procuratorem, nō procuratorem, ſed ipſam dominam litis condemnauit, cuius perſona in iudicio non fuit. Potes igitur, vt iure integra de cauſa cognoſcere.] hęc ibi. Probatur & ſecundò præſens limitatio Doctorum ſententia: nā ipſam tanquam de iure veriſſimam amplexata fuit glo. in fine. in d. l. in ſumma. vbi dixit, quod ab eodem Iudice fiet recognitio, ſi eſt ordinarius, aliàs ſecus, vt in l. ſi vt proponis. C. quomodo, & quando Iudex. Idem docuit, & clariùs gloſ. in l. cum quærebatur. in verſic. non poſſe. vbi infraſcriptis verbis vtitur, videlicet & dic, ſcilicet vt ex eiſdem actis non poſſe, ſed nouo bene poteſt iudicare, cognoſcendo iterum ſi eſt ordinarius,
53 † ſecus ſi delegatus, vt in l. ſi vt proponis. C. quomodo, & quando Iudex. Idē apertius docuit Bar. in d. l. cum quærebatur. col. 1. nu. 2. ad verbum ſe ſubſcribens præſenti limitationi. Idem rurſus docuit ipſemet Bart. in l. ſi expreſſim. nu. 1. colum. 1. nu. 1. verſic. quæro. dicitur hic quod cauſa de nouo. ff. de appellat. & relat. exponens gl. d. l. in verſ. ab initio, & illam concordans cum gloſ. in verſic. non poſſe, & his verbis vſus fuit, videlicet: Quæro an eiſdem actis. Gloſa hic diſputat, & finaliter determinat, quod ex eiſdem actis. Idem in l. ſi vt proponis. C. quomodo, & quando Iudex. Contrarium videtur not. in l. cum quærebatur. ff. de re iudicata. Dic quod quando defectus, ex quo ſententia eſt nulla, reſpicit vniformiter acta ſicut ſententiam, vt ſi litigatum eſſet cum minore indefenſo, non habente curatorem, tunc omnia de nouo debent fieri, ita poteſt intelligi l. contraria. Quando defectus reſpicit ſententiam ſolum, vt in d. l. ſicut proponis, vt quia fuit lata die feriata, vel parte nō citata. Adde tn, ad audiendam ſcilicet ſententiā, ſecundum mentem ipſiuſmet Bal. ibid. qui ſi intellexiſſet de prima citatione facienda ad reſpondendum libello, quæ fit in principio litis ſibi fuiſſet contrarius, (vt ex prædictis patuit, quod de tanto Doctore non eſt ſuſpicandum.) Tunc ergo ex iſtis actis debet iudicare, vt hic, & ita intelligitur & Glo. & Leges allegatę in ea quādoque defectus reſpicit ſententiā, & partem actorum, vt quia deceſſit reus poſt litis conteſtationem, & proceſſus eſt contra eum etiam poſt mortem ipſius vſq; ad ſententiam: nam quidem acta poſtea facta, & ſententia ſunt ipſo iure nulla, die qua mortuus eſt, vt in l. pen. & fin. ff. quæ ſententiæ ſine appell. reſcin. & ideo acta, quæ ſunt nulla, debent reſcribi, ſeu recenſeri, & ita poteſt intelligi d. l. cum quærebatur, & eius Gloſ. hęc Bar. vbi ſupra, qui eadem ferè verba clarius procedens protulit in l. ſi vt proponis. la prima, nu. 5. Quęro vtrum Iudex, cui de nouo. C. quomodo, & quando Iudex. Idem docuit Bal. in d. l. 4. notab. 7. & 8. dicēs, quod ordinarius poteſt corrigere ſuum errorem, quem commiſit in pronunciando, eodem modo poteſt corrigere errorem, quem commiſit in procedendo, vt in c. qualiter, & quando. el primo. de accuſatio. & ibi not. vnde ſi aſſeſſor in citando, vel in dando bannum, vel in ſimili errauerit, poterit corrigere talem errorem, imò & ipſius ſucceſſor. Idem docuit Alex. in d. l. cum quærebatur, ſequens Bart. in d. l. ſi expreſſim. ff. de appell. & adhærens ſentētijs quoque infraſcriptorum Canoniſtarum dixit, quod ipſi limitant in d. l. cum quærebatur per Bart. dicentem, quod vbi defectus fuiſſet in litis conteſtatione tantum, & non in actis poſtea factis, neceſſe foret non ſolum litis conteſtationem validā facere nouiter, ſed etiam omnia acta poſt litis conteſtationem ſequutam, quia cenſentur indiuidua ab ipſa litis conteſtatione, vt in c. 1. & per totum. ext. vt lite non conteſtata. hæc Alex. ibi. Idem docuit Innocentius in c. in literis. col. 1. verſ. ſi autē ſententia lata, de offic. deleg. his præciſis verbis. Si autem ſententia lata nulla ſit ipſo iure, tunc Iudex ordinarius iterum cognoſcet, non obſtante ſententia, quæ nulla eſt. Item cauſam incipiet à capite, vt in l. ſi Præſes, C. quomodo, & quando Iudex. Idem & latius Specul. in lib. 2. §. qualiter autem ſententia. verſic. hoc quoque notandū, tit. de ſent. & re iudicata. vbi poſtquàm retulit ſententiam Innoc. ibidem poſtquàm in verſic. quid ergo ſi ſententia ſit lata die feriata. Concluſit, ꝙ Ordinarius poſſit ipſam iterum ferre die non feriata, concludendo, ac ſubinferendo ſuam ſententiam, ibidem in verſ. ego dico. His præciſis verbis vſus fuit, videlicet: Ego dico, quòd ſententiam perperam latam non poteſt Iudex corrigere, vel aliter iudicare etiam eadem die ex iiſdem tamen actis, vt in l. cum quærebatur. ff. de re iudic. de nouo tamen bene poteſt cognoſcere, & iterum iudicare, ſi eſt ordinarius, ſecus ſi eſt delegatus. hæc ibi Speculat. qui idipſum ibidem. §. iuxta. nu. 26. verſ. nam aut fuit lis conteſtata. elegantius docuit procedens per diſtinctionem hāc (poſt allationem nonnullorum iurium hinc inde,) videlicet: Aut fuit lis conteſtata, & proceſſus habitus coram eo, qui nequit ab initio cognoſcere, vel iudicare: puta,

quia

quia non erat Iudex, vel erat excommunicatus, &
54 tunc ex illis actis non poteſt iudicari; † imò ne-
ceſſe eſt litis cooteſtationẽ, & cętera de nouo fie-
ri. Si autem potuit cognoſcere, & iudicare ab ini
tio, ſed & ex poſt facto contigit aliquid ante ſen-
tentiam propter quod iudicare nequit: hoc caſu,
ſi ſententiam tulit, licèt nulla ſit, non eſt opus li-
tem conteſtari de oouo, ſed ex illis actis poterit
ſententia ferri, vt in l. mortuo. ff. de iudicijs. & io
l. 4. C. de accuſat. & in c. cùm ad Sedem. extra de
reſtitu. ſpoliat. vbi de hoc mihi videtur (ſubdidit
ibidem Specul.) quòd cùm quis petit ſententiam
aliqua cauſa iuſta nullam pronunciari, in hac io-
ſtantia libellus offertur, & conteſtatio litis, & cæ-
tera fiant, & ſic curia ſeruat. Ordinarius tamen vi
dens ſententiam à ſe latam eſſe nullam, ſine libel-
lo, & ſine alia retractatione petita per libellum
ab ipſo condemnato in ſenteotia poteſt aliam fer
re, vt ſupra. §. qualiter. verſic. hoc quoque. hæc om-
nia Specul. vbi ſupra. Idem docuit Io. Andr. ibid.
in addit. io verſic. concor. diceos, ſi Iudex tempo-
re litis conteſtationis erat competens, & optimè
proceſſit, ſed malè iudicauit, puta tempore feria-
to, vel non in ſcriptis: procedit ſecundum mem-
brum diſtinctionis, quòd ex eiſdem actis indica-
bitur ſecundò: Præſuppoſito, quòd probatum in
præterito, neceſſario, vel veriſimiliter concludat.
Idem in præſenti, vt ſi probaui me maiorem, vel
dominum, vel quòd in ſecundo proceſſu ſit inſpi-
ciendum tempus præteritum, & nõ præſens, quod
tunc probabatur, non concludat nunc: idem, vt ſi
tractabatur de ætate litigantis tempore impetra-
tionis, vt in c. ſi eo tempore. de reſcriptis in ſex-
to. Si verò Iudex etiam competens malè proceſ-
ſit: puta, litem non conteſtando, & ſic etiam ma-
lè iudicauit, procedit primum membrum diſtin-
ctionis, ſcilicet quòd Iudex non poſſit ex eiſdem
actis iudicare, ſed opus erit ei à capite cognoſce-
re cauſam ipſam, incipiendo à litis cõteſtatione,
ac ſic deinceps ritè compilatis omnibus actis de-
nuo iudicare. hæc Ioan. Andr. vbi ſupra. Panormi-
tanus verò in d. c. in literis. nu. 4. verſic. in ordina-
rio. ſequutus fuit ſeotentiã Innocentij vbi ſupra.
Idem docuit Felinus in c. qualiter, & quando. el
primo. nu. 37. verſic. octauò fallit ſententia, qui ſe
ſubſcripſit ſententiæ Bartoli in d. l. ſi expreſſim. &
in d. l. ſi vt proponis. qui ad verbum ſe ſubſcripſit
præſenti limitationi, vt ſupra ad verbũ retulimus.
Idem docuit Decius in d. c. in literis, col. 5. nu. 40.
verſic. ſecundò Abbas, qui recitauit ſententiã Bal.
in d. l. 4. & ſe ſubſcripſit ei. Idem docuit Lanfran-
chus de Oriano in repet. c. quoniam cootra, titul.
interlocutoriæ, & appellationes. nu. 57. verſic. ſed
modò dubitatur. Dicens, quòd aut nullitas ſenten
55 tiæ † eſt euidens, ita quòd nulla requiratur pro-
batio extrinſecus: puta, quia ſeorentia eſt lata par
te nõ citata, tunc poterit cognoſci de meritis ſen-
tentiæ, etiam nulla habita cognitione de meritis
cauſæ. ſi autem nullitas non eſt euidens, ſed requi
ritur probatio extrinſecus, puta quia ſeotentia eſt
lata contra mortuum ante ſeoteotiam, tunc debet
prius cognoſci de nullitate, antequàm de meritis
cauſæ, prout docuit Bart. in d. l. cùm quærebatur.
& Angel. in l. ſi præſes. C. quomodo, & quando Iu-
dex. Hæc ipſe Lanfranchus, qui rurſus ibid. nu. 58.
verſic. ſed iuxta præmiſſa quæritur. examinans an
ex ijſdem actis dicta ſententia denuo ſit ferenda,
necne, ad verbum refert diſtinctionem traditam à
Bart. in d. l. cum quærebatur. & ipſi ſe ſubſcripſit.
Idem docuit Antonius Capicius noſter Neapoli-
tanus in deciſ. Neapol. 1. ou. 26. ſeqnens Bat. in di
cta l. expreſſim. etſi circa præſentem limitationẽ
explicitè nihil dixerit ipſe. Idem docuit Vantius
in ſuo tract. de nullitatibus. tit. coram quo. nu. 13.
verſic. & eſt aduertendum. Idem docuit Maranta
in ſuo Speculo, in c. incip. Quinta pars, diſtinctio
iudiciorum. nu. 47. verſic. vigeſimò differunt.

Probatur & tertiò, hac ratione præſens limita-
tio. Cùm enim Iudici ritè, & rectè volenti cũ Dei
timore, & exoptanti exequi munus ſuum, opus ſit
cuncta rimari merita cauſæ coram ſe ventilatæ, vt
56 iuſtam inde ſententiam poſſit promulgare, † vt
docuit tex. in l. Pomponius. ff. de re iudic. ſed an-
tequàm Iudex cognouerit de nullitate ipſa exur-
gente ex actis non ritè actitatis, non poterit cer-
tiorari de veritate nullitatis, vtrum ipſe remanſe-
rit adhuc Iudex, vel non: cùm (prout latius ex ſu-
pradictis patuit) ſi ſententia valida fuiſſet, Iudex
etiam ordinarius in tantum ſit dicendus functus
officio ſuo, quòd oihil ſibi remanſerit, niſi pote-
ſtas ipſam ſententiam executioni mãdaret per ſe,
vel per ſuum delegatum ad id ſpecialiter depu-
tandum, ſed ſi ſententia de iure inualida fuiſſet
propter acta illegitimè actitata, cùm iudicij tela
fuerit nulla, & inde ſententia nulla, & ipſe non fue
rit priuatus ſua iuriſdictione ordinaria in cogno
ſcendo de cauſa coram ſe propoſita: Inde ſequi-
tur, quòd deueniendo à primo ad vltimum dicen
dum fore ipſum Iudicem aliam ſententiam pro-
mulgare non poſſe ex actis primis, ſed ipſum opor
tere denuo de meritis cauſæ iudicialiter cogno-
ſcere, vt tandem iuridicè ad ſententiam ferẽdam
poſſit deuenire, cùm prima acta fuerint inualida,
& oullius virtutis, vt expreſsè etiam docuit tex. in
l. Paulus. la prima, in ſecundo reſponſ. ff. quæ ſen-
tentia ſine appell. &c. his præciſis verbis vtens.
[Idem reſpondit aduerſum eum, qui in rebus hu-
manis non eſſet: cùm Iudex datus eſt, neque Iu-
dicis dationem valuiſſe, neque ſententiam aduer-
ſus eum dictam vires habere.] hæc ibi. Si ergo
nulla fuerunt omnia, ergo renouanda venient, vt
ſuum ſortiri poſſint legitimum effectum intentum
à partibus, propter quem litem conteſtauerunt.

Limita & ſecundò dictam ampliatiooẽ ſecun-
dam, dicendo illam, neque locum obtinere, quan
do etſi à principio cauſæ nonnulla ipſius acta fuiſ-
ſent legitimè, ac iuridicè actitata, nonnulla alia
ante ſeotentiam, & ipſa ſententią de iure fuerunt
57 nulla: quooĩam io tali caſu, neque Iudex ordina-
rius poterit iudicare ex oĩbus primis actis actita
tis, & ſuper ipſis fundare aliam ſententiam feren-
dam, cùm illa ſupponantur inualida, ac nulla eſſe
ipſo iure, puta ſi non interoeoiſſet citatio ad vi-
deodum iuramenta teſtium, vel ſi non fuiſſet exa-
ctum iuramentum, de dicenda veritate à teſti-
bus, vel non fuiſſent admiſſæ legitimę defenſiones
partibus, vel huiuſmodi. Quapropter in ſuo robo-
re, & virtute permanentibus actis illis primis in
principio cauſæ actitatis: reliqua verò oĩno erunt
denuo facienda, ac ſi nunquam fuiſſent facta, & ex
vtriſque poſtmodum elicienda erit ſententia con
demnatoria, vel abſolutoria rei, & ſic denuo ſen-
tentiam aliam ferre. Hæc limitatio probatur ijſ-
dem prorſus medijs, quibus fuit probata præce-
dens, tum quia ferè omnes Doctores ibi citatis
hoc expreſsè docuerũt, & ſunt ij, quos citauimus
in

in probationem dictæ ampliationis secundæ, cu-
ius est hæc secunda limitatio. Cùm & ratio aper-
tissima ei famuletur: Nam eadem omnino concur
rit in probationem præsentis limitationis, quam
attulimus in probationis præcedētis, & vltra eam
fauet ei apertissimè dicta regula in c. vtile. de reg.
58 iur. [Vtile nō debet † per inutile vitiari.] hęc ibi.
vbi communiter per Doctores. Cùm ergo vtile il-
lud dicatur, quod iuridicè fit, & legitimè prodest
proximo, & ex actis aliquibus ritè actitatis par-
tes exonerenrur ab incommodo expensis, & labo-
ribus illa denuo producendi in iudicio. Idcircò
nō debent illa tanquam vitiosa sibi imputari pro-
pter alia subsequentia acta, inutiliter facta, vt pa-
tet ad sensum.

Limita & tertiò dictam ampliationem secun-
dam, dicendo ipsam locum non habere in Iudice
ordinario, qui per sordes, seu ex dolo, aut lata cul
59 pa † nulliter quomodocunque iudicasset, seu sen-
tentiam nullā protulisset. Nam tunc potestas de-
clarandi nullam dictā sniam, ac corrigendi ipsam
nulliter latā propter aliquē defectum in actis, aut
in ipsa sententia concursum, & iterum iudicandi
deuoluitur ad Superiorem ipsius Ordinarij, hoc
petente, ac volente eo, contra quem lata fuisset, vt
ab eo non solùm pronuncietur sententia nulla, ve-
rum etiam & ipsa reformetur per nouum Iudicē,
ac sententiam, etsi non teneatur. Nam vnusquisq;
est arbiter, & moderator rerum suarum, vnde si
voluerit, poterit petere reuocationem etiam à la-
tore ipsius sententiæ nullæ. Hæc limitatio proba-
tur triplici medio. Primò enim per textum aper-
tissimum in l. absentem. C. de accusat. vbi infrascri
pta habentur, videlicet: [Absentem capitali cri-
mine accusari non posse, sed requirendū tantum-
modo annotari solere, si desit, vet⁹ ius est, & ideo
cùm absentē te, & ignorantem, cui nunquam vllū
crimen denunciatum esset, per iniuriam à Præsi-
de Prouinciæ in metallum damnatum esse dicas,
quo magis præsenti te agente (vt asseueras) iam
fides veri possit illuminari, Præfectum Prætorio
adire cura, qui quod nouo more, & contra formā
constitutionum gestum deprehenderit, pro sua iu
stitia reformabit.] hæc ibi. Idem probatur per ar
gumentum in c. si compromissarius. §. si verò. de
elect. in sexto. vbi hæc habentur, videlicet: [Si ve-
rò eligat, sed indignum, tunc siue scienter id fece
rint, (cum dolus ipsius eis, qui non sunt in culpa,
non debeat imputari) siue etiam ignoranter (cùm
suo sit functus officio) eligēdi potestas (nisi & ipsi
scienter electionem talem ratam habuerint) libe-
rè reuertitur ad eosdem. Porrò eo casu, cùm sci-
licet indignus eligitur ab eodem, compromitten
tes (quos illius odio non conuenit prægrauari)
nequaquam (nisi sic vt præmittitur, ratum habue-
runt) puniuntur.] hæc ibi. Dixi probari præsentē
limitationem per argum. in d. c. quoniam ibi va-
cat ratio arguendi ab identitate rationis, sic ar-
guendo, sicut ij qui ordinaria iurisdictione præ-
diti sunt peccantes ratam habendo electionem fa
ctam de indigno à suo compromissario delegato
pro illa vice priuantur potestate eligendi, vel alte
ri electionem faciendam delegandi, & huiusmo-
di potestas ordinaria deuoluitur ad Superiorem:
ita dicēdum quoque inde elicitur, quòd potestas
corrigendi, seu reformandi propriam sententiam
nullam per sordes ipsius Ordinarij deuoluetur ad
eius Superiorem.

Idem probatur & secundò Doctorum auctori
tate. Bart. enim hoc expressè docuit in l. Iudex
nu. 4. versic. oppono, quòd Ordinarius. ff. de re iu
dic. vbi sequens Iac. de Aret. in l. si vt proponis. la
seconda. & Cyn. in d. l. absentem. dixit, quòd non
ipse Ordinarius cognoscet de nullitate sententiæ
procedente ex turpitudine Iudicis iudicantis. Idē
rursum clariùs, ac latiùs docuit ipsemet Bart. in l.
si vt proponis. la prima, nu. 3. versic. quæ verba. C.
quomodo, & quando. qui postquàm ibi retulisset
sententiam Iacobi Butr. dicentis. Nonne regula
60 est, quòd vbi acceptum † est semel iudicium, ibi
finem accipere vellet, vt in l. vbi acceptum. ff. de
iudic. Quomodo ergo cùm lis fuerit cœpta coram
vno Iudice ordinario, faciet transitum ad maiorē
Iudicem (ideo subdebat ipse Iacobus) si volo ire
ad Superiorem, vt pronuncietur sententia nulla,
tunc possem: sed si vellem, quòd pronuncietur sen
tentia nulla, & iterum iudicetur, debeo facere co
ram eodem Iudice, vt in d. l. si preses. cum similib.
C. quomodo, & quando Iudex. & statim subdidit
ibidem Bart. hæc, videlicet: Quæ verba quandoq;
mihi placuerunt, modò cùm diligenter inspexe-
rim, non videtur mihi fore verum, & puto, quòd
indistinctè possit adiri Superior, vt pronūciet sen
tentiam nullam, & iterum iudicet, & hoc probat
textus in d. l. absentem. C. de accusat. quæ dicit, q
sententiam reformabit, & hoc probat text. in l. 1.
§. 1. ff. quę sent. si app. rescin. Ex quo habes, quòd
sicut causa appellationis deuoluit totam causam
61 ad Iudicem Superiorem, † ita quòd potest primā
sententiam reformare etiam ex causa noua, vt in
l. 1. in principio. ff. de appellat. l. fin. C. de tempo.
appell. ita etiam causa nullitatis deuoluit totam
causam ad Iudicem Superiorem, vt possit senten-
tiam reformare, quod sentit Innocentius in c. cū
contingat. extra de offic. delegati. quod nota (in-
quit ipsemet Bartol. ibidem) & tene menti: quia
nunquam audiuisti à me tale verbum. hæc omnia
ipse Bartol. vbi supra, qui idem repetijt in l. si ex-
pressim. nu. 14. versic. quæro coram quo. ff. de ap-
pellat. & relat. sequens Iac. de Aret. & Cyn. in d. l. si
vt proponis. & in l. Iudex. ff. de re iudic. hęc Bar.
Idem docuit Bal. in l. si vt proponis. la prima, nu.
12. versic. modò hic quæro. C. quomodo, & quan-
do Iudex. concludendo, ac limitando sententiam
supradictam. Iac. Butr. dicit, quòd si nullitas sen-
tentiæ proueniat ex dolo, vel iniquitate, & talia
allegentur, tunc potest adiri Superior, vt in d. l.
absentem. Si verò ex errore, & ille allegetur, & ex
ijsdem actis debeat proferri sententia, tunc adeun
dus erit Iudex, qui nullam tulerat sententiam. &
hoc habebit locum sententia Iac. Butr. Idem rur-
sus Bal. repetijt in l. 1. nu. 13. versic. Quintò quęro.
C. quando prouoc. non est necesse. & rursum in l.
tale pactum. §. qui procurauit. nu. 24. versic. Duo-
decimò quæritur. ff. de pactis. cuius verba referā
in probationem primæ subsequentis limitationis
præsentis limitationis tertiæ. vide ergo ibi. Idem
docuit Angel. in l. si præses. C. quomodo, & quan-
do Iudex. & in d. l. si expressim. col. fin. Idem do-
cuit rursus Iac. de Aret. (vt refert Vantius, loco in-
fra citandus.) in l. eos. C. de appellat. Idem docuit
Paris de Puteo (Neapolitanus noster) in suo tra-
ctatu de sindicatu. in versic. corruptio. c. 1. num. 5.
vers. quòd Iudex corruptus. Idem docuit dictus
Vantius in suo tract. de nullitate, titul. coram quo
null. propo. nu. 10. versic. Et quòd Iudex appellat.

Idem

Idem docuit Salyc.in d.l.si præses.col.3.in versic. quæro sniam.Idem docuit Alex.in consi.79.incip. Perspectis verbis,col.2.lib.2.& in cõs.184.incip. Viso tit.eod.lib.2.& in cons.53.in princ.lib.5.Idẽ docuit. Ex Canonistis verò infrascripti se subscripserunt pñti limitationi. Nam idem sentijt Ant. de But.in c. in literis.de offic.deleg. Idem docuit Panor.in d.c.in literis.in fine.nu.4.& 5.ext.de offic.deleg.Nã ibi ad verbum refert sniam Bar.in locis supra à me citatis, quẽ sequitur concludeos,ꝙ Superior poterit adiri, vt non solùm pronnnciet sniam nullam,verum etiã reformet, sicut cõtingit in remedio appellationis,ꝙ est singulariter notãdum, quemadmodũ appellatio deuoluit causam ad Superiorem, vt possit etiã sniam reformare, vt io c.Rayoaldus, & c.Raynutius. ext.de testamen-

62 a tis.Ita causa nullitatis, † & non tradas hoc dictũ obliuioni: Nam singulariter limitat. c.pastoralis. ext.de offic.ordin. vbi dr,ꝙ citra appellationẽ nõ potest se impedire Archiepiscopus de causis subditorum sui suffraganei: Nam debet suppleri per aliud remedium æquipollens, puta si dicatur per viam nullitatis,& teoebis hoc menti,quia nõ memini tactum per Caoonistas.hæc omnia Panor.cuios sniam omnino intelligas, iuxta sniam Bart.in supradictis locis à me, & ab ipsomet Panorm.s.in casu nullitatis sententiæ incursæ propter iniquitatem,sordes,ac dolũ ipsius Iudicis ordinarij: cũ aliàs nõ posset priuari sua iurisdictione ordinaria, nisi solùm per viam appellationis,vt ipsemet Bar. & alij dixerunt,de quo infra latius dicetur. Idem facit quod docuit Dominicus in d.§.si verò.col.1. vers.item contra Glos.sequens Io.de Imol.dicentem, quòd potestas eligendi transferri potest ad aliquem dupliciter, aut à iure,aut ab homine: si à iure, & tunc aut originaliter, aut accidentaliter, puta propter delictum,vel negligentiam Superioris:si primò tunc dicetur, ꝙ si is elegerit oulliter,

63 † poterit iterato eligere: si secundò tunc dicendũ erit,ꝙ vnica electio consumat potestatem illius, & potestas eligendi redijt ad primum,vt not.Gl. io vers.integrum. C.si electio.de elect.in sexto.ex his ergo vr argui posse pro veritate præsentis limitatioois,iuncto text. in d.c.si electio. vbi dr Electores ordinarios non priuari iure electionis denuo faciendæ,si prima oon fuerit sine suo dolo, ac fraude sortita suum effectum,argueodo à contrario sensu: sic ergo in proposito eliciendum ex dictis Doctoribus erit,ꝙ qui nulliter sententiã pronunciauit dolosè, seu propter suam iniquitatem, facultas illam reuocandi, seu aliam pronunciandi,deuoluitur ad ipsius Superiorẽ,nec ꝙ sibi possit patrocinari fraus, aut dolus proprius. contra tex.in c.ex litetis. ext.de dolo,& contum.& alia vulgata iura. Idem docuit Philip. Franchus in c. dilecto.q.27.& in c.ad audientiam.in fi.de appel. Idem Io.Bapt.Ferret.in consi.209.ante nu.8.Idem docuit Lapus (& ibi Mandosius in versic.impugnaret) in sua prima alleg.in vers.concludit. concludens esse vtile appellanti, vt non cognoscatur de nullitate sniæ ab ipsius latore, oe ab illo lædetetur. cùm non præsumetur ipsum impugnaturum proprium processum. Idẽ docuit Feli.in d.c. in literis.nu.4. vers.quis dicatur esse Iudex cõpetens in causa nullitatis. Idem docuit Dec. in d.c. in literis. Idẽ Feli. perpulchrè in c.per tuas.ou.8. de sent.excom. Probatur & tertiò præsens limitatio hac ratione,quæ talis reddi poterit, videlicet: Cùm enim idcirco vnusquisque de sententia contra se côquęri studeat coram Superiore ordinarij Iudicis illam fulminantis per malitiã,seu per dolum, vt ipsa reuocata, ille talis executione ipsius noo substineat aliquod iniustum detrimentum: cùm verisimile fuerit latorem ipsius non ita facilè illam reuocarurũ fore,ne taliter detegeretur propria turpitudo, quam forsan credit esse alijs absconsam. Inde sequitur iure optimo per veritatẽ præsentis limitationis suisse consultò ipsis miseris iniustè condemnatis à maligno Iudice.

Sublimita singulariter primò d.limitationẽ tertiam,dicendo ipsam verificari in oĩbus casibus supradictis,intelligẽdo illam tñ extra terminos infrascriptarum limitationum. Nã primò erit limitanda, quoad suspensionẽ executionis ipsius sniæ nullæ iam commissæ ab Ordinario, eo ꝙ etsi nul-

64 litas † sniæ latæ det facultatem ipsi (contra quem illa lata fuerat) adeundi Superiorem Iudicis ordinarij latoris ipsius pro illius nullitatis declaratione,ac reuocatione, etiam sine vlla appellatione facta ab ea: Tamen omnino fatendum de iure erit,ꝙ non adeo translata,seu deuoluta omnimoda iurisdictio sit ad illum Superiorem aditũ pro talis sententiæ reuocatione facienda (causa priùs cognita) sit deuoluta,quin lator talis nullæ sniæ impediatur (quando suspirio est,ꝙ pars condemnata recurrens ad Superiorem pro sniæ nullæ irritatione, ac declaratione, hoc malitiosè faciat, vt retardet executionem d.sniæ, cùm io hoc incoloratè procedat ad petendam restitutionẽ in integrum) ab illius executione,quin possit illã exequi ipse Ordinarius,vel alter de eiꝰ mãdato ante d.cognitionẽ, ac declarationẽ nullitatis ipsius sniæ factã, & sibi intimatã à d. Superiore adito ꝑ modũ grauaminis sibi expositi ꝑ supplicationẽ pro reuocatiooe tali impetrãda, petẽdo restitutionẽ in integrũ. Nã post 10. dies excursos post sniam latã à iure victo indultos ad appellãdũ, isto interim latot d.sniæ talẽ ẽt nullã executioni mãdari possẽt: & talis executio postea nõ posset reuocari ꝑ modũ attẽtati,cũ nullo iure hoc ipsum reperiat cautũ,licẽt postea victoria obtẽta sup nullitate à d.Superiore adito per modũ grauaminis,mediãte supplicatione ex suo officio vigore talis deuolutæ iurisdictionis ad ipsũ cassandũ veniat quicqd factũ fuisset ꝑ Iudicẽ illũ inferiorẽ ordinariũ,exequẽdo d.sniam nullã,nõ ex spãli natura nullitatis, sed ex gñali oatura actionũ ꝑiudicialiũ,aliàs ꝓhibitionaliũ,& hoc tanꝗ factũ à nõ hñte in illo casu nullitatis iurisdictionẽ, & adeo illud factũ reuocat,ꝙ non poterit illud reuiuiscere, ẽt si talis snia nulla cõfirmaret:& rõ est, qa cùm per talẽ querimoniã deuoluta fuerit iurisdictio ex Iudice ordinario latore d.sniæ nullæ ꝑ malitiã victoris contrarij latæ ad d. Superiorẽ (qui loco illius successit) d. lator interim habebit ꝓ mortuo, vel ꝓ nullo, quoad effectũ d.sniæ nullæ executioni mãdatæ reuocãdũ integraliter. Hęc limitatio sic declarata ꝓbat triplici medio. Primò.n.per arg.apertissim in c.suscitata. ex.de i integr.rest.vbi Innoc.III.infrascriptis vsus fuit verbis,videlicet: [Suscitata super diuersis articulis inter Burgẽsem Epum, & Ouiẽse Monasterium qõne, & infra. Nos intellectis,ꝙ vtraq; pars proposuit corã nobis sup quatuor articulis ꝑnotatis, Monasteriũ Ouiense iustitia condemnauimus exigẽte. Snia verò lata, Procurator Monasterij ad probandom præscriptionem factã tam super quatuor articulis prænotatis,ꝙ etiam super quibusdã decimis per trãsactionem acquisitis, & infra. Restitu-

Y

ſtitutionem in integrum nomine Monaſterij poſtulauit, quam eidem duximus indulgendam, & infra. Nè verò per exeogitatam malitiam (ſicut ex præſumptionibus pluribus videbatur) effectū ſententiæ in damnum Epi contingeret impediri, nevè Monaſterium per executionē ſniæ, propter diuerſas ſuſpitiones incurreret detrimentum: Nos æquitate penſata, iure duximus prouidendum, vt ante omnia ſuptadicta ſnia executioni mādetur, & infra: Volumus nihilominus, & mandamus, vt ab ipſo Epo tecipiatis idoneam cautionem, ꝙ ſi Monaſterium in cauſa ipſa præualuerit, vniuerſa, quæ medio tempore ſniæ ipſius occaſione perceperit, Monaſterio reſtituat memorato.] hæc ibi. Dixi probari per arg. in d.c. ſuſcitata. Nā etſi pñs noſtra limitatio explicitè ibi non contineatur, cū ſolùm ibi loquatur text. de ſnia lata à Summo Pontifice, qui eſt Princeps Principum, & nō habet Superiorem, & non de alio ordinario inferiore Iudice. Tamen ſi bene deciſio ipſius librabitur, comprobabitur ipſum idem docuiſſe implicitè de ſententia Ordinarij inferioris executa ab ipſo, aut ab eiuſdem miniſtro, cùm ibi vacet argumentū à majori ad minus affirmatiuè tali pacto, ſi ſnia lata ab eodem Iudice non recognoſcente Superiore, erit executioni mādanda: reſeruato tñ iure ſuo ei contra quē fuerat lata, pro fraudibus vitandis reorū, quas Iudex tñ potuiſſet aduertere ante ſententiā, quātò magis Ordinarius inferior iure ſuo fungēs poſt decendium tranſactum ſtatutū ad appellandum, poterit exequi ſuam ſniam, ne videretur grauare partem aliam, in cuius fauorem ipſam ſententiam tulerat: cùm in tali caſu dicenda fuerit dicta ſnia tranſacta in rem iudicatam, antequàm de ipſius nullitate doceatur apud Ordinarij Superiorem, eo magis, ꝙ poterit apud ipſum peti reſtitutio in integrum aduerſus eā, tanquā nullam de iure, & ſic ſibi conſuleretur. Idē probatur per tex. in l. 2. C. ad l. Corn. de fal. vbi hæc habentur, videlicet: [Satis apertè diuorum parentum meorū reſcriptis declaratum eſt: cùm morandæ ſolutionis gratia à debitore falſi crimen objjcitur, nihilominus (ſalua executione criminis) debitorem ad ſolutionem compelli oportere.] hæc ibi. iuncta glo. in verſic. objjcitur. Idem probatur per arg. in Authent. Quæ ſupplicatio. C. de precib. Imper. offer. vbi hæc habētur, videlicet: [Quę ſupplicatio gloriſiſſimis Præfectis, vel eorum Conſiliarijs, vel cauſas introducentibus intra decem dies poſt ſententiā offerenda eſt, quo ſubſequuto, ſnia non aliter executioni mādabitur, niſi victrix, pars dignā fideiuſſionem præbuerit, tantùm reſtituendi, cum legitimis augumentis, quantum fuerit in condemnatione, ſi legitima tetractatione, ſnia reſoluet, niſi ſub hac forma ſupplicatio porrigatur, executio cauſæ ſine fideiuſſione ꝓcedet, retractationis iure illi ſeruādo, qui ſe grauatum putauerit, vt intra bienniū ſupplicari poſſit Imperatori.] hęc ibi. Hoc ipſum ferè ad verbum ſtatutum fuit in Auth. vt ſpōſal. largit. §. aliud. & rurſus in l. 1. C. de ſent. Præfect. Prætor. Dixi probari per argum. in d. Authent. eliciendo probationem pñtis limitationis eodē modo, quo & elicimus ex d.c. ſuſcitata. Nec obſtat, ꝙ in d. Auth. nulla habeatur mentio de petitione in integrum, porrecta Principi, vel inferiori Ordinario, cùm militet eadem ratio, quā attulimus ſupra in declarationē d.c. ſuſcitata. Sed de ſupplicatione, quæ (propriè ſumpta) longè diſtat à petitione reſtitutionis in integrū, vt paulò poſt dicemus, & probabimus. Nam in materia pñtis limitationis ſumimus ſupplicationem largè dictā, quæ non differt à petitione reſtitutionis in integrum, cùm executio ſniæ fieri non poſſit, niſi poſt decem dies à die latę ſniæ iurib. vulgaribus, & ſpecialiter in c. quoad conſultationem. de re iudi. infra quem terminum poterit ſolùm porrigi appellatio, vel petitio reſtitutionis in integrū: cùm ambo ſint remedia ordinaria à iure indulta. Idē probatur per arg. in c. non ſolùm. §. illa verò. de appellat. in ſexto. vbi Bonifacius Octauus infraſcriptis vſus fuit verbis, videlicet: [Illa verò, quæ poſt appellationem interpoſitā ante diffinitiuam ſniam innouantur, donec appellationis cauſam verā eſſe conſtiterit, reuocari non debent, niſi Iudex appellationis poſtquā ſibi conſtiterit per appellationē emiſſam ex cauſa probabili fore ad ſe negotium deuolutū, inhibeat canonicè Iudici à quo appellatum extitit, ne procedat: tunc. n. quicquid poſt inhibitionē hmōi fuerit innouatum eſt (licèt cauſa eadē non ſit vera) per eundem appellationis Iudicem ante omnia in ſtatum priſtinum reducendum.] hæc ibi. Dixi probari per arg. in d. §. qm. etſi explicitè ibi veritas pñtis limitationis non habeatur, bene tñ implicitè, cùm inde eliciatur, ꝙ innouata poſt appellationē ab interlocutoria non poſſit Iudex, ad quem reuocare, niſi cognita de iuſtitia appellationis hmōi, ac per conſequens de iuſtitia querimonię Iudici ad quem, expoſitę de iniuſtitia ſniæ interlocutoriæ: arguēdo ergo à ſimili in caſu, nō appellationis, ſed ſupplicationis executio facta ipſius ſniæ nullæ non poterit retardari à Superiore, ad quē fuit habitus recurſus pro annullatione d. ſniæ latæ, donec de ipſa cognoſcat. Idem probatur quàm apertiſſimè per tex. in l. 2. C. ad l. Cornel. de falſis. vbi hæc habentur, videlicet: [Satis apertè diuorum parentum meorum reſcriptis declaratum eſt, cùm morandæ ſolutionis gr̃æ à debitore falſi crimē objjcitur, nihilominus ſalua executione criminis debitorem ad ſolutionē compelli oportere.] hæc ibi. Idem probatur per tex. in l. debitoribus. §. ſi qui. ff. de re iudic. vbi hæc habentur, videlicet: [Si qui tamen per contumaciam magis, quàm quia non poſſit explicare pecuniam, differant ſolutionem, pignoribus captis compellendi ſunt ad ſatiſfaciēdum ex forma, quā Caſſio Proconſuli Diuus Pius in hæc verba reſcripſit. Hi, qui ſibi fatebuntur ſe debere, aut ex re iudicata neceſſe habebunt reddere tempus ad ſoluendum detur quod ſufficere pro facultate cuiuſque videbitur, eorum qui intra diem, vel ab initio datum, vel ex cauſa poſtea prorogatum ſibi, non reddiderint, pignora capiantur, eaque ſi intra duos menſes non ſoluerint, vendantur. Si quid ex pretij ſuperſit, reddatur ei, cuius pignora vendita erant.] hæc ibi. Idem probatur per argumentum in l. fina. C. ſi ex falſis inſtrumentis. vbi hęc habentur, videlicet: [Iudicati executio ſolet ſuſpendi, & ſoluti dari repetitio, ſi falſis inſtrumentis circumuentam eſſe Religionem iudicantis (crimine poſtea falſi illato) manifeſtis probationibus fuerit oſtenſum.] hæc ibi. Dixi probari per argum. in d. l. fina. præſentem limitationem, quoniam licèt explicitè illa ibi non contineatur, bene tamen implicitè: cum inde dicatur, quòd ſi ſtatim, ideſt per appellationem, aut in integrum reſtitutionis petitionem infra decē dies a die la-

tæ ſen-

tæ sententiæ huiusmodi recursus habeatur ad Superiorem, & ab ipso obtenta facultas executionis faciendæ per ordinarium Iudicem ipsius latorem post illos decem dies (indultos à iure victo ad appellandum) retardatio, seu suspensio, si statim non posset victus probare nullitatem eius. Sed si recurreret ad Superiorē ordinarij latoris post 10. dies, per supplicationem, & si non suspenderetur executio illius, tamen cognita de nullitate sibi, & sententia lata super nullitate sententię reperta, concederetur ei repetitio eorū, quib. priuatus fuisset per dictam sententiam nullā. Quapropter meritò diximus probari præsentem limitationem per arg. in d.l.fin. cùm supponatur, q̃ post decem dies ordinarius Iudex exequutus fuerit ipsam sententiam nullam per seipsum, vel per alium ad hoc ipsum deputatū. Probatur & secundò præsens nostra limitatio Doctorum sententia infrascriptorū. Nam Gl. in c. ex literis. vers. supplicauit. ext. de in integ. restit. dixit, q̃ vnicuiq; licet supplicare, quantumcunq; fuisset remota appellatio. Sed in hoc differt supplicatio ab appellatione, q̃a appellatione interposita nil est innouandū: sed pendente supplicatione mandatur sñia executioni, præstita cautione, q̃ oĩa restituat, si sñia fuerit retractata, vt in Auth. quæ supplicatio. C. de prec. Imp. offer. sic in restitu. in integrū, q̃n suspectus est, qui petit restitui, mādatur sñia executioni sub consimili cautione, vt in c. suscitata. ext. de in integ. restit. Idē etiā docuerunt infrascripti alij Doctores, inter quos fuit Innoc. qui in c. cùm in iure, ferè per totū. ext. de offic. deleg. his præcisis verbis vsus fuit, videlicet: Si dicatur sñia nulla, vel etiā retractāda, tunc Superior Iudex non mandabit sñiam executioni, nisi priùs de his cognoscat, vt in l. si Prætor. ff. de Iudic. & C. nil innouan. appel. pend. per totū. Alij dicūt, & fortè meliùs, q̃ propter hāc exceptionē, q̃ sñia non tenet, vel quia vult implorare officium Iudicis super sñia irritanda non differt executor executionē, nisi q̃n ex probabili, & necessaria causa fuit absens condemnatus: & sic loquitur tex. in d.l. si Prætor. arg. pro his: q̃a si collatione, vel institutione facta nō est differenda executio, vt in c. consuluit. ext. de appel. & in c. post electionē. ext. de concess. præb. & in c. suscitata. ext. de restitu. in integr. multò minus est differenda executio sñiæ, nisi super hoc esset infamia, vt in c. accedens. ext. de accus. Itē vbi est hoc ius, q̃ lis mota impediat executionē sñiæ: imò nulla talis exceptio impedit executionis sñiam, vt in d.c. suscitata. Lex autē supra citata, s.d.l. si Prætor. in fine non contradicit: quia illud intelligitur, q̃n absens ex causa probabili appellauit à sñia contra eū, quasi contra contumacē lata, & sic cōi iure sñia mādari nō dēt executioni, nisi prius cognoscatur super appellatione. Vel expone aliter, vt not. in c. de cætero. extra de sent. & re iudic. (Adde tu, q̃ ibi hæc habeātur, videlicet: [De cætero noueris, q̃ si sñiam à nobis latam præcipimus per aliquē executioni mandari, & status interuenerit, nō est facultas executori de toto negotio cognoscēdi, sed deferri quæstiones, quæ inciderint, ad Sedem Apostolicā oportebit.] hæc ibi.) Si autē subdito mādet siue sit ordinari⁹,
65 siue delegatus, cui quantum ad executionē † sñiæ omnes subditi delegātis intelliguntur subditi, dēt obedire, quousq; Superior causam, vel negotium audiat, vel cōmittat, vt in c. pastoralis. §. præterea. ex. de offic. deleg. si tñ verisimiliter proponeretur, nulla vel retardāda sñia, debent consulere illū, qui tulit sñiam, & expectare secundum mandatū. arg. contra. in c. ex literis. ext. de offic. deleg. & in c. cū contingat. ext. de rescrip. vbi dr, q̃ nō semper exequenda sunt mandata delegati à subditis, sed illa loquuntur, q̃n est dubitatio de fundamento, s. an habuit iurisdictionē: quia tunc supersedere debet. arg. hic. secus aūt si cōstaret de iurisdictione. Sed dubitatio esset de alijs: puta quia nulla, vel iniqua dr sñia: quia tunc semper illā subditi exequi dēnt. Idē est si sit appellatū, sed nondum est à Superiore recepta appellatio, nec super ea rescriptum. Nam tunc pp dubiū, nec est alius, qui inhibeat, mādari dēt executioni: sed secus dñt aliqui, si appellatio recepta est a Superiore: quia tunc subditi nō mandabunt executioni. Ordinarij aūt sñia semper executioni mandabitur: q̃a de eius iurisdictione cōstat, vt in c. sicut nobis. ext. de re iud. hæc ille. Qui idipsum rursus breuius docuit in d.c. suscitata. in vers. nota vtile ius. his præcisis verbis vtens, videlicet: Nota vtile ius nimiū, s. q̃ vbi præsumptiones
66 † sunt contra petentē restitutionē mandanda est sñia executioni: aliàs cōtra, vt in l. vnica de in integ. rest. post. ne quid noui fiat. (Adde tu, q̃ ibi hęc habentur, videlicet: [Postulata in integrū restitutione, oĩa in suo statu esse debere, donec res finiatur, perspicui iuris est: idq; curabit is, ad cuius partes ea res pertinet.] hæc ibi.) vel dic, hic petebat restitutionē in integrū aduersus sñiam Principis, quæ non datur, nisi per supplicationē peteretur, &
67 supplicatio † nō impedit executionē, si post decē dies petatur, vt not. in c. ex literis. ext. de offic. deleg. & sic intelligitur l. minor an. ff. de minor. vel dic speciale in sñijs latis à Principe, vt in eis prætextu restitutionis in integrum, non impediatur executio sñiæ. Idē rursus docuit ipsemet Innoc. in d.c. ex literis. in vers. item supplicatio. his vtens
68 verbis, videlicet: Itē supplicatio † dr largè qualibet precum porrectio. Dr autē strictè quædā benignitas Superioris ad remouendū, quæ malè acta credit, s. q̃n interponitur à sñia Præfecti Prætoris cognoscentis principaliter de hac causa appell. si per appellationē ad eum sit delata, nō licet supplicare, vt in rubr. C. ne liceat in vno, &c. & semel tñ supplicat, & quidā libellus supplicationē cōtinēs, porrigitur referēdus: solus autē Princeps, vel Præfect⁹ cognoscet de supplicatione, & sic tñ eis supplicabit. (Adde tu, q̃ sm̃ Panor. in c. ex literis. nu. 11. vers. & ita intellige dictū Innoc. ex. de restit. in integr. q̃ ipse Innoc. loquat̃ de supplicatione, ꝓpriè dicta, cuius admissio cōcedit ex sola benignitate Principis, nō autē de supplicatione largè sumpta, de qua est sermo in pñti nostra limitatione, vt ex propositis in ea apparuit apertissimè, & rōnē huius ipse Panor. ibi assignans, dixit esse, quia solius Principis est tollere ius alterius, vel legis dispositionē sine causa extrinseca apparēte, vel q̃n supplicatur Principi, vt propria sua sñia rescinderet, vel vt aliàs iudicet super eodē causa, cū loquamur de sñia lata ab Ordinario inferiore, & non delata à Principe, vt apertissimè elicitur ex contextu verborum d.c. suscitata, necnon & pñtis limitationis nostrę. Sed si supplicetur infra decem dies, nihilominus mandabit̃ sñia executioni, dūmodo caueat victor, q̃ tantūdem restituet, si resoluatur sñia. Si verò post decem dies infra biennium supplicetur nihilominus mandabitur sentētia executioni, nec dabit fideiussorē victor, & computatur hic bien-

nium, ex quo Imperator succeslit in cognitione
Præfecti, vt in l.1, C. de sent. Præf. Præt. & ita vide-
tur, quòd supplicare licèt ei, à quo non licet appel-
lare, scilicet à Prefecto Prætorio, & Principe, vt in
l. si quis aduersus. C. de precibus Imper. offerend.
Item pendēte appellatione, nihil nouari oportet,
vt in l.1. ff. nihil no. appel. secus pendente suppli-
catione, vt dictum est, vt in Authent. Quæ suppli-
catio. C. de precibus Imper. offer. Item appellatio
fit tantum infra decē dies, supplicatio infra bien-
nium, nisi fiat eidem Iudici, quia debebit fieri so-
lum infra decem dies, secundum aliquos, quos nō
fuit sequutus Innocentius ibidem: Cùm subdide-
rit, quòd solius Principis sit admittere hanc sup-
plicationem, & non inferiorum ordinariorum.
Hæc omnia sunt verba ipsius Innocentij, vbi su-
pra. Cuius sententia apertissimè probata fuit præ-
sens nostra limitatio: cùm ferè ad verbum ipsam
Innocentium docuisse comprobetur eiusdē verbis
supra recensitis, eo magis quòd longè apertiùs ip-
semet Innocentius in c. post electionem. col.2. su-
per vers. [Institutio] ipsius Canonis. extra de con
cess. præben. præsenti nostræ limitationi se subscri
psit his præcisis verbis vtens, videlicet: Sententiā
istā iustificat vehemens præsumptio, quæ erat con-
tra illos, qui obijciebant exceptionem renuncia-
tionis, & abiurationis, & hoc facerent causa mo-
randę possessionis, vt in l.2. C. de fal. instrumentis:
si autem hæc præsumptio non subesset, non video
causam, quare non sit legitima exceptio etiā post
rem iudicatam: si autem obijciantur exceptio de
aliquo, quod præcedat institutionem, vel sniam;
tunc præsumitur, quòd proponitur ad morandum
dationem possessionis, vel executionem sentētiæ,
cùm sint quasi consequutiua ad illam: & ideo non
est de facili audienda, vt not. in c. cùm olim. extra
de caus. poss. & propr. & in c. cùm olim. de dolo, &
contum. & in c. constitutus. de appellat. & in c. de
cætero. de re iudic. Sed dices, si agenti ex mutuo,
vel actione alia, & exhibenti instrumentum super
eo, quod petit; obijciatur exceptio pacti, vel con-
similis: Nunquid propter hanc contrariam præ-
sumptionem respuet exceptionem? Respondeo, ꝙ
quādo proceditur ordine iudiciario, de facili nō
debent sequi præsumptiones huiusmodi. c. in pri-
mo. 2. q. 1. sed in his, vbi non seruatur solemnis or
do iuris, magis possunt sequi huiusmodi probabi
les præsumptiones, vt in l.1. C. vt in poss. legat. &
l.3. C. de edicto Diui Adria. toll. Potest tamen di-
ci, quòd etiam quando proceditur cum solemni
ordine iuris, quòd si Iudex vehementer suspicare-
tur pactum, de non petendo tantum proponi cau
sa morandæ litis, ꝙ non male faceret, si hac exce-
ptione non admissa, sententiam ferret, nec cassabi
tur sententia propter hoc, quòd non admisit exce
ptionem, nisi probet veritatem exceptionis, ad
quam probādam semper dicimus eum admitten-
dum, etiam si procedatur sine ordine. hæc Innoc.
vbi supra. Idem docuit Specul. in lib. 2. tit. de sup-
plicatione, §. supplicari potest. nu. 3. versic. & per
hoc. & in §. sequitur. ou. 2. versic. Item à sententia.
& in §. differt autem. per totum. vbi his præcisis,
ac notatu dignis verbis vsus fuit de materia præ-
sentis limitationis, quæ summoperè eius perfectæ
notitiæ, ac decisioni deseruiunt, videlicet: Sup-
plicari potest à sententia Imperatoris, vel Papæ,
vel Præfecto Prætorio, à quibus appellare non li-
cet. Nam licèt nō sit verisimile illos iniquè iudi-
69 casse, supplicari † tamen potest ab eisdem: quia
supplicatio continet petitionem veniæ proprij er-
roris, vel allegationem circumuentionis aduersa-
rij. Sed aduertendum, quòd à sententia Præfecti
solum supplicari poterit, cum in causa principali
pronunciauit: secus in causa appellationis, vt in
l. si quis. C. de precibus Imper. offer. & idcircò cita
tæ personæ solùm examinare, & diffinire possunt
causam supplicationis, & si infra decem dies sup-
70 plicetur, † poterit sententia executioni mandari,
si tamen victor satisdederit de restituēdo omnia,
si sententia fuerit iustè resoluta. Si autem non sup
plicauerit infra decem dies, habet biennium ad
supplicandum Principi, quod biennium compu-
tatur, ex quo Imperator successit in cognitione
Præfecti, vt in l. prima. C. de sentent. Præfect. Prę-
tor. Sed tunc executio sententiæ fiet, nec victor
satisdabit de restituendo, vt in Authent. Quæ sup-
plicatio. C. de precibus Imper. offeren. & in Au-
thent. vt sponsal. largit. §. aliud. & in l. prima, C. de
sentent. Præfect. Prætor. & in cap. suscitata. in fine.
extra de in integrum restitut. & per hoc patet sup
plicationem non sortiri naturam appellationis,
quia semel tantùm supplicatur à sententia. Sed
appellatur bis post sententiam, nec in appellatio-
ne præmissa cautio præstatur. & in dicto §. dif-
fert ipse Specul. enumerans differentias inter sup-
71 plicationem, † & appellationem, nu. 2. his verbis
vtitur, videlicet: Item pendente appellatione ni-
hil est innouandum, vt in titul. de appellat. §. no-
uissimè, sed supplicatione pendente mandatur
executioni sententia, vt supra. §. primo. hæc om-
nia Specul. vbi supra. Cuius sententiæ astipulan-
do Ioan. Andr. in addit. dicti §. differt. ibidem in
versic. §. 1. quæritur, reddensque rationem prędi-
ctorum. infrascriptis vtitur pręcisis verbis, videli-
cet: Quęritur de ratione, quare pendentia appel-
lationis, & restitutionis in integrum impediunt
executionem; & supplicatio etiam infra decem
dies facta non impedit. Dico (inquit ibi Io. And.
post nonnulla verba) igitur, quòd appellatio, quę
interposita est à sententia puræ iustitiæ innititur,
propter quod executio fieri non potest, & si facta
esset infra decendium (quo fuit postea appella-
tum) reuocatur executio per modum nullitatis,
& attentati, vt in capit. non solùm. de appellat. in
sexto. Restitutio innititur iuri, habet tamen mix-
tam gratiam non à dicto Iudice, sed à iure inuen-
tam: si lata est igitur sententia contra Ecclesiam,
vel minorem, & ab ea non fuit appellatum, iustè
fit executio sententiæ, si tamen postea infra tem-
pus iuris petatur restitutio, fateor, quòd impedi-
ret executionem fiendam; sed iam factam non an-
nullat, vel reuocat: verba enim nō solùm innuunt,
quòd ea postulata (licèt nondum concessa) nil no
ui fiat circa rem, vt dicit Rubrica Codicis. Ab-
surdissimum enim esset, quòd vltra terminum tar-
dari deberet executio eo casu, & imputet sibi qui
nō appellauit. Supplicatio tantùm habet præsum
ptionem contrariam ex persona proferētis, quòd
appellare non licet. Eorum ergo fuit ipsam non
parificari alteri præmissorum: satis enim sibi, ꝙ
cōtra id, de quo alter prædictorum, scilicet Papa,
Princeps, vel Præfectus Pretorio poterat legem fa
cere, audietur: eligit ergo ius quandam viā me-
diam, vt ipse citò supplicante fiat executio cum
remedio cautionis, aliàs sine illo, & vt semel tan-
tum supplicetur. hæc omnia Ioan. Andr. vbi supra.

qui

qui latiùs, & apertiùs ſe ſubſcripſit quoque præ-
ſenti limitationi in dicto cap.ſuſcitata. Idem do-
cuit Panormitanus tam in dicto cap. ex litteris,
quàm in dicto cap. ſuſcitata. extra de reſtitur. in
integ. Nam infraſcripta notatu digniſſima de ma
teria præſentis limitationis protulit, eo quòd in
numero octauo, in verſic.in Gloſ. 1. in verſic.ſup-
plicauit. dixit, quòd vbicunque reperiatur hæc
72 clauſula † [Appellatione remota.] ſiue in inſtru-
mento, ſiue in reſcripto, ſiue in aliqua iuris par-
te, poterit nihilominus aduerſus ſententiam ſup-
plicari: cùm iſta ſint duo remedia ſeparata, quo-
rum vnum eſt ordinarium, & aliud extraordina-
rium: & ideo ad remotionem vnius, non ſequi-
tur romotio alterius: quia ex ſeparatis non fit il-
73 latio, † vt in cap.2.§.nec quod de ceſſione. extra
de tranſlat. Epiſcop. & id, quod dixit hic Innocen
tius, quòd ſolius Principis eſt admittere ſuppli-
cationem, intelligatur, dico (inquit Panormita-
nus num.11.) quòd ſupplicatio, & reſtitutio ſtri-
ctè ſumptæ differunt: licèt enim largo modo re-
ſtitutio poſſit dici ſupplicatio: quia per ſuppli-
cationem indulgetur, cùm nulla actio competat
ad iſtam obtinendam, vt in capit.2.de officio iu-
dic. & in l.quòd ſi minor.in fine. ff.de minor. ta-
74 men ſupplicatio † (propriè ſumpta) eſt, cùm ad
preces alterius retractatur ſententia, contra quam
non competit aliquod remedium reſciſſorium.
Sed Princeps ex benignitate ſua, duntaxat man-
dat iterum cauſam retractari. Exemplum, quan-
do ſupplicatur cõtra ſententiam Principis. Idem
docuit rurſus, & apertiùs Panormitanus in dicto
cap.ſuſcitata. nu.10. verſic. ſed quæro quia. refe-
rens, ac ſequens ſupradictam ſententiam Specul.
& Ioan. Andr. & concludendo, his præciſis verbis
vtitur, videlicet: Supplicatio autem innititur pu-
ræ gratiæ, quæ eſt fienda ab homine. Nam pro-
pter præſumptionem, quæ eſt orta ex perſona pro-
ferentis ſententiam, puta Principis, vel Præfecti
Prætorio, non debet de iure admitti aliquod re-
medium retractatiuum: ſed ſupplicatio admitti-
tur ex mera gratia Principis: ideo cùm fundetur
ſuper mera gratia, non debet impedire executio-
nem ſententiæ: ſatis enim eſt, quòd detur cautio
de reſtituendo, ſi ſupplicans obtinebit in cauſa,
iuxta not. in dicto cap. ex literis. & in dicta Au-
thent. Quæ ſupplicatio. Et die, quòd ratio rationis
eſt, quia remedium ſupplicationis non fundatur
ſuper aliqua iuſta cauſa: ſed ſolùm ſuper æquita-
te: quia à ſententia Principis non poteſt appella-
ri: ſed reſtitutio in integrum eſt fundata ſuper cau
ſa extrinſeca, puta, ſuper imbecillitate ætatis, vel
fauore Eccleſiæ, vel ſuper aliqua alia cauſa legiti-
ma: puta, quia erat abſens cauſa Reipublicæ, vel
quid ſimile. Ideo illud remedium reſtitutionis in
integrum pinguius operatur, quàm remediũ ſup-
plicationis. Ex hoc enim ſis cautus, vt aduerſus
ſententiã Principis potius incedas per viam re-
ſtitutionis in integrũ, quàm ſupplicationis, quod
intellige quando vtrumque remedium concurrit:
quia ſubeſt cauſa petendi reſtitutionem. hæc Pa-
normitanus vbi ſupra. Idem & apertiùs docuit
ipſemet Panormitanus in capit. poſt electionem.
nu.13. verſic. ſecundus intellectus eſt (ſequens In-
nocentij ſententiam ibid.) extra de conceſſ. præ-
ben. dicens Innocentius valde notabiliter hic di-
cit, quòd Iudex poſſit repellere exceptionem ad-
uerſæ partis, ſi præſumit calumnioſè excipi, & po-
nit in hoc tria notanda. Aut enim Iudex procedit
non ſeruato iuris ordine, & tunc de facili propter
præſumptionem poteſt exceptionem repellere: fa
cit Clem. ſæpe. de verborum ſignific. ſi verò ſer-
uatur iuris ordo, & tunc exceptionem peremptio-
riam non debet, niſi ex præſumptione multum ve
hementi repellere. Dilatoriam verò facilius re-
pellere poteſt, quia non eſt tanti præiudicij, & re-
pellendo non debet curare de appellatione, quia
appellatio non releuat, niſi cauſa appellandi pro-
betur vera, vt in cap. interpoſita. de appellat. &
hæc lectio ſatis poteſt conuenire huic litteræ, &
eſt notanda, maximè iuncto dicto Innocentij, &
ex ea habes, quòd ſi præſumptio eſt malitiæ con-
tra exceptionẽ, quòd facit animo differendi poſ-
ſeſſionem aduerſarij, quòd Iudex pronunciet, vt
prius habeat actor poſſeſſionem, & demum aga-
tur ſuper iure excipientis, vel per viam actionis.
hæc Panormitanus vbi ſupra. qui in dicto cap.ſu-
ſcitata. notab.3. eadem repetijt, ſequens Innocen-
tium. Idem rurſus docuit ipſemet Panormitanus
in cap. ex parte. el ſecondo. notab.2. extra de offic.
deleg. idipſum rurſus docuit idem Panormitanus
in cap. nullus. in fine. verſic. ego dico. extra de præ-
ſumpt. citans etiam ad hoc ipſum Io. And. in c.ſu-
per eo. el primo. extra de appellat. Idem rurſus do
cuit ipſe Panormitanus in d.c. ſuper eo. el primo.
in fine. Idem rurſus docuit idẽ Panormitanus in
d.c. interpoſita. not.1. infraſcriptis vtens verbis,
videlicet: Nota, quòd ex reiectione exceptionis
legitimæ nõ iuſtificatur appellatio, niſi coram Iu-
dice ad quem probetur illam exceptionem eſſe
veram. Ex quo infero Iudicem non grauare par-
tem ex eo ſolo, quòd exceptionem probabilẽ non
admiſit. Nam potuit moueri putando fortè illam
eſſe falſam: ideo vt præſumatur grauamen, debet
expectari, donec probetur veritas ipſius. Et ex
hoc infero ad aliud notabile dictum, quòd in fa-
cultate Iudicis eſt exceptiones dilatorias, vel pe-
remptorias admittere, vel repellere, nec ex ſola
admiſſione, vel reiectione infertur grauamen ap-
pellationis iuſtificatiuum. & vide circa hoc Inno-
centium in c. poſt electionem, propè finẽ. extra de
cõceſſ. præben. vbi dat bonam Theoricam Iudici,
dicẽs, quòd ſi exceptio eſt modici præiudicij, po-
teſt eam ex leui præſumptione repellere: ſi verò
eſt magni præiudicij, vt puta exceptio de non pe-
tendo, vel præſcriptionis, non debet moueri ſine
præſumptione vehementi. quod nota. hæc Panor.
vbi ſupra, qui breuiùs iterum idẽ docuit in c.con
ſtitutus. nu.9. ext. de fideiuſſ. Idem docuit Bar. in
d.l.fin.nu.2. verſic. ſi vero quæritur. C. ſi ex falſis te-
ſtim. &c. his præciſis verbis vtens, videlicet: Quan
do exceptio proponitur contra ſententiã, requirit
probationem extrinſecus faciendam requirẽtem
75 altiorem indaginem. † & tunc non impediet ſen
tentiæ executionem, vt in c. ex literis. extra de in
integrum reſtitu. hæc ibi. qui apertiùs idipſum do
cuit ad verbum in l.3.§.condemnatum.nu.2.verſ.
quandoque eſt aliquid probandum. ff. de re iudic.
Idem docuit Bald. ferè ad verbum in l.tale pactũ.
§.qui prouocauit in ſecunda lectura, nu.24.q.12.
ff. de pactis. his præciſis verbis vtens, videlicet:
Caue tibi, licèt poſſit adiri Superior ſuper nullita-
te, non tamen deuoluitur ad eum adeo iuriſdi-
ctio, quòd ſi inferior exequeretur interim, nõ re-
uocaretur per viam attentati: quia nulla lex hoc
dicit, vt not. in c. cùm in iure. in principio. extra

de offic.deleg. per Innocentium, sed victoria obtenta super nullitate, bene officium Iudicis reuocat, non ex speciali natura nullitatis, vt in l.fin.C. de ordi.cognit. sed ex generali natura actionum præiudicialium, aliàs prohibitionalium, ac appellatio, aliàs ampliatio si deuoluitur, quod interdum factum per Iudicem à quo, statim cassatur tanquam factum à non habente iurisdictionem; & reuocatur adeo, quòd non reuiuiscet, licèt sententia postea confirmetur, vt not. in c.non solùm. de appellat.io sexto. in vltima Glos. Nam cùm in locum primi Iudicis alius successerit, vt in l.pen. ff.de iudic.sol.ille interim pro mortuo, & pro nullo habetur. hæc omnia Bal.vbi supra, qui idipsum breuiùs docens in dicta Authen.Quæ supplicatio. infrascriptis vsus fuit verbis(in col.2.nu.4.5.& 6.) videlicet: Aut imploratur restitutio bona fide, aut temerè: si bona fide, interim omnia stant in
76 suspenso, † vt in l.si causa cognita. C.de transact. si temerè, refert, aut est temeritas euidens: quia incoloratè petitur restitutio, & tunc non suspenditur exequutio, vt in l.minor autem magistratus. ff. de minor. Aut est temeritas velata, tamen lex præsumit contrarium contra petẽtem, tunc fit interim executio, satisdatione tamen præstita, & nõ aliter, secundum illam Authent.Quæ supplicatio. Hanc viam elegit Papa in c.suscitata.extra de restitu.in integrum. & hæc de restitutione. Sed de
77 nullitate dicendum est, ꝙ nullitas † obiecta non inducit propriè pendentiam litis: aut ergo sententia valuit, & non pendet iudicium: Aut sententia non valuit, & tunc non inducitur pendentia ratione nullitatis motæ, sed ratione primæ causæ. Si ergo quæris de executione, dicunt Doctores, ꝙ si requiritur longum examen, tunc fit interim executio, vt in l.fin.de ordine cognit. Innocentius dicit in c.cùm in iure.extra de offic.deleg.quòd nulla lege cauetur, quòd pendente causa nullitatis, non possit fieri exequutio: credo, quòd Innocentius senserit, quòd si fiat, non reuocabitur per modum attentati, sed expectabitur finis negotij, vt in fine huius Authent.quæ supplicatio.non autem intelligo, quòd Innocentius tradat regulam super executione interim fienda: quia diceret falsum, Nam cùm interim sit dubium Iudici, non debet esse velox ad exequendum. hæc Bald. vbi supra. qui idipsum breuiùs docuit in d.l.2.C.ad l. Corn. de fal. Idem docuit Alex. in d.l.3.§.condemnatum, nu.20. versic.sextò limita. post Ang.Imol.& Petrum de Bexu. his præcisis verbis vtens, videlicet: Sextò limita, si appareat, quòd gratia differendæ solutionis opponatur nullitas; quia tunc etiam si offerat quis, dicens se incontinenti paratum nullitatem probare, non erit admittenda talis oppositio, vt in dicta l.2. C.ad l.Cornel.de fal. Idem docuit Iason elegantissimè in l.4. §.condemnatum. nu.9. sequens dictos Doctores, qui Iason ibidem ad hoc ipsum roborandum, subdit nu.10. & 11.his verbis vtens, videlicet: Adde pro ista li-
78 mitatione facere, quòd quando Iudex † verisimiliter suspicatur exceptionem calumniosè opponi potest eam reijcere; dato, quòd esset peremptoria, ita tenet Dominus Abbas post Innocẽtium in c. post electionem. in vlt.col.de concess. præben. Secũdò addo illud, quod not. dominus Abbas in c.super eo.in vlt.col.de officio deleg.per glo.ibi. super versi.tenebit. ad finem. quam ad hoc reputat
79 singularem, quòd si Iudex præsumit malitiam contra tertium, volentem impedire executionem sententiæ, ratione sui interesse, non debet audire, nec curare de appellatione, quod est plus, quod bene nota.hæc Iason vbi supra. Idem docuit Vantius in suo eleganti tract.de nullitatibus sent.titu. quib.mod.sent.null.defen.nu.31.& 32. referens ferè omnes supradictos Doctores: addens idem docuisse Alex. in suo consil.65. incip. Habita.col.3. versi.fortificatur, lib.1. & addit, dicẽs, ꝙ regulare sit, quòd executio, seu causæ processus non retardetur, si nullitas proponeretur, quæ altiorem indaginem reposcat. & est cõmunis sententia Doctorum, secundum Alex.in cons.33.incip. Viso.in fin. lib.1. Probatur & tertiò præsens limitatio, & hac ratione, videlicet; Cùm enim nemini debeat pa-
80 trocinari dolus, † & fraus: inde sequitur, ꝙ si impediretur talis sentẽtiæ malitiosè oppugnatæ executio, malignus impugnator commodum sentiret, patrocinante sibi dolo, & fraude prædictis: idcirco meritò dicitur executionem impediendã non fore, quando sumus in dubio de malignitate opponentis, sed quia aliquando posset quis non malitiosè, sed rationabiliter opponere, idcircò oe & ipse tali executione læderetur, meritò exigitur cautio à petente commodum executionis talis sententiæ, ipsum obligando ad restituenda omnia integrè, quæ forsan lucratus fuisset ex tali executione sibi concessa à Iudice in casu succumbentiæ in iudicio futuro de nullitate ipsius examinanda, vt tali pacto iniustè nemo grauetur.

Amplia primò dictam limitationem, dicendo ipsam habere etiam locum, quando quis incidenter per modum exceptionis in iudicio propone-
81 ret nullitatem sententiæ, assignãdo causam, † quę requireret altiorem indaginem: nam tunc etiam fiet executio dictæ sententiæ nullę, ne iudicia absque rationabili causa irrisoria videãtur, reseruato tamen semper opponenti talem exceptionẽ iure ipsam postea probandi, qua probata, executio plenè reuocabitur. exempli gratia, Titius impugnauit sententiam latam, asserendo ipsam nullã, quia victor obtinens sententiam pro se, fuerat seruus, qui ad hoc erat inhabilis, iuxta l.seruus.iuncta glo.C.de iudicijs.vbi hęc habentur, videlicet:
82 [Seruus † in iudicio interesse non potest, nec si condemnatio aliqua in personam eius facta sit, quod statutum est, subsistit.] hęc ibi. Hęc ampliatio probatur triplici medio. Primò enim per arg. in l.2.C.ad l.Cornel.de fal.vbi hæc habẽtur, videlicet: [Satis apertè diuorum parentum meorũ rescriptis declaratum est: Cùm morandæ solutionis gratia à debitore falsi crimen obijcitur, nihilominus (salua executione criminis) debitorem ad solutionem compelli oportere,] hæc ibi. Dixi probari præsentem ampliationem per argum. in d.l. satis.quoniã etsi ipsa inibi explicitè, & ad corticè literæ non habeatur, bene tamen implicitè, & secundum eius mentem, cùm crimen falsi quod inibi obiectum fuisse supponatur, cuius examen altiorem, & diligentiorem indaginem de se requirat, vt quis talis criminis reus comprehẽdatur, & iudicetur, arguendo ergo ab identitate rationis. inde elicitur per ipsum textum peroptimè probatam fuisse pręsentem nostram ampliationem, iuxta vulgatissimam iuris regulam: vbi est eadem ra-
83 tio, † idem ius esse debebit. circa quamplurima attulimus supra in præsenti tractatu de extẽsione legũ pœnalium. Idẽ probatur per tex. in l.si prętor.

io

In principio.ff.de iudicijs, vbi hæc habentur, videlicet. [Si prætor iuſſerit eum, à quo debitum petebatur, adeſſe, & ordine edictorum peracto, pronunciauerit abſentem debere, non vtique iudex, qui de iudicato cognoſcit, debet de prætoris ſententia cognoſcere, alioquin luſoria erunt huiuſmodi edicta, & decreta prætorum;] hæc ibi. Idẽ probatur per argum. in l.ille, à quo.§.ſi de teſtamẽto, ff.ad ſenat.conſul. Trebel. vbi hæc habentur, videlicet, [ſi de teſtamento aliquid quæratur, hęres non debet audiri: ſed ſi ſuſpectam ſibi hæreditatem dicat. Nam & ſi maximè dicat, vel ius teſtandi non habuiſſe eum, qui teſtatus eſt, vel de viribus teſtamenti, vel de ſua condictioue, non erit audiendus. Quid ergo, ſi de viribus fideicommiſſi? Hæc quęſtio à prætore pretermittenda non erit: ſed quid ſi fideicommiſſarius dicat, adeat priùs, & ſic de hoc quæratur? Credo interdum audiendum fideicommiſſarium, ſi cognitio prolixiorem tractatum habeat. Finge enim verba fideicõmiſſi de longinquo petenda, & iuſtam deliberationem de quantitate fideicommiſſi incidere. Dicendum erit, compellendum eum adire, ne priùs heres decedens fideicommiſſarium decipiat] hęc ibi. Dixi probari per argum. in dicto §.ſi de teſtamento. quoniam vacat hic etiam ratio arguendi à dicto textu, ſic ut diximus ſupra de dicta.l.ſeruus. Idẽ probatur per arg. in l.fi.§.fi.C.de ordine cog. vbi hęc habentur, videlicet. [Cùm autem nec dum lite de ſtatu mota, res ab aliquo directæ ſint, & ſententia de reſtituenda poſſeſſione rerum lata, ille, ne huic ſententiæ ſatisfieret, de ſtatu controuerſiã mouit: neceſſitatem habebit, & ſine ſatiſdatione eaſdem res reddere, & tunc cauſam liberalem, ſecundum iuris ordinem exercere:] hæc ibi.

Probatur, & ſecundò præſens ampliatio ſententia doctorum. Nam Bart. in l.4.§.condemnatum, num.2.verſ.quandoque eſt aliquid probandum.ff. de re iudicata, infraſcriptis vtẽs verbis ſe ſubſcripſit præſenti ampliationi, videlicet. Quandoque eſt aliquid probandum in cauſa nullitatis, & tunc aut iſta cognitio habet altiorem indaginem, & tunc non impedit executionem, vt in l.fin.in fine.C.de ordine cognit. & in l.fin.C.ad l.Corn.de falſis. hęc Bar. vbi ſupra, qui rurſum idem confirmauit in l.1. num.12.verſ. vno modo per modum exceptionis. C.quãdo pro uoc, non eſt neceſſe, qui id ipſum rurſus docuit in l.fin.num.1.verſ.ſi verò quæritur. C. ſi ex falſis teſtim. vbi hæc dixit, videlicet, ſi verò quęritur alia probatio extrinſecùs, tunc aut iſta probatio requirit altiorem indaginem, & tũc non impedit executionem, vt in l.fi.C.de ordi. cognit. & in cap.ex litteris, extra.de in integr.reſtitu. Idem rurſus docuit ipſemet Barto. in dicto §.ſi de teſtamento. Nam in ſummario dixit, quòd in cauſis
48 ſummarijs non admittatur exceptio rei,† (etiam ſi ſua interſit) quando requireret altiorem indaginem, & ſi reſeruetur ei talis cauſę cognitio. Idem docuit Bald. in auctẽ.quę ſupplicatio, nu.6.verſ. ſi ergo quæris.C.de precibus Imper.offer. his verbis vtens, videlicet, ſi ergo quæris de executione. Dicunt Doctores, aut requiritur longum examen, & tunc fiet executio interim, vt in l.fi.C.de ordi. cognit. Innocentius dicit, in cap.cùm in iure, ext. de officio deleg. quòd nulla lege cauetur, quòd pẽdente cauſa nullitatis non poſſit fieri executio. credo (ſubdit ipſe Bal. ibidem) quòd Innocentius ſenſerit, quòd ſi fiat, non reuocabitur per viam attentati, ſed expectabitur finis negotij, vt in fine huius auctẽ. Quæ ſupplicatio: non autem intelligo, ꝙ Innocentius tradat regulam ſuper exceptione interim fienda: quia diceret falſum: Nam cùm interim ſit dubium Iudici, non debet eſſe velox ad exequendum. hæc Bal. vbi ſupra. Idem rurſum docuit ipſemet Bald. in dicta.l.fi.num.5.ver. Deinde nota, in verſ.cùm autem, his præciſis verbis vtens. videlicet. Deinde nota in ver. Cũ autẽ, ꝙ quęſtio nullitatis non impedit executionem ſententiæ. & quidam dicunt, quòd hoc eſt generale vbicumque ſententia prima facie apparet ritè lata: & quęſtio nullitatis requirit altiorem indaginem: cùm enim in executione interueniat ſummaria cognitio, nõ debet deferri per quæſtionem, quæ non poteſt ſummariè examinari: ſecus ſi opponens de nullitate nihil haberet probare: puta, quia ſententia eſſet nulla exiſtenter, & apparenter, vel quia poſſet in continenti probare de nullitate: hoc eſt intra breuem terminum arbitrio iudicis, & per Bar. in l.4.§.condemnatum.ff.de re iudic. Non obſtat l.vlt.C.ſi ex fal.inſtrum. quia debet intelligi, quando falſitatis probatio erat in promptu, & eadem diſtinctio fit in reſtitutione in integrum. hęc Bal. vbi ſupra, qui idipſum docuit in cap.Paſtoralis.§. quia verò, nu. 9.verſ.ſed nunquid exceptio.ext.de officio deleg. vbi infraſcriptis vſus fuit verbis, videlicet, Sed nũquid exceptio nullitatis impedit executionem, videtur caſus, qui not. in l.vlt.C.de ordine cogni. de hoc in c.cùm in iure. infra eod. per Innocentium dic, quòd aut nullitas ſententiæ non ſit apparens, nec poterit ſtatim liquidari, ac depræhendi, & tũc ipſa exceptio nullitatis nõ impedict executionẽ ſententiæ, vt notatur per Dynum, & alios in l.4.§. condemnatum.ff.de re iudic. & eſt caſus in l.vltima, C.de ordi.cognit. vbi ſententia dicebatur nulla ratione ſeruitutis, quæ non poteſt de facili probari, nec pręſumitur, & ideo ſententia interim executioni mandatur, & ſi excipiens vult poſtea aliquid dicere agat de nullitate, & petat reuocari in irritum quicquid actum eſt. hæc Bal. vbi ſupra. Qui idem docuit in l.ab executione.num.8.verſ. ſed nunquid, C.quorum appell.non recip.

Idem docuit Ale. in l.4.§. condemnatum. nu.4. verſ.nota, quòd exceptio nullitatis.ff. de re iudic. ſequens ad verbum ſententiam ſupradictam Bar. in terminis pręſentis ampliationis, & rurſus idem Alex. in conſil.95.colum.3.verſ. hodie tamen.vol. 2. & rurſum in conſil.85.volum.5. quem refert, & ſequitur Marantha in ſuo ſpeculo, folio vltimo.nu. 63.verſ.Item circa materiam huius aſſerens, quòd
85 nulla exceptio † requirens altiorem indaginem, quæ ex proceſſu non patet, & quæ in continenti probari non poteſt, impedit executionem ſententiæ, quod & colligitur ex dictis doctorum in l.4.§. condemnatum.ff.de re iudicata.

Idẽ docuit Iaſon in dicto §.condemnatum, nu. 18.ver. Tertia concluſio Bar. qui rurſum idem confirmauit in conſil.ſuo 85.volu.1.per totum, quem citat, & ſequitur Ant.Gabriel. in tract.conclu.lib. 7.titu.de criminalibus, concluſione 6.nu.17.verſi. & propterea exceptio falſitatis, Idem docuit Lanfrancus de Oriano in ſua eleganti repet.cap.quoniam contra, titu.exceptiones, num.13.verſ.ſi autẽ exceptio nullitatis.de probat. Vbi præciſis iſtis vtitur verbis, videlicet. Si autem exceptio nullitatis requireret altiorem indaginem: ita quòd nullitas nõ eſſet euidẽs: ita quòd oporteret fieri ſtrepitum

pitum

pitum in iudicio:tūc bene poteſt opponi talis ex-
ceptio nullitatis,ſed non impeditur ſententiæ exe
cutio.Imò fiet executio,& poſt de nullitate cogno
ſcetur,& ſi reperitur ſententia nulla : reuocabitur
executio per tex.ad litteram,in l.ſi cum nulla. ff.
de re iudic.& ita docuit Bal.in dicta Auctẽ,Quę
ſupplicatio.C.de precibus Imper.offer.& Ang. in
l.1.C.quando prouocare non eſt neceſſe,& in l.fal
ſam.C.ſi ex fal.inſtrum.& ratio eſt hęc,cùm enim
executio ſententię debeat eſſe ſummaria,& in exe
cutione per conſequens iudicium debeat eſſe ſum
marium,vt in l.2.C.de Carbo.edicto. & in l.a di-
uo Pio.§.ſi ſuper rebus.verſic.exequuntur. ff.de re
iudic.& in iudicio ſummario non poteſt ventilari
86 aliqua exceptio,† quæ requirit altiorem indagi-
nem , vt docet text.in l.4.§.Idem ſubiunxit.ff.ad
exhiben.& in l.Ille à quo.§.ad tempeſtiuum.ff.ad
Trebell.inde apertiſſimè ſequitur, quòd exceptio
nullitatis requirens altiorem indaginem non po-
terit impedire executionē ſententiæ latæ.hęc Lan
francus,vbi ſupra.Idem docuit Vantius in ſuo ele
ganti tract.de nullitatibus.tit.quor, & quibus mo
dis,num.30.verſ.ſed ſi nullitas incidenter:arguen
do tamen ex verbis eius ibi à contrario ſenſu:cùm
dixerit,quòd nullitas incidenter propoſita, ſcili-
cet per modum exceptionis:ſi altiorē indaginem
non requirat,conſueuit impedire executionem ,
quaſi tacitè dixerit , quod ſi altiorem requireret
indaginem nullo pacto impediet executionē ſen-
tentiæ,contra quam fuiſſet propoſita.

Amplia,& ſecundò dicta in præcedenti limita-
tione , dicendo ipſa locum etiam habere quando
latæ eſſent tres conformes ſententiæ,ſuper eodem
articulo , etſi non ſucceſſiue,quia indiſtinctè exce
87 ptio † nullitatis non impediret,& ſi reſeruetur po
ſtea ſibi ius agendi de nullitate earum in iudicio
poſtea ordinario intentando per victum,vbi ſi ob
tinuerit contra victorem reſtituentur ei omnia ſi-
bi aſſignata per virtutem executionis talium ſen-
tentiarum . Hęc ampliatio probatur triplici me-
dio:primo enim per text.apertiſſimum in clem.1.
de ſent.& re iudic vbi hęc habentur,videlicet.[vt
calūnijs litigantiū occurratur is,qui in beneficia
li,vel alia quauis cauſa tres cōtra ſe in petitorio,
vel poſſeſſorio ſententias reportauit,ad agendum
de nullitate ipſarum,vel alicuius ex eis nullatenus
admittatur , donec huiuſmodi ſententiæ plenariè
fuerint executioni mandatæ:ſimiliter ſi ille,cōtra
quem tres ſententiæ diffinitiuæ latæ fuerint,ab in-
terlocutoria vel grauamine antè prolationem ip-
ſarum,vel earum alicuius ſe appellaſſe, & cauſam
appellationis huiuſmodi adhuc pendere propo-
nat,ſententiarum prædictarum executionem tali
prætextu nolumus impediri. Quæ ad cauſas quali-
tercunque etiam per appellationem pēdentes, du
ximus extendenda .] hæc ibi. Idem probatur per
argum.in clem. vnica, in fine , de ſequeſtrat. poſſ.
vbi hęc habentur,videlicet.[Ad compeſcendas li-
tigantium malitias,diffinimus,vt una contra poſ-
ſeſſionem diffinitiua ſententia ſuper beneficio a-
pud ſedem apoſtolicam duntaxat, in petitorio ,
vel poſſeſſorio promulgata,beneficium ipſum (e-
tiam ſi dignitas,vel perſonatus exiſtat,& curā ha
beat animarum,à poſſeſſore huiuſmodi(dū tamen
triēnio pacificè antea ab eo poſſeſſum non fuerit)
per loci ordinarij apud aliquam perſonam ido-
neam ſequeſtretur , quæ plenam de ipſo, & debitā
curam gerens,id quod de fructibus ipſius (debitis
eiuſdem ſupportatis oneribus)ſupereſſe contige-
rit,illi reſtituat,qui finalem in cauſa victoriam ob
tinebit.Si quis autem ſequeſtrationem huiuſmodi
impedire,vel fructus ſequeſtratos pręſūpſerit oc-
cupare, excōmunicationis ſententiā ipſo facto in
currat, à qua(niſi impedimēto priùs amoto,& oc
cupatis per eū fructib. reſtitutis)nullatenus abſol
uatur.Et nihilominus ſi de litigantibus fuerit,à iu
re (ſi quod in huiuſmodi beneficio,vel ad ipſum
forſitan competebat eidem) hoc ipſo ſe nouerit
cecidiſſe . Præmiſſis nedū circa futura,ſed etiam
circa (per appellationem)pendentia negotia ob-
ſeruandis: Non obſtante ſi contra præfatam ſen-
tentiam de nullitate forſan opponatur.] hæc ibi:
Dixi probari præſentem ampliationem per arg.
in dicta Clem.vnica in fine:quoniam ex fine eius
iuncto toto contextu verborum ipſius apertiſſi-
mè elicitur,quòd non ſolùm executio ſententiæ
trinę conformiter latę non impeditur : verùm e-
tiam nec executio vnius ſentētiæ,& ſi opponere-
tur de ipſius nullitate:ſi ergo executio vnius ſen-
tentiæ non impedietur propter exceptionem nul
litatis contra ipſam oppoſitam , quanto minus
impedietur executio trium conformium ſenten-
tiarum .

Probatur & ſecundò Doctorum auctoritate .
Nam glo.in dicta Clemē. prima in verſicul.nul-
latenus,verſic.donec,& in verſi.plenariè,de ſent.
& re iudic.vbi infraſcriptis precìſis verbis ſe ſub-
ſcripſit pręſenti ampliationi,videlicet. Per hanc
litteram videtur,quòd ſi non petat victor execu-
tionem,per modum tamen exceptionis repelle-
re poterit de nullitate agentem:vltrò ergo ſe of-
ferat executioni,& ſententijs pareat,ſi de nullita
te vult agere,vt in cap.cùm dilectus, ext.de ordi.
88 cognit. Nam facta † executione poterit agere,&
ſi obtinebit in cauſa nullitatis , obtinebit etiam
reuocationem executionis, vt in cap.ſuſcitata ,
ext.de reſtitu.in integrum,& in auctẽn.ſupplica-
tio.C.de precib.Imper.offer.& per ver.plęnariè,
inſertum in Clem.1. ſupradicta patet, quòd non
facta executione etiam minimè partis eius,quòd
pronunciatum fuit,impedietur agens,vt in cap.
reintegranda.3.q.1.Idem docuit Panor.in dicta
Cle.1.de re iudic.num.5.& 6.ſequens ad verbum
ſupradictam ſententiam gloſ. Idem docuit Feli-
nus,in cap.eam quę.colum.2. in verſ.& ideo di-
cta clem.1.requirit,ext.de ſent.& re iudic.vbi in-
terpretando dictam clem.1.dicit ipſam clem. re
quiri tres ſententias coformes, vt excludat volen
tem dicere de nullitate ad impediendam execu-
tionem , & loquitur quando quęlibet ſententia
germinat eandem nullitatem. Imò etiam poſt e-
xecutionem ſententię poterit dici de tali nullita
te quandocunque,vt docuit Bald.in c.ſępe.colu.
pen.ext.de appell.& Salicetus in l.ſi pręſes quaſi
deſertam.C.quomodo,& quando iud. Idem do-
cuit Bald.in l.ab executore.num.8.verſ.Adde. C.
quorum appel.non recip.& idem in l.vnica . nu.
2.verſ.ex hoc pono.C. ne liceat in vna ead.cauſ.
&c.Idem docuit Ange.in l.de pupillo.§.qui opus
ff.de oper.nou.nunc.quem refert,& ſequitur Alc.
ibidem.num.3.verſ.in glo.in verſ.nunciare,circa
medium,qui Alex.id ipſum apertius docuit in l.
4.§.condemnatum,n.6.ver.cuius dicta limita pri
mo,ff.de re iudi.aſſerens id ipſum docuiſſe Old.
in conſil.350.incip.Quòd litteræ exequantur, &
Imo.in dicto §.de pupillo, & in l.ſi expreſſim , in
duobus

duobus locis.ff.de appell. vbi allegat decis.Rom.
in l.si verò.§.de vito.ff.soluto matrimonio,qui Ro
manus idipsum rursus docuit in suo singul. 287.
incip.Clem.vt Calumnijs,de re iudicata. Idē do-
cuit Iason in d.§.coodemnatum.oum.15.versi.se-
cundo priocipaliter limitat.Idem docuit Lanfran
chus de Oriano in sua eleganti repet.c.quoniam
contra.ext.de probat.in titu.Interlocutoriæ,&ap
pella.num.72.vers.vnde non obstat,sequens supra-
dictam sententiam Bald.his præcisis verbis vtens,
videlicet. Bald. ex præmissis dat not. intellectum
Clem.vt calumnijs,de sent.& re iudi.dicens,quòd
vbi est lata tertia sententia † super eodem capitu
89 lo coofirmatoria, non potest opponi nullitas ad
impediendum executionem:imò nō obstante ex-
ceptione nullitatis fiet executio, & postmodum
cognoscetur de nullitate.hæc ibi. Idem latiùs do-
cuit Sebastianus Vantius in suo eleganti tract.de
nullitatibus.titu.quoties,& intra quod tēpus,&c.
num.3.4.5.6.& 7.idipsum docuit addens, quòd
præsens nostra ampliatio probetur, quoque vsu &
stilo Romanę curiæ in signatura Sanctissimi Domi
ni Papæ,quem seruari ibi vidit,eò quòd ibi rescri
pta super nullitatibus post tres conformes rarissi-
mè conceduntur absque appositione clausulæ(sine
pręiudicio trium conformium,aut priusquam de
prætensis nullitatibus aliquid gustauerint) & hoc
ne pretextu dictatum nullitatum,debitæ executio
nes impediantur.In eadem curia aliud etiam con
sueuit adhiberi remedium, videlicet quòd causa
pro parte illius,qui sententias contra reportauit,
super assertis nullitatibus attentatis, seu in inte-
grum restitutione,commissa (prout etiam sæpius
ad impediendam executionem fieri vidi, inquit
vbi supra Vantius) pro parte obtinentis sententias
solet obtineri aliud rescriptum,vt iudex nullitatis
præfixo aliquo breui,& perēptorio termino,(eius
arbitrio moderando) ipsi aduersario ad prætensas
nullitates,attentata,vel quod sibi de iure compe-
tat restitutio,probandum, & deducendum,dicto-
que termino elapso:& quod non releuet,non pro
bato,ad ulteriorem, ac fioalem dictatum senten-
tiam,ac rei iudicatæ executionem,partibus iusti-
tiam ministrando, procedat, &c. & in vim hu-
iusmodi rescripti pręfixo ipsi aduersario termino,
si de assertis nullitatibus non constiterit,idem iu
dex potest,ac debet sententias,ac iudicatum exe
qui,& talis est Romanæ curiæ stilus, prout etiam
attestatur Cassad.decis.4.in fine,sub titu. de caut.
poss.& propr.pro quo facit tex.in l.Titia.ff.de ac-
cusa.& in l.diffamari.C.de inge.& manu.Idē pror
sus omniom nouiss. docuit Antonios Gabr.in suo
eleganti tract.conclusionum.lib.2.titu.de execut.
rei iudi.conclu.prima num.1.& 2.dicēs. Post tres
90 conformes statim fit executio,†nō obstante qua-
cunque nullitatis exceptione, vt in Clem.1.de re
iudic.& propterea dicitur vacare beneficium per
obitum illius,qui reportauit pro se tres sententias
cōformes,etiam si non sit facta executio, vt etiam
docuit Ruin.consil.79.colum.1.& seqnenti vol.3.
Idem docuit Aug.Berōus in cons.104.nu.4.ver. &
nullitas sententiæ.vol.3.

Probatur & tertiò pręsens ampliatio hac ratio-
91 ne.Cùm enim nullus debeat locupletari † cum a-
liena iactura vel iniuria,vt in cap.locupletari, de
regu.iur.in sexto,& nemo sine culpa sit puniēdus,
vt in cap.sine culpa, inde sequitur verissimam fuis-
se præsentem ampliationem: quoniam aliàs ca-
lumniosus reus locupletaretur cū maxima iactu
ra,& iniuria actoris,si post tres conformes senten
tias non esset cogendus ad patiendam executio-
nem ipsarum sententiarum, cùm indè proculdu-
bio ipse victor maxima pœna sine propria culpa
afficeretur: si post tot labore,& impendia facta in
obtinendo illas ludibrio esset habendus ac contē
ptui non solùm à victo calumnioso, verum etiam
à circunstantibus idipsum animaduertentibus,
quod vtique vergere in maximum detrimentum
boni publici non est qoi non animaduertat. Qua-
propter meritò communiter doctores hanc no-
stram amplexati fuerunt præsentem conclusionē.

Amplia primò pręcedentem ampliationem se-
92 cundam,dicendo ipsam habere locum † non so-
lùm in causa profana, verum etiam si fuerit eccle
siastica, siue spiritualis, siue quasi spiritualis, siue
criminalis, siue mixta, & hoc intellige, siue in
petitorio, siue in possessorio,& de causa crimina-
li, intellige, vt iofra dicetur in limitationibus in-
fra afferendis: Hæc prima ampliatio probatur tri
plici medio: Primo enim per apertissimum text.
in Clem.1.de re iudic.in præced.ampliatione re-
censita ad verbum.ibi [is,qui in beneficiali, vel
alia quauis causa tres contra se in petitorio, vel
possessorio sententias reportauit.] hæc ibi. Pro-
batur & secundò doctorum sententia. Nam idip-
sum docuerunt infrascripti doctores, videlicet.
glo.in dicta Clem.1.in vers.Quamuis,& in versic.
possessorio. Idem docuit ibidem Card.in 2.quęst.
Idem docuit Imola ibidem col.4.super glo.2.Idē
docuit Pet.de Anch.ibidē in not.2. Idem docuit
Barbat.ibidem colum.6.Idem docuit ibidē Pan.
in principio sequens dictam glo.in vers.Quāuis.
Idem docuit Antonius Gabr.in tract. conclu.lib.
2.titu.de execut.rei iudic.conclusione prima,am
pliatione prima,nu.3.

Idem ex Legistis docuit Bald. in l.vnica nu.2.
vers.sed ius canonicum,C.ne liceat in vna eadem
que causa,&c.dicens, quod ius canonicum in Clem.
1.de sent.& re iudic.statuerit, vt calumnijs liti-
gantium obuietur,quòd post tres diffinitiuas,vel
interlocutorias, aliàs exequibiles in petitorio,
vel possessorio laras ab agēdom de nullitate,reus
93 †nullatenus admittatur, donec huiusmodi senten
tiæ plenariè fuerint executioni mandatę,subdens
ibidem ipse Bal.in num.3. Secundò nota litterā,
quæ dicit in petitorio, vel possessorio, quòd licèt
legistę dicant,quòd in possessorio nō appellatur:
tamen potest intentari nullitas: verùm est,quòd
ius canonicum modificat hoc,scilicet facta priùs
totali executione trium sententiarū: hæc ibi Bal.

Probatur præsens ampliatio, & tertiò hac ra-
94 tione. Cū regula iuris sit,quòd odia† siot restrin
genda,fauores verò ampliandi,vt in cap.odia.de
regu.iur.in sexto,cum suis concordantijs,& dicta
constitutio Clem.1. sit fauorabilis implicitè di-
ctas causas continens, eo quòd ibi dicatur [is
qui in beneficiali,vel alia quauis causa.] inde se-
quitur,quòd dicta cōstitutio comprehendat, &
supra nominatas causas,per extensionem comprę
hensiuam.

Amplia & secundò singulariter dictam secun-
dam ampliationem, dicendo illam etiam habere
95 locum † etsi dictę tres sententię non sint omnino
conformes quoad omnes articulos, & capitula
principalia ipsorum, dummodo sint saltem in ali
quibus articulis, seu capitulis contentis in illis,
quibus

quibus dictæ tres sententiæ sunt conformes. Nam tunc etiam ipsæ demandabuntur executioni, non obstante nullitate opposita contra eas. Hæc ampliatio probatur triplici medio. primò per arg. in cap. Raynutius, ext. de testamentis, vbi sententia lata à iudice continens plures articulos, quoad nonnullos articulos fuerat infirmata, & quoad alios confirmata ab Innocétio Tertio. Idem probatur per argum. in c. Raynaldus, ext. eod. vbi Gregorius Nonus, idem statuit. Dixi probari præsentem ampliationem per argum. in dictis iuribus: quoniam etsi explicitè præsens ampliatio nô contineatur, benè tamen ipsius veritas ex ipsis elicitur, eo quòd ibi fuerit decretum ac confirmatum, quòd poterit eadem sententia continens plures articulos, seu separata capitula, pro aliquo contra aliquem insimul ferri: si ergo hoc fieri poterit: consequens erit, quòd stante constitutione dictæ clemen. 1. de sent. & re iudic. sententias tres côformes, & si non quoad omnes articulos ibi contentos executioni mandabuntur, non obstante nullitatis earum oppositione, quoad illos, in quib. sunt sententiæ vniformes: cùm eadem omnino ratio erit in ipsis articulis, in quibus quis tres côformes sententias pro se recepisset, quando huiusmodi sententię plures continuissent articulos separatos & diuersæ rationis, & in vno articulo in iudicio intentato contra aliquem, si conformes tres sententias indè super illo pro se obtinuisset, vt patet ad sensum, quod & tacitè videtur innuisse textum in dicta cle. 1. cùm ibi (vt ex tenore ipsius ad uerbum supra relato in dicta præcedenti ampliatione secunda apparuit) nulla fiat mentio de articulo vno, vel pluribus contentis in qualibet sententia, ex tribus conformibus, eo quòd negari nullo pacto posset identitas rationis in vtroque.

Probatur & secundò doctorum sententia præsens ampliatio. Nam glo. in dicta clem. 1. in versi. alicuius ex eis. hæc notatu digna protulit verba, videlicet. Hoc intelligo, quando simpliciter in secundo, & tertio iudicio confirmata est prima sententia, etsi diuersa continebat capitula, vel vnum separabiliter, licèt in parte fuerit infirmata: tamé quoad illa capitula, vel partem, in qua, vel in quibus confirmata fuit primò, & secundò: dicam hoc locum habere, & in alijs non exemplum patet in cap. Raynutius, & in cap. Raynaldus. ext. de testamentis: hæc glos. illa. Idem docuit Pan. in dicto cap. Raynaldus. num. 6. not. 6. his præcisis verbis vtens (ex quibus elicitur quoque quod diximus interpretando dicta iura) videlicet. Nota sextò, quòd vbi libellus † continet plures articulos, sen-
96 tentia potest esse pro parte condemnatoria, & pro parte absolutoria. Item nota, quòd hoc casu potest quis approbare sententiam respectu articuli facientis pro se, & respectu alterius facientis contra, appellare, & sic nota tu bonam practicam appellandi, † vt quis approbet sententiam, quate-
97 nus facit pro se: quatenus verò contra se ab ea appellet. Nam tot videntur sententiæ, quot sunt articuli. Hæc ibi Pan. Idem docuit Car. in dicta clem. 1. in opposit. Idem docuit Bonifacius ibidem super septimam glo. colum. 2. in fin. Idem Marianus Socinus iun. in consil. 45. colum. 5. volum. 1. Idem Alex. in consil. 77. colum. 1. volum. 2. Idem docuit Aimo. in cons. 183. colum. 1. Idem docuit Decius in consil. 385. in principio in vers. facit quod notat: his præcisis verbis vtens, videlicet facit quod notat Car. post Zen. & Guil. de Montelan. in clem. 1. in principio post glo. ibi in vers. alicuius. Vbi tenent, quod dispositio illius Clem. quę loquitur de tribus sententijs latis in eadem causa: procedat etiam in sententijs, quæ non essent in totum conformes: quia in eo, in quo conueniunt, & sunt côformes dicta clem. debet obseruari. Idem tradit Andreas Siculus in cons. 10. incip. Mihi videtur aperto iure. colum. 3. lib. 1. sic ergo statutum, de quo agitur (subdit ibidem Decius) dum prohibet appellationem, si duæ sententiæ conformes sint, intelligi debent, siue sint conformes in totum, siue pro parte: quia pro illa parte, in qua conueniunt, habebit locum statutum, vt appellari non possit, hęc ibi Decius. & quòd tot dicantur latę séntétiæ, quot capita separata in sententia aliqua reperiantur, docuit quoque Aug. Berous in cons. 110. n. 20. vers. quia tunc tanquam duę. volum. 3. Idem docuit Ant. Gabr. in tract. de concl. 69. lib. 2. titu. de executione rei iudicatæ. conclusione prima, nu. 5. vers. secundo amplia. etiam si non sint tres omnino conformes.

Probatur & tertiò præsens ampliatio hac ra-
98 tione. Cùm enim vbi eadem ratio † reperiatur, idem prorsus dicatur esse & ius. Inde consequens fit vt vera sit nostra ampliatio, eo quòd tot esse sententias latas dicatur, quot capita separata in vna eademque séntétia reperiatur. Cùm ergo eadem sit ratio, inde sequitur, quòd de dispositio de triplici conformi sententia, contra quam obiecta reperitur exceptio nullitatis, dispositum intelligatur de tribus conformibus capitulis contentis in tribus sententijs, etiam si alia ibi capitula in aliqua illarũ contineantur, quæ aduersantur victor. Sub limita secundò singulariter quę dicta fuerunt in dicta limitatiqne tertia ampliationis secúdæ, dicendo ea solùm habere locum, quando senten-
99 tia diffinitiua lata fuisset † nulla, vel iniusta alia de causa, quàm propter ineptitudinem libelli: quia tunc is, contra quem illa lata fuisset, poterit adire superiorem latoris ipsius pro eius reuocatione, reformatione, seu noua pronunciatione, seu declaratione nullitatis ipsius: sed si nullitas sententiæ processisset ex nullitate actorum exorta solùm ex ineptitudine libelli super quem lata fuerat dicta sententia: eo quòd ipse non côcludebat ius agendi: tûc nullo pacto posset adire superiorem pro ipsius reuocatione, sed solùm iudicem ordinarium (qui tulerat ipsam sententiam sic de iure nullam supradicta de causa) ipsique præsentádo libellum aptum, denuo poscédo ab eo vt à principio ipsam causam examinet, formando alia acta de iure valida, prout latius probauimus fore faciendum in pręcedenti limitatione, ad quam lectorem remittimus, & tali pacto erunt intelligéda, quæ attulimus ibi ex Bar. & alijs ibidem recensitis ad verbum, includendo tamen quę hic diximus. Nec obstat præsenti limitationi text. in l. fin. ff. quod cum eo. Vbi dicitur iudicem appellationis posse supplere defectum iudicis à quo: quia hoc solùm verificatur (vt docuit Bald. in l. 2. num. 45. vers. quartodecimò quæro. C. de rescind. vendir.) quando processus non esset ineptus, seu nullus, etsi nô negemus, quòd si adeatur superior, quòd tunc ille posset declarare sententiam sic latam esse de iure nullam, constito coram ipso de illius nullitate propter talem ineptitudinem libelli. Hęc sublimitatio sic declarata probatur per argumentum, in c.

Cùm

Cùm dilecti.§.fi.ext.de empt.& vendit. vbi Alex.
III. his præcisis verbis vſus fuit, videlicet.[Quin
verò arbitrio emptoris eſt ſi velit ſupplere iuſtũ p̃
ciũ,aut venditioné reſcindere,cũ res minus dimi
dia iuſti pretij cõparatur: ſententiam ipſam tan-
quam iuri contrariam irritantes,poſſeſſioné mo-
nachis iudicauimus eſſe reddendam , ſalua quæ-
ſtione Canonicis ſuper deceptione pretij,vel con
ſenſu,capituli in venditione non habito,& alia ra
tionabili cauſa,quam Canonici cõtra monachos
duxerint proponẽdam:]hæc ibi, Dixi probari pręſentem limitationem per argum.in dicto §. quo-
niam, etſi explicitè inibi non contineantur om-
nia verba contenta in præſenti limitatione:benè
tamen implicitè , cùm ex ipſo eliciatur apertiſ-
ſimè veritas ipſius, eò quòd iccircò ibi Papa caſſa
uerit ſententiam illam iuri contrariam, quia fun
data fuerat ſuper proceſſu, de iure nullo, propter
ineptitudinem libelli,cùm petitum ſuiſſet in ipſo
alterum pręcisè ex duobus alternariuè obligatis,
& idcircò non ſolùm huiuſmodi ſentẽtiam decla
rauit nullam, verùm etiá & proceſſum, ſuper quo
fundabatur,& idco ſubdidit ibi hæc verba, vide-
licet[ſalua quæſtione Canonicis ſuper deceptio-
ne pretij, vel conſenſu capituli, contra monachos
duxerint proponendam:]ex quibus patet ipſum
Papam annullaſſe proceſſum tribuendo implicitè
auctoritatem iudicis ordinarij inchoandi alium
proceſſum ſuper eodem negotio, ſi id poſtulaſſent
partes ſibi denuò iudicium fieri, pront etiam om
nes infraſcripti doctores intellexerunt, & videtur
elici ex cap.2.iuncta glo.in verſic. ſignificantibus
ext.de libelli oblatione, & ibi per doct.vbi com-
100 muniter dicunt,quòd de validitate libelli†requi
ritur, vt in eo exprimatur cauſa propinqua, ꝓpter
quam aliquid ibi petatur.Idẽ probatur per argu.
in cap.examinata,ext.de iudic.

Probatur & ſecundò præſens limitatio docto-
rum infra ſcriptorum auctoritate. Baldus enim in
l.actori.nu.5.verſ.quæro nunquid. C.de reb.cred.
ſi cert. petar. dicens , quòd ſenrentia lata ſuper
libello inepto eſt ipſo iure nulla, nec oritur ex ip
ſa actio in factum, vel officium iudicis prout gloſ.
ſingul.quæ(ſecundum eum)non eſt alibi in mun-
do. in inſti.de obl.in principio, incip.iſtud. Idem
rurſus ipſemet Bald.repetijt in l.1.num.8.verſic.
octauò quæro.ff.de iuriſdict.omn.iudic.in prima
ſua lectura, dicens, quòd ſententia lata ſuper libel
lo inepto, etiam ſi in actis ſuiſſent deductæ proba
tiones aptæ, eſt ipſo iure nullo in tãtùm quòd nec
iudex poſſet ſupplere pro agente ex actis proba-
torijs, niſi iuxt. Abbatem, & cap.Piſanis, ext.de re
ſtitu.ſpoliat.ſuppleat ex confeſſione partis per di
ctum c.Piſanis, & idem dicit de exceptione ine-
pta, quamuis probatio fuiſſet apta , vbi deſidera-
tur exceptio, vt in l.1.§.Labeo.ff.de flumini.& in
Clem.conſtitutionem, de elect.& in l.ſi vnus.§.pa
ctus ne peteret, in glo. in opponendo de pactis, &
eſt glo.not.in cap.vbi pactum, de tranſactio.hæc
Bald.vbi ſupra, qui idipſum adhuc breuiùs con-
firmauit in l.licet in principio, num.7.ver.vlteriùs
quæro, C.de Procura.ſequens Iac.de Butr.& gloſ.
prędictam vnà cum tex.in d.cap.cùm dilecti, & in
cap.examinata, extr.de iudicijs, & rurſus idẽ Bal.
in l.2.num.45.verſic.quartodecimò quæritur . C.
de reſcindenda vendit.his præciſis verbis vtens ,
videlicet. Pone, quòd vna eccleſia vendit alteri ec
cleſiæ, vel alteri pio loco , nunquid habeat locum
hæc lex? Reſp.ſic, vt in cap.Cùm dilecti. Vnde non
101 poteſt eccleſia†vendens dicere contractũ nullũ,
dũ tñ forma ſit ſeruata, & ſi diceret contractũ nul-
lum, libellus eſſet ineptus, & ſi ſuper eum ſit pro-
nunciatum pro agente officium iudicis appella-
tionis, tenetur caſſare ſentẽtiam , tanquam latam
ineptè, reſeruato iure aptè agẽdi:text.eſt ibi not.
102 & melius inſtruens iudicem appellationis, †quę
ſunt partes eius , quando proceſſus eſt ineptus ,
quam aliquis text.qui ſit in iure:nec habet locum
l.fin.ff.quod cum eo, vbi iudex appellationis ſup-
plet defectum iudicis à quo:quia hoc eſt verum ,
niſi proceſſus ſit ineptus, quod tene menti . Hæc
omnia ipſe Bald.vbi ſupra, qui idipſum breuiori-
bus verbis confirmauit in authen. ſi quis litigan-
tium.not.2.C.de Epiſcopali audientia, dicens at-
tendendum fore an proceſſus fuerit ritè factus, vel
libellus ritè conceptus, vt in c.cùm dilecti extr.de
empt.& vendit.vbi eſt not.tex.hęc Bal.vbi ſupra.
Idem docuit Pan.in dicto cap. cùm dilecti.nu.3.
& 4.in verſ.not.3.vbi infraſcriptis vſus ſuit verbis
videlicet. Nota tertiò, quòd ineptitudo libelli po
teſt opponi etiam poſt ſententiam , & in hoc vi-
detur iſte tex.not.quod intelligo, quando talis eſt
ineptitudo libelli, quæ non concludit ius agendi,
nec ſuper eo ſententia rectè firmari poteſt : ſecus
autem eſt, quando libellus eſſet ineptus ex nimia
generalitate, vt legitur, & notatur in cap.Abbate
ſanè.de ſent.& re iudic.lib.6.Nota, quòd in cauſa
103 appellationis , †vel iudicio nullitatis ſuperior
iudex non reformat ſententiam inferioris, ſed ſim
pliciter pronunciat eam nullam, conſtito de nulli
tate. Hinc enim Papa aditus per viam appellatio-
nis, vel nullitatis, ſimpliciter pronunciauit ſenten
tiam nullam, nec reformauit illam dando empto
ri arbitrium ſupplẽdi iuſtum pretium, vel rem re
ſtituere . Nam iſte text.procedit, quando ex to-
to eſt nullus, ſicut hic erat propter ineptitudinem
libelli , dum petebatur præcisè alterũ ex duobus
alternatiuè obligatis: ſecus vbi proceſſus valuiſſet
& ſententia fuiſſet tantùm nulla, vel iniuſta, quod
benè nota, ex quo (ſubdidit Pan.ibidem) infero,
quòd ſi iſti actores petijſſent rem reſtitui , vel iu-
ſtum pretium ſuppleri, & iudex cõdemnaſſet prę
cisè ad reſtitutionem rei : ſuperior in iudicio ap-
pellationis, vel nullitatis reformaſſet ſententiam,
dando emptori facultatem, prout petebatur in li
bello. hæc Pan.vbi ſupra, & nota tu, quòd in termi
nis huius vltimi caſus loquitur ipſe Pan. quando
in c.cùm Ioannes, in fine ext.de fide inſtrumen-
torum vſus fuit his verbis, videlicet. Ad prædicta
vide Bart.in l.ſi expreſſim.ff.de appellat.vbi dicit
quòd cauſa nullitatis deuoluit totam cauſam ad
iudicem , vnde poterit iudex in cauſa nullitatis
104 †reformare ſententiam, ſicut in cauſa appellatio
nis, hęc Pan. Quà propter hęc vltima non ſunt con
tra ijs, quæ primo loco dixerat Pan.vbi ſupra, in
dicto cap.cùm dilecti, cùm ſint diuerſa , & ſolùm
confirment, quę vltimo loco dixerat, prout ſupra
recẽſuimus, & idem dico de his, quæ Pan.docuit
in cap.in litteris, num.5.ſequens Bart.in dicta l.ſi
expreſſim , aſſerentem, quòd ſicut appellatio dat
poteſtatem ſuperioris iudicis ordinarij ad quem
recurritur pro reformatione ſententiæ latæ à iu-
dice ordinario inferiori, ſic nullitas ſententię de-
uoluit iuriſdictionem reformandi ſententiam la-
tam ab inferiore ordinario ad ſuperiorem . Idem
docuit Felinus in dicto c.in litteris. colum.pen.
num.5.

in quibus eſt error, & videtur error eſſe in ſen-
tentia, vt in l. in ſententia. C. de ſenten. quæ ſi-
ne cert. quantita. & in l. ait Prætor. §. 1. ff. de re
iudicat. Aut ſententia eſt lata ſimpliciter, &
tunc aduerte: quia quædam ſunt acta, ad quæ
de neceſſitate refertur ſententia, vt libellus, vt
in l. vt fundus. ff. communi diuid. Item ſenten-
tia appellationis, de neceſſitate refertur ad ſen-
tentiam primam: quia iudex approbat, vel re-
probat eam, vt in lege eos, C. de appellatio. &
tunc eo caſu ſi in libello, vel in ſententia pri-
112 ma erit error † expreſſus: tunc ſententia ſim-
pliciter lata videtur eundem errorem contine-
re: meritò eſſet nulla, vt in dicta l. prima, ff. quæ
ſenten. ſine appellat. re. Si verò error appareat in
alijs actis, per hoc non redditur ſententia nul-
la, & ita loquitur dicta l. prima, §. primo. Hæc
omnia Bartolus, qui idipſum apertius docuit in
l. prima §. & parui refert, numero tertio, verſicu-
lo iſta gloſa. ff. quod vi aut clam. his verbis præ-
ciſis vtens, videlicet. Dicit ſtatutum, quòd con-
tra inſtrumentum publicum non poſſit opponi,
niſi exceptio falſitatis, & quietationis, & ſolu-
tionis, & nulla alia poſſit opponi: certè debet
intelligi, quòd nulla alia poſſit, ſcilicet friuo-
la. Nam aliæ iuſtæ exceptiones, (Adde tu, vt
eſt exceptio nullitatis reſpectu inepti libelli:)
non videntur per ſtatutum prohibitæ, vt hic cum
ſua gloſſ. pro hoc l. ita pudor, & quod ibi not. per
gloſ. & per Cyn. C. de adulter. pro hoc facit,
113 quando Papa † ſcribit in litteris, appellatione
remota, intelligitur, ſcilicet friuola. Ego in iſta
materia (ſubdidit ibidem Bartolus) ſum con-
ſuetus dicere ſic. Quandoque opponitur exce-
ptio, quòd illud non eſt inſtrumentum publi-
cum, tunc fateor, quòd iſta exceptio poteſt op-
poni: Nam ſtatutum dicit contra inſtrumen-
tum publicum, &c. & ſic ante omnia debet con-
ſtare inſtrumentum eſſe publicum, vt in l. quar-
ta, §. condemnatum. ff. de re iudica. Et ideo con-
tra ſolemnitates inſtrumenti poſſet opponi, vt
ſunt anni Domini. Inditio, vel ſubſcriptio no-
tarij, & ſimilia, quæ not. in l. generali. C. de
Tabulis, libro decimo. Item ſi ſtatutum dicit,
contra inſtrumentum confeſſionatum, vel ſi di-
cit contra præceptum Iudicis, vel contra lau-
dum latum ab Arbitris, &c. poſſum oppo-
nere: non eſt præceptum Iudicis, vel laudum
latum ab Arbitris. Pro hoc facit textus in lege
non ignorat. C. qui accuſare non poſſ. & ita di-
ſputando determinauit Nicolaus Matth. hæc
omnia Bartolus vbi ſupra, ex cuius ſententia eli-
citur apertiſſimè veritas præſentis ampliationis,
cui quoque ſe ſubſcripſit Bald. in l. ſi non ſor-
tem. §. indebitum, numero quarto. ff. de condi-
tio. indebiti. vbi poſtquam confirmaſſet id quod
Bartolus docuerat de ſtatuto præcipiente, quòd
contra inſtrumentum Guarentigiatum nulla ex-
ceptio admittatur, & dixerat nihilominus po-
terat contra ipſum opponi, ſi fuiſſet falſum,
vel non ſolemne. ſubdidit in dicto num. 4. infra-
ſcripta dicens: Sed quid de exceptione pacti?
dico, quòd pactum ſubſequutum perimit ipſo
114 iure, & tunc exceptio † pacti non eſt exceptio
ſtrictè loquendo, prout exceptio diffinitur, quia
non eſt excluſio actionis, & ideo licèt ſtatutum
excludat allegationes exceptionum, non vide-
tur excludere hanc, quæ propriè, & ſtrictè non
eſt exceptio, ſed detectio nullitatis: nam & iudex
in hoc ſupplere debet, vt not. in l. vbi pactum. C.
de tranſact. hæc Bal. vbi ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Extenſio fit quando agitur de pœna vitanda. Amplia-
tur num. 2. Limitatur nu. 3.*
4 *Extenſio quando fit ſi agatur de pœna incurrenda, et
verba legis eſſent ambigua, vel clara, et declaratur
num. 5.*

De extenſione actuum, vt excuſent, vel includent agentes in iuris pœnas.

Quæſtio Sexta.

PRIMA concluſio ſit, quando agi-
1 tur de pœna vitanda † fieri pote-
rit extenſio, ſaltem vt à pœna ex-
cuſetur agens: licèt ante factum
tutius fuiſſet abſtinere à talia,
prout docuit Imo. in lege ſi ve-
ro. §. de viro. columna octaua, verſic. Tertio caſu
principali.

Amplia ſingulariter dictam primam conclu-
ſionem, dicendo ipſam habere locum etiam ſi
2 ſit certa, & fuerint appoſita pœna † in vno capi-
tulo. Nam non videtur in alio repetita, prout
docuit Barto. in l. in teſtamento. ff. de conditio.
& demonſtratio. Bald. in l. cùm pater. §. Pater cer-
tam. ff. de legat. ſecundo. Gloſ. in clemen. ſecun-
da, in verſiculo ſanctioni. de vita, & honeſtate
cleri. & in clementi. fin. de pœnis. gloſ. fin. De-
cius in l. factum. §. in pœnalibus, numero quinto.
ff. de reg. iur.

Limita ſingulariter dictam ampliationem vni-
cam, dicendo illam ſolùm habere locum quando
in alio capitulo aliquid ſimpliciter fuiſſet prohi-
3 bitum, † prout docuit Decius in cap. ſecundò re-
quiris, colum. 3. numero 17. verſic. ſextò ſi pœna.
extr. de appellat. glo. in clemen. 2. verſi. ſanctioni,
ext. de vita, & honeſta. cleric. gloſa fin. (quia ibi-
dem communiter ſequuntur Doctores) in cle-
men. fin. de pœnis. Bartolus in dicta l. in teſtamen
to per illum textum, & in l. multa. ff. de conditio.
& demonſtr.

Secunda concluſio ſit, ſi agatur de pœna incur-
4 renda ex extenſione, † & verba legis eſſent ambi-
gua, & dubia, & poſſent ſe habere ad caſum, de
quo quæritur, & etiam ad alium propter diuer-
ſam punctuationem, vel ſimilem cauſam, tunc ex
identitate rationis fiet extenſio, ſeu intelligemus
generaliter, & indiſtinctè in vtro que caſu. Prout
docuit Imo. in l. ſi uero. §. de viro. ff. ſolut. matri-
monio.

Tertia concluſio, & vltima ſit verba legis quan-
do ſunt certa, & clara, tunc ex maioritate rationis
ſurgere ex vi regulæ cui licet. de reg. iur. in 6. fiet
5 extenſio † cùm huiuſmodi extenſio dicetur potius
paſſiua, quàm actiua, eo quòd fiat per aliã legem,
prout docuit Imo. in l. ſi verò. §. de viro. colum. 9.
vero verba ſunt certa. ff. ſol. matrim.

SVMMARIVM.

1 *Ius limitatiuum extendetur in iisdem casibus, in quibus dictum fuit ius correctorium extendi, & quare, & exemplificatur.*

2 *Ecclesia vtitur iure minoris.*

3 *Episcopus an possit facere conditionem suæ ecclesiæ deteriorem.*

4 *Sumptibus facti a bonæ fidei possessoribus in re, bona fide possessa, sunt eis restituendi, etiam ab Ecclesia.*

5 *Minor etiam postquam excessit 25. annos petere potest restitui vsque ad quadriennium de his, in quibus læsus fuit infra 25. annos.*

6 *Ecclesia læsa an semper possit petere restitutionem in integrum.*

7 *Ius limitatiuum per maioritatem rationis poterit extendi etiã in casu, in quo non potest eius correctorium, etiam si illud limitatiuum esset odiosum.*

8 *Cui licet quod plus, licebit & quod minus est.*

9 *Iura limitatiua principaliter introducta fauore certæ causæ honestæ, & fauorabiles, & non principaliter fauore certarum personarum, an extendantur, & exemplificatur, & quare.*

10 *Iudex in casibus non expressis in iure iudicare tenetur secundum iura exprimentia casus similes, & quare.*

11 *Receptum contra rationem iuris non erit producendum ad consequentias.*

12 *Leges tam communis iuris quàm municipalis tribuentes fauorem relictis in vltima voluntate, extenduntur ad omnia relicta pro anima, & quare.*

13 *Relictum in causam dotis, & alimentorum, dicitur factum fauore honestæ causæ, & gaudet eodem priuilegio.*

14 *Iura limitatiua principaliter non introducta fauore certæ personæ, vel alicuius causæ fauorabilis, & piæ, quæ suadet, alia iura generalia limitari an possint extendi per identitatem rationis, vel per arg. de similibus ad similia.*

15 *Vxor quando constante matrimonio in iudicio repetere dotem suam à viro suo, & a socero, & quare, & quando hoc habeat locum perpulchra reperies decisum.*

16 *Iura limitatiua vtentis dictione taxatiua, permittunt aliquid de se impium, & crudele propter arduam necessitatem, tunc ipsa extendi non poterunt.*

17 *Extendere an liceat iura vtentia verbis taxatiuis.*

18 *Iura limitatiua voluntaria quando talium iurium reddi non posset ratio, tunc non possunt extendi, & quare.*

19 *Legatis conditio protestatiua erit adimplenda quam primum per legatarium poterit, aliàs poterit pro infectis haberi.*

De extensione Legum limitatiuarum.

Quæstio vnica.

Natta cons. 4.57. n. 1. in fine

CVm inter alias leges extendendas connumerauerimus secundo loco iura limitatiua, operæpretium duximus & de ipsis sermonem habere, litteris commendando nonnullas infrascriptas conclusiones, vt facilius ipsæ imprimi possint Lectorum memoriæ.

Prima ergo conclusio sit hæc, in quocunque casu, in quo iura correctoria possunt extendi, multò
1 magis iura limitatiua, † quia multo minus sunt odiosa, quàm correctoria ipsa: Hinc est, quòd omnia iura, & priuilegia loquentia de minoribus, ex quibus limitantur alia iura, extenduntur ad ecclesias propter regulam, in qua habetur, quòd ecclesiæ funguntur iure minorum. Hæc conclusio probatur duplici medio. Primò enim per tex. in cap. auditis. §. nos attendentes, ext. de in integrum restitu. vbi Innocentius Tertius dixit, quòd
2 Ecclesia fungatur † iure minoris: Idem & latiùs docuit etiam Alex. Tertius in cap. 1. extr. de in integrum restitutio. his verbis vtens, videlicet [Requisiuit tua fraternitas, quid agendum sit de possessionibus laicis sub modico censu concessis. Noueris itaque, quòd si ecclesia læsa est, & manifestè apparet detrimentum ipsius (cùm Episcopo
3 eiusdem ecclesiæ conditionem facere deteriorem non liceat, & ecclesia iure minoris debeat semper illæsa seruari) quæ in damnum eius data constiterit, ad ipsius ius conuenit, proprietatemque redire. Prouidendum est tamen, nè si fortè coloni possessiones illas, expensis ac labore suo reddiderint meliores,
4 sumptibus, † quos bona fide fecerunt, debeant defraudari.] hæc ibi. Probatur & secundò auctoritate Doctorum: Nam idipsum docuit glos. in dicto cap. 1. in vers. iure minoris, dicens dic iure minoris facti maioris: nam comparatur minori in hoc: quia sicut
5 minor † postquam excessit 25. annos petit restitui vsque ad quadriennium, de his, in quibus læsus fuit infra 25. annos sic, & ecclesia tantum vsque ad quadriennium petit restitui vbicumque læditur, à tempore læsionis computandum. Et
6 quòd dicit, semper debet illæsa seruari; † illud semper non notat tempus circa eundem contractum, vel circa eandem læsionem, vt de eodem contractu, vel de eadem læsione semper in perpetuum possit ecclesia restitui: absurdum istud videtur, & est contra id, quod legitur in l. fi. C. de Tempor. in integ. resti. vbi dicitur, quòd omnis restitutio infra quadriennium debeat terminari, sed sic debet intelligi illud [semper] idest, quotiescũque læditur illa ecclesia, debet petere restitutionẽ super illa læsione vsque ad quadriennium, & ita si millies læderetur, potest restitui. & ita semper est minor, quia semper restituitur, & restituetur quãdiu durabit in his, in quibus læditur, & sic reuera fungitur iure minoris, & hæc est cõmunis opinio, hæc omnia glo. illa, cuius sententiæ astipulatur, & glo. in c. dicto auditis, in versic. iure minoris. Imò quod docuit dicta glo. hodie docuit text. in c. 1. & 2. de restit. in integrum, in sexto, & ibi omnes Doctores communiter: Nec non & Mattheus Matthesilanus in suo tract. de interpretatiua extensione legum, nu. 26. in vers. hinc descendit.
7 Amplia dicendo quòd iura limitatiua † siue limitantia in casibus (in quibus iura correctoria non possunt extendi) poterunt extendi per maioritatem rationis, etiam si illa fuerint odiosa. Hæc conclusio probatur. Primo n. per arg. in c. plus semper, de reg. iur. i6. vbi hęc habetur, videlicet, [Plus semper in se continet quod est minus.] hęc ibi. Dixi probari per arg. in d. c. plus semper, cùm inde eliciatur, q; iura limitãtia in aliquibus casib. tacitè innuant Legislatores eorũ intẽdisse implicite idipsum docere, quotiescunque affuisset maior, tali ratione

ratione

ratione illa, qua ad talem legem condendam moti fuerint. Idem probatur per argumen. in l. non
8 debet, † cui quod plus est, licet: quod minus est, non licere. Probatur quoque præsens conclusio auctoritate Matthei Matthesil. in suo tractat. de interpretatiua extensione legum, numero 29. in versic. An iura limitatiua. At quoniam hæc eadem regula contenta in præsenti conclusione, quàm latissimè probata fuit à nobis in quæstio. de extensione legum correctoriarum, & pœnalium simul, in conclusione secunda, vnà cum subsequentibus ibidem octo fallentijs, & vnica limitatione octauæ fallentię. Vbi quàmplura iura ac Doctorum sententias attulimus, ex quibus arguendo à fortiori probatur veritas præsentis ampliationis, cùm minus sit extendere leges limitatiuas, quàm correctorias, & pęnales simul, vt supra diximus.

9 Secunda conclusio, Iura limitatiua† principaliter introducta fauore certæ causæ honestæ, & fauorabilis, & non principaliter fauore certarum personarum, vt quia sunt introducta fauore relictorum pro anima, recipiunt extensionem ratione identitatis rationis, seu argumenti de similibus ad similia.

Hæc conclusio probatur duplici medio. Primo per argumen. in l. neque leges, in l. Et ideo: in l. non possunt. in l. nam vt ait Pedius. in l. quod vero, & in l. in ijs. ff. de legibus. Nam in dicta l. neque leges. hæc habentur, videlicet. [Neque leges, neque Senatusconsulta ita scribi possunt, vt omnes casus, qui quandoque inciderint, comprehendantur, sed sufficit ea, quæ plerumque accidunt, contineri.] hæc ibi. & in dicta l. & ideo. hæc habentur, videlicet. [Et ideo de his, quæ primò constituuntur, aut interpretatione, aut constitutione optimi Principis certius statuendum est.] hæc ibi. & in dicta l. non possunt: hęc habentur, videlicet. [Non possunt omnes articuli singulatim, aut legibus, aut Senatusconsultis comprehendi: Sed cùm in aliqua causa sententia eorum manifesta est: is,
10 qui iurisdictioni præest, † ad similia procedere, atque ita ius dicere debet:] hæc ibi. & in l. nam (vt ait Pedius. hæc habentur, videlicet. [Nam vt ait Pedius, quoties lege aliquid vnum, vel alterum introductum est, bona occasio est, cætera, quæ tendunt ad eandem vtilitatem, vel interpretatione, certa iurisdictione.] hæc ibi. & in dicta l. quod verò. Vbi hæc habentur, videlicet. [Quod verò contra rationem iuris re-
11 ceptum † est, non est producendum ad consequentias.] hęc ibi. Dixi probari præsentem conclusionem per argumen. in dictis iuribus. Nam & si ipsa ad verbum non contineatur inibi, benè tamen ex illis elicitur, cùm habeamus ex ipsis posse Iudices leges de similibus ad similia extendendo iudicare eo magis, quòd sumus in materia fauorabili, in qua licet etiam iura correctoria extendere, quod est maius, prout in prima conclusione diximus: & quòd constitutio, ędita in fauorem animę, extendi possit etiam in correctorijs, & pœnalibus, latiùs probauimus, in quęstione secunda, fallentia octaua conclusionis tertiæ, eo magis, quòd odia sint restringenda, & fauores ampliandi, vt in regula Odia. de regu. iur. in sexto.

Probatur & secundò Doctorũ sentẽtia relatorum in dicta fallentia octaua, & Mattheus Matthesillanus in suo tract. de interpretatiua extensione. numero trigesimoquinto, versicul. aut iura Limitatiua sunt.

Corrolarium primum dictæ conclusionis secundæ ex veritate dictæ secundę conclusionis col
12 ligitur, quòd leges † tam communes, quàm municipales tribuentes fauorem in vltima voluntate relictis, extenduntur ad omnia relicta pro anima: quia sunt introducta fauore certæ causæ pię, & honestę, vt est relinquere libertatem: Hoc corrolarium probatur duplici medio, primò enim per text. in l. proximè, in fine. ff. de his, quę in testamento delen. Vbi hæc habentur, videlicet. [Nomen serui, quem liberum esse iusserat, induxit. Antonius rescripsit, liberum eum nihilominus fore, quod videlicet fauore constituit libertatis.] hæc ibi.

Probatur & secundò Doctorũ auctoritate. Nam Barto. in dicta l. proximè. §. nomen serui. dicens, quòd id, quod dicitur in libertate, idem dicendum sit de relictis ad pias causas eadem ratione, & quòd hoc sit multum notabile. Idem docuit Mattheus Matthesil. in suo tracta. de interpretatiua extensione legum. num. 36. versicul. hinc est, quòd leges.

Corrolarium secundum ex veritate dictæ cõclusionis secũdę sequitur, ꝙ l. prima, C. de fideicommiss. quæ fauore certæ, honestę, & fauorabilis causę, & alimentorum inducitur, quòd ex pręstatione triennali inducatur forma obligationis ad soluendum relictum in non solemni voluntate, extenditur ad relictum in causam
13 dotis: † quia relictum dotis est legatum pari fauore, quo legatum alimentorum. argumen. in l. cùm post. §. cum gener. ff. de iure dot. & in lege si cui. ff. de annuis legatis, quod docuerunt Bartolus in lege cùm de in rem verso. columna prima, ff. de vsuris, nec nõ Mattheus Matthesilanus vbi supra, nume. 37. in versic. hinc etiam descendit.

14 Conclusio tertia quãdo iura limitatiua † non sunt introducta fauore certę personę, vel alicuius pię, vel fauorabilis causæ, sed propter aliquam rationabilem causam, quæ suadet alia iura generalia limitari, & tunc talia iura semper possunt, & debent extendi per identitatem rationis, vel per argumentum de similibus ad similia. Hęc conclusio probatur duplici medio. Primo enim per iura allata supra in probationem conclusionis tertię.

Probatur & secundò Doctorũ auctoritate: glos. enim in l. si constante, in principio, in versic. Mariti. Nam etsi in principio dictę l. si constante. dicantur hæc, videlicet [si constante matrimonio propter inopiam mariti mulier agere volet.
15 † Vnde ex actionem doris initium accipere ponemus. Et constat, exindè doris exactionem competere, ex quo euidentissimè apparuerit, mariti facultates ad dotis exactionem non sufficere.] hæc ibi. glo. ergo prædicta infrascriptis vtitur verbis, videlicet Mariti. Quid in soccero, si ipse vergat ad inopiam, & receperit dotem? Hic quidem, vel alibi non exprimitur, nisi de marito vergente ad inopiam, & aliàs generaliter prohibetur agi constante matrimonio, vt in l. cùm notissimi. §. illud. C. de præscript. triginta annorum. Puto tamen idem in soccero, quod in

marito seruari: quia eadem ratio æquitatis interuenit, scilicet, vt mulieri consulatur, vt in l.fina. C. ad l.Falcid. Item quid si maritus, & socer tenentur, & alter tantùm ad inopiam vergat? Respon. secundum has leges, non posse agi constante matrimonio: quia vtriusque, vel alterius bona sufficiunt: & ideo non agitur, vt hic, sed hodie agetur: quia negari non potest cœpisse malè geri res pro dote adstricta: hæc omnia glosa illa, ex quibus patuit ipsam se subscripsisse præsenti conclusioni. Idem prorsus docuit glos. in l.vbi.in versiculo ad inopiam. C.de iure dotium, prout dicta glos. in dicta l.si constante. Idem docuit quoque Barto. in dicta l. si constante, columna quinta, versic. Septimò quæro quid in socero. se subscribens sententiæ dictarum glos. qui Bartolus. ibidem in colum.6. versic. aduerte, aut vult sententiam glos. (dicentis, quòd si maritus, & socer teneantur, & alter solùm vergat ad inopiam) verificari solùm quando maritus, & socer essent obligati tanquam duo rei: sed si essent obligati ambo, non tanquam duo rei: vt puta, quando mulier dedisset vni dotem contemplatione vtriusque, & sic vnus non cogitasset de obligatione alterius, & tunc cùm non sit actum tacitè, nec expressè quòd sint duo rei, propter inopiam alterius non poterit agi contra alium: assignatque ibidem Bartolus rationem diuersitatis, dicens: quando sunt duo rei, debent sibi imputari, quòd obligationem alterius participauerit, vnde eius inopia sibi noceat: quando verò non sunt ambo rei: cùm nihil sibi possit imputari: inde sequitur, quòd alterius inopia nihil debet nocere sibi: vt not. Dinus in capitu. Mora. de regu. iur. in sexto, in fine.

Idem docuit Mattheus Matthesilanus in suo tractat. de interpretatione extensiua legum. num. 39. in versicu. iura limitatiua non sunt. & ratio rationis est, quoniam talis regula traditur, quòd in legibus limitatorijs ex identitate rationis de casu ad casum fiat extensio, prout docuerunt ripa in l.si constante. num.78. ff. solut. matrimo. & ibidem. num.6. versic. Nam in limitatorijs. Iason in l.illam. nu.15. C. de collat. dicens hanc esse communem. Imò. in l.si verò. §. de viro. colum.6. versicul. secundo casu, quando quæritur hanc regulam intelligens de extensione facienda inter easdem personas ad alium casum similem, si dispositio in se sit fauorabilis ex humanitate inducta, vt in lege prima cum glosa sua. C.de his qui aote apert.tab.

Limita primò allata in conclusionibus quando iura limitatiua vtentia dictione taxatiua permittunt aliquid impium, & crudele, propter ne-
16 cessitatem arduam, † vt est lex, quæ permittit quod pater possit vendere filium pro fame, & tunc non debet extendi per eandem rationem, vel argumentum de similibus ad similia. Hęc prima limitatio probatur duplici medio (vltra ea quæ fuerunt allata in limitatione prima fallentiæ primæ conclusionis tertiæ vnicæ questionis de extensione legum correctoriarum, & pœnalium simul.)

Probatur ergo primò per text. in l.quod verò, & in l.in ijs. ff. de legibus. Nam in dicta l.quod verò. hæc habentur, videlicet. [Quod vtrò contra rationem iuris receptum est, non est producendum ad consequentias] & in dicta l.in ijs. hæc habentur, videlicet [in ijs, quæ contra rationem iuris constituta sunt, non possumus sequi regulam iuris.] hæc ibi. Idem probatur per text. in l.quæ propter necessitatem. ff. de regul. iur. vbi hęc habentur, videlicet. [Quæ propter necessitatem recepta sunt, non debent in argumentum trahi.] hæc ibi. Idem probatur per text. in l.si verò. §. de viro. ff. soluto matrimonio, vbi hęc habentur, videlicet [de viro, hæredeque eius lex tantùm loquitur de socero, successoribusque soceri nihil in lege scriptum est, & hoc Labeo quasi ommissum annotat. In quibus igitur casibus lex deficit, non erit nec vtilis actio danda.] hæc ibi. Idem probatur per text. in cap. quæ à iure, & in capit. in argumentum de regu. iur. in sexto. Nam in dicto cap. quę à iure. hæc habentur, videlicet. [Quæ à iure communi exorbitant, nequaquam ad consequentiam sunt trahenda, & io dicto cap. in argumentum, hæc habentur, videlicet. [in argumentum trahi nequeunt, quæ propter necessitatem aliquando sunt concessa.] hęc ibi.

Probatur & secundò Doctorum auctoritate, qui in dictis iuribus idipsum docuerunt. Nec non & Matthei Matthesil. io tracta. de interpretatione extensiua legum. num.40. in ver. quandoque iura limitatiua permittunt aliquid impium. Asserens quoque non fore amplectendam sententiam glo. in dicta l.quæ propter necessitatem, dicentis, quòd pro redimendis captiuis ex necessitate rei sacræ alienatio permittitur, vt in l. quod contra. ff. de regu. iur. Nisi eadem, aut maior ratio esset, vt pro eis alendis, sed melius loquutus fuit Bartolus in l.si constante, colum.8. in versic. ex his ergo. ff. soluto matrimonio infrascriptis verbis, videlicet. Distingue ergo cùm quæri-
17 tur vtrum lex extendatur † ad casum similem rationem habētem. Aut lex est prolata simpliciter, aut in ea sunt verba taxatiua. Primò casu, aut per extensionem induceretur correctio, & non potest, vt in l.præcipimus, in fine. C. de appellatio. Aut induceretur legum declaratio, siue distinctio, & tunc potest fieri, vt hic, & in regula. Quę propter necessitatem. ff. de regul. iur. vt ibi not. Aut in ea sunt verba taxatiua. Et tunc, aut per aliam legem apparet de extensione, & extendimus, vt in lege ob æs. C. de prædijs minor. & in l. serui nomine. ff. de vsucap. Aut per aliam legem non apparet de extensione, & tunc, aut lex est prolata in casu fauorabili, & extenditur, vt in l.illud. C. de Sacrosan. Eccle. Aut in casu odioso, & non extendetur, vt in lege secunda, C. de Patri. qui fil. distr. & quod not. Dyn. in regula. In argumentum de regul. iur. in sexto hæc Bartolus vbi supra, qui in dicto §. de viro idem docens se remittit ea, quæ dixerat in dicta lege si constante, vbi supra. Ex his ergo patuit primò non verificari quod docuerat glos. in dicta l.quæ propter necessitatem: secundò quòd verum sit quod adit Mattheus Matthesilaneus, dicens præsens conclusio verificetur etiam si in dicto iure limitatiuo permittente aliquid impium, non reperiatur apposita dictio taxatiua.

Limita & secundò allata in dictis conclusionibus. Quando iura limitatiua sunt volun-
18 taria, quia Legislator ita instituit, † ita quòd non possit reddi ratio vrgens talis constitu-

ſtitutionis : tunc dicendnm erit, quòd dicta iura non poſſint extendi, vt in l.ſi vero.§. de viro.ff.ſolut.matrim.& facit cap.conſtitutus, & ibi glo.de reg.iur.in ſexto, & bene facit clem.Dudum, de ſepult.Et per hoc benè ſequitur, quòd l. hæc conditio, la picciola.ff.de cond.& demon.quę ſtatuit,
19 quòd in legatis † conditio poteſtatiua debeat adimpleri per legatarium, quàm primùm poteſt, aliàs poteſt pro infecta haberi : quæ tamen lex multum caret ratione vrgenti, non debebit extendi ad contractum factum ſub conditione poteſtatiua, etiam ſi ſit promiſſio facta ex cauſa lucratiua, maximè quia ibi eſt efficacior obligatio propter conſenſum duorum, quæ ſit in relicto in vltima voluntate, & hoc etiam tenuit Bartolus in dicta l. hæc conditio : qui allegat ad hoc.l. ita ſtipulatus.ff.de verb.obligatio.& per hoc ſequitur, quòd lex, quæ voluit, quòd contra quærelam inofficioſi teſtamenti, præſcribatur quiuquennio, vt in l.ſi quis filium, & in l.penulti.C. de inofficioſo teſtamen.extendi ad ius agendi ad ſupplementum pro legitima: & ita tenuit Dominus Nicolaus Mattheus in dicta l.ſi quis, licèt Bartolus ibi contrarium docuerit, & non benè (ſecundum Matheſil.loco infraſcripto) maximè quia ibi nõ eſt eadem ratio. Nam quærela inofficioſi teſtamenti eſt odioſa, quia non reſcindit teſtamentum, vt in l.omnino, & l.quoniam in prioribus. C. de inofficioſo teſtamento : ergo, &c. & pro hoc vltimo facit lege cùm in fundo.§. ſi fundus communis. ff.de iure dot. & quod notat Bartolus in l.1.§.hac actione.ff.ſi quis te.li. eſſe iuſſus.

Item pro prædictis dici poſſet, quòd illa regula Catoniana, quæ videtur multùm voluntariè, & ſine vrgente ratione, facta nõ debeat extendi per eandem rationem, vel per argumentum de ſimilibus ad ſimilia.argumen. in l.fin.ff.de regu. Caton. Hæc omnia docuit Mattheus Matheſil. in dicto tractat.de interpretatione extenſiua legum à numero 41.vſque ad num.45.excluſiuè, & quidem ſunt memoriæ commendanda, cùm ſummoperè deſeruiant interpretationi legum limitatiuarum, vt per ſe patet.

SVMMARIVM.

1 *Lex prouidens in vno caſu extendetur ad alium, ex identitate rationis, & quare.*
2 *Ratio eadem vbi eſt, idem ius eſſe debet.*
3 *Taciti, & expreſſi eadem eſt virtus, & obligatio.*

De extenſione legum non correctiuarum, neque pœnalium, nec limitantium alia iura, ſed ſolum prouidentium in caſibus nouis à iure non prouiſis.

ALLATIS in medium ijs, quæ producenda erant pro intelligentia interpretatiuè extenſionis legum limitatiuarum, ſeu aliarum iurium non correctoriarum, nec pœnalium. Nouiſſimè ſupereſt, vt de quarta ſpecie interpretatiuè extenſionis legum prouidentium ſolùm in caſibus nouis. Cui quæſtioni ſatisfaciemus vnica ſubſequenti concluſione.

Vnica concluſio ſit hęc, licita erit extenſio le-
1 gum † prouidentium in caſibus nouis non prouiſis ab alijs iuribus de caſu inibi expreſſo ad caſum non expreſſum, ſi adſit identitas rationis in caſu non expreſſo, quæ militat in caſu expreſſo : Hęc concluſio probatur triplici medio. Primò enim per text. in l.neque leges, in l. Et ideo. in l.non poſſunt, in l. nam, vt ait.l.non eſt nouum. l. ideo : quia, & in l.ſed, & poſteriores. ff. de legibus. Nam in dicta lege neque leges. Hęc habentur, videlicet. [Neque leges, neque Senatuſconſulta ita ſcribi poſſunt, vt omnes caſus, qui quandoque inciderint, compręhendantur, ſed ſufficit ea, quę plerumque accidunt, contineri.] hęc ibi, & in dicta lege. Et ideo. hęc habentur, videlicet. [Et ideo de his, quę primò conſtituuntur, aut interpretatione, aut conſtitutione optimi Principis certiùs ſtatuendum eſt :] hæc ibi. & in dicta l. Non poſſunt. hæc habentur, videlicet. [Non poſſunt omnes articuli ſingulatim, aut Legibus, aut Senatuſconſultis comprænhendi : ſed cùm in aliqua cauſa ſententia eorum manifeſta eſt : is, qui iuriſdictioni pręeſt, ad ſimilia procedere, atque ita ius dicere debet.] hæc ibi. & in lege nam, vt ait. hæc habentur, videlicet. [Nam (vt ait Pedius) quoties lege aliquid vnum, vel alterum introductum eſt: bona occaſio eſt, cętera, quę tendunt ad eandem vtilitatem, vel interpretatione, vel certa iuriſdictione ſuppleri.] hæc ibi. & in dicta l. non eſt nouum. hęc habentur, videlicet. [Non eſt nouum, vt priores leges ad poſteriores trahantur :] hęc ibi. & in dicta l. Ideo quia. hæc habentur, videlicet. [Ideo, quia antiquiores leges ad poſteriores trahi vſitatum eſt, ſemper quaſi hoc legibus ineſſe credi oportet, vt ad eas quoque perſonas, & ad eas res pertineant, quæ quandoque ſimiles erant :] hæc ibi. & in dicta l. ſed & poſteriores. hæc habentur, videlicet. [ſed & poſteriores leges ad priores pertinent, niſi contrariæ ſint : idque multis argumentis probatur.] hæc ibi. idem probatur per text. in l.à Titio. ff.de verborum ſignifi.Idem probatur per tex.in cap.tranſlato, ext.de conſtitu.& in cap.2. ext. de tranſlat. Epiſcopi.

Probatur & ſecundò Doctorum omnium auctoritate, tam in dictis iuribus, quàm pleriſque in locis, ac tractatibus, inter quos eſt Mattheus Matheſ. in ſuo tractat. de extenſione interpretatiua legum, circa finem, in quarti articuli diſcuſſione, & Euerardus in ſua Topica iuris, titu.locus a ratione legis.nu.76.in verſ. Quarto caſu principali.

Probatur & tertiò, & ratione. Nam regula illa vulgatiſſima ſit veriſſima, quòd vbi eſt ea-
2 dem ratio, † idem ius eſſe debeat, vt in l.illud, iuncta gloſ. in verſicul.exiſtimari.ff. ad legem Aquili. & (vt ſupponimus) lex prouidens caſibus nouis expreſſis inibi, & ratio finalis talis legis militet in caſu ibi non expreſſo, inde ſequitur apertiſſimè, quòd talis lex meritò ſit extendenda ad alium ibi non expreſſum, ſecundum ſonitum verborum : in quo militet eadem ratio decidendi tacitè intenta à Legiſlato-

re: iuxt.aliam regulam iuris, in qua habetur ta-
3 citi, † & expressi eadem est virtus, & obligatio, vt apertius nè colligitur ex text. iuncta glos. in l. Cùm quid.ff.de rebus cred.si cert.pet.vbi hæc pręcisa verba habentur, videlicet. [Cùm quid mutuum dederimus, & si non cauimus, vt æquè bonum bonis redderetur, non licet debitori deteriorem rem, quæ ex eodem genere sit, reddere: veluti vinum nouum pro vetere. Nam in contrahendo quod agitur, pro cauto habendum est.] hæc ibi.

SVMMARIVM.

1 *Iudex, occurrente casu non deciso a iure, vel consuetudine, quid faciet.*

2 *Monachi, & Moniales priuati à parentibus legitima, succedere poterunt cum alijs filijs pro æquali portione.*

3 *Monasterium quãdo poterit succedere in feudo ex persona Monachi.*

4 *Canonicus regularis an possit succedere in feudo.*

5 *Venditore decepto vltra dimidiam iusti pretij, contractus rescinditur, vel iustum pretium suppletur, & num. 9. 10.*

6 *Alluuionis incrementum accrescit vsufructuario bonorum allodialium.*

7 *Alluuionis incrementum in bonis feudalibus nõ accrescit feudatario, sed domino directo.*

8 *Alluuionis incrementum in bonis emphiteoticis accrescit emphiteotæ, sicut vsufructuario.*

11 *Consuetudo contra legem est restringẽda, ratio autem amplianda.*

12 *Consuetudinibus & præscriptionibus tantum præscriptum, vel vsurpatum, quantum possessum, et non plus.*

13 *Correctio legis facta per legem posteriorem sicut regulariter non extenditur, ita et correctionis extensio, suam facit consuetudo, sed debebit restringi ad casum suum.*

De extensione legis, vel consuetudinis in casu simili expresse non comprehenso.

ETSI verissima sit præcedens conclusio loquens de casu simili, seu habente identitatem rationis, in qua aliqua lex fundatur: Tamen quia posset cõtingere quòd occurrat aliquis casus dubius, idest qui non omnino est similis casui deciso à lege, vel consuetudine: iccircò meritò quęritur quid faciendum sit in tali casu cui quæstioni satisfaciet vnica conclusio subsequens.

Vnica conclusio in hac materia sit, quando ca-
1 sus † dubius non decisus à iure, vel consuetudine, nec omnino similis casui deciso à iure scripto, vel consuetudini: esset de materia legis scriptæ, pro ipsius decisione tunc recurrendum erit ad simile legis scriptæ: si verò esset de materia legis nõ scriptę seu consuetudinis, tunc esset recurrendum ad simile legis non scriptæ: sed si forsan materia ipsius casus esset indifferens: in tali casu recurrendum erit ad aliud simile, quod erit rationabile: si autem vtrumque esset rationabile; currendum erit tunc ad simile legis: Hæc conclusio (vt melius eius veritas percipiatur, & memoriæ comendetur) exemplificabitur sigillatim in vno quoque membro eius, & simul, & semel probabitur vera ex afferendis in probationem vniuscuiusque exempli separatim. Exemplum primi membri.

Ecce lex scripta dicit, Monachos succedere parẽtibus, vt docet textus in l. Deo nobis auxilium. §. hoc etiam cognitum. C. de Episcopis, & Cleric. vbi hæc habentur, videlicet. [Hoc etiam cognitum nobis correctione nostra dignum esse iudicamus, vt si quis in parentum potestate constitutus, vel constituta, vel forsan huiusmodi iure absolutus, vel absoluta, elegerit se monasterio, vel clero sociare, & per reliquum vitę suæ tempus
2 sanctimonialiter degere voluerit, non liceat † parentibus, eosdem vel easdem personas quocunque modo abstrahere, vel propter hanc tantumodo causam quasi ingratum, vel ingratam à sua hæreditate, vel successione repellere, sed necesse sit eis omni modo, cùm vltimam voluntatem suam, siue per scripturam, siue alio legitimo modo conficiant, quartam quidem portionem secundum leges nostras eis relinquere: sin autem & amplius voluerint eis largiri, hoc eorum voluntati concedimus. Sin verò vltimam voluntatem parentes neque testamento, neque alio vltimo elogio declarasse monstrati fuerint, omnem parentum substantiam hæredes, quibus ab intestato competit secundum leges nostras sibi defendant, nullo eis impedimento ex Sanctimoniali cõuersatione generando, siue soli, siue cum alijs ad successionem vocentur.] hæc ibi. In feudo autem secus est per consuetudinem feudorum. Nam non habemus legem, neque consuetudinem expressam de Canonico regulari (vt vocant, & quæstio occurrens est) An ille Canonicus regularis succedat patri in feudo, & dicendum est quòd non: quia consuetudo quæ excludit Monachum à successione feudi, habet optimam rationem: quia seruire non potest domino directo, & æquè militat in Canonico regulari: ergo secundum simile consuetudinis iudicabitur: ex quo iste casus occurrens, de quo quæritur, est de materia consuetudinis, puta, successionis in feudo, de hoc tamen, an Monachus,
3 † vel monasteriũ ex persona ipsius succedere possit in feudo, nec ne: & quando succedere poterit, & quando non. Vide quampulcherrima dicta à Legistis in l. quisquis. C. de episc. & cleric. & à Ioan. Andr. Panormit. Felino, & alijs Canonistis in c. in præsentia. extra de probat. & ab Hostiens. in Summa, in titul. de immun. Eccles. §. in quantum. vers. sed nec illa. & Iacob. in lib. feud. in illis verbis. Et quibuscunque hæredibus. & plenissimè per Præpositum in tit. qui feudum dare possunt, in §. & quia vidimus. vbi hunc articulum pulchrum, & quotidianum dicti Doctores latissimè, & profundissimè examinant, prout etiam docuit Nicolaus Euerardus in sua Topica iuris, tit. locus à ratione legis. nu. 77. in vers. de hoc tamen. & hæc dicta sufficiant quoad primi membri nostræ conclusionis dilucidationem.

De secundo autẽ membro exemplum tale proponitur, scilicet lex dicit Monachos succedere parentibus (vt supra probauimus) consuetudo verò contrarium disponit in feudis: de Canonico autẽ

Regula-

4 Regulari † non habemus legem, neque conſuetu-
dinem expreſſam, & quæſtio nunc occurrens eſt,
an Canonicus Regularis ſuccedat patri in bonis
non feudalibus, ſed allodialibus? Et dicēdum eſt,
quòd ſic. Nam ex quo ſumus in materia iuris ſcri
ptij, puta ſucceſſionis in bonis non feudalibus,
tunc iudicandum erit ſecundum ſimile legis, &
ſic ſimilitudo Canonici Regularis ad Monachum
trahitur ad ius ſcriptum in bonis allodialibus, vt
in illis ſuccedat, & ad ius conſuetudinarium in
feudalibus, vt in illis non ſuccedat. Ecce aliud
exemplum. Si in venditione ſit deceptio vltra di-
5 midium iuſti pretij, † ad petitionem venditoris
ſic decepti reſcinditur contractus, vel cogitur em
ptor ſupplere iuſtum pretium, vt in l. 2. C. de reſc.
vendit. & in c. cùm dilecti. & c. cùm cauſam. extra
de empt. & vendit. & hoc ius habet in ſe magnam
æquitatem. Pone modò conſuetudinem contra-
rium diſponere, quando vaſallus vendit feudum
domino, vt ſcilicet propter deceptionem vltra di
midium iuſti pretij non fiat reſciſſio contractus,
vel ſuppletio iuſti pretij, hoc etiam habet æquita-
tem, quia dominus dedit vaſallo gratioſè feudū:
Vnde videtur contra fieri gratia domino per vaſal
lum, propter obligationem naturalem, quia tene-
batur ad antidora, vt in l. ſi verò non remanendi.
§. idem Papinianus. ff. mandati. & in l. ſed etſi lege.
§. conſuluit. ff. de petit. hære. Pone modò aliquem
locaſſe domum ſuam, & in locatione vltra dimi-
dium iuſti pretij fuiſſe deceptum, quomodo iudi-
cabitur hoc caſu? An ſecundum ſimile legis, an
ſecundum ſimile conſuetudinis? Certè ſi ille lo-
cauit domino rem feudalem, iudicabitur ſecundū
ſimile conſuetudinis: Si verò locauit aliā rem al-
lodialem, iudicabitur ſecundum ſimilitudinem
iuris ſcripti, ex quo primo caſu ſumus in materia
conſuetudinis, & in ſecundo caſu in materia iuris
ſcripti. Item accipe aliud exemplum quotidia-
num: Nos habemus legem ſcriptam diſponentē,
6 quòd incrementum † alluuionis accreſcit vſufru-
ctuario, vt docet tex. in l. Item ſi fundi. §. huic vi-
cino tractatus eſt. ff. de vſufructu, & quemadmo-
dum. Item habemus ius conſuetudinarium feu-
7 dorum diſponens, quòd id, quod accreſcit † per al
luuionem feudi, non accreſcit vaſallo, ſecundum
diſtinctionem, quam ponit tex. in cap. 1. ſi quis de
manſo. & ſeq. & ibi pulchrè per Alua. & alios. ſi
de inueſtit. feud. controuer. ſue. Occurrit nunc ca-
ſus, qui non eſt deciſus, de emphiteuta perpetuo,
& quæritur an incrementum alluuionis ſibi acqui
ratur, & ſic an attendere debeamus ſimile legis
ſcriptæ de vſufructuario, an ſimile iuris conſuetu-
dinarij de vaſallo. & certè quia ſumus in materia
iuris ſcripti, & dicemus, quòd incrementum allu-
8 uionis, † accreſcat emphiteutæ, ſicut vſufructua-
rio. ita docuit Gloſa ſingularis in l. de quibus. &
ibi Bart. in repet. ff. de legibus. & ibidem poſt Bar.
Ang. & Iaſ. Ant. de Butr. in c. fin. extra de conſuet.
Salyc. in l. 1. C. de iure emphit. & Ioannes Baptiſta
de Sancto Seuerino in repet. c. 1. de feudi cognit.
& eſt communis opinio in Praxi ſeruanda: qua-
propter hoc memoriæ erit commendandum, cùm
ſit quotidianum. & hæc ſatis ſint pro explanatio-
ne ſecundi exempli propoſiti.

De tertio autem membro noſtræ concluſionis
exemplificabimus in venditione: Nam in ea fit
9 reſciſſio † contractus, vel ſuppletio iuſti pretij ob
deceptionem vltra dimidium iuſti pretij, & hoc
habet æquitatē (vt ſupra diximus.) Sed pone con-
ſuetudinem in loco contrarium diſponentem. itē
pone ibi quendam locaſſe domum ſuam alteri, &
fuiſſe deceptum vltra dimidium iuſti pretij. Iſto
caſu quomodo iudicabitur? Et certè ſecundum
ſimile legis, cùm lex ſit fundata ſuper æquitate, &
conſuetudo ſit contra æquitatem: vnde non eſt
trahenda extra ſuos terminos, vt in l. quod vero
contra. ff. de legibus. Illud autem eſt certum, quòd
vbi non eſt conſuetudo contraria, ſtatutum in ven
ditione trahitur ad locationem, vt voluerunt Do-
ctores in l. 2. C. de reſcind. vendit. & Ioan. Andr. &
alij in c. cùm dilecti. extra de empt. & vend. & eſt
Glo. ſingularis in l. ſi ea pactione. in fin. C. de vſur.
imò quod plus eſt, d. l. 2. habet locum in omnibus
contractibus bonæ fidei, vt eſt tex. iuncta glo. per
totum titulum. C. commu. vtriuſq; iudicij, & ibi-
dem hoc expreſsè voluerunt Bart. Bald. & reliqui
Doctores, & Iaſon in l. de quibus. ff. de legibus. &
hæc allata ſufficiāt de tertio mēbro concluſionis.

De quarto autem tale trademus exemplum. In
10 venditione fit reſciſſio contractus, † ſuppletio iu-
ſti pretij, & habet ſummam æquitatem, vt ſæpiſſi-
mè diximus. His ſtantibus pone, quòd conſuetu-
do in loco habet, quòd propter minus iuſtum pre-
tium, etiam ſi interuenit deceptio vltra dimidiā
iuſti pretij non fiat reſciſſio contractus venditio-
nis, nec compellatur emptor ad ſupplendum iuſtū
pretium, quando venditio facta eſt per maiorem
triginta annorum, quia hoc caſu conſuetudo non
attendit deceptionem: deinde pone, quòd in lo-
co conſuetudinis quidam triginta annorum lo-
cauit domum ſuam alteri, & deceptus fuit vltra
dimidium iuſti pretij, in iſto caſu quomodo iudi
cabitur? & certè iudicabitur ſecundum ſimile le
gis, & habebit locum remedium dictæ l. 2. licèt
vtrumque ſimile in ſuo caſu ſit rationabile: & ra-
11 tio iſtius eſt, quia ſi conſuetudo eſt † contra legē,
reſtringenda eſt, & ratio amplianda, vt in dicta l.
quod verò contra. ff. de legibus. Si verò conſuetu-
do eſt præter legem adhuc recipiendum eſt id, ꝙ
eſt magis extendibile: eſt enim ſimilitudo idem
quod extenſio, vt in l. non poſſunt. ff. de legibus. &
in c. inter cæteras. extra de reſcriptis. Sed lex ve-
nit ex conſenſu expreſſo: conſuetudo autem ex ta-
cito, vt in d. l. de quibus. expreſſum autem exten-
ſibiliùs eſt, quàm tacitum, vt docuit textus ſingu-
laris pen. ff. in quibus cau. pig. da. & in l. precibus.
C. de impub. & notatur per Glo. Panor. & Docto-
res in cap. quod à te, ext. de cleric. coniug. & in
Authen. Ingreſſi. C. de ſacroſanc. eccleſ. & habetur
per Paul. de Caſt. in conſ. 27. in antiquis, incip. In
Chriſti nomine amē ſuper appellatione. Ergo po-
tius recipiendum, & amplectendum ſimile legis,
quia conſuetudo ſolùm illud ſubſtulit, quod ſibi
vſurpauit: Nam hoc eſt vera regula in conſuetu-
12 dinibus, † & præſcriptionibus: tantum præſcri-
ptum, vel vſurpatum, quantum poſſeſſum, & vſi-
tatum, & non plus, vt in cap. dilecto, extr. de offi-
cio. Achid. cap. cum olim. extr. de præſcript. & in
l. 1. §. Iulianus, el primo. ff. de iti. actuque priua. &
ibi hoc notat glo. in verſ. quoaduſque, quam Bar.
ibi in §. ſi quis hoc interdicto, dicit ſemper nota,
& per eam decidit plures not. quæſtiones, ſed con
ſuetudo, non vſurpauit ſibi ſimile legis, ergo il-
13 lud manet, vt prius: ſicut ergo correctio † legis fa
cta per legem poſteriorem non extenditur regu-
lariter, vt in prima vnica quæſtione fuit probatū:
ita

ita etiā non poterit fieri regulariter extensio correctionis, quam facit consuetudo, sed debebit restringi ad casum suum, prout singulariter docuerunt Bart. Ang. & Ias. in l. de quibus. ff. de legibus, necnon & Io. Andr. & Ant. de Butr. in c. fin. extra de consuet. & quamplurimi Doctores sæpè alibi.

Hæc pauca de multis dicta satis sint pro aliquali norma instruendi Iudicem tyronem nouitium de extensione interpretatiua legum limitatiuarum: ipsum ꝑium tamen remittēdo ad sequentem quæstionem de extensione legum exorbitantium, cùm idem per omnia fore iudicium docuerit inter alios Ripa in l. si constante. nu. 78. ff. soluto matrimonio.

S V M M A R I V M.

1 *Iura exorbitantia extenduntur in omnibus casibus, in quibus iura correctoria extenduntur.*
2 *Iura exorbitantia extenduntur de casu ad casum inter easdem personas ex identitate rationis.*
3 *Dispositio exorbitans & pœnalis non extenditur de casu ad casum per identitatem rationis, etiam si casus ad quem extensio sit veniret appellatione casus expressi largo sumpto vocabulo.*
4 *Iura exorbitantia non extenduntur de casu ad casum, si loquuntur taxatiuè, vel si per omnia non esset par ratio, & quare.*
5 *Consuetudo est lex non scripta.*
6 *Extensio est licita de persona ad personam in priuilegijs piæ causæ, et fauore publico, nisi agatur de præiudicio alterius piæ causæ. nu. 7.*
8 *Dictio taxatiua nunquam excludit hæredes, necessarios saltem.*
9 *Extensio est licita de culpa ad culpam, et de delicto ad delictum, etiam in iuribus taxatiuè loquentibus.*
10 *Dictio taxatiua non extenditur de casu ad casum in dispositione exorbitanti tendēte in fauorem causæ piæ, quando ex tali extensione resultaret præiudicium alteri æque piæ causæ.*
11 *Extensio debet fieri in exorbitantibus de persona ad personam ex identitate rationis.*
12 *Extensio fit de persona ad personam, quæ secundum latam significationem potest comprehendi sub expressa, et in fauorabilibus. nu. 13.*
14 *Dispositum in masculo extenditur ad fœminam, quando adesset rationis identitas, et quando aliqua essent communia in omni materia, vel saltem in materia de qua agitur æquiparata à iure.*
15 *Extensio in exorbitantibus, quando fieri possit.*
16 *Extensio legis in aliquo casu derogantis iuri communi regulari ad alium casum etiam similem, quando fieri non possit.*

De extensione legum exorbitantium à iure communi.

ACTVRVS de extensione legum exorbitantium, operæpretium duximus præmittere pro maiori afferendorum, intelligētia, ꝙ exorbitare sit à cōmunibus regulis deuiare, vt per glo. in c. ea quæ à iure. de regul. iur. in sexto. & per Imol. in l. si vero. §. de viro. colum. 3. ff. soluto matrimonio.

Prima regula talis traditur, quòd in casibus, in quibus dictum fuit extensionem fieri in correctorijs. Idem & fortiùs dicetur in exorbitantibus,
1 † cùm magis sit prohibita extensio in illis, quàm in illis, prout docuit Imol. vbi supra. col. 6. versic. secundo casu quando agitur.

Secunda regula hæc traditur, quòd in iuribus exorbitantibus ex identitate rationis fiet exten-
2 sio † de casu ad casum, prout docuit Ripa in l. si constante. nu. 78. & nu. 80. ff. soluto matrim. & ibidem nu. 6. vers. nam in limitatorijs. Ias. in l. illam. num. 15. C. de collat. dicens hanc sententiam esse communem. Imol. in d. §. de viro. col. 6. versic. secundo casu, quando quæritur. hanc regulam intelligens de extensione facienda inter easdem personas ad alium casum similem, si dispositio in se sit fauorabilis ex humanitate inducta, vt in l. 1. cum glo. sua. C. de his, qui ante aper. tabul.

Limita singulariter primò, dicendo ipsam secundam regulam non habere locum, quando di-
3 spositio † fuisset exorbitans, & pœnalis: nam tunc non extendetur de casu ad casum per identitatem rationis, etiam si casus, ad quem fit extēsio, veniret appellatione casus expressi, largo sumpto vocabulo, prout docuit glos. in Clement. 2. vers. eisdem. de ætat. & qualit. quam sequitur Aret. in c. per tuas. de probat. inducens subtiliter textum in l. si vxor. in princ. ff. de adult. iuncta l. item legatū. §. parui. ff. de legat. 3. Idem docuit Ioannes Crottus in l. omnes. nu. 172. versic. conclusio prima. ff. de iustitia, & iure.

Amplia dictam limitationem, dicendo, ꝙ habeat locum, maximè si agatur de facienda extensione de stricta significatione ad largam: prout docuit Ripa in l. si constante. nu. 49. nu. 79. ff. sol. mat.

Amplia secundò allata in dicta prima limitatione, quando contineret odium irrationabile, vt quia vni imponeretur pœna propter alterius crimen, prout docuit Ioannes Crottus in l. omnes. num. 174. ff. de iustitia, & iure.

Amplia tertiò allata in dicta limitatione prima, quando imponeret pœnam, habito respectu ad priuilegium personæ, prout docuit Io. Crot. vbi supra, nu. 176. Alex. in l. ratione. §. quod vulgo. col. 9. ff. ad l. Falcid.

Amplia dictam secundam regulam, dicendo, ꝙ in tantum vera sit, quòd sufficiat eadem ratio in casu, ad quem fit extensio, licèt non tanta, prout docuit Ripa vbi supra, nu. 8.

Amplia dictam secundam regulam, dicendo locum obtinere in fauorabilibus animæ, prout Ioannes Crottus in d. l. omnes, nu. 189. versic. conclusio duodecima. Ioan. Andr. & Panor. in c. ex tenore. extra qui filij sint legit. Glo. in Authent. sacramenta puberum. & ibidem Bar. C. si aduersus vendit.

Limita secundò singulariter allata in dicta re-
4 gula secunda, † dicendo ipsam non habere locū, si lex prohiberet expressè fieri extensionem, vtputa si loqueretur taxatiuè, prout docuit Ripa in d. l. si constante. nu. 81. per tex. in l. 2. & ibi per Glos. C. de patri. qui fil. distr. Cùm natura taxatiuę sit excludere omnia, quæ non reperiuntur inclusa, vt in l. 1. & ibi Bar. ff. si quis iusdic. atten. & in c. cùm Ecclesia. & ibi Panor. notat. extra de causa poss.

Limita tertiò dictam regulam secundam, quando non per omnia est similis, vel par ratio, vt in l. fin. C. de interdic. matrim. inter tuto. vbi & Bald. Ioannes Crottus in l. omnes. nu. 191. versic. decimaquinta conclusio. ff. de iustitia, & iure.

Hinc infertur, quòd stante statuto, quòd verba

statutorum

ſtatutorum debeant intelligi ad literam, & prout litera ſouat, tunc in ſtatutis limitatorijs, & exorbitantibus non eſſet licita extenſio, prout docuit Ripa vbi ſupra, nu. 83.

Declaratur primò allata in limitatione ſecunda, dicendo ipſam procedere, reſpectu extenſionis faciendæ ab homine: Nam taxatiua ſolùm excludit extenſionem hominis, non autem legis, vt docuit Ripa vbi ſupra, num. 84. Bart. in d. l. ſi conſtante. & Paul. de Caſtro in l. ſi mora. ff. ſolut. matrimonio. Iaſon ibidem per l. 1. §. per ſeruum corpotaliter. ff. de acquir. poſſeſſ.

Amplia id, quod fuit dictū in dicta prima declaratione, dicendo nō ſolùm habere locum in lege ſcripta, verum etiam in conſuetudine, eo q taxatiua non excludat conſuetudinem, & idcircò
5 locum habent in conſuetudine: † cùm ſit lex non ſcripta, prout docuit vbi ſupra Ripa nu. 85. verſic. & pari ratione. Ludouic. Rom. in l. 5. §. iurari. ff. de iureiur. Iaſon in d. l. ſi conſtante. Et ratio eſt, quoniam extenſio conſuetudinis dicitur extenſio legis, vt in §. ex non ſcripto. Inſtit. de iure nat. gent. & ciuili: quapropter Ripa vbi ſupra, dixit: quare nunquam taxatiua excludat caſus, in quibus exclusis induceretur legum correctio, vt latè per Alexand. & Moder. in l. 1. ff. de bon. poſſ. ſecundū tab.

Declaratur ſecundò, vt procedat in legibus taxatiuè loquētibus in materia odioſa, ſecus in materia pia, & fauorabili, vt docuit Ripa in l. ſi conſtante. nu. 86. ff. ſolut. matrim. Bar in d. l. ſi conſtante. per text. in l. illud. in fine. C. de ſacroſan. Eccleſ.

Inde ſequi patet (vt docuit Ripa vbi ſupra,) q ſi fauore piæ cauſæ fiat extenſio, vbi eſt facta prohibitio per taxationem, multò magis fieri debebit vbi nulla reperiretur prohibitio: Hinc eſt, q in priuilegio fauore piæ cauſæ, & fauore publico
6 licita erit extenſio † de perſona ad perſonam, vt docuit Alex. in l. miles. ff. de re iudic. Felinus in c. cùm ex officijs. col. 1. in fin. extra de præſcript.

Limita contenta in dicto corrolario, dicendo ipſa vera, niſi agatur de præiudicio alterius piæ
7 cauſæ, † prout docuit Ludouic. Rom. in Authent. ſimiliter. charta 7. C. ad l. Falcid. & Alex. in d. l. ſi conſtante. cuius tamen veritas dependet ab illa quæſtione, in qua quæritur, an priuilegiatus vti poſſit priuilegio contra alium pariter priuilegiatum, de qua tamen latè per Bart. & alios in Auth. quas actiones. C. de ſacroſanct. Eccleſ. Felin. poſt Panormitanum in c. in præſentia. col. 11. de probat. Iaſ. in §. ruſus. col. 9. inſtitut. de actionibus.

Declaratur tertiò, vt non cenſeatur per taxati-
8 uam † prohibita extenſio ad hæredes: nam taxatiua nunquam excludit hæredes, prout docuit Ripa, vbi ſupra, nu. 87. Ant. Gabr. in tracta. concluſ. fol. 551. nu. 1. 2. & 3. Idem probatur per l. ſi neceſſarias. §. de vendendo. ff. de pignor. act. & in l. ſtipulatio iſta habere, licere. ff. de verb. oblig. in princ. Et ratio patentiſſima eſt, quoniam hæredes neceſſarij dicuntur includi, ac contineri in eadem perſona eius, cuius ſunt hæredes, cùm filij dicantur quid patris, & pars patris, vt latiſſimè docuerunt Doctores in l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt.

Declaratur quartò, vt procedat quoties per extenſionem præiudicatur tertiò abſque dolo, vel
9 culpa ſua: ſecus ſi per extenſionem † fiat præiudicium tertio propter culpam, vel delictum ſuum: nam tunc licita erit extenſio (in odium ipſius) de culpa ad culpam, & de delicto ad delictum, etiam in iuribus taxatiuè loquentibus, prout docuit Ripa vbi ſupra, nu. 88. & ita procedit tex. in l. ſi. cum glo. C. de reuocan. donat. facit quod notat Cynus, Bar. & Moderni in Authent. non licet. C. de liber. præter. nam ibi fit extenſio in odium ingrati filij, vel donatarij propter delictum ingratitudinis, quo caſu dicitur agi de fauore publico, vt in l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil.

Limita ſingulariter allata in dicta declaratione quarta, dicendo ipſam non habere locum in di
10 ſpoſitione exorbitante † tendente in fauorem piæ cauſæ, ſi ex dicta extenſione reſultaret præiudicium alterius æquè piæ cauſæ: nam tunc non poterit extendi de caſu ad caſum, prout docuit Io. Crot. in d. l. omnes. nu. 188. citans ad hoc Gloſ. in c. ea, quæ. de reg. iur. in ſexto. & in c. Conſtitutionem. de regular. in ſexto.

11 Regula tertia eſt, quòd extenſio † in exorbitantibus non debeat fieri de perſona ad perſonas ex identitate rationis, prout docuit Imo. in l. ſi verò. §. de viro. colum. 6. in fine.

Limita primò allata in dicta regula tertia, dicendo ipſam non habere locum, quando agere-
12 tur de extenſione facienda ad aliam perſonā, quę ſecundum latam ſignificationem poſſet comprehendi ſub expreſſa, prout docuit Imol. in l. ſi verò. §. de viro. col. 7. ff. ſol. matr. in verſic. fallit primò.

Limita ſecundò, quando ſumus in fauorabilibus, quibus iura fauent propter publicam vtilitatem, vel piam cauſam, vel ſimilem. Nam tunc
13 poſſet fieri extenſio, † prout docuit Imol. vbi ſupra. in verſic. fallit ſecundò.

Limita tertiò, dicendo ipſa non habere locum,
14 quando adeſſet identitas rationis. Nam † diſpoſitum in maſculo extendetur ad fœminam, cùm ſit exorbitans materia, & non correctoria, prout docuit Bart. & alij in l. ſi conſtante. ff. ſolut. matr. per tex. in cap. cùm dilecta. §. nos igitur. & ibi ad hoc notat Panormitanus. extra de confir. vtil. vel inutil. & per c. ad audientiam. vbi Panormitanus not. 1. extra de Cleric. non reſid. & per c. poſt tráſlationem. §. quanquam. extra de renunc. Iaſon in l. Gallus, in princ. col. 12. nu. 59. & 60. verſic. & propterea Raphael.

Limita quartò, dicendo non habere locū, quando aliqua eſſent communia in omni materia, vel ſaltem in materia (de qua agitur) æquiparata à iure, vt docuit Imol. vbi ſupra. verſic. fallit tertiò.

15 Quarta regula ſit, quòd extenſio † in exorbitantibus fieri poſſit, quando maioritas rationis ſurgit ex vi regulæ Cui licet. de reg. iur. in ſexto. & l. non debet cuiquā. ff. de reg. iur. Et ratio eſt, quia huiuſmodi extenſio eſſet paſſiua; prout latè docuit Imol. vbi ſupra, colum. 6. verſic. in alijs verò caſibus conclude.

16 Quinta regula ſit, quòd extenſio legis † in aliquo caſu derogantis iuri communi regulari ad alium caſum, etiam ſimilem habentem identitatem rationis, ſeu lex ponens caſum exorbitantem à iure communi directa ad vnam perſonam, non extenditur ad aliam, etiam ſi concurrat identitas rationis: eſt enim tunc ſtrictim intelligenda, ſicut & conuentio, quæ vnius perſonæ comprehenſiua, non eſt alterius excluſiua, vt in l. ſi vnus, §. ante omnia. ff. de pactis. vt docuit Romanus in l. ſi verò. §. de viro. numero 2. 3. & 4. ff. ſoluto matrimonio.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Lex taxatiua, quando possit extendi, cum ampliatione. num. 2. & limitatione, nu. 3.*

De extensione Legum taxatiuarum.

1 LEx taxatiua † per aliam legem, in qua apparet de illius extẽsione de casu ad casum habentem eandem rationem, poterit extendi, prout docuit Bart. in l. si constante. ff. soluto matrimonio. nume. 44. vbi & per alios communiter Doctores.

2 Amplia singulariter allata in dicta † conclusione vnica, dicendo illa etiam locum habere quandocunque apparuerit de extensione, & lex prolata est fauorabilis, prout ipsemet Bart. vbi supra, docuit nu. eod.

Limita allata in dicta conclusione vnica, & am
3 pliatione eius, † dicendo illa solùm verificari in casu fauorabili, sed non in odioso: cum in tali casu lex ipsa taxatiuè loquens, extendi non poterit ad casum etiam habentem similem rationem, si aliunde nõ apparuerit, quòd per aliam legem fuerit ad talem casum extensa, prout docuit idem Bart. vbi supra.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio limitatoria non differt ab exorbitante in materia extensionis, & quare.*
2 *Legem esse correctoriam, quando dicatur, & exemplificatur. & nu. 4.*
3 *Exorbitans dispositio, quæ dicenda erit.*

De differentia inter dispositionem correctoriam ex vna parte, & limitatoriã, seu exorbitantem (quod idem esse supra fuit probatum.)

QVAESTIO VNICA.

1 OCCVRVRVS de differentia, quæ est inter dispositionem correctoriam ex vna parte, & limitatoriã, † seu exorbitantem ex altera, præmittendum fore operæpretium duximus monere Lectorem, ꝙ in materia extensionis non differt dispositio limitatoria ab exorbitante: cùm idem faciendum sit iudiciũ in vtraque dispositione, vt in specie docuit Ioannes Crottus in l. omnes. nu. 195. versic. pro complemento. ff. de iustitia, & iure. Quapropter scien-
2 dum, quòd lex noua, † primò, quando corrigit in specie legem antiquam aliquid in specie decidentem: vel secundò, quando aliquid disponit in genere contra legem antiquam aliquid in genere disponentem: tunc huiusmodi lex dicetur lex correctoria, & vt res pateat. Exemplum tale traditur. De primo, videlicet: Lex statuit in specie, ꝙ filiæ succedant cum masculis, patre mortuo ab intestato, vt in l. maximum vitium. C. de liber. præter. statutum verò contrarium disposuit: Nempè, quòd extantibus masculis, fœminæ non succedant: hoc statutum dicetur correctorium iuris antiqui, secundum Bal. in d. l. maximum vitium. Exemplum de secundo tale traditur, videlicet: Filiusfamilias non potest testari de iure communi, & hoc in genere disponitur per modum regulæ, si fieret statutum, vt posset testari in quocunque casu: tale vtique statutum erit correctorium, quia disponit in genere contrarium eius, quod disponitur de iure communi, prout docuit Ioannes Crottus in re-
3 pet. l. omnes. ff. de iustitia, & iure. Dispositio † verò illa dicenda erit exorbitans, quando lex, vel alia iuris dispositio nouum disponit aliquid contrarium in specie ei, de quo iure communi erat dispositum in genere, vt puta lex antiqua dotem constante matrimonio non posse repeti statuit, lex noua disponit, quòd possit, quòd si vir vergat ad inopiam, prout docuit Imol. in l. si constante.
4 q. 10. ff. solu. matrim. Item lex antiqua † disponit, ꝙ pactum nudum de donando producat actionẽ, vt in l. si quis. C. de donat. hęc dicetur exorbitans, quia non in totum corrigit ius antiquum, prout docuit Ioannes Crottus vbi supra, nu. 193.

SVMMARIVM.

1 *Statuta ab homine regulariter non recipiũt actiuè extensionem, scilicet vt extendantur ad casus inibi expressos, & quare.*
2 *Leges extendentur ad casus, sine quibus disposita per statuta non possent commodè sortiri effectum suum.*
3 *Statuta pœnalia continentia odium rationabile, extendentur.*
4 *Statuta pœnalia extendentur etiam ad casus decisos per ius commune, & quando.*
5 *Statuta recipiunt interpretationem à iure communi passiuè, & exemplificatur.*
6 *Statutis interpretandis, quid sit seruandum.*
7 *Statuta extenduntur, vt vitetur absurdum.*
8 *Statuta ratione identitatis rationis, extendetur etiam de sexu masculino ad fœmininum.*
9 *Statuta extendentur de persona in personam, si æquitas hoc requirat.*
10 *Statutum, & alia disposita concepta per nomen proprium, loquens de vna persona, vel personaliter, non extendetur ad aliam, etiam similem rationem habentem, et quare.*
11 *Statutum, etiam si non loquatur personaliter, disponens in certo casu, & certo modo insimul, non extendatur, si æquitas huius motiua non reperietur scripta in corpore iuris de vna persona ad aliam, & exemplificatur, & quare.*
12 *Statutum loquens non personaliter, etsi in certo casu, et certo modo, quando extendetur.*

De extensione Statutorum.

VERBVM facturus de extensione statutorum pro maiori intelligentia afferendorum, procedemus more solito, per nonnullas cõclusiones, ampliationes, & limitationes, vt tam difficilis materia luce meridiana clarior appareat.

1 Prima ergo cõclusio sit hæc. Statuta, † seu iura municipalia regulariter, cum sint stricti iuris non recipiunt actiuè ab homine extensionem, scilicet vt extendantur ad casus inibi non expressos: cùm regula sit, ꝙ ipsa statuta non recipiant interpretationem

tionem extensiuam. Prout expressè docuit Bart.
in l.omnes.nu.60.versic.quarto quæro.ff.de iusti-
tia,& iure.per ipsum met tex.in d.l.omnes. quem
sequitur ibidem Raynutius in nu.115.

2 Secunda conclusio sit. Leges extendentur † ad
casus, sine quibus disposita per statuta non pos-
sent commodè sortiri suum effectum, vt elicitur
ex tex.in l.si stipulatus fuero. ff. de verb.oblig.&
in l.non distinguemus.§.de officio. ff.de arbitris,
& quod ibi not.& l.2.ff.de iurisd.omn iudic.l.ad
rem.ff.de procurat.& in l.ad legatum.ibid.Bart.
in l.omnes.nu.6. versic.dic aut quæritur. ff.de iu-
stitia,& iure.Ioannes Baptista in d.l.omnes.num.
245.vers.primo casu,& Bal.in l.si quis seruo.C.de
fur.& ser.corrup. & ratio est,quoniam statuta ex-
tenduntur aliquando, vt in l. de quibus. in princ.
ff.de legibus.& in l.1. C. quæ sit longa consuet.

Amplia contenta in secunda cõclusione,dicen-
3 doipsa habere locum etiam in statutis † pœnali-
bus, & odiosis, continentibus tamen odium ra-
tionabile: Et ratio est,quoniam talia statuta di-
cenda erunt potiùs fauorabilia, quàm odiosa, &
pœnalia:.& ideo extensionem etiam actiuè reci-
pient,vt in l.2.§.exercitum.ff.de his,qui nor.infa.
& in l.quemadmodum.C.de agric.& cens.lib.11.
prout docuit Bart.& hoc quando est eadem ratio
in casu,ad quem volumus extendere,quod ad ver
bum docuit etiam Paul.de Cast.in d.l.si quis ser-
uo. in fine.

Amplia & secundò allata in dicta conclusione
4 secunda, dicendo ipsa habere locum, † etiam in
casibus decisis per ius commune, quando ratio
identitatis, & eiusdem æquitatis esset scripta in
statutis. Nam tunc statutum in ipsis casibus coad
iuuaret,& corroboraret rationem iuris commu-
nis,vt docuit Raynutius in d.l.omnes. num.115.
vers.quod intelligas. ff.de iustitia, & iure.

Limita tamen singulariter allata in d.cõclusio-
ne, dicendo ipsa regulariter non habere locum in
casibus decisis à iure communi: nam ad ipsos sta-
tutum non extendetur, sed illi relinquentur di-
spositioni iuris communis, & taliter interpretan-
da erunt iura, per quæ allegatur,quòd non sit no-
strum legem extendere,nisi in casu supradictæ am
pliationis secundæ, vt in l. si verò. §.de viro. ff. so-
luto matrimonio, prout docuit Raynutius in d.l.
omnes.nu.115. versic.aut quæris. Ioannes Bapti-
sta ibidem.& Bal.in l.si quis seruo.colum.2.nu.7.
vers.ex his apparet. C. de fur. & seru.corrup.

5 Tertia conclusio sit. Statuta semper † recipiunt
interpretationem à iure communi passiuè. Exem
plum, statutum confirmat aliquod testamentum,
quod de iure communi non valet. Vtrum modò
lex Falcidia,Senatusconsultum Trebel. & aliæ le-
ges testamentariæ se extendant ad hoc testamen-
tum. Certè sic,vt in l.1.§.lex Falcidia.ff.ad l.Fal-
cid.quod & docuit Bart.in l.omnes.nu.60.versic.
secundo casu. ff.de iustitia, & iure. addens, quòd
hoc modo possit intelligi axioma illud Legistarũ,
in quo dicitur,quòd leges priores tradantur,seu
determinentur per posteriores, vt in l.non est no-
uum.ff.de legibus.Idem docuit Raynutius vbi su-
pra.Ioannes Baptista in d.l.omnes.nu.246.versic.
passiuam. Idem Paul.de Castr.in d.l.si quis seruo.
Idem docuit Bal.in d.l.omnes.nu.22. versic.vnde
quæro. Idem docuit Bart. in l.si quis seruo. C. de
Fur.Imo.in l.si vero.§.de viro. versic.quartò fallit.
ff.solut.matrim.Salic.in l.si serui vestri.col.4.C.de
noxa.Alexan.in d.l.1.& Ioannes Crottus in l.om-
nes.nu.194. ff.de legibus. Quapropter dixit Bar.
in d.l.omnes. quod si statutum confirmat testamen-
tum,quod de iure communi non valet,omnes le-
ges loquentes de testamento, tunc habebunt lo-
cum in isto testamento,hinc etiam sequitur,quòd
stante statuto,quòd occidens puniatur pœna mor
tis, interpretatur si dolo homicidium fuerit com
missum, prout disposuit ius commune,quod & la
tius probauimus in consilio nostro. vide ergo ibi.

Limita singulariter hanc tertiam conclusionẽ,
dicendo ipsam non habere locũ,quando ius com
mune aliquid disponeret non secundum verita-
tem,sed secundum fictionem (de quo agitur,infra
in quæstione vnica de extensione, de casu vero,
ad casum fictum:) & ratio est,quoniam talem in-
terpretationem non reciperet statutum. Cùm sta-
tuta propriè debeant intelligi,non autem impro-
priè,& secundum fictionẽ,prout docuerunt Glo.
& Panormitanus in c.insinuatum. in vltimis ver-
bis.extra de simonia. Ioan. vbi supra.nu.197.

Quarta conclusio. Ad legitimè interpretanda
statuta summoperè expedit ponderare Prologũ,
seu Prooemium ipsorum: cùm ex eo colligi possit
6 finalis intentio † statuentium, vt in l.fi. & ibi Bal.
& Imol.ff. de legibus. ad quod facit tex.in l.fin.in
princ.ff.de except.doli.& in l.emptor.§.fina.ff.de
rei vendic.in l.in fideicommissi.§.cùm Pollidius.
ibi. [Ea ratione reddita.].ff.de vsur. in l. regula.
§.pen. ff.de iur. & facti ignor. Idem docuit Crot-
tus in d.l.omnes.nu.237. versic.nota tamen.

7 Quinta conclusio. Statuta, † ratione vitandæ
absurditatis extendentur, prout docuit Raynu-
tius de Forliuio in d.l.omnes.nu.101.

8 Sexta conclusio. Statuta † extendẽtur ad aliam
personam similem rationem habentem,prout do-
cuit Raynutius vbi supra.nu.102.

Amplia,quoniam de sexu masculino loquentia
statuta,extendentur ad sexum fœmininum ratio-
ne identitatis rationis,prout docuit Ias.in l.Gal-
lus. in princ,colum.12. nu.61. versic.istud assum-
ptum.ff.de liber.& posthum.

9 Limitatur,nam licèt statuta † extẽdi possint ad
aliam personam,etiam similem rationem haben-
tem,vt docuit Raynutius vbi supra.nu.102.si non
personaliter disponat, etsi in certo casu, & æqui-
tas motiua huius est scripta in corpore iuris, ra-
tione identitatis rationis, nihilominus si dicta
æquitas non fuisset scripta, non extenderetur,
prout docuit ipsemet Raynutius,nu.103.

10 Septima conclusio. Statutum † conceptum per
nomen proprium, loquẽs de vna persona,vel per-
sonaliter non extendetur ad alteram, etiam simi-
lem rationem habentem, vt in c. quod alicui. de
regul.iur.in sexto. & in l.1.in fine.ff.de constitut.
Princ.& in l.si quis ita,iuncta gl.1.ff.test.tut.pro-
ut docuit Bar.in d.l.omnes.nu.63.vers.Item quæ-
ro quid si statutum. dicens, quòd etsi in legibus
communibus,& rescriptis sic (vt docuit Dynus in
d.c.quod alicui.) In statutis verò,& alijs disposi-
tionibus factis per nomina propria non fit exten-
sio. Ad hoc facit quod not.Cyn.in l.quicunque. in
quæst.1.C.de seruo fugit. Idem docuit Raynut.in
d.l.omnes.nu.102.citans ad hoc tex.in d.l.1.& in
l.priuilegia.& in l.in omnibus.ff.de reg.iur. & in
§.sed quod Principi. Institut.de iure natur.gent.
& ciuil.asserens hoc esse verum,non obstante tex.
in l.si stipulatus fuero.ff.de verb.oblig. quia illud
fuit

fuit propter duram separationem vitandam, vt in l.certũ.ff.de vsu, & hab.& in l.possessione.C.cõmunia vtriusque iuris, quod patet: quia in stipulatione alterius rei illud cessaret, vt in l.stipulatio ista. §.alteri. & in d.l.si ita stipulatus. §. Grysogonus, in fine. Idem docuit Barr.in l.si verò.§.de viro.ff. solut.matrim.& in l.quod verò. ff.de legibus.& in l.quicunque.C.de seru.fugit.& in l.maximum vitium.C.de liberis præterit.& in l.2.§.equidem.ff. ad Tertullianum.

Amplia singulariter contenta in præcedenti septima cõclusione, dicendo, quòd statutum etiam
11 si non loquatur † personaliter, disponens tamen in certo casu, & certo modo, & æquitas huius motiua non reperitur scripta in corpore iuris, non fiet extensio de vna persona ad aliam, verbi gratia. Statutum gabellæ est, quòd creditor, vel alius non dominus habens ius in re possit eam vendere sine gabella: nam non extendetur ad dominum, licèt in eo fortior æquitas videatur. Item si statutum permittit vendi frumentum à domino sine gabella, non extendetur ad vinum, licèt in ipso sit similis ratio æquitatis, vt in l.non aliter.ff.de leg.3, & in l. prospexit. ff. qui & à quibus. & in l.quod constitutum.ff.de testamentis milit.in l.constitutionibus.ff.ad municip.& in l.quicquid astringendæ.in princ.ff.de verbor.oblig.& in l.1.§.si is, qui nauem.ff.de exerci.& in l.1.C.de legibus. & arg. in l.si verò.§.de viro.ff.solu.matrim. Nam statuentes non videntur hoc in mente gessisse: Et ratio est, quoniã casus per statutum decisus iuris communis dispositioni relinquitur, & per illud deciditur, vt in l.si extraneus. ff.de condit. ob caus.& in l.commodissimè. ff.de liber.& posthum.& in l. si cùm dotem.in princ. & quod in eis not.ff.solut. matrim. Nec obstat prædictis l.3.§.hæc verba. ff. de negot. gest. quia ibi in casu à Prætore omisso cessat ratio similitudinis, & identitatis, & in casu expresso propter diuersitatem negotiorum, personarum, & temporum, vt not.in l.curatoris.C.de negot.gest. Idem docuit latissimè Raynutius in l. omnes.num.103.versic.aut æquitas motiua, ff.de iustitia & iure.

Octaua conclusio. Statutum loquens non perso
12 naliter, † & tamen in certo casu, certoque modo disponens, extẽdetur de casu ibi scripto, ad casum inibi non scriptum, quando æquitas motiua talis dispositionis est scripta in corpore iuris, & eadẽ æquitas militat in casu, ad quẽ fit extensio. Exemplum de statuto, quod concedit immunitatem à muneribus personalibus maioribus viginti annorum, & triginta: nam multò magis intelligetur concessum in minoribus vigintiquinque annorũ: & ratio est, quia æquitas scripta hoc dictat, vt in l.1. ff. de minoribus, & in l.1.& 2. C.qui ætat.lib. 10. Item si statutum maiorem vigintiquinque annorum, minorem antè quadraginta repellit à consilio publico: multò fortiùs minorem vigintiquinque annorum, vt in l.ad rem publicam. ff.de muner. & honor. Ratio patet, quia in eius opposito sequeretur absurdum, quod per se patet, prout etiam docuit Raynutius vbi supra. versic.aut non personaliter.

Scias insuper solertissimè Lector, nos quamplurima notatu dignissima attulisse in nostro consilio quinto per totum, dum interpretaremur statutum Reipublicæ Genuensis. vbi agebamus de appellatione quadam admittenda, non obstante statuto ipsorum Genuensium, quod prima fronte videbatur nobis aduersari.

SVMMARIVM.

1 *Rescripta Principum regulariter non extenduntur, & quare.*
2 *Rescripta concepta in genere masculino, quando extendentur ad fœmininum.*
3 *Partus natus in mense 7.9.& 10. est legitimus, et idẽ in mense 8.11.et 13.*
4 *Rescriptum Principum, an extendetur ad nepotes ibi beneficiati, et quare.*
5 *Rescriptum Principis continens priuilegium contra ius commune, non extendetur, et quare.*

De extensione Rescriptorum Principis.

1 PRIMA conclusio sit. Rescripta † Principũ regulariter non extenduntur de casu expresso, ad casum non expressum, sed omissum: quia talis casus omissus relinquetur dispositioni iuris communis, vt habetur in c.susceptum.de rescript.in sexto. Bald.in l.Gallus.§.& quid si tantùm, ff.de liber. & posth. & in l.fin. C.de donat. quæ sub modo. & Alex.in d.§.& quid si tantùm, col.4.nu.9.versic.& in prædictis locis. de hac materia poteris quamplurima reperire in dicto consilio nostro quinto. ibi videbis omnino.

Limita singulariter cõtenta in dicta prima conclusione, dicendo ea locum habere, quando pri-
2 uilegia, † vel rescripta essent concepta in genere masculino, & adesset in eis identitas rationis: nã tunc extenderetur ad genus fœmininum, prout latè docuit Ias.in l.si quis id, quod.in princ.ff.de iurisd.omn.Iudic.& in l.Gallus.in princ.colum.12. nu.61.versic.istud assumptum.ff.de liber.& posth. vbi in nu.64. refert Bart.dicentem omnes concor
3 dare, quòd partus † natus mense septimo, nono, vel decimo sit legitimus, & ipse Iason ibidem addidit, quòd Aulus Gellius in 3.lib.noctium Atticarum cap.16. post multos Auctores Medicos, & Philosophos probat idem esse in mense octauo, vndecimo, & tertiodecimo.

4 Secunda cõclusio. Rescriptum † Principis continens beneficium eius, vt puta, si Imperator concedit castrum alicui, & filijs suis, rescriptum huiusmodi extendetur ad nepotes: cum in tali casu rescriptum largissimè sit interpretandum, vt in l. fin.ff.de constit. Princip.Bar.in l.liberorum, col.3. nu.7. versic.quid in rescriptis Principis, ff.de verborum significatione.

Tertia conclusio. Rescriptum Principis continens priuilegium aliquod contra ius commune,
5 † non extendetur, cum priuilegia sint stricti iuris, ac per consequens strictè interpretanda, vt in l.si quando.in princ.C.de inoffic.restamẽto. ideo erit strictè interpretãdum, quod solùm habeat locum in descendentibus per lineam masculinam, vt in l. 1.§.1.ff.de iure immun. & Bart.in d.l.liberorum. col.3.nu.7.versic.si verò continet. Ratio est, quoniam rescripta interpretanda erunt secundum ius commune, vt in c.causam quæ.extra de rescrip.& singulariter docuit Ioannes Crottus in l.omnes. nu.195.ff.de iustitia & iure. Idem docuit Bald in l.ex facto. ff. de vulga. & pupill, & Nos in nostris

de ci-

decisionibus, cũ ageremus de illa quæstione quotidiana, in qua quæritur an delegatus, seu Vicarius à Sede Apostolica, priuetur ipso iure sua iurisdictio. mortuo postmodum Episcopo Diœcesano, ad cuius Diœcesis Vicariatum gerendum destinatus fuisset à Sede Apostolica. Vide ergo ibi latissimè.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium quotupliciter sumatur, & in quo differat à priuilegio, & rescripto.*
2 *Beneficium quid sit.*
3 *Priuilegium quid sit.*
4 *Rescriptum quid sit.*
5 *Priuilegium quid sit.*
6 *Beneficium propriè sumptum quid sit.*
7 *Beneficium propriè dictum, extendetur de persona ad personam, & quare.*
8 *Subrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.*
9 *Statuta, quam interpretationem dicantur non recipere.*
10 *Beneficium propriè sumptum concessum alicui castro, an extendatur ad adiacentes in villas, & quare.*
11 *Beneficium collatum viri, extenditur ad consortem.*

De Beneficiorum Principum extensione.

ACTVRVS de extensione Beneficiorum, monendum fore duxi Lectorem, quòd in casu nostro bene-
1 ficium multiplicirer † sumatur, vt docuit Paul. de Castro in l. beneficium, ff. de constitu. Princip. Nam dicitur beneuola actio gaudium tribuens capienti, vt in cap. Odoardus. in vsibus feudi. de feudi cognit. & interdum ponitur pro beneficio Ecclesiastico. & tunc quid comprehendat, videatur Archidiaconus in capit. gratia. de rescript. in sexto. Interdum sumitur pro facultate aliquid faciendi ad proprium commodum, aliquando pro gratiosa concessione Principis, & tunc si non est contra
2 ius, propriè dicitur beneficium, † & erit largissimè interpretandum, vt si concedatur alicui castrum, quia videtur concedentem concessisse territorium & omnia ad ipsum pertinentia, licèt ex vi vocabuli veniret tantum id, quod est intra muros, & hoc probatur in l. prima, §. cùm vrbem. ff. de officio Præfecti. vrb. & si concessisset vacantia, videtur concessisse cum instrumentis, & mancipijs, & omnibus pertinentijs eorum, vt in l. si quando. C. de bon. vacan. & sic fiet interpretatio largissima contra ipsum concedentem, non contra tertium, prout singulariter docuit Innocentius in cap. dilecti. extra de donatio. & Cynus in dicta l. beneficium. licèt Innocentius ibi non alleget. Si verò concessio est contra ius, tunc dice-
3 tur priuilegium, † vt etiam docuit Alexander in l. quia tale. columna prima, ff. soluto matrimonio. & elicitur ex capit. priuilegia, distinctione quinta, & not. Glos. in l. humanum. C. de legibus. & in l. nulla. ff. de legibus. & debet strictè interpretari, & ita loquitur dicta l. si quando, nisi ex hoc redderetur inutile, vt ibi not. in Glos. & est textus in l. prima, in fine. ff. ad municip. Si verò est secundum ius; tunc dicendum erit rescri-
4 ptum, † quia emanat ad iuris communis obseruantiam, vt in toto titulo. extra de rescriptis, & C. de diuersis rescriptis. per totum. vt quando committuntur causæ inter priuatos, vt in titulo. de precibus Imperatorum offerendarum. Et talia rescripta intelliguntur, secundum ius commune, vt patet in duabus legibus. ff. de constitu. Princip. & quamuis ex supra hucusque recensitis possit elici differentia inter priuilegium, beneficium, & rescriptum, tamen sciendum illam apertius docuisse Alexand. in dicta l. quia tale. ff. soluto matrimonio.

Beneficium ergo largè sumptum comprehen-
5 det etiam priuilegium, eo q beneficium, † quod conceditur contra regulas iuris communis, dicetur propriè priuilegium, vt in cap. priuilegia. distinctione tertia, notat Glos. in l. humanum. C. de legibus. & in l. nulla. ff. de legibus. Beneficium ve-
6 rò strictè, vel propriè sumptum, † dicetur concessio præter ius commune manens, vt in capit. cum dilect. de donat. & in l. fina. & ibi plenissimè quoque declarat Petr. Cyn. & Bald. ff. de constitutio. Princip. & rursum Cyn. in princip. rubric. C. de precibus Imperat. offer. ff. rescriptum verò differt ab istis, quia propriè conceditur ad obseruantiam iuris communis, vt quando Princeps rescribit, quòd fiat iustitia.

7 Beneficium propriè † dictum, vt supra, cum non sit cōtra ius, quia tunc dicetur priuilegiū propriè dictum, neque secundum ius, quia nullum esset, sed simpliciter iustitiæ administratio, seu quod est præter ius, vt si concessisset Princeps bona fiscalia, vt docuit Paulus de Castro in l. maritum. ff. soluto matrimonio. extenditur de persona ad personam, tum quia in dubium dicendum foret reale, ac per consequens latissimè interpretandum, quia fauorabile, vt in capit. odia. de regulis iuris in sexto. & in l. beneficia. ff. ad l. Falcid. & in l. si quādo. C. de bon. vacan. lib. 10. eum taliter acceptum extendatur ad adiacentia. in l. fina. ff. de constitut. Princip. vbi sunt verba Glos. quæ ibi sic intelligit, & eam sequitur Bartol. in l. si finita. §. ex hoc edicto. numero quinto, versiculo nam l. si quando loquitur, ff. de damno infecto. Quapropter ipsemet Bart. in dicta l. liberorum, colum. 5. versic. adducebat ipse. docuit, quòd si ex propria significatione, appellatione filiorum non veniunt nepotes, tamen beneficium datum filio, extenditur ad nepotes, quādo nihil speciale per statutum fuisset decretum circa hoc, eo quòd in tali pacto remaner dispositio iuris communis, cùm hoc certum sit in l. milites. C. de quæst. & in l. à Diuo Marco. ff. de verborum significatione, in l. Decurio. ff. de pœnis, & in l. emancipatum, §. finali, ff. de verborum significatione. & in l. prima, C. de priuileg. dot. Inde ergo sequitur, quòd hoc priuilegium latè sumptum, seu beneficium propriè sumptum à statuto concessum filijs in dispositione iuris communis, extendetur ad nepotes, eo magis, vt ibidem subdidit Bart. quòd nepos filio sublato de medio, locum filij incipit tenere, vt in §. posthu. institu. de exhered. filio. & in §. cum filius. instit. de hæreditatibus, quæ ab intest. defe. & in l. Gallus. §. videndum. ff. de liber. & posthum. quapropter sequitur quoque, vt peroptimè subdens,

doeuit ibidem Bart. verſic. ſed ſi filius. quòd ſi fi-
lius per ſtatuti beneficiũ hoc priuilegiũ habeat,
vt præferatur filiæ erg. & nepos loco eius ſucce-
dens. Ad hoc probandum facit id, quòd dicitur,
8 quòd ſubrogatum † ſapit naturam eius in cuius
locum ſubrogatur, vt in l. 1. §. hęc actio. ff. ſi quis
teſtam. liber. eſſe iuſ. fue. Nam ſicut nepos ſucce-
dit in locum patris ſui, & incipit tenere ex perſo-
na patris primum gradum, licèt in veritate in ſe-
cundo gradu ſit (ſupple) ſcilicet reſpectu aui, er-
go eadem ratione aſſumet beneficium patris, li-
cèt ex perſona ſua ei non competat. ex his inquit
Bar. patet reſponſio ad argumenta, quę ſunt in con
9 trarium; nam ſi dicatur, ſtatuta † nõ recipiunt in-
terpretationem extenſiuam, concedimus, quia ſta
tutum non extenditur ad caſum in eo non com-
prehenſum, & ideo ex veritate ſtatuti non com-
prehenditur nepos ex perſona filij, tamen ſtatu-
tum recipit interpretationem extenſiuam paſſi-
uè, quia ius commune ſe extendit ad illud, vt in
l. prima, §. primo. ff. de muner. & honor. vnde lex
communis ſe extendit ad ſtatutum, vt faciat ne-
potem aſſumere priuilegium conceſſum filio. hęc
omnia Bart. vbi ſupra.
10 Beneficinm propriè dictum † cõceſſum caſtro,
extendetur ad iacentes villas, cum villa ſit in via,
vt in l. prædijs, §. balneas. cum §. ſequenti, ff. de le-
gatis tertio, & probatur per l. ſi quãdo. C. de bon.
vacan. libro decimo, & in l. fin. ff. de conſtit. Prin-
cip. & ibi Gloſ. & Bartolus in l. ſi finita. §. ex hoc
edicto, numero quinto, vlterius inducitur. ff. de
damno infect.
Amplia dictam concluſionem ſecundam, dicen
11 do † beneficium collatum vni, extenditur ad con
ſortem. Bart. in l. 1. nu. 2. C. de diuerſis reſcript.

SVMMARIVM.

*1 Prouiſio facta per modum diſpoſitionis purę in vno ca
ſu, an extendatur ad alium, & quare, & an ad aliam
perſonam. Ampliatio, & fallentiæ patent nu. 2. 3.
4. 5. 6. 7. 8. & 9.*

De Extenſione prouiſionis puræ factæ in aliquo caſu, an extendatur ad alios ibi non expreſſos.

1 VNICA concluſio ſit. Prouiſio † fa
cta per modum diſpoſitionis purę
in vno caſu nõ extendatur ad aliã,
quia caſus omiſſus relinquitur di-
ſpoſitioni iuris communi, vt in l. 1.
Extraneus. ff. de condit. ob cau-
ſam. Bart. in l. Gallus, §. & quid ſi tantum, num. 1.
& 3. ff. de liberis & poſthumis, & ibidem Aret,
& Iaſon.
Amplia primò, nec facta prouiſio in vna perſo-
2 na, extendetur † ad aliam, l. commodiſſimè. ff. de
liber. & poſthum. & ibi Paul. de Caſtro in verb.
idem repetijt in l. Gallus. §. & quid ſi tantum, co-
lum. 4. nu. 5, ff. de liber. & poſthum.
Fallit primò, quando virtute caſus in prouiſio-
3 ne expreſſi, omiſſus poterit intelligi, † tex. eſt in §.
illud. Inſtitutione pro ſocio. Bartol. Aret. latiſſimè
vbi ſupra. & Iaſon ibidem. nu. 23.
4 Fallit ſecundò, quando poſſet † cõſtare de men
te teſtatoris, quod voluerit alium caſum omiſ-
ſum comprehendi: ita declarat Bartol. in l. com-
modiſſimè. in prima oppoſitione. ff. de liberis, &
poſthumis. facit textus in l. tale pactum. §. fina.
cum gloſ. ff. de pactis. Angel. & Aret. in dicto §. &
quid ſi tantum, Iaſon ibidem nu. 23. verſ. ſecundò
limita. & in l. Titius. §. Lucius, columna ſecunda,
num. 5. verſic quinta per iſtam regulam. ff. de libe
ris, & poſthumis.
5 Fallit tertiò, quando caſus † omiſſus eſt ſimi-
lis expreſſo, & haberet eundem effectum, vt in l.
fin. §. fin. ff. mandati, l. ſi quis mihi bona, §. ſed quid
ſi mandauit, & ibi Bald. & moderni, ff. de acqui-
renda hæreditate, Bart. Aret. & Iaſon in dicto §. &
quid ſi tantum.
6 Fallit quartò, quando teſtator † prouidiſſet in
duobus caſibus ſimplicibus, & eueniret caſus mi-
xtus, quia in materia fauorabili extendetur ad ca
ſum miſtum, vt in l. ſi ita ſcriptum in proprio, ff.
de liberis, & poſthumis; ſecus ſi in materia odio-
ſa, vt in l. vim paſſiuam, §. præſcriptione, ff. ad l. Iu
liam. de adulter. Iaſon dicto §. & ſi quid ſi tan-
tum, nume. 24. verſic. quartò fallit. Bart. & Aretin.
ibidem.
Fallit quintò, ratione contrarietatis euitandæ,
7 † Glo. in l. 2. in princip. ff. de verborum obligatio-
ne. Iaſ. Bart. & Aret. vbi ſupra.
Fallit ſextò, nam prouiſio facta ſuper vnum ca-
8 ſum, extendetur in alium ſimilem, † in quo pro-
uidens prouidere potuiſſet. Paul. de Caſtro in di-
cto §. & quid ſi tantum, col. 4. nu. 5.
9 Fallit ſeptimò, quando veriſimile † eſſet diſpo-
nentem reſponſurum (ſi interrogatus fuiſſet) vo-
luiſſe ſuam diſpoſitionem extendi ad alium ca-
ſum plenè. Antonius Gabriel in tractatu Conclu-
ſionum, fol. 536. concluſione decima.

SVMMARIVM.

*1 Priuilegia recipiunt extenſiuam interpretationem à
communi vſu, & à communi practica.*
*2 Priuilegium perſonale per nomen proprium conceſſum
ſimpliciter, non extenditur ad hæredes.*
*3 Priuilegium inducens dilatoriam exceptionem in tem-
pus, vel intra tempus vitæ eius, cui conceditur, non
extenditur ad hæredes.*
4 Priuilegium an extendatur ad proprios filios.
*5 Priuilegium an extendatur, quando induceret ſolum
prælationem, & non exceptionem.*
*6 Priuilegium an extendatur, quando conceſſum fuiſſet
perſonæ, ſeu rei quæ non moritur.*
*7 Priuilegium an extendatur quando nulli præiudica-
ret, niſi concedenti illud.*
*8 Priuilegium non habebit locum in rebus, vel dignita-
tibus, quibus illud fuiſſet conceſſum.*
*9 Priuilegium an extendatur, quando ſumus in actio-
nibus, vel cauſis, vel contractibus, in quibus fuiſ-
ſet alicui conceſſum aliquod beneficium, vel priuile-
gium, vt contingit in priuilegijs dotalibus.*
*10 Priuilegium perſonale mulieris quod non tranſit ad
hæredes, nec ad proprios filios, quale ſit.*
11 Pater quando fruetur priuilegio filiæ in re dotali.
*12 Dotalis res tranſiens ad quemcumque viuente mu-
liere, ad ipſum quoque tranſiet dotis priuilegium,
& quare.*
13 Dotis ſpecialia priuilegia, quæ ſint, remiſſiuè.

14 Pri-

14 *Priuilegia inhærentia ossibus mulieris, non transmittuntur ad hæredes, sunt tria. & quæ sint ista.*

15 *Priuilegium continens exceptionem peremptoriam, extenditur ad hæredes, & quæ, & hoc ipsum limitatur tribus alijs limitationibus subsequentibus. vide ibi.*

16 *Priuilegium datum in actione reali, quando extendetur ad hæredes.*

17 *Priuilegium versans circa id quod non incipit in persona defuncti indistinctè non transit ad eius hæredes & exemplificatur.*

18 *Priuilegia personalia concessa per Principem non redacta in corpore iuris, extendentur ad hæredes, & quare.*

19 *Priuilegium antecessorum, quando extendatur ad successores.*

20 *Priuilegium concessum ciuitati, siue ciuibus alicuius ciuitatis, extenditur ad Comitatum, vel Comitatenses, sed non è contra, & exemplificatur.*

21 *Ciuitas quando ponitur pro loco in aliqua dispositione, tunc illa non extendetur ad Comitatenses, sed quando ponitur pro populo, tunc extendetur ad Comitatẽses.*

22 *Priuilegium concessum alicui castro, quando extendetur ad villas illius castri, & quando non.*

23 *Ciuis appellatione continetur, seu venit quoque Comitatensis.*

24 *Sententia pœnalis lata contra ciuitatem includit Comitatum, nisi ibi contrarium caueatur.*

25 *Priuilegium concessum ciuitati, aut ciuibus contra statutum iuris communis, non extendetur ad Comitatenses, sed solum ad suburbia, & continentia ædificia.*

26 *Habitare prohibitus in ciuitate poterit habitare in pomerio, seu villis ciuitatis.*

27 *Agitur cum lege mitius, quàm cum ministro legis.*

28 *Priuilegium, quando extendatur ad Comitatenses, & quare.*

29 *Priuilegium extẽdetur quoque ad Comitatenses, quando vsus loquendi, vel regionis consuetudo haberet, quod appellatione ciuitatis, vel ciuium venirent Comitatenses, aliàs non.*

30 *Priuilegium contra ius commune, strictè erit interpretandum.*

31 *Priuilegium non extendetur de casu vero, ad casum fictum.*

32 *Priuilegium in dubio dicetur personale, & quare.*

33 *Priuilegia sunt intelligenda, secundum proprietatem verborum inibi insertorum.*

34 *Priuilegium, quando extendetur de casu vero, ad casum fictum.*

35 *Priuilegium alicui datum, non extenditur ad collegam.*

36 *Priuilegium finitur finita causa priuilegij.*

37 *Priuilegium concessum alicui, & eius liberis, non extenditur vltra pronepotes.*

38 *Priuilegium concessum personæ, ad quos hæredes extendatur.*

39 *Priuilegium concessum alicui, & omnibus ex se descendentibus masculis, & fœminis, ad quas fœminas extendatur.*

40 *Priuilegium exemptionis alicui Ecclesiæ concessum, quando ad subiectas illi extendatur.*

41 *Priuilegia quæ sint dicenda perpetua, & quæ temporalia, hic docetur, & etiam remissiuè.*

42 *Priuilegia quibus de causis quis amittere de iure poterit.*

43 *Priuilegium, quando dicetur reale, & an sit perpetuum.*

44 *Priuilegium quod dicetur mixtum, & quare. & an extendatur ad hæredem priuilegiati.*

45 *Priuilegium concessum marito, an extendatur ad vxorem.*

46 *Priuilegium pure personale, quando ad hæredem ipsius extendatur.*

47 *Priuilegium personalissimum non extenditur ad hæredes, & quare.*

48 *Priuilegium pure personale, quando non extendatur ad hæredes.*

49 *Priuilegium recipit interpretationem suppletiuam, & declaratiuam à iure communi, & quare.*

50 *Priuilegium alicui concessum sub nomine alicuius Collegij, vel dignitatis, intelligetur secundum ius commune.*

51 *Priuilegium concessum alicui officio dignitatem habenti annexam, extendetur ad tempus, in quo talis etiã explesset ministerium huiusmodi officij, & quando non. in limitatione habetur.*

52 *Priuilegium concessum venditori non extenditur ad emptorem.*

53 *Priuilegium concessum principali, non extenditur ad accessoria.*

54 *Priuilegium quid sit.*

55 *Priuilegium concessum vniuersaliter alicui non extendetur ad futura.*

56 *Priuilegium concessum alicui, extenditur ad eius liberos, vxorem, & famulos, & quo pacto hoc erit intelligendum, & quare.*

57 *Vxores gaudent dignitate maritorum, etiam post mortem illorum, si perseuerauerint in viduitate, donec nubent alteri inferiori, nam tunc illa priuantur etiã propria, & quare. vide in fine regulæ.*

58 *Filius honorem & onera patris subit, non autem in debitis, & delictis fiet extensio ad filios.*

59 *Priuilegium priuilegiati, an semper extendatur ad eius familiam.*

60 *Familiaritas est triplex, & quid sit familiaritas potestatiua, & quotuplex.*

61 *Familiaris quis priuatur priuilegio familiarium alicuius, & q. is propriè dicatur familiaris.*

62 *Familiaritas, quæ operetur.*

63 *Frater licet à testimonio non repellatur, ratione fraternitatis, tamen repelletur ratione socialis fraternitatis, si simul habitant.*

64 *Familiaritatis priuilegium perseuerat, perseuerante familiaritate, & non amplius. & quare.*

65 *Priuilegio amittendi, qui gaudeant, & qui priuentur.*

66 *Priuilegia Clericorum, etsi extendantur ad filios, & vxores eorum, non tamen extendetur post mortem ipsorum.*

67 *Priuilegium ad alios non extendetur, quando ratio propter quam conceditur priuilegium pluribus, non inest cuilibet ipsorum, sed solum vni tanquam principaliori, ex quo illud deriuatur ad alios: nam illo mortuo, finitur priuilegium, sed si ratio inesset etiam hæredi, tunc bene ad hæredem extenderetur.*

68 *Priuilegia concessa filijs aliquorum, sola ratione, quia filij talium sunt, extendentur ad ipsos filios, etiam post mortem suorum parentum.*

69 *Priuilegium concessum alicui Episcopo, & eius familiaribus, extendetur etiam ad alios familiares receptos de nouo ad familiaritatem suam, etiam post tale priuilegium sibi indultum.*

70 *Legatarij qualitas requisita à legante in legato, sufficit si talis sit tempore mortis legantis: & idem iudiciũ*

erit in qualibet facta sub aliqua qualitate.

71 Subrogata res loco alterius reputatur eadem.

72 Priuilegia concessa Ecclesijs super eàrum bonis per leges Imperiales, extenduntur tam ad bona alia postea acquisita, quàm ad Ecclesias ædificatas post illas leges.

73 Priuilegia personalia ad quos hæredes extendantur.

74 Priuilegia, & beneficia an in dubio sint interpretanda contra concedentem illa.

75 Priuilegium alicui concessum, ratione minoris ætatis, an extendatur ad tempus maioris ætatis.

76 Priuilegium à iure cõcessum patri duodecim filiorum, an perseueret mortuo aliquo ex filijs.

77 Priuilegium alicui à lege concessum, an extendatur.

78 Priuilegium concessum alicui viuenti, in dubio non extenditur ad hæredes regulariter, etsi aliquando hoc fallat, vt infra. & quare.

79 Priuilegium concessum alicui dignitati extendetur ad successorem in tali dignitate.

80 Priuilegia continentia materiam præter ius, in dubio extendentur. & quare.

81 Priuilegiorum dubiorum interpretatio, requirenda erit à priuilegiante, si haberi poterit ad ipsum recursus.

82 Priuilegium non fore extendendum ad hæredes, & ad quos, quando dicatur.

83 Priuilegium iuris protomiseos, ad quos se extendat.

84 Priuilegium l. 1. C. de iur. & fact. ignor. an ad Clericos extendatur.

85 Priuilegium concessum, quando priuabitur suo effectu.

86 Priuilegium de aliquid faciendo, an extendatur ad eum, cui priuilegiatus cessit.

87 Priuilegium creditoris de ingrediendo propria auctoritate fundum debitoris, an extendatur ad eum, cui creditor tale ius cessisset.

88 Priuilegiatus de ingrediendo propria auctoritate fundum: potest cedere alteri hoc ius, qui ingredi tamen non poterit, si sibi contradicatur, nisi personam priuilegiatam ipsum priuilegium respiciat solùm, vt in sequenti limitatione.

89 Pater quando adulteram filiam: & frater sororem impunè occidere poterunt.

90 Cessionarius solus, cui ius fuisset cessum à priuilegiato, ante eius mortem fruetur, & non si post mortem.

91 Priuilegiatus, vt procedat in aliqua causa nulla iuris solemnitate seruata, licèt possit procedere die feriato in honorem Dei, non tamen ad condemnationem alicuius, nisi facta probatione contra eum, per duos testes saltem. & quare. nu. 92.

93 Ius ciuile quid possit in statutis à iure naturali, & Diuino.

94 Priuilegium ita interpretandum erit, vt non excludat aliud ipsi priuilegiato, aliàs debitè competenti: & exemplificatur in fauorem priuilegiati, & non in odium.

95 Priuilegium concessum Scholaribus, vt habeãtur pro ciuibus, quomodo sit interpretandum, vt sint melioris conditionis, quàm alij.

96 Priuilegium ciuilitatis concessum proprio motu ciuiũ, differt summopere à priuilegio ciuilitatis, concesso ad instantiam, & in quo.

97 Statuto dicente, quòd aliquis habeatur in omnibus, & per omnia pro ciue: tunc aliud eorum priuilegium excludetur, & sic tam in oneribus, quàm honoribus habebitur pro ciue vero; & sic tam actiuè, quàm passiuè.

98 Habeatur pro tali propositio, denotat fictionem, & non veritatem, regulariter tamen si illis verbis præcedant, hæc videlicet, in omnibus, & per omnia, denotabunt tunc veritatem.

99 Statutum mandans aliquem tractari vt ciuem, in quo differat a statuto faciente aliquem ciuem.

100 Verba statuti geminata tali pacto, habeantur, & sint ciues, quomodo erunt interpretanda.

101 Dictio, habeatur, quando denotet fictionem, & quando veritatem. & exemplificatur.

102 Actus vbi dependet à voluntate mera loquentis, paria sunt dicere, talem volo pro vxore, seu ciue: quàm dicere duco te in vxorem. vel facio te ciuem.

103 Ciuem aliquem esse, & pro ciue haberi, quomodo inter se differant.

104 Scholares priuilegiati non sentient commodum, quod & ciues, quando grauamen impositum ciuibus illud causa dicti commodi esset.

105 Priuilegium concessum à Principe de non soluendis collectis, non extenditur ad collectas postea auctas, vel de nouo impositas, propter ingruentem necessitatem guerræ, vel similis.

160 Priuilegiorum verba quomodo sint interpretanda.

107 Priuilegium in dubio erit præsumendum semper fuisse concessum ad postulationem priuilegiati, & non motu proprio.

108 Priuilegium etiam in dubio erit præsumendum motu proprio Principis, quando illud fuisset concessum statuendo ius causæ, & esset insertum in corpore iuris. & quando esset locus retorquutioni istius iuris contra aduersarium. vide subsequentem sublimitationem.

109 Priuilegium personæ priuilegiatæ, quando extendatur ad personam non priuilegiatam, et quare.

110 Priuatus habens commune ius cum Ecclesia, fruetur priuilegio Ecclesiæ.

111 Frater emancipatus, quando conferre debebit aliquid fratri suo non emancipato.

112 Excommunicati quando non sint exhumandi a loco sacro.

113 Monachus quando poterit esse procurator laici, seu in causa laici.

114 Consequi quod quis non poterit per se, per alium poterit aliquando.

115 Felloniam committens non poterit parte sua feudi communis cum alio confeudatario fideli priuari.

116 Clericus, & laicus hæredes si sint alicuius, laicus erit conueniendus coram Episcopo, ratione dictæ hæreditatis.

117 Sede vacante non currit contra Ecclesiam, & Prælatum præscriptio. ita contra Capitulum habens bona communia cum Prælato.

118 Patronus laicus simul habens ius patronatum cum Ecclesiastico poterit præsentare infra sex menses, vt Ecclesia.

119 Priuilegium prohibens aliquid, si concurrat cum alio idipsum concedente in vna eadem met persona: tunc præualebit priuilegium prohibens, & quare.

120 Regulæ quando adessent duæ, quarum altera est prohibitiua, & altera permissiua, semper præualet prohibitiua.

121 Priuilegium nuperrimè concessum Cardinali, vel Episcopo, vt de redditibus Ecclesiasticorum beneficiorũ possint testari, extenditur etiam ad testamentum

tam

iamconditum, in quo disposnerat de talibus bonis.

122 Priuilegium nunquam intelligitur concedi cum dam no alterius.

123 Priuilegium concessum Ecclesiæ talis loci, extendetur etiam ad alias Ecclesias, post tale priuilegium obtentum ædificatas. idem dicitur de legatis, vt in seqnenti ampliatione.

124 Priuilegium datum simpliciter & meræ causæ extendetur ad alios, in quibus ipsa causa reperietur.

125 Priuilegium concessum alicui rei, extendetur ad omnes, ad quos illa res pertransit.

126 Priuilegium concessum ciuitati, vel loco, semper extendetur ad successores hominum illius loci, nisi inde fieret præiudicium tertio iniustè, vt in limitatione seqnenti.

127 Priuilegiorum verba etsi sint dubia, tamen ipsa extendentur, si nulli fieret inde præiudicium.

128 Priuilegia concessa Ecclesijs, & alijs locis pijs constructis, an extendentur ad eandem iam destructam. remissiuè.

129 Priuilegium concessum alicui pro se, & filijs, non extendetur ad nepotes.

130 In priuilegijs non arguitur a contrario sensu.

131 In contractibus argumentum sumitur à contrario sensu.

132 Filiorum appellatione non venient nepotes in contractibus. & quare.

133 In priuilegijs masculinum non concipit fœmininum.

134 Priuilegium concessum filijs, non extendetur ad nepotes.

135 Extensio in materia stricti iuris non fit de persona ad personam: & sic in materia priuilegiorum.

136 Diffinitio alicuius rei, quando repugnat allusioni vocabuli, standum erit tunc diffinitioni.

137 Filius quid sit.

138 Ex, dictio quid denotet.

139 Significatio propria sumitur ex auctoritate.

140 Materia odiosa, & stricta appellatione patris non veniunt ascendentes, nec appellatione filiorum veniunt nepotes.

141 Priuilegio suo non vtens per decennium, priuatur.

142 Priuilegium concessum alicui pro se, & suis posteris, vel pro se & suo genere, non extendetur, nisi ad descendentes ex linea masculina, & quare.

143 Filij fœminarum non dicuntur de agnatione eorum.

144 Priuilegium concessum, non extendetur ad filiam huiusmodi priuilegiati, & quare.

145 Emphyteosis concessa alicui pro se, & descendentibus per lineam masculinam, intelligitur solum concessa pro liberis masculinis descendentibus ex masculis. & quare: probatur peroptimè.

146 Priuilegium si expressè diceret, quod hoc cōcedatur tam masculis, quàm fœminis descendentibus ex dicto priuilegiato, extenderetur etiam ad fœminas descendentes ex illo tam virgines, & viduas, quàm maritatas, non autem ad filios earum, & quare.

147 Maritata habens patrem, remanet in patria potestate, licèt quoad aliquid transeat in potestatem viri sui, & quare, & in quo consistat talis potestas.

148 Maritata, an retineat forum, & domicilium patris, vel mariti sui.

149 Episcopus, vel Monachus si quis efficiatur, liberatur statim à patria potestate.

150 Vidua dicitur perseuerare in matrimonio primo.

151 Filiorum appellatione, etsi non continentur filiæ, tamen appellatione liberorum continentur, & quare.

152 Absurdum vbi resultare posset, verba extendentur, vt cesset absurditas.

153 Emphyteosis concessa alicui pro se, & liberis suis, porrigetur ad masculos, & fœminas, & quare.

154 Priuilegium, in terminis dictæ sublimitationis, habet locum solum in materia, quæ conueniat vtrique sexui: non autem in alia, vt in materia feudali, & quare.

155 Priuilegium non extendetur etiam, si ibi appositum esset nomen hæredis, & non liberi.

156 Concessio alicuius rei alicui facta ab aliquo, cum grauamine, vt si sine filijs masculis decederet, illud tale restitueret tali, si ille decederet solum cum nepotibus masculis descendentibus ex filia fœmina: talis concessio non esset extendenda ad illos: sed tale quid concessum restituendum foret substituto.

157 Feudum recipiens simpliciter, dicetur recepisse pro se, & descendentibus masculis solum.

158 Feudum concessum à fœmina, extendetur ad filias, & nepotes eius, cui fuerat concessum illud, & quare.

159 Priuilegium, seu quæcunque dispositio, loquens in sexu masculino, an extendatur ad fœmininum. remissiuè.

160 Priuilegium alicui concessum pro se, & liberis, ad quos liberos se extendat.

161 Priuilegium concessum sub his verbis, concedo hoc tibi, & tuis hæredibus, an includat hæredes extraneos.

152 Priuilegium alicui factum, vt soluantur expensæ in lite, vtrique parti deseruit, & idem dicitur de litis exequutione, et decisione, vt in sequentibus regulis.

163 Priuilegium respiciens litis ordinationem, seu executionem alicui concessam, extenditur ad aduersariū.

164 Priuilegium respiciens litis decisionem, cuius verba sonant, quod ad alios extendatur, extendetur. alias secus. nu. 165. 166. 167. et 168.

De extensione Priuilegiorum.

ACTVRVS de extensione priuilegiorum, operępretiū duximus procedere more solito per nonnullas regulas, ampliationes, & limitationes, vt omnia afferenda in hac difficillima materia luce meridiana clariùs elucescant, ipso Deo Optimo Maximo duce, sine quo nihil fieri poterit.

1 Prima regula sit, quòd priuilegia recipiunt extensiuam † interpretationem à communi vsu, & cōmuni practica, vt in l. quæsitum est. & ibi nu. 1. Ripa. ff. de priuilegijs creditorum & alij Doctores ibidem.

2 Secunda regula sit, priuilegium † personale per nomen proprium à Principe concessum simpliciter non extenditur ad hæredes, vt in l. 1. in fine. ff. de constitut. Princip. & in l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quotid. & æstiua. & Paulus de Castr. in l. maritum. col. 2. nu. 4. vers. & nota hic regulam. ff. solu. matrim. & Bart. in l. quia tale. nu. 1. vers. aut priuilegium personale. ff. soluto matrimo. vide omnino Dynum, & Ioan. Andr. in cap. priuilegium. de regul. iur. in sexto. & Albertum de Rosatis in tract. de reg. iur. in reper. vers. priuilegium, per totum. Idem probatur per apertissimum text. in l. 1. ff. de iure immun. vbi hæc habētur, videlicet: [Personis

datæ immunitates hæredibus non relinquuntur.]
hæc ibi. Idem per text. in c.priuilegium. de reg.
iur. in sexto. & in c.mandata. iuncta glos.fin. extra
de præsumpt.

Amplia primò regulam secundam, dicendo ip
3 sam habere locum, etiā quādo priuilegium † per-
sonæ induceret dilatoriam exceptionem in tem-
pus, vel intra tempus vitæ eius, cui conceditur: nā
tunc ad hæredem non extendetur, vt in l.quia ta-
le, & in l.maritum. ff.sol. matrim. Paul. de Castr. in
d.l.maritum. col.2.nu.4. Bart. in d.l.quia tale. col.
2. in princ. vers. aut dilatoriam. qui reddēs ratio-
nem præsentis ampliationis, dixit. Nam istud be
neficium, quod maritus non conueniatur, nisi in-
quantum facere possit, conceditur marito ad tem
pus, vsquequo peruenerit ad pinguiorem fortu-
nam, vel quoad vixerit, vt ipsemet Bar. dixit in l.
ex diuerso. in fin. ff.solut.matrim. meritò ergo ad
hæredes non transit.

Amplia secundò, ꝙ neque ad proprios filios, vt
in l.qui parentes, ff.solut.matrim. l.Neratius. ff.de
reg.iuris. & in c.priuilegium. de reg.iur. in sexto.
Ioan.Crot. in l.omnes. nu.229. versic. priuilegium
† contra ius. ff.de iustitia, & iure.

Amplia tertiò dictam regulam secundā, dicen-
do ipsam habere etiam locum, quando priuile-
5 gium personale † induceret solum prælationem, &
non exceptionem, vt est illud, quod conceditur
mulieri in actione personali: Nam nec hoc priui-
legium extendetur ad hæredem etiam suum, vt in
l.1. C.de priuileg. dot. Paul. de Castro in l.mari-
tum. colum.2.nu.4. versic. certè aliquando non in-
ducit. ff.soluto matrimonio.

Limita primò, dicendo regulam veram solùm,
quando huiusmodi priuilegiū concederetur per-
6 sonæ, † quæ moritur, sed si rei, quæ non moritur,
vt est Ciuitas, Castrum, Collegium, & huiusmo-
di, tunc extenderetur ad successores. Nam in tali
casu diceretur reale, & non personale, vt in l.for-
mam. §.quanquam. ff.de censibus. Paul. de Castr.
vbi supra. Idem docuit Glo. in l.sordidorum. vers.
ad hæredem. C.de excus.mu.lib.12. citans ad hoc
l.3. cum concord. ff.de censibus.

Limita secundò, quando priuilegium nulli præ
iudicaret, nisi illud concedenti, cum tunc potiùs
7 beneficium etiam vocandum, † quàm priuilegiū,
si concedatur alicui per nomen proprium illius,
extendetur ad ipsius hæredes: cùm beneficia Prin
cipum sint latissimè interpretanda, vt in l.fin. ff.de
Constit. Principum. & in c.cùm dilecti. extra de
donat. docuit Fulgos. in consil.225. incip. Serenis-
sime. vbi concluditur, quòd concessio castri facta
alicui, extendetur ad hæredes eius, cui facta fue-
rat concessio. Ioannes Crottus in l.omnes. nu.236.
versic. septima conclusio. idipsum docuit.

Amplia primò dictam limitationem, dicendo
regulam non verificari in rebus, vel dignitatibus,
8 † quibus aliquod beneficiū, vel priuilegium fuis-
set concessum, vt in l.3. §.rebus. ff.de censibus. &
in l.1. §.permittitur. ff.de aqua quotid. & æstiua.
Paul. vbi supra.

Amplia secundò dictam limitationem secun-
dam, dicendo regulam prædictam non verificari
in actionibus, vel causis, vel contractibus, in qui-
bus fuisset aliquod beneficium, vel priuilegium
9 concessum alicui, † vt contingit in priuilegijs do-
talibus, quorum quædam conceduntur prędictis.
Nam quædam dantur actioni de dote, vt est pri-
uilegium tacitę hypotecę, vt in l.1. §. & vt plenius.
c.de rei vxor. actio. Quædam dantur ipsi doti, id
est rei dotali, seu in dotem datæ, quòd non possit
alienari, vt in d.l.1. §. & cum lex. Quædam dantur
contractui dotis, vt priuilegium de ficta stipula-
tione: & quòd sit contractus bonæ fidei, vt in di-
cto §. & vt plenius. quædam dantur mulieri pro-
pter dotem, vt quòd pręferatur alijs creditoribus.
etiā hæc omnia priuilegia trāseunt, seu extendun
tur ad quemuunque transit actio de dote, titulo
singulari, vel vniuersali, vt in l.priuilegia. ff.de re-
gul.iur. Datur & aliud priuilegium ipsi mulieri,
10 quod est personale, † & non transit ad hæredem,
neque ad proprios filios, scilicet ꝙ habet etiā pri-
uilegium in actione personali, vt in l. vnica. C.de
priuileg. dot. & in l.dabimus. ff. de priuileg. cre-
dit. & si illud priuilegium, quod habet mulier in
tacita hypoteca, vt præferatur anterioribus tem-
pore, transit ad filios eiusdem matrim. non ad ex-
traneos, vel alterius, vt in l. assiduis. C.qui potior.
in pign.hab. Maritus autem non habet priuilegiū
prælationis in dote petenda, licèt multa alia pri-
uilegia habeat, vt paulò post dicetur. Extraneus
autem, qui fuisset pactus, & stipulatus nullum ha-
beret priuilegium, vt not. in l.2. in princ. ff.soluto
matrimonio. Pater autem qui dedisset dotem pro
11 filia, † bene habet priuilegia, sicut filia, vt not.
Glos. Ord. in §.fuerat. in fine Glosæ magnæ. Instit.
de actio. quod intellige secundum Dynū in l.post
dotem. ff.solut.matrim. scilicet viuente filia, nomi
ne filiæ, ad vtilitatem filiæ: non autem filiæ mor-
tuæ, cùm tunc agat pater pro propria vtilitate, ꝙ
& Bat. in d.l.post dotem. col.pen. nu.33. 34. & 35.
confirmauit, quibus se subscripsit Paul. de Castro
in l.1. col.2. nu.6. versic. sunt autem plura. in fine.
ff. solut.matr. Memoriæ tamen erit commendan-
dum, quod subsequenter docuit ipse Bart. vbi su-
pra, nu.34. vers. ego credo. dicens, quòd si res do-
talis transiret (viuente muliere) ad diabolum in-
12 fernalem haberet priuilegium dotis, † quia omne
priuilegium dotis, quod meretur executionem à
lege, & ab homine, viua muliere transit ad quem-
cunque vadit dos, vt etiam repetijt ipse in l.ma-
ritum. ff.solut.matrim. Cùm vsusfructus sit perso-
nalis, & in eo, ꝙ est facta executio trāsit ad hære-
dem. & in eo, quòd non est facta, nō transit. Modò
actio de dote incontinenter, quòd est dos, est pri-
uilegiata, & sic est facta executio. Idemque ipse
Bart. conclusit ibidem nu.35. vers. & in isto casu, si
agit. dicens, ꝙ si pater agat nomine filiæ, haberet
13 priuilegium, † sed si nomine suo, & ad suā ipsius
patris peculiarem vtilitatem, licèt veniat per obli
quum ad filiam, tunc haberet hoc priuilegiū. hæc
Bar. Quæ verò sint specialia dotis priuilegia, re-
censet Paul. de Castro in l.1. col. nu.6. vers. in glo.
sequente. ff.solut.matrim. concludendo ergo hanc
ampliationem Bal. in l.1. ff.solut.matr. postquàm
recensuisset nonnulla mulierum priuilegia, subin-
tulit, dicens. Nota, ꝙ ex dictis priuilegijs. quædā
ad hæredem transire, quia resident in causa, & ipsi
causæ radicata, & infixa sunt. Quædam cohærent
14 personæ, † & ossibus mulieris, & ista non trans-
mittuntur, & sunt tria, videlicet: Priuilegiū præ-
lationis in personali. Priuilegium prælationis in
hypotheca. l.etiam. ff.solut.matr. & in l.assiduis.
C.qui potio. in pignor. hab. & est ratio, quia ista
prælatio lędit ius tertij: & ideo æquum est eam
restringi ad solam prouidentiam mulieris, supple

& pa-

& patris, vbi actio est communis, vt in §. fuerat. institu. de actio. Item & supple. filiorum eiusdē matrimonij, vt in dicta l. Assiduis, & arg. in l. amicissimos. §. Lucius. ff. de excusat. tut. est tertium Priuilegium alienationis, & istud etiam ad filios non extenditur, & si filius possit alienare, & repudiare dotem maternā, facit l. Dotale. ff. de mili. testam. hæc Baldus vbi supra.

15 Dictam regulam secundam in priuilegio† continente exceptionem peremptoriam, vt si impetraui priuilegium, quòd à creditoribus non possim conueniri, quoniam tale extendetur ad hæredes meos, postquam cœpit competere defuncto, vt in l. 3. §. quod autem. ff. quod quisque iuris. & sic intelligitur, inquit Bar. in l. quia tale. col. 2. vers. Primo casu. ff. solu. matrim. de muliere, & minore, qui transmittunt ad hæredes. Idem docuit Alex. in dicta l. quia tale. col. 1. in fine sequens. idem Bart. Ang. & Imo. & ratio est secundum Alexandrum ibidem, quia cœpit exceptio causata à priuilegio meo mihi competere, ita habetur in l. 3. §. quod autem. ff. quod quisquis iuris. Idipsum probatur per tex. in l. non solum. ff. de in integr restitu. secūdum etiam Bar. & Paul. de Castro in l. Maritum, col. 2. num. 4. quando autem personæ.

Tertia sit regula, quòd priuilegium datum in actione reali quatenus facta est executio viuo eo,

16 cui † fuit concessum, & non in plus, extenditur ad hęredem suum, idest filium, vt in l. assiduis. §. excepti. C. qui pot. in pig. habe. vt puta in priuilegio, quod conceditur à lege scripta, & circa ea, quę habuerunt originem in persona defuncti, puta, circa actionem, quæ incepit in illius persona actiuè, aut passiuè. Paul. de Cast. in dicta l. Maritum. colum. 2. vers. sed illud, quod datur. Idem Bar. in l. quia tale. colum. 2. nu. 2. vers. secundo casu. ff. sol. matrim. ponens exemplum in vsufructu, addens, quòd fructus percepti viuo vsufructuario transeunt ad hęredes, & non vltra, vt in l. defuncta. ff. de vsufr. & quòd sic intelligatur. l. 2. §. permittitur. ff. de aqua quotid. & æstiua.

17 Limita singulariter † regulam tertiam dicendo quòd priuilegium versans circa id, quod non incępit in persona defuncti, indistinctè non transit, seu extendit ab ipsius hæredes, vt patet in hærede minoris, qui non habet priuilegium minoris in contractibus celebratis per se, & non per minorem, vt in l. ea quæ à patre, C. de test. mili. Paul. de Castro in dicta l. Maritum, colum. 2. num. 4. vers. quæro circa id: Idem docuit Bar. in l. quia tale, colum. 2. in princ. versic. aut quæris nunquid priuilegium transeat. ff. solu. matrim. citans ad hoc tex. in l. 1. ff. de constit. Princip. vbi addidit hoc verificari tam in priuilegio cōcesso à Principe, quàm à lege, cum non sit dubium quòd hæres minoris, vel mulieris, cuius est hæres, in contractibus celebratis à se nō habeat priuilegium minoris, aut mulieris.

Amplia primò regulam tertiam, dicēdo ipsam habere etiam locum in priuilegijs personalibus concessis per Principem non redactis in corpore

18 iuris, † quæ continēt beneficium cum largè interpretanda videantur, & censenda realia, & nō personalia, si congruè fieri posset, ac per consequens extendenda ad hæredes, vt puta, si princeps concesserit certa bona fiscalia: Nam non creditur concessisse quantum ad vsumfructum tantum: quia sic non transirent ad hæredem, sed quantum ad proprietatem, & dominium, vt fiat larga interpretatio, sed si ista interpretatio nō cadit, vt si princeps concederet, quòd possit quis ducere aquam de flumine Publico, seu Castello, præsumitur concessio personalis, & tamen beneficium dicitur. tex. est in l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotid. & [illegible] Pau. de Cast. in dicta l. maritum col. 2. nu. 5. vers. in concessis vero. ff. sol. matrim.

Amplia secundò regulam tertiā dicendo, quòd ad omnes successores extenditur priuilegiū an-

19 tecessorum, quando priuilegium † est inductum ratione loci, & ipsum respiceret (quod in dubio præsumitur,) & non contēplatione personæ: ideò diximus ratione loci, quia ratio pietatis concernit locum ad hoc facit quod not. in l. omnia, ibi, [vel ad eos, qui post eum loco eius successerint,] & quod dicitur in cap. cum venissent, extr. de institu. & in l. formam. §. quamquam. ff. de censibus. Idem docuit ad verbum Bald. in dicta l. omnia, num. 2. idem docuit Aret. in l. Maritum, colum. 3. vers. idem dicit per illum text. ff. sol. matrim.

20 Quarta sit regula, Priuilegium† concessum ciuitati, siue ciuibus alicuius ciuitatis, extenditur ad comitatum vel comitenses: non autem è contra: Nam priuilegium concessūm comitatui, seu comitensibus, non extendetur ad ciuitatem, seu ciues. text. in l. qui ex vico. ff. ad municip. l. fin. C. de muni. & or. l. 10. Idem docuit Paulus de Castro in dicta l. maritum, colum. 3. num. 6. remittendo se sententiæ Bar. in l. 1. ff. de verbo. signifi. vbi col. 2. num. 4. hoc ipsum docuit, addens quòd idem sit dicere ciuem Perusij, & Perusinum, vt in l. 1. ff. ad municip. sed cum dicitur Perusinus, & tunc est etiam Perusinus comitatensis, vt docuit tex. in dicta l. qui ex vico, etsi non egetur, ait ibidem Bar.

21 quòd quando ciuitas † ponatur pro loco, ꝙ tunc pluris finiatur, attamen quando ponitur pro populo, tunc continentur comitatenses, vt in l. 2. de naudinis. Idem docuit Bart. in l. si finita, ff. de dāno infecto, & in consil. incip. in ciuitate Camerini, idem docuit Antonius de Butrio in prohęmio decret. & Petrus de Anch. in cap. felicis, in fine, de pœnis in sexto, & in repetir. c. 1. ext. de constitut. per text. in l. qui ex vico. ff. ad muni. & quòd priuilegium concessum comitatui, seu districtui nō extendatur ad ciuitates, docuit quoque Alexan. in l. ex pupillari, num. 4. ff. de vulg. & pupill. citans ad hoc etiam Ang. & Imo. Idem docuerunt Imo. in rubr. ff. solut. matrimo. & in c. Rodulfus, extr. de rescriptis, citans ad hoc tex. & in l. sed & reprobati. §. amplius, in ver. sicomancus. ff. de excus. tut. & in l. 1. & ibi Bar. ff. ad municipia. tex. in l. 1. C. de priuat. carcer. & ibi Bar. Arcbid. in c. canonum statuta vers. consuluit etiam super quadam, extr. de constitu. Bald. in l. 3. C. de nat. liber. Iac. de bel. in auten. quib. mo. nat. effi. sui. §. si vero. Io. Andr. in cap. si ciuitas, de sent. excom. lib. 6. glos. in l. restituendę. C. de aduoc. diuer. iu. Idem repetijt ipsemet Bart. in l. si finita, §. ex hoc edicto nu. 5. ff. de

22 damno infecto: dicens, quando† priuilegium aliquid conceditur alicui castro, hoc est in loco in comitatu, tunc non extendetur ad villas ipsius Castri, vt in dicto c. si ciuitas, & in l. 2. ff. de verbo. signifi. sed quando Castrum apponitur in priuilegio non pro loco, sed pro personis: tunc extenditur tam in fauorabilibus, quàm odiosis ad subditos ilius Castri. Idem docuit Paul. de Castro in dicta l. maritus, colum.. §. nu. 6. vers. & an cōcessum Castro. Bal. verò in l. vt inter diuinum, num. 4. C.

gat. a. per illum tex. & omnes vna cùm glos. in l. 2. C. de Episcopis, & Clericis, & vide infra quando agitur de filijs presbiterorum.

37 Regula nona, Priuilegium † concessum sub nomine liberorum non extenditur vltra pronepotes, vt docet glos. & ibi Bar. in l. liberos, ff. de senatoribus, addens, quòd appellatione liberorū contineantur omnes descendentes per lineam masculinam siue sint naturales, & legitimi, siue legitimi tantum.

38 Regula decima, † Priuilegium concessum personæ transit ad hęredes proprios eius cui fuit concessum, & non ad extraneos, & intelliguntur hæredes sui descendentes ex ipso, cui concessum fuerat huiusmodi priuilegiū. hæc Bar. in l. 1. in princ. C. de priuileg. dotis. addens quòd mulier suum hęredem non possit habere, cum non habeat filium in sua potestate.

39 Regula vndecima, † Priuilegium concessum alicui, & omnibus ex se descendentibus masculis & fœminis, non extenditur ad fœminas maritatas, & si ad viduas, & ideo est secundum Bart. in l. 3. nu. 2. C. de priuileg scholariū lib. 12. quia fœminę postquam victum assumunt in totum dicuntur ad alium se transferre, & statum suum mutare, vt in l. mulieres. ff. de dignitatibus.

40 Regula duodecima, Priuilegium † exemptionis concessum alicui Ecclesiæ principaliori à qua aliæ dependant extendetur ad omnes alias Ecclesias sibi subiectas docuit Bar. in Auctē. vnica, num. 9. vt Ecclesia Roma. gaud. cent. ann. præscrip. sequens glo. in cap. Fœlix Episcopus, 16. quæst. 3.

41 Regula decimatertia, Priuilegia † quæ dicuntur perpetua, & quæ temporalia, vide Canonistas in c. cum accessissent ext. de constitu. quibus astipulatur tacitè ipsos citando in solutione præsentis quæstionis, Bar. in l. 2. C. de diuersis rescriptis: Paul. vero de Castro in dicta l. 2. num. 4. his præcisis verbis vsus fuit, videlicet, rescripta verò de gratia,

42 vt priuilegia † similiter de sui natura sunt perpetua siue concedantur à Principe, siue ab inferiore, vt in cap. Decet. de reg. iur. in sexto, & ibi nota. in glo. nisi propter abusum perderentur, vel ex eo quòd incipiant inferre magnum grauamen, quod non inferebant à principio, vt in principio, vt in cap. suggestum. ext. de decimis, vel nisi prini legiatus negligeret vti per 30. annos, vt in l. 1. ff. de iur. immun. vel nisi priuilegiatus renunciet priuilegio expresse vel tacitè faciendo actum cōtrarium priuilegio, vt in cap cum omnes, de constit. & in l. 1. & 2. ff. de iure dom. impetr. hoc tamen quando habeant causam momentaneam: secus si successiuam & iterabilē, vt in l. volūtariè & quod ibi not. ff. de excusat. tut. hæc Paul.

43 Regula decimaquarta, Priuilegium † reale esse censetur omne priuilegium, quod conceditur alicui rei mansuræ, puta ciuitati, vel collegio, vel dignitati, vt in l. maximarum. C. de excusa. mun. lib. 10. vel generi. Docet quoque Bald. in l. sordidorū. C. de excusat. munerum lib. eo. Addens in principio dictæ l. sordidorū, quòd huiusmodi priuilegiū reale est perpetuum, quod & ipsemet Bal. in l. vectigalia. C. de vectigalibus, dicens, ꝙ priuilegia concessa ciuitatibus prǽsumuntur realia & perpetua, & quòd sit notandum.

44 Regula decimaquinta, Priuilegium † personale & reale seu patrimoniale (vt est beneficium restitutionis in integrum) dicitur mixtum, & quòd istud beneficium dicatur mixtum patet quia est patrimoniale cum concedatur, vt non deficiat patrimonium minorum, & personale quia non omnibus hominibus indifferenter, sed solum personis minorum, & hoc priuilegium mixtum concessum alicui extenditur ad omnes hæredes minoris cui est tale priuilegium concessum à iure, vt docet tex. in l. non solum. ff. de in integrum restitu. Bal. in dicta l. sordidorum.

45 Regula decimasexta, Priuilegium † concessum marito extenditur ad vxorem, & ipso fruetur non solùm viuente viro, verùm etiam ipso mortuo, donec illa permanserit in viduitate. Bar. in l. 3. nu. 1. ver. Nota hic. C. de priuileg. scholarium, & in l. mulieres, ff. de dignitatibus per ipsum text. in dicta l. mulieres.

46 Regula decimaseptima, Priuilegium † purè personale concessum circa rem transitoriam ad hæredem, extenditur ad ipsum hæredem, vt contingit in priuilegio concesso circa contractus, vt in l. assiduis, & l. quia personale. ff. sol. matrim. & Bal. in l. sordidorum. C. de excusat muner.

Limita supradictam regulam decimamseptimam, dicendo illam veram, nisi illud priuile-

47 gium personalissimum † esset, quod potest cognosci ex causa indulti priuilegij, vt in l. non solum. §. si puellas. ff. de ritu. nupt. Bal. vbi sup.

48 Regula decimaoctaua, Priuilegium † purè personale cōcessum circa id, quod non est transitorium ad hæredes non extendetur ad aliquem, vt in l. fin. C. qui morbo lib. & in l. eos. C. de his qui num. liber. lib... & in l. 1. C. de muner. & honor. non continua, & in l. in filijs. §. fi. C. decur. lib...

49 Regula decimanona, Priuilegium † recipit interpretationem suppletiuam, & declaratiuā à iure communi, tex. est not. in c. fi. ext. de præsumptio. Quoniam in ipsis proceditur de similibus ad similia, vt in l. facto. ff. de vulg. & pupill. substitu. Itē intelligendum est vt aliquid inducat, vt in cap. examinata ext. de confir. vtili, vel inutili, & in l. si quā do in glo. C. de inoffic. testamento. Bal. in sua Margarita vers. priuilegium. Nam vt docet Alc. in dicta l. ex facto, colum. 2. nu. 8. in priuilegijs talis præsumitur fuisse mens cōcedentis, qualis de iure debuit esse, vt in l. quoniam. C. de na. lib.

50 Regula 20. Priuilegium † alicui concessum sub nomine alicuius collegij vel dignitatis, intelligitur secundum ius, vt in l. si quis ex testamēto. §. si quis. ff. de inoffic. testam. & in l. ex militari, & in d. glo. dictæ l. si quando Bal. vbi supra.

51 Regula 21. Priuilegium † concessum alicui officio habenti dignitatem annexam extendetur ad tempus, in quo talis etiam explesset ministerium huiusmodi officij, secus si nō haberet dignitatem annexam, docuit Bartolus in l. maximarum. num. 2. per illum text. in fine. C. de excusat. mun. lib. 10. idem docuit ibidem Angel. de Perusio. Idem Nefied. in l. ab officijs. C. de Palat. sacr. larg. lib. 12.

Limita singulariter, dicendo regulam obtinere locum quando fuisset dictum officium quis benè exequutus, non autem male, vt in l. 2. & l. quidam, & ibi, & in dicta l. ab officijs Nefied. & in l. 3. in fine. cap. de domesticis & potent. lib. 12.

52 Regula vigesimasecunda, Priuilegium † concessum venditori non extenditur ad emptorē, tex. est singul. in l. citatio. §. fina. ff. de public. Bald. vbi supra.

53 Re-

53 Regula vigesimatertia, Priuilegiũ † concessum principali non extenditur ad accessoria, glo. in l. diuortio. §. ob donationem. ff. solut. matrim. Bald. vbi supra.

54 Priuilegium † dicitur ius extra ordinarium, l. pecuniam, C. de priuilegio fisci Bal. vbi supra.

55 Regula vigesimaquarta, Priuilegiũ † concessum vniuersaliter alicui extenditur ad futura, secus si particulariter. text. singul. in l. Lucius. ff. de fundo instructo, Bal. vbi supra.

56 Regula vigesimaquinta, Priuilegiũ alicui† concessum extenditur ad familiare ipsius, scilicet ad liberos, & vxorem, & famulos, quod secundũ Cyn. l. 1. C. de Episcopis, & cler. in addit. & Paul. de Castro ibidem, colum. 2. num. 6. vers. Item nota, ꝙ priuilegia erit intelligendum per trinam distinctionem procedendum tali pacto, videlicet. Aut conceditur huiusmodi priuilegium alicui ratione innatæ dignitatis, & tale priuilegium extendet ad filios ẽt post mortem patris eorũ, cui cõcessum fuerit hmõi priuilegiũ, vt in l. eos qui. C. de excu sat. mun. lib. 10. & in l. fœminæ, ff. de Senat. Bart. n.

57 in d. l. fęminæ dicit, ꝙ vxoris † corruscant radijs maritorũ, & eorũ dignitate, & priuilegio gaudent ẽt post mortem ipsorũ, donec nubent alteri inferioris gradus, quo casu dignitatem amittẽt. Idem Bald. in dicta l. fœminæ, addens idem dicendum fore ẽ contra, quòd fęminæ deteriorantur per ignobilitatem maritorum, & exemplificat in filia Regis Francorum, quæ ante nuptias cum Comite dicebatur Illustris, postea vero spectabilis. Idem docuit Odofredus in l. 2. un. 3. C. de Præpositis agentibus in reb. lib. 12. his precisis verbis vtens, videlicet. Item nota priuilegiũ patris trãsire ad filium, vxorem, & familiam, vt in l. in sacris, el 2. & in l. si quis. C. de proxim. scrin. sacr. lib. 2. & in l. iubem⁹, C. de silentiarijs lib. 12. & in l. vnica. C. de magistr. scrin. lib. 12. Nam filius honores, & onera patris

58 subit, † vt in l. exẽplo, l. in filijs, l. neque, & in l. neminem. C. de decurionibus, lib. 10. & in l. filios. C. de muni. & ori. lib. 10. etsi reuera in delictis, & debitis non fiat extensio, vt per leges totius tituli. C. ne filius pro patre, & quòd extendatur ad vxores est tex apertissimus in l. fin. C. de incolis. lib. 10. nisi conuolauerint ad secundas nuptias: nam tunc fruetur priuilegio secundi viri. Idem habetur in l. cum quidam. ff. de iurisdict. omn. iudic. & in l. 1. & l. mulieres. C. de dignit. lib. 2. & famuli gaudent priuilegijs domini sui, & in l. omnes, & clerici in fine. C. de Episcopis, & cleric. l. in sacris, la terza. C. de proxim. sacr. scrin. lib. 12. & in l. 1. C. de priuileg. eorum, qui in sacro lib. 12. & in l. vltima. C. de priuileg. scolar. lib. 12. Idem repetijt idẽ Odofred. in l. 1. num. 1. C. de Castrensianis lib. 12. qui Odofred. Idem repetijt in l. fin. C. de priuileg. scolar. lib. 12. his præcisis verbis vtens, videlicet nota quòd ex ista lege priuilegia Patris ad Filium, viri ad vxorem, Filij ad matrem transire, vt in l. fi. C. de Agent. in reb. lib. 12. & in l. 1. C. de priuileg. scolar. lib. 2. addens, quòd id, quod dicitur de viro & vxore extenditur etiam ad viduas, vt in dicta l. 1. & l. mulieres. C. de dignit. lib. 12. & etiam ad maritatas si inferioribus non nupserint, sed æquali maritis primis, vel maioribus, secus si inferioribus cũ dicantur iniuriari primis maritis.

Limita primo dicta in hoc primo mẽbro quoad familiam. Nam hoc solum obtinet locum in fami

59 lia priuilegiati † ratione clericatus, non autem in alijs priuilegiatis. Nam talium priuilegia non extendentur ad eorum familiam, nisi hoc in priuilegio dicatur expresse ac in cap. sicut. de verbor. signific. lib. sexto. idem docuit Paul. de Castro in l. 3. nu. 8. vers. sed istud est speciale. C. de Episcopis, & Cler. per tex. in dicta l. 3. & ibi per Doctores.

Pro cuius limitationis maiori intelligentia memoriæ erit commendandum, quòd Bald. in l. 1. C. de Episcopis, & clericis. num. 2. vers. circa legem nostram docuit, quòd triplex est familiaritas,

60 † nam quædam dicitur potestatiua, quædam ẽcontra subiectiua, & quædam familiaritas socialis: familiaritas verò potestatiua, & hæc est multiplex vt puta Prima patris in filium, & ab ista incepit prima iurisdictio mundi, secundum Innocentium in c. super. ext. de voto, & hoc est quod docuit tex. in l. in suis. ff. de liber. & posth. quòd olim licebat patribus occidere filios. Secunda domini in seruũ, cui similiter olim licebat occidere seruos, sed hodie ista potestas est restricta, vt in l. 2. §. dominorũ. ff. de his qui sunt sui, vel alie. iur. l. & si certum. §. appetitus. ff. ad Syl. & in l. penult. ff. de condit. ob cau. Tertia est viri in vxorem: nam vir habet quandam præeminentiam in ipsam in correctione morum, ad hoc facit l. 1. ff. de emẽdat. propin. Quarta est domini in seruitorem, quem vulgo appellamus familiarem, in quo dominus (cum talis familiaris sit liber parum habet potastatis, & hæc dicta sufficiant pauca de multis de primis illis duabus specieb. familiaritatis. Familiaritas verò socialis de qua legitur, & notat̃ in l. item apud Labeonem. §. si quis virginem. ff. de iniurijs. Qui verò dicantur alicuius familiares docuit text. in cap. sicut de verb. significatio. in sexto, vbi dicit Io. Andr. quòd fami-

61 liaris † licentiatus, vel seipsum licentians, & recedens, & rediens nõ est amplius familiaris, nec numeratur inter permissos, aut prohibitos, quòd est notandum secundum Bald. vbi supra referentem ipsum Io. And. & sciendum quòd Geminianus ibidem not. antecpen. dicit, quòd familiares alicuius dicuntur qui sunt de sua familia verè, & sunt continui commensales expensis suis, & quòd desinanr si fuerint licentiati vel sponte recesserint, sciendũ quòd variè accipit̃ in iure hic terminus, familia, vt docet tex. in l. pronunciatio, & l. sequenti. ff. de verb. signific. & ibi per Doctores subdit vbi supra

62 quoque Bart. quòd familiaritas † sex operetur. Nã primo circa iurisdictionis declarationẽ, eo quòd tota familia contemplatione domini eximitur à iurisdictione suspecti Iudicis, vt docuit Inno. in c. insinuante. ext. de officio deleg. secundo quòd familiaris perpetuus habet priuilegium perpetuum sicut dominus, temporalis autem non nisi durante familiaritate, vt in cap. olim ext. de arbitris, & ibi per Innocentium facit, quòd not. in l. 1. C. de Episcopis, & cleric. & ibi per Cyn. tertiò quòd dominus non teneatur comparere in iudicio infra octo dies à die quo expulsit familiarem, vt in l. 2. cum ibi not. ff. de in ius uocan. quarto quia auget affectum consanguinitatis. Vnde licẽt pater nõ re

63 pellatur † à testimonio ratione fraternitatis, tamẽ bene repellitur ratione socialis familiaritatis si simul habitant, vt in l. cum alias C. de castr. pe. libr. 12. §. quia omnes facientes pacem debent promittere pro familiaribus, socialibus, & adherentibus, si vult esse fidelis sicut decet, vt in cap. Apostolicæ. in vers. adherẽtes, de sent. & re iudi. in sexto, hæc Bal. vltra citatos specialiter his omnibus breuissimo

uissimo sermonis periodo videtur adstipulatum fuisse Iasonem in l.sciniarios, nu.2. C. de testam. milit. bis præcisis verbis vtens, videlicet: Nota, quod priuilegium concessum alicui personæ non extenditur ad eius ministros, vel familiares temporales, vel etiam ad beneplacitum: Secus fortè si essent ministri perpetui vt conuersi, vel similes vt est tex. not. in c. per exemptionem, in principio, de priuileg. in sexto.

64 Sublimita † singulariter dictam vnicam limitationem: dicendo ipsam verificari solùm quandiu perseuerant in obsequio talium dominorum priuilegiatorum, & non amplius, cum non gaudeant tali priuilegio ratione sui, sed alterius. docuit Sal. in 1.c. de Episcopis, & cler. nu.2. vers. Téporalis autem citans ad hoc c. cum olim. extra de arbitris, & ibi per Innoc. & Cyn. in l.2. eo. titu. C. vbi rursus Bal. per rationem cessante causa fauoris, cessare debet & effectus.

Secundò, aut conceditur tale priuilegium ratione officij publici, & hoc extendetur ad filios solùm in vita talium parentum, quibus fuerat huiusmodi priuilegium indultum, & non vltra, & tali pacto est intelligendus text. in l.3. vt ibidem docuit Paul. de Castro, nu.6. C. de Episcopis, & cler. & in l. semper, §. negotiatores, ff. de iure immun. & ibi glo. ord. de hoc.

Tertiò, aut conceditur tale priuilegium ratione necessitatis, & tunc ad filios non extendetur, vt in l. in filijs, C. de decurion. lib. 10.

65 Regula vigesimasexta, † Priuilegium amittendi ipso iure latam per tex. in l. veterani, C. de his, qui sponte munera subeunt, libro decimo. contra eum, qui generaliter facit contra effectum sui priuilegij extendetur ad filios, & posteros. Bald. ibidem per dictum tex.

Limita primò, nisi ipse contrafaciens protestetur, quòd per hoc ipse non intendat recedere ab omni priuilegio, sed in certa parte tantum: nam tunc dicta pœna non extendetur ad filios & posteros, Bal. vbi supra.

Limita secundò, nisi protestetur, quod ipse velit solùm sibi præiudicare per talem actum factum contra priuilegium, non autem filijs, & posteris suis: nam tunc non extendetur ad illos dicta pœna priuationis: cum hæc protestatio in casu protestato, priuilegium seruet illæsum, Bal. vbi sup.

Limita singulariter primo, nisi dicto priuilegio non generaliter contrauenerit quis, sed solùm in aliqua speciali parte, prout docuit Bald. in l. qui publici, per illum textum, C. de his, qui sponte munera subeunt, lib. 10.

Sublimitatur secũdo, allata in limitatione dicẽdo, quòd etsi ad filios & vxores clericorum in vita 66 eorum extendantur eorum priuilegia, † ita vt ipso possint frui: non tamen hoc possunt post mortem ipsorum clericorum, sicut & generaliter de alijs non clericis dicitur, vt elicitur ex l.2. C. de Episc. & cler. vbi inter alia hæc habentur videlicet: [Vt ijdem clerici priuilegijs pluribus redundarent & ibi Bal. num.5. vers. vltimo, quæro hic: nam fundamentum horum priuilegiorum, quæ extenduntur ad filios & vxores consistit in isto clerico, licèt extendantur ad dictos filios & vxores eorum. Quã propter consequens necessariò fiet, quòd destructo huiusmodi priuilegiorum fundamento per mortem clericorum, huiusmodi extensio non poterit fieri: vt subdit idem Bald. addens subsequentem hanc peroptimam regulam, dicẽs, 67 quòd ista sit regula, quòd quando ratio † propter quam conceditur priuilegium pluribus, non inest cuilibet ipsorum: si inest tantum vni: tanquam principali: exinde deriuatur ad alios, quòd illo mortuo finitur priuilegium. sed si ratio priuilegij inesset hæredi, sicut & defuncto: tunc benè extenderetur & ipsum priuilegium ad hæredem: vt elicitur à l. sordidorum, C. de excusat. muner. lib.10. hæc Bal. qui addidit ibidem hoc ipsum asseuerari etiam per Cynum alijs verbis in eadẽ l.2. Idem docuit in dicta l.2. Bart. cui astipulatur Iason in l. sciendum, §. si fundum, colum. pen. nu.5. ff. qui coguntur, & in l. ex facto, nume.7. ver. sexto nota, ff. de vulg. & pupill. & rursum ipsemet Iason in l. filius à patre, §.1. nu.3. vers. Adde tu ad dictam regulam, ff. de liber. & posthu. Citans ad hoc glo. in l.2. C. de Episcopis, & cler. & ibi per Bar. & addit, quòd priuilegium concessum filijs propter patrem cessat mortuo patre. & sic loquitur generaliter.

Sublimita tertiò, nisi dicto priuilegio generali non generaliter contraueniat, sed in aliqua specie particulari Bal. in l. qui publici, per illum tex. C. de his qui sponte munera subeunt, lib.10.

Amplia dictã conclusionem, in qua diximus priuilegia clericorum extẽdi ad filios, & vxores habere locum etiam in clericis constitutis in prima tonsura, vt docuit Pau. de Cast. in l. Presbyteros, C. de Episc. & cler.

Sublimita dictam sublimitationem secundã, dicendo ipsam habere locum solum quando priuilegia huiusmodi filijs concedantur ne dehonestetur dignitas parentum, non autem si dicta priui-68 legia † concessa essent sola ratione, quia filij sunt: quoniam tunc extendentur ad ipsos filios etiam post mortem parentum, per l.2. §. in filijs, & §. si ad tempus, ff. de decur. & in l. emancipatum, §.1. ff. de Senat. vt docuit Ripa in l. ex facto. col.3. nume.12. ff. de vulgar. & pupill.

69 Regula vigesimaseptima, priuilegium † concessum Episcopo alicui & familiaribus suis, extẽdetur etiam ad familiares alios substitutos seu receptos de nouo ad familiaritatem suam, quos scilicet Episcopus post huiusmodi concessionem priuilegij recepisset. hæc docuit Paul. de Castro, in l. si cognatis, ff. de rebus dubijs hoc ipsum exemplificans diuersimodè: tradidit primò regulam 70 hanc, dicens, quòd quando legatur † aliquibus personis sub aliqua qualitate, sufficiet illam adesse tempore mortis: & quòd videtẽ conuerso in personis, à quibus legatur idem esse, vt in l. si ita fuerit fideicommissum, in charta secunda. Nec est alia lex, quæ contradicat, & sic non est speciale, in l. placet, ff. de liber. & posthum. Nec hoc ibi dicitur, quòd sit speciale fauore testamenti nè pereat: quia etiam si ista ratio cessat. idem est, vt in dicta l. si cognatis, patet: & istud est benè singulare ad multa, secundum Paul. ibidem. Nam idem videretur in concessionibus factis sub aliqua qualitate: & poterit poni casus in cognatione legali, vt procedat magis clarè in vtroque dicto, quàm in cognatione naturali. Et ideo ipse Paulus ibidem, puta, quòd si quis legaret posthumo suo. ad istud legatum non solùm admitteretur qui nascetur ex vxore, quæ erat tempore testamenti, sed etiam qui nascetur ex alia vxore, vt in dicta l. Placet, & in dicta l. si cognatis, & sic non est speciale in institutio-

stitutione, & subdit ad verbum ipsemet Paulus in dicta l. si cognatis, num. 3. vers. & illud facit infra. dicens, hoc facere ad quæstionem dispntatam in Mercurialibus super regulam. Qui sentit de Priui legio concesso Episcopo, & familiaribus suis: vt comprehendantur non solum familiares, quos ipse habebat tempore concessionis, sed eriam illi, quos postea acquiret; non solum substituti illis; sed etiam additi, quòd & ipsemet Paul. repetijt in l. Filiæ, §. Titiæ, ff. de condit. & demon. alijs verbis
71 cum ibi concludat, quòd res subrogata † loco alterius reputetur eadem: & quòd ad hoc faciat l. si donatæ, §. sponsæ, ff de donat. inter vir. & vxo. Idem latissime quoad præsentem principalem cõclusionem, vide omnino, & hic insere, quæ docuit Io. And. in regula qui sentit, de regu. iur. in 6. per totum, per Albericum de Rosat. in Regula. secundum naturam, fol. 9. colum. 2. per totum, Decius & Cagnolus in l. In omnibus causis, ff. de reg. iur. & limita hic dicta, prout ipsi docuerunt ibi, cum notatu dignissima sit quæstio præsens, & ibi probatur eius solutio.

72 Regula vigesimaoctaua, Priuilegia † cõcessa Ecclesijs super corũ bonis per leges Imperiales extenduntur ad Ecclesias ædificatas post illas leges, vel ad bona postea quæsita, Paul. de Castro in l. iubemus, in principio, num. 8. C. de sacrosan. Eccles. docuit per ipsummet tex. addens ad hoc facere l. si seruitutis, ff. de seruit. vrb. præd. subdens, quòd Ecclesia nunquam moriatur, sed semper sit perpetua, vt in cap. si gratiosæ, de rescript. in 6.

73 Regula vigesimanona, Priuilegia † personalia non solùm nõ extenduntur ad hæredes extraneos, sed nec ad proprios filios docuit Paul. de Cast. in l. etiam, nu, 2. dicens hanc esse communem doct. sententiam, per l. non solum, §. si pupillæ, ff. de ritu nupt.

Limita dictam conclusionem, Nisi illa fuissent concessa occasione matrimonij: nam tunc extenderentur solum ad illos filios, qui ex illo matrimonio nati sunt, & non ad alios, Paul. vbi sup.

74 Regula trigesima, Priuilegia, † & beneficia in dubio sunt largissime interpretanda etiam contra concedentem docuit Innoc. in c. dilecti, extra de donationibus, quem sequitur Paul. de Castro, in l. Auus neptis nomine, num. 5. ff. de pactis, & in l. beneficium, ff. de constit. princip.

75 Regula trigesimaprima, Priuilegium † concessum alicui ratione minoris ætatis, nõ extendetur ad tempus maioris ætatis, nam finita illa ętate minori, intelligitur & finitum huiusmodi priuilegium. Paul. de Cast. in l. Titia, §. vsuras, nume. 3. ff. de leg. 2. per tex. in cap. decet, de regul. iur. in 6.

Limita dicendo, quòd & si præcedens regula sit vera, si huiusmodi priuilegium habuisset causam successiuam, si tamen haberet causam instantaneam non esset vera, vt docuit Paul. vbi sup., per dictum cap. decet.

76 Regula trigesimasecunda, Priuilegium † concessum patrifamilias tempore quo habet duodecim filios, extẽderut ad tempus quo aliquis filiorum mortuus fuisset, etsi non in bello, nec relictis nepotibus proprijs filijs dictorum duodecim filiorum, prout docet latissimè Io. And. in regu. Decet, de regul. iur. in 6. & alij in l. decet, ff. de regul. iur. Cuius quidem Io. Andreæ sententiam amplexatus fuit Iason in l. sciendum, §. fi. ff. qui satisdare cogantur, Ripa in l. ex facto, nume. 13. vers. præmissa fiunt ad quæstionem: an priuilegium, ff. de vulg. & pupill.

Regula trigesimatertia, Priuilegium concessum à lege propter naturalem, & sufficientem rationẽ, vt quia in persona priuilegiata reperitur defectus naturalis extenditur ad hæredes, docet text. in l. non solum, ff. de in integrum restit. & in l. hæreditas, C. ad Velleia. Hoc docuerunt Pet. Cyn. in l. fi. quæst. 4. ff. de constitu. princip. & Bar. in l. 1. ff. eod. tit. Cyn. & Raphael. in l. quia tale, ff. sol. matrim. & rursus Cynus in dicta l. hæreditas, seu hæredes quos refert, & sequitur Alex. in dicta l. quia tale, col. 1. nu. 2. vers. Vnde Pet. & Rip. ff. sol. matr.

77 Regula trigesimaquarta, Priuilegium † concessum a lege non propter naturalem defectum, vt puta quia in persona priuilegiata non reperitur defectus personalis, & diceretur priuilegium personale, vt in l. quia tale, ff. sol. matrim. & tunc non extenderetur ad hæredes, sed extinguitur cum priuilegiato, iuxta regulam Priuilegium, & ibi per Doctores, de regul. iur. in 6. & Alexan. in dicta l. Quia tale.

78 Regula trigesimaquinta, Priuilegium † concessum à Principe viuenti in dubio intelligitur personale, & per consequens non extendetur ad hęredes, vt docet tex in l. fin. ff. de constit. princip. & in l. permittitur, ff. de aqua quot. & æstiua. Alex. in dicta l. quia tale, colum. 1. vers. Aut loquimur de priuilegio. Idem docuerunt, Petr. Cyn. in l. fin. in quæst. 4. ff. de constitut. princip. & Bar. in l. 1. ff. eo. titu. & rursus Cyn. & Ray. in dicta l. quia tale, & rursum, Cyn. in l. hæreditas.

Limita primò, nisi tale priuilegium fuisset concessum alicui loco, rei, vel causæ, quia semper reale esset, & sic extenderetur ad successores in loco, vt in l. forma, §. quanquam, & in l. 3. §. fi. ff. de censibus, & in l. in omnibus, ff. dę reg. iur. & ibi per docto. & Alex. vbi sup.

79 Limita secundò, nisi concedatur dignitati: † qa tunc extẽderetur ad successores in dignitate illa, vt in c. cum venissent, ext. de iudic. & ibi per doct. & ibi not. & in c. quoniam Abbas, ext. de offic. delegat. & ibi doct. & Alex. vbi sup.

80 Regula trigesimatertia, † Priuilegia quæ continent materiam præter ius, in dubio dicẽtur realia, & ideo extendentur ad hæredes eorum, quibus illa fuerant cońcessa docet Alex. in dicta l. quia tale, colum. 2. vers. Prædicta etiam faciunt, sequens Barto. idipsum docentem, in l. Pater, ff. de serui. legat. & quòd hoc probetur, per arg. in l. fin. ff. de constitut. princ. & in cap. dilecti, ext. de constit. Idem docuit Imo. in dicta l. quia tale.

81 Singulariter limita dicendo ipsam conclusionem veram solum, quando non possit haberi recursus ad priuilegiantem pro huiusmodi interpretatione recipienda: Verum si posset, tunc omninò esset ad eum recurrendum pro tali interpretatione, vt in l. fin. C. qui pot. in pig. habe. idem docuit expresè Specul. in titu. de instrum. edit. §. nunc autem, vers. verum quod fuit, cum vers. sequẽti, allegans, l. Nentias, ff. de fur. & cap. cum venissent, ext. de iudic. Cuius sententiæ astipulatus fuit Alex. in dicta l. quia tale, colum. 2. nume. 4. versicu. prædicta procedunt in priuilegijs, ff. sol. matr.

82 Regula trigesimaseptima, † Priuilegium quando dicitur non extendi ad hæredes, intelligendũ erit non solum ad hæredes extraneos, verũ etiam ad suos proprios, per tex. 10. in l. non solum, §. si

puellę,

puellæ, & ibi glo. in vers. simplex, ff. de in integ. re-
stit. Idem docuit glo. in l. ex plurib. ff. de administ.
tut. Idem docuit Alex. in d. l. quia tale, col. 2. num.
2. vers. sed an in casibus, in quibus dicens hanc es-
se communem Doctorum sententiam.
83 Regula trigesimaoctaua, † Priuilegium conces
sum à iure vicinis, vt prius requirantur in aliena-
tione rei immobilis an emere velint, aliàs aliena-
tio non valeat, nõ poterit extendi ad eum, cui for-
san aliquis ex huiusmodi vicinis vellet cedere.
tex. in l. mulier, §. ex asse. ff. de iure dotium: vt do-
cuit Alex. in l. post dotem, col. pen nu. 34. ver. sub-
dit tamen Rom. ff. sol. matr. sequens Cyn. in l. a d
officium. C. commu. diuidundo.
84 Regula trigesimanona, † Priuilegium l. 1. C. de
iur. & fact. ign. concessum militibus armatæ mili-
tiæ, non extendetur ad Clericum, qui militari di-
citur in militia cœlesti, c. 1. ext. de cler. ęgro. c. sal-
uator, 1. quæstio. 4. Idem docuerunt Bartol. Cyn. &
Salyc. in dicta l. 1. & Alexan. in l. centurio, colum.
1. nume. 4.
85 Regula quadragesima, † Priuilegium si ex post
facto efficiatur iniquum, & insimul appareat, ꝙ
cessauerit causa dispensationis, seu ipsius conces-
sionis, tunc ipsum Priuilegium ipso iure expirat:
sed si non cessasset causa prædicta, & nihilominus
ex post facto apparet iniquum: tunc etsi ipso iure
non sit extinctum; tamen recurrẽdum erit ad Prin
cipem, vt ipsum retractet. Hoc docuit Alex. in l.
ex facto, col. 2. num. 9. ff. de vulg. & pupill. sequens
glo. not. in c. decet, de reg. iu. in 6. & in c. suggestũ
extra de decimis.
86 Regula quadragesimaprima, † Priuilegium ali
cui concessum de aliquid faciendo, extenditur ad
eum, cui talis priuilegiatus cessisset illud ius, & ta
le, quod fieri ab eo demandasset, etiam si alias de
iure illud sine tali cessione facere non posset sine
pœna. Hæc conclusio probatur verissima per me-
dia, quib. infrascripta exempla de dicta cõclusio-
nis materia probantur, quæ sunt omnino memo-
riæ comendanda, & Primò.
87 Regula quadragesimasecunda, † Priuilegium
seu facultas à iure, vel Iudice concessa creditori
ingrediendi propria auctoritate fundum debito-
ris, extendetur ad eum, cui talis creditor tale ius
cessisset: sicut Dominus potest demandare vsufru-
ctuario ius nunciandi ad vtilitatem ipsius vsufru-
ctuarij, q̃uis sit ius extraiudicialiter exercẽdum.
vt in l. hoc ædicto, §. fi. ff. de noui oper. nunt. prout
etiam docuit Ang. Imo. & Rom. ibid. & Alex. ip-
sos sequens ibid. col. 2. num. 5. vers. Tertiò nota. &
rursus Ang. in l. 3. C. de pigno. & Bal. in c. 1. de feu
do nõ hab. pro. natu. feu. & Imo. in l. si ita stipuler
per te non fieri, ff. de verb. oblig. Q̃uã propter Bal.
dixit, ꝙ Priuilegium eius, qui propria auctorita-
te poterit capere, & per vim ingredi possessionem
extendetur ad eum, cui illud ius talis priuilegia-
tus cedere vellet, puta emptori: ꝙ & expressè do-
cuit in c. 1. §. 1. de pace iur. fir. quem sequitur Alex.
vbi sup. addens ad hoc ipsum probandum bene fa
cere, quod not. glo. in l. cum fundum, in princip. &
vers. Postea, & ibi Bar. ff. de damno infecto.
Limita primò, dicendo intelligenda supradi-
ctam propositionem veram, si talis, cui fuisset ces-
88 sum priuilegium † huiusmodi, ciuiliter ingredia-
tur huiusmodi fundum emptum, & sine contradi-
ctione de facto, argum. in l. nõ est singulis, ff. de re
iud. & apertissimè docuit Bar. in repet. l. credito-
res in 4. quæst. c. de pignoribus, etsi Bald. ipsum
non referat. Idem docuit Alex. vt sup.
Limita secundò, dicendo ipsam veram nisi lex
vel statutum contra regulas iur. communis conce
deret in priuilegium talem facultatem addendi si
respiceret specialiter ad aliquam personam: vt pu
ta si statutũ dicat, quòd licitum sit offenso offen-
dere propria auctoritate, & se vindicare impunè,
quia talem facultatem non poterit offensus alteri
demandare in alium, vt docuit Bald. in c. 1. §. 1. de
pace iur. fir. qui tali pacto soluit sententiã Io. glo.
relatam per glo. in l. cum fundum: in vers. postea,
ff. de damno infecto, & facit ad hoc, secũdum Bal.
tex. in argum. in l. si seruus hæred. post princ. ff. de
statu liber. Ibi dum tex. dicit [personæ dumtaxat
eius, cui demonstratus est adhærere] ꝙ & rursus
confirmauit idem Bald. in l. accusat. ff. quòd met.
cau. & in l. vt vim. quæst. 6. ff. de iust. & iur. & in l.
ad officiũ in fine, post Cy. C. de di. & latè in repe.
in l. 1. col. 15. C. vnde vi. vbi ad hoc idem allegat
plura. Idem Paul. de Cast. in l. si cum dote, §. trans
grediamur, ff. sol. matr. & Rom. in l. si quis in gra-
ui. §. si maritus, ff. ad Sylla. idem docuit Alexand.
vbi supra.
Sublimita hanc secundam limitationem, dicen
do ipsam non habere locum in priuilegio à iure
89 concesso patri † contra filiam adulteram, nã ex-
tendetur ad filium, ita vt & ipse ex mandato pa-
tris possit impune occidere sororem adulteram, vt
in l. Graccus, C. ad l. Iul. de adult. prout ibi etiam
docuerunt omnes, & rursus Bar. in l. non solum, ff.
si mandante, ff. de iniurijs, & Alex. in d. l. hoc edi-
cto, col. 2, num. 6. §. fin. ff. de nou. oper. nunt. Sed de
hac quæstione latissimè reperies per me notata
infra in quæstione Vnica, de pęna abortum procu
rantis, vide ibi.
Limita singulariter regulã quadragesimã secun
dã propositam de extensione priuilegij cõcessi ce
denti illi ad cessionarium, dicendo, ꝙ etsi Bar. in
l. post dotem, ff. sol. matrim. dicat, quòd priuilegia
personalia competentia cedenti extendantur ad
cessionarium. tamen hoc verificatur solum in
90 cessionario, † cui fuerat tale priuilegium cessum
ante mortem cedentis: non autem post mor-
tem ipsius, vt docuerunt Petr. & Cyn. in dicta l.
post dotem; quos retulit, & sequutus fuit Alex.
ibidem colum. penul. nume. 32. vers. & consequen-
ter tractat.
91 Quadragesimatertia regula, Priuilegium † ali-
cui concessum, vt in aliquo actu, vel negotio iuri-
dico non teneatur seruare iuris solemnitatem, nõ
extenditur ad actum iuridicum, vel negotium, in
quo requiritur aliqua solemnitas indicta à iure
Diuino, vel gentium; vt puta, de fide adhibenda
minori numero testium, quàm sit duorum, vel
trium: in quo stat de iure Diuino omne verbum,
vt in cap. nouit, extra de iudicijs, quapropter in
testamento militis, in quo remissa solemnitas
iuris dignoscitur a iure, debent saltem adesse
duos testes, vt docuit glo. in l. militis, capitu-
lo testamento militis, & ibi per Alexand. co-
lumna prima, numero tertio, versicu. item nota
iuncta glo.
Amplia talem regulam quadragesimãtertiã, di
cendo ipsam in tantum veram, ꝙ si statutum dispo
nit in certis causis, ꝙ potestas habeat arbitriũ pro
cedendi nulla iuris solemnitate seruata, & si possit
procedere die feriata in honorem Dei, cum talis

ſolemnitas dicatur, ſecundum Bar. in l. militis, C.
de teſtaméto militis, introducta à iure ciuili pro
quo allegat ibi ad hoc l. prouinciarũ, & ꝙ ibi per
92 eum, ff. de ferijs. Tamen non poterit † condemna-
re, niſi facta probatione ſaltem per duos teſtes.
hoc docuit rurſus Bart. in l. 1. ff. de teſtam. milit.
& plenius in l. filius, ff. de don. Bald. & Ang. in d. l.
militis, & rurſus Bald. in d. l. 1. & Petr. de Anch. in
clem. ſæpe, de verb. ſignif. Rom. in Rubr. ff. de arbi-
tr. q. 17. Item docuit Alex. in l. militis, col. 1. nu. 5.
in fi. poſtquam reſpõdit Imo. & Rom. in d. l. filius,
per id, quod habetur in clem. ſæpe, de verb. ſignif.
vbi propter illa verba procedatur ſummarie ſine
figura, &c. Nõ intelligitur derogatum ferijs in ho
norem Dei, & eſt ratio, ſecũdum Bar. in extrauag.
ad reprimendum. in verſiculo figura; quia ſecundũ
rationem naturalem, vel diuinam, quę appellatur
etiam naturalis, c. 1. diſt. 1. ſeruari debent, & coli
feſtiuitates in honorem Dei; vnde & in veteri te-
ſtam. præcepit Dominus Sabbata venerari, & pro
hoc facit, quia ſecundùm Bar. in dicto ver. figura,
& in ver. videbitur, ꝙ æquiparari vidẽtur iſta duo,
videlicet: procedere poſſe ſine figura iudicij, &
ꝓcedere poſſe ſine aliqua iuris ſolemnitate: quia
vtroque caſu videtur derogatum ſolemnitatibus
iuris poſitiui: nec prædictis obſtat tex. in l. prouin
ciarum, ff. de ferijs: quia reſpondetur, ꝙ dato, ꝙ fe
rię ſint inductę de iure diuino, vt fuit dictum, ta-
93 men ius ciuile, † quamuis nõ poſſit ex toto tollere
ius diuinum, nihilominus benè poterit illud di-
ſtinguere, & limitare, ꝙ non habeat locum in cer-
to caſu, vt plenè notatur in l. fin. C. ſi contra ius, vel
vtilit. pub. & in c. Quæ in Eccleſia, extr. de conſtit.
Vnde potuit diſponere, ꝙ contra inſignes latro-
nes procedi poſſit in talibus ferijs, vt diſpoſitio in
d. l. prouinciarum, ad quod videtur benefacere, ꝙ
docuit Bal. poſt glo. in l. quadraginta, cod. tit. etſi
non negemus, ſecundum Alex. vbi ſup. ꝙ in dubio
per verba generalia non videtur tex. vel ſtatutum
velle diſcedere à diſpoſitione iuris diuini, iux.
tex. in l. ſcriniarijs. iuncta l. Diuus, ff. eod. & in di-
cta clem. ſæpe, ꝙ ipſemet Alex. putat ibi eſſe veriſ-
ſimum in puncto iuris.

94 Regula quadrageſimaquarta, Priuilegiũ † non
debebit ita interpretari, ꝙ excludat aliud pri-
uilegium, ipſi priuilegiato debitè competens, &
ideo ſecundum Bald. in l. ſi Rufinus, C. de teſtam.
milit. ſi ſcolares ex forma ſtatuti debeãt tractari
pro ciuibus, intelligetur tale priuilegium quo ad
fauorem, nõ quo ad detrimentum, vt docuit Bar.
in l. 3. §. ſi emancipatus. per illum tex. ff. de bono.
poſſ. contratab. & idem tenet etiam in lectura ſua
flor. Ang. & Fulg. in d. l. ſi Rufinus. quã ꝓpter Pau-
lus de Caſt. in d. l. ſi Rufinus docuit, ꝙ dictus tex. al
legatur ad probandum, ꝙ ſi ſtatuto caueretur, ꝙ
95 ſcolares habeãtur pro ciuibus, priuilegium eorũ
erit intelligendum in his, in quibus ciues eſſent
melioris conditionis, q̃ forenſes: & ſic quoad cõ-
modum eorum, & nõ damnum. Sed in his in qui-
bus forenſes eſſent peioris conditionis, puta in
oneribus: tunc non vt forenſes, ſed nec vt ciues
grauabuntur: Non enim habebũtur pro Ciuibus,
ne ſtatutum factum in eorum priuilegium redun-
det in odium. Idem docuit Alex. in d. l. ſi Rufinus,
num. 3. C. de teſtam. milit. Idem docuit Iaſon in
dicta l. ſi Rufinus, in colum. 1. num. 5. qui addidit,
quòd Ang. vbi ſup. hanc doctrinam practicauerit
in quadam quæſtione in perſona domini Padua-
ni, ad idem facit l. 2. in verſ. minime defraudata,
ff. de conſtit. pecu. vbi per priuilegium nouum nõ
tollitur antiquum, & illum tex. ibi. ad hoc etiam
ponderat Bal. benefaciunt alia notata per Bald. in
l. Ciues, ff. de appell. & cap. 1. de noua for. fideli. &
in l. omnino, ver. Sed hic dubitatur, ff. ne vxor pro
marito. bene facit etiam tex. in l. Alex. eod. tit. &
quòd ibi not. voluit Bar. C. de decur. lib. 10. Idem
repetijt rurſus Pau. de Caſt. in l. nulla, nu. 4. verſic,
item patet ſi ſtatutum dicat, ff. de legib.

Limita primò allata in præcedenti regula qua-
drageſimaquarta, dicendo illa ſolum locum habe
96 re, quando receptio ad ciuilitatem † fuiſſet indul
ta ad priuilegium: ſed ſi ſimpliciter fuiſſet illi con
ceſſum priuilegium ciuilitatis ad ipſius petitio-
nem, & non proprio motu recipientium: tunc ille
cenſebitur receptus ad omnia, tam ad fauorem,
quàm ad onera, vt in dicta l. 1. ff. ad municip. do-
cuit Pau. de Caſt. in dicta l. ſi Rufinus, remittens ſe
ſententiæ Bar. idem Bal. in l. quod fauore, col. pen.
num. 9. oppoſit. 7. C. de legib. addens, quòd ſi ali-
cui eſt conceſſum priuilegium ciuilitatis ad ſuum
fauorem, certè amodo tenebitur ad dacia, ſeu col
lectas, tanquam ſi ciuis eſſet: nec iſtud propriè lo
quendo erit odium: cum ſit de natura rei conceſ
ſę: cui eſt hoc onus annexum: & iſtud eſt, inquit
Bal. de mente Pet. quem ibi ſequitur, & Bald. ibi
ſequitur Alex. in d. l. ſi Rufinus, col. 1. nume. 4. ver.
Bal. tamen.

Limita ſecundò niſi ſtatutum plenius diceret,
ſcilicet, quòd ſcolares habeãtur in omnibus, & per
97 omnia pro Ciuibus. † nam tũc excludet aliud pri
uilegium, & ſic tam in comod. quàm in incomod.
haberentur pro Ciuibus veris, & ſic tam actiuè
quàm paſſiuè, tam comoda, quàm damna ad eos
ſpectarent. Ita docuit Ang. in l. 2. §. furioſus, per il
lum tex. ff. de iur. codicillorum addens, quòd non
meminit aliàs legiſſe in iure ſimilem modum lo-
quendi, niſi ibi. Idem docuit Rom. in l. adoptiuũ,
§. patronum, ff. de in ius vocan. quos citauit ad ver
bum, & ſequutus fuit Alexan. in l. ſi Rufinus, col. 2.
num. 5. in fi. C. de teſtam. milit. Idem docuit Iaſ. in
d. l. ſi Rufinus, col. 2. nu. 6. verſ. ſecũdò limita. Idem
docuit Aret. in l. 1. in verſ. Per omnia, ff. de legat.
1. & ibi rurſum Alex. plenius, quàm in d. l. ſi Rufi-
nus, in col. 6. Ad hoc facere videtur, quod docuit
Ant. Corſetus in ſuis ſing. verſ. [habentur] his præ
ciſis verbis, videlicet: licet verbum [habentur] de-
notet fictionem, & non veritatem: tamen ſi illa ver
ba [in omnibus, & per omnia] pręcedant illud ver
98 bum [habentur] tunc denotabit veritatem. † tex.
eſt ſing. in l. 2. §. furioſus, verſ. in omnibus, & per
omnia habentur, ff. de iure codicill. quem tex. re-
putauit ſingul. Angel. in l. in negotijs, ff. de iudic.

Limita tertiò, ſecũdum Pau. de Caſt. in l. nulla,
nu. 4. verſ. ſed ſolue. ff. de legibus, dicendo, quòd
etſi vera ſit regula, quando ſtatutum priuilegians
99 † aliquem non faceret eum Ciuem, ſed mandaret
tractari vt Ciuem: quia iſta eſſet quædam diſpen-
ſatio, non ſtatuti mutatio, cum diſpenſatio poſſet
fieri quoad quædam, & quoad alia quædam non:
non tamen (ibi Paulus ſubdit) concluſio verifica-
bitur, qñ ſtatutum faceret aliquẽ Ciuẽ, cum nemo
poſſit eſſe in duplici ſtatu contrario; quòd ſit Ci-
uis, & quòd non ſit Ciuis, ſicut, quòd ſit ſeruus, &
quòd ſit liber, vt in l. ſi parit. ff. de liber. cau. & ꝙ
ſit legitimus, & non legitimus, vt not. glo. in c. cũ
inhibitio, ext. de clandeſt. deſponſat. Ciuilitas, au

tem

tem inquit Pau. est quædam status, Vrbis comprehendens commoda, & incommoda, sicut hæreditas, vel peculium, vel mensa: vt in l. cum filius, §. 1. & l. cum pater, §. mensæ, ff. de legat. 2. ad hoc poterit alleg. tex. in l. 2. cum gl. C. de iur. ann. aur. etsi contrarium videtur docuisse, secundum corticem literæ, Alex. in dicta l. si Rufinus, num. 5. Pau de Cast. in l. nulla, C. de testam. milit. asserens sibi non placere huiusmodi distinctionem Pauli, cum non videatur differri, an statutum dicat sit Ciuis, an dicat, habeatur pro Ciue, si de neutro casu statutum disponat, quòd quoad quidam tantum sit Ciuis, vel habeatur pro Ciue; vt latè probat Bartol. in l. si is, qui pro emptore, in 3. quæst. princip. ff. de vsucap. & huius Alex. & Pauli sententiam retulit Iason in dicta l. si Rufinus, colum. 2. versicu. quarta limitatio. nihil ex suo addens. Attamen pace tantorum Doctorum dixerimus, nulla apparebit controuersia inter sententiam Pauli, & Alexan. quâ ipse nititur confirmare auctoritate Bart. vbi sup. si sereno vultu legantur omnia verba dictę sententię Pauli, vbi sup. Nam ipse Paulus, vltra ea quæ supra retulimus, statim subintulit, & hæc præcisa verba, videlicet. Tamen puto verum, si talis habitet, & continuè habitaturus est in illo loco: alias verba acciperentur potius impropriè, ne sequatur inconueniens, vt si diceret, quòd scolares sint Ciues, vt vidi Senis: vbi est statutum, quòd Perusini sint Ciues Senenses. Nam si verba intelligerentur propriè, sequeretur etiam, quòd habitātes ibidem tenerentur subire onera. Sed ista non fuit intentio statuentium: sed solum afferre commoda, quæ ibi reperiuntur: non sic inter se, & habitantes in perpetuo teneantur, vt in l. 1. ff. ad municip. Ex his ergo omnibus allatis apparuit manifestissimè, Pau. de Cast. ibi voluisse intelligere suam limitationem verificari de illis priuilegiatis, qui fuerant recepti in Ciues, vt ibi habitarent in perpetuum, & non de scolaribus ad tempus ibidem habitare. etsi visus fuisset illa subtili consideratione differentiæ inter receptum in ciuem, & receptum vt tractaretur vt Ciuis. cum quidem non firmauerit pedem suum. de qua tamen, latissimè differuimus referendo Doctorum sententias in tract. præsenti infra.

100 Limita quartò. Nisi statutum † vtatur verbis geminatis: vt quia dicat scolares habeātur, & sint Ciues quoniam tunc habebuntur, ac si verè essēt Ciues, cùm hæc verba si geminata importent veritatem. Docuit Bal. in prohemio ff. in vlt. colum. in princip. prout ipsum citat Iason, & sequitur, in l. si Rufinus, colum. 2. num. 6. vers. Quintò limita, & l. de testam. milit. per tex. in l. 1. §. fi. ff. quod quisque iur. ibi [pro nullo hoc habetur, nec est] & ratio est secundum ipsos, quia iungimus iuris intellectum veritati. Idem docuit Alex. in dicta l. 1. §. fi. & Andr. Barbat. in repet. Rubr. ff. qui admitt. col. 25. Vbi asserit se in contigentia facti sæpenumero consuluisse secundum hanc doctrinā. quod & probatur etiam hac ratione: quia aliàs illud verbum [& sint] nihil operaretur contra tex. in l. si quando. in princ. ff. de legat. 1. & glo. in c. solitæ, ext. de maior. & obed. Nec huic limitationi obstat alia doctrina Bal. in c. licet de vitanda, col. 1. nu. 4. vers. Vbi habeatur, ext. de elect. vbi dixit tradens per-

101 optimam regulam, quod verbum [habeatur] † positum super verbum, fit, significat veritatem, quòd si super facto significet fictionem, & facit ad quæstionē statuti dicentes, quod mercatores forenses pro ciuibus habeantur, quia denotat similitudinē non veritatem: quia contra naturam sermo prolatus fictionem inducit: etiam si habeatur, & sint. arg. in l. filio, quem pater, ff. de liber. & posthu. si igitur gentem consideres, idest patriam, fictio est: si meram ciuilitatem, potest esse veritas: vt hic, & not. per Bar. in l. is qui pro emptore, ff. de vsucap. hæc ibi Bal. quem citauit Iason, vbi sup. Non inquam, obstat veritati præsentis limitationis. Nam prout docuit Anto. Corsetus in suis sing. verf. habetur, licet verbum [habeatur] denotet fictionem, & non veritatem: Tamen si huiusmodi verbum iungatur simul cum verbo [sit] dicendo habeatur, & sit, tunc significarent veritatem, & non fictionem, prout expressè ipsemet Bal. docuerat in prima cōstitut. ff. incip. omnem, in fine. vers. Responde. citans ad hoc ipsum probādum tex. in l. 1. § fin. ff. quod quisque iur. addēs, quòd ibi eodem casu loquatur: dū dicit [quoniam pro nullo habetur, nec est] nisi quia iungimus iuris intellectū veritati, & statim citando, sequitur Bar. in d. l. si is, qui pro emptore, dicētem. quod illa verba habeantur pro Ciue, faciant verum Ciuem: quia ciuilitas in genere est vera: quia in specie eius est per accidens, sed ciuilitas in specie, id est relatione facta ad originalem Ciuitatem non est vera, sed ficta: quia accidens non potest esse verum, sed potest esse simile, vel fingi. Idem. nulla enim ars, & nullum ingeniū hominis poterit facere eum esse originalem. Verum in carentibus origine: sed bene poterit inducere similitudinem, & fictionem esse. facit l. 2. & quòd plenè ibi not. C. de iure annul. aur. vbi idē ipse Bal. repetijt. Quod & cōfirmatur auctoritate Pan. in c. tāta, colum. 2. vers. Nota ibi. legitimi habeantur, ext. qui filij sint legit. dicentis, quod verbum [habeantur] prolatum ab habente potestatem patria erunt, sint legitimi, & habeātur pro legitimis, & pro hoc c. ex parte, extra de sponsal. sicut in simili dicit Bar. Paria esse, quòd statutum dicat, habeantur pro ciuibus, vel sint Ciues, vt notauit in dicta l. si is, qui pro emptore, & in l. si maritus, ff. de adulter. Hæc Panor. qui idipsum repetijt in dicto cap. ex parte. Nota, primo his præcisis verbis

102 vtens, videlicet: vbi actus † dependet à mera voluntate loquentis: paria sunt dicere, quod talem vult pro vxore, seu pro Ciue; quam dicere duco te in vxorem, vel facio te Ciuem, & facit ad illam quęstionem: dicit statutum, quod talis debeat haberi pro Ciue: nunquid ex hoc fit creatus ciuis, & videtur quod sic. Idem docuit Ant. de But. in c. nuper, in fine, ext. de Bigamis. his pcisis verbis, videlicet: Aliud

103 est, quem esse Ciuem, † & aliū quem haberi pro Ciue: & veritas est, quod in actib. vel inrib. quorum veritatem imprimere pendet à potestate iuris: si ius disponit aliquē haberi pro tali, in veritate efficietur talis, sed in actib. in quibus à iuris potestate non dependet aliquem esse talem, si disponit pro tali non erit talis verè, sed fictè, vt hic. hęc Ant. vbi sup. quos sequutus Ant. Corsetus, vbi sup. ex quib. patuit verus intellectus sententiæ supradictæ, Bal. & veritas præsentis limitationis.

Limita quinto. Nisi commodum esset indultū Ciuibus propter aliquod grauamen pecuniæ ex-

104 actæ: quoniam tunc scolares † non essent participes illius commodi, cum regula sit, quòd vbi grauamen est causa alicuius commodi, qui non patitur grauamen, non debebit sentire commodū.

seu priuilegium, vt docuit tex. in l.eū, qui in prin-
cipio, in vers. Abundè, & ibi not. doct. ff. de iureiu.
facit tex. in l. etiam, §. 1. ff. de minor. Idem docuit
Ias. in l. si Rufinus, col. 2. vers. sexto limita, C. de te-
stam. milit.

105 Regula quadragesimaquinta, † Priuilegium
concessum à Principe de non soluendis collectis,
non extenditur ad collectas postea auctas, vel de
nouo impositas propter ingruentem necessitatem
guerræ, vel similis. Quapropter taliter priuilegia-
tus compelletur illas soluere, sicut & cæteri non
priuilegiati, latissimè hoc docuit Iason in l. si ex
toto. per totum ferè, ff. de lega. 1. post relationem
quatuor sententiarum Doctorum, & eorum fun-
damentorum. Nos autem diceremus hanc conclu
sionem verificari quoad impositas de nouo, &
quoad augmentum Collectarum antiquarum,
non autem quoad ipsas collectas auctas integra-
liter, cum per obtentum priuilegium iam fuerat
exemptus à talis collectæ solutione, vt sic habeant
locum rationes, & auctoritates allatę à Iasone, vbi
supra, quas hic referã. Idem docuit ibidem Aret.
& ratio ipsorum est, quia priuilegium non vide-
tur respicere casum incognitum. & vide omnino
ipsum Aretinum, cum multa notatu dignissima,
ibi afferat.

106 Regula quadragesimasexta, † Priuilegiorum
verba erunt interpretanda taliter, vt priuilegium
aliquid operetur, vt docet tex. in l. si quando, in
princ. ff. de legat. 1. & in c. si Papa, de priu. in 6.
& Ias. in l. si quis posthum. §. si filium, num. 41. de
liber. & posth.

107 Regula quadragesimaseptima, † Priuilegium
in dubio semper præsumendum erit fuisse conces
sum ad postulationem partis, & nõ motu proprio
Principis, vt in c. si motu proprio, de præben. in 6.
Ias. in aucten. Quas actiones, colum. 3. nume. 14.
vers. & si dicatur, C. de sacrosan. eccles. idem do-
cuit Bar. in dicta auth. nu. 5.

Limita nisi Principis concessisset statuendo ius
commune, & illud esset insertum in corpore iu-
108 ris: Nam tunc † in dubio præsumitur concessum
motu proprio Principis, & tunc non erit locus re-
torquutioni, vt docuit tex. in l. 1. & ibi Bar. adhoc
not. C. de peti. bon. subla. lib. 10. & in l. 1. in fine,
C. de bo. va. lib. 10. & ibi Bar. qui id ipsum docuit
in dicta aucten. Quas actiones, colum. penult. nu.
6. & Iason in dicta aucten. col. 3. num. 15. vers. No-
ta diligenter.

Sublimita dictam limitationem, dicendo ibi al
lata habere locum: Nisi illud quod conceditur à
Principe mediante lege, vel statuto in priuilegiũ
respiceret ordinem, & processum litis, seu iudicij:
quia illud quãuis sit concessum legem statuendo,
vt esset insertum in corpore iuris, vel statutorum,
licet pręsumatur concessum motu proprio Princi-
pis, & nõ ad stipulationem: tamen fieret retorqui
tio istius iuris contra aduersarium, & vterque pos
set vti isto iure, vt in l. fin. & ibi Bar. C. de fruct. &
lit. expẽ. facit pro hac limitatione tex. in l. die Sab
bato, cum ibi not. per Bar. C. de iud. & cęlic. & do
cto. in c. 2. de mutuis petit. Idem docuit Ias. in au-
cten. Quas actiones, col. 3. nu. 15. vers. illud tamen
not. limita. C. de sacr. san. eccl.

109 Regula quadragesimaoctaua, † Priuilegium
personæ priuilegiatę extenditur ad personam non
priuilegiatam, & sic quis consequitur aliquid ex
persona alterius, quòd ex propria persona non as-
sequeretur, quando in aliqua dispositione concur
runt personæ priuilegiatæ, cuius fauore actus in-
ualidus substinetur & persona non priuilegiata.
hæc probantur per not. tex. in l. si communiter, in
princip. & ibi per glo. not. ff. quemadmodum ser-
uitus admittitur. Idem docuit fin. glo. & sing. in c.
1. de iure patr. in 6. Ad hoc ipsum probandum fa
110 cit: quoniam si priuatus habet commune † ius
cum Ecclesia, iuuabitur priuilegio Ecclesiæ, vt cõ
tra eum non currat minor præscriptio, quàm con-
tra Ecclesiam, prout docuit Innoc. in c. ad audien
tiam, per illum tex. extra de præscript. & in simili
Pan. in c. 1. extra de præscript. facit ad hoc doctri-
na glo. in l. 1. C. si in commuui, eademq; causa, in
qua habetur, quòd restitutio in integr. competẽs
minori, competat etiam maiori. hæc omnia do-
cuit Iason in l. mater, col. fin. nu. 7. C. de inoffi. test.
ad hoc ipsum facit, quòd docet tex. in l. si emanci-
pati, C. de collat. vbi habetur, quòd etsi duo fra-
111 tres emancipati † inter se non conferant, si tamẽ
alter eorum solus fuisset emancipatus, & alter in
potestate patris vtriusque fuisset tempore mortis
patris: si pater ab intestato decessisset quocunq;
modo emancipatus acquisierit, fratri in potesta-
te, mortis tempore, constituto conferre debebit.
hæc ibi, vbi per doct. facit, quòd docuit Bal. in c.
vna sententia, in princ. extra de appellationibus,
dicens, quòd si Ecclesia restituatur ad appellan-
dum, vel totam causam proderit cõsortibus, quã-
do res esset inter eos, & Ecclesiam indiuidua, vt
est seruitus, quę dicitur indiuidua causa, pars eius
nõ sit seruitus, sicut medietas vię non dicetur via,
quia nulla pars viæ de per se significat viam, & in-
de non separatur, vt in l. vnica est via, ff. de seruit.
rusti. præd. & ideo pars seruituris non est in com-
mercio, vt in l. 1. §. si vsusfruct. ff. ad leg. Falcid. &
hoc ipsum fuit statutum auctoritate veteri pp vti
litatem contrahentium, & prædiorum, & propter
ipsam aptitudinẽ naturalem, quæ indiuisibilis est,
hęc ille. facit adhoc tex. in c. in sacris, ext. de sepul.
112 qui vult quòd vbi sunt † sepulti in cimiterio ex-
communicati, & nõ excommunicati, quòd omnes
debeãt remanere in sacrato, si nõ posset discerni =
facit tex. in clem. si Religiosus, de procurat. Vbĩ
dicitur, quòd quando causa est communis, mona
113 sterij scilicet, & laici, ꝙ tunc † Monachus procu-
rator monasterij potest esse etiam procurator laĩ
ci in illa causa commun Idem docuit Inno. post
alios in c. fin. de postulando, dicens, ꝙ si laicus, &
Ecclesia habeat causam communem, sacerdos po
terit esse aduocatus pro tali causa. facit illud ꝙ
habetur in l. 1. in princ. in vers. si quis igitur, ff. de
verbor. oblig. vbi traditur regula illa, quòd illud
114 quod per me † consequi non possum, non impe-
dior consequi per alium, ex quo in dicta l. Moder
ni id ipsum senserunt, & præcipue Alex. in 7. not.
facit l. Arist. in fine, ff. quæ res pign. oblig. nõ poss.
de quo tamen vide tex. ibi, & latiùs glos. in l. La-
beo, in fine, ff. de vsucapio. facit, quod docuit glo.
singul. in l. fin. C. de mun. & honor. non con. lib. 10.
quæ singulariter dicit, ꝙ socius omnium bonorũ
habet excusationẽ à muneribus publicis propter
personam socij: secus in duob. fratrib. facit, quod
voluit singulariter Bal. in c. 1. colum. prima, quib.
mo. feu. ammit. dicens, quòd si sunt duo fratres ha
bentes feudum ab vno met Principe, vnus com-
115 misit † felloniam, vt possit priuari, quia dereli-
quit dominum periclitantem: alter verò sua pro-
bitate

bitate eum defendit, quòd vterque retinebit feudum, & ille, qui commisit feloniam non poterit priuari propter alium; facit quòd vt docuit in dicto cap. 1. Bal. dicens, quòd si Ciuitas habens castrum in feudum habeat nobiles, & populares, ꝙ si nobilis sint rebelles, populares non, quòd propter talẽ mixturam nobilium, & popularium feudum non applicabitur domino. facit, quod docuit Panor. in c. fin. extra de iure patro. dicens, quòd si laicus, & clericus sint patroni vnius Ecclesiæ, tũc legatus Papæ non poterit illud beneficium alteri conferre propter laicum, & si solus clericus esset patronus bene potuisset illud conferre alteri propter laicum, quòd vbi esset clericus patronus solus bene potuisset, & ita dicit tenere Federicum de Senis in consil. 63. & idem tenet Geminianus in cap. 1. in fi. de iur. patr. in 6. sic etiam videmus, ꝙ si
118 clericus, † & laicus sunt hæredes, vnus debebit laicus coram Episcopo conueniri propter Clericum, prout docuit Bar. in l. præcipimus, §. eo obseruando. per illum tex. C. de appellat. & in l. solent, ad fi. ff. de alim. leg. & in l. si is, qui duos, ff. de liber. leg. & in l. si cõmunem, ff. quemadmodum ser. admitt. & in l. 1. ff. si vnus ex plu. appell. & idem tenet Pet. de Ancha. in cap. eaque, in col. 27. de regul. iur. in 6. & in c. Romana, in col. 13. de appell. in 6. sic etiam videmus; quòd quãdo laicus, & clericus sunt exequutores vnius testamenti, Iudex ecclesiasticus est Iudex laici propter clericum. Ita docuit Cardinalis Florentinus, in c. cùm Ioannes, de testam. quam retulit, & sequutus fuit And. Barbat. in Rub. de offic. delegati, col. 2. sic etiam videmus, quòd creditur testi domestico ratione alterius testis non domestici, secundum Angelum in consil. 1. per tex. in l. si quis ex argentarijs, §. 1. & quòd ibi in simili notant Bal. Ang. & Moderni, & Iason, ff. de eden. & rursus Bald. in l. 1. C. de testib. Ludouicus Roman. in l. 1. §. si stipulanti, ff. de verborum obligat. sic etiam patet, quòd si alias arbitrio iuris non appelletur de iure ciuili, vt notat Bar. & alij, in l. cum speciali, C. de iudic. cum concord. per Iasonem ibi traditis, tamen si cum illo arbitro iuris, simul iudicauerit alius compromissarius arbiter poterit appellari à sententia vtriusq; secundum Ludouicum Romanum, in l. arbitro, ff. qui satisdare cog. eodem modo videmus, ꝙ quando priuatus habet ius commune cum Ecclesia Romana, quod licèt aliàs contra priuatum præscribetur, decem vel viginti annis, tamen propter Ecclesiam Romanam non præscribitur etiam contra ipsum priuatum, nisi centum annis: ita docuit Innoc. per illum tex. in cap. ad audientiam, de præscript. ad hoc ipsum probandum facit, quòd docuit Pan. in c. t. de præscriptionibus loquendo de Capitulo habente bona cõmunia cũ prælato mor
117 tuo, quòd sicut sede vacante † non currit præscriptio contra prælatum, ita nec cõtra bona Capituli illi counexa, contraque bona curreret præscriptio si esset separata adhoc, & facit, quia institutus beneficio præteriti potest contra tabulas testamentum patris. Vbi ex persona sua non posset, vt in lege si post mortẽ, §. fin. ff. de bon. possess. con tratab. Glo. & doct. in l. posthu. ff. de bon. poss. cõtratab. quam præ. Ad hoc ipsum facit, quod docuit glo. fin. in c. 1. de iur. patron. in 6. docens, ꝙ si
118 Ecclesia, & patronus † laicus simul habent præsentare, tunc ratione comunionis priuilegium Ecclesiæ transibit ad laicum, & sic laicus propter Ecclesiam habebit sex menses ad præsentandum, vbi alias de per se non haberet, nisi quatuor menses, argumen. l. si communem, ff. quemadmodum ser. admitt. vbi in simili, idem statuitur in habente rẽ communem cum pupillo. Ad hoc facit, quòd consulit collegium Perusinum inter consilia Aoge. in consi. 110. incip. statutum suum, quòd stante statuto, quòd patruus excludat matrem à successione filij quando extat patruus, mater, & soror vtrinq; coniuncta, quòd propter sororem mater æqualiter succedet, iuxta auth. defuncto, C. ad Tertull. & excluditur patruus, nam inter alias rationes huius decisionis ista assignãtur, quia quis habet per alium, quod per se habere non potest, facit bene tex. in l. 2. §. si sit agnatus, & §. si sit consanguinea, C. ad Tertull. vbi extabat pater in aliena familia, qui nihilominus matrem excludebat, vt in dicta l. 2. §. obijcitur, & tamen si cum matre extabat soror consanguinea, quæ tanquam agnata excludebat patrem, certè succedent pariter Mater, & illa soror consanguinea, & cum illa decisione Angeli tenet Petr. de Ancha. in cõmẽtarijs, cap. canonũ statuta, iuxta fineu in quæstione decimaquarta princ. in verb. inter consilia, quæ habeo, extra de constitut. Idem tenet Alex. in l. illam, C. de collat. & in consi. 80. incip. viso, & oportunè animaduerso, in col: 1. volum. 1. & multum subtilius Franc. de Aret. in consil. 159. incip. viso puncto ad me transmisso, col. 3. Ad hoc probandum etiam facit, quod singulariter docuit Bar. in l. filium, quem. in quæstioue 2. ff. de bo. poss. contra tabu. dicens, quòd si statutum excludat sororem vtrinque coniunctã à successione fratris, extante fratre consanguineo, quòd si etiam extat mater, de qua non loquitur statutum, & quæ de iure communi excludit fratrem consanguineum coniunctum ex latere patris tantùm; vt in auth. defuncto, C. ad Tertull. certè propter matrem, frater defenditur à statuto, & succedit æqualiter cum matre, excluso illo patre consanguineo, non obstante statuto, & ad hoc mouetur per dictum text. in dicto §. si sit consanguineo, & idem tenet Bal. in dicta l. si quis filium, ad finem. C. de inoffic. testam. ad hoc ipsum probandum facit, quod docuit Bal. in l. quicunque, col. 4. C. de seruo fugitiuo, dicens, quòd stante statuto, ꝙ existente patruo non succedat auus maternus, ꝙ si aliquis decessit superstitibus patruo, & auo materno, & auia materna, ipse non succedat.

119 Regula quadragesimanona, † Priuilegium aliquod prohibens aliquid si concurrat cum alio priuilegio idipsum concedente in vna met persona, tunc præualebit priuilegium prohibens, puta militi, quòd possit testari qualitercunque voluerit, non tollitur aliqua lex prohibitiua suo fauore inducta: puta, quòd minor 25. ann. non posset manumittere seruum: & ideo si miles est minor non poterit in suo testamento relinquere libertatem, ne prima lex fauorabilis, tollat alteram fauorabilem, & prohibitiuam, & si fit in concursu vtrinsq; præfertur prohibitiua: & hoc probatur per tex. in l. si Rufinus, & ibi Bald. nu. 1. quẽ ibid. col. 2. nu. 6. sequitur Alex. C. de testam. milit. quod probatur per tex. in l. 3. in princip. versf. sed si patronum, ff. de suspect. tut. vbi (secundum Alexan.) si sint duę
120 regulæ, † vna prohibitiua alia permissiua, semper præualet prohibitiua, & ad hoc illum textum ponderat not. Dyn. & Iac. de Are. & Bald. in dicta l. 3. in principio inducendo, vt ibi per eos, quod

tenendum menti pro statutis, docuit Alexand. vbi supra. Idem docuit Pau. de Cast. in l. nulla, num. 2. vers. per hanc legem, ff. de legibus.

121 Regula quinquagesima, † Priuilegium Cardinali, vel Episcopo concessum de testando de redditibus ecclesiasticorum beneficiorum, extenditur etiam ad testamentum iam conditum, in quo disposuerat ante tale priuilegium de bonis supradictis, sibi cōcessum: vt docuit Pau. de Cast. in l. hæc conditio filiæ meæ, §. si sic, ff. de conditio. & demonstrat.

122 Regula quinquagesimaprima, Priuilegiū † nunquam intelligitur concedi cum damno tertij, docet tex. in l. de inofficioso, & ibi Ias. C. de inoffic. testā. & per tex. in l. nec auus, C. de emāc. lib. & in l. 2. §. marito, & §. si quis à Principe, §. nunquid in loco publico, etsi non negetur, quòd possit concedi cum minimo damno, & præiudicio tertij, vt docet text. in dicta l. de inofficioso, & in dicto §. si quis à Principe, vbi hoc ipsum notat Bart. & Iason in dicta l. de inofficioso, & in l. rescripta, vel in l. fi. C. si contra ius, vel vtilit. public & latissimè nos idipsum probauimus in nostris decisionibus.

123 Regula vigesimasecunda, † Priuilegium quodcunque concessum Ecclesiæ talis Ciuitatis extendetur etiam ad Ecclesias in dicta Ciuitate edificatas post concessionem talis priuilegij, argum. in c. quia circa eum, de priuileg. Vbi priuilegium cōcessum vni Ecclesiæ super Episcopalibus decimis non soluendis, extenditur etiam ad possessiones, & prædia postea acquisita. & per illum tex. decidunt Cyn. Ray. & Raf. Fulgof. in l. placet, C. de sacr. san. eccles. dicentes, quòd priuilegium exemptionis, seu immunitatis concessum Ecclesijs talis Ciuitatis, extenditur etiam ad Ecclesias ædificatas post concessionem priuilegij: & ita videtur tenuisse Bar. in l. dāni, §. si is, qui vicinas, in fine, cum suis concordantijs, ff. de damno infecto. Idem docuit Iason sequens infrascriptos doctores in l. qui filiabus, colum. 2. nu. 13. vers. tu autem in contrarium, ff. de legat. 1. Singulariter amplia asserendo, quòd id quod dictum fuit in priuilegio obtinebit locum in legatis, & vltimis volūtatibus, cum sit locus arguendi de maiori ad minus affirmatiuè, eo quod in priuilegijs fiat stricta interpretatio, vt in c. olim tibi, extra de verborum significat. & in l. fina. cum glo. de constitut. princip. Multo ergo magis idem locus erit in legatis, & vltimis voluntatibus, in quibus fieri assolet benignè interpretatio, vt in l. in testamentis, ff. de regulis iur. & in c. causa dilecta, extra de deuot. ad idem facit tex. in cap. ex parte, iuncto capit. penul. extra de decimis, vbi priuilegium exemptionis, cōcessum quibusdam religiosis super collectis, vel decimis non soluendis, etiam ad præiudicium parochialis Ecclesiæ, & sic tempora comprehendebat futura, nisi fuisset postea facta prouisio, per dictum capitulū pen. & hæc ita fuerunt etiam tali pacto à Ioanne de Imo. in dicto §. si is, qui vicinas, idem docuit Iason in l. qui filiabus, columna secunda, numero decimotertio, versiculo tu autem in contrarium, ff. de legat. 1.

124 Regula quinquagesimatertia, † Priuilegium datum simpliciter, & meræ causæ extendetur ad alios, in quibus ipsa causa reperiretur. Vt in l. in omnib. ff. de reg. iur. l. 1. §. permittitur, ff. de aqua quotid. l. si aquęductu, ff. de contrahen. empt. l. in vendit. ff. de act. emp.

125 Regula quinquagesimaquarta, † Priuilegium concessum alicui rei extēdetur ad omnes, ad quos illa res pertransit, vt in l. sordidorum, C. de excusat. mun. lib. 10. Bar. in l. 1. colum. 3. vers. si vero priuilegium. Commodetur rei, C. de constitut. princ. Idem docuit in c. priuilegium, de reg. iur. & in l. non tantum, ff. de excusat. tut.

126 Regula quinquagesimaquinta, † Priuilegium concessum ciuitati, vel loco semper extendetur ad successores hominum illius Ciuitatis, cū semper sit eadem Ciuitas, vt in l. proponebatur, ff. de iudic. & Barto. in dicta l. 1. col. 3. vers. si vero conceditur Ciuitati, ff. de constit. p. inc.

Limita dictam regulam. Quando verba priuilegiorum sunt dubia, & si extenderetur priuilegium ad successores, fieret pręiudicium tertio, nisi mis lędendo ius eius, tunc non extendetur ad successorem, & dicitur priuilegium personale, vt in cap. cum venissent, extra de institu. Bald. in dicta l. maritum.

127 Regula quinquagesimasexta, † Quando verba priuilegiorum sunt dubia, & si extenderētur priuilegia ad successorem, non fieret præiudicium iuri tertij, tunc præsumentur realia, vt in l. forma, §. quanquam, ff. de censibus. Dyn. in capit. Priuilegium, de reg. iur. in 6. & quod not. in l. sordidorū, ff. de excus. mun. & quod in dicta l. maritum, ff. sol. matrim. not. glo. & Pet. & apertissime Bald. in dicta l. maritum.

128 Regula quinquagesimaseptima, † Priuilegia concessa Ecclesijs, Monasterijs, Hospitalibus, Ciuitatibus, & alijs locis pijs, & prophanis, constructis, an extendantur ad huiusmodi loca destructa. Vide quæ diximus in tract. de immun. Eccles. in ampliat. 34. & apud Remigium, in eodem tractat. fol. 98. & in hoc tract. de extensione priuilegiorum colloca.

129 Regula quinquagesimaoctaua, † Priuilegiū cōcessum alicui pro se, & filijs non extēdetur ad nepotes, vt docuit Bar. in l. liberorum, col. 3. num. 7. vers. Quæro, quod in rescriptis, ff. de verb. signifi. & Io. Crottus in dicta l. omnes, nume. 231. vers. Tertia Priuilegium, hæc regula quinquagesimaoctaua probatur rationibus, Prima quarum est, quòd cum in priuilegijs strictior interpretatio fieri debeat, quàm in contractibus, & in contractibus appellatione filiorum, verè veniant nepotes: ergo nec in priuilegijs: maior probatur, quoniam in

130 priuilegijs † non sumitur argumentum à contrario sensu, vt docuit glo. in c. licet, de priuilegijs in 6. & priuilegium cum sit contra ius, seu exorbitet à iure, merito erit restringendum, & tamen in

131 contractibus † etiam stricti iuris argumentum à contrario sensu sumitur, vt in l. inter socerum, §. cum inter, ff. de pact. Doct. in l. pecuniam quam, ff. si cer. pet. minor probatur autem, Bar. vbi sup. nu.

132 82. quid si appellatio filij † sit in contractib. vbi docuit, quòd appellatione filiorum in contractibus non veniant nepotes cum imputandum sit cōtrahentibus, qui poterant hoc exprimere, vt in l. veteribus, ff. de pact. & in l. Labeo, ff. de cōtrahen. empt. secunda est appellatione filij eo modo comprehendit nepotes quo masculinum concipit fœmininum, vt in l. iusta, ff. de verborum signif. Sed

133 in priuilegijs † masculinum non concipit fœmininum, secundum Sighorellum de Homodeis, cōsilio 156. incip. In quæstione vertente. quem sequitur Præpositus, in c. per venerabilem, col. 12.

extra

extra qui filij ſint legitimi. ergo & in ipſis priui-
134 legijs conceſſio † tacta filijs non extenderur ad
nepotes, vt latè docent Doctores, inter quos eſt
ipſe Ioan.Crottus in l.Gallus.§.inſtituens.ff.de li-
ber.& poſthum.& in c.1.§.hoc autem notandum.
qui feudum dare poſ.vbi idem docuir ipſemet Io.
Crot.Tertia ratio regulæ pñris eſt,qm̃ cum ſimus
135 in materia ſtricti iuris, † in qua regula non fit
extenſio de perſona ad perſonam per interpreta-
tionem extenſiuam, & ſub appellatione filiorum
proprietate vocabuli,non veniant nepotes: ſed ſo
lum ex interpretatione extenſiua,quæ vt diximus
nõ habet locum regula in priuilegijs, vbi ſtrictior
eſt facienda interpretatio, & quòd ex interpreta-
tione extenſiua ſolùm, veniant filij ſub appella-
tione filiorum,& non per infraſcripta nepot. pro-
babimus apertiſſimis documentis. Et primò au-
ctoritate Dyni in l. iuxta. ff.de de verbor.ſignific.
quam approbat Bart.in d.l.liberorum.col.4.verſ.
contrariũ tenet. cuius ſententia reprobatur quo
que infraſcriptis iuribus.& primò per dictũ textũ
in d.l.iuxta. vbi dicit tex. iuxta interpretationẽ.
Præterea ex eadem l.probatur.nam ibi dicitur,ꝙ
appellatio filiorum porrigitur ad nepotes, ea in-
terpretatione,qua maſculinum porrigitur ad fœ-
mininum, ſed hoc eſt ex Interpretatione extenſi-
ua,vt not.in l.1. ff.de verb.ſignific. Præterea pro-
batur, quòd propria ſignificatio verborum ſumi-
136 tur ex diffinitione, † & quando diffinitio repu-
gnat alluſioni vocabuli, ſtamus diffinitioni, vt in
l.1.ff.de teſtamentis,vbi idipſum repetijt Bart.ſed
137 filius † diffinitur ille, qui ex viro & vxore eius
eſt natus,vt in l.filius.ff.de his,qui ſunt ſui,vel alie
ni iuris,ſed talis diffinitio non porrigitur ad ne-
potes: ergo hæc docuit Bart.vbi ſupra,nu.11.verſ.
138 Præterea probatur. prætcrea dictio ex † vxore
eius, denotat cauſam proximã, & immediatam,
vt in l.eo tempore.in fine.ff.de pecul.& l.non du-
bium.C.de legibus. cum ſimili. ſed conſtat,quòd
nepos non eſt natus ex auo, & vxore eius imme-
diatè: ergo diffinitio filij nõ congruit nepoti,re-
ſpectu aui, vt dicatur filius. Præterea propria ſi-
139 gnificatio † ſumitur ex auctoritate, vt in l. pro-
priè.& in l.minus propriè.& in l.liberorum.ff.de
verbor.ſignific. ſed infinitis auctoritatibus habe-
mus,quòd appellatio filij non continet nepotes,
vt in d.l.liberorum.verſ.toties. & in l.quod ſi ne-
potes.ff de teſtam.tut.cum ſimil. Imò appellatio
nepotis ponitur,vt ſpecies diſtincta, & ſeparata à
filio.Imò ꝙ plus eſt,vnus dr̃ eſſe in primo gradu,
alius in ſecundo,vt in l.Iuriſcõſultus,§.1.ff.de gra
dibus.& inſtit.de grad.§.primo gradu,& §.ſecun-
do gradu,& hæc in probationem tertiæ huius ra-
tionis allata videntur à Bar.in d.l.liberorũ,col.4.
nu.11.verſ.pro hoc.etiam addente,quòd non ob-
ſtat, quòd in l.filium habeo. ff.ad Maced. dicatur
[contineri] quia hoc intelligit ex interpretatio-
ne extenſiua: ſed nec his obſtare ſubintulit ibidẽ
Bart.in l.Senatus.ff.de ritu nupt. quia quod ibi di
citur,intelligo(inquit Bart.)per interpretationẽ,
vt not.in l.hæres quoque.ff.de acquir.hæredit.etſi
loquens de priuilegio impropriè dicto in eadem
l.liberorum.colum.5. nu.12.verſic.adducebat ip-
ſe, quòd beneficium conceſſum filijs, extendatur
ad nepotes, & in ipſius interpretatione, appella-
tione filij venit nepos, vt dictum fuit in extenſio-
ne beneficiorum facienda de perſona ad perſonã.
vide ibi. Idem docuit Panormitanus in cap.ſi ve-
rò.el primo.col.2.verſ.in Glo.in verſic.matre.ex-
tra de ſent.excom.ſequens ibi Gloſ.& Dominum
Anto.de Butr.dicit, quòd cum materia ſit odioſa
(quæ ibi agitur) ipſis clericis, & exorbitans à di-
ſpoſitione iuris, non debeat extendi,arg.opt.in l.
pater, & quod ibi not.ff.de adulter. vbi patri da-
tur poteſtas interficiendi filiam adulteram depre
140 henſam in adulterio, nec † appellatione patris
veniunt alij aſcendentes. Item appellatione filio-
rum non veniunt nepotes in materia ſtricta, ma-
ximè vbi non tractatur de fauore filiorum, vt hic,
de quo not.in l. liberorum. ff. de verborũ ſignific.
& in c.in quibuſdam,extra de pœnis. & vide Glo.
in Clem.1.de Baptiſmo.& not.Gloſ.quia facit ad
multa. hæc Panormitanus.

141 Regula 59. Priuilegio † ſuo,qui nõ vtetur ſpa-
tio 10.annor. illo priuabitur, prout aſſeruit Bart.
in l.1.ff.de Nundinis.contigiſſe Aretinis, qui tali
de cauſa perdiderunt priuilegium doctorandi.

142 Regula 60. Priuilegiũ † cõceſſum alicui pro ſe,
& ſuis poſteris,vel pro ſe, & ſuo genere nõ exten
datur ad deſcendentes ex linea fœminina,ſed ſo-
lũ ad deſcendentes ex linea maſculina,vt in l.1.§.
fi.ff.de iniurijs. Io.Crot. in l.omnes.nu.233.verſ.
Quarta,priuilegium conceſſum.Et ratio eſt,quo-
143 niam filij earum non dicuntur † de agnatione,
& genere, vel familia patris dictarum fœminarũ,
vt in l.familiæ. ff.de verb.ſignific. vt etiam docet
tex.in l.1.ff.de iur.immun.Idem docuit Alexand.
& Bart.in d.l.1.ff.de iur.immun.Idem docuit rur-
ſus Bart.in l.quia tale.col.2.nu.5.verſ.quandoque
in priuilegio eſt dictum.ff.ſolut.matrim.Idem do
cent Petr.& Cyn.in l.fin.ff.de conſtitut.Princip.in
quæſt.4. verſic. idem dicunt. Contrariam ſenten-
tiam,quòd imò extendatur ad deſcendentes ex fę
minina linea, docuit Dyn.in l.cognoſcere,§.libe-
rorum,ff.de verb.ſignific. Gloſ.in l.ſi ita ſcriptum
filiabus. ff.de legat.2. Idem docuit Alex.in l.quia
tale.col.2.in fine.nu.5.ff.ſolut.matrim.

Amplia ſupradicta,dicendo,quòd nec tale pri-
144 uilegium † extendatur ad filiam illius, cui ip-
ſum conceſſum fuit, quia licet ipſa deſcendat ex
linea maſculina, ex quo tamen ab ea ſumit origi-
nem linea fœminina, ita quòd deſcendentes ab
ea, dicuntur deſcendere ex linea fœminina, de
ea iudicandum erit ſicut ex deſcendẽtibus ex ea,
vt in ſimili vult Paul.de Caſtro in l.maritus.C.de
procurat. vbi voluit, quòd etiam ſi emphiteoſis
145 † ſit conceſſa pro ſe,& deſcendentibus per lineã
maſculinam,debet ſic intelligi pro liberis maſcu-
lis deſcendentibus ex maſculis, cum primus cui
fuerat conceſſum,non dicatur eſſe in linea: cuius
celebre dictum ſequutus fuit Alex.in conſ.43.vol.
3.& Moderni in l.maritus. C.de procurat. atque
Ioan.Crottus in d.l.omnes.nu.232. verſic.infero,
quòd tale.Idem docuit Iaſon in d.l.maritus. co-
lum.2.nu.2. & 3. Idem Franciſcus Curtius in d.l.
maritus.col.…nu.5.& 6. idem docuit Bal.in l.ſed
ſi hac.§.liberos,in ſecunda lectura.ff.de in ius vo-
can.Speculum.in lib.4.titu.de locato.§.nunc aliqua.
nu.173.q.146.incip. Quod ſi aliquis accipit rem
in emphiteoſim,reddens hãc rationem, dicendo,
quòd cum verbi ſignificatio eſt,quòd filius,& ne-
pos ex filio ſit aui,cui conceſſa fuit emphiteoſis,&
in eius poteſtate cõſtitutus,ſed cum filius filiæ nõ
ſit in poteſtate aui,ſequitur, quòd non ſit ſuus, &
quòd ad eum non ſit habendus reſpectus, vt In-
ſtitu.de patr.poteſtate.in fine,& inſtitu.de hęred.
qualit.

qualit. & diff. §. sui. & quòd filius ex fœmina, vel alius ex eius linea non admittatur. est argumentum in l. 1. ff. de iur. immun. & in l. 1. C. de condit. inser. secundum, hæc Specul. & quidé videtur hoc apertissimè probari ex d. l. 1. §. personis. ff. de iur. immunit. vbi hæc ad verbum habentur, videlicet. [Personis datæ immunitates hæredibus non derelinquuntur. Sed & generi posterisq; datæ, custoditéque ad eos, qui ex fœminis nati sunt, non pertinent.] hæc ibi. quod & docuit ibidem Glos. in versic. pertinent. & vbi per Doctores.

Limita regulam sexagesimam, dicendo, quòd
146 licet regulariter priuilegium † concessum alicui pro se, & posteris, seu descendentibus, non extendetur ad descendentes ex illo linea fœminina, tamen si fuisset additum ibi, tam masculis, quàm fœminis descendentibus, tunc huiusmodi priuilegium extenderetur ad illas fœminas descendentes ex illo tam virgines, & viduas, quàm maritatas. Huic limitationi in propriis terminis se subscripserunt infrascripti Doctor. Felinus loco infrascripto. Alex. in l. cum quidam. in princ. col. 3. nu. 14. versicu. & faciunt ista, ff. de iurisdict. omn. Iudic. & rursus Felinus in c. nouit. col. 1. num. 2. extra de indic. afferens hoc ipsum docuisse Marianum in quodam suo consil. incip. Reuerendus Dominus B. Rouerella. Idem docuit Franciscus Curtius iunior in d. l. cum quæram, col. 1. nu. 6. idem docuit Ioannes Crottus in l. omnes. nu. 234. versic. quinta conclusio. dictus Marianus ibi ad hoc citat textum in l. fina. §. idem rescripserunt. ff de muner. & honor. & ibi Bart. addens ipse Marianus, vt refert Felinus vbi supra, quòd appellatione descendentium veniunt fœminæ, per textum in l. 1. ff. de iur. immunit. secus est e filijs earum, quod & probatur nonnullis fundamentis verissimis, quorũ primum est, quoniam ipsæ filiæ non solùm virgines, & viduæ, verum etiam nuptæ, seu nuptui traditæ, dicuntur de agnatione, & genere patris, licèt non illi, qui nascuntur ex eis, prout docuit tex. in l. 1. in fin. ff. de iniur. vbi hæc ad verbum habentur, videlicet. [Idem ait ex vna iniuria interdum tribus oriri iniuriarum actionem, neque vnius actione per aliam consumi, vt puta vxori meæ, filiæ familias iniuria facta est, & mihi & patri eius, & ipsi iniuriarũ actio incipiat competere.] hæc ibi. Idé probatur per argum. in l. 1. ff. de iur. immunit. vbi hæc habentur, videlicet. [Personis dare immunitates, hæredibus non relinqnuntur: sed & generi, posterisque datæ ad eos, qui ex fœminis nati sunt non pertinent, hæc ibi. Idem docuit in l. voluntas. C. de fideicommiss. & Glo. dictæ legis. Paulus de Castro in l. rei iudic. col. 1. num. 6. ff. soluto matr.
147 dixit, quòd vxor † habeus patrem, nõ exit patriã potestatem propter matrimonium in l. filiæ licet. C. de coll. & in l. pater. ff. de adulter. licèt transeat in potestatem viri: sunt enim potestates diuersæ: nam potestas viri est, quoad ea, quæ concernunt obsequia matrimonij, & quantum ad illa potius debet obedire viro: potestas autem patris est, ꝙ ea, quæ sunt de iure Ciuili, vt not. Instit. de patria potestate, & in illis debet obedire patri, pro quo facit quod docuit Bart. in l. fin. §. idem rescripserunt. ff. ad municip. è quibus elicitur ipsum implicitè docuisse mulierem nuptam esse de agnatione patris: cùm in hoc nulla fiat subtractio iuris acquisiti à suo viro super eam. Idem docuit expressè Glos. in l. quia parentes. ff. solut. matr. Idem docuit Felinus in c. super eo. el secondo. colum. 1. nu. 2. vers. & dicuntur esse de agnatione. Idé Alex. vbi supra. Idem Franciscus Curtius iunior vbi supra. Idem docuit Io. Crottus in l. omnes. nu. 234. versic. quinta conclusio. ff. de iustitia, & iure.

Secundum fundamentum est, quoniam filia nu-
148 pta † retinet forum, domiciliumque patris, seu originis in his, per quæ non subtrahitur à seruitio viri: mutat verò quo ad reliqua: quapropter non poterit illuc vocari, vel trahi ad honores, vel munera, cùm tunc abstraheretur à seruitio viri, & pudicitia, sicut dicitur in simili in liberta nupta voluntate patroni: quia remanet liberta, non tamen quoad operas. Vnde si statutum ciuitatis originis contineret, quòd forensis non posset emere in illo territorio mulier oriunda ibi, nupta alibi posset emere, cum in hoc non dicatur mutasse originem, cum per hoc non abstrahatur à seruitio viri. Bar. in l. fin. §. pen. nu. 5. vers. breuiter. ff. ad municipalem, quem citauit, ac sequutus fuit Paul. de Castro in dicto §. fin. col. 2. nu. 7. & 8. Felinus vbi supra. versic. & pro hoc benefacit. Idem docuit Ant. de Butrio in cons. 40. incip. Visa forma. ad finem. Alex. vbi supra. Bal. in d. l. cum quædam. nu. 1. vers. sed quæro vlterius, etsi non procedat ita apertè. Idem docuit Franciscus Curtius iunior vbi supra, citans ad hoc ipsum probandum. Cardin. Flor. in consil. 155. alias 135. incip. Puto dictas mulieres. Idem docuit Ioan. Crottus vbi supra.

Tertium, quia est de potestate patris etiam, tamen erit subiecta quoad onera matrimonij perferenda, & obsequia matrimonialia exhibenda viro suo, nisi emancipata à suo patre fuerit, prout docuit Felinus in c. super eo. el secondo. col. 1. nu. 2. versic. & est in potestate patris. de testibus. & in c. mulieres. col. 1. nu. 1. vers. an mulier. de sent. excõmunicationis, Paul. de Castro in l. rei iudicatæ. §. fin. nu. 6. versi. in Glo. ibi. verè tamen. ff. solu. matrimonio, dicens, quòd vxor habens patrem, non exit patriam potestatem per Alexan. vbi supra, hoc fundamentum probatur per leg. si vxorem. C. de condit. inser. Idem docuit Franciscus Curtius iunior vbi supra. Idem docuit Io. Crottus vbi supra. Idem docuit Bart. in d. l. si vxor, his præcisis verbis vtens, videlicet: Nota, quòd licet aliqua sit vxor, alterius tamen dicitur in potestate patris, est tamen in potestate mariti quoad illa, quæ sunt necessaria viro. Idem docuit Glos. in d. l. si vxoré. Idem docuit Glo. in §. 1. vers. parentis. Institut. de Senatusconsult. Tertull. vbi dicit de iure Romanorum vxorem alicuius esse in potestate parẽtis, non mariti, nisi quoad debitum carnale. Idem docuit Angel. Aret. in d. §. 1. nu. 2. dicens, quòd licet filia mea sit maritata, est tamen in potestate mea, vt in l. filiæ licèt. & l. vt liberis. C. de collat. quapropter nõ poterit testari, nec codicillari, vt in l. pen. C. qui testam. fac. poss. iuncta l. 1. ff. de leg. 2. etiam cũ consensu patris, vt in l. tam is, §. 1. & ꝙ ibi docuerũt Glo. Bar. & Imo. ff. de donat. caus. mor. qui Ang. ibid. nu. 3. vers. in Glo. parentis. dicit, nota, & signa Glo. quòd tantummodo ad debitum carnis mulier est subiecta viro, Glo. tamen in l. sicut. ff. de oper. liber. dicit, quòd imò ei tenentur operari, & ibi Bart. qui idipsum docuit in d. l. rei iudicatæ, §. fin. addens vxorem in potestate sui viri esse etiam quo ad opera sua. Idem Bal. in d. l. si vxor. num. 1. citans ad hoc ipsum probandum l. 2. §. quod si in patris. & l. quoties. ff. soluto matrim. Idem docuit

Paul.

Paul. de Castro in dicta l. si vxorem. dicens, quòd
etsi per matrimonium spirituale contractum, vt si
149 quis efficiatur Episcopus, † vel Monachus, pa-
ter priuetur à potestate patria super talem, non ta
men per matrimonium carnale. Nam per dictam
l. si vxorem. mulier nupta non erit de potestate pa
tris, licèt transeat in potestatē mariti, quoad obse
quia matrimonij, tamen quo ad effectus iuris, &
patriæ potestatis remanet in eadem subiectione
patris sui.

Ex his ergo omnibus apertissimè elicitur veram
non fuisse (cum reuerentia tamen tanti viri) Bart.
& sequacium sententiam, dicentium, quòd priui-
legium concessum alicui, & omnibus descenden-
tibus suis filijs, & filiabus, nō extendatur ad filias
maritatas, etsi extendatur ad virgines, & viduas;
nam licet ipse Bartol. in l. quoties, C. de priuileg.
Scholar. lib. 10. & ibi Ang. & Io. de Platea. Rom. in
d. l. cum quædam. & in l. 1. in princip. ff. ad Syll. &
Iason in d. l. cum quædam. col. 1. nu. 3. versic. & fa-
cit iste tex. cùm dicta doctrina se subscripserint su
pradictis fundamentis ferè omnes, vt supra recen
suimus. Nam prout docuit Ioan. Crot. vbi supra.
Si eorū sententia esset vera, inde sequeretur, q̄ di-
ctum priuilegium non esset extendendum ad fi-
150 liam viduam, cum adhuc ipsam perseuerare † in
primo matrimonio dicatur, vt in l. fina. C. de ma-
trim. & retineat domiciliū viri sui mortui, quod
sortita fuerat eo viuente, vt in l. fina. §. vidua. ff. ad
municip. & ibi expressè Bar. cuius tamen contra-
rium voluerunt supradicti Doctores.

Sublimita & dictam limitationem vnicam, di-
cendo, q̄ etsi verissima sit dicta ampliatio, quādo
fuisset concessum aliquod priuilegium pro se, &
filijs, vt puta concessisset emphiteosim pro se, & fi-
151 lijs suis, cum appellatione filiorum † non veniāt
fœminæ, vt Archid. docuit in c. si quis suadēte. 17.
q. 4. & ita in terminis in emphyteosi tenet Io. de
Imol. referens se ita consuluisse in c. potuit. col. si.
extra de locato. & in l. si ita scriptum. ff. de lega. 2.
& in l. cum vir. ff. de condit. & demonstr. Ludouic.
Roman. in l. 2. in princ. col. 17. ff. de verb. oblig. &
in cōs. 35. incip. Visa facti serie mihi proposita in
secundo dubio. & in l. sed si hac, §. liberos. el pri-
mo. ff. de in ius vocan. & ibi Alex. nu. 2. versi. dic, q̄
si concessio facta est, & plenius idem Alex. in con
sil. 61. incip. Super eo, de quo quæritur, vol. 1. & in
consil. 204. incip. Consideratis. col. 4. vol. 2. Iason
in l. maritus. col. 2. versic. nunc autem melius. C. de
procurat.

Tamen vera non erit, si concessum fuisset ali-
quod priuilegium, vel emphiteosis alicui pro se,
& liberis suis; nam tunc extenderetur non solum
ad nepotes, filios scilicet filiorum eius, cui cōces-
sum fuisset tale priuilegium, verum etiā ad filias
filiorum illius, cui fuerat cōcessum, vt sunt neptes
ex filio: quia appellatio liberorū generalior est,
quàm filiorum: Nam si non comprehenderentur
filiæ illius, cui fuerat concessum, sequeretur hoc
absurdum, quòd admitterētur nepotes ex filia, &
non filia ipsa, vt in l. liberorum. ff. de verb. signific.
& in l... C. de condit. insertis, & sic nepotes ex fi-
lia, qui sunt remotiores, præferentur ipsis filiabus,
quòd est absurdum, vt in l. si auia. §. nam licet. C.
de Ro. ma. & sic esset hoc contra regulam vulga-
152 tam, in qua habetur, quòd vbi absurdum † resul-
tare potest, verba extenduntur, vt cesset absurdi-
tas. Vnde videmus, quòd interdum appellatione
filiorum, vt cesset absurdum, nepotes comprehen-
duntur, quia alias non comprehenderentur, vt in
l. vxorem. §. concubinæ. ff. de legat. 3. & in d. l. libe-
rorum. & ita not. Bar. in 4. col. huic limitationi se
subscripserunt Bal. in l. sed si hac. §. liberos. ff. de in
ius vocan. vbi dicit per ipsum tex. elici, quòd em-
153 phiteosis † concessa alicui pro se, & liberis suis
porrigatur ad masculos, & fœminas, & quòd id est
expressum in Authent. de non alien. §. emphiteo-
sim. Idem docuit Paul. de Castro in l. sed si hac. §.
liberos. nu. 7. versic. nota ex principio. ff. de in ius
vocan. dicens, quòd ex principio dicti §. liberos.
habeatur, q̄ appellatione liberorum contineātur
tam masculi, quàm fœminæ, & sic etiam descen-
dentes ex fœminis, vt in l. cognoscere. §. liberorū.
ff. de verbor. signific. & in d. l. 1. C. de condit. inser.

Sublimita, dicendo sublimitationem præceden
tem locum habere solum in materia indifferenti,
154 † idest, quæ conueniat vtrique sexui: secus si ma
sculis tantum, vt in feudis. Nam si quis reciperet
feudum pro se, & liberis eius, quia intelligeretur
de masculis, & descendentibus ex masculis, cum
fœminæ regulariter non succedant in feudis. Pau-
lus de Castro in l. sed si hac lege. §. liberos. num. 2.
vers. hoc tamen est verum. ff. de in ius vocan. Idem
docuit Alex. in d. §. liberos. col. 1. nu. 4. versic. dicit
etiam circa prædicta. Paul. de Cast. ibidem sequēs.
Idem docuit Bar. in l. Gallus. §. etiam si parentes.
col. 2. nu. 4. versic. quandoque illa verba referuntur
post mortem. ff. de liber. & posthum. citans ad hoc
c. 1. col. 10. de success. feudi. & l. ex facto. §. fina. ff.
ad Trebell. & per Dynum in l. in conuentionali-
bus. ff. de verb. oblig.

Amplia primò dictam sublimitationem, etiam
si in concessione esset appositum nomen hæredis,
& non liberi, vt docuit Bart. vbi supra. vbi peropti
mam tradit regulam cognoscendi, quando appel-
155 latione hæredis † in aliqua concessione nomi-
nati, veniat filius, vel extraneus hæres.

Amplia secundò hanc sublimitationem, dicen
do, quòd quando alicui fuisset concessum aliquod
156 † ab aliquo, à quo grauatus fuisset, q̄ si decede-
ret sine filijs masculis, illud tale concessum resti-
tueretur tali, & ipse decessisset cum nepotibus ma
sculis descendentibus ex filia fœmina, tunc talis
concessio non esset extendenda ad ipsos nepotes
ex filia fœmina, cum non videretur ipsum deces-
sisse cum liberis masculis. Vnde extaret conditio
substitutionis, quia in conditione fuit appositum
verbum masculis. Paul. de Castro vbi supra.

Amplia tertiò dictam sublimitationem, dicen-
do idem fore dicendum, si quis reciperet simpli-
157 citer aliquod in feudum. † Nam dicetur rece-
pisse pro se, & descendentibus masculis. Bald. ibi
post Glos. c. 1. in fine. quib. mod. feu. consti. potest,
& post Andr. de Isern. quem citat, & sequitur Ale-
xand. in dicto §. liberos.

Limita primò supradictam sublimitationem,
158 dicendo illam locum habere in feudo † con-
cesso alicui ab aliquo viro, non autem ab aliqua
fœmina, quæ hoc ipsum de iure posset concede-
re, cum verisimile sit, quòd in fauorem sexus fœ-
minei, quem diligit æquè ac masculinum, imò
plus: & hoc elicitur ex eo, quòd in similis docuit
Ancharanus in consil. 341. vbi voluit, quòd Re-
gnum Aragonum concessum per Reginam Petro-
nillam Alphonso, & eius posteritati possit transire
in fœminas.

Limita

Limita secundò supradictam sublimitationem in casibus multis, enumeratis à Petro Duenas in regula 309 in suis limit. versic. fœmina.

159 Regula sexagesimaprima. Priuilegium, † seu quęcunque dispositio tam iuris, quàm hominis loquens in masculino sexu, an extendatur ad fœminiuum. vide omnino Ant. Gabr. in tracta. conclusionum. fol. 551. conclusione sexta.

160 Regula sexagesimasecunda. † Priuilegium alicui concessum pro se, & liberis suis, non extendetur ad alios ex suis descendentibus, nisi solum ad suos pronepotes, nam reliqui descendentes ex ipso (cui facta est concessio) dicentur posteriores, vt in l. Iurisconsultus. §. parentes. ff. de gradibus. Bar. in l. liberorum. col. pen. nu. 19. ff. de verb. signific. sequens ibidem Glos. quos (vt ait Ioan. Crottus in l. omnes. nu. 235. versic. sexta conclusio) nullus impugnat ex Doctoribus, licet sibi hoc non placeat.

161 Regula sexagesimatertia. † Priuilegij cōcessio his verbis facta, videlicet: Cōcedo tibi, & tuis hęredibus, an extendatur ad hæredes extraneos, nec ne; & dicendum, quòd quando talia verba referentur ad tempus vitæ eius, de quo loquimur, tunc nunquam extendentur ad extraneos, nec ad omnes legitimos, & naturales hæredes, sed solùm ad illos liberos, qui tenent primum locum, vt elicit Bart. ex l. Gallus. §. etiam si parente. col. 2. num. 4. versic. circa quod dico. ff. de liber. & posthum. ibi hoc docendo hac ratione, videlicet: Quia in vita sua non dicitur quis habere hæredem. Quando verò huiusmodi verba referentur post mortem eiusdem, de quo loquimur, & tunc quandoq; illa verba proferuntur circa illud, quod de sui natura nō transit nisi ad filios, vt in feudo, & tunc debet intelligi, suos hæredes, idest filios, vt in c. 1. de success. feud. col. 10. & not. in l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebell. & per Dynum in l. in conuentionalibus. ff. de verborum obligatione.

Si verò illa verba referuntur ad rem, quæ de sui natura transire potest ad quoslibet hæredes, & tunc subdistinguendum erit: Aut illa verba exprimuntur à recipiente, aut à concedente: si primò, & tunc dicendum secundum eundem Bar. vbi supra, quòd talis concessio priuilegij extenditur etiā ad hæredes extraneos, vt in l. stipulatio ista. §. si quis ita. ff. de verbor. obligat. facit l. si pactum. ff. de probat. cum similibus.

Si verò huiusmodi concessio priuilegij esset facta verbis, quæ referuntur ad rem, quæ de sui natura potest transire ad quoslibet hæredes, & illa essent prolata à cōcedente, puta testatore, vel alia persona: tunc iterum subdistinguendum erit tali pacto, aut si intelligeremus loqui ipsum priuilegiū vniuersaliter de hæredibus, resultaret iniquitas, & contra mentem concedentis, & tunc talis concessio non extenderetur ad extraneos, interpretando hanc vocem [hæredes,] idest liberos, vt in l. ex facto. §. fin. ff. ad Trebell. ita Bar. vbi supra.

Si verò inde nullum absurdum, vel iniquitas resultaret, & tunc talis concessio extenderetur ad omnes hæredes, etiam extraneos, vt in l. in Annalibus. C. de legatis. & in l. sciendum. ff. de verbor. signific. hæc Bart. vbi supra.

162 Regula sexagesimaquarta. Priuilegium † alicui concessum super litis expēsis, extenditur quoque ad aduersarium ipsius, propter æqualitatem seruandam in iudicijs, vt in l. fin. & ibi Bar. in princ. C. de fructibus & litium expens. Baldus in Margarita l. a. versic. priuilegium.

Regula sexagesimaquinta. Priuilegiū respiciēs litis ordinationem, seu executionē alicui conces-

163 sum, extenditur † ad aduersarium, vt in l. fin. C. de fruct. & lit. expens. & in l. prætende. ff. de temp. in integr. restit. & Bar. in d. l. fi. nu. 3. vers. si quæris.

Regula sexagesimasexta. Priuilegium respiciēs litis decisionē, cuius verba sonant hoc, q̄ ad alios

164 extendatur, & tunc ad alium extendetur, † vt in l. 1. & 2. ff. si aduersus transact. & in l. 1. C. de repu. quæ fi. in iudic. in integr. restitu. & in l. quod si minor. §. restitutio. ff. de minor. & in l. fi. in fine. C. de fruct. & lit. expens. prout loquitur quando est expressum. Bar. in d. l. fin. nu. 4. vers. aut respicit litis.

Regula sexagesimaseptima. Priuilegium respiciens litis decisionem, cuius verba non sonat hoc,

165 quòd ad alios extendatur † tale priuilegium, & conturbat ius iniquum, & fuerat concessum absq; postulatione eius, cui fuit concessum, & tunc dicendum, q̄ ad alios non extendetur, vt in l. 3. in principio. ff. quod quisque iuris. hoc docuit Bar. in d. l. fin. nu. 4. versic. si verò verba.

Regula sexagesimaoctaua. Priuilegium respiciens litis decisionem, cuius verba nō sonant hoc,

166 q̄ ad alios extendatur, † & tale priuilegium conturbat ius iniquum, & fuerat concessum ad postulationem eius, cui fuit concessum, extendetur ad aduersarium in eadē met causa, & non ad alium, vt in l. 3. in princ. ff. quod quisque iur. Bart. in d. l. fin. nu. 4. versic. aut ad postulationem eius.

167 Regula sexagesimanona. Priuilegium † respiciēs litis decisionem (cuius verba non sonāt hoc, quòd ad alios extendatur) & tale priuilegium conturbat ius iniquum, & fuerat concessum ad postulationem eius, cui fuit indultum, extendetur etiā ad alium, in alia tamen causa, vt in d. l. 3. §. hęc pœna. & Bart. in d. l. fin. nu. 4. versic. aut in alia causa.

168 Regula septuagesima. Priuilegium † respiciens litis decisionem (cui verba non sonant hoc, quòd ad alios extendatur) & tale priuilegium, si non conturbat ius iniquum, tunc non extendetur ad alium, nec egredietur personam, cui concessum fuit, vt in l. 3. §. hoc pœna. ff. quod quisque iur.

SVMMARIVM.

1 *Fictio quid sit.*
2 *Fictio, & præsumptio iuris, & de iure æquiparantur, & dicuntur eadem, contra quas regulariter non admittitur probatio.*
3 *Impossibile quod est secundum naturam, erit impossibile etiam secundum artem.*
4 *Diffinitio qualibet in iure est periculosa.*
5 *Fictionis diffinitio secunda.*
6 *Fictionis species quot sint.*
7 *Fingi an possit aliquando id, quod nunquam in rerum natura fuit.*
8 *Fictio iuris à quo iure ortum habuit, & quòd nam à iure naturali, sed à iure gentium, & ciuile perpulchrè probatur.*
9 *Acceptilatio quid sit.*
10 *Fictionem non ab homine ortum habuisse, sed à iure multipliciter probatur.*
11 *Fictionis natura est inducere, & non declarare principaliter.*
12 *Fictio declaratiua, an propriè sit fictio, & quare.*
13 *Fictionis triplex est species, videlicet inductiua, priuatiua, & translatiua.*

14 *Fictio*

14 *Fictio inductiua quid ſit, & quid tranſlatiua, & quid priuatiua.*

15 *Fictio rurſus poterit dici duplex, ſcilicet ſubſtantiæ, et accidentis, & quotuplex fictio ſubſtantiæ, & exemplicatur.*

16 *Fictio accidentis quotuplex ſit, & exemplificatur.*

17 *Fictio inductiua quid ſit, & declaratur, & exemplificatur.*

18 *Fictionis inductiua proprium quid ſit.*

19 *Fictio, vniuerſaliter loquendo, fingit ſuper his, quæ ſunt facti, & raro ſuper his, quæ ſunt iuris, vbi poteſt inducere ſecundum veritatem, & quare.*

20 *Ius tunc dicitur poſſe fingere ſuper facto, quando talis fictio ſuper facto non habet iuris effectum, & è contra.*

21 *Fictionem vno modo non fingere, etſi re vera alio modo dicendum erit, non poſſe fingere impoſſibile, peroptimè probatur.*

22 *Adoptio dicitur fictio iuris inductiua, & quare.*

23 *Fictio non trahitur ad ea, quæ de iure impoſſibilia ſunt, nec ad tempus retrò de iure prohibitum.*

24 *Lex nunquam inducit fictionem, aut præſumptionem contra naturæ potentiam, ſiue impotentiam, ſcilicet lex non fingit id, quod natura eſt impoſſibile.*

25 *Rationem naturalem immutare non poterit lex, et ideo legis fictio ad id ſe extendit, ad quod lex naturæ, & exemplificatur, & docetur, quomodo ſit intelligendũ.*

26 *Fictio vt habeat locum, requiritur habilitas extremorum, tam ex parte perſonarum, quàm rei, ſuper qua ſit, & quare.*

27 *Lex non poterit fingere id, quod eſt impoſſibile in ſuo genere, & poterit fingere id, quod in aliquo particulari caſu eſſet impoſſibile, & exemplificatur.*

28 *Remedijs alijs ceſſantibus, recurrendum erit ad inductiuam fictionem.*

29 *Fictio inductiua regulariter licet non habeat locum ſuper his, quæ ſunt meri iuris, fallit tamen ratione contrarietatis iuris, ſcilicet in caſibus ſpecialibus à iure prouiſis, & exemplificatur.*

30 *Fictio inductiua habebit locum in bis, quæ habent mixturam facti, & iuris ſuadente æquitate, vt exemplificatur multipliciter, & quomodo ſit hoc intelligendum.*

31 *Stipulationis eſſentialia quæ ſint.*

32 *Fictio ex æquitate ſtipulationem inducit.*

33 *Statuti verba dicentis quod nullus poſſit effici ciuis Peruſij, niſi de voluntate maioris Conſilij, ipſe præſens in conſilio recipiatur, vt alij ciues, ſi ſubſequutum fuerit aliud ſtatutum, in quo fuit concluſum, quod Florentini habeãtur pro ciuibus, nunquid ſtatuta loquentia de ciuibus, locum habeant in Florentinis.*

34 *Ciuium conſtitutio eſt iuris mixti cum facto.*

35 *Habeantur pro ciuibus, hæc verba, quam recipiant interpretationem.*

36 *Quaſi, hoc verbum, quam denotat ſignificationem.*

37 *Filius ſpurius, & naturalis legitimatus, an dicatur verè legitimus, an per fictionem.*

38 *Legitimati à legitimis etſi non differant, quo ad ſucceſſionem bonorum allodialiũ, differunt tamen quo ad ſucceſſionem bonorum feudalium, & emphiteoticorum, Eccleſiaſticorum, & quare, & in alijs, vt infra.*

39 *Statuta loquentia de ciuibus, an habeant locum in forenſibus receptis in ciues.*

40 *Ciuem aliquem eſſe non eſt actus naturalis, ſed ciuilis, & quare.*

41 *Ciuis quis verè, & propriè ſit.*

42 *Lex quoties poteſt introducere per veritatem, intelligitur introducere verè, & non fictè.*

43 *Comitatenſes recepti in ciues, in pœnis, & in omnibus tractandi erunt, vt veri ciues.*

44 *Statutum, dicens nullum eligendum in Priorem, niſi ſit originarius, an prohibeat eligi receptum ab omnibus in ciuem, cum clauſula, quod habeatur ab omnibus, quo ad omnia, vt ciuis.*

45 *Pro patrono haberi, & eſſe patronum, an ſint paria.*

46 *Statuta extenduntur ad caſum priuilegiatum, & quare, & non ad odioſum, quando priuilegium contineret honeſtum, & non contra ius, vel in præiudicium tertij, quoniam tunc non extenderentur, & quare, & hoc verum, niſi in duobus caſibus hic paulò poſt recenſitis.*

47 *Legitimatus ab Imperatore quo ad omnia verè, et non fictè, dicetur legitimus, et continetur in ſtatuto loquente de legitimo, et naturali, et quare.*

48 *Fictio priuatiua quid ſit, et in quo conſiſtat.*

49 *Priuatio ſupponit habitum.*

50 *Fictio priuatiua ſuadente æquitate, fingit omnia ea, quæ ſunt meri facti, et exemplificatur.*

51 *Fictio priuatiua, quæ fingit non eſſe illud, quod eſt, non habet locum in his, quæ ſunt iuris regulariter, cum ius tollat aliquid verè, et non fictè, ſed habebit locum in bis, quæ ſunt facti, cum factum non poſſit tolli verè, ſed fictè.*

52 *Fictio tranſlatiua, ſiue extenſiua quid ſit, et in quo conſiſtat.*

53 *Fictio tranſlatiua, ſiue extenſiua verſatur circa quatuor potiſſimum, et exemplificatur.*

54 *Lex poteſt fingere de tempore ad tempus ſuper his, quę ſunt meri facti, ſuadente tamen hoc ipſum æquitate, propter iuris miniſterium, vel effectum, et exemplificatur, et hoc habet locum in conditione caſuali, et non in conditione poteſtatiua, et quare: et in quibus alijs rebus quoque non habeat locum, exemplificatur, et redditur ratio deciſionis vniuſcuiuſque exempli.*

55 *Ius quando fingit de vna perſona ad aliam, dicitur fingere ex neceſſitate ſuper his, quæ ſunt meri facti, & quare.*

56 *Qui per alium aliquid facit, quando dicatur per ſeipſum verè facere, et quando fictè, eleganter traditur.*

57 *Nepotes concubinarij, nati tamen ex legitimo matrimonio contracto inter filium naturalem dicti concubinarij, et aliam poſt mortem dicti filij naturalis patris dictorum nepotum concubinarij, non ſuccedent ab inteſtato dicto concubinario auo eorum, etiam ſi poſt mortem dicti filij naturalis patris ipſorum, dictus auus concubinarius contraxiſſet matrimonium in facie Eccleſiæ legitimum cum concubina ſua, matre dicti filij naturalis, et auia dictorum nepotũ, & quare.*

58 *Amotio medij directiui in finem impedit effectum extremi.*

59 *Fictio, vt locum habeat, et retro trahatur, requiritur habilitas duorum extremorum, ſcilicet extremi à quo, et extremi ad quod.*

60 *Fictione affirmatiua, quæ retro fingit aliquid eſſe, requiritur aliquid habile, et ideo non poterit fingi ſuper eo, quod non eſt: fictione vero negatiua poteſt fingi retro non eſſe.*

61 *Fictio an poſſit pluſquàm veritas, Doctorum ſententia recenſetur.*

62 *Fictio iuris, et de iure quid ſit, et exemplificatur.*

63 *Fictio iuris, et de iure non ſolum non admittit probationem in contrarium, ſed nec ei præiudicaretur per confeſſionem partis.*

64 *Fictioni iuris ſtatur, niſi probetur contrarium.*

65 *Fictio*

124 Statu-

De Extensione statutarij iuris, ac cuiuscunque alterius dispositionis loquentis in casu vero, ad casum fictum, qui idẽ esset secundum iuris fictionem, & non secundum veritatem.

QVAESTIO VNICA.

CVM inter quæstiones scitu dignissimas pertinentes ad interpreta-
tionem extensiuam Legum, non
infimum obtineat locum hæc: de
extensione dispositionis loquen-
tis in casu vero, ad casum fictum,
qui idem esset secundum iuris fictionem, & non
ſm veritatem; Ideo operępretiũ duximus ipsam
examinare; Deo Opt. Max. annuente, eo breuio-
ri, ac clariori stylo, quo vti desuper indultũ fuerit:
per nonnullas conclusiones, & ampliationes, & li-
mitationes more solito, illis tñ præmittẽdo non-
nulla scitu necessaria ꝓ maiori dilucidatione affe-
rendorum. in decidenda hac proposita quęstione.
Notandum igitur, quod fictio (iuxta doctrinã
Bart. in l. si is, qui pro emptore. colum. 9. nu. 21.
1 versic. quæro ergo primo quid sit fictio) † est in re
certa; eius quod est possibile contra veritatem,
pro veritate, iure facta assumptio. Diximus [in
re certa] ad differentiã præsumptionis, quæ præ-
sumit super eo, de quo dubium est, vt in l. siue pos-
sidetis. C. de probat. & in l. non est verisimile. ff.
quod met. causa. & in cap. is, qui. extra de sponsal.
& ibi per Doctor. sed fictio semper est super eo,
quod est certum, vt patet in postliminio. l. Cornel.
vt in l. 1. §. accedit. C. de rei vxor. act. prout docuit
Bar. vbi supra. & in l. filiusfamilias. nu. 2. C. de pe-
tit. hæredit. cuius doctrina erit intelligẽda secun-
dum eundem Bart. in l. si duo. ff. de acq. hæred. de
simplici præsumptione, non de præsumptione iu-
2 ris, & de iure, cui fictio † ipsa comparatur, & dici-
tur idem, vt in l. fin. ff. quod met. caus. & ideo non
admittitur contra ipsam probatio, & gl. magna in
d. l. non est verisimile. ante ipsius mediũ. Diximus
[eius quod est possibile] ad differentiã eius, quod
est impossibile, quod vtiq; fingi non potest, quod
patet per notata in l. Gallus. §. si eius. ff. de liber. &
posthum. & in l. 3. ff. pro socio. & in l. qui ad cer-
tũ. ff. de locato. in l. certè. in princ. ff. de precario:
& in l. adoptio. ff. de adoptionibus: quod & (vltra
tot leges) probatur & ratione hac. Ars enim sem-
per imitatur naturã in quantũ potest. Vnde sequi-
3 tur, ꝙ id, quod est impossibile † secundum natu-
ram, erit & impossibile ſm artem, vt in l. pater. §.
si eum. & l. si quando. ff. de adoptionibus. & instit.
de adoptionib. §. minorem. Quapropter in propo
sito. Diximus [contra veritatem] qm̃ si verum es-
set, tunc non esset fictio, sed veritas. de qua verita-
te loquitur tex. in l. illicitas. §. veritas. ff. de offic.
Præsidis. & in l. 1. C. si vt se ab hæredi. abst. Dixi-
mus [Pro veritate.] Nam habebit hæc extensiua
interpretatio iuris effectum, perinde ac si esset in
veritate, qđ & patet verificari in qualibet fictio-
ne. Diximus [A iure facta assumptio.] ideo dixi-
mus à iure, vt excluderemus mendacia, & falsita-
tes, quæ non fiunt à iure, sed ab homine, nec habe
ret iuris effectũ: Cùm illæ non sint fictiones, prout
in pñti materia fictio accipitur. Iason autẽ in l. si
is, qui pro emptore. col. 38. nu. 167. & seq. ff. de vsu-
cap. post relationẽ septẽ modorũ, quibus fictio po
terit definiri inter aliã recensens supradictã. Bar.
ibi. nu. 168. conclusit, dicens. Teneas quã voleris.
4 Nã quęlibet diffinitio † in iure est periculosa, vt in
l. oĩs diffinitio. ff. de reg. iur. Insuper sciendũ, ꝙ Cy
nus l. siue possidetis. C. de probat. & in l. fin. quod
met. cau. dicit, ꝙ qñq; lex super facto certo aliqd
statuit cõtra veritatẽ facti, & ista est fictio. hæc il-
le. Cuius verba refert Bar. ĩ d. l. siue possidetis. lect.
2. nu. 10. Bal. verò in l. ea quidẽ. col. 2. nu. 7. vers. fi-
ctio vero. C. de accusat. tali pacto diffiniuit, dicẽs.
Fictio est falsitas ꝓ veritate accepta, vt specialissi-
ma, & iustissima causa in iure expressa, & in d. defi
nitione Bar. Henric. Boich in c. is, qui. col. 2. nu. 2.
ext. de spõsal. addit tñ aliã his verbis conceptã, fi-
5 ctio † est simulata intentio, quæ interdum à iure
pro veritate habetur, dicẽs: meritò dicit ius [in-
terdum] per tex. in c. ferrũ. dist. 50. c. ex parte tua.
ext. de cleric. non resid. vbi de hoc per Bernard. &
hic, vbi licet etiã constaret de contraria intẽtione
se carnaliter cõmiscentiũ, tñ pro matrimonio iu-
dicatur in foro iudiciali. Quandoq; tñ talis fictio
non hr̃ pro veritate, vt in Clement. quod circa. de
elect. vbi de hoc per Guliel. de Mon. Lau. in gl. fin.
6 Fictiones multiplices † esse species docuit Hen
ric. Boich in c. is, qui. ext. de sponsal. Nempè quæ-
dã licitæ, & quædam illicitæ, vt in c. 1. ext. de his,
quæ vi, metusvè causa fiunt. Item quædã intentio-
nis, alia operis, vt in c. quod interrogasti. dist. 27.
Item quædã iuris, & de iure, vt in c. ferrũ. dist. 50.
Itẽ quædam facti, licet nõ cadat propriè fictio in
factũ, alia intẽtionis, vt in c. nuper. de sent. excom.
Etsi verissimum sit quod diximus, ꝙ super re, q̃
7 non est, non possit fingi † aliquid esse, vel fuisse re-
trò, vt in l. huic scripturæ. ff. ad l. Aquil. tñ Bar. in l.
quędam. ff. de rebus dubijs. docuit limitando hoc
esse verum, dicendo, quod aliquid retrò non esse,
benè possit fingi. & ita loquitur tex. in d. l. quædã.
Nam hæres in veritate fuit legatarij. Vnde si le-
gatarius agnoscit, nulla est fictio: sed si repudiaue
rit, fingitur retrò nunquã eius fuisse, & sic per cõse-
quẽs fingitur retrò fuisse hæredis. hæc Bar. vbi s.
8 Iuris fictionem † non fuisse introductam, seu

productam à iure naturali, sed à iure gentium, &
à iure ciuili non incongrue, probatur duplici me-
dio. Primò Bartoli auctoritate vbi supra, col. 10.
versic. sed circa hoc dubitatur. num. 23. Probatur
secundò & ratione. Nam quod non fuerit intro-
ducta fictio à iure naturali ex hoc dicitur, quoniã
cùm fictio (vt latiùs infra dicetur in notabilibus)
procedat, & censetur ex æquitate, seu ratione, vt
in l. postliminij ius. ff. de captiuis, & postlim. re-
uersis. Ius verò naturale sit cõmune omnibus ani
malibus etiam sensu carentibus, in quo non consi-
deratur ratio, vel æquitas, sed solù naturalis qui-
dam instinctus, seu inclinatio: quapropter conse-
quens fiet, quòd iuris fictio non procedat à iure
naturali: & quod iure Gentium, ac iure Ciuili in-
troducta fuerit fictio (de qua hic est sermo) proba
tur per dictam l. postliminij ius. & ibi per Doct.
cùm ibi dicatur, quod ex quadam æquitate, scili-
cet per homines pro conseruatione humani gene
ris, ac boni publici, ponderata, & procurata. Et
quòd etiam à iure Ciuili probatur per ea, quæ no
tantur in l. 1. C. de rei vxo. act. & alijs iuribus, de
quibus fiet mentio in dicto not. Inde patentissimè
elicitur consuetudines, & statuta, quæ sunt intro-
ducta de iure Ciuili, vt in l. omnes populi. ff. de iu
stitia, & iure. & in §. ex non scripto. Institu. de in-
genuis. gent. & ciuili. posse introducere fictio-
nes, quod & experientia ipsa quotidiana nos edo
cet, & si non sit negandum ista iura, quandoque
fingere super eo, quod est iuris naturalis, vt ali-
quem viuere, aliquem esse natum, vel mortuum,
vt infra patebit.

Tamen tunc ipsum ius Ciuile, vel Gentium est,
quod fingit, non autem ius naturale. Idem docue-
runt Glos. in d. l. postliminij ius. Idem docuit Ia-
son in d. l. si is, qui pro emptore. col. 40. num. 175.
addens, quod quandoque fingat super eo, quod
est iuris naturalis, secundũ Bal. in l. si non specia-
li. circa finem. C. de testamentis, & Bart. sequitur
Card. Flor. in Clem. quod circa. q. 24. de elect.

9 Etsi acceptilatio † (quæ est quædam imagina-
tia, & ficta solutio, vt in §. est autem. Instit. quibus
mod. toll. obligat. ab hominibus contrahentibus
introduci dicatur, tamen à iure ipsam esse intro-
10 ductam, † docuit Bar. in l. si is, qui pro emptore.
col. 10. nu. 24. vers. Item dubitatur. ff. de vsucap. ab
Aquilio, vnde dicitur actus legitimus, vt in regu-
la iuris. Actus legitimi, cum iuslit ibi, quod fingit
solutionem, etsi huius causa sit factum contrahen
tium. eo magis, quòd si homo ex se vellet fingere
iure hoc non concedente, non posset, vt exempli
gratia. Vult testator, cùm dicit equum, quod fin-
gatur ipsum dixisse mulum, non potest, vt in l. si
quis in fundi vocabulo. & ibi not. ff. de lega. 1. per
hoc est expressum in l. si fortè. ff. de Castren. pecul.
si autem hoc homini permissum inuenimus à iu-
re, tunc verè ius dicitur fingere, & non homo, vt
in l. lege obuenire. ff. de verbor. signific. Idem do-
cuit Aret. in l. 1. §. si quis ita. col. 5. vers. sed homo
non potest fingere. ff. de verb. oblig. Idem docuit
Iason in d. l. si is, qui pro emptore. col. 40. nu. 174.
vers. fictio autem. asserens hoc ipsum probari per
tex. in l. Codicillis. §. fin. ff. de lega. 2. Idem docuit
Ioan. de Imol. in d. l. si is, qui pro emptore. Idem
Aret. in l. 4. §. Cato. col. 12. versic. ista enim dictio.
ff. de verbor. oblig. Idem docuit Alex. in l. si quis
in fundi. col. 3. nu. 12. vers. in Glos. in vers. vocabu-
la. ff. de leg. 1. citans ad hoc text. in l. si fortè. ff. de
Castren. pecul. Iason rursus in d. l. si quis in fundi.
col. 3. nu. 29. versic. stat ergo regula, & rursus ibid.
ipse Ias. col. 7. nu. 52. versic. nec obstant fundamen
ta duo, vbi respondet duobus fundamentis Alex.
vbi supra, volentis aduersari sententiæ communi
Doct. sequentium Glo. in d. l. si quis in fundi. vers.
vocabula, dicentis, quòd si testator fuisset prote-
status ante testamentum: quòd si legebat equum,
volebat debere intelligi de mulo, quòd tunc lega-
tum valeret in mulo, licèt de equo expresserit in
testamento. cum qua etiam glo. transit. Imol. in l.
quotiens. ff. de hæred. institu. vbi reputat eam sin-
gularem. & rursum ipse Imol. in l. 1. §. hoc autem.
ff. ad Trebel. & Paul. de Cast. in l. quæ extrinsecus.
ff. de verb. signific. Iason (inquam) volens respon-
dere primo fundamento, scilicet quia homo non
potest inducere fictionẽ, & in hac ponderat Bar-
tolum contrariari hic. Dixit ergo Iason, quòd istud
non inducitur vi fictionis, quam homo non po-
test inducere, vt dixit Bar. in d. l. si is, qui pro em-
ptore. sed est vi declarationis propter volũtatem
præcedentem expressè, declarantem sequentem:
& ista valde differunt inter se: quia de natura fi-
11 ctionis † est inducere, & non declarare principa
liter, & ideo in fictione declaratiua, quæ retrò tra
hitur, non requiritur extremum, à quo esse habi-
12 le? quia fictio declaratiua † nõ est propriè fictio,
vt est tex. not. in l. sed & si quis stipuletur. §. 1. ver-
sic. quid ergo. & ibi Bal. hoc not. ff. de vsufruc. quẽ
refert, & sequitur Aret. in d. l. 1. §. si quis. colum. 5.
versic. quia, vt dixi. dicens, quod de natura fictio-
nis sit inducere, nõ declarare simpliciter, & quòd
ideo in declaratione, quæ retrò trahitur, non re-
quiritur extremum habile à quo, sicut in fictione,
vt est tex. not. in d. l. sed & si quis. stipuletur. quem
ibi ponderat Bal. & tamen Iason vbi supra. subdit,
secus est in fictione inductiua, vt in l. huic scriptu-
ræ. ff. ad l. Aquil. quia illa requirit duo extrema ha
bilia, scilicet à quo, & ad quod. Non obstat secun
dò, quòd glos. singul. in §. sed hæc solemnia. versic.
quibuscunque. Instit. de verb. oblig. quia de plano
respondetur, quod illa gl. loquatur in stipulatio-
ne, quæ pro forma requirit expressionẽ verborũ,
& non constat solo consensu: sed consensu, & ver-
bis simul, vt est Glo. in l. non figura. ff. debit. & ob-
ligat. Sed nos loquimur in legatis, in quibus at-
tendimus consensum, & voluntatem, vt in l. cùm
quæstio. in fine. C. de legatis. & in l. in conditioni-
bus primum locum. ff. de condit. & demonstr.

13 Tres esse iuris fictionis † comprobatur. Nam
sicut, secũdum veritatẽ, homo triplici modo agit,
exempli gratia. In contractibus, Nempe quan-
doque contractum de nouo facit, emendo, ven-
dendo, stipulando, &c. quandoque destruitur per
pactum, vel acceptilationem, per titul. de rescind.
vendit. & quando licet ab emptore discedere, &
de acceptilatione. Quandoque id, quod est fa-
ctum transfert, & immutat in aliam formam, &
in aliud esse, puta nouando, vel delegando, vt in
titul. de nouationibus. sic etiam in alijs actibus
triplici modo agitur, scilicet vel quid de nouo in-
ducendo, puta specificando, vel ædificando, vt in
l. adeo. §. cum quis. ff. de acquirend. rerum do-
minio. & in l. si is, qui quadringenta. §. quædam.
ff. ad l. Falcidiam, vel quod factum est destruitur,
occidendo, comburendo, & alias destruendo,
vt in titul. ad l. Aquil. & in alijs, vel quod factum
est vno modo in aliam formam mutando, vt in l.
Iulia.

Iulia. §. sed si quis. ff. ad exhib. & in l. mulieres. §.
primo, ff. de verborum significatione. ita fictio,
quæ naturam & veritatem imitatur, Quandoque
fingit esse id, quod non est, & illam appellant Do-
14 ctores fictionem † inductiuam. Quandoque fin-
git id, quod est non esse: & istam appellant fi-
ctionem priuatiuam. Quandnque id, quod est
vno modo, fingit esse alio modo, & hanc appel-
lant translatiuam, seu extensiuam. Quapropter
concludendo de quotuplicitate fictionis secun-
dum Bartolum in l. si is, qui pro emptore. colum-
na decima, numero 25. ff. de vsucapion. vt in l. nec
vtilem. ff. quib. ex caus. maior. duo erunt memoriç
cõmendãda: nempè ptimum, q̃ triplex est fictio-
nis species, videlicet, Inductiua, priuatiua, & trã-
slatiua, seu extensiua. Secundum, quod quælibet
istarum fictionis specierum denominetur ab effe-
ctu, cùm prnptijs nominibus careant. Iason verò,
post relationem dictæ sententiæ Bart. ipse in d. l.
si is, qui pro emptore. col. 42. nu. 183. refert sen-
tentiam Cardinalis Florentinus in capit. is per fi-
dem. quæstione vltima, extra de sponsalib. & in
Clementina quia circa. quæstione 15. de electio.
dicentis, quòd cùm in actibus humanis duplex
tantum sit variatio, scilicet substantiæ, & acciden
tium, & quod omnia ex his duobns composita
constant, vt in cap. cum Marthæ. §. quæsiuisti. ex-
15 tra de celebr. Miss. Ideo duplex † tantum est fi-
ctio. vna substantiæ, alia accidentis, & quod fi-
ctio substantiæ sit duplex: quædam scilicet affir-
matiua, & quædam negatiua. Affirmatiua est pet
quam non ens affirmatur esse, & secundum hoc
fingitur stipulatio pro dote intercessiuè, quæ ta-
men non intercessit, vt in l. vnica. in principio. C.
de rei vxot. act. Item fingitur in Ecclesia esse qui
non est, vt in cap. ad andientiam. extra de Cleric.
non residen. negatiua autem est, per quam nega-
tur esse id, qnod est, & disponitur de iure, ac si non
esset, vt quando Ecclesia habet Prælatum inuti-
lem, tunc fingitur non habere, vt in cap. 2. versic.
sed neque. extra de translat. Prælat. Fictio autem
16 accidentis † poterit multipliciter subdiuidi, se-
cundum veritatem accidentinm. hæc Cardinalis,
cuius dictis concordat Glos. not. in l. fin. in versic.
orbitates. C. ad l. Flauiã. de plag. quę dicit, quòd
pater dicatur orbatus filio, licet viuat, si est sibi
inutilis. & idem dicetur secundum eandem Glo-
sam de marito inntili suæ vxori: nam tunc dice-
tur vidna, ex qua Glos. not. ibi Bald. quod muliet
habens maritum sibi inutilem, puta damnatum
ad perpetuos carceres, fruetur priuilegijs vidua
rum, vt in l. vnica. C. quando impet. inter pupil. &
viduas. hæc omnia Iason vbi supra.
17 Inductiua fictio † iuris describitur, seu defini-
tur à Bart. in l. si is, qui pro emptore. columna de-
cima, numero 26. versic. tertiò principaliter. ff. de
vsucapion. tali pacto, videlicet: Fictio indnctiua
est in re certa, non existente possibili pro existen-
te, à iure facta assumptin. Diximus [in re cetta]
ad differentiam præsciptionis, de quo diximus
in primo notabili supradicto, diximus [Non exi-
stente,] quoniã si res ipsa existeret: tunc esset ve-
ritas, & non fictio: diximus idipsum quoque ad
differẽtiam fictionis priuatiuæ, & translatiuæ, seu
extensiuæ, quæ requirunt rem esse, vt paulò post
dicemus: Alia verba ipsius definitionis exponen-
da erunt, iuxta ea, quæ dicta sunt in dicto not. 1.
18 Sciẽdum insuper, quòd hęc fictio inductiua † fin-
git super his, quę sunt meri facti, quando æquitas
quæ est causa fictionis, vt latiùs dicetur hoc sua
ferit. Fingit enim aliquem natum, qui nondum
exortus est, vt in l. qui in vtero. & in l. fin. ff. de sta-
tu homin. & tamen hoc esse meri facti per se pa-
tet, vt in l. Arethusa. in fin. eod. titul. Fingit viuere
eum, qui non viuit, sed est mortuus, vt in §. sed si
in bello. Institu. de excus. tut. & in l. bello. ff. de ex-
cusat. tut. & in l. fin. ff. de vac. mu. & tamen viuere
constat esse facti, & non iuris. Idem repetijt ferè
ad verbum Bart. in l. nec vtilem. nu. 2. & 3. ff. qui-
19 bns ex caus. maior. vbi dixit, quòd fictio † vniuer
saliter fingitur super his, quæ sunt facti. Raro au-
tem, vel nunquam super his, quæ sunt iuris, vbi po
test inducere, secundum veritatem. & ideo in om
nibns non est fictio. Idem ipsemet Bart. repetijt
in l. verum est. ff. de regul. iur. de eodem loquens
Paul. de Castro in l. cùm hæredes. §. in his. nn. 2.
ff. de acquirend. posses. his præcisis verbis vtitur,
videlicet: Hæc fictio semper fit super his, quæ fa-
cti, non super his, quæ sunt iuris: vnde pntest fin-
gi, & recuperari pnssessionem, vbi ipsemet Bart.
nu. 1. idipsum repetijt. Idem dncuit Bald. in l. siue
possidetis. nu. 2. versic. super hoc quæro. ff. & C. de
probat. iure postliminij; licèt sit facti: cùm super
facto ius fingat, quia patet hoc, quantum ad ma-
teriam, super quam fingitur: Nam in his, quæ sunt
iuris, non expedit fingere: quia possunt introdu-
ci, secundnm veritatem: sed in his, quæ sunt facti,
sic. quia illud, quod est factum, vel econuerso: sed
fingi potest, quod habetur pro non facto, quãtum
verò ad effectum fictionis, dico (inquit Paulus)
quod non fingitur in his, quæ sunt facti: quia fictio
non operatur effectum in illis: Nam bene est ve-
rum, quod fingitur nunquam captus, sed non ha-
bet effectum in his, quæ sunt facti, vt faciat recu-
perari pnssessionem ipso iure, nisi interueniat fa-
ctum, scilicet animus, corpus. Sed bene coopera-
tur in illis, in quibus non requiritur, vt in recupe-
ratione dominij, vel actionum, non tamen erit do
minium fictum, vel actio ficta: imò verum, seu ve-
ra. hæc Paul. & sic de singulis alijs exemplis, quæ
afferri possent, pro quorum maiori intelligentia
20 animaduertendum, quòd tunc ius † potest finge-
re super facto, quando talis fictio induceret iuris
effectum, vt in omnibus prædictis exemplis: sed
quando talis fictio super facto non habet iuris ef-
fectum, tunc nõ potest fingi, & hic est casus in l. 1.
§. si vir. ff. de acq. posses. si bene ponderetur. Nam
secundum veritatem non potest fieri, quod condi
tio, prout est facti non sit facta, secundum fictionẽ
hoc fieri non releuaret: quia posito, quòd vxori
non acquireretur, maritus amitteret possessionẽ,
vt ibi dicit textus, & sic ins non haberet suum effe
ctum, qui est, q̃ donans non efficiatur pauperior,
& quòd hic sit illius legis intellectns, docuit Bar.
in dicta l. si is, qui pro emptore. col. 11. vers. Item
oppono supra. tit. 1. l. 1. §. si vir. nec obstat, quod di
21 ctæ fictiones † videantur fingere id, quod est im-
possibile: cùm impossibile sit nõ natum esse natũ,
& mortuũ esse viunm, & non factum esse factum.
argum. in l. verum. ff. de regul. iur. & in l. si homo
mortuus. ff. de verborum obligat. Non obstat su-
pradicta inquam, qnoniam fictio fingit hoc, quod
est possibile, secundum naturam, extra tamen hos
terminos, de quibus loqnimnr. Nam ecce exem-
22 plum in simili, scilicet in adoptione, † quæ est
fictio inductiua: cùm per eam inducatur fictus fi-

 lius,

lius, illa imitatur naturam: Nam habemus ado-
ptare eum, qui sit eius ætatis: cujus ætatis possi-
bile esset me habere quendam alium naturalem
filium: secundum enim naturam ipsam (vt docuit
Bart. vbi supra. versic. dic ergo, quòd fictio.) im-
possibile est, quòd ille, qui est filius alterius, sit
meus: tamen est possibile me habere filium simi-
lem, & ideo adoptio. sic ergo intelligo (inquit
Bartolus vbi supra,) qui fingitur viuere: nam pos-
sibile esset in rerum natura, quòd hodie viueret,
& homo similis sibi, & eiusdem ætatis hodie vi-
uit: sed si esset impossibile ipsum viuere, vel a-
lium similem: quia ex quo est mortuus, forte tran
sierunt ducenti anni: tunc per fictionem non pos-
set fingi, & tali pacto forte intelligendam dictam
l. bello. & dictum §. sed si in bello. subdidit Bart.
vbi supra, & quod ita dictæ leges loquantur, pa-
tet; quia ibi pater mortuus semper viuebat: ergo
filius, vt iunior viuere posset, secundum naturam
in similibus. Idem docuit vbi supra, nu. 216. ver-
sic. similiter fictio non potest. asserens ad hoc pro-
bandum & sententiam Glos. in l. talis scriptura.
versic. hanc autem, & ibi Bart. & alij. ff. de legatis
primo. quam Glos. reputat singul. Bal. in cap. cum
consuetudinis. colum. 2. extra de consuet. dicens,
23 quòd fictio † non trahatur ad ea, quæ de iure im-
possibilia sunt, qui & repetijt in cap. innotuit. co-
lum. 2. de elect. & in c. cõtingit. colum. 3. de dolo,
& contumac. & in l. siue possidetis. colum. 2. C. de
probat. & in l. fin. C. pro donat. vbi dicit illam glo.
esse ad hoc elegantem, quam not. & singul. repu-
tat quoque Paul. de Castro ibi. & per illam glo. di
cit Bal. in l. Paulus. ff. de statu homin. quod fictio
nõ se trahit retrò ad tempus de iure prohibitum,
& pro illa glo. sunt duo boni textus. vnus in l. Lex
Cornelia. & ibi Bal. not. vlt. ff. de vulgari & pupil.
Alius text. in l. 1. §. si quis quasi tutor. ff. de eo qui
pro tuto. vbi lex non fingit eum esse tutorem, qui
de iure esse non potest, vt conueniatur ex illo ædi
cto, & illum text. ad hoc allegat Aretin. in l. §. §. ex
contrario. notab. 1. ff. de acquir. possess. Iason vbi
supra. subdens, & ita teneas, qui ibidem subsequẽs
alijs auctoritatibus idipsum docuit. Idem docuit
Tiraquell. in tract. cessante causa. limit. 1. num. 75.
24 versic. quid quod lex. dicens, quod lex † nunquã
inducit fictionem, aut præsumptionem contra na-
turæ potẽtiam, siue impotentiam, idest, quod lex
non fingit id, quod natura est impossibile. Idem
docuit Glo. in versic. Gallus. §. si eius, in Glos. ma-
gna. & ibi Bart. & alij. ff. de liber. & posthum. glo.
in l. tertia, ff. pro socio. & ibi Bal. qui ex hoc dicit,
quod fictio imitatur naturam. Idem rursus docuit
Bart. in l. eandem. colum. 1. & ibi quoque Angel.
Imol. & Franciscus Aretinus. ff. de duobus reis. Pe
trus Ancharanus in consil. 32. incip. Subtiliter, &
copiosè. colum. 2. vers. secundò probo, & alij Do-
ctores passim. Ad hoc ipsum probandum citari so
let l. si paterfamilias. §. vltimo, cum l. adoptio. ff.
de adoptio. & §. minorem. Instit. de adop. l. qui ad
certum. in fine. ff. locati. & in l. certè, in principio.
ff. de præcario. l. si tibi electio. §. vnius. ff. de optio.
legat. l. 3. §. ex contrario. in principio, & in fine. ff.
de acquir possess. l. si pupilli. §. quid ergo. vers. nec
possit. ff. de negot. gest. l. 2. ff. de vsufruct. ear. rer.
25 quæ vsu consumuntur. vbi dicitur naturalem † ra-
tionem auctoritate Legis immutari nõ posse. Idẽ
repetijt Bart. ipse in l. item quæritur. §. qui imple-
to. nu. 14. versic. ex quo nota. ff. de locato. his præ-
cisis verbis, videlicet: Nota, quod ad id se porri-
git legis fictio, ad quod se porrigit Lex naturæ: nã
furiosus, & mortuus cum non possint naturaliter
consentire, non finguntur consentire à Iure, & ea-
dem est ratio in absente, & ignorante. Idem ferè
ad verbum ipsemet Bart. repetijt in l. in rebus. §.
Item qui præcarium. ff. de præcario. Idem docuit
Franciscus Curtius in l. singularia. nu. 29. vers. quia
fictio, ff. si cert. pet. dicens, ꝙ hæc conclusio, quod
fictio nõ cadat super impossibili, vera est, sed erit
intelligenda de impossibili in genere, non autem
de impossibili in illa specie, de qua fingitur, &
probat quod dixit per tale exemplum. Lex Cor-
nelia fingit mortuum apud hostes, fuisse mortuũ
præambula hora captiuitatis: fictio postliminij
fingit reuersum ab hostibus semper fuisse in ciui-
tate, vt in l. retrò, & in l. omnibus. ff. de capti. & tñ
in illis casibus impossibile est, ꝙ ille, qui est mor-
tuus apud hostes, sit mortuus ante captiuitatem.
Item impossibile est, ꝙ ille, qui stetit aliquo tem-
pore apud hostes, semper steterit in ciuitate. Sed
quia in genere fuit possibile, quòd esset mortuus,
vel quod semper fuisset in ciuitate: ideo lex fin-
git. Qui Curtius idem ad verbum repetijt in l. diẽ
defuncto. nume. 3. ff. de officio assesso. & quod fi-
ctio non cadat super impossibili tã de iure, quàm
de facto, idest secũdum possibilitatem naturæ rei,
docuit Iason in l. Gallus. §. si eius. col. 6. num. 23.
& 24. ff. de liber. & posthum. Idem docuit Paulus
de Castro in l. quædam sunt. num. 4. & 5. versic. sed
contra. ff. de rebus dubijs, qui dixit, quòd ad hoc,
26 vt habeat locum fictio, † requiritur habilitas ex-
tremorum, tam ex parte personarum, quàm rei, su
per qua fit: & sic quòd sint in rerum natura. alias
non fit, vt in l. huic scripturæ. ff. ad l. Aquil. & hoc
vt aliquid principaliter fingatur fuisse factum, be-
ne tamen in consequentiam. Nam bene potest es-
se fictio priuatiua super re, quæ hodie nõ est: cum
in consequentiam fictionis priuatiuę veniat fictio
affirmatiua, vt puta si quæ non fuissent legata, fin-
gerentur fuisse hæredis, vt docet d. l. quædam.
hæc Paul. qui idipsum breuius docuit in l. fi. nu. 3.
versic. quia vbi. ff. cõmu. prædior. vbi dixit, quod
vbi non posset esse veritas, nec fictio esse potest, vt
not. in l. Gallus. §. si eius. ff. de liber. & posthum. ꝙ
& rursus idem Paul. repetijt in l. Item quæritur.
col. 1. nu. 2. ff. locati. addens rationem dicit, quia
fictio imitatur naturam. Idem docuit Decius in l.
verum. nume. 3. versic. nec obstat. ff. de reg. iur. his
præcisis verbis vtens, videlicet: Nec obstat, quod
est impossibile, quod factum non sit factum, vt di-
citur ibi, nec videatur, quòd per fictionem con-
trarium possit induci: cùm fictio non habeat lo-
cum super impossibili, vt l. qui ad certum. ff. loca-
ti. vbi Bar. & in l. certè. in princ. ff. de præcar. Nam
respondetur (inquit ipsemet Decius vbi supra.)
prout declarat Bart. in l. sub conditione. col. 1. ff.
27 de solut. quod lex † non possit fingere illud, quod
est impossibile in suo genere, vt quòd filius sit ma-
ior patre, vel quòd furiosum consentiat. Sed bene
fictio haberet locũ in eo, quod est impossibile in
aliquo casu particulari, & satis est, quod possibile
sit in suo genere, vnde fingitur quandoque, ꝙ ille,
qui mortuus est viuat, vt in l. fin. ff. de vaca. mu. in
princ. l. bello admissi. ff. de excus. tut. & licet im-
possibile sit, quòd mortuus viuat, satis est, ꝙ possi-
bile sit in genere, quòd homo similis viueret, vt la
tius declarat Bart. in dicta l. si is, qui pro empto-

te.

re. & Alexand. in l. prima, §. si vir. ff. de acquirenda possessione. & idem docuit Cagnolus in dicta l. verum. numero quinto, & sexto. Et animaduertendum, quòd prædicta procedũt in hac fictione inductiua, quæ non requirit duo extrema. & sciendum, quòd Iason postquàm in l. si is, qui pro emptore. columna 46. numero 209. versic. ex prædictis habes. ff. de vsucapio. post dictam doctrinam Bartoli examinatam accuratissimè. his præcisis verbis vsus fuit, videlicet, Ex pdictis habes, quomodo intelligatur regula, quod fictio non possit cadere super his, quæ sunt impossibilia de natura, vt est Glo. not. in l. Gallus. §. si eius, in Glo. magna. vbi Bartol. & alij. ff. de liberis, & posthumis. quam Glo. allegat Bart. hic in tertia oppositione primæ partis, & in prima quæstione principali, & est similis Glos. in l. tertia, in principio. & ibi Bal. ff. pro socio. & rursus Bart. in l. eandem, columna prima, & ibi Angel. Imol. & Aretin. ff. de duobus reis. quorum sententiæ & ipsum Iasonem se subscripsisse paret. Qui Iason ibidem, idemque dicendum in fictione priuatiua, in fictione vero translatiua, seu extensiua, vt docuit ibidem Bart. quæ duo extrema requirit, nempe extremum à quo (quod debet esse verum in essentia) & extremum ad quod (quod sufficit esse verum, secundum possibilitatem, de quo in hac fictione diximus.) Hæc autem inductiua fictio (vt docuit Bartol. vbi supra, numero 29.) regulariter non fingit circa ea, quæ sunt iuris meri, etsi non negemus hanc regulam fallere ratione contrarietatis, vel repugnantiæ iuris. Sed nec mirandum erit de hac propositione, cùm sit iuridica, quæ tali pacto probatur. Aliquem esse sui iuris, vel in patria potestate est iuris, vt docet textus in §. primo. Institu. de patria potestate. Aliquem esse legitimum, vel non, est iuris: non enim ab ipsa natura introducebatur, vt in Authent. quibus modis nat. effic. legit. §. liceat igitur. columna sexta. Item esse seruum, vel liberum, est iuris, vt in l. quarta. ff. de statu homin. Pone ergo, quòd lex ex certa causa velit filium existentem in alterius potestate, facere sui iuris: filium non legitimum, facere legitimum: & seruum liberum, potest ne hoc facere? Certè sic, non tamen secundum fictionem, sed secundum ipsam puram veritatem: quia in tali casu verè erit sui iuris, vel legitimus, vel liber. sic loquitur textus in Authent. constit. quæ de digni. per totum. columna sexta, posita. C. de episcopis & clericis. super l. sacrosanctæ. sic in Authent. quibus modis nat. effic. sui. columna septima. De seruo, qui efficitur liber. patet, quando per legem representatur libertas, vt in l. 1. cum ibi not. C. si man. ita fue. alie. Hęc omnia esse vera probatur per ea, quæ per rationem ex æquitate, & in subsidium sunt introducta, vt est fictio inductiua. Quapropter (vt ibidem numero 30. subdidit Bartol.) cùm tunc demum recurratur ad hanc inductiuam fictionem, cùm alia
28 remedia † cessant, vt in causæ. ff. de minorib. in l. in prouinciali. ff. de operis noui nunciatio. Ideo in his, quæ facti sunt, & non sunt iuris, secundum veritatem non possunt facere, quòd sint. & idcirco recurritur tunc ad fictionem: cùm cesset æquitas, quod & videtur elici ex l. si vnus. §. pactus. ff. de pactis. illam tamen inducendo, prout faciemus, dum sermo erit de fictione priuatiua. his ferè ad verbum astipulatus fuit Iason vbi supra, nu. 217. versic. secundo principaliter. Animaduertendum insuper, quòd diximus hanc regulam fallere, ra-
29 tione contrarietatis. Nam, ecce lex † vult, quòd filiusfamilias in Castrensibus illud possit, quod homo, qui est sui iuris. Certè in hoc casu non poterit negari quin lex faciat, quòd filiusfamilias habeatur loco patrisfamilias: & sic secundum fictionem, vt in l. pater militi. §. si seruus. ff. de Castren. pecul. & melius facit textus in l. secunda. ff. ad Senatusconsultum Macedonianũ. & hoc contingit, quia cùm quo ad alia sit in potestate, non potest facere, quod verè sit sui iuris, quo ad alia propter repugnantiam, vt in l. vbi repugnantia. ff. de regulis iuris. & ne eadem persona, respectu eodem, diuerso iure censeatur, vt in l. eum, qui ædes. ff. de vsucap. Exemplum potest poni ex l. 2. C. de iur. aur. anu. licèt illud limitetur per Authent. ibi positam. Item diximus regulam præsentem fallere per repugnantiam iuris. hic casus patet in l. 2. ff. de vsufr. ea. re. quæ vsu consum. & in §. constituitur. Institu. de vsufruct. vsufructus enim est iuris, vt in l. prima, ff. de vsufruct. cum similibus. & licèt sit iuris, tamen in casu dictæ l. 2. ius non potest constituere verum vsumfructum propter iuris repugnantiam: constituit ergo fictum. Quapropter comprobatur Paulus de Castro verum dixisse in l. talis scriptura, columna tertia, num. 4. & 5. versic. Glo. sol. & se quando. ff. de legatis primo, dicendo duo notari ex Glos. illa, ad quæ semper allegatur primò, quòd licet donatio inter virum, & vxorem à iure prohibita, morte donantis præmorientis donetur, & confirmatio retrò trahatur, vt in l. donationes. C. de donat. inter virum, & vxor. debet intelligi, quod trahitur retrò quantum ad fructus, vt eos lucretur à die factæ donationis, non quantum ad hoc, vt censeatur valuisse ab illa die, & fuisse dominium translatum, quia hoc est contra prohibitionem iuris. Et ideo hæc fictio licet etiam sit à iure inducta, non extendetur ad illud, quod à iure erat reprobatum, quod est notabile, & singulare in materia fictionis, & ista gl. cõmuniter tenetur, aliàs ius sibi ipsi contrariaretur, fingendo voluisse, quod ipsum ius improbauit: incipit ergo esse valida ex nunc, scilicet post mortem. Non autem fingitur voluisse ex tunc, & ista communiter tenetur. hæc Paul. vbi supra. Memoriæ insuper tenacissimè cõmendandum erit, quòd
30 licet ista inductiua fictio † regulariter non fingat super his, quæ sunt meri iuris, tamen in his, quæ habent mixturam facti, suadente æquitate, hæc fictio succedit, vt docuit Bartol. vbi supra, col. 1 a. num. 3 s. cum illud tantum facti, quod habet à iure, verè non possit induci, quod esse verissimũ. probatur subsequentib. ex capitulis. Quis enim ingorat, quod stipulatio sit iuris, vt in l. si vnus. §. pactus. ff. de pactis. & tamen nõ poterit negari quin stipulatio habeat aliquid facti. cum de essentia sti-
31 pulationis † requiratur, quòd præcedet interrogatio, & subsequatur responsio, vt docuit tex. in l. obligamur. §. verbis, ff. de actio. & oblig. & in l. 1.
32 ff. de verb. oblig. & nihilominus fictio † ex æquitate stipulationem inducit, vt habetur in d. l. 1. in principio. & in l. 1. C. de rei vxo. act. & in l. his verbis. ff. de adopt. cum similibus. Item sententia est iuris, & tamen habet quasdam solemnitates, in quibus requiritur factum, vt in l. 1. C. de sentent. ex breui. reci. & eas de æquitate lex fingit, vt in l. cùm quasi. §. si plures. ff. de fideicommiss. lib. ius quoque fingit venditionem, & quasi venditione

facta, dat actionem ad pretium, vt in l. alieno. §.
fin.ff.de fideicommiss.& venditio est facti, vt in l.
consilio.§.fin.ff.decurat.furio.& etiam iuris, vt in
l.ea boc iure gentium. ff. de iustitia, & iure. vbi
hoc Glo.tetigit,& Doct.plenius. & hæc eaempla
suthcient, etsi quamplurima alia, vbi supra Bart.
recensuerit. Attamen sciendum, quòd supradicta
immediatè putat vera Bart.vbi supra, quando il-
lud tantum facti, quod ad illum actum requiritur
non adest in veritate. Sed si factum esset propter
adminiculum iuris, tunc non esset nobis opùs re-
currere ad fictionem, cùm idipsum haberemus,
secundum veritatem, quod esse verissimum elici-
tur ex supradictis. Hoc tamen fallit si contrarie-
tas, vel iuris alia dispositio ei repugnaret. Addit
vbi supra, nu.35. ipse Bart.pone quod ciuitas ali-
33 qua statuerit, † quòd nullus possit effici ciuis, nisi
de voluntate maioris Cõsilij, ipse præsens in Con
silio recipiatur, vt alij ciues. modò factum est po
stea ibi statutum, quòd Florentini habeantur pro
ciuibus. Nunquid ergo statura loquentia de ci-
uibus, habebunt locum in Florentinis? etsi ipse
Bart.referat aliquos, dicentes, quòd nõ; quia cùm
ipsi Florentini non sint effecti ciues, non compre-
hendentur in verbis statuti, eo magis, quòd aliud
sit esse ciuem, & aliud haberi pro ciue, vel loco
ciuis. Nihilominus ipse Bart.subdidit hæc præci-
sa verba in responsioné præsentis quæstionis pro-
34 positæ, quòd licèt constitutio ciuium † iuris sit,
tamen cum aliquid facti habeat tam de iure com-
muni, vt in l.ciues.ff.de inco. quam etiam de for-
ma dicti statuti, ideo hac distinctione vtendum
erit, videlicet: Aut ergo illud factum, quod requi
ritur, non intercessit, puta, quia non fuerunt præ-
sentes recepti: & tunc habes necesse dicere eos ci
ues secundum fictionem, non secundum veritaté;
Aut illud factum fictum quod requiritur, intercesc-
sit, tamen in reformatione continetur, quod ha-
beatur pro ciue talis, qui erat præsens in Consi-
lio, & tunc subdistingué dum erit, Aut dicit refor-
matio, quòd habeatur pro ciue, quo ad quædam
tantum, & est ciuis secundum fictionem, vt in l.2.
ff.ad Maced. Aut dixit, quòd habeatur pro ciue,
quo ad omnia, & tunc erit ciuis secundum verita
tem, prout ex supra allatis patet, etsi non nege-
mus (iuxta doctrinam eiusdem Bart.ibid.) quòd
35 illa verba † [habeatur pro ciue] denotent fictio-
nem, & improprietatem, vt in l. iure ciuili. ff. de
condit.& demonstr.tamen si apponantur in lege;
iuxta id, quod potest esse verum, secundum pro-
prietatem, & veritaté, magis dicentur verba pro-
prietatis, & veritatis expressiua, quã impropric-
tatis, vel fictionis significatiua, vt ipsemet Bartol.
36 docuit de verbo † [quasi] in l.fructus.ff.soluto ma
trimonio, & hæc dicta pauca de multis, secũdum
Bartol.doctrinam de fictionis inductiuæ quiddi-
tate, & qualitate, quibus ferè ad verbum se sub-
scripsit Iason in dicta l.si is, qui pro emptore.co-
lum.48.nu.222.& seq.subdens nu.224. versic.per
istam not.doctrinam Bart.dicentis, quód lex di-
sponens super his, quæ sunt iuris, etiam per verba
importantia fictionem, dicitur verè facere, & nõ
per fictionem.& recensuit ibi.verba eadem Bart.
supra à me hic relata: ex quibus ipse Ias.nu.227.
subintulit decisionem difficillimæ quæstionis. his
verbis, nota diligenter, & perpetuò teneas cordi
37 illud, quod singulariter vult Bart.quòd filius † spu
rius, vel naturalis, legitimatus sit verè legitimus,
& non per fictionem, & sic quòd legitimatio erit
veritas, & non fictio, & addidit Iason. Est vtilis-
simum verbum ad statuta loquentia de filijs legi-
timis, quòd veniant legitimati, & frequenter al-
legatur in practica, & super hoc dicto multæ de-
cisiones in varijs locis dãtur. subdidit, quòd hoc
ipsum docuerunt & infrascripti, videlicet Bald. in
l.nuper. C. de natur.liber. Paul. de Castro, & alij
per ipsum ibi citati hoc ipsum, postquàm eaem-
plificauit multipliciter.nu.246. versic. sed aduer-
38 te in quantum.docuit quòd etiam legitimati † in
nullo differant à legitimis, & naturalibus, quo
ad successionem bonorũ allodialium, non autem
quo ad bona feudalia, vt docet tex. in c.naturales.
si de feud.fue.controuer.inter dom.& agnat.fallit
hec decisio. Primò, quia ex hoc posset contingere
fieri præiudicium domino feudi. Secundò, quia
non est verisimile Principem concedenté Nobile
feudum de tali prole sensisse, secundum Angel. in
quæst.per eum disputata, quæ incip. Nobilis qui-
dam genere, in secundo dubio. Ant.de Butr.in c.
per venerabilem.ex.qui sint filij legitimi. Alex.in
cõs.25.incip.Circa primum dubium. vol.1.col.4.
Secundò fallit in emphiteosi Ecclesiastica, in qua
non succedent huiusmodi legitimati: quia Eccle-
sia tales abhorret, cum nõ possint haberi sine pec-
cato mortali, secundum Bal.Sal.& alios in l.gene-
raliter.§.cùm autem.C.de instit.cum alijs concor
dantijs, quas ibi dedit ibidem ipsemet Iason. Ter
tiò fallit, quo ad beneficia Ecclesiastica obtinẽda,
præsertim Episcopatus, vt in c.cum in cunctis. c.
innotuit.vbi Glo.not.extra de elect.& cap.pen.&
fin.eatra de filijs Presbyt.& notanter addidit Ias.
vbi supra, post has tres fallentias, dicens, sed isti
sunt casus speciales, qui in alijs firmant æquipara-
tionem supra factam, vt in l.nam quod liquidè.§.
fin.ff.de penu lega. & c.2.de cõiug.addidit Ias.&
aliam limitationem ibid.nu.252. versic. tenendo
istam parté, scilicet quoad bona allodialia. Quod
fallit dicta regula, quando testator faceret men-
tionem de filijs legitimè descendentibus, tunc le-
gitimati non venirent: quia testator respexit ad
modum dicendi naturalem, & non ad fictionem
iuris, secundum Bal.in l.Gallus. §.si eius, in fin.ff.
de liber.& posthum.similiter, qui moritur cum le
gitimatis non dicetur mori cùm legitimè natis,
scilicet Bal.in cap.innotuit.col.pen. de elect.& in
addit.ad Specul.titul.de succes.ab intestato.Paul.
de Castr. in l.fina. C. de his, qui ven.ætat. impet.
hæc Iason, qui ibidem col.55. nu.291, vers.tertiò
principaliter, & vltimò, super id, quod dixerat
39 Bart.quòd statuta † loquentia de ciuibus habeãt
locum in forensibus receptis in ciues, quos Ra-
phael Cumanus hic appellat, quasi adoptiuos ci-
ues factos, prout etiam ante eum appellauit Bal.
in l.ciues. de appellat.ipse (inquam) Iason dicit,
quòd Bat.vbi supra conclusit, ꝙ si sunt recepti, ser
uata forma statuti, vel reformationis, quod tunc
erunt ciues, secundum veritatem, quando statu-
tum, vel reformatio dicerent, quod habeãtur pro
ciuibus, quo ad omnia; quia constitutio ciuium
iuris est, licet aliquid facti habeat: ergo statutum
disponens super his, quæ sunt iuris, dicitur verè
facere, & non per fictionem, prout ipsemet Iason
confirmauerat supra: & addidit, ꝙ nec prædictis
obstat, quod statutum dicat, quod habeantur pro
ciuibus, quæ verba denotant fictionem, vt in l. iu-
re ciuili.ff.de cõdit.& demon.& volens hanc Bar.
doctrinam

doctrinam Iason vbi supra, num. 293. confirmare, dixit idipsum docuisse Io. de Imo. in l. 1. §. lex falcidia, ff. ad leg. falcid. Ant. de But. in cap. ex parte, not. 2. per illum tex. extra de sponsal. & quòd latiùs idipsum docuit Bart. ipse in consil. 62. incip. Punctus talis est, quidam est effectus ciuis, &c. as-
40 serendo, quod aliquem esse ciuem † non est actus naturalis, sed ciuilis, quod patet primò ex nomine ipso: quia ciuis. Secundò, quia de iure naturali non erat ciuitas, & nascendo non nascebatur ciuis. Tertiò, item constitutio iuris ciuilis, ciuem facit aliquem, vel propter originem, vel propter dignitatem, vel propter adoptionem, vt in l. ciues, C. de incol. lib. 10. vnde non erit dicendum, quòd quidam sint ciues naturaliter, & quidam ciuiliter. cum imò omnes sint ciues ciuiliter Aliqui tamen propter naturalem originem. Alij propter aliquam aliam causam. Vnde si ciuitas faciat statutum, quòd quicunq; ibi domum habeat, sit ciuis; verè erit, vt in l. edificia; & ibi not. & in l. Prouinciales, ff. de verb. signif. & in l. in vrbe Romana, ff.
41 de statu hominum; & verè ac propriè ciuis † est quicunq; recipitur, vt munera subeat, vt in l. 1. in principio, versic. & propriè quidem, ff. ad municip. vnde tractandus erit vt ciuis illius ciuitatis, quæ eum ciuem fecit. hæc ibi Bart. dicit Iason, & quod nihil melius ad propositum posset reduci, Idem docuit Bal. in l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. sequens Bar. vbi supra, asserens, quòd contrarium asserentes dicunt falsum: cùm non sint ciues ficti,
42 sed veri. quia quotiens lex † potest introducere per veritatem, intelligitur introducere verè, & nó fictè: cum ciuilitas prædicatur de multis speciebus, & nõ solùm de ciuilitate contracta per originem in aliqua ciuitate, vt etiam docuit Bald. in l. 2. C. de iur. aur. annu. quem vbi supra Iason citauit, num. 297. & sequutus fuit Etna cum hac dicti: Bal. in l. cùm ex oratione. per illum tex. ff. de excusat. tuto. vbi docuit, quòd eo ipso, quòd comitati-
43 ui † sunt ad ciuilitatem recepti: in pœnis, & in omnibus debent tractari vt veri ciues: quod ipse Bal. rursũ confirmauit in l. in vrbe, ff. de statu hom. qui Bal. in l. si non speciali, col. pen. C. de testam. dicit, quòd nomina patriæ, & ciuis non sunt similia. quia nomen ciuis, & patriæ circa hoc nihil differt, vt docet Iason vbi supra, nume. 304. id ipsum probans per tex. in l. 3. C. de natu. liber. & ibi docuerunt Barto. & ipsemet Bal. qui Bal. in l. omnes, colum. antepen. ff. de iust. & iure, vbi per l. quidã cum filium, ff. de verb. oblig. & in l. cùm ex oratione, ff. de excusat. tuto. vbi multipliciter probat, ꝙ si statuto caueatur, quòd nullus nisi originarius
44 ciuis possit esse de prioribus, † si quis est receptus ab omnibus in ciuem, cum clausula, quòd habeatur ab omnibus quo ad omnia vt ciuis, hic verè erit ciuis, & non fictè. Idem docuit Salyc. in l. siue possidetis, colum. 3. C. de proba. Insuper ad hoc ipsum probandum Iason vbi supra, num. 309. affert textum in l. adoptiuum, §. patronum, ff. de in ius vocan. per quem probatur, quod paria sint habe-
45 ri † pro patrono, & esse patronum. Idem docuit Bal. in l. siue possidetis, col. 2. num. 3. vers. secundo quæro, C. de probat. & reddẽdo rationem huiusmodi sentẽtiæ his præcisis vtitur verbis videlicet:
46 Quia statuta † extenduntur ad casum priuilegiatum, id est, qui est idem casus ex priuilegio: Nam priuilegium æquipollet naturæ. hoc not. Io. And. in cap. fin. de consuetu. lib. 6. secus si iste casus fingitur idẽ casus id ex odio, vt in l. Statius, §. cor. ff. de iure fisci. Nam ad alium casum non extenditur statutum, vt in l. ex ea parte, §. in insulam. ff. de verborum oblig. & huic sententiæ (inquit Bald.) non obstat tex. in l. 3. §. hęc verba, ff. de negot. gest. quia ibi erat fictio absque priuilegio repræsentationis eiusdem effectus. secus quando coniuncta est cum priuilegio. Hæc Bald. hanc tamen verissimam conclusionem Pau. de Cast. in l. adoptiuum patrem, §. patronum. inquit, num. 1. ff. de in ius vocando, sequens Ang. Aret. videtur limitare, quando dicta priuilegia continent honestatem, & non sunt contra ius, vel tenderent in præiudicium alterius, quia aliud est esse ciuis, & aliud haberi pro ciue, vt in l. si maritus, §. lege Iulia, ff. de adult. Iason autem hanc Pauli, & Aug. Aret. limit. quã probat veram etiam auctoritate Bal. in l. omnes, vbi supra relatam per me, & rursum Bald. in l. ingenui, C. de ingen. manumis. Bar. in dicto §. lege Iulia limitat. secundum supra Bald. & Bart. locis supra citatis, primò dicendo non esse verum quando quis quoad omnia fuisset receptus pro ciue. verum, quando quo ad aliqua solum. Secundò, quando si in statuto diceretur, quòd habeantur, & sint ciues. quoniam etiam tunc propter illam geminationem omnia disposita in veris ciuibus haberent locum in istis, secundũ Bal. in proœmio, ff. in. fi. princ. per tex. in l. 1. §. fi. ff. quod quisq; iur. vbi idem Iason repetijt. Idem docuit Alexan. in l. adoptiuum, §. patronum, nu. 1. ff. de in ius vocando, qui repudiata sententia Angeli relata à Paulo vbi supra, adhærendo sententiæ Bar. & Bal. vbi supra, addit, quòd idem docuerit Salyc. in l. ciues, C. de appell. & rursus Bald. in l. in Vrbe, ff. de statu hom. & in l. si non speciali, C. de testamentis, & in l. cùm extra orationes, ff. de excusat. tut. & in l. 2. C. de iu. aureo. annul. & in Auctentica. Et ideo omnino. in col. 6. C. ne vx. pro mar. & in l. pignus, col. 6. C. de pignor. act. & in l. ingenui, C. de ingen. & in l. cùm in adoptiuis, §. quæ in filio, C. de adopti. & in l. filius, ff. si cer. pet. & in cap. licet, extra de elect. & in l. 1. C. ad l. Vrscel. Ant. de Butr. in cap. si ex parte. in princ. extra de sponsal. & Petr. de Ancha. in capi. Canonum statuta, vers. secundo pone, statuto eauctur, extra de constitut. scias, quod pro veritate huius sententiæ summopere deseruit doctrina Alex. in l. sed si hoc, §. patronum, nu. 6. versi. sed contra, ff. de in ius vocan. vbi volens probare,
47 quod legitimatus † ab Imperatore non est dicendus fictè legitimus, prout dixerat Pau. de Castro ibidem, sed verus legitimus: dicit, quod ex hoc comprobetur, quia legitimatus ex Imperatore nõ solum fuit legitimatus quo ad aliqua specialia, sed quo ad omnia, quæ legitimè posset facere legitimus, & naturalis, vt docuit gl. fi. in cap. 1. dist. 101. & glo. in c. si officio, dist. 59. omnes Doct. in cap. per venerabilem per illum tex. extra qui filij sint legitimi. Cyn. in authen. ex complexu, C. de incestuosis nupt. Archid. in capit. quidem, 35. q. 7. Bar. in l. qui in prouincia. ff. de ritu nupt. cum simil. Addit Alexan. ibi, quod inde elicitur veritas nostræ assertionis. quoniam si vera esset illa sentẽtia Pauli, sequeretur, quòd nunquam in statutis loquentibus de filijs legitimis, & naturalibus compræhenderetur legitimatus ab Imperatore, quasi non dicatur verè legitimatus: cum tamen textus apertissimus doceat in cõtrarium in Auctẽn. quibus mo. na. effi. sui. in §. reliqui. & in §. illud, in fi.

nam

nam in dicto §.reliqui.hæc habétur,videlicet:[Reliqui igitur sunt modi, qui à nobis inuenti sunt, quos percurrimus; legitimum ius præbētes eius, qui erant primitus naturales, circa quorum successionem non laborauimus: semel enim eos efficientes legitimos,damus habere etiam successiones illas, quas habent ij, qui ab initio legitimi sunt.]hæc ibi.Et in dicto §.illud.vers. sit igitur licentia patri in prædictis casibus matrem in priorem schemate relinquere. Imperio praces offerre hoc declarantes quia vult naturales suos filios restituere naturæ, & antiquę ingenuitati,& iuri legitimo,vt sub potestate eius consistant, nihil à legitimis filijs differentes, quo facto, ex hoc filios frui huiusmodi adiutorio.Vnā namque hoc modo omnes huiusmodi naturæ digressiones, & opiniones in ijs, qui legitimos non habent filios curamus]hæc ibi Ex quorum §§.verbis, Alea.vbi supra elicit,quòd filij legitimati succedant in omnibus, & per omnia,quemadmodum succedunt filij legitimi,& naturales. Vnde sic videtur,quòd comprænendi debeant in dictis statutis, cum censeatur illa extensio passiua,quæ locum habet in statutis etiam in casu ficto,vt declarant omnes Doctores infra citandi latissimè in probationem conclusionum afferendarum; & probatur quoq; per text. in l.1.§.lea falcidia,ff ad leg.falcid. Ergo siue dixerimus, quòd filius taliter legitimatus sit verè legitimus,vt docuit Bal.in l.nuper,C.de natur. lib. & Bar.in l.is qui pro emptore.colum.19. vers. itē quæro circa prædicta, vtrum ista fictio fingat circa ea,quæ sunt meri iuris, ff. de vsucap.siue dicamus (inquit Alea.vbi supra) quòd sit fictè legitimus,videtur comprænendi in dicto statuto,hæc omnia ea Alea.cui sententiæ videntur deseruire, quæ supra attulimus,referendo communem Doctorum sententiam dicentium , verè effectum ciuē eū, qui quo ad omnia fuerat receptus pro ciue alicuius ciuitatis. & in tali sensu nulla erit controuersia inter suprādictos Doctores.

Digestum sermonem de quidditate,& qualitate primę speciei fictionis iuris,scilicet inductiuę, 48 subsequitur discussio de priuatiua fictione,†cùm sit & ipsa secunda species fictionis: fictio ergo priuatiua (vt docuit Barto. in l.si is, qui pro emptore,colum.13,num. 37, vers. Quartò principaliter, ff.de vsucap.) consistit in re certa existenti possibili non existere pro non existente à iure facta assumptio. Diximus [in re certa existenti]ad differentiam fictionis inductiuæ , quæ requirit rem non existere:vt latius fuit supra probatum , Item quo- 49 niam qui ponit priuationem, † ponit habitum,vt in l,decem,ff.de verb.oblig.& in l.nam etsi.versic. post defectum,ff.de iniust.testam. Item quia si verè res nō esset,tunc esset veritas , non fictio. Diximus [pro non existente]ad differentiam fictionis translatiuæ,quæ fingit rem,quæ est,alio modo esse,quàm sit:reliqua verò verba istius definitionis recipiunt eandem interpretationem , quam supra retulimus tradēdo definitionem generalis fi- 50 ctionis. Et hæc priuatiua fictio † suadēte æquitate fingit omnia ea,quæ sunt meri facti: cùm fingat enim mortuum,qui est in monasterio,& solemniter professus fuit tria vota in aliqua ex religionibus approbatis à sancta Apostolica sede Romana; etsi dictus Monacus post professionem adhuc verè viuat,vt docet tex.in l.Deo nobis, C.de episcopis,& clericis,& hoc statutum fuit à iure, ne à diuinis propter secularia aduocetur.Fingit damnatum in metallum , & deportatum esse mortuos,licet verè viuāt,vt in l.1.§.pen.ff.de bo.poss. contratabul.& in l.actio.§.publicatione,ff.pro socio , cum simil. & in qualibet parte iuris,quoties verè viuentem lex habet pro mortuo,vt in l.antepenul.ff.de reg.iur.Item ius eum,qui est iam conceptus,& natus , fingit non cōceptum nec natum, vt in l.Titius,§.Lucius cum ibi not.ff.de verb.sig. & in l.si quis prægnantem,cum ibi not.ff.de regu. iur.Nec obstare poterit huic assertioni verissimę, quòd id,quod factum est,nulla iuris constitutione possit fieri infectum: nam verè nunquam poterit fieri infectum : etsi possit fieri , quod habeatur pro non facto,& sic fictè prout docuit Bart.vbi supra,nume.39.citans ad hoc ipsum glo. in l. verum est,ff.de re iudic.Idem docuit Iason in dicta l.si is qui pro emptore,num.309. versi. Circa fictionem priuatiuam: se subscribens per omnia supradictæ Bartol.doctrinæ. Idem breuius repetijt Bart. in l. si vnus,§.pactus,nume.23.ff.de pactis. his præcisis verbis vtens,videlicet: Nota ex isto §.quòd fictio 51 † priuatiua,quæ fingit non esse illud,quod est,non habet locum in his,quæ sunt iuris regulariter, vt hic; quia ius tollit verè non fictè,vt hic:sed habet locum in his,quæ sunt facti, vt hic :quia factum, quod non potest tolli verè,tollitur per fictionem.

Expeditis his, quæ notanda fuerant de fictione inductiua,& priuatiua: nonnulla sunt subnectenda de fictione translatiua,seu extensiua: sciendum ergo , quod fictio translatiua siue extensiua tali pacto definitur à Barto. in l. si is qui pro emptore,colum.14.num.43.vers. Quintò principali- 52 ter.ff.de vsucap. quod huiusmodi fictio † est in re certa vno modo existenti pro existenti , alio modo possibili à iure facta assumptio. Huius definitionis verba cùm sint clara , & teste ipsomet Bart. vbi supra, nulla indigeant expositione:nec & nos elaborabimus circa illam. cum ea allatis hucusq; pro declaratione præcedentium duarum diffinitionum,fictionum scilicet inductiuæ,& priuatiuę idipsum eliciatur. Nihilominus summopere ani- 53 maduertendum putamus hanc translatiuam,† seu extēsiuam fictionem,vt plurimum circa quattuor versari,vt docuit Barto.vbi supra.Quoniam,quãdoque rem,seu actum transfert,seu extendit secūdum fictionem de vno tempore ad aliud tempus. quandoque de vna persona ad aliam personam : quandoque de vna re ad aliam rem: quandoq; de vno loco ad alium locum, de quibus omnibus sigillatim erit dicendum paulò post.super quib.fingat. Item cùm hæc species fictionis requirat duo extrema habilia , vt dictum fuit , & docuit etiam Pau.de Castro in l.fin.num. 2.ff.commun.prædiorum , super qualibet habemus videre materiā extremorum:cùm cognitio istorum summopere deseruiat intelligentiæ pleniori afferendorum ad decisionem præsentis nostræ quæstionis de extensione legum de casu vero ad casum fictum:Scien- 54 dum ergo , quod lex † potest fingere de tempore ad tempus super his,quę sunt meri facti,suadente tamen hoc ipsum æquitate propter iuris ministerium,vel effectum. Exēplum,vt puta,aliquem retrò mortuum vt in fictione Cornelia retrò suisse in ciuitate,iure postliminij.Retrò pecuniam esse solutam,vt in l.solutionem,ff.de solut. Retrò occisum,qui hodie moritur,vt in l.huic scripturæ , §. penult.&in l.ait lex,ff.ad leg.Aquil.Retrò damnū datum,

datum,quod hodie quis patitur, vt in l. damni,§.
Sabini,ff.de damno infecto, & ſimilia . & non ſo-
lùm poteſt fingere ſuper his , quæ ſunt meri fa-
cti,verum etiam ſuper his,quæ ſunt meri iuris . Vt
quem retrò fuiſſe in poteſtate, vt in §.ſi ab hoſti-
bus.inſtitu.quib.mo.ius pa.po.ſol.Item retrò infa
mem fuiſſe , vt in l.furti,§.1.ff.de his,qui not.in-
fa.& hoc ideo,quia (vt docuit Bar.vbi ſupra, nu.
45.) ius non poteſt facere ſecundum veritatem,
vt fuerit,quod non fuit.Idem dicetur in omnibus
iuribus hæreditarijs, quæ competunt hæredi adi-
ta hæreditate, vt in l.cùm hæredes in principio,&
finguntur competijſſe à die mortis , vt in l.hæres
quandoque,ff.de acquir.hæredit. & ſic de ſingulis
enarratis per Barto. vbi ſupra , idem in dominio
rei puræ legatæ,quæ verè eſt legatarij à die aditę
hæreditatis:fictè fingitur retrò à die mortis,vt in
l.à Titio,in fine.ff.de furtis.Item fingit in his quæ
ſunt iuris,& facti: vt contingit in contractibus ce
lebratis ſub conditione,vt in l.neceſſario, §. quod
ſi pendente, ff.de peri.& commod.rei vendi. plura
alia exempla, vt docuit Bart.ibidem, poſſunt col
ligi,ex l.qui res,§.fin.in fine , §. & ex eo, quod ibi
not. ff.de ſolu.Limitanda ſunt autem ſupradicta ſe
cundum eundem Bar.vbi ſupra,dicendo illa obti
nere ſolum in conditione caſuali,non autem in cō
ditione poteſtatiua : quia tunc exiſtēte conditio-
ne non trahitur retrò ; cùm inde deficeret æquitas
eo quòd in ſua poteſtate ante implere non potuit,
Item obtinere in contractibus conditionalibus ,
ſecus in legatis conditionalibus,nam aduenięnte
conditione legatum nō trahitur retrò ad tempus
mortis,vel aditæ hæreditatis ; caſus eſt in l.ſi ma-
ter,§.eandem,ff.de except.rei iudicatæ, & in l.1.
§.ſerui appellatione, ff. ad Syllan. In contractibus
vero retrò trahitur quoad omnia,quæ habuiſſet ,
ſi contractus fuiſſet purè celebratus,& ſic quo ad
commoda & incōmoda , vt in dicta l.neceſſario ,
§.quod ſi pendente, Quo ad dominium verò retrò
non trahitur in contractibus , quia ſi contractus
fuiſſet celebratus purè, hic ex ſolo contractu non
habuiſſet dominium ſine traditione poſſeſſionis
corporalis,ſecundum Petrum . Idem Iaſon docuit
in dicta l.ſi is qui pro emptore,num.314.quod &
ipſemet Iaſon repetijt ibidem, nume.317. Sed in
legatis habuiſſet ſtatim dominium à die mortis ,
vel aditæ hæreditatis ; & tamen adueniente con-
ditione non trahitur retrò quo ad dominium , vt
in l.Sempronius Attalus, ff.de vſufru. legat. Item
nec quo ad vſumfructum trahitur retrò,vt in l.mu
lier,§.alia,ff.ad Trebell.plenè not.in l.in fideicom
miſſ.ff.eo tit. Patet ergo,quod in legatis retrò nō
trahatur.Ratio autem differentiæ eſt, propter vo-
luntatem teſtatoris, vt dicto §. alia , ſed hoc fallit
fauore hæredis,quo ad falcidiam,vt in l.in ratio-
ne,§.1.ff. ad leg.falcid. & hæc ſatis ſint pauca de
multis,quæ recenſuit Barto. vbi ſupra . Attamen
animaduertendum , quòd ad hanc veritatem fa-
ciunt,quæ ſupra notauimus ex Barto.quando lo-
quuti fuimus de inductiua fictione, idem de lega-
tis confirmauit Iaſon vbi ſupra,num.315. limitan
do tamen,dicendo habere tantùm locum quan-
do agitur de commodo rei legatæ , & eius acqui-
ſitionis: nam tunc non trahitur retrò bene tamen
trahetur retrò quo ad ſcindendam alienationem
medio tempore per heredem factam. tex.eſt, qui
ita loquitur in l.fin.§.ſi autem ſub conditione , &
ibi Barto.in penul.oppoſ. C.commu.de leg. Cùm
vero ius fingere dicatur de vna perſona ad aliam
perſonam ; diſtinguendum erit, dico, quod ius
55 † fingit ex neceſſitate ſuper his,quæ ſunt meri fa-
cti . Nam impoſſibile eſt, quòd factum vnius ſit
factum alterius . Imò quod plus eſt, factum vnius
hominis diuerſo tempore non eſt idem, vt in l.ſi
non ſortem,§.libertus,ff.de condit.indeb.& ideo
56 qui per alium facit † ipſe facere videtur iuris in-
terpretatione, ſeu fictione,vt in l.1.§.deceſſiſſe, ff.
de vi, & vi armata, & quod dicitur in l. nemo, ff.
de duobus reis. & per Dynum in cap.qui facit per
alium,de reg.iur.in 6.In his verò, quæ conſiſtunt
in mero iure,vel in iure & facto,maxima differen
tia eſt inter nuncium,& procuratorem ; ſi referа-
mus nos ad ius . & loquendo primò de nuncio is
qui per nuncium facit,verè ipſe facit. Caſus in l.
1.§.omnia,C.de veter.iure enucle.& in l.pater. in
fine,ff.de manu.vindicta,vt latius vbi ſupra,num.
57. exemplificat Barto.quam ſententiam ſequitur
Iaſon in dicta l.is,qui pro emptore,num. 318.ver.
concluſio prima. addens idem docuiſſe Bald.in l.
vnica,colum.18. C. de confeſſis, quem formaliter
refert,& ſequitur Alex.in l.qui Romæ,§. Callima-
chus,colum.3.ff.de verb. oblig. & ratio eſt : quia
nuncius dicitur eſſe via , & organū Domini mit-
tentis eum ; cùm ipſe deferat voluntatem Domi-
ni,quòd fieri poſſet etiam cum organo inanima-
to,puta,cornu,vel tuba ; ſi contrahentes per hunc
modum ſe intelligerent.ſi verò loquamur de per-
ſona procuratoris , & tunc erit diſtinctione ha-
bendum ; aut res de quibus agitur, conſiſtunt, &
acquiruntur per actum naturalem,vt dominium,
& poſſeſſio:aut conſiſtunt,& acquiruntur per actū
ciuilem . Primò caſu nulla erit differentia inter
procuratorem,& nuncium,cùm ambo ſint ſimpli
ces miniſtri, ſeu præſtant nudum miniſterium .
Caſus eſt in l.quod meo,§.procurator. ff. de acq.
poſſ.vbi vide omnino Iaſ.circa quæſt.hic poſitā ,
vbi de mandante . quòd & latiùs, vbi ſup. probat
Bartol. verſic. ſecundo caſu, tunc quia in perſona
procuratoris principaliter fundatur, cum verba in
ſua perſona concipiat,& de eo in Dominum tran
ſeat, vel per ceſſionē, vel vtiliter ex æquitate: ideo
oportet hic dici (vt docet Barto.vbi ſupra,) quod
Dominus facere videtur ex fictione,ſeu interpre-
tatione: quod plenè notatur in l.multū, C. ſi quis
alteri,vel ſibi,& plenè probat tex. in l, ſi pater, ff.
de his,quæ in fraudem credit. Addiditque prædi-
ctis Bar.vbi ſupra,quod quæ ſupra attulimus ſint
notabilia ad multa.Et primò ad quæſtionem vul-
garem , vtrum ille qui fieri fecit per alium punia-
tur ex verbis ſtatuti,ſicut ſi ipſe feciſſet. & reſpon-
dit ipſe his præciſis verbis vtens,videlicet: Tu ve-
ro dic breuiter . Aut verba ſtatuti ſunt ſcripta in
rem : vt quia dicit ſtatutum . Pro homicidio , pro
tali vulnere , pro tali pacto , quis ſic puniatur , &
tunc mandans etiam ex verbis tenetur . Caſus eſt,
in l.hæc verba,ff.ad leg.Iul. de adult. & in l. ſi ſer-
uum.§.prætor ait,ff.de acquir. hæredit. Aut verba
ſunt ſcripta in perſona. puta ſi quis occiderit, vel
ſi quis tale quid fecerit, vel homicida, & ſimilia;
& tunc ille,qui fecit homicidium eſt propriè ho-
micida,vt in l.ita vulneratus,in princip.ff.ad leg.
Aquil. ſed ſecundum interpretationem , & fictio-
nem dicetur feciſſe,vt ex prędictis patet: & ſic ſe-
cundum verba non comprehenditur in ſtatuto.
pro hac diſtinctione facit tex.in l.aut qui aliter,
§.pen.& fin.ff.quod vi, aut clam, vbi hanc diſtin-
ctionem

ctionam dicta lex approbat, secundum Barto. vbi
sup. Circa verò materiam extremorum concluden
do Barto. his præcisis verbis vtitur, vbi sup. videli
cet Dico ergo, quod in persona, quæ facit, & sic
in extremo à quo sufficit habilitas facti, licèt non
sit habilitas, vel capacitas iuris. hoc probatur in
l. 1. §. cæterum, ff. de acquir. poss. de extremo au-
tem, ad quod, idest de persona, quæ facere vide-
tur: dico, quod requiritur habilitas iuris, & facti:
oportet enim, quòd ipse per se possit facere illud,
quod alio faciente, ipse facere videtur, secundum
regulam, in l. Labeo. §. 1. ff. de vsucap. & in l. neque
per se. C. de hæredi. institu. & hoc regulariter ve-
rum est, etsi in aliquibus casibus fallat, vt latissimè
ipsemet Barto. notauit in l. is, qui opem, ff. de fur-
tis. quod sequutus fuit Dynus in cap. quod alicui
non licet, de reg. iu. in 6. Idem docuit Iason in di-
cta l. si is, qui pro emptore, colum. 3. num. 8. versic.
quia ad hoc vt fictio. sed latiùs, ac melius ibidem
colum. 26. à nume. 105. vsque ad num. 155. Ipse er-
go Iason vbi sup. post multa in num. 119. versi. sed
aduerte. concludens circa extremum ad quod, his
præcisis verbis vtitur, videlicet: In extremo ad
quod sufficit habilitas in potentia, sed non in es-
sentia, secus in extremo à quo. vbi non sufficit esse
habile in potentia, sed non in essentia, secundum
Barto. vbi supra, dum tractauit de fictione indu-
ctiua. (Adde, quòd nos supra ipsamet Barto. verba
retulimus, qui Iason ibidem, num. 121. versic. ista
conclusio Barto. dictam regulam, seu theoricam)
reducens ad practicam, dixit illam facere ad deci
57 sionem not. quæstionis. Aliquis ex cócubina † pro-
creauit sibi filium naturalem: iste filius naturalis
decessit superstitibus ex se filijs legitimis, & natu-
ralibus; deinde Auus concubinam duxit in vxoré,
concubinam illam, ex qua habuerat dictum filiú
naturalem iam mortuum post generatos dictos
filios legitimos, & naturales: Quæritur modo an
dicti filij legitimi, & naturales dicti filij mortui
ante contractum matrimonium inter eius patrem
auum dictorum filiorum, & matrem, quæ fuerat
concubina sui patris, per dictum subsequens ma-
trimonium Aui post mortem eorum patris dican
tur legitimati; adeo, quod ipsi nepotes succedát
Auo ab intestato in ipsius bonis, ac si essent nati
ex filio legitimo, & naturali? Respódetur, quòd di
cti nepotes, cùm sint nati ea infecta radice, auo
suo ab intestato succedere non poterunt. text. est
apertissimus, & ad verbum, ac aureis characteri-
bus describendus, in l. 1. de naturalibus liberis, &
idem docuerunt cateruatim Doctores, inter quos
etiam idipsum repetierunt infrascripti, alibi vi-
delicet. Guil. de Cun. Bald. & Alber. de Rosat. in l.
benignius, ff. de legibus, qui ad hoc ipsum proban
dum adducunt optimum text. in l. qui libertinus,
§. posthumus, ff. de oper. liber. Idem docuit Anto.
de Butr. in cap. per venerabilem, colum. 20. extra
qui filij sint legit. Pau. de Cast. in l. in ambigua, ff.
de legibus, & in l. 1. §. cæterum, ff. de acquir. poss.
per illum textum, per quam notat; quòd inhabili-
tas medij impediat transitum, qui debet fieri de
filio naturali ad nepotes, cùm filius naturalis iam
esset mortuus. Idem latius tenet Alex. in l. Gallus,
§. si eius, colum. penul. & vlt. ff. de liber. & posthu.
vbi dicit hanc decisionem Guliel. de Cuneo se
nunc reperisse ab aliquibus fuisse reprehensam:
hoc ipsum nouissimus omnium, & ipse Iason latis
simè confirmauit, vbi supra asserens, quod pro hac
decisione benefaciat Bartol. in eadem l. si is, qui
pro emptore, loco suprascripto, & Docto. dicen-
tes, quòd requiratur habilitas extremi, ad quod;
& quòd decisio propositæ quæstionis fuerit opti-
ma, probauit Iason ibidem bis præcisis verbis;
quia (inquit) subsequens matrimonium contra-
ctum cum concubina, benefaceret filium (si viue
ret) legitimum censeri, & naturalem; & tunc ne-
potes ex eo efficerentur legitimi ipsi Auo, iuxta
text. in l. nuper, & in l. cùm quis, C. de natural. &
in cap. tanta, extra qui filij sint legit. sed quia fi-
lius est mortuus: impossibile erit fingi eum legiti
mari propter inhabilitatem extremi: quia ista fi-
ctio requirit personam filij: ergo habilitas nepo-
tum, quæ resultabat ex legitimatione filij non po-
58 test induci prædefuncto filio: quia amotio † me-
dij directiui in finem impedit effectum extremi.
argumen. in l. huic scripturæ, ff. ad leg. Aquil. & ad
hoc probandum adducitur à Doctoribus opti-
mus textus. in l. qui libertinus, §. posthumus, ff. de
oper. liber. Idem docuit Paul. de Cast. in l. si is qui
pro emptore, in princip. colum. 2. num. 4. versic. &
hoc sequitur, ff. de vsucap. his præcisis verbis, vi-
59 delicet: Quia ad hoc vt fictio † locum habeat, &
retrò trahatur, requiritur habilitas duorum extre
morú, scilicet extremi à quo, & extremi ad quod.
Vnde quantum ad hoc, vt fingatur semper fuisse li
beri possessionem; ideo procedit fictio: quia ho-
die cùm reuertitur liber repetitur; & illud est ex-
tremum à quo tempore quo fuit captus, erat li-
ber, & hoc extremum, ad quod trahitur: meritò
ista extrema coniunguntur: vt videatur semper
fuisse liber; ideo procedit fictio. hæc ille, inter
alia. Circa vero extremum à quo ipsemet. Iason,
vbi sup. nume. 128. & deinceps post plurimorum
Doctorum sententias, & oppositiones recensitas
concludendo in nume. 153. in vers. per ista appa-
ret: his præcisis verbis vsus fuit, videlicet: Per ista
apparet disputatiuè posse teneri contra Bartol. &
Docto. quòd in fictione translatiua etiam in ex-
tremo, à quo non requiratur habilitas. Tenendo
tamen communem opinionem, à qua non est di-
scedendum, eam ex prædictis limita duobus mo-
dis. Primò, vt procedat in fictione affirmatiua,
60 † quæ retro fingit aliquid esse, & tunc requiritur
aliquid habile; & non potest fingi super eo, quod
non est: secus in fictione negatiua, in qua fingitur
aliquid retrò non esse. Secondò not. limita, vt pro
cedat in fictione inductiua, quæ aliquid de nouo
inducit: secus in fictione declaratoria, quæ trahi-
tur retrò, licèt extrema nó sint habilia. hæc Iason,
vbi supra.

Sequitur, an fictio possit plusquam veritas: in
quo, etsi variè videátur Doctores docuisse de pro
posita quæstione; tamen Bart. de qua ipsa loquens
in l. eius qui. num. 5. ff. si cert. pet. his præcisis ver
60 bis vsus fuit, videlicet: Quandoque † secundum
veritatem aliquis non potest induci propter defe-
ctum materiæ, ex qua, vel in qua aliquid agitur, &
tunc procedit argum. quod fictio non possit plus-
quam veritas, vt in l. si pater familias, in fi. ff. de
adoptio. & in l. eum qui ita, §. fin. ff. de verb. oblig.
& l. quoties. de nouat. Quandoque non potest in-
duci secundum veritatem propter defectum scien
tiæ ex parte agentis, & tunc potest induci secun-
dum fictionem. Ratio, quia lex semper certa, &
nunquam ignorat, vt in l. cùm ad præsens. eum l.
si quádo, ff. si cer. pet. & in l. cùm quidam, §. quod
dici-

dicitur circa finem. ff. de acquir. hæredit. qui text.
optime probat. Henricus verò Boich de eadem
quæſtione verbum faciens, in cap. Is qui. colum.
2. num. 4. verſic. etſi quæris. tali pacto procedit; di
cens: Aut quæris de fictione iuris, aut de fictione
facti: ſi de fictione iuris, & rurſum diſtingue: Aut
62 quæris de fictione † iuris, & de iure; ideſt vbi ius
nondum præſumit de aliquo: imò ſuper eo certum ius ſtatuit, vt quia ius abſentem pro negotijs
Eccleſiæ fingit reſidere: & ſic hoc ſtatuit, vt in c.
ex parte tua, extra de cleric. reſid. & in cap. is qui.
extra de ſponſal. & tunc fictio præualet, vt in cap.
ferrum. diſt. 50. in tantùm, vt dixit Pau. de Caſt.
in l. ſiue poſſidetis, colum. 3. num. 6. verſ. fictis ve-
63 rò, C. de probat. quòd fictio † iuris, & de iure non
ſolum non admittat probationem in cõtrarium:
verum etiam nec præiudicabitur ei per confeſſionem partis, vt in caſu l. 1. C. de rei vxor. act. vbi
mulier, quæ dedit dotem, fingitur ſtipulata fuiſſe
reſtitutionem eius. licèt re vera non fuerit: & licèt de hoc etiam conſtet per confeſſionem mulieris. Idem ferè ad verbum docuit Panor. in dicto cap. Is qui. & in cap. Quanto. de præſumpt. Aut
eſt tantum fictio iuris; ſic ait, quod illa, quæ per
annum velata ſteterit, fingatur profeſſa; vt in cap.
64 quod interrogaſti. diſtin. 27. & tali ſtatur, † niſi plenè probetur contrarium, vt in cap. 1. extra de his
quæ vi, met. cauſa fiunt. Si de fictione facti: vt puta quòd clericus aſſumat habitum laicalem, vt in
cap. Clerici, de vita, & honeſt. cleric. in 6. & tunc
ſemper ſtatur pro veritate, niſi probetur cauſa fictionis honeſta: quia fictio de natura ſui mala
eſt, ſicut ſimulatio. vt not. in capit. 1. extra, quod
metus cau.
65 Amplia, quòd idem operetur fictio † in caſu ficto, quod veritas in caſu vero. vulgata l. qui ad certum, ff. locati, & ibi per Doctores, idem docuit
Franc. Cur. in l. 2. §. legatis, nu. 3. ff. de iudic. & in l.
petens, nu. 3. C. de pact.
66 Fictio tamen non habet locum † niſi in caſibus
à iure expreſſis, vt in cap. is, qui. extra de ſponſal.
& in clem. quod circa. de elect. Auctor. deciſ. Rotæ in nonis ritu. de ſponſal. deciſ. 1.

Cùm aſſoleat hic quoque quæri de differentia
inter fictionem, & præſumptionem. Ne aliquid
ſcitu dignum in hac vtili quæſtione diſcutienda
intactum remaneret, operepretium duximus de
hac differentia aliqua afferre breuiter. Sciendum
67 ergo erit nobis, quòd fictio † (vt etiam ex huc vſq;
allatis patuit) eſt ſuper eo quod certum eſt eſſe falſum: ſed præſumptio eſt ſuper eo, quod dubium,
& incertum. Vnde dicemus, quòd ſuper certo fingatur, & ſuper incerto præſumatur: prout docuit
Glo. ordinaria in l. vnica, §. Accedit, verſic. præſumitur. C. de rei vendicat. & not. in l. non eſt veriſimile, in princip. ff. quod met. cau. & in cap. is, qui
fidem. extra de ſponſal. Item fictio dicitur vbi lex
figit pedes contra certos terminos veritatis, ſecundum Bald. in l. non Ignorat. C. qui accuſ. non
poſſ. Nam reuerſus ab hoſtibus fingitur poſtliminio nunquam fuiſſe captus, & certum eſt hoc eſſe
falſum: ſimiliter lex Cornelia fingit mortuum
apud hoſtes, fuiſſe mortuum domi, præambula hora, quàm caperetur, & tamen certum eſt, ꝙ hoc
eſt falſum. & ſimilia exempla quàm plurima alia
recenſita à Iaſone in l. ſi is, qui pro emptore, num.
168. verſic. Idem adde, quòd differentia eſt. ff. de
vſucap. Fictio autem denotat improprietatem, vt
docuit text. in l. lege Cornelia, in ver. licèt minus
propriè, ff. ad leg. Cornel. de ſicar. & ibi Bald. ad
hoc not. facit tex. in l. Gallus, §. Videndum, in ver.
per interpretationem, ff. de liber. & poſthum. per
68 quem not. ibi Paul. de Caſtro, quòd caſus † fictus
non venit ex proprietate verborum, ſed per interpretationem extenſiuam, vt ibi. Hinc eſt (ſubdit
69 ibidem Iaſon.) quòd caſus † fictus non habet locum in ſtatutis, in quibus verba debet propriè accipi. vt in l. 3. §. Hæc verba, cum glo. & ibi notat
Barto. ff. de fonte. latè Alex. poſt Imo. in l. 1. §. lex
falcidia, colum. 4. & duabus ſequentibus, ff. ad l.
Falcid. cum concord. ibi per eum ſignatis.

Examinatis in præcedẽtibus de duabus primis
ſpeciebus fictionis tranſlatiuæ, ſiue extenſiuæ, de
vno tempore ad aliud tempus, & de vna perſona
ad aliam perſonam, meritò ſubſequitur ſermo de
duabus reliquis ſpeciebus ipſius fictionis, ſcilicet
de ea, quæ contingit circa rem vnam ad aliam, &
locum vnum ad alium. Sciendum ergo breuiter, ꝙ
Barto. in l. ſi is, qui pro emptore, colum. antepen.
nume. 65. & 66. ff. de vſucap. Circa fictionem de
70 re vna ad aliam † tale exemplum tradidit, dicẽs.
ſi traduntur claues, aliæ res quæ ſunt intus, vel inductæ finguntur traditæ, & hoc prout ad traditionem, quæ facti eſt, te refers: ipſa autem poſſeſſio
prout eſt iuris inſiſtendi rei, verè acquiritur. quod
& probatur per tex. in l. Clauibus, ff. de contrahen.
empt. & in l. 2. C. de peric. & commo. rei vend. &
perſimilia iura. De quarta, & vltima ſpecie fictio-
71 nis † tranſlatiuæ, ſeu extenſiuæ, ſcilicet de loco
ad locum, habemus exemplum in l. quæſitum. in
princ. ff. de legat. 2. & in l. quæſitum, §. idem reſpõdit prædijs, ff. de fundo inſtructo. Ex his ergo omnibus multas quæſtiones in dies occurrentes poterit ſtudioſus decidere.

Cauſam, propter quam ius introduxit fictionẽ,
72 † Barto. nos docuit, in l. ſi is, qui pro emptore, col.
antepen. nume. 67. verſ. ſexto principaliter, ff. de
vſucap. dicens, quòd cauſa fictionis ſit æquitas: eo
quòd quandoque æquum ſit, quod eſt, habeatur
perinde ac ſi non eſſet: & illud, quod vno modo
eſt, habeatur perinde ac ſi alio modo eſſet: & hoc
non potuiſſet fieri per ius ſecundum veritatem:
73 quapropter ius ex æquitate † introduxit fictionẽ:
vt quantum ad iuris effectum ſit idem, ac ſi eſſet
in veritate: vt patet ex omnibus exemplis ſupradictis, de qua æquitate expreſsè habetur, in l. poſtliminij ius, in princip. ff. de capt. & poſtlimin. reuer. Præterea hoc probatur ab effectu: Videmus
enim, quod ceſſante æquitate, fictio ceſſat, vt in l.
qui in vtero, ff. de ſtatu hom. vbi ſi fauor eſt ventris
habet locum, vt in dicta l. qui in vtero. Cùm ventris fauore hoc ſit introductum. Pono (inquit ibidem Bartol.) aliud exemplum, vt ſoluam nodoſitatem quarundam legum. Ecce quando vnus ſuccedit alteri, ne tali ſuccedens ex tali vnione patiatur damnum, quod eſſet iniquum: Ex æquitate
lex ſtatuit, quòd ſucceſſio loco ſolutionis habeatur, & hoc per fictionẽ. vt in l. ſi ei. §. 1. ff. de Euict.
ſic loquitur. l. Stichum. §. additio. verſ. aliquando,
ff. de ſolut. Pone ergo, quòd ſi ſucceſſor habetur in
eo ſolutionis: hæres meus incurrit damnum. Certè talis fictio non habet locum, quia ceſſat æquitas, ex qua fuit introducta talis fictio. & vt reſponderet nonnullis iuribus, quæ contrariari prima
fronte videntur: concludit tali pacto diſtinguendo ipſe Bartol. vbi ſupra, num. 68. videlicet. Iſta
fictio,

74 fictio, vt successio † habeatur loco solutionis, quãdo procedat. Aut hæres effugit damnum, & procedit, vt in l. si ei, §. 1. ff. de euict. & in l. Stichum, §. additio. vers. sed cùm duo, ff. de solut. Aut pateretur damnum, & non procedit, vt in l. Vrannius. vers. sed cùm duo, ff. de fideiussor. Aut haberet lucrum, & tunc etiam non procedit. vt in l. si socer, in princip. ff. soluto matrim. & in l. hæres à debitore, §. fi. in vers. ibi enim lucraretur, ff. de fideiuss. Aut nec damnum, nec lucrum, & tunc diuersis respectibus procedit. & ex prædictis patet, quòd causa fictio-
75 nis sit æquitas: & quod vbi cessat æquitas, † cessat fictio. idem docuit Andr. Tiraquel. in tract. Cessante causa. in prima par. vers. fictionis causa: dicens, singulariter, quòd sicut cessante fictionis causa, cessat & fictio; sic cessante æquitate, quæ semper est causa fictionis, cessat & ipsa fictio, vt in l. Vrannius. versicu. sed cùm duo, & l. si debitori, ff. de fideiuss. l. Stichum. §. additio. ff. de solutio. l. deniq; & l. hæc vtilem, ff. ex quib. causis maior. His enim iuribus apertè probatur, nunquam fictionem habere locum si cesset æquitas. Idem rursus docuit Barto. in dicta l. hæc vtilem, nume. 1. Idem docuit Franciscus Cur. in l. eius qui. nume. 28. vltimo potes notare, ff. si cert. pet. dicens. quòd vbicunq; lex fingat aliquem possidere: finget semper possidere bona fide. & ratio est, quia fictio non inducitur sine æquitate, vt in l. denique, & in l. nec vtilem, ff. ex quib. cau. maio. quæ æquitas non potest applicari ad possessionem malæfidei: ideo stante statuto, quod possessio defuncti continetur in hæredem, intelligimus talem possessionem esse bonæ fidei.
76 Amplia dicendo, quòd causa fictionis † legis sit etiam necessitas, non solum æquitas: vt docuit Frãciscus Cur. in l. diem functo, numero 4. ff. de officio assesso.

Vtrum autem plures fictiones circa idem possint concurrere. Circa præsentem quæstionẽ sciendum, quòd Bar. in l. si is qui pro emptore, colum. pen. nume. 71. ff. de vsucap. procedit distinguendo tali pacto, videlicet: Aut sunt plures fictiones,
77 † quarum vna venit per consequentiam ad aliam, & tunc dicendum, quòd plures possint concurrere, vt in §. si ab hostibus. institu. quibus mo. ius pa. po. sol. & in l. sub conditione, ff. de solut. Aut quæritur de pluribus fictionibus pariter principalibus: & tunc tali modo erit distinguendum, videlicet: Aut procedunt ex eodem fonte æquitatis, aut ex diuersis. Primò casu non concurrunt. Ita loquuntur iura citata per Gul. Nam in l. 1. C. de dote promissa, præsumitur solemnitas, & in certa promissio valeat: ista duo procedebant ex eodem fonte æquitatis, scilicet fauore dotis, quod non potest esse. Idem in l. cùm post. §. gener. ff. de iure dot. & in l. si quis rem. §. 1. ff. de posti. coniuncta l. fin. C. de sacrosan. eccles. sic loquitur glo. in l. qui rem, C. locati, & verba Dyni, & Cyni circa ea. Nam solum propter scientiam inducebatur fictus titulus, & ficta traditio possessionis: & sic ex eodem fonte: & ideo duæ illæ fictiones non procedunt. Secundo casu procedunt plures fictiones. Vnde in l. singularia, in fine. ff. si cer. pet. Videtur pecunia mihi data, & hoc fauore tui debitoris; vt sis à me liberatus à prima: & videtur à me ad te perfecta, & hoc fauore mei creditoris; vt habeã te ex mutuo in tanto obligatum, ideo procedunt dictæ fictiones. Idem dicitur in omnibus alijs casibus, si bene inspiciatur: idem repetijt ipsemet Bar. in l. gerit, colum. 9. num. 31. vers. contra puto. Rationem verò huiusmodi distinctionis probare per similia ipse Barto. ibidem nititur dicens. Sicut vna pecunia non potest parere plures compensationes, vt in l. quod Labeo. ff. de compensatio. sic vna æquitas non potest parere plures fictiones. Itẽ sicut vnus animus non põt operari retentionẽ duarum possessionum. vt not. in l. 1. in glo. magna, quæ incip. idest, corporaliter, ff. de acquit. possess. ita vna æquitas, non potest operari duarum fictionum productionem: Secundo casu procedunt plures fictiones, & ita loquitur tex. in l. singularia. ff. si cer. pet. Vbi videtur pecunia mihi data: & hoc fauore tui debitoris, vt sis à me liberatus à prima: & videtur à me ad te profecta, & hoc fauore mei creditoris; vt habeam te ex mutuo in tanto obligatum, ideo procedunt dictæ fictiones. Idem fore iudicium in omnibus alijs casibus, si benè inspiciemus, inquit ibidem Barto. subdens, Rationem istius distinctionis tibi probamus per simi-
78 lia. Nam sicut vna pecunia † non potest parere plures compensationes, vt in l. quod Labeo. ff. de compens. sic vna æquitas non potest parere plures fictiones. & sicut vnus animus non poterit operari retentionem duarum possessionum. vt in l. 1. in glo. magna. quæ incip. idest corporaliter. ff. de acquir. poss. ita vna æquitas non potest operari duarum fictionum productionem. hęc omnia Bar. cuius sententiæ se subscripsit, ipsam alijs medijs roborando, Iason in dicta l. si is, qui pro emptore, colum. pen. nume. 399. versicu. Circa principalem quęstionem, an plures fictiones. vsque in finem dictæ l. repetitionem. Idem docuit Paul. de Cast. in l. sub conditione, num. 3. vers. Item nota. ff. de solut. & liber. breuiter his verbis vtens, videlicet: Nota quòd possunt cõcurrere plures fictiones circa idem, quarum vna subordinetur ad alteram: non sic si non subordinarentur, vt in l. 1. C. de do. promiss. nam existente conditione facit, vt fingatur fuisse obligatus: & cùm conditio retrò fingatur: & quòd à tempore factæ acceptilationis, vel solutionis fingatur fuisse obligatus. licèt re vera cum existat conditio, tunc nascatur obligatio attolletur, vt colligitur circa finem, ibi [existẽte ibi conditione liberati] hęc ille.

Sciendum insuper, quòd ipsa fictio est tantæ vir-
79 tutis, vt per actum fictum acquiratur † domino vera possessio, & verum dominium, mediante eius procuratore emente, vel aliàs iusto titulo recipiẽte possessionem aliquam nomine sui principalis, vel Domini (per quam acquiritur dominium rei traditæ) sit ficta: possessio tamen est vera & propria: vt in l. certè. §. 1. ff. de præcarijs, quem tex. Iason (loco infra citando) notat ineuitabilem, vt ait Barto. in l. si is qui pro emptore, colum. pen. num. 71. versi. Nam licèt traditio, subdens ibidem. Nã licèt traditio inspiciatur quando per traditionem acquiritur possessio, vt in l. si fundum. ff. de fun. do.
80 & ibi not. Tamen vbi acquisita † est possessio de traditione non curamus. vt in l. qua ratione, §. interdom, ff. de acquir. rerũ dominio, & in §. interdum. institu. de rerum diuis. Acquisita enim possessione, acquiritur dominium, quod ab ea separari non potest. vt in l. per procuratorem, C. de acq. posses. Dicendum est ergo (inquit ibidem Bar.) Domino quæsitam esse veram possessionem, & verum dominium, procuratori vero non. Idem Bar. idipsum repetens in l. ab emptione, in fine, ff. de pactis.

pactis, dixit, quod licèt quando conſtituo me tali
81 noíe poſſidere, appelletur ficta traditio, † & verũ
ſit, ꝙ traditio ſit ficta: tñ poſſeſſio, quę p te mibi ac
quiritur, eſt vera & propria, ut in d.l.Certe, §.1.
ver.proprie poſſidere. appelletur ficta traditio: &
verum ſit quod traditio ſit ficta: tñ poſſeſſio, quæ
per hoc mihi acquiritur, eſt vera, & propria, vt in
d.l.certe, §.1. verſ.proprie poſſidere videor, & be-
ne in d.l.ab emptione Bal.Angel Raphael, & Ful
go. Idem turſus docuit in l.vnica. §.ne autem.col.
4.C.de caduc.toll. & in c.Item inueſtitura. de no
tis feud. & in l.1. C.quando liceat ab empt.diſce-
dere. Vbi dicit, quòd iſta opinio Bart. eſt ipſa veri
tas. Idem tenet Io.de Imo.in l.1. §.per procurato
rem, ff.de acquir.poſſ. & ibidem Lud.Rom. Alex.
& Aret. Idem docuit Angel. Aret. in §.actionum,
col.7.inſtitu.de actio. Io.And.in addit.ad Specul.
in tit.de Confeſſ.§.nunc videndum, in verſ. quid ſi
confiteor. Anton.de Butr. in c.cum receſſerit, col.
3.ext.de reſtit.ſpoliat. Iaſon elegantiſſime in d.l.
ſi is, qui pro emptore, col.antepen.nu.596. Idem
docuit Dynus in conſ.ſuo 15.incip. Quæſtio talis
eſt, quidam cõfeſſus, nu.3.& 4.dixit, quòd per tra
ditionem, vel quaſi facta procuratori, quæritur do
mino ipſo iure ſine aliqua ceſſione dominium, &
conſequenter ius agendi ratione dominij, vt in l.
1.§.per procuratorem, ff.de acquir.poſſ. Addens i-
dem contingere per traditionem factam negotio-
rum geſtori, ratihabitione ſequuta ſine aliqua ceſ
ſione, dici ſolet, vt in l.ſi ego, ff.de negot.geſt. & in
l.communis, §.procurator, ff.de acquir.poſſ. Ani-
maduertendum tamen, ꝙ etſi procurator per a-
ctum fictum, puta per conſtitutum poſſit acquire-
re domino verã poſſeſſionem, & verum dominiũ,
vt diximus, & probauimus Doctorum auctorita-
tibus. Nibilominus è contra procurator per actũ
fictum non poterit transferre dominium, neque
poſſeſſionem in alium, ſi ipſe procurator venderet
alteri, & conſtituerit ſe nomine eius poſſidere:
quia cùm ipſe procurator nullo modo poſſideat,
etiam non poteſt ſe cõſtituere alterius nomine poſ
ſidere ad finem transferendi in eum poſſeſſionem:
vt in l.quamuis, la prima, §.1.ff.de acquir.poſſeſ.
Niſi hoc faciat ex ſpeciali mandato domini: quo
caſu ipſe mandans videtur facere, prout docuerũt
Bart. Imo. & Modet.in l.1.in princ.col.pen. verſ.
quæro, pone quòd tutor, ff.de acquir.poſſ. Idem Ia
ſon docuit in d.l.3.plane, & in d.l.ſi is, qui pro em
ptore, nu.398.ver.aduerte tamen, ex quibus elicit̃
vna fallentia illius regulæ dicentis. Contrariorum
eſt eadem diſciplina. Nam vera ſolùm erit, quãdo
non fuerit in contrarijs diuerſa ratio, vt in quæſtio
ne præſenti, de quo latiùs ipſe Iaſon dixit in Rubr.
tit.de acquir.poſſ. & in l.inter ſtipulantem, §.ſa-
cram.ff.de verb.oblig. Idem docuit quam breuiſſi
mè procedens Paul.de Caſtro in l.ſingularia, col.
4.nu.16.ver.Conſtat autem.in fine, ff.ſi cer.pet. vbi
dixit, quod etiã ex ficta traditione acquiritur ve-
ra poſſeſſio, & dominium, vt in l.quod meo, §.ſi
per venditorem, & ibi per Bar.ff.de acquir.poſſ.

Interpretatio vero actiuè, vel paſſiuè ſtatutorũ
82 quid ſit, & dic: Fictio in ſtatutis † non recipit ex-
tenſionem actiuè, hoc eſt, vt ipſa fictio extendatur
ad alia: ſed extenditur paſſiuè, hoc eſt, vt aliæ le-
ges, puta teſtamentariæ ad ipſam extendantur.
Pone filiusfamilias poteſt facere teſtamẽtum, per
formam ſtatuti: habebunt ne locũ in eo leges, quę
loquuntur in teſtamentis? certè ſic. Hæc Bart.in l.
1.§.lex Falcidia, nu.2.ff.ad l.Falcid. Paſſiuè verò
quñ leges ſe extendunt ad ſtatuta, vt colligitur ex
doctrina Bar.in l.omnes, nu.60.ver. dic aut quæ-
ris, ff.de iuſt.& iure, Bal.in l.omnes populi, col.8.
nu.22.ff.de iuſt.& iure, concludens dicit, ꝙ illud
ius, ꝙ trahit aliud ad ſe, dr̃ recipere interpretatio
nem paſſiuam, ſi ab eo informatur: ſed ſi non infor
83 matur ab eo, dr̃ interpretatio † actiua. Paſſiua er-
go interpretatio eſt ſuſcipere, actiua influere alte
ri. Idem docuit Paul.de Caſ.in l.1.§.lex Falcidia.
in nu.2.& per totum, ff.ad l.Falcid. bis præciſis ver
84 bis, videlicet. Licet ſtatutũ, † ꝙ eſt cõtra ius com
mune non recipiat extenſionem actiuam, vt exten
datur de caſu ad caſum: recipit tñ paſſiuam, vt ius
commune ad illud extendatur: vt ſi dicit ſtatutũ,
ꝙ pupillus maior 12. annorum poſſit teſtari, non
extenditur ad alium inhabilem, vt teſtari poſſit:
quia eſſet extenſio actiua: ſed oẽs leges tractantes
de teſtamentis validis, locum habent in talib.teſta
mentis, ſicut in teſtamẽtis aliorum, arg.hic [pro-
pter quam fictionem lex Falcidia &c.] Nã ſigna
vniuerſalia reſtringuntur ad habilia: vnde induci-
tur, ꝙ ſi ſtatutum dicit, quod ſtatuta loquentia de
cõiunctis, locum habeant in extraneis, & loquen
tia de fiſco locum habeant in priuatis, debent in-
telligi ſi ſunt talia, quę pñt locũ hr̃e, & congruere.

Quando autem non ſit recurrendum ad fictio-
nem, & dic, quod vbicunq; aliquid põt fieri, tunc
85 non erit recurrendum ad fictionem. † hoc probat̃
per tex.in l.quia ratio, ff.de condit.& inſtit. Idem
docuerunt infraſcripti Doctores, Bart.in l.nõ du
bium, nu.15.C.de legibus.

De faciente per alium, dicas ſic. Is qui per aliũ
86 facit, † dr̃ fictè facere, vt docuit Bar.in l.ſi pater,
nu.1, ff.quæ in frau.credit. ſed hac quæſtiuncula la
tiſſimè egimus in diſcuſſione præſentis tractatus.
Vbi agitur an mãdans aliquid fieri, dici poſſit per
ſeipſum feciſſe. & hoc tam in diſpoſitione iuris cõ
munis, quàm municipalis.

De concurſu autẽ fictionis & veritatis ſciendũ,
ꝙ iuxta doctrinã Bar.in l.1.§.hoc aũt Senatus, nu.
3.ver.hoc pmiſſo, ff.ad Sylla. Qñq; fictio & veritas
87 cõcurrũt † circa idẽ ſubiectũ reſpectu eiuſdẽ tpis,
& oĩ modo eodẽ reſpectu, & tũc abijcimus fictio-
nẽ, & amplectimur veritatẽ. Eſt.n.impoſsibile, ꝙ
fictio & veritas ſint circa idẽ oĩ reſpectu, vt in l.fi-
lio, quẽ pr̃, ff.de lib.& poſth. Qñq; fictio, & veritas
concurrũt circa idẽ reſpectu eiuſdẽ tpis, tñ tẽdũt
ad cõtrarios effectus, & tũc amplectimur fictionẽ,
& veritatẽ reſpuimus, vt in l.ptio, & in l.in oĩb.ff.
de capt.& in oĩb.legib.q̃ aliquid tractãt de fictio-
ne. Qñq; fictio, & veritas cõcurrũt circa diuerſa ſu
biecta; tunc vtrũq; amplectimur, & vnũ non impe
dit aliud. Exẽplũ. Quidã deceſsit relicto filio nato,
& vẽtre. Ille, q natus eſt, ſm veritatẽ natus ẽ. Ille q
in utero hr̃ pro nato ſm fictionẽ: & acceptamus v-
trũq;, vt in l.cũ quodã, §.ſuũ, ff.de acq.hæred. & l.
qui in vtero, ff.de ſtatu hom.& in l.illud, ff.ſi pars
hæred. Qñq; fictio, & veritas cõcurrũt circa idẽ ſu
biectum, reſpectu diuerſorũ temporũ. Verbigratia
reuerſus eſt aliquis ſm veritatẽ, modò eſt in ciui-
tate, & iſtud acceptamus. Itẽ ĩ ciuitate fingit̃ fuiſſe
tpe captiuitatis, & iſtud ẽt admittimus; quia reſpe
ctu diuerſorũ temporũ concurrit fictio & veritas.
An autem in dubio intelligatur eſſe fictio vel veri-
tas. dic, quòd vbicunq; aliquid propriè poteſt di-
88 ci, vel propriè eſſe, ibi veritas eſt, † ſed vbi non
poteſt propriè dici, vel propriè eſſe, ibi eſt fictio.

Vnde si statutum dicit, quod Florentini habeantur
pro Perusinis: quia hoc potest propriè dici de quo-
cunq; recepto ad ciuitatem; illa est veritas, & non
fictio; & hoc patet ex diffinitione fictionis: Nam
fictio est in re certa contraria veritati pro verita
te assumptio, hæc Bal. in l. siue possideris, nu. 4. ver.
vlterius quæro. C. de probat. idem ipsemet Bal. la
tius repetijt in l. omnes populi, col. pen. num. 23.
ver. sed pone, quod statutum, ff. de iust. & iu. Idcir-
co Franciscus Cur. in l. Diem functo, nu. 7. ff. de of
fic. assesso. dixit, quod vbi non potest cadere veri-
tas, nō cadit fictio, vt in l. qui ad certum. ff. locati.

Statuta an recipiant interpretationem passi-
uam à iure communi, seu rectius secundum Bal.
vt infra, & an dispositum per statutum trahatur
ad ius commune, seu recipit passiuam interpre-
tationem extensiuam, seu effectiuam ex proprio
vocabulo, in quo hic quod etsi Bart. in l. omnes po-
puli, col. nu. vers. ff. de iustitia & iure docuerit, quod
89 statuta † recipiant passiuam interpretationem à
iure communi, vt in l. 1. §. lex Falcidia, ff. ad l. Fal-
cid. & quod ideo si statutum dixerit, quod Alphō-
sus sit ciuis; tunc omnia iura loquentia de ciuibus
habent in eum locum, vt in l. quidam cum filium,
ff. de verb. oblig. etsi statutum dicit, quod valeat
testamentum coram duobus testibus factum: om-
nes leges testamentariæ habent in eo locum: & si
statutum dicit, quod bannitum habeatur pro con-
fesso, & conuicto, tunc habebit locum in eo lex,
quæ dicit, quod confessus, & conuictus non appel
let: subdit autem ipse Bal. sed tu dic, quod ius cō-
mune non influit statuto, sed rei statutæ: statutum
enim ipsum in se non recipit formam à iure com
muni, sed dispositum à statuto bene trahitur ad
ius commune: & hæc non est interpretatio extensi
ua, salua reuerentia mei Doctoris, sed est interpre
tatio effectiua ex proprio intellectu vocabuli: Nā
istud vocabulum [Testamentum] sic supponit. Est
ergo proprius sensus. dicitur enim proprius sensus,
90 † idest suus, idest non contra regulam, idest non
abhorrens à diffinitione, vel à descriptione, quæ
intelligentiam subiecti claudit. Sed & communis
vsus loquendi, atque intelligendi dicitur proprius
vsus, i. illius vocabuli, propria passio, vt in l. libro-
rum, §. quod tamen Cassius, ff. de legat. 3. sed an re
cipiat statutum interpretationē passiuē à iure cō-
muni, Notandum quod separatorum separata de-
bet esse ratio. Vnde cum statutum sit separatum à
iure communi, sequitur quod de vno non infertur
ad aliud. Dicendum ergo, secundum eundem ibi-
dem, aut statuti mens, & qualitas est certissima,
aut non: si primò, tunc præcisè debet stari ipsi sta-
tuto: si verò certa mens & qualitas statuti haberi
nō posset, & tūc recurrendū erit ad granum salis,
idest ad ius commune ne marcescat. Verbi gratia
91 dicit statutum, † si quis occiderit, occidatur; intel
ligā, i. si dolo, nō si casu fortuito, vt in l. benignius,
& in l. in ambiguis. ff. de legib. coniūcta l. In lege,
ff. ad l. Cornel. de sicarijs, vbi hoc expresse dr. Cū
non sint verba statuti sic iudaicè intelligēda, quia
prauus intellectus nō recipit in statutis. Idē dicet
de statuto, in quo hr, quod succedat primogenitus: nā
hoc intelligit, si ille erit aliàs habilis: quia benefi-
cia legū capacib. scripta sunt, non aūt odiosis, arg.
in l. Lucius, §. Lucius Titius, Dam. ff. de leg. 2. Nec
obstat: si statuto caueret, quod statuta pcisè obseruen
tur, qm ēt tunc idem erit dicendū: cū verbū præci-
92 sè † recipiat determinationē laudabilē, vt in l. sti-
pulatio ista, Hanc ff. de verb. obl. & dr pcisè secundum
determinationē, & secundum antecedentia, quasi diceret quod
istud statutum pcedat: idest pcidat, seu recidat oia
alia, quæ aliter disponēt. Itē pcisè, i. necessariò. hęc
oia Bal. quod etiā distinctius, q. Bar. pcedat explicitè,
idē tn̄ in sūia, & ipse dixerat Bart. vt sup. vidimus.

93 Actiua interpretatio statutorum est dr, qn̄ statu-
tum informat & dat similem casum. exēpli gratia:
statutū dicit, si quis occiderit, & non dicit, si quis
mandauerit. Nā si trahimus statutū ad mandātē,
ista interpretatio est actiua: quia statutū informat
similē casum, & sic dat formā: & oē, quod dat, dr
agens. In hac mandatoris materia ipse Bal. sequit
distinguendo, vt latius infra per me. Nam disposi-
94 tio legis, † per quā aufert ius alterius, facta i casu
vero, non trahet ad casum fictum, prout elegantissi
me docuit Aret. in l. Gallus, §. quid si is, col. 5. vers.
quarta conclu. ff. de liber. & posthum.

Præmitto nouissimè quod cum casus verus reperiri
decisus cōtingat in iuris dispositione tam cōis, &
municipalis, q̄ in hoīs dispositione, & dispositio
iuris cōis aliqñ est pœnalis, & correctoria simul,
aliqñ solùm pœnalis, aliqñ solùm correctoria, ali-
quando solū limitatoria, seu taxatoria, aliqñ fauo
rabilis, aliquando simplex, simpliciter dispositiua
sup aliquo speciali occurrenti negotio. Dispositio
ēt iuris municipalis, aliqñ est pœnalis, & correcto
ria simul, aliqñ pœnalis tm̄, aliqñ correctoria solū,
aliqñ solū exorbitans solum à iure cōi, aliqñ fauo
rabilis. Dispositio vero hoīs aliqñ fit in testamen-
tis, aliqñ in contractibus, aliqñ in rescriptis, & ali
quādo in priuilegijs. Qua pp. vt distinctè, ac ratio-
naliter procedamus de singulis sigillatim erit spe-
cialis habendus sermo Deo opt. max. annuente.
vt hæc inextricabilis materia aperta fiat.

95 Prima cōclusio sit: Disposita p statuta † aliquid
pcipientia sm ius cōe, vel præter ius cōe, extendē-
tur de casu vero ad casum fictum, pro ut ipsa dispo
sita à iure cōi diximus extendi de casu vero ad ca
sum fictum: cū regula sit, quod talia statuta recipiāt
extensionem passiuā a iure cōi: & in vtrisq; eadē
sit rō, & docuit tex. in c. ad audientiam, & c. cum
dilectus, cum simil. ext. de cler. nō resid. ibi per Do-
ctores, & Imo. in d. §. lex Falcidia, col. 2. ver. si lo-
quimur instantis. & Alex. in d. §. lex Falcidia, col.
3. ver. si autem loquimur.

96 Cōclusio secunda est. Disposita per statuta † ali
quid præcipiētia contra ius cōe ex vi verborū nō
extendet de casu vero ad casum fictū, Imo. vbi sup.
& Alex. ver. si aūt essent cōtra ius cōe dicētes hoc
esse clarū. Ampliat dicendū quod nec ex mente ipsius
statuti contra ius disponentis fiet extensio de casu
vero ad casum fictū, si fictio præcessisset statutum,
quia statutū ipsum disponēdo super verum, vr præ-
cisè veritatē contēplatus, arg. in l. cū prætor. ff. de
iudic. Imo. & Alex. vbi sup.

Limita dictam conclusionem secundam, si hu-
iusmodi fictio post statutum fuisset inducta per ha
bentem ptātem: nam tunc statutum loquens in ca
su vero extenderetur ad casum fictum: saltem quan-
do per eosdē statuentes, vel successores esset indu-
cta fictio. arg. dicti §. lex Falcidia, & ibi per Imo. &
Alex. vbi supra arg. in dicto §. lex Falcidia. Amplia
secundo septimam conclusionem dicēdo quod di-
spositum de casu vero non extenderetur ad casum fi
ctum, quādo induceretur fictio per ius cōe, arg. in
cap. susceptum de rescript. in 6. & in l. quicquid
astringendæ, ff. de verb. oblig. cum ibi not. Imo. &

Alex.

Alex. vbi ſupra, & ratio ſm eos eſt, qm̃ ſatis eſſe vr̃ quòd lex ſuperueniẽs limitet diſpoſitionem iuris communis ſibi ſimilem: cum in ſimilibus facilior fiat limitatio. arg. in l. fin. C. qui po. in pi. hab. & in l. rem, §. itẽ quæcũq; ff. de rei vendic. & addit ibi Alex. hanc eſſe ſatis ſubſtẽtabilẽ, & not. doctrinã.

Amplia primò dicendo, quod nec mente ipſius ſtatuti contra ius diſponentis, fiet extenſio de caſu verò ad caſum fictum; Si fictio præceſſiſſet ſtatutum, quia ſtatutum ipſum tunc diſponendo ſuper verum, videtur præcisè veritatem contemplatum, arg. in l. cũ prætor, ff. de iudic. Quod edocuit Imo. & Alex. vbi ſupra.

Amplia ſecundò concluſionem ſecundam, dicẽdo, quòd diſpoſitum de caſu vero non extenderur ad caſum fictum, quãdo induceretur fictio per ius cõe, arg. in c. ſuſceptũ, de reſcrip. in 6. & in l. quicquid aſtringendæ, ff. de verb. oblig. cum ibi not. Imo. & Alex. vbi ſup. & ratio ſm eos eſt, qm̃ ſatis eſſe vr̃, q lex ſuperueniens limitet diſpoſitionem iuris cõis ſibi ſimilem: cum in ſimilib. facilior fiat limitatio, argum. in l. fi. C. qui po. in pi. hab. & in l. rem, §. Item quæcunq; ff. de rei vendi. & addit ibi Alex. hãc eſſe ſatis ſubſtẽtabilẽ. & notab. doctrinã.

97 Concluſio tertia. Diſpoſitio † pęnalis, etiam ſtatutaria loquens in caſu vero non extenditur ad caſum fictum. Bart. in l. ſi quis maior, nu. 1. verſ. ſatis poſſumus, C. de tranſact. Vbi cum illa lex ſit pęnalis, & quia imponit pœnam infamiæ, & loquatur in maiore 25. annorum, non comprehẽdit mino-
98 rem † iurantem in contractu: licèt per tale iuramentum fingatur maior. iuxta Auctẽ. ſacramenta pub. C. ſi aduerſus vendit. Io. Crottus in l. omnes, nu. 210. ver. prima concluſ. facit dictum Bart. in l. 1. §. hoc interdictum, ff. de fonte. & l. fin. C. vnde vi. vbi ſtatutum de quo ipſe loquitur, non extẽditur ad illum, qui occupat rem hæreditariam, non adita hæreditate iacente propriè, & verè bonorum dicuntur alterius, vt in l. 1. §. quædam, ff. de rer. diuiſ. Idem docuit Io. Andr. in c. cum in illis, col. fin. verſ. item verbum odioſum. de præben. in 6. dicens, quòd verbum odioſum [quorumcunque] in caſu odioſo non cõprehẽdit vniuerſitatem, vnde impetrans contra Titium, & quoſdam alios non conuenit vniuerſitatem, vt in c. 2. de reſcrip. in 6. Ratio quia relatiuũ vniuerſitatis, vt eſt alius, refertur in diuerſum in ſuppoſito. ſed idem in ſubſtãtia: Vnde illud [alios] habet referre idem in ſubſtantia. Collegium autem, vel vniuerſitas, & ſi ſit perſona, non tamen vera, ſed repræſentata, vt in l. mortuo, ff. de fideiuſſor. & ſic hæc perſona cùm illa non eſt idem in ſubſtantia, quare ſub illo relatiuo non continetur. Idem dicit Abbatem, & conuentum conueniri non poſſe, etſi in aliquo mandato eſſent expreſſi clerici, & laici, cùm Abbas, & Conuentus non ſit clericus, vel laicus, licet ex illis conſtituatur corpus; ſicut dicitur de grege, q non ſit ouis, licèt conſtituatur ex ouibus: Ergo Abb. & Conuentus, qui vniuerſitas ſunt, conueniri non poterunt. Hæc Io. Andr. vbi ſupra. Idem docuit Petr. Anch. in dicto c. cũ in illis. Idem docuit Bart. in l. 1. ff. de fonte, vbi dixit, q ſtatutum prohibens portare perlas, non extenditur ad perlas fictas, ſed de veris. vt ẽt docuit Bal. in l. 2. quorum appell. & Felin in c. Inſinuatum, col. 1. nu. 1. ver. in quantũ Doctores ſe ſubſcribẽs pręſenti cõcluſioni, dicit q amplectenda eſt cõis Doct. ſnĩa, dicentium q ſtatutũ loquens in conuicto, non hẽt locũ in deficiente in purgatione, quaſi dicatur fictè conuictus. Idẽ docuit Pan. in c. at ſi clerici, in princ. col. 5. ꝓpter gl. fin. ibi q ſtatutum in caſu verò non hẽt locum in caſu ficto. & Card. in c. is quidem, ext. de ſpõſal. dicens q ſtatutum puniens conſumantem matrimonium certo die, non ligat cognoſcentem ſponſam de facto tali die, & Bar. in l. 2. §. voluntatem, ff. ſol. matrim. q ſtatutum requirens cõſenſum, intelligitur de vero, non de ficto: & ideo conſenſus per taciturnitatem elicitus non habebit locũ in ſtatuto.
99 Cùm iuris regula ſit, q diſpoſitum † per ſtatutum in caſu vero non extendetur ad caſum fictum, etiã ſi caſus fictus ſit idem cum caſu vero; cum non conueniat ex proprietate verborum, ſed ex interpretatione extenſiua, Paul. de Caſtro in l. Gallus, §. videndum, num. 2. verſ. Nota q caſus, ff. de liber. & poſthu. Idem Bar. in l. oẽs, nu. 62 verſ. vlterius quæro, ff. de iuſt. & iure, & reddens rõnem dixit, quia ad hoc, vt illud quod eſt ſecundum fictionem cõprehẽdatur ĩ ſtatuto, neceſſe habet ſpecialiter exprimi: caſus eſt in l. 3. §. hæc verba, ibi [de quo fuit neceſſariũ dicere] cùm gl. ſua, ff. de nego. geſt. Nec obſtat ſecundũ Bar. ibi, tex. in l. cum ex oratione, in princ. ff. de excuſ. tut. quia illud non eſt ex vigore reſcripti poſtea ſubſequuti. Idẽ docuit Io. Bapt. à ſancto Seuerino, in repet. l. oẽs, nu. 274. verſ. Item q̃ſiuit. hic Bar. & per hãc doctrinã, ff. de iuſt. & iu.
100 Concluſio quarta † Diſpoſitio ſtatuti correctoria, vel exorbitans loquens in caſu vero non extenditur ad caſum fictum l. 3. §. hæc verba, ff. de nego. geſt. Bar. in l. 1. in fine principij. ff. de ſuis & legit. Io. Crottus in l. oẽs, nu. 211. vbi Bart. determinauit q ſi ſtatuto caueatur, q eccleſia ſuccedat decedenti ab inteſtato, ſi aliquis facit teſtamentum quod poſtea ruptũ eſt agnatione poſthumi, vel repudiationis hęreditatis; Eccleſia non ſucceſſit, quia tpe, quo mortuus eſt, teſtatus deceſſit: & licèt poſtea teſtamentum deſtituatur, eo modo, quo ſupra, nõ dicitur mori inteſtatus, ſecundũ propriã ſignificationem, ſed ſecundum quandam fictionem, quę in tali ſtatuto non habet locum. Idem docuit Alex. in l. 1. §. lex Falcidia, vbi hoc dixit, ff. ad l. Falcid.

Limita dictas ambas immediatæ præcedentes concluſiones, dicẽdo illas non procedere in extẽ-
101 ſione paſſiua vbicunq; † caſus verus, & caſus fictus æquiparantur caſui vero à iure cõi. Nã tunc ſtatutum loquens in caſu vero ſe extenditur, ac cõprehendit caſum fictum æquiparatum caſui vero à iure antiquo, c. cum dilectus, & c. audientiam, ext. de cleric. non reſid. vbi Imo. & Abb. Io. Crottus verò in l. omnes, nu. 112. ver. tertia concl. exẽplificans tali pacto, videlicet de iure communi, illi, qui ſunt abſentes in obſequio Rom. Pontiſ. habẽtur pro præſentibus; vt percipiant fructus ſuorum beneficiorũ, ſed ſi fieret ſtatutũ, q ſoli p̄ſentes percipiant fructus p̄bendarũ, hoc ſtatutũ cõprehẽdet abſentes in caſu, de quo ſup. licèt verè non ſint præſentes: facit Bart. dictũ in Auctẽ. ſed cũ teſtator nu. 4. C. ad l. Falc. dicens, q lex antiqua poſſit extẽdere legẽ nouã, vt in l. ſi quis ſeruo pſuaſerit, C. de
102 furtis, vbi nu. 4. dicit, q lex noua † recipit interpretationem, ſeu extenſionem paſſiuã à lege antiqua: ponit exemplũ, in l. & non tm̃, §. 1. ff. de ſeruis corruptis; & habet q quicquid dicat de ſeruo, habeat locũ in filio ĩ ſtatutis per dictã l. ſi quis ſeruo. quod ipſemet Bar. repetiit, in l. 1. §. lex Falcidia, ff.
103 ad l. Falcid. concludit quòd fictus † caſus non extendit actiuè, ſed paſſiuè extenditur ad caſum

verum extensum in alijs legibus, & exemplificat
sic. Pone filiusfamilias potest facere testamentum
per formam statuti, habebût nè locum in eo leges
quæ loquuutur de testamentis. Certe sic, addit ibi
Bartol. Idem expressè docuit Imol. in d.§. lex fal-
cid. in vers. extra Glo. dicens, quod etsi non exten
datur dispositio in casu vero ad casum fictum acti
104 uè, bene tamen semper passiuè, & quod non † cu
randum de modo dando, dummodo effectum ha-
beamus. vt in l. mulier. ff. ad Trebell. Nam Bart. ip-
se idipsum sentijt. in l. si maritus ff. de adulter. hic
infrascripta referam. Scias ergo quod Barto. in d. leg.
si maritus. §. legis Iuliæ, hæc notatu dignissima do
cuit. Idem docuit Ioan. Bapt. à sancto Seuerino in
repet. l. omnes. nu. 274. vers. & adde prædictis. ff. de
iust. & iure. Idem docuit Aug. Berous in c. 1. nu.
21. col. 4. in fi. vers. primum ex hoc, ext. de iudicijs.
Feli. in c. Mulieres, col. fin. vers. ego tamen. ext. de
sent. excomm. per tex. in c. ad Audientiam ext. de
cleric. non reside. & ibi Panorm. not. 2. Rom. in l.
1. §. hoc autem Senatus. ff. ad Trebell. Imo. & Alex.
in l. 1. §. lex Falcidia. Idem docuit Cardinalis Za-
bar. in Clem. 1. q. 5. de vita & honest. cleric. Subli-
mita dictam limitationem dicendo eam veram so
lùm quò ad effectum limitatum, & ibi declaratũ.
105 Nam statutaria † dispositio emanans secũdum,
vel præter ius commune: licèt non sit odiosa, limi
tata tamen ad certum effectum, non comprehẽde
tur sub dispositione loquente ext. effectum limita
tum, iuxta sententiam Ioannis Andr. in c. fin. de cõ
suet. quem citauit, & sequutus fuit Ioannes Crot-
tus, in l. omnes populi, nu. 217. vers. octaua concl.
ff. de iust. & iur. Nam Io. Andr. ibi vult, quòd si ex
forma alicuius Cõstitutionis, ille qui sit absens ha
beatur pro præsente quo ad effectum percipiendi
fructus sui beneficij, non habebitur tñ pro præsen-
te quo ad alium effectũ: vt quia in alia dispositio-
ne disponatur, quod canonici præsentes possint opta
re præbendam, quæ vacat: ex qua Io. Andr. conclu
sione Crottus inferebat consulendo, quod si ex forma
Cõstitutionis illi, qui sunt absentes gratia studij
debeant percipere fructus præbendarum, ac si es-
sent præsentes, non possunt virtute huiusmodi con
stitutionis optare præbendam vacantem, quã pos
sunt optare præsentes solùm ex forma alterius cõ-
stitutionis; eò quòd illa fictio est limitata ad cer-
tum effectum; Ideo non debet extendi ad alium;
cùm limitata causa &c. in l. in Magnis, ff. de acqu.
rerum domin.
106 Dispositio loquens in casu verò † non trahitur
ad casum fictum, quando cessat æquitas, propter quã
est fictio introducta; extenditur verò quñ adest æqui
tas. Bar. in l. Illud, in princ. ff. de petit. hæred. facic
dictum Io. Andr. in c. 3. vt lite pend. lib. 6. Ioannes
Crottus in l. omnes, nu. 214. vers. quinta concl. Bar.
in l. si is. qui pro emptore. col. 2. in fi. nu. 2. ff. de v-
sucap. Nam voluit vbi supra Ioan. Andr. quod disposi-
tio, quæ emanauit ratione æquitatis, vel humani-
tatis non extendatur ad alium casum.

Limita secundò dictas prædictas duas conclu-
siones. Nam dispositio ẽt statutaria loquens in ca-
su verò extendetur ad casum fictum, quñ dictus ca-
sus fictus subrogatur loco casus veri. Io. Crottus in
l. oẽs, nu. 215. vers. sexta concl. Bar. in l. Postulante
in princ. ff. ad Trebel. docens dispositionem loquẽ
rem de debitore, comprehẽdere eius heredem eo
que subrogetur loco defuncti. Abb. in c. fin. col. 1.
ext. de Arbitris. Bar. in l. 1. §. de illo, ad Trebel. Vbi
voluit quod statutum loquens de hærede, comprehen
dat ẽt fideicommissarium. Nec obstat quod dixit
Alex. secũdum Crottum, in d. §. de illo pro eo quod ta-
lis fictè dicatur hæres. vt in l. si filius, §. vers. Quo-
dammodo hæres est, ff. quod eum. eò quod dictio
importat fictionem, & improprietatem. l. si me in
vacuum, ff. de acquir. poss. & in statutis fictio locũ
non habeat. l. 1. §. hoc interdictum, ff. de fonte. Nõ
obstat inquam, cũ fideicommissarius subrogetur
à iure in locũ hæredis, vt in l. qui quadraginta in
princ. ff. ad Trebell. Vnde sequitur per regulas su-
107 pra allatas quod statutum † loquens de hærede, me
ritò poterit extendi ad fideicommissarium.
108 Limita tertiò si in dicta odiosa dispositione † lo
quente de casu verò; nam & ipsa extendetur ad fi-
ctum, in quo versatur ratio in lege expressa. vt in l.
Nihil, ff. ad Maced. Vbi dispositio Macedoniani,
quæ principaliter est odiosa, vt in l. Qui exceptio-
nem, ff. de cõdit. inde. licèt loquatur de persona ve
ra, extenditur ad ciuitatem mutuãtem pecuniam
filiofamilias, licèt dicat persona ficta vt in l. mor-
tuo ff. de fideiuss. quia eadem ratio insidiandi vitæ
parẽtum reperitur ẽt in dicta persona ficta, vt in l.
filiũ habeo, ff. ad Mace. Io. Crottus in l. oẽs n. 216.
109 Conclusio quinta. † Dispositio facta super vna
persona vera regulariter non extendetur ad eãdẽ
personã fictam, probatur per tex. in l. 3. §. hæc ver-
ba. ff. de neg. gest. & in l. sed si hac, §. patronũ, ff. de
in ius vocati. Vbi, vt docuit Aret. in l. Gallus, §. quid
si is, col. 5. ver. secunda concl. ff. de liber. & posthu.
vbi est casus, quod dispositio de vero ingenuo nõ tra
hetur ad ficte ingenuum, idest ad eum, qui habet
ius annulorum aureorum.
110 Conclusio sexta. † Dispositio fauorabilis, ex-
tendetur de casu vero ad fictum, vt in l. ab hostib⁹,
§. fi. ff. ex quibus cau. maio. Vbi dispositio loquens
de absente trahitur ad illum, qui fingitur absens. fa
cit l. 1. §. honorũ. ff. ad Treb. vbi lex illa loquens de
hærede permittendo ei detractionẽ trebellianicæ
fauore testamẽti conseruandi, extenditur ẽt ad bo
norũ possessorẽ, qui est fictus hæres, vt in l. 2. ff. de
bonor. possess. & in l. bono. C. de interdic. matri. in
ter tut. & pup. facit l. ait Prætor, in princ. iunc. l. er-
go. §. fi. ff. ex quib. cau. Vbi ædictũ Prætoris loquẽs
de persona, extenditur ẽt ad Ciuitatem, quæ est fi-
cta persona, vt in l. mortuo, ff. de fideiuss. & quia ta
lis dispositio est fauorabilis, & huic ampliationi
se subscripsit Io. Crottus in l. oẽs, nu. 218. ver. nona
concl. & Imo. in l. lege Cornelia, ff. de testam. qui
ẽt præsenti ampliationi opponit ad maiorẽ verita
tis ipsius dilucidationem: & respondit dicens, quod
contra hanc conclusionem facit tex. in l. is qui pro
emptore, ff. de vsuc. iuncta l. cẽptã, eod. tit. Vbi lex
permittens hæreditatem verè iacentem complere
vsucapionem inchoatam à defuncto, non cõpre-
hẽdit casum, vbi hereditas fingitur iacere: vt quia
possessor rei alienæ captus est ab hostibus, & ibi
mortuus est: quo casu fictione, l. legis Corneliæ, ff.
de testam. fingit mortuus pambula hora captiuita
tis, vt in d. l. lege Cornelia: & per consequẽs fingi ẽ
hereditatẽ illo medio tẽpore semper iacuisse: con
tra quã obiectionẽ Imo. ubi sup. col. 10. rñdẽdo subti
liter dixit: quod nõ ẽ eadẽ rõ iter hrditatẽ verè iacẽtẽ,
111 & inter hereditatẽ fictè iacẽtẽ. † Nã quñ hrditas ve
rè iacet, vt quia possessor in veritate mortuus est, &
vsucapio nunquã fuit interrupta viuẽte illo, qui pos
sidebat, licèt morte defuncti interrumpatur posses
sio, vt in l. cum herede, in princ. ff. de acquir. poss.

Non

Non tamen interrũpitur præſcriptio: quia hæredi
tas iacens licèt non poſſideat: Iure quodã tamen
ſingulari complet præſcriptionem a defuncto in-
choatam, vt in l.iuſtè.§.nondum,ff.de vſucap.& in
l.Nũquam.§.vacuum.ff.de vſucap.& quia nulli eſt
ius acquiſitum:permittitur, vt illa præſcriptio ꝓ
cedat hæreditate iacente:ſecus eſt in altero caſu.
Nam per captiuitatem poſſidentis rem alienam
interrupta eſt ipſa præſcriptio. vt in d.l.ſi is qui
pro emptore. & ſic ius eſt acquiſitum illi, aduer-
ſus quem præſcribebatur.Sed lex non fingit in prę
iudicium iuris medio tempore alteri acquiſiti, vt
docuit Glo.Bar.in l Indebitum,§.1.ff.Rem ratam
habere. eò maximè,quia hic ceſſat æquitas,ſuper
qua eſt fundata fictio.vt in l.poſtlimin.in princ.ff.
de capt. quia præſcribẽs locupletaretur cum iactu
ra alterius, vt in l. Denique. in l. nec Vtilem.ff.ex
quibus cauſ.maior.

Limita dictam concluſionem ſextam, ſi ceſſet
ratio propter quam fuit inducta talis diſpoſitio,
112 † nã tunc etiam diſpoſitio fauorabilis loquens in
caſu vero,non extendetur ad caſum fictum,vt in l.
1.§.deniq;.ff.ad Trebell.Io.Crottus in l.omnes.n.
221. verſ.decima concluſio.ff.de iuſt.& iur. Nam
in d.§.denique. lex permittens hæredi detractio-
nem falcidiæ fauore teſtamenti conſeruandi, non
comprehendit fideicommiſſarium: quia in eo ceſ
ſat ratio teſtamenti conſeruandi: quia illo nolẽte
hæreditatem habere, hæreditas remanet apud hæ
redem directum cum oneribus ſuis: nec vitiatur
teſtamẽtum,nec quoad inſtitutionem, nec quoad
legata,vt in l.vnica.§.1.& §.pro ſecundo. C.de ca-
duc.toll. quod ſecus dicendum eſſet de hærede di
recto nolente adere hæreditatem,vt in l.eam quã.
C.de fideicommiſſ.& in l.ſi nemo ff.de reg.iur.

Fallit ſecundò reſpectu perſonæ eiuſdem: nam
113 diſpoſitio † loquens in caſu vero reſpectu eiuſdẽ
perſonę,extendetur ad caſum fictum.vt in l.At qui
natura.§.fi.ff.de negot.geſt.vbi diſpoſitio loquens
de genere negotiorum alterius,comprehendit ge
rentem negotia illius,qui eſt captus ab hoſtibus.
Nam facilius diſpoſitio extenditur de caſu ad ca
ſum reſpectu eiuſdem perſonæ,quàm diuerſarum
perſonarum; Ioannes Crottus.in l.omnes,nu.22.
verſ. vndecima concluſio.

114 Septima † diſpoſitio hominis loquens in caſu
vero, non comprehendit caſum fictum,hęc conclu
ſio elicitur ex dictis Io.Andr. in c.fruſtra de reg.
iur.in 6.ſeu mercuriali. Vbi refert fuiſſe determi-
natum in publica diſputatione,aſſerens ꝙ pactũ
factum, vt vnus non offendat alterum, nec reali-
ter,nec perſonaliter, non verificaretur ſi vnus of-
fenderet vxorem,quia iniuria facta vxori cenſetur
ſecundum fictionem factam marito,& non ſecun-
dum veritatẽ.Io.Crottus in l.omnes.nu.224.verſ.
ſecunda concl.Aret.in l.4.§ Cato. col.12.verſ.iſta
enim dictio.ff.de verb.oblig.

Ratio eſt,quia fictio non inducitur ab homine,
ſed à lege. vt in l.etſi fortè,ff.de caſt pecu. & per
Bart. in l. ſi is qui pro emptore.latiſſime probaui-
mus ſup.in cap.

Amplia prædictã cõcluſionem in teſtatore quã
do verba ipſius ſunt dubia,quoniam tunc in dub-
bio intelligentur ſolùm in caſu vero,& non in fi-
cto.l.Statius.§.Cornelio ff.de Iure fiſci.l.fin. C.de
his,qui veniam ætatis. Io.Crottus in l.omnes.nu,
224.verſ.tertia concluſ. Petrus Anchar. in reper.c.
Canonum ſtatuta,fol.23.ext.de cõſtit.verſ.conſu-
luit etiam Bal.ext.de conſtit. vbi dixit quòd ſi te-
ſtator mandauit in teſtamẽto. quod poſt obitum
hæredum ſuorum bona ſemper ſua deuoluantur
ad maiores de familia,tunc maior intelligitur re
ſpectu ætatis,non autem reſpectu ſcientiarum di-
gnitatis,aut diuitiarum, quia verba ſunt intelligẽ
da ſecundum veritatem,vel ſecundum ſenſum na-
turalem, non autem ciuilem. vt in l.ſin.C.de his,
qui ven.ætat.imp.

115 Concluſio octaua. † Statutum loquens in caſu
vero comprehendet fictum,quãdo illud procedit
vlterius diſponendo, tribuẽſq; eandem qualitatẽ
caſui ficto,quam habet caſus verus legis.vt in l.cũ
ex oratione in princ.ff.de excuſ.tut.vel cur. Verbi
gratia, ſtatutum diſponit quod nullus poſſit eſſe
de Collegio Doct. niſi Ciuis orig. Modo quoddã
eſt in Ciuitate,cum clauſula,quòd per omnia ha-
beatur pro ciue originario. tunc poſſet eſſe de prę
dicto Collegio, quia ex dicta diſpoſitione dice-
tur fictionem fuiſſe repulſam. Io.Crottus in l.om-
nes nu.225.Hic adde omnia exempla,& Doct.au-
ctorit.allatas in c.de fict.indiuidua, etſi regulari-
ter Bald.latiſſimè hoc ipſum docuerit in l.omnes.
col.pen.nu.23.verſ.ſed pone quòd ſtatuto cauetur
quod nullus,&c.

116 Vbicunque ſtatutum, † vel lex loquens in caſu
vero tradidit formam,in qua erit aliquid facien-
dum,nõ poterit impleri illud in caſu ficto.hac per
conſequens non extenditur ad caſum fictum.ratio
eſt, quia ſicut vbi aliquid pro forma requiritur,
non poterit impleri in caſu æquiualentis,etiamſi
eſſemus in materia fauorabili. l.qui Rom. §. Fla-
uius.ff.de verb.oblig.Bal.in l.ſi teſtam.C.de teſta.
& in l.Inſtit.ff.ſi certum petat. c.ad Noſtram.el 3.
& ibi Doct. de iur.iur. vbi habetur quòd ille, qui
117 iurauit † ſoluere, non poterit compenſare,& ta-
men compenſatio eſt ficta ſolutio.l.Iulianus.ff.de
condit.& demonſtr.eò quod iuramentum debeat
impleri in forma ſpecifica. Idem docuit Bal.in l.
ſi teſtam.C.de teſtam. & in l.inſtit.ff.ſi certum pe
tat. Ita non poteſt impleri in caſu ficto, vt in c.ad
noſtram.el 3.& ibi per Doct.extra de iure iur.vbi
habetur quòd ille, qui iurauit ſoluere non poteſt
compenſare, tamen compenſatio eſt ficta ſolutio.
vt in l.Iulianus,ff.de condit.& demonſtr. l.ſi pecu
lium.§.1.ff.de ſtat.liber.Et ratio eſt,quia iuramen
tum debet impleri in forma ſpecifica. pro hoc fa-
cit dictũ Angel. in l. Vbi autem non apparet.
§.illud.ff.de verb.obligat. vbi voluit quod in caſu
Clem.appellant.de Appellat.in qua pro forma re-
quiritur quod appellans a ſentent.interloc. debet
nominatim exprimere grauamen, & quod non
ſufficiat ſi grauamẽ exprimeretur per relationem,
quæ fieret ad acta, vt quia diceretur appello pro-
pter cauſam,de qua apparet in actis;& tamen ex-
preſſio quæ fit per relationem,ad aliud dicitur fi-
cta,vt in l.Titia,§.fin.verſ. perinde. ff.de verb.obli
gat.confirmatur,& hæc concl.ex his quæ voluerũt
Ant.& Abb.in c.fin.verſ.nihil obſtat.ex.de verb.ſi
gnif.Vbi dicunt,quod vbi agitur de probanda for
118 malitate verborum, teſtes deponentes † per ver
ba æquipollentia,non dicuntur teſtificari conclu-
denter. Idem docuit Crottus in l.omnes. nu.226.
verſ.Decimaquinta concl.

119 Concluſio nona.† Diſpoſitio ſtatutaria partim
odioſa, & partim fauorabilis loquẽs in caſu vero,
comprehendit ẽt fictũ.Io.Crottus in l.oẽs nu.227.
verſ.vlt.concl.rõ quia talis diſpoſitio cũ ſit partim

fauorabilis partim odioſa, dicetur tota fauorabilis.cap.Non dubium,& ibi Abb.extra de ſenten. excom.Hæc etiam concluſio,ex dictis Bar.in l. liberorum,col. 10.ff.de verb.ſignif.Vbi dixit,ꝙ ſtā-
120 te ſtatuto , † ꝙ fœminæ non ſuccedant maſculis extantibus : tunc nepos ex filio præmortuo excludet filiam fœminam,licèt verè in ſecundo gradu ; & tamen ſtatutum eſt partim fauorabile, inquantum præfert maſculos: partim odioſum,inquantũ excludit fœminas.Idem docuerunt Bal.& Moder. in l.2.C.de in ius vocan.probatur & hac ratione. Nam regula eſt , quòd quando aliqua diſpoſitio partim eſt odioſa,& partim fauorabilis.tota iudicatur fauorabilis,vt docuit Abb. vbi ſupra,ex qua regula verificatur,quod docuit Bal.in l.cum acutiſſimi,C.de fideicom. Vbi dixit,quòd ſtante ſtatuto,quòd filijs maſculis extantibus,filiæ fœminæ non ſuccedant: filij etiam legitimati excludent filias fęminas legitimas,& naturales, quia ex quo tale ſtatutum eſt fauorabile ex parte maſculorũ , poteſt extendi ad iſtum caſum fictum, quod ipſemet Bald.repetijt,in l.eam quam. colum.9. verſi. Quæſitum fuit à me.C.de fideicom. Idem docuit Paul.de Caſtro,in l.ſed ſi hac,§.proſtituta,ff.de in ius vocandi , & in conſ.224.

121 Concluſio decima. † Diſpoſitio ſtatutaria diſponens de pœna irregulari , vt quia de ipſa non multum exorbitat à iuris communis diſpoſitione,vel quando ſtatutum imponit pœnam, vbi à iure non fuit indicta, ſeu expreſſa, & loquitur in faciente: tunc includetur mandator:& cum hoc ſtatutum non ſit exorbitans,ideo recipit interpretationem ſicut ius commune.& hoc in ſimili ſenſerunt Doctores antiqui,in l.quicunque. C.de ſeru. fugit.& docet Panor.in cap.Mulieres, colum.fin. verſ. aut ſtatutum prouidet de pœna irregulari, vt quia non multum exorbitat.& latiſſimè nos docuimus in quæſtione de extenſione legis correctoriæ,& pœnalis ſimul. Vide ergo ibi.

122 Concluſio vndecima. † Statutum diſponens in materia iuris, in qua caſus verus,& fictus æquiparantur , tunc ſtatutum etiam prouiſum in caſu ficto intelligitur.Decius in cap.traſlato in prima lectura,num.39. verſic. ſimiliter quando, extra de conſtitut. Panor. in cap.ad audientiam per illum textum : extra de cleric.non reſid.facit text.in l. Deo nobis.C.de epiſcopis,& clericis,& ſimil.Alexan.in conſi.179.incipien.viſo proceſſu.colum.4. libro quinto .

Amplia dictam concluſionem dicendo illā habere locum etiam ſi ſtatutum diſponeret de pœna regulari iuxta qualitatem delicti. Nam tūc diſpoſitum à faciente, extendetur ad mandantem,cum dicendus ſit princeps delicti, vt in l. ſi per alium, ff.ne quis cum.& ibi per Cyn.& Bald.in l.omnes, col.9.verſ.ſecundo caſu,ff.de iuſt.& iu.

Concluſio duodecima . Diſpoſitio ſtatutaria , quæ indulget partem pœnæ à iure ſtatuta:vt quia dicit, ꝙ homicidæ remittatur certa pars pœnæ, ſi habuerit pacem: de homicidium committēte loquens extendetur ad mandantem, & opem ferentem,vt docuit Bal.in l.omnes populi,col.9. num. 23.verſ.Primò caſu.ff.de iuſt.& iu. & ratio eſt ſecundum eum:quia benigna eſt hæc interpretatio. arg.in l.2.ff.ad Syllan. quem ſequitur Panor.in c. mulieres,col.fin. verſ.Et breuiter conclude, extra de ſent.excom. dicens hoc eſſe, quia fauores ſunt ampliandi, vt in c.odia, de reg.iur.in 6.

123 Concluſio decimatertia . † Diſpoſitio ſtatutaria pœnalis limitatæ materiæ dans pœnam irregularem innuens materiam delicti de nouo , ſeu diſpoſitio ſtatutaria irregulariter damnās,vel puniens actum aliquem cum ſuis terminis: cùm ſtatutum ſic fixerit pedes ſuos . Idcirco de caſu vero non extēdetur ad caſum fictum; & ſic de ſeruo inuento de nocte per ciuitatem, miſſo à ſuo Domino,quando ſtatutum erat,quòd inuentus de nocte puniatur in centum. Ita docuit Bal.in l.omnes,colum.10.in princ.verſ.primo dicit.ff.de iuſt. & iur. Idem dicēs ibidem de ſtatuto puniente eum, qui iniuriam faciet patri , vt puniatur in hoc, vt non gaudeat beneficio inuentarij , nam tale ſtatutaria pœna non extendetur ad mandantem hæc fieri: quia hæc ſtatutaria pœna eſt extranea à propria pœna delicti, eò quòd reſpiciat quendam actum remotiſſimum,& extrinſecum,ſeu extraneum valde.Idem docuit Panor. in cap.mulieres,colum.fi. verſ.Et breuiter conclude.ext. de ſent.excommunicationis his præciſis verbis vtens , videlicet : Si prouidet de pęna irregulari,vt quia multum exorbitat à diſpoſitione iuris,tunc non includetur mādator. habebit ergo locum in caſu ſuo : pro hoc optime facit text.in ſimili in c.ſtatutum, de elect. in 6.& in cap.cum in cunctis.de elect,in 6.c.ſi cōpromiſſarius eod.ti.lib.6.facit quod not. Io.And. in regu.odia.de regul.iur.lib.6.& Ratio iſtius deciſionis eſt ſecundum ferè omnes Doctores, quoniam regula eſt, quòd quando cauſa,propter quā introducitur fictio eſt limitata ad certum effectū: tunc diſpoſitio facta in caſu vero, non trahetur ad caſum fictum, in caſu , propter quem non fuit introducta fictio : Quà propter illæ qui habetur pro reſidente quo ad perceptionem fructuum non cōprehendetur ſub alia diſpoſitione faciente mentionem in alia materia de reſidente : & ſic de ſingulis ſimilibus exemplis erit iudicium.

124 Concluſio decimaquinta . † Diſpoſitio ſtatutaria diſponens de pœna regulari, iuxta qualitatē delicti, extenditur ad mandatorem cum ſit princeps delicti,& hoc modo intelligitur text. in l. ſi per alium.ff.ne quis cum.& ibi docuit Cyn.& Bal. in l.omnes.col.9.nu.23.verſicu.ſecundo caſu,ff.de iuſt.& iure.

125 Concluſio decimaſexta . † Diſpoſitio ſtatuti pœnalis facta ſuper vna perſona vera , regulariter nō trahitur ad eādem perſonam fictam. Probatur hæc concl.per tex.in l.3.§.hæc verba. ff. de negot. geſt.& in l.ſed ſi hac.§.patronum, ff.de in ius voc. vbi,vt docuit Aretin.in l.Gallus,§.quid ſi is col.5. verſ.ſecunda concluſio.ff.de liber.& poſthu. eſt caſus,ꝙ diſpoſitio de vero ingenuo non trahitur ad fictè ingenuum,id eſt ad eum, qui habet ius annulorum aureorum.iux.doctrinam Aretini, vbi ſup. verſ.concluſio ſecunda. & animaduertendum , ꝙ huic concluſioni ſe ſubſcribens Bal.in l. omnes in fi.col.antep.nu.25.verſ. ſed nunquid ſub illo verbo [ſi quis contra]ff.de iuſt.& iu.ipſam exemplificat in hæreditate iacente , dicens, ꝙ ſub verb. ſi quis contra in ſtatuto contento non includatur hæreditas latens,ſeu iacēs:quia quando ſtatutum loquitur de perſona, non intelligitur de perſona ficta, niſi ſtatutum nominatim ſe ad fictam perſonā extendat.vt in l.3.§.Hæc verba.ff. de negot.geſt. hac ratione nō comprehendit ciuitates,& caſtra,quia propriè non ſunt perſonæ : ſed vice perſonæ, vt in l.mortuo,ff.de fideiuſſ.neq; eos,qui ſunt in vtero:

quia

quia non ſunt perſonę, vt in l.ſu. ff.de colla. bon. hæc ille. Quem ſequutus fuit Ioan.Bapt. à Sancto Seuerino in repet.l.omnes populi.nu.274.verſ.& per hanc doctrinam Bart.Idem rurſus docuit Bal. in ſ.vt hen.Item quicunque.nu.1.C.de epiſcop.& cleric.dicens, quòd ſi in recepto dicatur, quòd Iudex delegatus Martino contra Petrũ, & alias perſonas, quòd iſtud reſcriptum non porrigatur contra Vniuerſitatem, & idem in procuratorio, licèt Vniuerſitas fungatur loco perſonæ, vt in l. mortuo.ff.de fideiuſſ.hæc Bal.vbi ſupra.qui in rubr.C. ad Senatuſconſult.Trebel. nu.2. verſic.in contrarium videtur.

136 Concluſio decimaſeptima. † Diſpoſitio facta in vno caſu véro, trahitur ad alium caſum fictum, reſpectu eiuſdem perſonæ. Hæc concluſio probatur triplici medio. Primò enim per tex.in l.at qui natura.§.fina.cum ſequenti l. ff.de negot. geſtis. vbi hæc habentur, videlicet. [Dum apud hoſtes eſſet Titius, negotia eius adminiſtraui, poſtea reuerſus eſt, negotiorum geſtorũ mihi competit actio, etſi eo tempore, quo gerebantur, dominum non habuerunt.] hęc ibi, In ſequenti verò lege hæc habentur, videlicet. [Sin autem apud hoſtes conſtitutus deceſſit, & ſucceſſori, & aduerſus ſucceſſorę eius, negotiorum geſtorum actio directa, & contraria competit.] hæc ibi. Ex quibus probatur, vt peroptimè collegit Areti. in l.Gallus.§.quid ſi is, col.5.verſ.tertia cõcluſio.ff.de liber.& poſthumis, quòd ſicut ille, qui gerit negotia, quæ ſunt illius eiuſdem perſonæ veræ, poteſt & conueniri actione negotiorum geſtorũ: ita ille, qui gerit negotia, quæ ſunt illius eiuſdem perſonę fictę, ſed nõ veræ, & idem probatur in d.l. ſequenti, ſcilicet ꝙ actio negotiorum geſtorum conceditur pro negotijs geſtis hæreditate verè iacente: ita pro hæreditate, quæ fictè cenſetur iacuiſſe. Nam diſpoſitio facilius extenditur de caſu vero ad caſum fictum, reſpectu eiuſdem perſonæ, quàm reſpectu diuerſarum perſonarum, vt in l.fin. C.de poſthum. hæred.inſtitu.& in l.Titius, §.Lucius. ff.de liberis, & poſthumis.

Probatur & ſecũdò Doctorum auctoritate. Nã expreſsè hoc docuit Aretin, vbi ſupra. & ibidem Bal.& Paul.de Caſtro.

127 Concluſio decimaoctaua. † Diſpoſitio legis, per quam auferetur ius alterius facta in caſu vero, non trahetur ad caſum fictum. Hæc cõcluſio probatur auctoritate Aretini in d.l. Gallus, §. quid ſi is.col.5.verſic.quarta concluſio.

128 Concluſio decimanona. † Diſpoſitum in teſtamentis, vel contractibus non extendetur de caſu vero ad caſum fictum. per not.in l.ex ea parte.§.in Inſulam.de verb.oblig. vbi hæc habentur, videlicet, [In inſulam deportato reo promittendi ſtipulatio ita concepta. Cùm morieris dari; non niſi morietur eo committitur.] vbi Glo. in verſic. niſi moriento eo, dicit notandum inde, quòd mortis
129 † appellatione, naturalis intelligitur, nõ ciuilis, vbi Bart. dicit non ſufficere ciuiliter factum, vbi requiritur naturaliter aliquid fieri. Idem docuit Iaſon in d.§.in Inſulam.nu.1. Dicens, quòd ſtipulatio collata in tempus mortis committitur per mortem naturalem, & non ciuilem. Nam non ſufficit ciuiliter fieri: ſed debet naturaliter impleri.facit l.ſi ita quis.§.is cui.ff.de leg.2. cum verba debeant naturaliter intelligi, & non ciuiliter, vt in l. fin. C.de his, qui ven.æta.impe. & in l.fideicommiſſum in princ.ff.de condit.& demonſtr.& cùm
130 verba † debeant intelligi in potiori ſignificatu. §.ſed ius quidem.Inſtitu.de iur.nat.gent.& ciuil & in l.1.§.qui in perpetuum.ff.ſi ager vect.vel emphit.pe. & in c.ſi pater. de teſtam. in ſexto. & ſic deportatio, quæ eſt mors ciuilis, non æquiparatur naturali. Vnde appellatione mortis intelligitur naturalis, & non ciuilis. Iaſon rurſus idipſum docuit vbi ſupra.nu.3. citans l.cùm pater.§.hæreditatem filius.ff.de leg.2.vbi obligatur ad reſtituenda certa bona in caſum mortis, non tenetur reſtituere ſequuta deportatione, ſed debet expectari mors naturalis. Ad idem l.ſed ſi mors.in princ.ff. de donat.inter vir.& vxor.l.Statius.§.fin.ff.de iure fiſci. Ad idem facit, quia per mortem naturalẽ diſſoluitur matrimonium.c.pen.& fin.extra de ſecundis nupt.& tamen non diſſoluetur per ingreſſum Religionis, quãdo matrimonium fuiſſet conſumatum, vt in c.licitè.32. q.7. c. cum ſis. extra de conuerſ.coniug.etſi ingrediens Monaſterium, dicatur mori ciuiliter, vt in Authen.ingreſſi.C.de ſacroſan.Eccleſ.Idem docuerunt infraſcripti Doctores.Cyn.& Bal.in l.Deo nobis.C.de epiſcopis, & cleric.& cõmuniter per ſcribentes in d.§.in inſulam.& refert Iaſon vbi ſupra. Idem docuit rurſum Bar.in l.ſi cum dote.§.fin. ff.ſolut.matrim. & in Authent.ſi qua mulier. C.de ſacroſanct.Eccleſ. Imol.& Alex.in l.ex facto. §.ex facto. el ſecondo. ff.ad Trebel.& in l.1.§.lex Falcid. ff.ad l.Falcid.& per nonnullos Doct.in l.Gallus.§.& quid ſi tantũ. ff.de liber.& poſthum.Idem Antonius de Butrio, cuius ſententiam retulit, & ſequutus fuit in parte, Panormitanus in c.cum ſis. col.fin. extra de conuerſ.coniug.dicens, quòd quãdo materia, de qua agitur (adde, vt in caſu noſtro) eſt ſtricta, & verba proferantur ab homine, vt etiã de caſu noſtro, cùm pateat teſtamentum, & contractum fieri ab hominibus, & pertinere ad materiam ſtrictam, tunc proculdubio appellatione mortis intelligitur de naturali, & hoc ipſe Panormitanus docuit poſt relatas quinque diuerſas Doct. ſententias.

Limita primò, niſi caſus fictus, vtputa mors ciuilis, produceret, ſeu repreſentaret eundem effectum, quo ad id, de quo quæritur, & nihil aliud
131 poſſet afferre mors naturalis ſequens. Nã † tunc diſpoſitum in teſtamentis, vel contractibus. de caſu verò extendetur ad caſum fictum, prout docuit tex.(ſecundum Alex.ibi.) in l.Gallus. §.& quid ſi tantum. & §.ſequenti.ff.de liberis, & poſthum. & Bar.idem docuit in d.§.in inſulam. citans ad hoc textum in l.Deo nobis. in princ. C.de epiſcop.& cleric. Idem Iaſon vbi ſupra. verſic.capio glo.aſſerens hoc eſſe ſecundum Dyn.Bart.& communiter Doct.quòd quando ciuiliter factum, quo ad id, de quo agitur, omnia repreſentant naturaliter factum, tunc mors ciuilis, æquiparatur naturali, vt in l.actione, §.publicatione.ff.pro ſocio.vbi dicitur de ſocio, qui fuerat deportatus, & ſic amiſerat bona per deportationem, vnde dicitur finiſſe ſocietatem, quia in effectu talis deportatus, & inde priuatus proprijs bonis, quibus vacare ſocietati potuiſſet, cùm deinceps operari non poſſet in ipſa ſocietate, quo ad ipſam reputatus fuit naturaliter mortuus. & ſic de ſingulis. Mors enim ciuilis, dum mors ficta, ſeu caſus fictus, & mors naturalis dr̃ mors vera, ſeu caſus verus, vt patet ad ſenſum. Hæc limitatio probatur quoque per tex. in l.Deo nobis.in princ, C.de epiſcop.& cleric.vbi pactum

de

de lucranda dote in casu mortis, purificatur per mortem ciuilem per ingressum Religionis. Idem per tex.in c.1.§.1. & ibi Geminianus & alij. Ne Sede vacante.in sexto. vbi ad collationem beneficiorum pariter, & inhabilis mortuus,& suspēsus, ideo ibi mors ciuilis,qui est casus fictus,æquiparatur,seu extendetur ad mortem naturalem. Quia ciuilis,quo ad collationem beneficiorum est eiusdem effectus. Idem in c.pen.& ibi glo.4.de supp. negli.prælaror.in sexto. secus est quando casus fictus non æquiparetur per omnia cum vero. & in d.§.in insulam. Idem docuerunt Cyn.Bald. Bart. Alex.Imol.Ias. vbi supra. & alij scribentes vbi supra. & per nonnullos Scribentes In l. Gallus. §. & quid si tantum.ff.de liber.& posthum. Idem docuit eleganter Panormitanus post quinque opiniones recensitas in c.cum sis. col.2. versic. circa hunc articulum. extra de conuers.coniuga.

Limita secundò testator, vel contrahens in casu vero habuisset etiam respectum ad casum fictum. text.in l.1. §.lex Falcidia. ff. ad l.Falcidiam.Imol. & Alex.in dicto §.lex Falcid.

Conclusio vigesima. Superest modo dicere de extensione rescriptorum de casu vero ad casum fi-
132 ctum: & in rescripra † loquentia,seu disponentia in casu vero non extenderur ad casum fictum, etiam similiter eadem ratio, cum hæc sint ambitiosa,& ideo restringenda,vt est casus in c.susceptum.de rescript.in sexto. Imol. & Alex. in l.1.§. lex Falcidia.ff.ad l.Falcid. per illum text. & ratio est,secundum Imol.vbi supra,quia cum procedat casus verus, & casus fictus, & respiciat, & restribat casum verum. Inde sequitur,ꝙ non videtur voluisse respicere casum fictum.argum.in l.cum prætor.ff.de iudic.Idem repetijt Alex.in l.Gallus. §. & quid si tantum.col.3. versic.si autem loquimur in dispositione hominis. ff.de liber. & posthum.

133 Conclusio vigesimaprima sit. Dispositum † in casu vero, per eiusdem non extendetur ad casum fictum,vt in l.3.§.hęc verba.ff.de negot.gest.& ibi per Doct.& per Imol.& Alex. in d.§.lex Falcidia.

Limita primò, dicendo,quòd etsi dicta conclusio sit vera,si haberetur solū respectum ad vsum, & naturam verborum in iure communi contentorum, tamen dispositi de casu vero ad casum fictū fiet extensio ex mente iuris communis fingentis, vt in dicto §.lex Falcidia. & in c.ad audientiam. iuncto c.præced.extra de clericis non resid.& ibi per Doct.& Imol.& Alex. in dicto §.lex Falcidia.

Limita secundò,nisi dispositio iuris communis esset correctoria: quoniam tunc dispositum in casu vero,non extendetur ad casum fictum,sicut dicetur in disposito à iure statutario, quia vtrobiq; reperitur identitas rationis, prout docuit Alex. in d.§.lex Falcidia.col.3. versic.& hoc puto verū: & rursus latius ibidem,vers.nam etiam si ius commune. vbi dicit, quod si etiam ius commune loquens in casu vero esset correctorium iuris antiqui: Nam videtur dicendum habere locum in statuto correctorio, vt in l.præcipimus.in fine.C.de appellationibus.

Limita tertiò, nisi dispositio iuris communis esset exorbitans. per tex. in l.ius singulare. ff. de legibus.& Alex.vbi supra.

Sublimita has limitationes,dicendo dictam limitationem non habere locum, si dispositio ipsa iuris communis extenderet suum dispositum in casu vero ad fictum. Alex. vbi supra.

Sublimita secundò, dicendo illas non habere locū in materia fauorabili, puta causa testamenti conseruandi,vt in l.Gallus. §. & quid si tantum, ff.de liber.& posthum.prout docuit Alex.in dicto §.lex Falcidia.col.3.nu.9.vers.& hoc puto verum.

SVMMARIVM.

1 *Formæ primum signum,quo possumus cognoscere quid sit de forma essentiali alicuius dispositionis, qua cessante, cesset actus ipsius.*

2 *Sententia prolata super re, super qua lis non fuit contestata, est ipso iure nulla, etiam quo ad effectus iam productos,*

3 *Sententia lata contra solitum iudiciorum ordinem, est ipso iure nulla,*

4 *Processus compilatus contra formam, tenoremq; mandati,est ipso iure nullus. & quare.*

5 *Iurisdictioni alterius nunquam derogatur per Papæ generale rescriptum,*

6 *Vbi principaliter aliquid mandatur,illud tanquā principale,& primo tractandum erit: cætera verò secundario, & tanquam accessoria. Vbi verò plura principaliter committuntur, non refert quod illorum primo tractetur, nisi forsan vnum de natura sui præcedat aliud. & commissus articulus principaliter, si committatur, totus processus corruit. & quare.*

7 *De spoliatione prius inquirendum est,quam de proprietate,qui iuris ordo, si omittatur,processus est nullus. & quare.*

8 *Factum contra formam mandati, vel iuris ordinem est nullum,*

9 *Iudex delegatus non seruans formam mandati, seu rescripti, eius processus est nullus ipso iure.*

10 *Iudex quid faciet vbi plura cōmittuntur in rescripto.*

11 *Ordo iuris in rescripto quid denotet, & quid in forma hominis.*

12 *Iudex quid ponderabit, vbi possit cognoscere, quod expressum in rescripto sit de forma,et sic necessario obseruandum,ne corruat actus inde sequutus, & exemplificatur.*

13 *Clausula: Ratione praua procedas, quid in rescripto operetur.*

14 *Superior mandans aliquid fieri per inferiorem, quando dicatur fecisse eum delegatum.*

15 *Actus gestus à delegato non dicitur gestus auctoritate sua, sed delegantis.*

16 *Verbum (auctoritate nostra) quid denotet.*

17 *Mandati fines sunt seruandi.*

18 *Factum contra ordinem datum à Principe,erit ipso iure nullum.*

19 *Formæ substantialis signum est,quando fuisset apposita aliqua conditio per legem, & tunc ipsa forma non obseruata,actus erit nullus ipso iure. & quare.*

20 *Positum in ordine formæ tunc irritat actum si omitteretur,quando talis omissio graue præiudicium generaret,& quare. Necnon quando id quod requiritur esset contemporaneæ exercendum cum ipso actu,quia tunc esset de substantia,& idem dicitur quando illud requireretur ante actum ipsum.*

21 *Vbicunque reperitur decretum annullatiuum,subintelligitur ibi datum fuisse formam, ac per consequens ipsa non obseruata, actum esse ipso iure nullum.*

22 *Ordo iudicij formalis,& substantialis dicitur necessariò requiri, vbi fit mentio de actu aliquo,qui requiritur prius,& posterius,& exemplificatur,quibus non obseruatur, actus erit nullus ipso iure, & quare.*

23 *Vbi*

23 Vbi consilium, ibi salus.

24 Forma, quæ debet actum præcedere, ita est de substantia, & validitate actus, quod si non præcedat, licet sequatur: actus adhuc erit inualidus, & quare, & quando hæc regula fallat.

25 Iudicij substantialia quæ sint, quorum si aliquod omittatur, sententia inde sequens erit nulla ipso iure.

26 Iudicialis ordo in quibus propriè consistat.

27 Licèt prius sit assignandus terminus actori, quàm reo, tamen si vtrique daretur simul, valeret.

28 Libellus etsi dicatur esse de præparatorijs iudiciorum, tamen si omittatur, sententia, seu actus inde factus in iudicio, illo non præcedente, est ipso iure nullus, & quare.

29 Id quod ex forma à iure tradita debet præcedere, si nõ præcesserit erit nullum ipso iure, etiam si diceretur in aliqua dispositione, quod Iudex possit procedere prætermissa solemnitate, seu omni substantialitate,

30 Testis deponens sine iuramento, an eius dictum validũ faciat, si post depositionem iuret se vera deposuisse.

31 Testis iurans super exceptionem dilatoriam, si deposuisset super causa principali non facit fidem super principali, & quare.

32 Testis non iurati a principio dictum, an sit validum.

33 Iuramentum exhibitum à teste sine tactura scripturæ, an sit validum.

34 Testis idem examinatus in eadem causa sæpius, an teneatur semper iurare,

35 Tactus scripturæ explendus per iurantem, quando sit necessarius, & quo membro sit faciendus.

36 Iuramentum in teste, an possit tolli per Papam.

37 Appellantes ab electione, an iurare teneantur, & quando.

38 Iuramentum, quòd non sit seperatè deferendum testi aliquid deponenti, sed simul cum ipsa depositione.

39 Solemnitas vbi requiritur in aliquo acta, in dubio videtur requisita eodem tempore, quo fit actus.

40 Iuramentum testis tactis scripturis, an sit describendum necessario à Notario.

41 Solemnitatem extrinsecam, si non appareat interfuisse, non præsumeretur.

42 Iuramentum delatum a teste post eius depositionem factam sine iuramento, an validam reddat ipsam depositionem.

43 Testis depositio facta remissiuè, an sit admittenda.

44 Testis deponens falsum sine iuramento, vel quando nõ posset probari ipsum deposuisse præuia iuramẽto, vel aliàs, sit puniendus.

45 Iuramentum testis poterit remitti de consensu partiũ, & quare. & si non verificetur in causa matrimonij, quando agitur de ipso dissoluendo. & quare.

46 Iuramentum superueniens depositioni testis non iurati a principio, an validet depositionem ipsam.

47 Iuramentum adueniens contractui post interuallum celebrato, ipsum non validabit. & quare.

48 Donatio facta a patre filio emancipato, quando fuerit valida, & quare.

49 Solemnitatis substantialis præposteratio, quando non vitiat actum requirentem solemnitatem aliquam.

50 Exceptio dilatoria, quando proponenda.

51 Testamentum an sit inualidum, si celebratum fuit coram testibus non rogatis à principio, sed postquàm fuisset lectum.

52 Iuramentum testis, quando dubitatur præcessisse depositionem ipsius, quid dicendum.

53 Episcopo deponenti in iudicio, non datur fides, si deposuerit sine iuramento.

54 Cardinali non iurato deponenti in iudicio in præiudicium tertij non præstatur fides, & quare.

95 Signum septimum est quo cognoscitur quid sit de forma essentiali in dispositione tã iuris, quàm hominis, quando inibi reperirentur hæc verba: aliter fieri non possit, & idem iudicium erit de æquipollentibus verbis ibi insertis, & quare.

56 Formæ essentialis signum octauum est, quando in dispositione tam iuris, quàm hominis fuisset appositũ tempus determinatum, & est memoriæ imprimendum, & quare.

57 Recedens à tempore, recedit à forma.

58 Arbiter quando possit prorogare tempus sibi indictum ad sententiam pronunciandam.

59 Actus factus post tempus constitutum arbitris, vel executoribus alijs alicuius negotij, an sit validus.

60 Signum nonum est, quando statutum prouidet aliter quàm ius commune, super conficiendo aliquo actu.

61 Signum decimum est, quando in quacunque hominis, vel iuris dispositione esset rubrica, quæ diceret de forma alicuius materiæ.

62 Gesta contra solitum ordinem iudiciorum, & contra formam traditam à iure tam communi, quàm municipali, vel à quacunque hominis dispositione, an sortiantur legitimum effectum.

63 Processus compilatus contra formam mandati, est ipso iure nullus.

64 Mandati fines, diligenter sunt custodiendi.

65 Legis verba seruans, & non mentem Legislatoris, an dicatur legem obseruare, ita vt non sit puniendus tanquam talis legis violator.

66 Electionis certa forma tradita à iure, vel homine si seruata non fuerit electio, de iure erit nulla.

67 Iuris ordine non seruato in compilando processu: totus processus corruit, & idem dicitur si forma mandati seruata non fuerit.

68 Fines mandati sunt seruandi de essentia actus, etiam si rescripti verba viderentur esse contra ordinem iuris, cum his non obstantibus non debeat recedi a iure. & quare.

69 Ordine iudiciorum non seruato, quando actus sit nullus, perpulchrè nimis docetur.

70 Plura vbi committuntur in rescripto, an videatur data forma, vt secundum ordinem narrationis actorũ debeat Iudex procedere.

71 Absolutio contra formam hominis præsumpta, an sit valida.

72 Actus non ad plenum contra formam, an sit validus.

73 Factum præter formam, an sit ipso iure nullum.

74 Factum aliquid, quando dicatur contra formam, & quando præter formam, remissiuè, & an factum contra formam sit validum, & exemplificatur.

75 Alimentis alicui relictis sub certa forma, an is possit renunciare.

76 Forma & conditio in rescripto, vel gratia inserta erit verè, propriè, & in forma specifica adimplenda, alioquin gratia, vel rescriptum non sortirentur suum effectum, etiam si adfuerit causa iustissima illam non adimplendi. & quare.

77 Sententia lata sine consilio Sapientis, vbi ex forma statuti requireretur, esset nulla, & quare.

78 Solemnitatis leuis quis effectus, & exemplificatur.

79 Sententia, nisi sit scripta, non habebit nec nomen, nec effectum sententiæ.

80 Factum non seruato modo imposito à lege, an sit nullum, si lex loquuta non fuerit prohibitiuè, & quid sit prohibitiuè.

81 *Clausula annullatiua in lege, aut alia hominis dispositione simpliciter loquente in materia prohibitiua, semper subintelligetur, & quare. & hæc regula exemplificatur multipliciter.*

82 *Prohibita fieri a lege, habentur pro infectis quo ad sui firmitatem, sed non quo ad facientis pœnalitatem incurrendam.*

83 *Solemnitas de iure requisita, quando, si non adhibeatur in actu, annullet actum.*

84 *Formam ad triplicem effectum contingit requiri in aliquo actu.*

85 *Forma substantialis, & accidentalis, quæ dicantur.*

86 *Actus nullitas causata à lege, vel quacunque hominis dispositione, an sit dicenda propriè pœna.*

87 *Religiosus caret velle, & nolle, & ideo non poterit consentire electioni de se factæ ad aliquam Prælationē.*

88 *Actus annullatio vocabitur propriè pœna, quando fuisset introducta ob odium personarum transgredientiū dispositionem iuris alicuius, multis iuribus & Doctorum sententijs multipliciter probatur per relata inferius. vide ergo ibi.*

89 *Prælati non habentes vnde viuere possint, ordinantes ipsis alimenta præstare tenebuntur in pœnam transgressionis præcepti Ecclesiastici prohibentis tales ordinari, & ordinatos sic non recipere executionem ordinis.*

90 *Pœnalis dicitur constitutio decernens actus annullationem, & ideo non extendenda.*

91 *Actus nullitas introducta à iure in odium agentis, dicetur pœna, & sic tale ius pœnale, sed si in defectum solemnitatis, non dicetur pœna, nec tale ius pœnale.*

92 *Actus nullitas, quando sit propriè pœna: mirabilis Bartoli distinctio.*

93 *Contractus, seu quilibet actus factus, lege prohibente, quando sit validus, licet pœna indicta incurratur.*

94 *Legem transgrediens quotuplicem pœnam incurrat.*

95 *Annullationem actus facti contra prohibitionem legis prohibitiuæ in odium transgressorum esse pœnam propriè dictam. Sed si hoc continget propter solemnitatem in actu requisitam omissam, non esse pœnam propriè dictam, impugnatur, & respondetur primæ obiectioni. nu.96.*

97 *Actus præter, vel citra formam cuiuscunque hominis, et iuris dispositionis exercitus, an sit ipso iure nullus.*

98 *Præter, & contra, quando æquiparentur interpretandis iuris, & hominis dispositionibus.*

99 *Formæ omissio in qualibet minima qualitate processus, vitiat totum processum. & quare.*

100 *Puniendus non est qui etsi ad vnguem non obseruat formam mandati, facit tamen id quod esset coniunctum, vel vicinum ipsi mandato, quo ad pœnam ordinariam incurrendam.*

101 *Forma mandati qualificatè distributi in duo mandata, an si seruetur in vno, actus teneat. nu.102.*

103 *Actus tam expressus in forma, quàm si concomitans esset, erit nullus, si forma non seruaretur.*

104 *Amici homicidæ illum adiuuantes in homicidio fororis, quando excusentur.*

105 *Actus omissa forma erit nullus, etiam si talis omissio induxisset faciliorem expeditionem negotij fiendi commissi sub tali forma.*

106 *Actus omissa forma requisita etiam cum consensu vtriusque partis factus, erit nullus ipso iure.*

107 *Legibus prohibitiuis partes non possunt renunciare, & quare.*

108 *Clausula, pro expressis habentes, partes non possunt vti.*

109 *Formæ datæ à statuto inquisitus non potest renunciare, etsi facere possint partes, licet actus sit nullus, tamen non possit opponi, nec allegari nullitas.*

110 *Formæ solum concernentis priuatam vtilitatem, & non publicam, partes possunt consentire transgressioni, concurrentibus tamen quatuor.*

111 *Personalis executio demandata alicui, quando poterit delegari alteri sine speciali licentia demandantis illam.*

112 *Dispositio alicuius iuris aliquid prohibentis, respectu boni publici, & permittentis ratione boni priuati: si insimul in vno casu ambo respectus concurrerint, præualebit fauor respectus boni priuati, & non denegabitur, quod simpliciter ratione boni publici erat prohibitum.*

113 *Ius publicum priuatorum pactis mutari non potest.*

114 *Dispositis à iure communi, vel municipali in fauorem boni publici, vel aliquorum, pro tamen publica vtilitate, & in odium aliorum, nemo posset renunciare consentiendo transgressioni, ac inobedientiæ dictorum iurium, & exemplificatur.*

115 *Clericus non poterit trahi ad formam laicorum, nec ipse renunciare tali priuilegio, & quare.*

116 *Pœna indicta clericis consentientibus sistere foro seculari, quæ sit. & quare.*

117 *Clericum percutiens animo iniuriandi, & irato, est excommunicatus, etiam si hoc faciat consentiente ipso Clerico percusso, & quare.*

118 *Mulier quando renunciare poterit Velleiano iuri sibi competenti.*

119 *Renunciare quisque possit iuri introducto in fauorem priuatum sui ipsius, & sic formæ illum continenti, secus in fauorem boni publici, multiplici Doctorum sententia probatur & apertissimis documentis.*

120 *Clericus verberatus poterit remittere iniuriam factam Ecclesiæ ratione verberum sibi illatorum.*

121 *Iudex à forma rescripti fundata super vtilitate partium, poterit recedere communi ipsarum consensu expresso, vel tacito: secus si super publica vtilitate.*

122 *Iuramentum in testimonio reddendo, licet sit de solemnitate formali, & substantiali, tamen concernit fauorem priuatum principaliter, & ideo poterit à partibus remitti, & quare.*

123 *Iuramentum præstitum contra legem editam in fauorem publicum non obligat iurantem ad sui obseruantiam, & quare.*

124 *Renunciare cui iuri quis possit, & cui non possit.*

125 *Clerici quare non possint vocari apud Iudices seculares.*

126 *Statuto annullante aliquem processum, an ipse validetur, quando pars non opposuit.*

127 *Ius publicum quotuplex sit, & vnumquodq; quid sit.*

128 *Iuri publico, quando possit renunciari.*

129 *Pacto contrahentium, quando poterit iuri priuato, vel publico renunciari, seu ijs, quæ spectant ad ius publicum, vel priuatum, & exemplificatur multipliciter.*

130 *Statuto, si in aliquo apponeretur causa respiciens publicam vtilitatem, tunc pacisci non posset contra illius tenorem, etiam cum iuramento.*

131 *Pactum, vel contractus initus contra publicam vtilitatem non firmatur iuramento, secus si partim pertineat ad ius publicum, partim ad ius priuatum.*

132 *Iuramentum quem contractum prohibitum consolidet, & quem non.*

133 *Statuto decernenti, quod debitori præscribatur decē annis: quare à partibus renunciari non possit.*

134 Re-

An gesta contra, vel præter formam mandati iuris communis, aut municipalis, seu contra priuilegij, aut cuiuscunq; hominis dispositionis sint ipso iure nulla, aut possint extēdi ipsæ dispositiones de casu expresso ad casum nō expressum.

CVM in præcedenti quæstione satis abundè fuerit probatum, ꝙ quælibet dispositio tā iuris, quam hominis ex identitate, vel maioritate rationis extendatur de casu ibi expresso ad casum non expressum, non solùm quo ad nullitatem actus gesti taliter à dispositione

dispositione iuris, & hominis prohibiti, verum etiam quo ad pœnam inibi statutam contra ipsius legis transgressores. Et meritò propter varias Doctorum, ac legum sententias difficillimum admodum videatur Iudices perfectè posse cognoscere, an vera sit conclusio ferè communiter recepta, quòd gesta contra, vel præter mandatum, seu dispositionem iuris, aut hominis sint ita inualida, ꝙ ipsa penitus habenda sint (quo ad omnes ipsorum effectus) pro infectis: ac si nunquã facta fuissent. Cùm ergo nulli dubium debeat esse, examen præsentis quæstionis summopere deseruire dilucidationi veritatis eorum, quæ dicta fuerunt tam in decisione præcedentis quæstionis, quàm cæterarum hucusque allatarum in præsenti tractatu de extensione cuiuscunque dispositionis: eo magis, ꝙ inde scire possimus dictam extensionem, etiam quo ad actus nullitatem in aliquibus casibus posse fieri. Quapropter (Deo Optimo Maximo duce) quicquid notatu dignum circa ipsius quæstionis decisionem ex Legum, Doctorumque sententijs excerpere desuper indultũ fuerit, literis commendare studebimus, procedendo more solito per nonnullas conclusiones, ampliationes, & limitationes, & vt pio Lectori magis, magisque veritas afferendorum clariùs innotescat. primò præmittemus nõnullas conclusiones cõtinentes quædã signa, seu regulas, quib. faciliùs id cognoscat.

1 Primum ergo signum formę est, † quando ab homine exprimitur illud, quod inerat à iure non de necessitate, sed ex honestate, aut de iustitia, seu ordine iudiciario: quia tunc dr̃ dari forma mandati omnino obseruanda, præmittendo tamen quæ sint de substantia ordinis iudiciarij. Sciendum, quòd Bart. in l. prolatam. C. de sent. & interlocut. omn. Iudic. dixit, ꝙ ordo est duplex; Nam quidã ordo est vnius causæ ad aliam causam: alius est ordo vnius causæ ad seipsam. Ordo ergo vnius causæ ad aliam si perueneretur, non reddet sententiã nullam, vt in l. 2. ff. de euict. & ideo ex hoc habes, quòd si prius esset cõuentus fideiussor, quàm principalis: ne, vel priùs possessor, quàm debitor principalis: nec de hoc esset opposita exceptio, teneret sententia: quia peruertitur ordo vnius causæ ad aliam; non vnius causæ ad seipsam. Quidam alius ordo est vnius causæ ad seipsam: & hic est multiplex: Nam quidam est ordo sententiæ: & iste si peruertitur, reddit sentẽtiam nullam. Item si peruertatur substantia sententiæ: quia non continet absolutionem, vel condemnationẽ. Quidam est ordo instantiæ ad sententiam, seu formam iudicij, & ponitur exemplum, quando omittitur litis contestatio: & hic ordo peruersus reddit sententiam ipso iure nullam. De substantia ergo iudiciorum est libelli oblatio, litis in ipsa re facienda, qua non obseruata, facta erunt ipso iure nulla. Hoc signum probatur triplici medio. Nam primò per tex. in cap. cùm dilecta. §. dictum insuper. extra de rescriptis. vbi Innocentius Tertius his præcisis verbis vsus fuit, videlicet: [Dictum insuper Scholasticos, & cõiudices suos inuenimus minus prouidè processisse; cùm enim in litteris nostris eisdem principaliter mandaretur, vt ad prædictam Ecclesiam personaliter accedentes, personæ idoneæ administrationem committerent Abbatiæ: cui ad opus eius fieret hinc inde resignatio subtractorum, ipsi formam mandati Apostolici transponentes, illo Capitulo prætermisso, de alijs articulis inordinatè plurimum cognouerãt, propter quod processum ipsorũ contra nostri formam rescripti, ac iuris ordinem attentatum, irritum decernimus & inane.] hæc ibi. Idem probatur in c. cùm aliquibus. iuncta glos. in versic. cùm aliquibus. de rescriptis. in sexto. vbi Bonifacius Octauus infrascriptis verbis vsus fuit, videlicet: [cùm aliquibus recipiendi aliquem in Canonicũ alicuius Ecclesiæ, non obstantibus eiusdem Ecclesiæ priuilegijs, consuetudinibus, vel statutis, iuramento confirmatione Apostolica, vel quacunque firmitate alia roboratis, per nostras literas concedimus facultatem; si Canonicorũ receptio aliàs in ipsa Ecclesia non spectat ad eos, quibus huiusmodi habere diriguntur, sed ex eorum uiribus recipiunt potestatem: is, qui recipitur, auctoritate Apostolica dignoscitur esse receptus. Si verò Canonicorum receptio aliàs pertineat ad eosdem: non Apostolica, sed recipientium censetur auctoritate receptus. Nisi quòd eum auctoritate nostra reciperent, in nostris literis caueretur expresse.] hæc ibi. Idipsum probatur per text. in c. 2. §. cùm igitur. extra vt lite non contest. vbi idem Innocentius Tertius infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet: [Cùm igitur lis coram eisdem Iudicibus nõ fuerit cõtestata, & manifestè pateret literas ipsas per veri suppressionem obtentas (cùm manifestũ esset duos prædictorum Iudicum, Achonien. videlicet, & Beriten. Episcopos & idem Archiepiscopo tãquam suffraganeos, suo Metropolitano subesse) ac ex his Plebanum legitimè appellasse constaret, in quem (etiam si minus legitimè appellasset) & Iudices ipsi licèt propter contumaciam ex communis fortè potuerunt proferre sententiam, non tamen debuerunt super principali negotio diffinitiuam sententiam, lite non contestata, pro-

2 ferre, prædictas cassauimus sententias, † imò cassas denunciauimus, & inanes. Vnde Tiren. dedimus in mandatis, vt Ecclesiæ Sancti Marci instrumenta restituat, & etiam vniuersa, quę huiusmodi occasione sententiæ per se, vel per alios occupauit.] hæc ibi. Idem probatur per tex. in l. prolatã. C. de senten. & interloc. omn. Iud. vbi hæc habentur, videlicet: [Prolatam à Præside sententiam

3 † contra solitum iudiciorum ordinem, auctoritatem rei iudicatæ non obtinere certum est.] hæc ibi. Idem habetur in c. venerabili. §. quorum processus. extra de offic. deleg. iuncta Glo. ibi in vers. cassauimus. Nam in d. §. quorum. Honorius Tertius infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet: [Quorum processus nobis exhibitos, de fratrũ nostrorum cõsilio cassauimus, iustitia exigente: quia vi-

4 delicet Abbas contra mandati † nostri tenorem, ad inquirẽdum vtrum de dilapidatione suspectus esset Episcopus, eo non restituto, processit: & Archiepiscopus ipse (cùm iam suo functus esset officio: dicto Abbati committendo vices suas) huiusmodi negotium dicto Thesaurario nõ potuit demandare.] hæc ibi. Idem probatur per tex. singularem (secundum Bald. in l. 1. nu. 13. C. quomodo, & quando. & Pan. in c. licet. de offic. ordin. nu. 3.) in c. licèt. extra de offic. ordin. vbi Innocentius Tertius infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet: [Licèt in corrigẽdis excessibus, iuxta Canonicas sanctiones, appellationis diffugium sit interclusum; & ideo Parisiensis Episcopus à nobis receperit in mandatis, vt tam circa viros Religiosos, quàm etiam clericos seculares suæ iurisdictioni

subiectos,

subiectos, qui multa, & grauia crimina com-
mittere proponunt, inquirat & corrigat appel-
latione remota, quæ viderit corrigenda, statués
ad reformationem eorum, quod regulare fue-
rit & honestum. Quia tamen intentionis nostræ
nec fuit, nec esse debuit, iurisdictioni tuæ per
5 mandatum huiusmodi derogare, † præsentium
auctoritate duximus declarandum, quòd si in
inquisitionibus ab eodem Episcopo, non tan-
quam delegato, sed tanquam Ordinario facien
dis, aliquis casus emerserit, in quo licitum sit
ad Sedem Metropolitanam appellare, prædicti
occasione mandati, auctoritati tuæ, quò minus
ad te tanquam Metropolitanum, appellari va-
leat, nolumus aliquatenus derogare.] hęc in di-
cto Canone. Probatur & secundò Doctorum sen
tentia hoc primum signum. Nam Glo. in dicto
cap. cùm dilecta. in versic. transponentes. in ver-
sicul. iuris ordinem. & in versic. irritum. Nam in
dicto versicul. transponentes. concludenter di-
cit, quòd vbi aliquid principaliter mandatur:
6 illud tanquam principale, † & primò tractan-
dum est, cætera verò secundariò tanquam acces-
soria subsequenter sunt expedienda, sicut hìc.
vbi verò plura principaliter committuntur, non
refert quod illorum primò tractetur, nisi forsan
vnum de natura sui præcedat aliud, vt in capit.
causam. de rescriptis. Et ideo cassatus, idest cas-
sus, & irritus nunciatur hic processus Iudicum:
quia articulum principaliter commissum omi-
serunt, de alijs inordinatè plurimum cogno-
scendo: non seruantes formam sibi traditam.
& in dicto versic. iuris ordinem. eadem Glos.
dixit, quòd cùm dicti Iudices non seruauerint
iuris ordinem (qui exigit, vt priùs inquiratur
7 † de spoliatione, quàm de proprietate, vt in ca-
pitulo secundo, tertia quæstione prima, & in l.
ordinarij. C. de rei vendicatione, & in l. incerti
iuris non est. C. de interdic. & in capit. ex con-
questione, extra de restitutione spoliat.) Papa
ostendit eorum processum esse irritum, ac nul-
lum. Et ratio est, quia illa fuit forma manda-
ti: & de substantia iuris ordinarij talis ordo. &
in dicto versicul. irritum. eadem Glosa dicit ibi
Summum Pontificem declarasse duabus de cau-
sis processum irritum, ac nullum: primò, quia
8 contra formam, † & secundò, quia fuerat factus
contra iuris ordinem. Ex cuius glosæ huius di-
ctis elicitur veritas primi signi, quo possumus
cognoscere, quando forma mandati sit de es-
sentia rei, quæ fit virtute talis mandati. hæc
glos. illa. At glos. in dicto capitulo secundo, §.
cùm igitur. in versic. cassauimus. idipsum taci-
tè innuit, dicens, quòd idcircò ibi dicitur [cas-
sauimus, idest cassam denunciauimus.] quia
propriè dicitur cassari sententia, vbi tenet: sed
cùm sententia nulla est, vt hic, sententia non de-
bet cassari: quia quod non est, cassari non de-
bet, sed debet denunciari nulla, vt in capit. per
tuas. extra de sententia excommunicationis.
Idem docuit glos. singularis in Clementina pri-
ma, versic. inhibentes. de iure patrona. post lon-
gam disputationem, concludens, quòd institu-
tio, vel confirmatio facta à Iudice delegato con
tra formam mandati est nulla. facta verò ab Or-
dinario Iudice tenet, quamuis veniat punien-
dus à Superiore, quam Glos. ibidem ita etiam
intelligit, ac etiam sequitur Panormitan. Idem
docuit glos. in dicta l. prolatam. dicens, quòd or
do iudiciorum est, vt offeratur libellus, lis con-
testetur, iuretur de calumnia, depositiones te-
stium conscribātur, & publicentur. sententia scri
batur, & à Iudice proferatur: qui ordo si peruer-
titur, non valet sentētia. Vt si primò pronunciet,
deinde sententiam scribat, vel primò iuretur de
calumnia, deinde fiat litis contestatio. hæc glo.
illa. Idem docuit breuiter Innocentius in di-
cto cap. venerabili. in versic. contra mandatum,
dicens. Nota, si ordo non seruatur cassari pro-
cessum, vt in cap. cùm dilecta. extra de rescriptis.
& intelligitur de ordine, qui studiosè seruari
mandatur, vt in l. diligenter. ff. mandati. Et no-
ta, quòd sicut expoliatus non potest accusari an-
te restitutionem, ita nec de eius criminibus in-
quiri, vt in capitulo primo, secundo, tertio, &
per totum. 3. quæstione secunda. Idem docuit
latiùs, & clariùs Panormitanus in dicto capit.
9 cùm dilecta. numero quarto, dicēs. Nota, quòd
si Iudex † delegatus non seruat formam rescri-
pti, processus suus est ipso iure nullus. & ad hoc
allegatur quotidie iste textus: & nota vnum a-
10 liud singulare, ex isto textu, quòd vbi plura com
mittuntur in rescripto, videtur data forma, † vt
secūdum ordinem narrationis actorum, debeat
Iudex procedere, ex quo primo loco narrata,
videntur studiosiùs præmissa. & ibidem numero
duodecimo, in versicul. nota singulariter istum
textum, & deinceps dicit, quòd si ordo iuris ap-
ponatur in rescripto, rescriptum videtur indu-
cere ibi nouam formam iuris. Dominus Anto-
11 nius dicit hic, quòd ista forma non exprimeba-
tur in rescripto, prout inerat de iure: † quia
à iure inest de iustitia, & non de necessitate.
Si verò deducitur in forma hominis, tunc inest
ille ordo de forma, & non de iustitia tantùm. &
tene menti hoc dictum, pro quo facit singula-
re dictum Bartoli in l. diem proferre. §. stari. ff.
de arbitr. vbi dicit, quòd si compromittitur
in arbitrum, hoc expresso, vt procedat de iu-
re tantùm: non valet processus, seu sententia,
si arbiter processit contra ius: quia non serua-
uit formam compromissi. & quando exprimi-
tur in compromisso id, quod de iustitia, vi-
detur illud apponi pro substantifica forma. Vn-
de ex quo expressio eius, quod inest à iure,
potest aliquid operari præter iuris dispositio-
nem: semper debet intelligi, vt aliquid ope-
retur, vt in capit. si Papa. de priuilegijs, in sex-
to. & in l. si quando. C. de inofficioso testamen-
to. Hoc verò casu potest operari expressio, vt de-
legatus habeat procedere, secundum ius pro
forma, & per hoc substineo illud notabile, &
quotidianum dictum notabile Bart. vbi supra.
sed quia in hoc articulo Doctores nihil ponunt,
immo nihil ferè tangunt hic, ego (inquit ipse
Panormitanus ibidem) aliàs reducendo multa
12 ad concordiam, feci hanc distinctionem: Quòd
aut exprimitur illud, † quod inerat de neces-
sitate, & tunc expressio nihil operatur, & sic in-
tellige notata in capitulo significasti. extra de
officio delegato. & in cap. ad audientiam. extra
de rescriptis. & in cap. olim. el primo. extra de
restitut. spoliat. & plenè per Bartol. in l. tertia. ff.
de legatis primo. Quandoque exprimitur il-
lud,

lud, quod inerat ex sola voluntate, & tunc Superior videtur mandatum nouum concipere. ad hoc vide bonam Glosam, iuncto textu in capitulo cùm aliquibus. de rescriptis. in sexto: Exemplum, Papa mandas Episcopo, vt conferat beneficium Titio. si contulerit, videtur collatio facta auctoritate Apostolica, & non Episcopi: quia licèt Episcopus teneatur conferre: non tamen tenebatur conferre Titio, nisi ex voluntate: Nam in conferendo habet liberam voluntatem, vt not. in capitulo relatum. de præbendis. ideo non exprimitur nunc quod inerat de iure. ad idem, quod not. Glosa in Clementina prima, de iure patron. Quandoque exprimitur quod inerat ex honestate, & tunc expressio inducit nouam formam, & sic potest intelligi capit. venerabili. extra de officio delegati. Et quandoque exprimitur quod inerat de iustitia, vt in casu l. primæ, C. de appellatio. & tunc est dubium. sed puto (inquit ibidem Panormitanus) sic dicendum, quòd aut id, quod exprimitur, sapit instructionem causæ, & non inducit nouam formam, sed potius est quædam commemoratio, seu admonitio, vel instructio: & in hoc casu intelligo dictum Innocentij in capit. prudentiam. extra de officio delega. Aut illud concernit modum procedendi, & tunc inducit nouam formam, & in hoc casu saluo dictum Bartoli in l. diem proferri. §. stari. ff. de arbitr. & dictum Domini Antonij hic, & super hoc membro potest hic intelligi iste textus: & adde ad prædicta, quod legitur, & notatur in capit. ex insinuatione. de rescriptis. vbi quæ-
13 ritur quid operetur illa clausula, † quæ frequentatur rescripto: Ratione præuia procedas, & capit. non enim. induc it nouam formam, vt ibi, hæc omnia docuit Panormitanus vbi supra, quæ sunt vtique memoriæ commendanda. Idem rursus docuit ipsemet Panormitanus in dicto capit. licet. numero tertio, versic. Item nota, quòd Superior. his præcisis verbis vtens, videlicet:
14 Item nota, quòd Superior † scribendo Iudici inferiori, vt procedat contra subditos, seu vt faciat id, ad quod aliàs tenebatur, non dicitur facere eum delegatum, sed potius dicitur excitare officium suum ordinarium, & ad hoc quotidie allegatur iste textus, & concordat ad hoc capitulum penultimum, extra de rescriptis. (Adde tu, quòd vbi habetur, quòd per rescriptū, quo Papa mandat Ordinario, vt corrigat Clericos suæ Diœcesis, non datur ei iurisdictio delegata super exemptos.) quod intelligo (inquit ibi Panormitanus) vt prædixi, quando mandatur id, ad quod aliàs inferior tenebatur, sed si mandatur habenti potestatem, qui non tenebatur illud facere, saltem ita præcisè, vt mandatur, tunc videtur facere eum delegatum. Ad hoc adduco textum cum Glos. in capitulo cùm aliquibus. de rescriptis. libro sexto, vbi dicitur, quòd si Papa mandat Episcopo, vt conferat beneficium vacans, seu vacaturum, certæ personæ: vel vt recipiat eum in Canonicum: videtur in hoc facere eum delegatum, ita quòd receptus vigore mandati, erit Apostolicus, & non Ordinarius: ratio, quia licèt Episcopus haberet potestatem conferendi, & teneretur conferre, non tamen isti, pro quo Papa mandauit: vnde mandatum hoc habet de nouo, & sic non videtur facere tanquam Ordinarius, & sic limito (inquit Panormitanus) istum textum cum materia sua, Ideo dicunt hic Doctores, quòd vbi apponitur in mandato aliquid, quod non spectat ad ordinariam potestatem, videtur mandato illum facere delegatum, vt puta, si in rescripto apponitur clausula, appellatione remota, erit talis causa, in qua appellatio non est à iure remota. Idem si dixisset auctoritate nostra facias, Ad hoc textus in dicto capitulo cùm aliquibus. & textus cum Glos. in capitulo primo. extra de Clerico ægrotante. libro sexto. vel si dixisset, delegamus, vel committimus tibi hanc clausam, vel verba similia. Concludo ergo, quòd vbi per Superiorem scribitur Ordinario inferiori, ex circunstantijs debet deprehendi, vtrum voluerit eum facere delegatum, an excitare officium suum ordinarium. hæc Panormitanus vbi supra. Idem docuit Geminianus in dicto capitulo cùm aliquibus. columna prima, versiculo nota, quòd per ista verba: & notab. sequentibus. & in columna quarta, in principio. versiculo in eadem Glosa, ibi in omni casu: his præcisis verbis vtens, videlicet: No-
15 ta, quòd per ista verba, do tibi facultatem faciendi actum, non tribuitur noua potestas illi, in quem dirigitur dispositio, si aliàs ille poterat actum exercere suo iure; secus si non poterat: quod nota propter statuta, vel priuilegia, in quibus dantur istæ facultates quandoque Potestatibus Terrarum, an dicantur per illam habere nouam potestatem, vel non. No-
ta, quòd actus † gestus à delegato non dicitur gestus auctoritate sua, sed delegantis. ad hoc capitul. præterea. & capitul. sanè. el secondo. extra de officio delegati. Nota, quòd rescriptum dans facultatem exercendi actum directè habenti potestatem, dicitur potius excitatiuum potestatis, quàm concessiuum au-
16 ctoritatis. Nota, quòd verbum († auctoritate nostra) imprimit potestatem delegatam, quando apponitur in litteris directis, habenti aliàs potestatem ordinariam. & in dicto versiculo, in eadem Glosa ipsemet Geminianus his præcisis verbis vtens, expressius se subscripsit præsenti primo signo, dicens. Nota bene istam Glosam. Quia si Superior præcipit inferiori, vt faciat actum, quem ille poterat facere auctoritate ordinaria, dicitur tunc facere auctoritate delegata. quod nota: quia habetur vna limitatio ad capitul. licet. & capitulum graue. extra de officio ordinario, & est hoc vtile scire propter appellationem apponendam ab illo, quia ad alium appellatur, quando procedit vt Ordinarius, & ad alium, quando vt delegatus. Hæc omnia Geminianus, vbi supra. Idem apertiùs docuit Felinus in dicto capitulo cùm dilecta. columna quinta, in versiculo primum signum formæ est. qui ad verbum se subscripsit præsenti primo signo formæ, iuxta tale signum intelligit, quod docuit Baldus in dicta l. prolata. Cuius sententiam ad verbum infra referam: Idem docuit Archidiaconus in secunda quæstione prima, in Summa. super versicul. Glos. illius. In versiculo tenet sententia. his verbis vtens, videlicet:

Dicas,

Dicas, quòd si contra solitum ordinem fiat, processus tenet, nisi sit talis ordo, qui sit de substantialibus, at vbi non est ordo communis iudiciorum, sed specialiter à Papa praefixus; si quis hunc ordinem non seruat, nihil valet processus.
17 Et est ea ratio: quia fines mandati † sunt obseruandi, vt in l. diligenter. ff. mandati. Idem docuit Geminianus in dicta 2. quaestione prima, in summa. Idem docens Bartolus in dicta l. prolatam. inter alia notatu digna, dixit, quòd si omittatur ordo iudiciarius in substantialibus sententia, inde postea lata erit nulla. Idem docuit Baldus in dicta l. prolatam. colum. secunda, numero 11. versicul. Et nota, quòd Princeps his praecisis verbis vtitur, (quae probant praesentem cõclusionem, docentem hoc primum signũ.) videlicet: Nota, quòd Princeps ea, quae non sunt ordinis, potest facere, quòd sint ordinis substantialis: quia quicquid Principi placet, quod fit, est ordo substantialis, idipsum est, quia Princeps apponit ordinem, nisi cum magno ministerio, & ratione, vt in capitulo cùm dilecta. extra de rescriptis. & in capitulo cùm venerabili. extra de officio delegat. Vnde in ordine dato à Principe,
18 non distinguimus vtrum sit ordo causae † ad se ipsam, vel ad aliam. Quia semper quod fit contra ordinem datum à Principe, est ipso iure nullum. haec omnia Bald. in dicta l. prolatam.

19 Secundum signũ formae substantialis est († qua omissa, seu non obseruata actus est ipso iure nullus) est quando fuit apposita aliqua conditio per legem: nam talis conditio nunquam dicetur leuis. Hoc signum probatur auctoritate infrascriptorum Doctorum. Nam Baldus in Authentica matri, & auiae. columna secunda, numero septimo, octauo, nono, & decimo. C. quando mul. tut. off. fun. pot. quem sequitur Felinus in cap. cùm dilecta. numero sexto, versicul secundum signum. Idem docuit rursus Bald. Alexand. & alij in l. prima, ff. de liberis, & posthumis. Aretinus in cap. de causis. columna tertia, de testibus. asserens hoc contingere, quoniam conditiones important causam finalem, vt tradit Bartolus in l. secunda, §. finali. ff. de donation. & firmat Albertus Brunus in tractatu de forma. fol. 16. columna prima, versiculo vndecima conclusio, dicens hanc non esse leuem solemnitatem, & ideo eius omissio viciat, potissimè, cùm ista adiectio conditionis concernat illud, in quo consistit substantia dispositionis. Idem docuit Parisius in consilio decimonono, numero tertiodecimo, & quartodecimo, volumine secundo. & ratio horum traditur ab eodem Parisio in dicto consilio suo decimonono, numero 156. volumine secundo, cùm dicat, quòd natura conditionis sit, vt suspendat actum, & dispositionem: ita quòd dies illius non dicatur venisse, nec cessisse conditione pendente, vt in l. cedere diem. ff. de verborum significatione. & in l. vnica. §. sin autem deficientis. C. de caduc. tollen. Idem docuit Decius in suo consilio vndecimo, numero nono, versic. & conditio.

Tertium signum est, quando illud (quod si om
20 mitteretur, † generaret graue praeiudicium) ponitur in ordine formae: tunc ordo legis censebitur substantialis: ac per consequens actus factus, ipso ordine formae non obseruato, & ipso iure nullus. etiam si essemus in dubio, & hoc signum probatur auctoritate Felini, vbi supra. versiculo tertium signum. & per allata ibi ab ipso.

Quartum signum formae substantialis alicuius actus est illud, quod requiritur contemporaneae cum actu ipso exercendo, sed si requireretur post actum ipsum, tunc nullo pacto esset de forma, seu substantia actus, etsi posset appellari solemnitas effectualis, quae tribuit robur actui iam formato, sicut insinuatio donationi, & cautio restamento in casu capituli quanquam. de vsuris. in sexto. Hoc signum traditur, ac probatur per Felinum vbi supra. in versiculo quartum signum. recensentem aliorum sententiam. Idem docuit Bartolus in l. vniuersa. numero quinto. versicul. contra. C. de precibus Imperatorum offerendarum. Idem docuit Angelus in consilio trigesimosexto, incipien. Pro decisione quaesitorum. Idem docuit Dominicus in capitulo, vt circa. §. primo, columna sexta. de electio. in sexto. Idem docuit Cardinalis post Zenze. in Clementina causam. §. penultimo, columna prima, ibi [Nam omnia.] de electio. vbi & Imola in vltima charta idem dixit. Idem docuit Ioannes Andreas in capitulo quanquam. in fine. de vsuris. in sexto. Ancharanus in consilio suo 416. incipien. Viso, & diligenter ponderato. in fine. Felinus rursus post Cardinalem in capitulo significauerunt. extra de testibus. Idem Panormitanus in capitulo secundo, numero quinto. versiculo ad vnum tamen aduerte. extra de testibus. & in capitulo quoniam. in principio. extra vt lite non contestata. Idem rursus Felinus in dicto capitulo cùm dilecta. numero septimo, versic. amplia sextò.

Amplia singulariter allata in dicto signo quarto, dicendo illa habere locum etiam si aliqua solemnitas requiratur ante aliquem actum: nam dicta forma erit substantialis, qua omissa, actus erit ipso iure nullus, vt peroptimè docuit Baldus in l. vniuersa. numero secundo. C. de precibus Imperatorum offerendarum. cuius praecisa verba referam infra in probationem primae conclusionis afferendae in decisionem praesentis quaestionis. vide ergo ibi latiùs, & per Felinum in dicto capitulo cùm dilecta. in versiculo quartum signum. & per Parisium in consilio decimonono, numero centesimo octuagesimoquinto, volumine secundo.

Quintum signum est. Vbicunque est decretum
21 † annullatiuum. Nam ibi subintelligitur tacitè datam fuisse formam, qua omissa actus esset ipso iure nullus. Hoc signum probatur per Felinum vbi supra. versiculo quintum signum. & per me latiùs infra.

Sextum signum est. Vbicunque est priùs, & po-
22 sterius: Nam ibi est ordo formalis, † & substantialis, vt exempli gratia, statutum aliquod requirens consilium Sapientis in proferenda sententia, vel in alio actu legitimo exercendo: tacitè enim hoc statutum videtur ad vlteriora procedere, videlicet: Vt consilio praetermisso sententia diffinitiua sit ipso iure nulla. Hoc signum docuit Baldus in l. vnica. numero octauo. versicul. ex dicto ergo Roff. C. ne lic. in via, eademque caus. &c. qui ibidem subdens rationem dicti signi. his praecisis verbis vsus fuit, videlicet: Et ratio est: quia vbicunque est prius, & posterius, ibi est ordo: sed consilium est priùs, quàm consiliarum: ergo est datus ordo iudicij, vt in l. prolatam. C. de sententia, & interlocutor. omnium Iudicum.

23 Item est ordo ponderosus: quia vbi † consilium, ibi salus, vt in l. dubium non est. C. de repudiar. Item quia potest consilium trahere Iudicem ad sententiam suam, vt in l.sicuti. ff.de recept. arbitris. multò fortius ergo si statutum diceret, quòd esset pronunciandum secundum consilium: quia consilium tunc est tam causa materialis, quàm formalis, sine qua nulla res subsistit, vt in l. Iulianus, ff. ad exhibendum. Non obstat l.Titium, & & Mæium. ff. de administratio. tutor. quia ibi in officio tutoris, quod habet per se formam, & naturam. hæc omnia Bald. vbi supra. cuius sententiæ se subscripsit Felinus, vbi supra. in versic. sextum signum, ad verbum docens ipsum signum per me hic relatum. Attamen singulariter ipse Fe
24 linus ibidem addidit, dicens, quòd forma, † quæ debet præcedere, est de substantia, & non potest sequi, vt etiam docuit Bartolus in l. vniuersa. C. de precibus Imperatorum offerendarum. & Paul. de Castro copiosè in consilio 81. colum.penult. versic.secundò potest respondeti. vbi vide per te, de quo tamen infra latius dicam. Quando solemnitas potest sequi, non dicetur de substantia, vel de forma, de quibus etiam infra latiùs. Idem docuerunt Cardinalis in Clementina prima, quæstione trigesimatertia, de decimis. & Hostiens.in capit cum olim. extra de arbitris. dicentes, quòd quando traditur modus, & ordo aliquid faciendi., & sumus in dispositione hominis, in dubio prædicta tradita censentur pro forma. Idem docuit Ioannes Andreas, & communiter Doctores post Glos.in cap.cum dilecta. extra de rescriptis, dicentes illud potissimè procedere quando apparet, quòd ponens ordinem vult præcisè illum seruari per textum in cap.quapropter.& cap.proinde. & cap.fina.de elect.in sexto. quorum dictum sequitur Albert.Brunus in tract. de forma. fol.41. columna prima, versic.prædicta conclusio. & ibidem columna secunda, versic.secundo. Idem docuerunt rursus Innocentius, Ioannes Andreas, Dominicus, Antonius, Panormitanus, & cõmuniter alij Doctores in dicto cap.cùm dilecta. asseuerantes hoc signum sine dubio procedere, quando apparet de mente disponentis, quòd voluerit tradi illud pro forma, vel quando apparet de vehementi affectione disponentis circa talem ordinem: Nam tunc præsumitur pro forma traditus. Idem elegantissimè docuit Paul. Parisius in consil. 19. incip.ad resolutionem.nu.8,9.& 10. volumine secundo. Idem docuit Augustinus Berous in consilio suo 87. numero tertio, & Alexander in consilio 98. volumine quarto. Nam, vt docet Bald.in l.prolatam. numero 12. C.de sentent. & interloc. omn Iudic.in ordine dato à Principe non distinguimus vtrum sit ordo vnius causæ ad seipsam, vel ad aliam. Quia semper quod fit contra ordinem datum a Principe, est ipso iure nullum. hæc ille. Etsi verissima sit regula tradita in præsenti sexto signo, tamen ipsa recipiet infrascriptas fallentias.

Fallunt singulariter dicta in dicto signo sexto, quando talis actus in forma legis præmittendus concernat præparatoria iudiciorum, seu Præludia, quæ fiunt ante litis contestationem: Nam in talibus, si a Principe aliud iniungeretur, talium omissio non induceret violationem formæ legalis. Hæc fallentia probatur infrascriptorum Doctorum auctoritate. Nam Speculator solemniter in fine Procemij secundæ partis, numero 1, versic. & nota. postquàm multa præparatoria iudiciorum enumerasset, concludit, dicens. Et non omnia præcedentia sunt iudicij substantialia,
25 † sed quædam ex his, videlicet: Primò citatio, vt in cap.primo, extra de causa possess. & propriet. Secundò, litis contestatio, vt in cap.vnico. de litis contestatione. Ratio est, quia ipsa est iudicij fundamentum. Tertiò, iuramentum de calumn. vel de veritate, vt in l.secũda, §.sed quia veremur. C. de iuramẽt.calumn. Quarto, sententia, vt in capit. licet Heli. extra de simonia. Hæc ergo quatuor solùm sunt substantialia iudiciorum, quorum si aliquod omittatur ex his, vel præposteretur, non tenet sententia ipso iure, vt in l.prolatam. C. de sentent.& interloc.omn. Iudic. Cætera autem præmissa non sunt ita substantialia, quamuis in ipsis iudicijs sint seruanda, cùm sic solitum sit seruari, vt in capit.causam, quæ.extra de rescriptis. si verò alius ordo à Principe iniungatur, ille etiam seruandus esset: alioquin non valeret quod ageretur, vt in capitulo cùm dilecta. extra de rescriptis. & in capitulo exhibita. de iudic.
26 Nam † ordo iudicialis propriè dicitur consistere in his, quæ aguntur intra litis contestationem, & sententiam. hæc omnia docuit ipse Speculator vbi supra. Idem docuit Bartolus in l. si quæramus. numero quarto, versiculo quæro quid si iste ordo. ff. de testamentis. dicens, quòd ordo eorum, quæ non sunt de substantialibus iudiciorum, si omitteretur, sententia inde lata, esset valida, vt in l. ait prætor. §. permittitur. ff. de minor. vbi habetur, quòd licet super emergenti debeat pronunciari, tamen si omittatur, sententia propter hoc non dicetur nulla. Ad idem facit, quia etsi ordo est regulariter obseruãdus, vt priùs
27 detur † terminus actori, quàm reo, vt in l.exceptione. C. de probationibus, nihilominus si vtrique detur simul, valet, vt in capitulo licet. extra de probation. & in capitulo de testibus, extra de testibus, vt etiam docuit Speculator in titulo de teste. §. nunc tractandum. versicul. sed si proponitur. hæc Bartolus vbi supra. Idem docuit Baldus in l. prolatam. per totum. C. de sententia, & interlocut. omnium Iudicum. & apertiùs idem Baldus in Authentica generaliter. numero decimoseptimo, versiculo nam iste ordo. C. de Episcopis, & clericis, præcisis verbis vtens, quæ nos asseremus in probationem subsequentis primæ limitationis, vide ibi. & in alijs locis citatis à Felino in capitulo cum dilecta. numero sexto, columna septima, versicul. quæ tamen dicta in hoc sexto signo. extra de rescriptis. quem & ipse ibidem sequitur.

Limita allata in dicta fallentia, dicendo ipsa
28 non habere locum in libello; Nam etsi sit † de præparatorijs iudiciorum, tamen cùm ipse sit fundamentum iudicij, & quicquid substantiale, si omittatur sententia, seu actus inde factus in iudicio, illo non præcedente, est ipso iure nullus. Hæc limitatio probatur (vltra relatas à me Doctorum auctoritates, supra in probationem dictæ vnicæ fallentiæ) auctoritate infrascriptorum Doctorum, videlicet: Nam Bal. hoc docuit in Authent. generaliter, num.17. versic.nam iste ordo. C.de episcopis, & cleric.his præcisis verbis vtens, videlicet: Nam iste ordo non est forma iudicii, sed quoddam præambulum: ordo enim iudicij propriè non consistit in præparatorijs iudiciorũ,

vnde

vnde quicquid omittitur circa præparatoria non vitiat, excepto libello, ſuper quo debet fundari iudicium per conteſtationem litis. Ita not. Speculator in ſecunda parte, in Procemio, ante illum titul. de Preparatorijs iudiciorum, quod eſt menti tenendum. hęc Bald. Idem docuit Felinus vbi ſupra columna ſeptima, verſic. aqua doctrina excipe. Imò & communiter omnes Doctores idipſum docuerunt, dum loquunt de eſſentialibus iudiciorum.

Amplia ſingulariter allata in dicto ſexto ſigno dicendo, quod adeo illa ſint vera, quod etiam ſi diceretur in aliqua diſpoſitione, quod Iudex poſſit procedere prætermiſſa ſolemnitate, ſeu omni ſubſtantialitate, nihilominus non poterit poſtpo-
29 nere id, quod † ex forma a iure tradita debet pręcedere: Nam ſi hoc faceret, actus eſſet ipſo iure nullus, vtputa, teſtis primo deponit, & poſtea iurat de dicenda veritate, eo quod tunc regulariter dictum eius fidem non faciat in iudicio propter poſtpoſitionem iuramenti, quod præ-
30 cedere debebat, † ſecundum formam iuris traditam, in qua habetur, quòd niſi a parte iuramentum relaxaretur dictum teſtis non iurati, non præiudicat contra tertium, vt docuit tex. in cap. quotiens tuis quæſtionibus. & in capit. de teſtibus. in princ. cap. nuper. extra de teſtibus, & in l. iuſiurandi. C. de teſtibus. Dixi regulariter propter duplicem fallentiam, quam pręſens ampliatio recipit. Hæc ergo ampliatio ſic declaratur triplici medio. Primò enim per argumentum in capitulo de teſtibus. in principio, extra de teſtibus, vbi Innocentius ſcribens Tyreñ. Epiſcopo, his precifis verbis vſus fuit, videlicet. [De teſtibus, & infra. Conſultationi tuæ taliter reſpondemus, quòd ſi teſtes ſint inducti ad exceptionem dilatoriam ſolummodo probandam: cum ſuper ea tantum iurauerint dicere veritatem, ſuper principali, nec debent audiri, nec cogi teſtimonium perhibere, vtpote, ſuper quo deponerent non iurati.] hæc ibi. Dixi probari præſentem ampliationem per argumentum in dicto capitulo de teſtibus. quoniam licèt ad verbum illa ibi non contineatur, bene tamen in ſententia. cum eo ipſo, quod ibi dicitur, quod non debeant audiri teſtes ſuper principali negotio, qui iurauerant ſe
31 depoſituros † ſuper exceptione dilatoria, tacitè dicitur; quod non valeat dictum teſtis non iurati, etiam ſi forſan ſuperueniſſet iuramentum rationibus infra afferendis in probationem præſentis ampliationis. Idem probatur per textum in capitulo hortamur. 3. quæſtione nona, & in capit. fina §. iuſiurandi. 4. quæſtione ſecunda, & tertia, vbi hæc habentur, videlicet: [Iuſiurandi Religione teſtes priuſquam perhibeant teſtimonium, coarctentur.] hæc ibi. Quæ verba prius protulerat Imperator in l. iuſiurandi. C. de teſtibus. dans formam recipiendi depoſitiones teſtium in iudicio validas. Idem probatur per tex. in capit. fraternitatis. in fine. extra de teſtibus, vbi hæc habentur, videlicet: [Duximus tibi reſpódendum, quod in apellationis cauſa, ſi noua contigerit emergere capitula, ſuper quibus aliqua partium voluerit nouos teſtes inducere, vel per iam receptos aliquid comprobare: eos credimus poſſe recipi ſuper nouis duntaxat capitulis, receptis prius ab ipſis, ſecundum formam recipiendorum teſtium, iuramentis.] hæc ibi, Idem apertius probatur in l. ſolam. iuncta Gloſ. in verſic. ſolam. C. de teſtibus. vbi hæc habentur, videlicet: [Solam teſtationem prolatam, nec alijs legitimis adminiculis cauſam approbatam, nullius eſſe momenti certum eſt.] hæc ibi. Et in dicta Gloſ. hæc habentur. ſolam. ſola, ſine iuramento. ſola, extra iudicium. ſola, ſine adiectione cauſæ. Probatur & ſecundò præſens ampliatio Doctorum auctoritate. Nam ipſi ſe ſubſcripſit Gloſa in dicto capitulo de teſtibus. verſicul. non iurati. ipſius ſententiam interpretando, prout interpretati ſuimus dictum textum. Idem docuit Innocentius in dicto capitulo de teſtibus. Idem docuit Panormitanus in dicto capitulo de teſtibus. numero octauo. verſic. vlterius inducitur hæc litera. qui poſtquàm retulit nonnullos Doctores ita etiam ſentijſſe, ipſe concludendo dicit, quòd ſi ab vtraque parte non remittatur iuramentum dictum
32 teſtis non iurati † a principio non valet, etiam ſi poſt dictum ſubſequatur: quia iura communiter exigunt. vt teſtes priùs iurent, vt in capitulo fraternitatis. in fine. extra de teſtibus. & hic, ſcilicet in dicto capitulo de teſtibus. & in dicto §. iuſiurandi. & in capitulo hortamur. 3. quæſtione nona, quia hic ordo videtur ſubſtantificus, vt teſtis timore iuramenti, dicat veritatem. Si autem priùs depoſuiſſet, poſtea non prodeſſet tantùm iuramentum: quia timeret reuocare ne puniretur per Iudicem. argumentum in l. nullum. C. de teſtibus. & in capitulo ſuper his, extra de pœnis. Nam dixerat falſum, forſan credens non iurare. Nam iuxta bonam Gloſ. in capit. vt circa. de electio. in ſexto. in verſic. corporali. vbi diſpoſitio
33 exigit iuramentum cum tactura, † non ſufficit ſi iuratur ſine tactura: quia non ita adſtringitur ad veritatem dicendam ſine tactura, ſicut cum tactura. argumentum in cap. mouet. 22. quæſtione prima, & quod notat Innocentius in cap. & ſi Chriſtus. extra de iureiuran. hæc omnia Panormitanus. vbi ſupra. qui idipſum breuiùs docens in ca. fraternitatis. columna finali. in verſic. & idem ferè dicendum. extra de teſtibus. dixit, quòd ceſſante conſuetudinem, non videretur valere actus, vbi ius pro ſolemnitate exigit tacturam Euangeliorum, ſi prætermittitur. & ſi iuramentum de ſe ſit validum ſine tactura, vt in cap. & ſi Chriſtus. extra de iureiurando. Nam dicta tactura exigitur ad maiorem terrorem incutiendum teſtibus. hæc Panormitanus qui idem repetijt in capitulo laudabilem. notabili ſecundo, extra de frig. & malef. Idem docuit Felinus in dicto capitulo de teſtibus. columna tertia, numero quinto, & ſexto. verſiculo & in quantum. Innocentius verò dicit, quòd communiter a Doctoribus tenetur, quòd dictum teſtis, qui iurat poſtquàm tulit teſtimonium, non valeat, quia iuramentum debet præcedere per textum in dicto capit de teſtibus. hæc Felinus. qui idipſum repetens in dicto cap. fraternitatis. notabili ſecundo, numero ſecundo. dicit, quòd iuramentum ſemper debet præcedere teſtificationi, in tantum, quòd ſi teſtis, qui fuit teſtificatus in vna cauſa, & producatur iterum in eadem cauſa debet de nouo iurare ſuper eodem articulo: & eſt ratio, ſecundum Docto-
34 res, quia in primo teſtimonio † non videtur iuratus, niſi ſuper interrogandis; ſecus a principio iuraſſet ſuper tota cauſa, ſi repeteretur in cauſa eadem. Sed ſi cauſa appellationis rurſum tenere-

tur iurare, qui Felinus ibidem nume. 12. versic. in
Glos. fina. dicit, quod cessante consuetudine non
valeat actus, vbi ius pro solemnitate exigit tactu
35 ram † Euangeliorum, si omittitur, & oportet scri
pturam tangere manu, & non pede, vel cubito. &
si non negetur, quod iuramentum de se sit vali-
dum sine alicuius tactura, simpliciter loquendo,
tamen in aliquibus casibus eius tactura est de es-
sentia, ac validitate actus, vt dictum fuit in de-
positione facta a teste ad maiorem firmitatem.
Nam quælibet forma a iure, prout est ista in iu-
ramento testis requisita, capit virtutem: vnde hoc
iuramentum à teste exhibendum sub tali forma
habuit originem a iure; & idcircò ipsa mutata,
erit aliud iuramentum, & non testis, vt in l. Iu-
lianus, §. sed & si quis, cum similibus. ff. ad exhi-
ben. Nam quælibet forma à iure introducta in-
telligitur esse præcisa, vt in l. Constitutionibus.
ff. ad municipal. & lex, quæ dat formam, sem-
per intelligitur tacitè procedere ad nullitatem
actus, forma non seruata. hæc omnia Felinus vbi
supra, qui apertius in terminis præsentis nostræ
ampliationis, loquens in capit. cum dilecta. co-
lumna octaua, in princip. versic, ex prædictis ad-
de. extra de rescriptis. his præcisis verbis vtitur,
videlicet; Ex prædictis adde, quod etiam si di-
ceretur in aliqua dispositione, quod Iudex possit
procedere, prætermissa omni substantialitate, ta
men nõ poterit postponere id, quod ex forma nõ
debet præcedere: puta facere, quod testis primò
deponat, postea iuret, hæc Felinus, qui volens af-
ferre rationem talis suæ opinionis, in cap. consti-
tutus. nume 16, versic. & pro hac limitatione ad-
duco stupendam. extra de rescriptis. his præcisis
verbis vsus fuit, Adduco stupẽdam, & Canonistis
incognitam decisionem Augustini de Anchona
in lib de potestate Ecclesię. quæstio, 55. artic. vlt.
36 vbi disputando concludit, quòd † Papa non po-
test dispensare, quòd in ferendo testimonio in iu
dicio non interueniat iuramentum, quia hoc est
de iure Diuino, quòd testis iuret per id, quod ha
betur Genes. cap. 31. versic. 44. cum Laban post fu
gam Iacob cum suis vxoribus a domo sua requi-
siuit eum, vt iniret fœdus secum, vt esset vtriq; in
testimoniũ, quapropter Iacob lapidem illum eri
gens in titulum; & rursus ibidem, versic. 53. dici-
tur. Iurauit ergo Iacob per timorem patris sui
Isaac. Nec dicas (inquit ibidem Felinus) vltra
Augustinum, si pars potest remittere hoc iuramẽ
tum, vt in cap. tuis. extra de testibus. cur non Pa-
pa? Quia respondeo, quòd istud argumentum est
fallacia, sicut si a simili argueretur sic. Si potest
aliquos donando rem sibi ablatam facere, ꝙ illa
ablatio non sit furtum; cur non poterit Papa face
re, quòd auferens rem alteri, eo inuito, nõ com-
mittat furtum? est enim iuramentum testis fauo-
re partis inductum. Vnde ipse ei renunciare po
test. Concedo bene, quod parte volente, valeret
dispensatio Papę. Sed tunc frustra adiretur Papa
pro dispensatione. Tene itaque perpetuo menti
dictum Augustini vulgo incognitum. Sed quod
non iuratos Papa non possit habilitare pro inte-
gris, est mirabilius; cum hoc nõ sit ita expresè iu
re Diuino decisum, licet de teste periuro loquan
tur aliqui textus Testamenti veteris, allegati per
Ioan. Andr. in Regul. non est sine culpa. colum. 2.
versic. secundo sic proba. de reg. iur. in sexto. hæc
omnia docuit Felin. vbi supra, qui idipsum repe-
rens in dicto cap. cum dilecta. nu. 7. ampliatione
sexta, his præcisis verbis vsus fuit, videlicet: Am-
plia sexto (scilicet dictam nostram conclusionẽ,
quòd etiam si solemnitas, quæ est de forma) se-
quatur actũ, actus erit nullus si debuisset fieri si-
mul cũ actu; vt late Bald. in l. 1. col. 24. vers. extra
quarto. C. qui admitti. inferens, ꝙ consensus pro-
pinquorum requisitus a statuto in contractu mu
lieris non potest sequi: quia cùm sit de forma, ni-
hil operatur, nisi interueniat in actu, sufficit tñ
quod interueniat antequam diuertatur ad actus
extraneos, vt latius per eũ hoc ipsũ concludentẽ,
ꝙ non sufficeret ratificatio. Idẽ docuit implicitè
Glo. in c. vt circa. versic. corporali. de elect. in sex
to. dicens. Dicas secundum Guliel. & Gar. quod
si iuret pręsente textu Euangeliorum, & non tan-
gat, quod huic Constitutionis satisfactum nõ est,
& sic Papam Nicolaum interlocutum dicunt. Si
autem Euangelia tãgeret pede, vel cubito, si ma
nus habet, non sufficit: quia singula membra sin-
gula habent officia, vt in cap. singula. distin. 89. fa
cit enim contra generalem consuetudinem, quę
est optima interpres Legum, vt in cap. cum dile-
ctus, extra de cõsuet. Idem docuit eodem modo
Archidiac. in dicto cap. vt circa. col. 4. in princip.
nu. 3. versic. & intelligunt quidam. dicens, quod
quidam intelligunt, ꝙ istud Sacramẽtum debeat
pręstari antequam opponentes, siue appellantes
diuertant ad extraneos actus: & hoc colligunt ex
37 tenore huius, decretalis, & nisi cũ appellãt, † præ
stant hoc Sacramentum, non valeat appellatio: vn
de si hodie appellẽt, & cras iurent, non valet ap-
pellatio, & dicunt, quod Papa Nicolaus sic diffi-
niuit, & sic etiam seruat Curia: & hoc plane col-
ligitur ex intentione huius Constitutionis, cùm
dicat. Appellationes omnia, & singula exprimant
corporali pręstito Sacramento, scilicet in conti-
nenti, antequam diuertant ad extraneos actus.]
Ad hoc tex. in l. hęredes palã. §. fi. ff. de testamen-
tis. & in l. cum antiquitas. & l. hac consultissima.
C. de test. & in l. non erit. in fine. ff. de iureiuran.
38 Vnde cum † iuramẽtum sit de substantia, non de
bet præstari separatim, & hoc probat hęc littera
sequens, dum dicit infra. sic exprimunt, &c. hęc
omnia Archidiac. vbi supra. Idem docuit Domi-
nicus a Sancto Geminiano post dictam Glo. in di
cto cap. vt circa. in versic. corporali. dicens, quod
39 vbi aliqua solemnitas † requiritur in celebratio-
ne alicuius actus, in dubio videtur requisita eo-
dem tempore, quo fit actus. hęc ille. Idem aper-
tius docuit Lanfrancus de Oriano in repet. cap.
quoniam contra ritul. testium depositiones, nu-
mero 4. 5. & 6. dicens, quod testis debeat deferre
iuramentum tactis scripturis, vt docet Glos. in di
cta l. iusiurandi. Vnde Notarius, qui examinat te-
40 stes debet scribere, quod iuramentum † delatum
fuit tactis scripturis, & ideo si in depositione te-
stium non est appositum tactis scripturis; sed so-
lum dicatur, quod suo iuramento testificando di-
xit, &c. eius dictum non valet, ita docuit sin-
gulariter Glos. supradicta in dicto capit. vt circa.
& est rario, quare testis debeat tangere scriptu-
ram in iurando; quia scripturam tangere est so-
41 lemnitas † extrinseca, quæ non præsumitur, nisi
appareat, vt in l. quæcunque. §. si a pupillo, ff. de
public, & l. sciendum. ff. de verborum obligatio-
ne. & iuramentum testis debebit interuenire an-
te depositionem, vel post incontinenti, secundum
Bal.

Bal.in l.iuſiurandi, C.de teſtibus. Vnde ſi teſtis de
poneret; & poſtmodum ex interuallo iuraret; di-
cens: quod ea quæ dixi ſunt, vera: non valeret di-
ctum tuum, vt in c.fraternitatis, de Teſtibus, & in
d.l.iuſiurandi; hęc Lanfrancus vbi ſup. Idem do-
cuit Innoc.in d.c.nuper: etſi non ita explicitè: di
cens, quod teſtis non iuratus nõ faciat fidem, niſi
quoad præſumptionem: quaſi tacitè innuens hoc
eſſe, quia iuramentum eſt de forma teſtimonij,
qua prætermiſſa, teſtis diſpoſitio non ſortitur ſuũ
ordinarium, ac legitimum effectum.

Et ex Legiſtis docuerunt idipſum infraſcripti:
Bart.enim in d.l.ſolam, nu.5.dixit, quod teſtis de
ponens ſine iuramento, non faciat ſemiplenã pro
bationem ſi poſſet parti imputari quare non de-
poſuerit cum iuraméto alterius: ſecus, etſi poſtea
fuerit ſequutus Innoc.in d.c.nuper, quod ipſemet
Bart.repetens in l.admonendi, nu.43.verſ. quid ſi
reperiuntur, dicens ꝙ teſti non iurato ex incuria
partis nulla fides eſſet adhibenda: aliàs crederet
ei ſemiplenè. Vt puta ſi dicta teſtium erãt ſcripta
manu vnius notarij antiqui defuncti, cuius acta
non reperiuntur: ſicut dicitur de ſententia lata an
tiquitus, quod valeat. Bal.in d.l.iuſiurandi, nu.2.
42 & 3.dicens, quod iuramentum debeat † pręcede
re dictum, ideſt, depoſitionem ſuper facto, & ad-
dit, quod etſi Cynus dixerit, quod quãdo depoſi-
tio teſtis præcedit iuramentum, quamuis poſtea
iuret ſe vera dixiſſe: tũ dictum eius erit nullum: &
cum plerique Doctores dixerint contrarium: ta-
men Io.Andr.in d.c.de teſtibus, dixit: quod bona
cautela ſit, quod deponat iterum poſt iuramentũ.
Vel quod breuiter, vel ſpecificè repetat illud di-
ctum, ipſe tamen Bald.ſubdens dicit, quod aut iu
ramentum eſt connexum cum dicto: quia incõti
nenti iurauit illa eſſe ſicut depoſuit; & tunc va-
let teſtificatio, quia eſt informata iuramento, &
ſic non eſt nuda, ſed veſtita religione iuriſiurãdi,
arg.in l.pen.C.de inſtit.& ſubſtit. Aut ex interual
lo eſt iuratum, & tunc non conualeſcit dictum:
quia a principio nõ eſt iuratum. Nec ſufficit in te
ſte, quod loquatur per relationem. Imo debet lo-
qui ſpecificè, & non implicitè: ſicut ſpecificè inter
rogatur, vt in l.3.§.Idem diuus, ff.de teſtibus, & i-
deo non ſufficit, quod teſtis deponat remiſſiuè: vt
puta, ſi dicat, depono, vt iã depoſui in tali cauſa;
43 † ſed ſi nõ recordatur quid depoſuerit, debet ſibi
dari terminus ad clarè reſpõdendum. Hæc Bald.
vbi ſupra, qui ĩ d.c.fraternitatis, Not.3.& 4. dixit
quod nouum capitulum requirit iuramentum no
uum; & iuramentum debeat præcedere, & non
ſequi; quia eſſet præpoſteratio, & ideo niſi probe
tur, quod teſtis primò iurauit, & poſtea depoſuit,
non eſt rite receptus, nec tenebitur pœna falſi, ſed
alius punietur, quod & idem Bal.elegantius & a-
pertius docuit in l.miles, nu.5.verſ.nam teſtis, C.
de teſtamento militis, his pręciſis verbis vtẽs, vi-
44 delicet. Teſtis deponens † ſine iuraméto, non de-
ponit in forma teſtis, nec aliquam plenam fidem
facit, vel ſemiplenam, vt not.in l.ſolam.C.de teſti
bus: ergo cum non conſtet de facto, nõ eſt locus ar
bitrio, niſi in abſoluendo, etiam ſi in iudicijs da-
tum eſſet arbitrium, de quo immediatè propoſue
rat quæſtionem, quam ſic ſtatim ſoluit, poteſtati,
quòd non teneatur obſeruare legis ſolemnitatem
in aliquo. Idem docuit Iaſon in l.nemo poteſt, nu.
29.ff.de legat.1. dicens, quòd cùm iuramentũ in
teſte eſt principaliter inductum ſolo fauore ipſa-
rum partium: iccirco de conſenſu earum poterit
45 remitti, † ſecundum gl.in l.1.§.1. & in l.2.§.ſed
quia veremur, C.de iuram.calum. & in l.iuſiuran
di, ff.de teſtibus, vt propter iuramentum teſtis in
ducatur ad dicendum veritatem: quod tamen fal
lit in cauſa matrimonij, quando agitur de matri-
monio diſſoluendo, vt in c.ſuper eo.ext.de eo, qui
cogno.conſan.vxor.ſuæ.prout etiam docuit gl.in
c.tuis, & c.fraternitatis, ext.de teſtibus. Ratio, qa
diſſoluere matrimonium non conſiſtit in mera vo
luntate partium: ideo tunc non poſſunt remittere
iuramentum. Idem rurſus ad ſaturitatem docuit
ipſemet Iaſon poſt alios, in l.admonendi, a num.
225.vſque ad nu.235.excluſiuè, ff. de iureiuran.

Amplia dictam ampliationem hic ſingulariter,
(vltra ea quę Deo dãte, afferenda erũt in praxi cri
minali) dicendo, quod dictum teſtis non iurati in
46 princip. ſuæ depoſitionis † eſt ipſo iure inualidũ
ac nullum: etiam ſi ſequeretur iuramẽtum poſt in-
teruallum, vt puta, poſtquam diuertiſſet ad alia,
vel ſtatim ſi non diuertiſſet ad alia, & præſtitiſſet
iuramentum non ſpontè, ſed rogatus, vel coactus
ab alio, puta iudice, notario, vel amico: ſecus ſi ſta
tim & ſpontè quoniam in tali caſu dictum illius eſ
ſet validũ, & diceretur teſtis iurati depoſitio, iux
ta regulam illam, in qua habetur, quod in his, quę
fiunt ſimul & ſemel, nõ datur prius & poſterius, &
ſic poſſumus cõcordare triplicem Doctorum ſen-
tentiam, vt peroptimè docuit Felinus in c. de te-
ſtibus.col.3.nu.5.verſ.& inquantum Innoc.ext de
teſtibus. Nam prima opinio fuit dicentium, quod
dictum teſtis non iurati, quando iuramentum a
partibus remiſſum non fuerat, eſſet nullius valo-
ris, etiam ſi poſt depoſitionem iuraſſet ſe vera de-
poſuiſſe, eo ꝙ de teſtimonij valore requiratur præ
miſſio iuramenti. Alia opinio fuit dicentium, aut
iuramentum poſt depoſitionem ſtatim delatum
fuit a teſte antequam diuertiſſet ad alia, aut poſt-
quam diuertiſſet: ſi primò, tunc talis depoſitio eſ-
ſet valida: ſi ſecundò, inualida. Alia vero Doctorũ
ſententia fuit dicentium, quòd aut dictum iura-
mentum poſt depoſitionem ipſi teſtes pręſtiterint
rogati, ſeu aliàs requiſiti, aut ex ſe & ſpontè. ſi pri
mo adhuc eius teſtimonium eſſet inualidum, etiã
ſi ſtatim iuraſſent: ſi ſecundo eſſet validum. & hoc
dixerũt valde rationabiliter, vt paulò poſt referã.
Primæ ergo ſententiæ ſimpliciter ſe ſubſcripſerũt
infraſcripti, videlicet Innoc. Pan. & reliqui com-
muniter in c.de teſtibus, & Bal.in c.fraternitatis,
ext.de teſtibus, & Felinus vbi ſup.dicens hoc com
muniter teneri a Doctoribus, in d.c.de teſtibus,
ext.de teſtibus, quos retulimus ſupra in probatio-
nem præcedentis ampliationis. & idem docuit Sa
lyc.in l.iuſiurandi, C.de teſtibus. & ratio eſt, quia
iura communiter exigunt, vt teſtes prius iurent, vt
in c.fraternitatis, in fi. ext.de teſtibus. Cùm hic or
do videatur ſubſtantificus: vt timore iuramẽti di
cat teſtis veritatem. Si verò priùs depoſuiſſet, po-
ſtea non prodeſſet tantum iuramẽtum, quia timo-
ret reuocare, ne puniretur per iudicẽ, vel infama-
retur, & ſi recuſaret, puniretur pęna falſi. Secundę
opinioni ſe ſubſcripſit Bal.in d.l.iuſiurãdi, & Cal-
derinus vbi ſup. Pro qua ſecunda opinione facit
peroptimè text.in l.petens, C. de pactis. Vbi hæc
habentur, videlicet. [Petens ex ſtipulatione, quæ
placidi ſeruandi cauſa ſequuta eſt, ſeu anteceſſit
pactum, ſeu poſt ſtatim interpoſitũ ſit, rectè ſecun
dum ſe ferri ſententiam poſtulat.] hæc ibi. Idem
docuit

docuit glo. Bar. Bal. Iason. & reliqui ibidem, & per
tex. in l. Modestinus, ff. de solut. vbi inter alia hæc
habētur, videlicet [si post solutum sine vllo pacto
omne, quod ex causa tutelæ debebatur, actiones
post aliquod interuallum cessæ sint: nihil ea cessio
ne actum est, cum nulla actio superfuerit.] Hæc
ibi, vbi glo. & reliqui Doctores id ipsum ibidem
senserunt dicentes, quod si pactum succedat con-
47 tractui † celebrato post interuallum, tunc ipsum
pactum erit ipso iure nullum. Et ratio veritatis i-
stius secundæ opinionis, secundum eos, est: quia
tunc præsumptio sit, quod quādo deposuit testis,
cogitauerit de iuramento præstando: & ideo præ
sumitur verum dixisse propter reuerentiam iura
menti, quod sciebat se præstiturum, sicut si prius
præstitisset: & huic rationi opitulatur qd colligi-
tur ex doctrina Bar. & glo in l. iusiurādi, nu. 2. ver.
gl. dicit, ff. de oper. liber. Nam ibi Bart. dixit, quod si
48 pater donauerit † aliquid filio iam emancipato
ab ipso patre, sine tamen interuētu, ac decreto iu
dicis; postquam donationē iudex interposuit de
cretum emācipationis, talis donatio erit valida:
quàmuis pater non possit donare filio non emāci-
pato; & addit, quòd in dubio præsumatur causa li
bertatis, quando fit incontinenti: rationem verò
huius decisionis afferēs Felinus vbi sup. in d. c. de
testibus, dixit: quia propter cōtiguitatem tempo
ris reducitur ad ordinem iuris, & sic præpostera-
49 rio † solemnitatis substantialis non vitiat, quādo
ex ipsa præposteratione non cessat causa, propter
quam inducitur dispositio: secus si cessaret. Vnde
dixit Bal. in l. non aliter, ff. de lega. 3. sequens glo.
1. in l. Pōponius, §. ratihabitionis, ver. contestatio-
nem, ff. de procur. satisfieri ante, si post incontinē
ti fiat, vel tunc, vt in l petens, C. de pactis. Cuius
glo. sententiæ se subcripsit quoque Imo. in l. ex cō
sensu, §. eum, qui col. 25. ff. de appellat. & in l. 2. §.
prius, ff. de vulg. & pupill. Idem docuit Innoc. in c.
pastoralis, col. 1. ver. dicit exceptionem, ext. de ex
cept. loquens de proponenda dilatoria exceptio-
ne; dicens proponendam dilatoriam exceptionē
50 † nō ante litis contestationem, sed in initio litis:
& appellat initium litis, inquit, etiam si proponit
in litis contestatione, vel parum post, puta, anteq̄
ad alios iudicij actus procedatur. Ad idem facit
quod Specul. in par. 2. tit. de satisdationibus, §. vi-
so, ver. debēt autem præstari, nu. 16. Vbi cōcludit
quòd licet satisdationes debeant præstari ante li-
tis contestationem, & nō postea; cum procurator
fuerit in causa, vt in l. Pōponius, §. ratihabitionis,
ff. de procurat. Nam is, qui litem contestatus est
sine cautione, etiam post litis contestationem po
test vt falsus remoueri, vt in l. licèt, C. de procura:
Tamen sufficit secundum Accur. si fiat in ipsa litis
contestatione, vel etiam incontinenti post, vt in l.
petens, C. de pactis, & in l. Modestinus, ff. de solu-
tionibus. Ad idem facit quod docuit Bal. in l. fin.
n. 9. ver. Modo circa testes, C. de fideicom. dicēs,
51 quod si testator fecisset suum † testamentū, corā
septem testibus non rogatis, & lecto testamento
per notarium, & per testatorem affirmato, & pla-
nè rogato, fuit suasum testatori, quòd testamentū
esset nullum, & ideò immediatè, & continuatiuè
subiunxit dicens; & ita rogo vos testes. tale testa-
mentum valuit, quia idem operatur quod incon-
tinenti supplet, ac si in ipso tenore factum, esset vt
in l. petens, cum sua materia, C. de pactis, hæc Bal.
Idem docuit expresse Iason, sequens Bal. & supra-
dictos Doctores in l. admonendi, nu. 228. vers. ta-
men mihi placet præcedens opinio, ff. de iureiur.
& hoc dixit post multa, qui etiam ibidem addi-
dit in nu. 230. vers. illud ergo, dicēs se indubitatè
tenere, quòd in casu dubio, vt puta, quando non
apparet an testis primò deposuerit suum dictum,
52 & postea iurauerit; † vel prius iurauerit & postea
deposuerit. Nam in tali casu erit præsumendum
iuramentum, præcessisse. quod ibidem ipse Iason
probauit per regulam singularem, quam tradide-
runt Cynus, & Salycet. in l. cum in testamento, §.
hæc verba, per illum textum, ff. de hæred. instit. di
centes, quod quando eodem die reperiuntur cele
brati duo actus, nec apparet quis eorum præcesse
rit, præsumitur præcessisse actum, qui facit vtrum-
que valere.
Tertiæ suprà relatę opinioni Doctorum, quàm
libentissimè & elegantissimè se subscripsit Domi-
nus Felinus in d. c. de testibus, col. 3. ver. est verū,
ext. de testibus, asserens hoc ipsum docuisse domi
num suum, & quamplures alios Doctores ibidem,
& alibi.
Amplia & secundò singulariter allata in dicta
vnica ampliatione, dicendo, quòd in tantum illa
sit vera, quòd etiam si testis nō iuratus deponēs
53 sit Episcopus, † habēt locum. Hæc ampliatio pro
batur triplici medio. Primò enim p text. apertis-
simum in c fi. ext. de iuramento calum. vbi Greg.
Nonus scribens Episcopo Beluacensi, his præcisis
verbis vsus fuit, videlicet. [Cum in causa pecunia-
ria, quam inter te, & R. motam esse proponis: non
per te, sed per Syndicum, vel actorem elegeris liti
gare: per illum quidem præstandum erit huiusmo
di calumniæ iuramentum, quòd si per te ipsum,
propositis tantum, sed non tactis Euangelijs, (si-
cut in dicendo testimonia) à te videtur huiusmo
di iuramentum exhibendum. hæc ibi. & cùm tex.
sit apertissimus, idem colligitur ex Doctorib. ibi
dem, nemine discrepante.
Amplia tertiò dicta in ampliatione vnica præ-
cedenti, asserēdo quòd in tantum erit vera, quòd
54 etiam † Cardinali non iurato, non erit contra ter
tium præstanda fides, etsi dictum eius faciat ali-
quam præsumptionem, vel adminiculum. Huic am
pliationi se subscripserunt infrascripti Doctores,
videlicet gl. singul. in c. cùm olim, el. 2. ver. fratrū,
ext. de priuilegijs. Panor. ibidem n. 5. idem latius
docuit rursus Panor. in c. sicut, nu. 5. ver. In glo. fi.
ibi Nobilissimus, ext. de sent. excomm. dicens no-
ta singulariter, quod non creditur Cardinali ali-
quid asserenti in præiudicium tertij: & ideo si di
cat Papam sibi aliquid commisisse, tendens in præ
iudicium tertij non credetur ei, nisi probauerit.
Idem docuit Felinus in c. cùm quæstionibus, nu. 1.
vers. hinc est, quod testis deponens sine iuramento,
ext de testibus, & rursum idem Felinus in c. licut,
in princ. extra de sent. excomm. in vers. item nota
singulariter. Idem docuit Alex. in suo consi. 18. in
cip. in causa, col. 2. volu. 2. quem citat. & sequitur
Franciscus Viuius in thesauro commu. opinio. in
vers. testes cum iuramento. Idem latè & singulari-
ter docuit Iason in l. admonendi. secunda reper.
nu. 189. per totum, ff. de iureiuran. referens alios
Doctores id ipsum sentientes.
Septimum signum est, quo cognoscitur quid sit
55 de forma essentiali † in dispositione tam iuris, quàm
hominis, quando ibi reperirentur hæc verba:
aliter fieri non possit, vel nullatenus fieri possit, &
idem

idem iudicium erit de æquipollentibus verbis ibi insertis, & quare.

Septimum signum quo cognoscere possumus quando in iure, vel hominis dispositione traditā sit aliquid pro forma, est quando in huiusmodi dispositione reperiuntur hæc verba, videlicet. Aliter fieri non possit: vel ita demum fieri possit, vel si in serantur aliæ dictiones taxatiuæ necessitatiuè, vel præcisè appositæ in dispositione mandantis. Nam ibi datam fuisse formam, cui renunciari non possit, docuerunt infrascripti Doctores, videlicet Bartol. in l. fin. in fine, ibi, Quæro an ciuitas, C. de ven. re. ciui. lib. 11. & in l. de his, per illum textum, ff. de transact. vbi dicit, quòd ista verba. [Nō aliter] disponunt circa formā, cui renunciari non potest. Idem docuit Felinus in c. cùm dilecta, col. 8. vers. septimum signum. Nam dicta verba, non aliter, & similia dicuntur verba taxatiua, vt habetur in l. nō aliter, & ibi Doctores, ff. de leg. 3. & in l. qui hæredi, §. fin. ff. de condit. & demonstr. & in l. 2. §. fin. ff. de donat. & in l. 1. in princip. ibi [Non aliter] vbi Moder. Ferrat. & Papien. nor. ff. de off. eius, & benè probatur in l. rem non nouam, C. de iudic. & in l. comparationes, C. de fide instrum. Imò necessitatem important ex quo negatiuè posita sunt, vt habetur per illum tex. in glo. in vers. potest, in c. 1. de regu. iur. in 6. & per Barto. & alios in l. Gallus, in princ. col. 2 vers. oppono. dicitur hic, ff. de liber. & posthu. Vbi vult quòd illa verba abnegant actum aliter posse effectum sortiri, quam vt expressum est: & tradit rursus ipse Bar. in l. de his, col. fin. ver. præterea ista lex est prohibens, ff. de transact. vbi tenet, vt etiam paulò ante diximus; & rationem horum assignans Parisius in consil. 19. nu. 19. vers. quod satis suadetur, volum. 4. his præcisis verbis vsus fuit. Nam dictiones taxatiuæ, necessitatiuæ, vel præcisè apposite in dispositione mandante aliquid fieri certo modo, important solemnitatem, seu formam: quia sunt signa formæ: & eorum trāsgressio vitiat actum; vt dicit D. Antonius post antiquos in Clem. 5. de sequestrat. poss. & fruct. Idem rursus elegātius docuit Felinus in c. ex parte, col. 5. nu. 7. ver. quintus casus est, ext. de constit. & hāc vocat veriorem opinionem, dicens, quòd quando in prohibitione superioris apponitur dictio nullatenus; si talis forma tradita non seruetur, actus erit nullus: quia quoad nullitatem actus tantum importat dicta clausula, quantum clausula decreti irritantis, prout docuit Zenze. in Clem. 1. de sequestr. poss. & fruct. inferens, quòd absolutio facta ab Ordinario nō seruata forma illi⁹ Clem. est nulla, propter illud verbum ibi positum, & hoc multū nota in Do. Anton. colligens indè, quòd vbi ius loquitur per verba vniuersalia, nullatenus, vel omnimodo, tacitè videtur in se habere decretum, & tollere facultatem dispensandi, pro quo allegat gl. in clem. 2. vers. nullo modo, de ætat. & qual. quam dicit tenendam. & hanc conclusionem refert & sequitur Dominus Card. in d. Clem. 1. §. si qui autem, quæst. 6. Idem docuit Archid. in c. quoniā, super ver. nullatenus, de immun. Eccle. in 6. vbi dixit quòd absolutio facta non seruata forma illius c. quoniam. non tenet, quia illa littera specialiter hoc prohibet in illo verbo. Idem docuit Alber. Brun. in tract. de forma, fol. 33. col. 1. versi. & quod lex prohibitiua. Idē docuit glo. in ver. nullatenus, iuncta Auten. si qua mulier. C. ad Senat. consul. Vell. quam reputat singularem Cardinalis in c. si per his, ext. de rescript. Idem docuit Io. Andr. in c. testimonium, ext. de testibus, Idem glo. & Anton. in Clem. 1. in versic. nullatenus, de sequest. poss. & fruct. Idem docuerunt Moderni in c. quia frustra, ext. de vsur. quos citat & sequitur Anton. Corserus in suis singularibus, in ver. nullatenus, qui innumeros alios Doctores idipsum sentientes ibidem recensuit: quos per te vide.

Octauum signum est, quando dispositio iuris
56 vel hominis apponit tempus. † Nam qui tale tēpus non obseruaret, diceretur non obseruare formam, & hoc signum memoriæ commendandum semper erit, & nunquam obliuioni tradendum, cū summopere eius notitia deseruiat pro intelligentia constitutionum Ecclesiæ, & statutorum imponentium metas temporum: huic signo se subscripserunt Bal. Salyc. & Iason in Auten. Quæ supplicatio, C. de precibus. Imper. offer. & Paul. de Cast. in l. qui Romæ, §. Callimachus, ff. de verb. oblig. & rursus Bal. in l. omnes, col. pen. ff. de iust. & iure, & rursus idem Bal. in c. licèt, de transla. Episcoporū, pro eo quòd à forma statutorum non erit recedendum, vt in l. constitutionibus, ff. ad municip. Quapropter benè dixit Bal. in l. obseruare, §. fin. versic. quæst. 3. ff. de offic. proconsul. & leg. & in l. liberri, libertęque, col. 5. C. de oper. liber. quòd qui re-
57 cedit à tēpore, † recedit à forma, quem sequitur Iason in d. Auten. Quæ supplicatio, nu. 3. ver. Prædictis adde. Optimum quoque dictum est (relatū ac amplexatum à Iasone vbi supra) ipsius Bal. in l. ordo, circa medium, C. de execut. rei iudic. dicendo, quòd si statuta aliquid disponunt tam in rem pore, quàm in forma, quòd sunt seruāda ad vnguē, & si contra fieret, esset irritum ipso iure. Idem docuit Felinus vbi sup. vers. octauum signum.

Limita ergo primò quæ dicta sunt pro octauo signo, dicēdo, quòd quamuis regulariter sint vera, tamen patiuntur nonnullas fallentias, quapropter primò limitabis, quòd illa ersi habeant locum etiā in arbitro, cui fuisset datum arbitrium in decidēdo rantūm. Non tamen habebunt locum in dispo
58 sitione præfigente tempus, † ac dante simul iudici arbitrium in procedendo. Nam tunc posset iudex prorogare tempus, & non diceretur illud esse de forma. Hanc limitationem docuerunt infrascripti Doctores, videlicet Bal. in l. si in lege, ff. locati: latè Paul. de Castro in l. qui Romæ, §. Callimachus, ff. de verb. oblig. & ibidem latiùs Alexand. in fine vers. vltra prædicta, & Felinus vbi supra, ver. limita hic primò.

Limita secundò. Nisi materia sit talis, in qua, reintegra liceat purgare moram; quia si aliud di-
59 sponitur, valebit etiam actus † factus post tempus; & maximè quando ibi non mandetur studiosè tēpus seruari pro forma substantiali, sed ad bene esse: & hoc poterit facillimè cognosci ex subiecta materia, de qua agitur. Hanc limitationem latissimè docuit Panor. in cons. suo 94. incip. statuto Ciuitatis Grossetanæ, in vlt. col. in vol. 1. quem referunt, ac sequuntur Felinus vbi supra, vers. limita secūdò, & Iason in d. Auten. quæ supplicatio. nu. 3, ver. limita secundum Panor.

60 Nonum signum est. Vbi statutum, † prouidet aliter, quàm ius commune super confectione alicuius actus, dando iurisdictionem modificatam: Nam tunc omnia censebuntur de forma, prout docuit Anchar. in cons. 31. incip. visa quadam petitione, in princ. & in consil. 6. incip. viso themate, col. 3. ibi,

g.ibi.& aduertendum, allegans glosam tritam in Clem. 1.ver.inhibentes,de iure patro.quæ dicit,secùs si iam data esset iurisdictio pura: quia commissio sequens cum certa qualitate, non inducit formam,nisi aliud exprimat & dictum Anchar.refert & sequitur Felinus vbi supra.versic.nonum signum.

61 Decimum & vltimum signum † quo possumus cognoscere quando aliqua sint de substantiali forma dispositionis alicuius tam hominis, quàm iuris,est quando in statuto,vel alia iuris vel hominis dispositione esset rubrica, quæ diceret de forma alicuius materiæ: quia tunc disposita sub rubrica erunt de forma. Hoc vltimum signum docuit Marianus Socinus in c.2.col.16.ver. & aduerte,quia sicut petitur, ext.de libelli oblatione; quem citat & sequitur Felinus vbi sup. vers. decimum & vltimum signum.

Et hæc allata sufficiant pro aliquali intelligentia signorum, quibus possumus cognoscere quæ sint de forma alicuius dispositionis tam iuris, quàm hominis.

62 Regula est generalis, quòd gesta † contra solitũ ordinem iudiciorum, & formam traditam à iure tam communi, quàm municipali:vel à quacumq; hominis dispositione,sunt ipso iure nulla, nullum que sortiuntur legitimum effectum.Hæc vnica cõclusio probatur triplici medio. Primò enim per tex.apertissimum,in c.cum dilecta,§.dictum,ext. de rescript.vbi Innoc.III.his verbis vsus fuit, videlicet [Dictum insuper scholasticum & coniudices suos inuenimus minus prouidè processisse: cùm enim in litteris nostris eisdem principaliter mandaretur, vt ad prædictam Ecclesiam personaliter accedentes, personæ idoneæ administrationem cõmitterent Abbatię,cui ad opus eius fieret hinc inde resignatio subtractorum, ipsi formam mandati transponentes,illo capitulo prętermisso:de alijs articulis inordinatè plurimum cognouerant, propter quod processum ipsorum contra nostri formam rescripti;ac iuris ordinem attentatum,irritum decernimus,& inanem.Ideoque mandamus, G. & quibusdam alijs sororibus Ecclesię(sicut iustum fuerit)restituris, & forma mãdati nostri exacta diligentia obseruata,in negotio ipso ratione prævia procedatis.] hæc ibi.Idem probatur apertissimè per tex.in c.examinata, ext.de confirmatione vtili,vel inutili,vbi Innoc.Tertius infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet [examinata causa, quæ vertitur inter te & milites Campanicos super Ecclesia sancti Angeli perpendimus arbitrium, quod Vicedominus Sabinensis dicebatur super eodem negotio promulgasse,contra formam iuris & compromissi fuisse dictatum. Vnde non obstante confirmatione C,Papæ prædecessoris nostri, qui confirmauerat illud,sicut prouidè latum fuerat,& ab vtraque parte receptum,decernimus ipsum irritum,& inane.] hæc ibi.Idem habetur in c.fin.§. Item sententia, 2.q.6. vbi hæc habentur, videlicet [sententia contra solitum ordinem iudiciorum à Pręside prolata,auctoritatem rei iudicatæ non obtinet] hęc ibi.Idem probatur per tex.in c. Pisanis, §.porrò, ext.de restitu.spoliat.vbi Gregor. Nonus infrascriptis vsus fuit verbis,videlicet[Porrò duo in nostro continebantur mandato, vt videlicet possessio,quam constabat Lucanam Ecclesiam habuisse tempore motæ discordiæ, priùs restitueretur eidem:& vt eiusdem possessionis restitutio fieret plenè ac liberè; sicut eam habuerat tempore supradicto: quorum primum ad factum,alterum verò referebatur ad modum. Vnde licèt prout pars Pisanorum dicebat, in facto, mandati formã subdiaconus ipse adimplere nequiuerit: quia non poterat facere sibi restitui possessionem castrorum, de qua non constabat eidem,nec etiam (secũdum quod tu ipse dicebas)affictuum & pensionum possessio poterat tibi restitui, quia ea non fueras spoliatus:fuit tamen in modo peccatum,quia debuit facere, vt Pisani possessionem pensionum & affictuum (quam per eorum confessionem constabat te in castris prædictis habere) tibi dimitterent plenè,ac liberè, sicut Ecclesia tua illam habuerat tempore motæ discordiæ: quod quidem esse non poterat,nisi Pisani castra ipsa omnino dimitterẽt: quia illis detinentibus castra, & munitiones castrorum,in quibus dictas pensiones recipis,& affictus:ea plenè ac liberè habere non posses;sicut habebas quandò ipsi castra minimè detinebant,eò, quòd quamdiu ea detinent,in eorum potestate relinquitur,te non admittere, vel repellere quando velint.His ergo,diligenter auditis,processum huiusmodi de fratrum nostrorum cõsilio irritum iudicamus.]hæc ibi.Ex cuius verbis elicitur veritas præsentis conclusionis, cùm cassatus & nullus fue

63 rit iudicatus processus † compilatus contra formam mandati.Idem probatur per tex.in c.venerabili,ext.de offic.deleg. Vbi Honorius Tertius his vsus fuit verbis,videlicet[Venerabili fratri nostro Archiepiscopo Cusent. dedimus in mandatis, vt Cephaluden. Episcopum restitui faceret ad Episcopatum,& ad alia,quibus fuerat spoliatus; quo restituto,plenariè ac corporalem possessionẽ adepto, si Episcopus merito esset de dilapidatione suspectus,virum prouidum & honestum prouideret coadiutorem eidem adiungere, sine cuius consilio nihil eorum faceret, quæ ad administrationẽ pertinent temporalem:quoadusque veritate comperta,duceremus aliter prouidẽdum,interim omne alienationis genus eorum vtrique auctoritate nostra districtiùs interdicens.Porrò idem Archiepiscopus corporis infirmitate grauatus,commisit in huiusmodi negotio vices suas, primò Abbati sancti Spiritus de Panormo,ac demum Thesaurario Cusentino.Quorum processus nobis exhibitos de fratrum nostrorum Cõsilio cassauimus,iustitia exigente: quia videlicet, Abbas contra mandati nostri tenorem ad inquirendum vtrum de dilapidatione suspectus esset Episcopus, eo non restituto,processit:& Archiepiscopus ipse (cum iam suo functus esset officio, dicto Abbati committendo in integrum vices suas) huiusmodi negotium dicto Thesaurario non potuit demandare.] hæc ibi. Idem probatur per tex.in c.exhibita,ext.de iudicijs.Idem habetur in c.prudentiam tuam, §.mandati,ext.de offi.delegati. Idem habetur in c.quia propter,in princ.in ver.aliter electio facta,ext.de elect.Idem probatur per tex.in c.si cui.de elect.in 6.Vbi apertissimè hoc statuit Bonifacius Octauus. Idem probatur passim per alios Canones. Nam idem statuitur in c.vides fili.dist.10. c.Imperiali, 25.q.5.c.quæ contra. de regul.iur.in 6.c.vnico, §. confirmatos,de religiosis domibus,in 6.& in cap. accedens, el 1.vt lite non contest. vbi Innoc.Tertius declarauit sententiam nullam, quia in ipsa ferenda non fuerat seruata forma iuris exigens fieri litis contestationem in causa,antequam deueniatur

tur

tur ad ſententiam. Idem habetur in cap. prouida,
de elect.in 6. Idem cautum probatur de iure ciui-
li. Nam idem probatur per tex.in l.cum ij, §.ſi præ
tor, ff.de transact.vbi hæc habentur, videlicet [ſi
prætor aditus citra cauſæ cognitionem, tranſigi
permiſerit, tranſactio nullius erit momenti. Præto
ri enim ea res erit quærenda commiſſa eſt, non ne
gligenda, nec donanda, ſed etſi non de omnibus
inquiſierit, quæ oratio mandat, hoc eſt, de cauſa,
de modo, de perſonis tranſigentium: dicendũ eſt,
quamuis de quibuſdam quæſierit, tranſactionem
eſſe irritam.] hæc ibi. Idem probatur per arg.in
l.diligenter, in princ.ff.mandati, vbi hęc habẽtur,
64 videlicet, (diligenter igitur fines mãdati † custo
diendi ſunt. Nam qui excellit, aliud quid facere vi
detur, & ſi ſuſceptum non impleuerit, tenetur) hęc
ibi. dixit probari per arg, quia etſi explicitè non
habeatur, & ad verbum inibi præſens concluſio,
bene tamen implicitè, & ſecundum mentem Legi
ſlatoris. Nam eò ipſo quòd ibi dicitur, quòd fines
mandati ſint diligenter cuſtodiendi, & qui exceſ-
ſit, aliud intendit, & ſi ſuſceptum non impleuerit,
tenetur. Nihil aliud voluit nos docere, niſi, quòd
nullum de iure ſortitur effectum, quod facit man
datarius non ſeruata forma mandati: ac per hoc
tenebitur ad omne damnum inde forſan illatum;
cùm in hoc non poſſit defendi à mandato, cuius fi
nes, ac formam fuerat tranſgreſſus. Idem proba-
tur per apertiſſimum tex.in l.non dubium, C.de
legibus, vbi hæc habentur, videlicet [Non dubiũ
65 eſt in legem committere † eum, qui verba legis
amplexus contra legis nititur voluntatem. Neç
pœnas legibus inſertas euitabit, qui ſe contra iu-
ris ſententiam ſæua prærogatiua verborum frau-
dulenter excuſat. Nullum enim pactum, nullam
conuentionem. nullum contractum inter eos vide
ri volumus ſubſequutum, qui contrahunt, lege con
trahere prohibente. Quod ad omnes etiam legum
interpretationes tam veteres, quàm nouellas tra-
hi generaliter imperamꝰ. Vt Legiſlatori (quod fie
ri non vult) tantum prohibuiſſe ſufficiat: cæteraq;
quaſi expreſſa ex legis liceat voluntate colligere:
hoc eſt, vt ea, quę fieri prohibẽtur, ſi fuerint facta,
non ſolum inutilia, ſed pro infectis etiam habean
tur: licèt Legiſlator fieri prohibuerit tantùm, nec
ſpecialiter dixerit, inutile eſſe debere; quod fa-
ctum eſt, illud quoq; caſſum, atque inutile eſſe præ
cipimus. Secundum prædictam itaque regulam,
qua vbicumque non ſeruari factum lege prohiben
te cenſuimus, certum eſt, nec ſtipulationem huiuſ
modi tenere, nec mandatum vllius eſſe momenti,
nec ſacramentum admitti.] hæc omnia memoriæ
ſummoperè commendanda habentur in dicta ſin
gulari lege, ex cuius pręclaris verbis emicuit verũ
fuiſſe quod diximus in hac noſtra concluſione, ꝙ
geſta contra formam iuris ſint ipſo iure nulla, nul
lumque ſortiri legitimum effectũ. quæ omnia bre-
uiter confirmauit Gregor.in ſuo regiſtro lib.7. &
eius ſententia canonizata reperiuntur in c.Impe-
riali.25.q.2.ſub his verbis: Imperiali conſtitutio-
ne apertè ſancitũ eſt, vt ea, quæ contra leges fiunt,
non ſolùm inutilia, ſed etiam pro infectis habẽda
ſint] hæc ibi. & rurſus eadem repetuntur in d.cap.
quæ contra, de regu.iur.in 6. vbi dicitur [quæ con
tra ius fiunt, debent vtique pro infectis haberi.]
hæc ibi. Idem probatur per arg. in l. ea quidem
mancipia, C.ſi mancipia ita fuerint alien. Vbi hęc
habentur, videlicet. Ea quidem mancipia, quorũ
venditio eam legem accepit, nè ad libertatem per
ducantur; etiam ſi manumittantur, nanciſci liber-
tatem non poſſunt: hæc inter alia in d.l.ea quidẽ.
Dixi probari præſentem concluſionem per arg.in
d.l.quoniam etſi explicitè, & ad verbum inibi ip-
ſa non contineatur, benè tamen implicitè & in ſen
tentia: cùm apertiſſimè ex ipſa elicíatur, quòd ic-
circò nonnulla mancipia manumiſſa libertatem
non conſequantur, quia ipſam aſſequi lex prohi-
bet, ex quo etiam patet, quòd geſta contra formã
legis, ſunt ipſo iure nulla, ac pro infectis ſemper
habẽda. Idem probatur per tex.in l.ſi procurator,
in princ.C.de procurat. vbi hæc habentur, videli-
cet (ſi procurator ad vnam ſpeciem conſtitutus,
officium mandati egreſſus eſt: id, quod geſſit, nul-
lum domino præiudicium facere potuit,) hęc ibi.
idem probatur per text. in l.prolatam, C.de ſent.
& interlocu. om. iudi. vbi hæc habentur, videlicet
(prolatam à præſide ſententiam contra ſolitum iu
diciorum ordinem, auctoritatem rei iudicatæ nõ
obtinere, certum eſt) hæc ibi. Idem probatur, in l.
Iulianus, §.ſi quis rem, ff.ad exhiben. vbi dicitur,
quòd forma dat eſſe rei, quapropter commutata
forma ſubſtantiali, res non dicitur eadem, ſed di-
uerſa.

Probatur & ſecundò præſens concluſio Docto-
rum auctoritate, & primò Canoniſtarum, vltra Ca
noniſtas recenſitos ſupra in probationem ſupra-
dictorũ decem ſignorum. Nam ipſi ſe ſubſcripſe-
runt infraſcripti, videlicet. glo.enim in d.c.ſi cui,
in ver.præter, his præciſis verbis vſus fuit, videli-
cet. Dic, ꝙ iura voluerunt certas formas ſeruari,
66 † & licèt omnes conſentiant, ſi non ſeruantur for-
mæ, non tenet electio. Idem docuit glo.in d.c.cùm
dilecta. Nam in ver.tranſponentes, dicit in reſcri-
ptis ordinem ſcripturæ ſeruandum fore. Quapro-
pter vbi aliquid principaliter mandatur, illud tã-
quam principale, & primò tractandum eſt: cætera
verò ſecundariò tanquam acceſſoria ſubſequẽter
ſunt expedienda. Vbi verò plura principaliter cõ-
mittantur, non refert quod illorum primò tracte-
tur; niſi forſan vnum de natura ſui præcedat, vt in
c.cauſam, ext.de reſcript. & ideo caſſatus, ideſt,
caſſus & irritus nunciatur hic proceſſus Iudicum;
quia articulum principaliter commiſſum omiſe-
runt, de alijs inordinatè plurimùm cognoſcentes,
& eadẽ glo.in ver.iuris ordinem, dicit, quòd quia
67 illi iudices iuris ordinem † non ſeruauerant, Pa-
pa illorum proceſſum irritum eſſe oſtendit, vt in
c.accedens, el 1. ext.vt lite non conteſt. & præci-
puè quia illa fuit forma mandati; & ita eſt de ſub-
ſtantia iuris ordinarij ordo iſte. Et ſic in duobus
peccauerunt, quia contra formam ſibi datam, &
contra ordinem iudiciarium. Hæc glo. vbi ſupra.
Idem docuit glo.in d.c.venerabili, ver.mandati,
dicens, quòd meritò geſta contra formam manda
ti ſunt nulla, quia fines mandati diligenter ſunt cu
ſtodiendi, vt in d.l.diligenter. Idem docuit expreſ
ſiſſimè glo.fin.in d.c.Piſanis, dicens, quòd quando
iudex non ſeruat formam mandati, ipſo iure irri-
tum eſt quod facit. Idem docuit glo.in d.c.exami
nata, in ver.iuris & compromiſſi, dicens, quòd du
plici ratione non valuerat illud arbitrium illorum
iudicum. Primò, quia contra ius fuerat latum, &
ideo nullum. Secundò contra formam compromiſ
ſi, cùm nihil poſſit ipſe facere contra eam. Idem
docuit glo.in d.c.exhibita, verſi.peruertendo, his
præciſis verbis vtens. Vnde non valuit quod fece-
runt

68 runt, quia fines mandati seruandi sunt. † Imò etsi
verba rescripti viderentur esse contra ordinem iu
ris, tamen non debet recedi à iure, vt in c.causam
quæ, ext.de rescript. Idem glo.magna in d.c.quæ
contra. Idem docuit glo. in d.c.prouida, versic.ex-
pressiùs, dicens, quòd satis sunt nulla gesta contra
legem aliquid fieri prohibētem: cùm satis sit Legi
slatorem aliquid prohibuisse: & si non adijciat, ꝙ
contrafactum fuerit, non valere, vt in l.non dubiu,
C.de legibus. Idem latissimè docuit glo.in Clem.
1.ver.inhibentes, de iure patro. Idem docuit glo.
in c.tua fraternitas nos, 1 ver.poteris irritare, ext.
de sponsa.duorum. Idem docuit Innoc.in d.c.cùm
dilecta, col.2.ver.nostri formā dicens, vbi aliquid
principaliter mandat Papa studiosè ordinem at-
tendens, locum habet quod hic dicitur, & in d.c.
venerabili. Nam fines mandati sunt custodiendi,
vt in l.diligenter, ff.mandati, aliàs secus: vel dic, ꝙ
etiam in his, de quibus cognouit, inordinatè pro-
cessit. Vnde non tenet, vt in l.prolatam, C.de sent.
interlocut.om.iud. & ibidem in vers.inter ordinē.
idem Innoc.dixit: Nota, quòd hic non est ordo cō
munis iudiciorū, sed specialiter à Papa præfixus;
69 & si quis hunc ordinem non seruat, † nihil valet
processus: sed si cōtra solitum ordinem fiat, nisi sit
talis ordo, qui sit de substantialibus iudiciorum
benè tenet: & ratio est, quia fines mandati diligen
ter obseruandi sunt; hæc omnia Innoc. vbi supra,
qui idem docens in d.c.prudentiam, col.2.ver.sol
uo.dicimus. Vbi loquens de præsentis conclusio-
nis materia his præcisis vtitur verbis, videlicet. Id
quod duo fecerunt, tertio non excusato, nec parti-
bus in eos, nec tacitè, nec expressè consentienti-
bus, non tenere, etiam si fecerunt nomine tertij:
quia licèt duobus detur tantùm iurisdictio, in ca-
su scilicet, si tertius noluerit interesse, vt hic dicit,
licèt enim ipsi iudices sint: ligata tamen est eorū
iurisdictio, mandato & conditione apposita, in tā
tùm vt si contra faciant, non valet. & quia non te-
net, ideo nec ratificari potest. Idem rursus implici
tè docuit ipsemet Innoc.in c. cùm consuetudinis,
ver. sed vbi, ext. de consuetud. vbi dixit, quòd vbi
requireretur auctoritas alicuius, tunc non suffice
ret eius consensus, qui auctoritatem præstare de-
bet: sed sicut verbum sonat, auctoritatem præstās,
auctor & principalis esse debet in ipsa venditione,
vt in §.tutor. institut.de auct.tuto. Ad idem facit,
quod ipsemet Innoc.dixit in c.fin.ext.de sacram,
iter. vel non, quòd forma tradita ab Ecclesia in cō
ferendis ordinibus, si omittatur, supplendum esset
quod fuerat omissum. Idem docuit Panor.in d.c.
cū dilecta, nu.4.ver.Itē nota, ꝙ si iudex. Vbi infrà
verba notata dignissima protulit, videlicet. Nota
ꝙ si iudex delegatus nō seruat formā rescripti, ꝓ-
cessus suus est ipso iure nullus, & ad hoc allegatur
quotidie iste tex. & nota vnū aliud singulare ex i-
70 sto textu: ꝙ vbi plura cōmittunt † in rescripto, vi
detur data forma, vt secundū ordinem narrationis
actorum debeat iudex procedere: ex quo primo
loco narrata videntur studiosiùs præmissa. Idem
docuit ipsemet Panorm.in d.c.prudentiam, nu.5.
ver.nota ibi circa formam. dicens menti tenendū,
quòd vbi datur certa forma procedendi, processus
corruit non solùm si aliquid attentatur directè cō
tra formam: sed etiam quia verum est dicere istū
excessisse fines mandati: & sic nota quòd vbi da-
tur certa forma, paria sunt agere contrà, vel citrà:
& intellige (inquit ibidem Panorm.) quod dixi ci
tra formam, quando ad actum est data certa for-
ma. Idem docuit ipsemet Panorm.in d.c.Pisanis,
71 nu.3.4.& 5.dicens, quòd absolutio † ab excom-
municatione, & contra formam hominis præsum
pta est nulla: idem in excommunicatione dicen-
dum, cùm iudicentur à pari, secùs in excommuni-
catione, vel absolutione facta contra formam iu-
ris, c.1.11.q.3. Ratio diuersitatis esse pōt: quia qñ
omittitur forma data ab homine, nulla competit
iurisdictio: ideo deficiente potestate, cessat validi
tas actus: sed in forma iuris secus; & excommuni-
catio seu absolutio non subijcitur formæ substan-
tiali, ex quo infero, quòd si aliàs habenti potesta-
tem excommunicandi, vel absoluendi mandatur
à superiore, vt excommunicet, vel absoluat certa
forma data: quòd ea non seruata, non tenebit ex-
communicatio, vel absolutio, quia cessat ratio prę
dicta, pro hoc vide glo. in Clem. 1. de iure patron.
Nota gesta corruere ex defectu formæ mandati;
non solùm quando expressè fit contra formam mā
72 dati, sed etiam † quando ad plenum nō impletur
mandatum. Nam quando ad actum datur certa
forma, paria sunt agere contra formam, & citra,
seu præter. Hæc Panor. vbi supra, qui idipsum do-
cuit in c.2.nu.5.de testibus. Dicens hanc esse re-
gulam generalem, quòd actus gestus cōtra legem
sit ipso iure nullus. quod & cōfirmauit in c.quoad
consultationem, nu.2.ext.de sent. & re indi. & ite
rum in d.c.tua fraternitas, nu.4. Idem Panor.rur-
sus repetijt in c.cùm super.nu.12.ver.solue pro cō
cordia istarum regularū. ext.de off.deleg.sequens
ibidem D.Ant. Idem docuit Felinus in d.c.cùm
super, nu.14.ver.Tertiò vbi lex, sed latiùs. Idē do-
cuit Felinus in d.c.cùm dilecta, col.9.in fine, vers.
gesta contra formam, qui ex professo pertractans
hanc materiam, citauit & quàmplures alios Do-
ctores. Idem repetijt ipse vnà cum alijs Canoni-
stis ferè in omnibus pręcitatis iuribus pōtificijs,
inter quos est Archid.qui in c.biduum, col.2.vers.
in eadem glo.in fine. Adde hoc locum habet. 2.q.
6 concludendo dixit, quōd si ius simpliciter pro-
hibeat, & sit contentum finibus prohibitionis, nō
addens quòd factum valeat, nec etiam per aliud
ius hoc additum inuenitur; tunc quod fit contra
prohibitionem simplicem non valet, sufficit enim
Legislatorem prohibuisse: & si non addat factum
valere, vt in l.non dubium, C.de legibus. secūdum
Goff.qui hoc etiam notauit in c.ad Apostolicam,
ext.de regul. & idem Archid.in d.c.si cui, ver.non
obtinet, cōcludens dicit, quòd cùm forma electio
nis sit de substantia (vt hic probatur expressè) defi
ciente ipsa substantia, deficit ipsum totum. Nam
vbi certa forma desideratur, illa necessariò est ser-
uanda, vt in l.cùm hi.§.si prætor, ff.de transact. &
in l.certa forma, C.de iure fisci, lib.10. Idem do-
cuit Petrus de Anch.in d.Clem.1. de iure patron.
col.2.vers. Tertiò nota. & ibidem Imola, col.2.in
fine, vers.tu potes. Idem docuit Præpositus in d.c.
vides fili.col.2. Idem docuit Decius in c.a. col.1.
in ver. Vltimò nota. & in col.2.in vers. & prædicta
conclusio limitatur, & in col.3.ext.de testib. Idem
docuit Henricus Boich in d. c.ad Apostolicam,
col.2. Idem docuit Cardinalis à Turrecremata in
d.c.vides, & c.Imperiali. Idem docuit Specul.lib.
2.tit.de disput. & alleg. aduoc.§. post hoc autem,
nu.6.ver.vel illud ius habet causam. Idem docuit
Ioannes Andr. & Philippus Franchus in d.c. quæ
contra. Idem docuit Anton. de Butrio in d.c.tua
fra-

fraternitas,extra de ſponſa.duorum,& idem do-
cuit Geminianus in dicto cap.ſi cui, colum.2.in
verſic.Item cùm forma ſit de ſubſtantia, conclu-
deos quòd deficiente forma, deficiet ipſum to-
rum,& in verſic.Nota hic æquiparari.dixit,quòd
73 in hac materia æquiparari factum † præter & con
tra formam. Nam hoc procedit quando data eſ-
ſet certa forma exerceodi actum, & omnia alia
eſſent prohibita;& dicitur aliquid fieri præter for
mam, quando non reperiretur illud à iure ſtatu-
tum,qui Dominicus ibidem colum.fi. exemplifi-
74 cans quando dicatur † fieri præter,& quando cõ
tra,in verſic.ſuper principali dubio,prædictis ad-
dit,quòd vbi non datur certa forma à iure,vel ab
homioe, tunc non eſt idem facere contra,& præ-
ter formam. Idem rurſus confirmauit ipſemet
Geminianus in dicto cap.pronida, colum.ſecun-
da,verſic. Nota,quòd vbi iudici. dicens, quod v-
bi iudici datur iuriſdictio ſub certa forma exer-
cenda ſi procedit illa forma omiſſa,non valet pro
ceſſus. Idem docuit Ioannes Andr.in cap. oon
eſt, de conſuetud. in ſexto,dicens, quòd ſi Iudex
committat cauſam alicui cum hoc, quod nõ ferat
ſententiam ſine conſilio talis ſapientis viri: quòd
ſi lata eſt ſine conſilio,erit ipſo iure nulla. Idem
latiſſimè docuit Pariſius in conſilio ſuo 19. ferè
per totum, volum.ſecundo,ſed præcipuè num.23.
vbi his præciſis verbis vſus fuit,videlicet. Quando
præcipitur aliquid fieri certo modo ſub pœna, il-
lud tale videtur traditum pro forma: ita,quòd a-
liter factum non valet, & rurſus in nu.59. ibidem
idem Pariſius dixit,quòd actus,qui fit forma non
ſeruata, dicitur eſſe nullus. vt traditur in dicta l.
cùm hi,§.ſi prætor,ff.de tranſact.& in num.61. red
dens rationem ſui dicti, dixit. Qui enim con-
temnit & ſpernit ſeruare formam,dicitur recuſa-
re facere actum, vt docuit Lucas de Penoa. C.de
quæſtor.libro 12.Et ideo defectus formæ inducit
priuationem facultatis reſpectu eius, qui omittit
adimplere:& eam deuoluit ad alium,vt tradit Al
ber.Brunus in tract.formarum, fol.48.columna 3.
verſic. 19.effectus. Nam (vt ibidem,oume.146.
dixit) defectus formæ eſt fortior, & potentior,
quàm defectus renunciationis,cùm non obſeruan
do formam,poſſimus amittere ius, cui non poſſi-
mus ſemper expreſsè renunciare: vt patet in mu-
75 liere,cui relicta ſunt alimenta † ſub certa forma,
quæ non poteſt illis renunciare, nec illa remitte-
re ſine ſolemnitate iuris, & auctoritate prætoris:
& tamen poteſt illa perdere non obſeruando for-
mam ſub qua fuerunt relicta: vt tradit quoque
Gulielmus de Cuneo, in l.cùm hi, §.modus, & i-
bidem Bald. in prima lect. ff. de tranſactionibus.
Idem Pariſius idipſum probauit latiſſimè in con-
ſilio decimotertio, numero 46. volum.ſecundo.
Idem docuit Auguſtious Berous in conſilio 87.
numero 2.verſic. Quæ verba prohibitiua, & ferè
per totum. Idem rurſus in coofilio 89. numer.3.
verſi.forma requiſita, volum.tertio. Idem Augu-
ſtious io conſilio 176.numero nono, diceos quòd
forma & conditio io gratia, vel reſcripto inſerta
76 debebit verè, propriè, & in forma † ſpecifica ad-
impleri: alioqoin reſcriptum, ſeu gratia non po-
terit ſortiri ſuum effectum. Idem docuit Petrus
de Anchar.in conſilio ſuo 35.incip.viſis,columna
fin. Idem docuit Decius in conſilio ſuo 11.oum.
nono verſic.& forma tradita. dicens, quòd ſi for-
ma ſtatuti non ſeruaretur,actus eſſet nullus. quod
idem confirmauit in conſilio decimo, num.tertio
verſic. Vnde ſi forma ſtatuti. & in conſilio 229.
numero ſecundo, & in conſilio 466. numero 13.
14.& 19. Vbi primo dicit, quòd ſi forma ſtatuti
non ſeruetur, actus eſt nullus, ſecundò quòd vbi
deficit forma, non ſufficit cauſa etiam iuſtiſſima:
& Tertiò,quòd illud, quod eſt de forma non poſ-
ſit ſuppleri per æquipollens: cùm id, quod eſt de
forma præciſè debeat obſeruari. Idem rurſus do-
cuit ipſemet Decius in cònſilio 532. numero 5.
verſic. & dicit Antonius de Butrio. Vbi ſequens
ipſum Antonium in cap.fin.not.7. in fine,extra de
reſtitut.ſpoliat) dicit,quòd omiſſio formæ etiam
in qualibet minima qualitate, reddit actum nul-
lum, & ratio ei videtur, quia forma eſt indiui-
dua, vt not.in l.ſi veritas, C.de fideicommiſſ. &
docuit Alexand.in l.ſi is qui quadraginta, §.quæ-
dam,ff.ad l.Falcid.

Et ex Legiſtis vltra allatos in probationem ſu-
pradictorum decem ſignorum, ſe ſubſcripſeront
infraſcripti,videlicet Barto.in l.1.in repet.§.ſi plu
res,num.12.verſic.quartò quæro,ff.de exercitoria
77 actione. Vbi dixit ſententiam † latam ſine conſi-
lio Sapientis eſſe ipſo iure nullam, ſi ex forma ſta-
tuti in ſententia ferenda requireret conſilium Sa-
pientis.Ratio eſt, quia cùm Iudex habeat poteſta
tem à lege municipali ciuitatis; & lex illa ciuita-
tis dicat coofilium debere requiri: tunc debebit
requiri de neceſſitate,aliàs actus non valeret.Nec
obſtat quod dici poſſet,quòd leuis omiſſio ſolem-
nitatis non vitiet actum, vt in l.1.in fi. ff.de ventr.
inſpic.cùm talis omiſſio ſolemnitatis debeat repo
tari ſolemnis, pro cuius intelligentia ipſemet Bar
tolus ibidem ſecundum Oldrad. ſubdit: quòd
quædam eſt ſolemnitas, per quam ſubſtantia fa-
cti non poteſt mutari: & iſta dicitur leuis ſolem-
78 nitas,† & omiſſa non vitiat, vt in dicta l.1.in fine.
quædam eſt ſolemnitas per quam facti ſubſtantia
poteſt mutari ſi omittatur: & iſta non dicitur le-
uis ſolemnitas, argum.in l.cum hi,§.Prætor,ff.de
tranſact.ſed in caſu noſtro conſilium ſapientis po
teſt trahere Iudicem in contrariam ſententiam,
vt in l.item ſi vnus, §.principaliter, & l.ſequen.ff.
de arbitris: ergo non eſt leuis ſolemnitas. Hæc
Bart.vbi ſupra, cuius ſententia adſtipulatur Alex.
in l.1.in fi.ff.de libe.& poſth. idem ibidem docuit
Bal.Idem rurſus docuit Bar.in d.l.nõ dubium,nu.
2.3.& 4.dicens,ꝙ contractus,vel quæcumq; alia ſi
fiant contra legẽ pro infectis hñr. Nam qñ aliquid
prohibet,licèt non vltrà procedat, illud tñ quod
fit contra legem eſt nullum: in tantum ꝙ iuramen
tum poſitũ ſuper contractu inutili erit nullum.Idẽ
rurſus docuit ipſe Bar.in l.vniuerſa,nu.5.ver.cor
tra,C.de precib.imper.offer.dicẽs, ꝙ quotieſ
lex iubeat in aliquo acto faciendo interuen
qua ſolẽnitas: tunc ſi ipſa omittatur, a
erit ipſo iure nullus. ſed qñ lex iubeat
tatem adhiberi poſt contractum, vel ...etur
perfectũ, & tunc ſi illa ſolẽnitas ... cõtractu
talis contractus nõ eſt nullus in, aliàs nõ va
let,ſ.in effectu, niſi per legem actũ factũ (licèt
expreſſe. Pone,dicit ſtat ... ũ nullũ ipſo iure:
ſoluat gabella decẽ ſoli ... ut hic vides,& poſſet
leat.Certè iſta ſolutio ... quan-
aliàs nõ valeat) oõ
niſi expreſsè di

quandoque solui, nisi contractus esset limitatus.,
hæc Bartol.vbi supra.,Cuius sententiæ ad verbum
relatæ à Panorm.in c.2.nu.5.versi.ad vnum tamen
aduerte, extra de testibus ipsemet Pan.se subscri-
psit,addens quod ferè eandem intelligentiam es-
se Bal,quando solemnitas requiratur post actum;
vt non valeat,scilicet in effectu,secus si diceret nõ
valeat ipso iure,vel ipso facto.

Idem docuit Alexand. in l.1.nu.5,ver.secundo
nota,ff.de liber.& posthu.qui concordans senten
tias Bald.& Angeli, Nam Angelus vbi supra per
text.in l.non dubium,C.de legibus,dicebat,quòd
si statutum præceperat in instrumentis nomen &
cognomen contrahentium annotari : si notarius
annotasset solùm nomen & non cognomen:tale in
strumentum esset nullum,cùm fuisset factum,omis
so ordine, seu forma descripta à lege municipali,
Bal.verò, Imo.& Paul.de Castro in d.l.1.vna cum
Salyc.in l.statutis,& ibi quoque Bal. dicebant, ꝙ
tale instrumentum validum erat, tradentes hanc
regulam, quòd vbi lex mandat aliquid fieri certo
modo seruato,licèt fiat talis actus illo non seruа-
to, non erit ipso iure nullus,si in tali lege non af-
fuisset aliqua clausula annullatiua; hoc probantes
per dictam l.statutis,iuncta l.hac lege, C.de sent.
ex breuiculo,&c.Nam in d.l.hac lege;in princip.
traditur forma certa promulgandi sententiam, &
ibi non additur clausula annullatiua.Nam ibi hæc
dicunt.[Hac lege perpetuò credimus ordinandũ,
vt iudices,quos cognoscendi & pronunciandi ne-
cessitas tenet,non subitas,sed deliberatione habi-
ta post negotium sententias ponderatas sibi antè
formarent,& emendatas statim in libellum secuta
fidelitate conferant,scriptasq; ex libello partibus
legant.] hæc ibi.ex quibus nulla elicitur clausula
irritans sententiam sic latam,tali ordine non ser-
uato, quapropter volens Imperator irritare huius
modi sententiam sic latam,ei opus fuit hoc decla
rare(vt fecit)in d.l.statutis,§.huic adijcimus, vbi
hæc habentur, videlicet. [Huic adijcimus sanctio
79 ni,vt snĩa.† quæ dicta fuerit, cùm scripta nõ esset,
nec nomen quidem sniæ habere mereatur:nec ad
rescissionem perperam decretorum appellationis
solemnitas requiratur.] hæc ibi.Quapropter per-
optimè comprobatur veram esse sniam vtrorũque
iuxta concordiam dicti Alex.qui vbi supra dixit,
ꝙ vera sit snĩa Bal.& sequacium prædictorum di-
centium ꝙ qñ aliqua lex mandat aliquid fieri cer
to modo seruato licèt illo ordo nõ seruetur actus,
tñ non est ipso iure nullus, si in lege non aderat
clausula annullatiua, vt colligitur ex d.l.statutis.
iuncta d l.hac lege.Nam d.l.statutis nihil aliud in
duxit;vltra legem præcedentẽ, scilicet l.hac lege:
80 nisi † quia vlterius procedit annullando: sed vbi
statutum,vel lex prohibitiuè loquitur:tunc etiam
absq; clausula annullatiua, actus sine solemnitate
requisita non valet ipso iure : ita loquitur d.l.non
dubium,quod & notãdum erit.Non omittemus,
tamen ꝙ Alex.ibid.& si in casu proposito dicat sẽ
tentiam Bal.amplectẽdam fore,eò ꝙ statutum di-
ctans, ꝙ in contractu exprimatur nomen,præno-
men &c.non vr̃.pro forma, sed pro demonstratio-
ne,in dubio illud requiri:quia nomina nõ sunt po
sita ad mutandum statum alicuius,vt in l.ad reco
gnoscẽdos;C.de inge.manu;nisi statutum vlterius
procederet annullando; quia tunc videretur hoc
requirere pro forma, qua non seruata actus esset
nullus,& ita procedant allegata contra Bald. Ta-
men ipse Alex. subdens eleganter docuit ibidem
81 † quod lex,aut alia dispositio simpliciter loquen-
do tam in materia prohibitiua,explicitè, scilicet
si vteretur lex verbo,inhibemus,vel addendo clau
sulam annullatiuam actus, quando lex aliquid fa-
ciendum præcepisset sub aliquo modo seu ordine:
quàm sine illa clausula expressa, quia regulariter
illa clausula erit subintelligenda, & hoc ipse pro-
bat auctoritate ipsiusmet Bal.in l.si quis mihi,§.si
coram,ff.de acquir.hæredit.adhærentis sententiæ
Glosæ dicti textus. Nam ipsemet Bal.in d.§.si co-
ram,in fine, his verbis vsus fuit.videlicet,si statu-
tum dicat, quòd sententia debet ferri de sententia
Sapientis: si non seruatur ista forma,sententia est
nulla ipso iure.& ita dixit Oldr. disputando,& fa
cit etiamsi caueatur statuto,quòd mulier debet cõ-
trahere cum præsentia propinquorum : licèt non
procedat vlterius annullando: tamen si non serua
tur forma,contractus est ipso iure nullus,per glos.
istius §. Idem rursus docuit ipsemet Bald.in l.vni-
ca,nu.8. versic. ex dictis ergo Rofre. C. ne liceat
in vna ead.cau.&c.His verbis præcisis vtens, vide
licet, Vbi statutum requirit consilium Sapientis,
tacitè videtur statutum ad vlteriora procedere; vi
delicet, vt consilio prætermisso sententia sit ipso
iure nulla: quod intelligendum est de diffinitione
causæ,non de interlocutorijs,vt not:in l.1.§.quod
in sententijs,ff.quando appell.sit,& est ratio quia
vbicumque est priùs & posterius,ibi est ordo: sed
consilium est priusquam consiliatum:ergo est da-
tus ordo iudicij, ergo &c.vt in l.prolatam, C.de
sent.& interloc.omn.iud. Et quidem idem Bald.
id ipsum sæpius in locis citatis docuit: cuius sen-
tentiæ se subscripsit ipsemet Alex.in d.l.1.qui re-
spondens ad tex.in d.l.statutis,dixit,quòd ibi Im-
perator causa maioris declarationis vlterius pro-
cessit addendo clausulam annullatiuam.Nam abs
que d.l.statutis,sententia sine scriptis lata omni-
no fuisset ipso iure nulla,per l.2.C.de sent.ex bre-
uiculo &c. Idem rursus apertiùs & breuiùs do-
cuit ipse Alexand.

Idem docuit Bald. in l.humanum, C.de legi-
bus, & in consilio vndecimo incip.præmissis,co-
lumna fin.libro primo;in consilio 324.incip.pun-
ctus, libro secundo. Idem docuit Bald.rursus in
dicta l non dubium, numero 11.in versic. tu bre-
uiter dic. his præcisis verbis. Tu breuiter dic,
82 quòd prohibita † habentur pro infectis, quoad
sui firmitatem : sed non habentur pro infectis
quoad facientis pœnalitatem. & paulo post, di-
cit, quòd aut lex simpliciter prohibet, & non
valet quod fit, aut vltra procedit, confirmando,
& tunc valet. Hæc Bald. vbi supra, qui rursum
idem elegantiùs docens in l. vniuersa, numero
secundo, versicu. solue. Quandoque lex, C. de
precib. imper. offer. his præcisis verbis vtens.
83 Quandoque lex † iubet, quòd aliqua solemnitas
adhibeatur tempore contractus : & tunc si aliter
fiat,non valet ipso iure,vt in Auctent. Hoc ius por
rectum, C.de sacrosanct.Eccles. & in l.cum hi, ff.
de transactionib.in similibus. Quandoque lex iu-
bet aliquam solemnitatem adhiberi post con-
tractum perfectum, vel alium actum : & tunc si
non adhibetur, contractus non est nullus, sed
non habet effectum, & ita loquitur hic secun-
dum Bartolum, & hoc infert ad statutum, in
quo

in quo dicitur,quod donatio facta ſi ooo iolinue
tur infra ſex menſes non valeat: certè licèt non in
ſinuetur, valet ipſo iure: ſed obſtat exceptio per
eandem theoricam : quia ſolemnitas, quæ requi-
ritur poſt factum , non vitiat ipſo iure,ſi non in-
teruenit: ſed ope exceptionis;ego vltrà procedo.
Pone,quòd dicat ſtatutum, quòd ante porrectam
actionem debeat ſolui gabella , aliàs proceſſus
non valeat: certè in iſto caſu dico,quòd ipſo inre
oon valet: quia iſta forma,ſeu ſolemnitas requiri-
tur antè factum,vel in fieri : & ideo ſi omittatur,
eſt ipſo iure nullum , quod agitur per theoricam
antè dictam . Conclude, quòd quandoque forma
84 † requiritur ad eſſe rei . Quandoque ad confir-
mationem rei in eſſe productæ . Quandoque ad
effectum , ſeu vtilitatem conſequendam . Primo
caſu,ſi omittitur forma,non valet ipſo iure . Ra-
tio , quia talis forma dicitur forma ſubſtantialis.
facit textus in l.qui Romæ , §.Flauius, ff.de verb.
obligation.Secundo & tertio caſu valet ipſo iure:
quia talis forma dicitur forma accidentalis: cuius
defectus ipſo iure non vitiat . Nam vt dicit Ari-
85 ſtot. & Auerro. forma † ſubſtantialis aduenit rei
exiſtenti in potentia : forma accidentalis aduenit
rei exiſtenti in actu. Modò non eſt dubium,quòd
poſtquàm res eſt in actu,difficiliùs reſcinditur ,
quàm à principio impediretur . Hæc omnia no-
taru digniſſima docuit Bald.vbi ſupra,qui & in l.
ſi quis mihi,§.ſi coram. in fine,ff.de acquir.hæred.
& in l.vnica,numero octauo,verſic.ex dictis ergo
Roſre.C.ne liceat in vna eademque cauſa &c.id-
ipſum docuit : cuius formalia verba retuli ſupra
in recenſione ſententiæ Alexand. ad hoc ipſum ci
tantis Bald.in dictis locis . Hoc ipſum rurſus re-
petijt breuiùs ipſe Bald.in l.teſtamentum, col.1.
numero ſecundo,verſic.ſecundò nota, C.de teſta-
mentis ordin.his præciſis verbis,videlicet.Vbi ne
ceſſaria prætermittuntur, vitiatur teſtamentum ,
& contractus : quia omiſſio modi,& formæ,ſem-
per vitiat actum , etiam quantumcumque fauora
bilem , vt docet textus in l.qui Romæ, §.Flauius
Hermes, ff.de verb.oblig.

Idem docuit Angel.in l.1.ff.de liber. & poſthu.
& in l.qnoties,§.ſi quis nomen,ff.de hæred.inſtit.
& in conſ.88. incip.præmitto, io conſil.126.incip.
teſtamenti factio.

Idem docuit Iaſon in l.vniuerſis,nu.3.C.de prę
cib. Imper. offer. dicens hanc eſſe regulam,quòd
forma nõ ſeruata,actus nihil valet,vt in l.cùm hi,
§.ſi prætor.ff.de tranſact.& capit.cùm dilecta, de
reſcript.

Amplia primò, ſingulariter allata in præcedẽti
vnica concluſione dicendo, ꝙ id,quod diximns,
ꝙ geſta contra ordinem iudiciarium , ac formam
traditam à iure tam communi,quàm municipali,
& diſpoſitione quacumq; hominis,ſint ipſo iure
86 oulla:in tantum ſit verum, quod dictus † actus ge
ſti contra legem nullitas dicatur,& ſit propriè pę
na.Primò quando dicta nullitas fuerit introducta
per prohibitionem factam inibi in odium tranſ-
greſſoris dictæ legis.Secundò,quando per dictam
annullationem actns geſti quis veniret priuan-
dns iure acquiſito ſibi aliqua de cauſa: Vel tertiò
iure quærendo , cuins priuatione quis verè quo-
quo modo læderetur: ſed ſi actus annullatio fieret
alia de cauſa,ſcilicet propter omiſſionem formæ,
vel modi, ſeu ſolẽnitatis,tunc talis annullatio nõ
eſſet pœna,propriè loquendo.Hæc ampliatio pro
batur triplici medio.Primò enim per text.in c.ſi
religioſus,in primo reſp.de elect.in 6. Vbi Boni-
facius Octauus,his præciſis verbis vſus fuit,videli
cet [ſi religioſus (cuius arbitrium non ex ſua ,
87 † cùm velle vel nolle non habeat;ſed ex illius, quẽ
vice Dei ſupra caput ſuum poſuit, & cuius impe-
rium ſe ſubiecit,voluntate dependet)electioni de
ſe ad prælationem aliquam extra ſuum Monaſte-
rium,vel ſuam Eccleſiam celebratę,ſui ſuperioris,
qui dare ipſam valeat, non petità licentia & obtẽ
ta,præſumpſerit conſentire : conſenſns ſic præſti-
tus non teneat,& in pœnam præſumptionis illius,
electio eadẽ ipſo facto viribus vacuetur omnino.]
hæc ibi. ex cuius verbis apertiſſimè probatur ; ꝙ
annullatio actus tam ratione odij perſonæ trãſgre
dientis legem,quàm ratione iuris acquireodi, ex
cuius amiſſione quis lęditur, dicatur pœna : cùm
huiuſmodi electus etſi non acquiſitum ſibi ius fuiſ
ſet pleno iure,tamen læſus fuit: eò quòd ex tali e-
lectione habebat ius ad rẽ, ideſt ad ipſam electio-
nem, quo fuit priuatus, licèt oon fuerit grauatus
in bonis proprij patrimonij,ſeu alterius iuris iam
acquiſiti,& poſſeſſi pleno iure.Idem probatur per
textum in c.diſpendia,de reſcript.in 6.vbi hæc ha
bentur,videlicet.[Diſpendia litium æquitatis cõ-
pendio volentes, qua poſſumus induſtria coarcta-
re,ſtatutum fœlicis recordationis Gregorij Papę
Noni prædeceſſoris noſtri ſuper hoc æditum am-
pliantes. Decernimus,vt ſi quis contra alias plures
perſonales mouere voluerit quæſtiones,non ad di
uerſos iudices , ſed ad eoſdem ſuper huiuſmodi
quæſtionibus litteras ſtudeat impetrare; qui verò
contrarium fecerit , omni commodo litterarum :
Nec proceſſus habitus valeat per eaſdem : Reo,ſi
eum per ipſas[citauerit, vel fatigauerit] in expen
ſis legitimis condemnandus : Reus quoque ſi eo-
dem durante iudicio, actorem ſibi obnoxium di
xerit,actoris beneficio, vel conuentionis (ſi con-
tra eum litteras impetrare maluerit) de iure ſuo
debet apud eoſdem iudices experiri,niſi eos vt ſu
ſpectos,poterit recuſare: ſimili pœna,ſi cõtra hoc
fecerit, puniendus.] hæc in d.c.diſpendia. Ex cu-
ius verbis apertiſſimè colligitnr annullationem
88 actus † vocandam propriè pœnam,qñ introducta
fuerat ob odium perſonarum tranſgredienriũ di-
ſpoſitionem iuris alicuius , quod & probatur rur-
ſum per text. in c.cùm ſecundnm,§.licet,extra de
præben. iunctis c.neminem, & c.ſanctorum, diſt.
70.Quapropter ſciendum, io d.§.licèt,hæc haben-
tur, videlicet [licet autem prędeceſſores noſtri or
dinationes eorum,qui ſine certo titulo promouen
89 tur in iniuriam ordinantium † irritas eſſe volue-
rint, & inanes. Nos tamen,benigniùs agere cupiẽ
tes,tamdiu per ordinatores , vel ſucceſſores eorũ
prouideri volumus ordinatis,donec per eos Eccle
ſiaſtica beneficia conſequantur.] hæc ibi. & nota
ibi [iniuriam] ideſt,pęnam,in d.c.neminem,hęc
habentur , videlicet . [Neminem abſolutè ordi-
nari præsbiterum , vel diaconum , vel quemlibet
in Eccleſiaſtica ordinatione conſtitutum , niſi
in Eccleſia ciuitatis manifeſtè , ſiue poſſeſſio-
nis , aut in martirio , aut in Monaſterio , qui or-
dinatur , mereatur ordinationis publicatæ vo-
cabulum . Eos autem , qui abſolutè ordinantur,
decreuit ſancta Synodus vacuam habere manus
impoſitionem, & nullum tale factum valere ad

inuicem ipsius, qui eum ordinauit.] hæc ibi, & in dicto cap. sanctorum. Vrbanus Secundus Papa in Concilio habito Placentiæ his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. [Sanctorum Canonum statutis consona sanctione decernimus, vt sine titulo facta ordinatio irrita habeatur, & in qua Ecclesia quilibet titulatus est, in ea perpetuo perseueret.] hæc ibi. Ex quibus omnibus patuit quòd annullatio actus sit pœna, cùm inducitur ob odium transgredientium iura, & quod annullatio actus in odium facientis illum sit pœna: probatur quoque per tex. in cap. bonæ memoriæ, el secundo, §. constituto, extra de elect. vbi Innocentius Tertius infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. [Constituto autem dicto H. pro sua electione, & dilecto filio nostro, id est, pro electione Archipræsbiteri coram nobis: electionem ab ipso H. post electionem Archipresbiteri non cassatam, licèt de viro multæ litteraturæ, honestæ vitæ, & claræ famæ, non tamen sine multa temeritate præsumptam cùm de Priori nostrum deberet expectare iudicium, antequam procederet ad secundam, duximus irritandam in pœnam; interdicentes eidem contradictionis vocem, in primo consensu capitulo permanente.] hæc ibi. Idem prorsus probatur per textum in capitulo. decenter, distin. 89. vbi refertur decretum Concilij Toletani, 10. capit. 3. his præcisis verbis, videlicet. [Decenter omnibus placet, & in præsenti talia rescindere factum, & non esse de cætero faciendum. Quicumque igitur, Pontificum deinceps aut sanguine propinquis, aut fauore personis quibuscumque sibi coniunctis talia lucra commendare tentauerit: ad suum nephandæ præsumptionis excidium, & quod iussum fuerit denoretur in irritum: & qui ordinauerit, annuæ excommunicationi subiaceat. Quæ verò ablata fortassè fuerint, ab eo, qui tulerit, reddantur in duplum.] hæc ibi. Idipsum probatur per text. in cap. petitis, §. sed si præfati, extra de priuilegijs, Vbi Innocentius Tertius his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. [sed si præfati hospitalarij, vel templarij priuilegiorum suorum fines excesserint, violando temerè interdictum, quod pro eis fuerat promulgatum: nec videantur de aliorum fletu ridere, vos in pœnam præsumptionis eorum, quamdiu ipsi violauerint interdictum, de nostra licentia celebretis.] hæc ibi. ex quibus elicitur quoque veritas præsentis ampliationis: cùm propter odium dictorum Hospitalariorum (in cuius fauorem concessum fuerat priuilegium irrogans pœnam interdicti violantibus eorum immunitates) odium, actus promulgatæ sententiæ interdicti fuit annullatus; ita vt non esset validus contra ciuitatem quousque & ipsi hospitalarij illud obseruarent, & sic patuit annullationem actus esse pœnam, quando incurritur propter odium transgredientium dispositionem iuris vel hominis. Idem probatur in cap. super litteris, §. nos igitur, extra de rescript. Vbi Innocentius Tertius his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. [Nos igitur inter eos, qui per fraudem, vel malitiam, & illos, qui per simplicitatem, vel ignorantiam litteras à nobis impetrant, huiusmodi credimus discretionem adhibendam, vt hi, qui priori modo falsitatem exprimunt, vel supprimunt veritatem, in suæ peruersitatis pœnam, nullam ex illis litteris commodum consequentur; ita, videlicet, quòd delegatus (postquam sibi super hoc facta fuerit fides) nullatenus de causa cognoscat.] hæc ibi. Ex quibus elicitur annullationem actus concessionis rescripti dici quoque pœnam.

Idem probatur per textum in l. Senatus, ff. de contrahend. empt. vbi hæc habentur, videlicet. [Senatus censuit ne quis domum, villamvè diruere, quo plus sibi acquireretur, nevè quis negotiandi caosa eorum quid emeret, venderetvè, pœna in eum, qui aduersus Senatusconsul. fecisset cõstituta, vt duplum eius quo rem emisset, in ærarium inferre cogeretur: in eum verò, qui vendidisset, vt irrita fieret venditio,] hæc ibi: ex quibus verbis emicuit veritas præsentis ampliationis; & præcipuè in illis verbis. [pœna in eum qui &c. & in eum qui vendidisset, vt irrita fieret venditio.] Nam pœnam appellauit textus tam solutionem dupli, quam irritationem venditionis factæ: ac per consequens verum fuit, quod diximus, quòd annullatio actus statuta à quacumque dispositione iuris vel hominis. Idem probatur in l. turpia in principio, ff. de legat. 1, vbi hæc habentur, videlicet. [Turpia legata, quæ denotãdi magis legatarij gratia scribuntur, odio scribentis pro non scriptis habentur.] hæc ibi. Idem probatur per text. in l. non dubium, C. de legibus relatum in probationem præcedentis vnicæ conclusionis. Vbi inter alia hæc habentur, videlicet. [Nec pœnas legibus insertas] per quæ verba designantur annullationes actuum, quæ dicuntur pœnæ insertæ in legibus: cùm dicantur pœnæ legum intrinsecæ, vt infra latius probabimus, & præcipuè per sententiam Iasonis infra ad verbum recensendam.

Probatur præsens ampliatio & secundò Doctorum auctoritate. Nam ex Canonistis infrascriptis se subscripserunt. Glo. singularis enim in cap. decet domum Dei, §. ordinarij, de immun. Eccle. in sexto, in versic. processus. appellauit illam constitutionem pœnalem, eò, quòd in ea dicatur, quòd [processus iudicum secularium, ac specialiter prolatæ sententiæ in eisdem locis omni careant robore firmitatis.] his præcisis verbis vtens, videlicet. Nam cùm tantum processus, & sententias iudicum irritet; & pœnalis sit constitutio: pœnam non extendam, hæc ibi glos. illa, ex quibus patuit, quòd annullatio actus sit pœna,
90 cùm & pœnalis † nuncupetur à dicta glos. constitutio decernens actus annullationem. Idem docuit Panormitanus in capitulo secundo, nume. 5. versic. & nota singulariter, extra de constitut. Vbi hæc verba protulit. In contrarium adduco glos. not. in cap. decet, de immun. Eccles. in sexto, quæ dicit constitutionem actus retractantem esse pœnalem, & non extendendam per identitatem rationis: ideo ex hoc dicit, quòd illud inquãtum inducit nullitatem actus gesti in Ecclesia non extenditur ad contractus: & statim referendo ipse Panorm. ibidem sententiam Bald. in l. non dubium, C. de legibus, dicit ipsum Bald. concordando di-
91 xisse, quòd aut nullitas † alicuius inducitur in odium alicuius, & tunc tale statutum dicitur pœnale: aut non in odium, sed defectum solemnitatis, & tunc nullitas non erit pœna, & in primo loquntum fuisse dictum capit. decet, quod notat. hæc Panormitanus, qui rursus in cap. 2. num. 5. versic. Bald. dicit, extra de testibus, se subscripsit

dictæ

dictæ sententiæ Bald. Quo Panor. iterum docens in cap. fin. nu. 18. versic. & cùm ista irritatio, extra de ferijs. his præcisis verbis vtens, videlicet. Et cùm ista actus irritatio causetur ex odio, & sic sit odiosa & pœnalis, non debet extendi, vt in simili dixit glo. in dicto cap. decet, ex quibus verbis Panormitani colligitur quòd irritatio actus producta propter odium agentis dicatur pœna: & constitutio illum irritans dicatur pœnalis. quod expressiùs ipsemet Panormitanus docuit in prohemio decretalium, numero 15. versic. Item illa constitutio. his præcisis verbis vtens, videlicet. Item illa constitutio illius Auctent. non est propriè pœnalis: cùm non in odium inducat irritationem actus, sed propter defectum solemnitatis, vt dicam in capit. 2. de constitut. Idem docuit Ioannes Andreas (vt refert Alexand. in dicta l. turpia, numero 2.) in capit. dispendia, de rescript. in sexto, in fine cum glos. fin. etsi contrarium dixerit, in cap. fin. de elect. in sexto, quem ibidem sequutus fuit Ancharanus. Nam Ioann. Andr. dixerat, quod annullatio actus non sit propriè pęna, quando actus annullatur à principio, quia ex quo non causatur diminutio patrimonij, vel iuris quæsiti, non est propriè pœna: aliàs secundum eum sequeretur, quòd iura disponentia, quòd in testamentis adhibeantur certæ solemnitates, aliàs non valeant, sint pœnalia: quod est absurdum dicere. hęc Ioann. Andr. cuius dicta concordans Imo. in cap. fin. extra de rescript. dicit, quòd dictum Ioann. Andr. in dicto cap. dispendia, procedit loquendo de pœna intrinseca ipsius actus; & sic propriè dicitur pœna: dictum verò ipsius in d. capit. fin. procedit loquendo de pœna extrinseca, quæ nón dicetur propriè pœna, actus annullatio. Idem docuit Decius in capit. 2. extra de constitut. vbi latissimè hanc ampliationem amplectendo ipsi adhæret. Idem docuit Mantua in dicto cap. 2. num. 35. per totum. Vbi luculentissimè præsentem ampliationem approbauit multis medijs. Idem docuit Pau. de Leaza. in prohemio Clem. in versic. de cætero. sequens Bartol. in l. prætor ait, ff. de oper. noui nunciat.

Et ex Legistis. Idem docuit glo. in d. l. Senatus, versic. duplum. his præcisis verbis vtens, videlicet. Nam si emptor pretium non soluit adhuc, & habet rem, tenetur in duplum, vt hic. Et ratione vnius simpli, est pœna venditoris: cùm irrita sit quoad eum venditio, vt hic subijcit. hæc ille. ex cuius verbis apertissimè elicitur ipsum docuisse irritationem venditionis, & sic actus annullationem esse pœnam, quamuis inde nullum venditor incurrat detrimentum in iure quæsito: licèt benè in iure acquirendo, seu possessione pecuniæ indè recipiendæ. Idem docuit Bartol. in d. l. turpia, in principio his verbis vtens, videlicet. Nota, quòd dicit, [odio scribentis.] & sic pœna videtur esse testatoris, si ea, quæ scribit in testamento non valet; Idem apertiùs ipsemet Bartol. in l. prætor ait, nume. 3. versi. & ideo dicatis, ff. de oper. nou. nunc. his præcisis verbis vtens, videlicet. Quando lex procedit vltra pęnam imponendo. Dic aut est in-
92 certum † de mente legis, & sic stamus certo, vt in l. iubemus, C. de sacrosanct. Eccles. & in l. 1. C. de sepulchro violato. Aut est dubium, & tunc si respicit annullationem ipsius actus, pęna quæ apponitur; actus annullatur, vt hic, & in l. si verò non remunerandi, §. rei turpis, ff. mandati, & in l. iurisgentium, §. pacta, quæ contra, ff. de pactis, & in l. pacta, quæ contra. C. de pactis. Aut apponitur pœna extrinseca: puta, qui hoc fecerit, soluat decem nomine pœnæ: vel non audiatur ad ius, & similia: & tunc pœna non esset pœna actu remanente inualido, & tunc actus remanet validus: vt in l. vltima, ff. de diuor. Aut pęna potest concurrere cum actus nullitate, & tunc aut nullitas actus respicit præiudicium eius, cui pęna tantùm imponitur: & tunc actus est nullus, vt in l. 1. ff. de his quæ pro non script. haben. Aut respicit alterius præiudicium, & tunc actus non est nullus, vt in l. filiusfamiliàs, §. fin. ff. de falsis, & in l. nemo videtur, ff. de regulis iuris. idem repetijt Bart. in l. sanctio legum. in principio, in versic. Tamen ad hanc lect. ff. de pœnis, appellans annullationem actus exerciti contra prohibitionem legis; pęnam, dicēs quòd in l. non dubium, C. de legibus. Pęna generalis imponatur annullationis contractus facti cōtra legem. Idem docuit Bald. & si in l. nemo martyres, num. 6. versic. Ego dico, C. de sacrosanctis Eccles. dixerit, quòd annullatio actus non dicatur propriè pęna: quia propriè non dicitur lex pęnalis, nisi quando aliquid abest, vel quando constitutio priuat aliquem iure quæsito, vel inchoato quæri, vt docet Ioann. Andr. in cap. fin. de elect. in sexto. Nihilominus ipsemet Bald. in l. non dubiū, C. de legibus, nu. 6. versic. Item nota in princip. legis. Dixit, quòd si annullatur actus ratione prohibitionis; annullatio dicitur pęna: vt hic, & in l. Senatus, ff. de cōtrahen. empt. sed si contractus esset nullus ratione omissionis modi vel formæ, tunc non esset pęna. Hæc Bald. cum cuius distinctione transijt. Fulgos. in d. l. non dubium, & ad hoc citat Iacob. Butrig. ibidem. ex dictis ergo hucusq; Bal. colligimus apertissimè veritatem præsentis ampliationis. Nam in d. l. nemo. dixit, quòd annullatio actus, quæ aliquem priuat iure acquisito, vel inchoato quæri dicatur pęna, & in d. l. non dubium, num. 6. dixit, annullatio actus illa dicetur pęna, quando procedit ex prohibitione, vt in d. l. non dubium, & in d. l. Senatus: volens nos docere hoc ideo fieri: quia quotiescumque lex alicui aliquid prohibet, tunc implicitè præcipit annullationem actus subsequi ex tali ausu temerario illum exercendi, ac per consequens ratione odij, quod lex concipit aduersus huiusmodi legis prohibitiuæ trāsgressorem temerarium. Quapropter ex ipsius Bald. dictis colligimus tres modos, quibus annullatiò actus de iure dici possit propriè pęna. Primò, quando quis ex annullatione huiusmodi actus priuaretur iure sibi acquisito. Secundò, quando priuaretur iure inchoato quæri. Non autem pęna esset dicenda annullatio actus, quando procederet ex omissione modi, vel formæ. ex quibus omnibus apertissimè paruit ipsum Bald. se subscripsisse præsenti nostræ ampliationi. Idem ipsemet Bald. confirmauit in eadem l. non dubium, num. 28. versic. tu dic. his præcisis verbis vtens, videlicet. Tu dic, quòd quandoq; nullitas actus (propriè loquendo) non est pęna: verbi gratia. Quando lex procedit potestatem dando, non detrahendo, vel administrationem adimendo, vel rem à contractu eximendo, vel delictum præsumendo: tunc specialis pęna inserta in lege non facit actum valere: quia sua natura prohibentur, & habet prohibitio nullitatem intrinsecam: & quia cum propriè non sit pœna, non ha-

bent locum leges, quæ dicunt quod pœna specialis tollit pœnam generalem. Si autem nullitas propriè est pœna; tunc habet locum consideratio aliorum, & maxime Domini Iacobi Butr. & domini Cyni: verbi gratia, dicit statutũ, q̃ nullus cõtrahat, quin soluat gabellam de contractu; & si non soluat gabellam, soluat centum noĩe pœnæ. Isto ca
93 su contractus † valebit: quia statutum vltra procedit imponendo pœnam diuersam à pœna nullitatis: & ideo pœna specialis impedit pœnam generalem. Hæc Bald. vbi sup. ex cuius verbis benè ponderatis elicitur quoque veritas præsentis ampliationis; cùm loquens ipse de actus nullitate (quæ non sit pœna propriè dicta) dicat illam esse dicendam, quæ procedit ex lege dante potestatem aliquid faciendi. Nullitas actus verò, quæ procedit ex lege detrahente aliquam potestatem, vel administrationem adimente. (Adde tu, priuando aliquem iure sibi iam acquisito.) vel rem à cõtractu eximente (Adde tu, priuando aliquem iure inchoato acquiri) vel delictum præsumente. (Adde tu, ratione odij incursi propter temeratiam legis prohibitiuæ transgressionem. Et iccirco q̃ ipse Bal. subderat [si autem nullitas est pœna.] non subintulit exempla alia, cùm prius præ enarrasset dicendo, Non detrahendo &c. Ex his ergo omnibus apertissimè emicuit ipsum Bald. etiam in d. nume. 28. versic. tu dicas se subscripsisse præsenti ampliationi. Idem rursum docuit Bald. in d. l. turpia, in principio his præcisis verbis videlicet; & nota, quòd annullatio legati videtur esse quædam pœna testatoris, & hoc in vero odio. hæc ille, quasi apertè diceret, q̃ annullatio actus tunc dicatur pœna, quando procedit in odium transgredientis legem annullantem actum ipsum exercitum contra ipsam legem prohibentem illum fieri. Idem docuit elegantissimè Alex. in d. l. turpia, nu. 2. post multas recensitas Doctorum sententias, sequens Ioan. And. dicentem vbi supra, quòd quando causatur actus annullatio diminutionem patrimonij, vel iuris quæsiti, tunc annullatio dicatur propriè pœna, in versic. vel hic ista annullatio: dicit quòd annullatio actus procedens in odium transgressoris legis, seu testatoris diffamantis, sit propriè pœna: vt in dicta l. turpia. Idem docuit Imo. in l. si vero, §. de viro, ff. soluto matrimon. Idem quoque docuit Iason in dicta l. non dubium, colum. 2. nu. 6. & 7. his præcisis, ac notatu dignissimis verbis, videlicet. Secundò pondera textum ibi. [Nec pœnas insertas legibus, &c. quòd qui facit contra verba, & mentem legis incidit † in pœnas legum.
94 Et si dicatur quæ sunt istæ pœnæ legum, in quas incidit faciens contra legem. Respondetur, quòd duplex est pœna: quædam intrinseca, & quædam extrinseca. Pœna intrinseca est, quam ponit ista lex: quòd si fiat contra legem, vel mentem, non valet nec pactum, nec contractus, nec sacramentum, nec principale, nec aliquod accessorium. Ista est pœna intrinseca: Pœna autem extrinseca, qua punitur faciens contra legem, vel in fraudem legis, est quando pœna est scripta in lege: vt in lege hodie, ff. de pœnis. sin autem pœna non est expressa in lege: tunc punietur pro legis transgressione extraordinariè arbitrio Iudicis per regulam legis primę, §. expilatores, ff. de effra. & expi. secundum Baldum hic, & alios Doctores alibi passim. Tertiò nota ex eodem text. ibi [Nec pœnas.] Hic videri textum secundum Baldum ibidem, in colum. secunda. Nota. vltimo post Iacob. Butrigar. quòd annullatio actus est pœna. Idem nota. Fulg. Paulus de Castro, hic & Bartol. in dicta lege turpia, in principio. Canonistæ, & præsertim Panorm. in cap. 2. ext. de Constitut. Fulg. & Bald. hic distinguunt. Aut actus annullatur propter solam prohibitionem legis. (Adde tu, scilicet odio. transgressoris) vt ipsemet Bald. docuit, vt supra, & nos latiùs retulimus, & tunc annullatio actus benè est pœna: ita loquitur textus hic. Et textus melior de iure in l. Senatus, ff. de contrahen. empt. si autem actus aliter annullaretur, quàm per solam prohibitionem legis, tunc ipsa annullatio actus non esset pœna propriè dicta. Idem rursus docuit ipsemet Iason in dicta lege turpia, numero secundo, versi. secundo nota. his præcisis verbis vtens, videlicet, Secundò nota ex text. ibi. [Odio scribentis] secundum Bartolum, & alios, quòd videtur esse pœnam testatoris, si scripta per eum in testamento non valent: & sic nota secundum Baldum, quòd annullatio legati dicitur esse pœna: & generaliter, quòd annullatio actus sit pœna: facit text. in lege non dubium, in versic. [Nec pœnas] & ibi Bald. & moderni ad hoc not, C. de legibus. hæc Iason, qui & subdit ibidem & alias Doctorum sententias id ipsum confirmantes.

Et si verissimam fuisse præsentem primam ampliationem multis vtriusque iuris, ac Doctorum oraculis probauerimus, Nihilominus quis posset
95 insurgere † contra ipsam duplici ense accinctus; cùm videatur dupliciter posse impugnari. Primò enim, quia non videtur verum, quòd diximus quòd annullatio actus producta à iuris cuiuscumque, vel hominis dispositione, prohibente actum ipsum. Primò odio transgredientis illam. Secundò quando per dictam annullationem actus quis veniret priuandus iure sibi acquisito: vel Tertiò priuaretur iure aliquo quærendo, seu inchoato quæri, cuius priuatione verè quis læderetur. Et secundò, quòd si actus annullatio fieret alia de causa, quàm ex aliqua de prædictis, puta, propter omissionem formæ solemnitatis, vel alterius modi requisiti in dicto actu gesto, talis annullatio non esset pœna propriè dicta. Circa primam obiectionem sciendum, quod ei summopere fauit Innocentius in capitulo si verè permittimus. circa medium, extra de sentent. excommunic. vbi infrascriptis præcisis verbis vsus fuit, videlicet. Non est naturalis pœna contrahentium contra legem, vel contra mandatum Principis, quòd irritetur contractus: imò est contrarius, quod dicit: pacta seruabo. Naturalis autem pœna quòd eis tantùm inobedientibus imponatur pœna, siue pecuniaria, siue corporalis: prout Legi, vel Iudici meliùs videbitur, vbi non est certa pœna statuta. Hæc Innocentius cui se subscripsit Felinus in dicto capitulo secundo, colum. secunda, versic, sed transeo, extra de Constitutionibus asserens hoc ipsum docuisse Domin. in cap. nemo deinceps, col. secunda, de elect. in sexto, Bal. in capitulo primo, colum. secunda. extra de rescript. Cardin. in Clement. prima, quæstio. secunda, de regul. & alios: apud quos nõ potui ego talem sententiam reperire. Huic primæ obiectioni facillima erit responsio
96 cum Decio, & Mantua. in dicto capitulo secundo, extra de constitutionibus. Nam reuera ipse Bald. contrarium explicitè docuit in locis supra

præcitatis, & iterum in capit. nam concupiscentiam. versicul. tertio casu. extra de constitut.. his præcisis verbis vtens, videlicet: Actus non valet, & ligat: Nam omne, quod est prohibitum naturaliter, est inualidum: secus si de iure positiuo ali qua noua pœna imponatur, vt infra eod.tit.c.fin. Mirum est tamen, quòd interdum pœna imponitur, & actus non prohibetur, vt quando aliquid speciali fauore ponitur, vt in l.quod ait lex.ff.de diuortijs. His præmissis sciendum, quòd annullatio actus dicitur pœna intrinseca (prout latiùs supra docuimus ex Doctoribus ibi citatis, vt etiam docuerunt Decius, & Mantua in dicto c.1.de constitu.) ac per consequens naturalis: pœna verò pecuniaria, ac corporalis dicetur pœna extrinsecus veniens, ac per consequens non naturalis, & talium responsio, proculdubio intelligenda erit in terminis præsentis nostræ ampliationis. Secundæ obiectioni faciliùs respondetur, dicendo illam non aduersari præsenti nostræ ampliationi, cùm in ipsa idipsum supposuerimus esse verum, & probauimus tot Doctorum inibi citatis oraculis, & ratio erit, quia dicetur talis actus annullatio pœna extrinseca, seu extrinsecus adueniens, & non naturalis, & intrinsecus quasi congenita. & sic sit satisfactum ipsi duplici obiectioni.

Amplia secundò traditam regulã in dicta conclusione vnica singulariter, dicendo, quòd non so
97 lum ipso iure inualidum † est quod fit contra formam, sed etiam si præter, vel citra formam cuiuscunque dispositionis tam hominis, quàm iuris cõmunis, vel municipalis, scilicet quando ad plenum non impleretur mandatum, seu dicta dispositio legis, aut hominis: Nam regula verissima est, quòd quãdo ad aliquem actum perficiendum datur à iuris, vel communis dispositione certa forma, paria erunt agere contra, vel citra, seu præter dictam formam. Hæc ampliatio probatur quadruplici medio. Primò enim per arg. in iure Diuino, scilicet in lib. Deuter.cap.12. versic.fin. vbi hæc habentur, videlicet: [Quod præcipio tibi hoc tantum facito domino. Nec addas quicquã, nec minuas. Idem habetur in Epistola Diui Pauli ad Timotheum prima. c.5. versic. vigesimoprimò, vbi hæc habentur. [Testor coram Deo, & Christo Iesu, & electis Angelis eius, vt hæc custodias, & sine præiudicio nihil faciens in alteram partem declinando.] hęc ibi. Dixi probari præsentem nostram ampliationem per argumentum in dicto iure Diuino: quoniam etsi explicitè ibi non contineatur veritas nostræ ampliationis, bene tamen ex ipsa elicitur, cùm inde colligi possit, quòd forma mandati simpliciter sit seruanda, nec alicui liceat contra ipsam, vel præter, seu citra ipsam aliquid facere. Idem probatur iure positiuo, & primò Pontificio allato in probationem dictæ vnicæ conclusionis, cuius est hæc ampliatio. & secundò iure Imperatorio citato ibidem. vide ergo ibi latiùs. Probatur & tertiò Doctorum sententia præsens ampliatio. Nam ipsi se subscripserunt infrascripti Doctores, vltra citatos in probationem dictæ vnicæ cõclusionis, qui ibidem implicitè (vt patet ad sensum) idipsum docuerunt. Nempè Glos.in c.si cui. versic.præter. de elect. in sexto. dicens, nota ista duo comparari præter, & contra. Idem docuit Archidiac.in d.c.si cui. dicens, quòd vbi certa forma desideratur, illa necessariò erit seruãda, cùm illam quis excedere nõ possit, aliàs quòd fiet, inualidum erit. Idem docuit Dominicus à Sancto Geminiano in d.c.si cui. in not.fin. & in c.fin. versic.super principali. his præcisis verbis vtens, videlicet: Nota hic æquiparari factum præter, &
98 contra, † quod procedit, quando data est certa forma exercendi actum, & omnia alia sunt prohibita, & tunc paria sunt facere præter, & contra, & in dicto vers. super principali dixit, quòd vbi datur certa forma à iure, vel ab homine, secundũ quam debeat actus fieri, & tunc idem est facere præter, quod contra formã. de forma iuris est hic, scilicet in d.c.si cui. de forma hominis, in c. cùm dilecta. extra de rescriptis. & in c. Pisanis. extra de restitut. spoliat. ita videtur concludere Io. And. in c.causam quæ. extra de re iudic. secus vbi non datur certa forma: nam tunc non erit idem facere pręter, & cõtra. hæc Geminianus. Idem expressè docuit Panorm. in d.c. Pisanis. nu.5. vers.nota gesta corruere. vbi ad verbum se subscripsit præsenti ampliationi, quod & repetijt alijs verbis vtens in d.c.causam quæ. num.7. versic.oppono contra textum, scilicet hoc teneas, q vbi certa forma est de substantia: æquiparantur præter, & contra. Idẽ docuit ipsemet Panormit. in c.super quæstionum. §.verum.nu.4. vers.nota hoc dictum. extra de offic.deleg. & iterum latiùs in c.prudentiam. nu.5. versic.nota ibi citra formam, qui idem repetijt in c.causam, nu.7. versic.oppono contra textum. extra de sent. & re iudic. Idem Felinus in d.c.causam.nu.4 vers.æquiparantur. & rursus in d.c.super quæstionum, §.verum.num.8. Idem latissimè docuit Felinus in c. cùm dilecta. col.9. vers.amplia primò. extra de rescript. qui multis Doctoribus citatis, & nonnullis sententijs verissimam esse præsentem ampliationem probat, dicens idipsum tenuisse Ioan.Andr. in d.c.prudentiam.super versic. citra, asserentem per illum tex. æquiparari contra citra, & præter in materia præsentis ampliationis: ad idem allegat ipse Io.Andr. post Hostiens. dictum textum, Deuter.c.12. in fine. vbi dicitur, Quod præcipio tibi, hoc tantum facito domino, nec addas quicquã, nec minuas, quod rursus confirmauit idem Io.Andr. in c.cùm Marthæ. col.8. super Glos.2. extra de celebr. Miss. per textum Apocalypsis cap. vlt. vbi dicitur, [si quis apposuerit aliquid super hoc, apponet Deus super ipsum plagas; & si quis diminuerit, auferet eius partem de ligno vitæ. facit ad hoc ipsum probandum, quod docuit Sanctus Ambrosius in libro de Paradiso. dicens, si quid addas, vel detrahas, præuaricatio videtur esse quædam mandati: simpliciter enim & pura mandata forma tenenda est, vel testimonij series intimanda. Nihil igitur quod bonum videtur, addendum est: si quis vnum custodit mandatum, & aliud præuaricatur, nihil prodest. hæc Diuus Ambrosius ad hoc etiam facit, quod tradunt Hystoriographi de Iulio Cæsare, qui cùm in domandis hostibus quinque annorum spatium sibi permissum pertransisset, licèt gloriosè triumphasset, honor tamen sibi debitus denegatus est, nec vrbem ingredi permissus est, eo q vltra terminum sibi præfixum moram traxisset. Et legitur de Petronio Romano, quem cùm Caius Caligula Imperator Legatum misisset in Syriam, cum mandato de debellandis Iudæis simulachra sua recusantibus, videns innumerabilem stragem futuram ab eorum fixam pertinaciam, rescripsit Imperatori imminere Romano Imperio grauem infamiam,

si man-

si mandatum adimpleret, ob quod Caius ei rescripsit, vt propria manu se occideret, vt disceret omnes non esse Imperatorum mandata paruipendenda, vt habetur in supplemento Chronicarum. libro 8. fol. 8. hæc omnia retulit Felinus vbi supra, in confirmationem verissimæ nostræ ampliationis. Idem docuit Cardinalis in Clem. 1. in princ. sextæ quæstionis, col. 3. dictæ quæstionis. ibi secundò potestas. de supplen. neglig. Prælat. Idem docuit Antonius Butr. in d. c. Pisanis. notab. 7. di-
99 cens, quòd omissio formæ † in qualibet minima qualitate processus, vitiat totum processum, quod dictum repetijt, ac sequutus fuit Dec. in cõs. 532. nu. 5. versic. Quòd omissio formæ addensque rationem talis dicti, ait: Ratio illa videtur, quia forma est indiuidua, vt not. in l. si veritas. C. de fideicommiss. prout latius probat quoque Alex. in l. si is, qui. §. quædam. nu. 3. ff. ad l. Falcid.

Limita singulariter primò allata in prædicta ampliatione secunda, dicendo ipsa non habere lo-
100 cum in eo, qui aliquid facit vicinum, & coniunctum mandato: cùm non dicatur tunc ipsum facere contra, vel præter formã. Hæc limitatio probatur triplici medio. Primò per argum. in l. iam tamen. §. in hac stipulatione. ff. iudic. solui. in fine ibi. [Si autem obtinnerint, poterunt & sumptus litis consequi, quasi iuxta mandatum, etsi non mandatum fuerit.] Idem probatur per argum. in l. fin. §. mandaui. ff. mandati. vbi habetur, ꝙ agatur mandati, siue quis mandatum impleat, siue aliquid æquipollens faciat. Probatur & secundò Doctorum sententia. & ex Canonistis hoc docuit Panormitanus in c. causam. nu. 7. versic. is autem qui facit. ext. de sent. & re iudic. Idem docuit Host. & alij, quẽ omnes sequuntur in d. c. causam. & Feli. latius ibidem nu. 5. in versic. actus contiguus. Idẽ docuit Glos. in c. licèt ergo. 8. q. 1. in versic. præcepisset, dicens, quòd sufficiat, ꝙ fiat id, quod est vicinum mandato, licet ipsum non sit mandatum, vt in l. iam tamen. §. vlt. ff. iud. sol. & in l. vlt. ff. mandati. Idem docuit Euerardus in sua eleganti Topica iuris. loco à ratione legis. nu. 13. vers. hoc tamen volo. Et ex Legistis idem docuerunt Bart. & Bal. in d. §. mandaui. Probatur & tertiò hac ratione: cùm enim in quolibet mandato subintelligantur ea omnia, sine quibus mandatum expediri nõ posset, etiam si de ipsis in mandato nihil expressè contineatur cùm illa non dicantur esse extra
101 mandatum, † sed ipsi mandato inhærere, vt latiùs, & luculentiùs docet ipse Felinus vbi supra.

Limita & secundò allata in dicta ampliatione, dicendo ipsa non habere locum in mandato qua-
102 lificato tam legis, quàm hominis † dispositionis, quando huiusmodi mandatum distribuetur in duo mandata, etsi non poterit impleri in facto, seu substantia, debebit adimpleri in modo, seu qualitate. Quapropter si duo mandantur etiam data certa forma, licèt non possint simul adimpleri, debet tamen fieri quod potest, & valebit actus. Huic limitationi se subscripsit Panormitanus in c. fin. nu. 5. & 6. extra de offic. iudic. deleg.

Amplia & tertiò allata in dicta vnica cõclusione docendo illa etiam verificari in his, quæ sunt concomitantia expressis. Nã sicut non valet actus
103 † expressè contra formam mandati, seu dispositionis iuris, aut hominis, ita nec contra qualitatem formæ, siue cõcomitãtiæ eorum, quæ sunt de substantia formæ. Hæc ampliatio probatur triplici medio. Primò enim per textum in c. fi. extra de restitut. spoliat. cuius præcisa verba retulimus supra in probationẽ dictæ vnicæ conclusionis. Nam ex ipso habetur, quòd nedum deberet fieri restitutio simpliciter, verum etiam plena restitutio. Probatur & secundò Doctorum sententia. Nam Bal. in c. 1. nn. 2. extra de sent. & re iudic. dicit, ꝙ sicut non valet sententia lata contra substantiam formæ mandati, ita nec contra qualitatem formę, siue concomitãtias ipsius formæ, & quòd de hoc est casus singularis in d. c. fin. Idem docuit Panor. in d. c. fin. nu. 4. vers. ex quo infero. vbi infrascriptis verbis vsus fuit: partem teneo esse veram, per quã alias obtinui in ciuitate Veronæ, vbi statutũ est, quòd si reperiatur aliquis malè conuersans cum sorore, possit ipsum impunè occidere, quòd vnus, qui reperierat quendam in camera cubiculari cũ sorore cum armis, & cõuocauit amicos armatos, & occidit illum, licèt statutum loquatur de fra-
104 tre, tamen debet etiam extendi ad amicos † congregatos, sine quibus tutè non potuisset occidere illum repertum cum sorore. & ita per totam Curiam Veronæ fuit iudicatum. idipsum docuerunt & alij Doct. per me citati in tract. de aborsus pœna. Idem docuit Marsil. in suo singul. 175. incip. Concesso vno.

Amplia singulariter & quartò allata in dicta
105 cõclusione vnica, etiã si transgressio formæ † induceret faciliorem expeditionem commissionis mandatario ipsi factæ, quoniam etiã & tunc actus erit ipso iure nullus, etsi veniant in commissione ea, sine quibus causa expediri non possent, vt paulò ante probatum fuit. Hæc ampliatio probatur auctoritate infrascriptorum Doctorum. Nam ipsi se subscripsit Glo. in c. solet. de sent. excommunic. in sexto. in vers. per Superiorem. & ibidem Dominicus à Sancto Geminiano, Idem docuit ad verbum Felinus in c. cùm dilecta. col. 10. versic. amplia quartò. extra de rescriptis.

Amplia singulariter & quintò dicta in conclu-
106 sione vnica, dicendo illa habere locum, † etiam si expressè renunciarent dictæ formæ partes consentiendo transgressioni formæ dispositionis iuris, vel hominis prohibentis aliquid, non seruata aliqua præcisa forma tradita, quoniam actus gestus contra illam esset ipso iure nullus. Hæc ampliatio probatur auctoritate omniũ legum vtriusque iuris afferendarum in probationẽ subsequentis primæ limitationis, ac Doctorum ibi citandorum, vltra hic recensitos. vide ergo ibi. Nam Bar. in l. de his, nu. 3. versic. præterea ista lex. ff. de transact. his præcisis verbis vtens, videlicet: Præterea ista lex est prohibitiua: sed istis legibus prohibi-
107 tis † non videtur posse renunciari, vt notatur in Glo. vlt. in l. 1. & 2. C. ne fideiuss. do. dentur. Idẽ docuit Bal. in Authent. generaliter. notab. 2. C. de episcop. & cleric. & rursus in d. l. 2. Idem docuit Imol. in l. quicquid astringendæ. col. 1. per illum textum, ff. de verbor. oblig. dicens, quòd si partes sint consentientes, vt forma non seruata habeatur pro expressa, talis consensus, ac conuentio nihil operabitur: & ratio est, quoniam omnis solemnitas, seu substantialis forma est iuris publici, vt in l. 2. ff. de testam. & in l. nemo potest. ff. de legat. 1. & ideo non læditur pacto priuatorum, qui Imol. ex dictis colligit post Angel. quòd statuto Clem. appellanti. de appellat. non poterunt renunciare partes, quoniam non sufficiet appellanti ab interlocuto-

locutoria dicere, quòd causæ grauaminis (quæ
per dictam Clem.præcipiunt exprimi) habeantur
108 † pro expressis, cùm partes non possunt vti clau-
sula (pro expressis habentes) vt docet textus in c.
qui ad agendum. de procurat. in sexto. & in l.sed
& si quis.§.quæsitum. & ibi Ang. ff. si quis cau.li-
cèt secus in Principe. Idem docuit Signorel. de
Homodeis in suo consil.21. incip. In processu fa-
cto contra Petrolum. vbi voluit, quòd formæ da-
109 tæ à statuto † non possit inquisitus renunciare.
Idem docuit Iason in l. nemo potest. nu.61. ff. de
legat.1. his præcisis verbis, videlicet: Partes non
possunt renūciare solemnitatibus introductis de
iure publico, vt in hac l.& in l.ius publicum.ff.de
pactis.& in c.de causis.de offic.deleg.& in Clem.
sæpe, de verb.signific.dicens, quòd partes facere
non possint, quòd actus valeat non seruata solem-
nitate ex defectu formæ, & compromissum ipso
iure nullum sit validum. licèt possint per pactum
facere, quòd licèt actus sit nullus, tamen non pos-
set opponi, nec allegari nullitas.

Limita singulariter allata in dicta quinta am-
pliatione, dicendo ipsa solùm habere locum, qñ
110 forma † dispositionis tam iuris communis, &
municipalis, quàm hominis introductæ in fauo-
rem quorundā pro vtilitate publica, & odio alio-
rum : non autem si concerneret solùm vtilitatem
priuatam. Nam tunc possent partes consentiendo
transgressioni formæ dictæ dispositionis conuali-
dare actum gestum contra talem formam : ita vt
essent valida gesta contra dictam formam. Cùm
regula sit, quòd quisque possit renunciare iuri
introducto in sui fauorem, concurrentibus tamen
quatuor, vt eleganter docuit Ias.in l.pen. (nu.14.
versic. hic clariùs secundum Paul. de Castro. hic
in vlt. col.C.de pactis,) Primum, quòd sit ius posi-
tiuum, & sic non naturę, vel sanguinis. Secundum,
quòd sit inductum mero fauore renunciantis. Ter
tium, q̃ renunciatio non inducat aliquid contra
bonos mores, vel ad delinquendum. Hinc est, q̃
non valet pactum, quod facio vicino, ne possim
vendere fundum sine eius voluntate; hoc est enim
contra bonos mores, ne possim liberè disponere
de re mea. tex. est in l pen.ff.de pact. quem singu-
lariter limita, vt per Imol.in l.qui Romæ. §.Cohæ
redes. ff. de verb.oblig. Quartum requiritur, quòd
persona, quæ renunciat, sit talis, quæ liberè possit
renunciare : quia non sit minor, vel mulier. istis
ergo quatuor concurrentibus vera est hæc limi-
tatio, probaturq; triplici medio. Primò enim
per textum apertissimum in c.fin.§.is autem. iun-
cta singul. Glo. in vers. inquisitionem. extra de of-
fi. deleg. vbi hæc præcisa verba habentur, videli-
111 cet : [Is autem cui iniungitur, † vt personaliter
negotium exequatur, potest (dummodo partes
consentiāt) hoc alijs delegare. Præterquam si in-
quisitionē fieri, vel Ecclesijs de Prælatis, vel alijs
ministris prouideri mandaremus: cùm in his om
nibus casibus industriam, & fidem personæ, cui
talia committimus, eligere videamur.] hæc ibi.
Vbi dicta glos. dixit, quòd quando Papa conside-
rat vtilitatem publicam, & vt potius prouideatur
Ecclesijs, quàm personis : tunc etiam de consensu
partium, is cui aliquid mandatur exequi perso-
naliter, non poterit alteri demandare: sed solùm
quando agitur de priuata vtilitate. Idem & aper
tiùs docuit text. in l.iurisgentium.§.pen. ff. de pa-
ctis. vbi hæc ad verbum habentur, videlicet: [Si
paciscar ne iudicati, vel incensarum ædium aga-
tur, hoc pactum valet. Si paciscar ne operis noui
nunciationem exequar, quidam putant non vale-
re pactionem, quasi in ea re Prætoris imperium
versetur. Labeo autem distinguit, vt si ex re fami-
liari operis noui nunciatio sit facta, liceat paci-
sci, si de re publica non liceat. Quæ distinctio ve-
ra est, & in cæteris igitur omnibus ad edictum
Prætoris pertinentibus, quæ non ad publicam læ-
sionem, sed ad rem familiarem respiciunt, paci-
sci licet. Nam & de furto pacisci lex permittit.
Et generaliter quoties pactum à iure communi
remotum est, seruari hoc non oportet, nec lega-
tum, nec iusiurādum de hoc adactū ne quis agat,
seruandum. Marcellus libro 2. Digestorum scri-
bit. Etsi stipulatio sit interposita de his, pro qui-
bus pacisci non licet, seruanda non est, sed om-
nimodo rescindenda.] hæc ibi. Idem probatur
per argum. in l.licet. in princip. ff. de procurat. vbi
hæc habentur, videlicet : [Licèt in popularibus
actionibus Procurator dari non possit. Tamen di
cendum est meritò eum, qui de via publica agit,
& priuato damno ex prohibitione afficitur, quasi
priuatæ actionis dare posse Procuratorem.] hæc
ibi. Dixi probari per argumentum in dicta l. li-
cèt. quoniam euidentissimè ex ipsa elicitur, quòd
112 † dispositio iuris prohibentis dare Procuratorē
in actionibus publicis, & non in priuatis, ac per
consequēs inualidantis actum contrarium, tamen
ratione actionis priuatæ (sibi à iure concessæ) si-
mul iunctæ cum actione populari consolidat a-
ctum, aliàs de iure inualidum. Idem clariùs pro-
batur per tex. in l.ius publicum. & in l.inter debi-
torem. ff. de pactis. Nam in d.l.ius publicum. in-
frascripta habentur, videlicet : [Ius publicum
113 † priuatorum pactis mutari non potest.] hæc in
d.l.inter debitorem. hęc habentur, videlicet: [In-
ter debitorem, & creditorem conuenerat, vt cre-
ditor onus tributi prædij pignorati non agnosce-
ret, sed eius soluendi necessitas ad debitorem spe
ctaret, talem conuentionem quantum ad fisci ra-
tionem non esse seruandam respondi. Pactis ete-
nim priuatorum formā iuris fiscalis conuelli non
placuit.] hæc ibi. Idem habetur in l.nemo potest.
ff. de legat.1. vbi hæc habentur, videlicet: [Nemo
potest in testamento suo cauere ne leges in suo te-
stamento locum habeant ; quia nec tempore, aut
conditione finiri obligatio hæredis legatorum no
mine potest.] hæc ibi. Idem probatur per text. in
l.quod de bonis.§.1. ff. ad l.Falcid. vbi hæc haben-
tur, videlicet: [Frater cum hæredem sororem scri
beret, alium ab ea, cui donatum volebat, stipula-
ri curauit, ne Falcidia vteretur, & vt certam pecu
niam, si contrafecisset, pręstaret. Priuatorum cau-
tione legibus non esse refragandum constitit, &
ideo sororem iure publico retentionem habitu-
ram, & actionem ex stipulatu denegandam.] hæc
ibi. Idem habetur in l.2. §. cùm absurdum. C. de
condit. insertis. vbi hęc habētur, videlicet: [Cùm
absurdum sit ideo perpetui ędicti negligi formā:
quia patris sui voluntati non obtemperatur.] Ex
quibus omnibus iuribus, & similibus citatis per
singularem Glos. in cap. si diligenti, extra de foro
compet. in vers. pacto priuatorum, patuit, quòd si
aliquod esset per legem statutum in fauorem pu-
blicum, seu quorundā pro publica vtilitate, & in
odiū aliorū, nemo posset tali iuri renunciare, con
114 sentiendo transgressioni, † ac inobseruantiæ di-
ctorum

ctorum Iurium, & vt apertiùs veritas præsentis limitationis innotescat, subdemus nonnulla alia exempla priùs de introductis à Iure in fauorem quorundam pro publica vtilitate, quibus quis nō poterit renunciare: introductum est in fauorem Clericorum, pro publica vtilitate in odium Lai-
115 corum, vt Clericus non possit trahi † ad forum Laicorum, vt in cap. nullus. extra de foro compet. vbi hęc habentur, videlicet: [Nullus Iudicum, neque Presbyterum, neq; Diaconum, aut Clericum vllum, aut minores Ecclesiæ, sine permissu Pontificis per se distringere, aut cōdemnare præsumat. Quod si fecerit, ab Ecclesia Dei, cui iniuriam irrogare dignoscitur, tandiu sit sequestratus, quousque reatum suum cognoscens, emendet.] hæc ibi. Et quòd nec ipse Clericus possit renunciare tali iuri introducto, docuit Innocētius Tertius, scribens Pisann Archiepiscopo. his præcisis verbis vtens, videlicet: [Si diligenti, & infra; Asseruisti te vsque ad hæc tempora tenuisse, quòd licitum sit Clerico renunciare saltem in temporalibus causis iuri suo, & sibi laicum Iudicem constituere: præsertim vbi aduersarij voluntas accedit, ac tenere iuramentum super hoc interpositum, respondisti: Immemor constitutionis, qua cauetur, pacto priuatorum iuri publico minimè derogari. Cùm igitur hoc ius in Mileuitanensi, & Carthaginēsi Conciliis sit specialiter promulgatum, ne Clerici Clericos relicto suo Pōtifice, ad iudicia publica pertrahant, alioquin causam perdant, & à cōmunione habeātur extranei, & tam Episcopi, quàm Diacones, seu quilibet Clerici in criminali, seu ciuili
116 negotio, si derelicto Ecclesiastico iudicio, † publicis iudiciis se purgare voluerint, etiam si pro eis sit lata sententia, locum suum amittant, & hoc in criminali actione: in ciuili verò perdant quod euicerint, si locum suum maluerint obtinere. Manifestè patet, quòd non solum inuiti, sed etiam voluntarij pacisci non possunt, vt secularia iudicia subeant: cùm non sit beneficium hoc personale, cui renunciari valeat, sed potiùs toti Collegio Ecclesiastico publicè sit indultum, cui priuatorum pactio derogare non potest. Nec iuramentum licitè seruari potuit, quod contra Canonica statuta illicitis pactionibus informatur.] hæc ibi. Et q̄ Laici sint infesti Clericis, docet text. in c. laicos. & c. laici. 2. q. 7. & rursus introductū similiter est à iure in fauorem Clericorum, pro publica vtilitate, vt percutiens Clericum sit excōmunicatus, vt in c. si quis suadente diabolo. 17. q. 4. & idem de mandante talem percussionem, vt in c. mulieres. §. illi verò. extra de sententia excommunicationis, & quòd huic priuilegio Clerici non possint renunciare, vt ipsos percutientes non sint excommunicati, docuit singul. text. in c. contingit. el primo. extra de sent. excommunic. vbi Innocentius Tertius his præcisis verbis vsus fuit, videlicet: [Contingit interdum, quòd Clerici si quem offendant, & satisfacere velint offenso, secundum morem patriæ, quem inter se laici obseruant, corpora sua spontè supponunt triginta, seu pluribus, aut paucioribus percussionibus fustium, & infra. Nos autem fraternitati tuæ super hoc respondemus, q̄ huiusmodi manus iniectio, etsi non violenta, tamen iniuriosa videtur: Cùm ille Canon non tam in fauorem Clerici ordinati, quàm in fauorem Ordinis clericalis fuerit promulgatus: ideo & volumus, & mandamus, vt id de cætero prohi-
117 beas attentari. Si quis autē Clericus † post prohibitionē huiusmodi sponte se subiecerit, excommunicetur. Prouiso, vt Clericus iniuriam passo sine iniuria clericali satisfaciat competēter, quatenus inter eos pax valeat rationabiliter reformari.] hæc ibi. Possumus insuper hoc animaduertere ex priuilegio mulieris, quæ etsi possit renunciare Velleiano, quia in ipsius fauorem introductum fuit, vt in l. vltim. §. vlt. ff. ad Senatusconsult. Velleia. vbi hæc habentur, videlicet: [Si mulier, pro eo, pro quo intercessit iudicium parata sit accipere, vt non in veterem debitorem actio detur,
118 quoniam exceptionem † Senatusconsult. opponere potest, cauere debebit exceptione se nō vsuram, & sic ad Iudicem ire.] hæc ibi. Vbi Glos. in vers. non vsuram. dixit, quòd possit reñunciari huic Senatusconsulto, vt hic, & in l. fin. C. quando mul. tut. offic. fun. poss. & in Authentic. vt mat. debit. §. quia verò. si est certiorata de beneficio huiusmodi sibi de iure competenti, aliàs non. Non autem poterit quis renunciare Senatusconsulto Macedoniano: & ratio est, quia illud in fauorem quorundam introductum est, & in odium creditorum, vt docuit textus in l. sed & si pater. §. fin. ff. ad Senatusconsult. Macedon. vbi hæc habentur, videlicet: [Non solùm filiofamilias, & patri eius succurritur, verum fideiussori quoque & mandatori eius, quia quod ipsi mandati habet regressum, nisi fortè animi donandi intercesserint: tunc enim cùm nullum regressum habeant, Senatusconsultus locū non habebit, sed etsi non donandi animo, patris tamen voluntate intercesserunt, totus contractus à patre videbitur comprobatus, & tamen hi, qui pro filiofamiliàs sine voluntate patris eius intercesserunt, soluendo non repetent: hoc enim & Diuus Adrianus constituit, & potest dici non repetituros. Atquin perpetua exceptione tuti sunt, sed & ipse filiusfamiliàs, & tamen non repetit, quia hi demum solutum non repetunt, qui ob pœnam creditorum actione liberantur, nō quoniam exonerare eos voluit Lex, quanquam autem soluendo non repetunt.] hæc ibi. Probatur & secundò Doctorum auctoritatem infrascripti Canonistæ se libentissimè subscripserūt præsenti nostræ limitationi. Glos. enim in d. §. is autem. in vers. vt personaliter. in fine. his præcisis verbis vtens, videlicet: In casibus enim sequentibus non potest Iudex committere vices suas, etiam consentientibus illis, quorum negocium committitur in causa inquisitionis: & cùm debent ordinare Ecclesiā de Prælato, vel de aliis inferioribus ministris; quia in his Papa eligit industriam illorū, & quia in istis maius periculum vertitur, quia non vult Papa ea per Laicos fieri, quia circa maiora cautiùs est agendum. Et eadem Glo. in versic. inquisitionem. infrascriptis vtitur verbis, videlicet: Hoc intelligunt quidam: cùm Papa committit inquisitionem, vel prouisionem de Prælatis, aut aliis ministris ex officio suo, vbi non sunt partes, tunc non potest delegatus committere vices suas, si mandatur, vt personaliter intersit: secus vbi sunt partes, quia partes possunt renunciare iuri suo. Ego credo, quòd siue ista fiant per partes, siue ex officio, quòd non possint alij delegare ille, cui hoc mandatur, vt personaliter intersit, quia Papa considerat in his casibus publicam vtilitatem, ne crimina remaneant impunita, & vt potiùs prouideatur Ecclesiis, quàm personis. Idem docuit Glos. in c.

la c. ſtatutum. in verſ.committantur. de reſcript.
in ſexto. dicens, q tacitè & expreſsè partes poſ-
ſunt renunciare iuri introducto in ipſarum fauo-
rem, non autem iuri introducto in fauorem Apo-
ſtolicæ Sedis. & ſic in publicam vtilitatem. Idem
apertiùs docuit ſingularis gloſ.1.in d.c.ſi diligen
ti,quæ poſt multa exempla per me ſupra inſiuua-
ta. in verſ.ſuper hac contrarietate dicas. his præ-
ciſis verbis vtitur, videlicet: Dicas,quòd illa iuri,
quod eſt tãtum introductum in fauorem ali quo-
119 rum,bene poteſt quis renũciare, † ſed ſi aliquod
ius introductum eſt in fauorem quorundam, pro
publica vtilitate ipſorum,& odio aliorum,nullus
poteſt tali iuri renunciare,tale eſt hoc,de quo hic
agitur,quod introductum eſt,nõ tam in fauorem
Clericorum,quàm in odium Laicorum:ipſi enim
Clericis oppido ſunt infeſti, vt in c. laici. 2. q. 7.
Idem docuit Innocentius in d.§.fin. in princ.qui
his præciſis verbis vſus fuit, videlicet : Vbi inter
partes agitur, poteſt delegatus delegare, ſed vbi
inter partes non agitur,ſed Papa ex officio ſuo ſi-
ne partibus inquiſitionem,vel prouiſionem com-
mittit, vel quicquid aliud, tunc ſi mandat Papa,
quòd perſonaliter interſit, delegare non poteſt.
Ratio diuerſitatis eſt : quia in primo caſu partes
poſſunt renũciare his,quæ pro ſe introducta ſunt;
non autem eis, quæ pro publica vtilitate, vel ex
officio ſuo; vt in l.iuriſgentium. §.pen.ff.de pact,
& in c.ſi diligenti.extra de foro compet. Hæc In-
nocentius vbi ſupra, qui idipſum breuius docens
in c.prudentiam.col.3. in fine. verſic.nec eſt con-
tra.c.cùm dilecta. de reſcript.extra de officio de-
legat.dixit,quòd ordo de ſubſtantia mandatus in
fauorem Eccleſiæ,& non in fauorem partium ſtu-
dioſè erit ſeruandus,& remitti non poterit.Idem
Innocentius adhuc apertiùs idipſum docuit in d.
c.ſi diligenti . his præciſis verbis, videlicet : Iuri
priuato, quod tantum in alicuius fauorem intro-
ductum eſt,renunciari poteſt: ſecus eſt in iure pu
blico,quod eſt introductum in fauorem Ordinis,
& odium,quale eſt hic,quod in fauorem Clerico-
rum, & odium Laicorum eſt introductum : ſunt
enim Laici Clericis oppido infeſti,vt in c.laicos,
2.q.7. Vel poteſt dici,q iuri publico auctoritate,
& vtilitate non poterit renunciari : Iuri publico
autem tãtum auctoritate poterit renunciari,vt in
l.paciſci. ff.de pactis. hæc Innocentius vbi ſupra,
qui in d.c.contingit.el ſecondo. in princip.dicit,
quòd Clericus verberatus non poterit remittere
iniuriam Eccleſiæ illatam ex verberibus ſibi illa-
120 tis. † Idem docuit Panormitanus in d.c.pruden
tiam.nu.19.verſic.nec obſtat,ſecundum eum . his
præciſis verbis vtens, videlicet: Duplex eſt forma
reſcripti,quędam concernit vtilitatem priuatam,
quædam publicam, & huic partes renunciare nõ
poſſunt: & ita intellige cap.cum dilecta. extra de
reſcript. quandoque forma concernit vtilitatem
priuatam ipſarum partium,& tunc partes poſſunt
expreſsè,& tacitè huic formæ renunciare: ita in-
telligit Innocentius iſtum textum : & iſtud dictũ
ſic intellectum eſt in ſe veriſſimum,& notandum,
& probatur in c.fin. eod.tit. Idem Panormitanus
hoc ipſum repetijt in c. ſuper quæſtionum. §. ve-
rum.nu.4.verſ.non tamen. extra de offic.delegat.
his præciſis verbis vtens, videlicet : Non tamen
placet mihi illa differentia, an contra formã,vel
vltra ſit proceſſum : quia vbi datur certa forma,
paria ſunt procedere contra formã,vel præter,ſeu
vltra, vt in d. c. prudentiam . Et ideo ſolùm eſſet
fienda differentia,vtrum forma concernat vtilita-
tem publicam,vel priuatam partium : Nam pri-
mo caſu non poteſt remitti per conſenſum par-
tium. ſecundo ſic,vt in c.fin.infra eod.tit. & not.
dixit Innocentius in d.cap. prudentiam . Et ideo
tunc neceſſaria eſt appellatio, ne partes tacendo
videantur renunciare formæ datæ per Iudicem in
eorum fauorem, & notabis hoc ſemper, & habet
locum etiam in nudo miniſterio,vt hic ſecundum
vnum intellectum. hæc Panormitanus vbi ſupra.
qui idipſum repetens in d.c.fin. §. is autem. nu. 2.
verſic.nota ſecundò. his præciſis verbis vſus fuit,
videlicet : Nota ſecundò, & tene ſemper menti,
121 quòd à forma reſcripti † fundata ſuper vtilitate
partium poteſt Iudex communi cõſenſu partium
recedere , quod tenet Innocentius his, & in d. c.
prudentiam. & plus dico, quòd ſufficit hoc caſu
tacitus conſenſus partium: ad hoc adduco Gloſ.
not.in c.cùm olim.el primo.extra de offic.deleg.
limita c.cùm dilecta. extra de reſcript. & c. vene-
rabili.de offic.deleg. vbi dicit,quòd proceſſus fa-
ctus contra formã reſcripti eſt nullus . Illud enim
procedit, quando forma reſcripta eſſet formata
ſuper vtilitate publica,quæ non eſſet remiſſibilis
per partes,vel quando partes contradicunt: ſecus
vbi conſentirent, quia partes poſſent renunciare
iuri tali introducto in fauorem earum, vt in c. ad
Apoſtolicam. extra de regul. hæc Panormitanus,
qui idipſum docuit in d.cap.cum olim.el primo.
nu.9. verſic. nota Gloſ. infraſcriptis vtens verbis,
videlicet : Nota Gloſ.quòd à forma reſcripti po-
teſt recedi etiam per tacitum conſenſum partiũ,
quod intelligitur ſi forma concernat fauorẽ par-
tium, vt docuit Innocentius in d. c. prudentiam.
facit c.fin.infra eod.ſecus dic,ſi concernat fauorẽ
publicum, ſic intelligo dictum c. cùm dilecta. &
dictum cap.venerabili.hæc Panormitanus vbi ſu-
pra, qui idipſum docuit in c. tuis quæſtionibus.
nu.2.notab.3. extra de teſtibus. his præciſis ver-
122 bis vtens, videlicet: Quòd quamuis † iuramen-
tum in teſtimonio reddendo ſit de ſolẽnitate for-
mali,& ſubſtantiali, tamen concernit fauorẽ pri-
uatum principaliter, ideo poterit à partibus prin
cipaliter remitti : ſecus ſi concerneret principa-
liter fauorem publicum,& hæc poteſtas, vt partes
poſſint remittere hanc ſolemnitatem, iudicialem
ortum habuit ex eo, quia quilibet poteſt renun-
ciare iuri in fauorem ſuum introducto, vt in c.ad
Apoſtolicam.extra de regul.nam hoc eſt princi-
paliter introductum in fauorem partium, cùm &
partes poſſent quoque inter ſe conuenire,vt ſtare-
tur verbo alterius duntaxat, vt notauit Gloſ. in l.
fina. ff.de fideicommiſſis . hæc Panormitanus vbi
ſupra. qui idipſum repetens in d.cap.ſi diligenti.
nu.4.verſ.nota,quòd iuri. his præciſis verbis vſus
fuit, videlicet: Nota, quòd iuri principaliter in-
troducto in fauorem publicum,non poteſt priua-
ta perſona renunciare,licèt conſequenter concer
nat vtilitatẽ, & honorem priuatum, nec talis re-
nunciatio iuuatur iuramento . Nam renunciatio
cauſatur ad abdicandum ius, quod eſt in ipſo re-
nunciante, & non penes alium.arg. in l. id quod
noſtrum.ff.de re iudic.& in c.ab eo.de elect.lib.6.
ſecus quando commodum concernit ſingulos ſin-
gulariter, vt in c.dilecti.ext.de foro comp. Nam
123 iuramentum præſtitũ † contra legem æditam in
fauorem publicum non obligat iurantem: & hoc
ideo

ideo quia iuramentum non obligat ad illicita, vt in c.quantò.extra de iureiuran. Cùm veniens contra legem peccet, licèt si iuramentum primariò cõcerneret commodum priuatum, & secundariò publicum, & obliget iurantem ad sui obseruantiam, vt in c.cùm cõtingat.de iureiuran. & in l.1. ff.soluto matrim. hæc Panormitanus vbi supra. qui in eod.c.si diligenti. nu.6.vers.venio ad glos.primam, postquàm ferè ad verbum, & elegãtiori modo recensuisset verba ipsius Glos. sequens sententiam Bart. in infrascriptis locis, his præcisis verbis vsus fuit, videlicet: Et sequendo magis Bart. qui videtur loqui clariùs reliquis. Dic, quòd aut
124 ius, † cui voluerit renunciare, aut est ius naturale, aut positiuum: Primo casu non poterit renunciare, vt in l.iura sanguinis.ff.de regul.iuris.& in l. ius agnationis.ff.de pactis.& hoc quia iura naturalia sunt immutabilia, dist.5. in princ. Idem dic de iure Diuino, de quo tamen dic, & prosequere, prout legitur & not.in c.in his.dist.11.& in c.fin. extra de consuet. Poterit tamen quis renunciare iuri quæsito per ius gentium, quod largo modo dicitur ius naturale, quasi naturali ratione inductum. Nam potest quis renunciare rei suæ dominio, vt docet textus in l.si quis.§. differentia. ff. de acquir.poss. & in c.super hoc. extra de renunc. cum ibi not. sic hæreditati paternæ. C. de repud. hæred. per totum. quæ debetur filijs ex quodam naturæ instinctu, vt not. in regul. indultum.de reg. iur.in sexto. Quod limita in c.2. de pactis.lib.6. & in l.fin.C.eodem titu. Secundo casu principali, quando est ius positiuum, & tunc sic distinguendum erit: aut est ius, quod statuit certam formã in actibus hominum introducendã: aut alio modo disponit. Primo casu pone exemplum: Lex disponit, quòd testamentum fiat cum certo numero testium: vel quòd pactum & stipulationes certo modo fiant. & huic iuri non poterit renunciari, vt in l.nemo potest.ff.de legat.1. & in l.contra iuris.de pact.facit cap.cùm esses.& quod ibi not. extra de testam. & in c.quia propter.de elect. Secundo casu, quando non concernit solemnitatẽ, sed alio modo disponit, & tunc subdistinguẽdum erit tali pacto. Aut est ius publicum, idest concernens vtilitatem publicam, & ei non poterit quis renunciare, vt in l.ius publicum. ff.de pact. & hic in textu, scilicet c.diligẽti.de foro compet. Nam
125 vt Clerici sint attenti † omnes ad Diuina, & vt liberiores possint pro peccatis populorum intercedere, non debent vocari coram Iudice seculari. Aut est ius priuatum, idest concernens vtilitatem priuatam, & tunc aut primò illud ius continet vtilitatem priuatam renunciantis, & publicam simul: aut secundò continet vtilitatem renunciantis, & cuiusdam alterius priuati tertij, Aut tertiò continet vtilitatem renunciantis tãntùm. Primo casu, si vtilitas priuata poterit separari à publica, tunc valebit renunciatio quantum ad priuatam vtilitatem, non autem quantum ad publicam, vt not.in l.iuris gentium. §. si paciscar.ff. de pactis. optimè facit textus cum ibi not.in cap. cùm venissent.extra de institu. Si verò non poterit separari vtilitas priuata à publica, tunc renunciatio non valebit, vt in l.de die. ff. de pact. dot. iuncta l.1.ff.soluto matrim. & quod not. in c.cùm venissent. & in c.sicut. de iureiuran. Secundo casu, quando continet vtilitatem renunciãtis, & tertij priuati, & tunc idem vt in præcedenti membro: quia si quidem valet separari, nõ valet quantum ad præiudicium tertij, sed solùm quo ad præiudicium renunciantis, vt c. res inter alios acta, per totum.& in l.5. C.de cond.re.ali. & in cap.ad Apostolicam.extra de regul. sed si non poterit separari, non valet renunciatio, vt in l.1.2.3.& 4. ff.de libe.cau.facit quod not.in c.a.de iureiuran. & in c.cùm venissent.de institu. Tertio casu principali, quando scilicet ius priuatum continet solùm vtilitatem priuatã, tunc tali distinctione erit vtendũ. Aut enim hoc ius priuatum est introductum principaliter in fauorẽ renunciantis: aut est introductũ in odiũ alterius, & secundariò redundat in fauorem renunciantis. Primo casu si quidem ille fauor est inductus propter renunciantis imbecillitatem, & tunc renunciatio non valet, vt not. in l.Iudex circumuento. ff.de minor. facit l.si mulier, C.ad Senatusconsult. Velleianum, & in l. dol.§.diuersum. ff.de noua. Si verò est inductum aliter, quàm propter eius imbecillitatem, tunc si quidem talis renunciatio esset contra bonos mores, vel induceret aliquem ad delinquendum: & non valeret, vt in l.alia.§.eleganter. ff.solut.matr. & in l.conuenire. ff.de pact.dotal.Sed si non esset contra bonos mores, vel non induceret quem ad delinquendum, & tunc renunciatio valeret, vt in c.ad Apostolicam.extra de regul.& in l.si quis in conscribendo.C.de pactis. Secundo casu, scilicet (quando ius priuatum introductum est principaliter in odium alterius, & secundariò redundat in fauorem renunciantis) tunc subdistinguendum erit tali pacto. Aut renunciatio talis iuris esset causa, quare illud odium cessaret, aut non? Si primò, & tunc dicendum erit, quòd talis renunciatio valeret, vt in l.fin.C.ad Macedo. si secundò, tunc talis renunciatio non valeret, vt in l. tametsi. ff. ad Maced. Hæc omnia memoriæ commendanda sunt Panormitani vbi supra, qui post illa subinnuit nõnullas quæstiones (iam decisas breuiter per dictam distinctionem) quas latiùs examinat. vide ibi per te. qui Panormitanus idem latiùs repetijt in c.cùm contingat. per totum. extra de iureiurando. Præsenti quoque limitationi se subscripsit Dominicus à Sancto Geminiano in c. statutum.col.5. versicu.in fine. Glos. idem Archidiac. de rescriptis, in sexto. dicens, quòd vbi statutum
126 † annullat ipso iure processum, licèt pars prosequatur non opponendo, per hoc non efficitur validus processus, quod videtur velle glos. procedere, quando causa statuti non concernit fauorem partium, sed statuentis, quod bene nota. hæc ille. Idem latissimè docuit quoque Specul.in lib.a.tit. de renunc.& conclus.nu.9.vers.cui autem iuri renunciari possit. recensendo ferè omnia enarrata à Panor.in d.cap.si diligenti. & per me hic paulò ante relata, quæ hic non referam, cùm erunt illa afferenda in probationem infrascriptarum subsequentium limitationum præsentis limitationis. vide ergo ibi. Idem docuit Felinus in c.cùm dilecta.col.11. versic.limita hæc. nisi forma rescripti, qui amplissimè hoc ipsum probauit. Idem docuit idem Felin.in d.c.fin.§.is autem.col.2.vers.vtrum partes possent renunciare formæ. Idem Felinus eadem, sed amplissimo methodo repetijt in d.c.si diligenti. per totum. & quidem cõmunis est opinio omnium Canonistarum in præcitatis iuribus. amplectitur quoque præsentem nostram limitationem. Quam fuisse quoque amplexatas Iuristas

pateť

patet per se,quoniam ex Legistis idipsum docue-
runt infrascripti Doctores. Nam Glosa in dicta l.
iurisgentium.§.penultimo,in versic.non liceat.di
cens, quòd si agatur de commodo partim publi-
co, partim priuato, pro priuato tenet remissio:
non autem pro publico. Idem docuit Glos.in di-
cta l. ius publicum. dicens, quòd ius publicum
127 † diuidatur in ius publicum,quod fit auctorita-
te,& vtilitate,vt sunt iura illa,quæ tractant de iu
re fisci, vel quod in cõmuni seruatur, idest publi-
ca vtilitate,& in ius publicum auctoritate,quam-
uis vtilitate sit priuatum, vt Institu.de excusa.tut.
128 §. de quo loquitur hìc, & renunciare † quis po-
terit iuri publico auctoritate,sed priuato vtilita-
te,etsi propter speciales casus reperiatur iure cau
tum,quòd non possit ei renunciari. Idem docuit
Bartol.in l.si quis.C.de pactis.qui à num.3. vsque
in finem legis elegantissimè nostram approbans
limitationem vtitur eadem distinctione, & ferè
ijsdem verbis,quibus vti Panormitanum in dicto
cap. si diligenti. supra retulimus, recensendo ip-
samet Panormitani verba, quæ infra referam, re-
censendo sententiam Baldi. Idem rursus ipsemet
breuiùs procedendo docuit Bartol.in l. ius publi-
cum.ff.de pactis.his præcisis verbis,videlicet: Bre
uiter pro vniuersali doctrina huius materiæ di-
cas,quòd quoddam est ius publicum naturale,nõ
129 positiuum,& istud non potest tolli pacto,† vt in
l.ius agnationis ff.de pactis. Quoddam est ius pu
blicum positiuum, & illud quandoque disponit
circa formam dandam alicui actui,vt puta in te-
stamentis, contractibus, vel iudicijs; & istud pa-
ctò contrahentium non potest mutari, vt in l. ne-
mo potest. ff.de legatis primo,& in l. prima. §. si
quis ita. ff. de verborum obligatione. & in l. pro-
latam. C.de sententia, & interlocutoria omnium
Iudicum. & in l. compatitiones. ibi [Non ali-
ter.] C.de fide instrument. quandoque ius dispo-
nit circa effectum alicuius actus. (Adde tu, vt in
casu præsentis limitationis) & tunc aut ille effe-
ctus respicit principaliter, & directo vtilitatem
publicam, & non potest mutari pacto priuato-
rum, vt in l. iurisgentium. §. si paciscar. & in l. si
vnus.§.ne experiar.& in l.ius publicũ.ff.de pactis.
Quandoque respicit vtilitatem priuatam. & tunc
aduertendum est ad causam, quare lex sic dispo-
nit. Aut enim causa simpliciter continet fauorem
eius, qui huic iuri renunciat, & hoc ius vult mu-
tare,& potest: quia quilibet potest renunciare fa-
uori suo,vt in l. pactum. ff.de pact.& in l.pen.C.
de pact.& hoc est verũ respectu ipsius iuris,quod
est mirabile per pactum: si tñ persona sit talis,cui
pacisci liceat,vt in beneficio restitutionis in inte-
grum,quod potest tolli per pactum factum à ma-
iore,vt C.si ma.fac.ra.ha.per totum.non si fieret à
minore, vt in l.si Iudex circumuento.ff.de minor.
& ibi not.& in l.si intra. C.de in integrum restit.
Si verò causa illius statuti facti per legem, non est
priuata vtilitas paciscentium: sed subest alia cau-
sa, tunc per pactum tolli non potest: ita loquun-
tur omnes casus not.in l.penult. C.de pactis. & in
dicta l.pactum. & tale traditur exemplum.Quan-
doque aliquid statuitur: quia si secus fieret, esset
contra bonos mores, tunc pactum in contrarium
non valet, vt in l.alia.§.eleganter. ff.soluto matri-
monio. & in l. si vnus. §. pacta, quæ turpem. ff.de
pactis. sic potest loqui titul.C.ne fideiuss.do.den.
Est enim ibi ratio, ne causa perfidiæ nascatur in
matrimonio, & omnes leges, quæ prohibent pa-
ctum,ex quo daretur materia delinquendi. Quan
doque pactum prohibetur odio alterius, vt in pa-
cto legis commissoriæ in pignore,& in mutuo fa
cto filiofamiliàs: & tunc per pactum non potest
mutari,vt in l.tametsi.ff.ad Senatusconsultum Ma
cedonianum.& in l.finali.C.de pact.pign. (Adde
tu, & clariùs in cap. significante. extra de pigno
ribus.) Quandoque pactum prohibetur, seu per
legem aliquid statuitur ex causa publicæ vtilita-
tis, licèt principaliter respiciat vtilitatem priua
tam: tunc etiam hoc pacto mutari non potest, vt
in l.de die.ff.de pactis dotalibus. & in l.secunda,
& l.quemadmodum. C.de agricol.& censit. libro
vndecimo. Et ad illa reducuntur omnes casus,
qui not. in l.pactum. & in l.inter hæredem. ff. de
pactis. Et ideo multum diligenter aduertas, si in
130 statuto apponitur causa,quæ respiciat † publi-
cam vtilitatem: tunc enim non potest pacisci;
etiam cum iuramento, vt in l.iurisgentium. §.ge-
neraliter. & not. in dicta l. secunda. Hæc omnia
Bartol. vbi supra. Ex quibus peroptimè fuit pro-
bata quoque pręsens limitatio. Idem ipsemet Bar
tolus breuiter repetijt, in dicta l.iurisgentium.§.
penult. dicens. Nota singulariter, quod quando
131 pactum, † vel contractus aliquis est prohibitus
propter vtilitatem publicam, tunc non firmatur
iuramento. (Adde tu, quòd idem docuit Alex. in
l.iurisgentium.§.pen.ff.de pact.nu.2.Bald.in cap.
cùm contingat.nu.11.& 14. & sequent.de iureiu-
ran. & Alex.in l.nemo. de legatis primo. Iason in
l.iurisgent.§.pen.ff.de pact.Panorm.in dicto cap.
cùm cõtingat.& in quęstione secunda. per totum.
vbi perfectè tradit, quando iuramentum factum
contra ius publicum, aut priuatum sit obligato-
rium. Sed si partim pertineat ad ius publicum, &
partim ad ius priuatum: tunc contractus respe-
ctu iuris priuati valebit, non autem respectu iu-
ris publici. Hæc Bartolus vbi supra, qui idipsum
perelegantissimè docuit in l. si quis pro eo. ff. de
fideiuss.& mandat.per totum.& specialius nume-
ro 9. vbi probat (etiam inter alia) quòd etsi iura-
mentum consolidet contractum prohibitum pro
pter vtilitates subditorum, non tamen firmabit
contractum prohibitum ratione publicæ vtilita-
tis etiam secundariò consideratæ, vt supra, quan-
do legis prohibitio dirigeretur ad personam, vt
puta,si diceret,quòd mulier non alienet,vel quòd
aliquis non emat. Nam tunc talis contractus non
132 posset iuramento confirmari, † cùm faciens con
tra præceptum legis habentis auctoritatem, pec-
cet mortaliter. In hoc vide Panormit.in cap cùm
contingat. de iureiuran. Vnde iuramentum esset
de peccando mortaliter,& sic non obligatorium:
sed si sermo legis non dirigeretur ad personam,
sed simpliciter & solùm prohiberet aliquem con-
tractum, vel alienationem: tunc talis contractus
firmatus iuramento valeret,vt in cap. cùm contin
gat.extra de iureiuran.vbi Panormit.peroptimè.
& in c.licèt.de iureiuran.in sexto. & Bart. vbi su-
pra.nu.8.vers.tertiò dixi. Idem tacitè docuit rur
sus Bar.in d.l.nemo.nu.22.vers.quæro statutũ.di-
cens,ꝙ renunciari a partib.non possit statuto de-
133 cernenti, ꝙ debitori præscribatur † decem an-
nis: quia cùm præscriptio currat negligentia non
petentis,vt in l.fin.in fine.C.de edict.Diui Adria.
toll.& per Dyn.in c.possessor.de reg.iur. in sexto.
inde sequitur, ꝙ debitor non poterit renunciare

iuri introducto in odium creditoris, vt dicimus in Macedoniano, vt in l. tametsi. ff. ad Macedon. eo magis, quia præscriptio est introducta pro bono publico.

Idem docuit Bald. in dicta l. ius publicum, his præcisis verbis vtens, videlicet: Aut est ius naturale introductum ex instinctu naturæ, & non potest renunciari ei, vt in l. ius agnationis. ff. de pact. Aut est ius positiuum introductum per humanam dispositionem: & tunc, aut continet certam formam in actibus hominum, & non potest denega-
134 ri, † vt in l. Codicillis. in fine. ff. de legat. 2. Vnde quando quid continet solemnitatem, non potest ei renunciari: quia solemnitas est publici iuris non priuati: Aut non continet certam formam in actibus hominum, sed disponit circa agendum, vel excipiendum: & tunc aut est introductum mero odio, & non potest renunciari, vt in l. tametsi. ad Senatusconsultum Macedonianum. Aut mero fauore, & tunc potest renunciari, vt in l. si quis in conscribendo. C. de pactis, nisi sit fauor publicus, vt in capitulo si diligenti. extra de foro competenti. Aut non est introductum ratione fauoris, vel odij: sed ratione iuris obseruantiæ, & tunc bene valet pactum, tamen mutat naturam contractus, non ipso iure, sed ope exceptionis, vt in l. obligationum ferè, §. planè. ff. de action. & obligation. & not. in l. nemo potest. ff. de legatis primo, Quando verò quis disponit de inhabilitate personæ obuiãdo à principio, & huic dispositioni non potest renunciari, vt in l. cum lex. ff. de fideiussoribus. Idem repetijt idem Baldus in dicta l. si quis in conscribendo, columna secunda, numero quarto, versic. tu verò dic. C. de pactis. his præcisis verbis vsus fuit, videlicet: Tu dic, secundum Bartolum, quando quis vult suo iuri renunciare: Aut est naturale ius, aut positiuum. Primo casu non potest: quia impeditur necessitate iuris, vt in l. iura sanguinis. ff. de re iudicata. & l. ius agnationis, ff. de pactis. Secundo casu, aut est ius, quod statuit certam formam in actibus hominum, vt quòd testamenta fiant cum certa solemnitate, & non potest renunciare, vt in l. nemo potest, ff. de legatis primo, & in l. contra iuris. in principio. ff. de pactis, & in l. testandi, ff. de testamentis. Aut ius ciuile non disponit per modum solemnitatis, vel formæ: sed alio modo in actibus hominum, & tunc aut est ius principaliter publicum: & ei non potest quis renunciare, vt in l. ius publicum. ff. de pactis. Aut est ius priuatum: & tunc aut continet priuatam vtilitatem renunciantis, & cuiusdam alterius priuati: aut continet vtilitatem solius renunciantis, Primo casu si vtilitas publica potest à priuata separari, valet renunciatio quantum ad priuatam vtilitatem; quantum ad publicam non, vt in l. iurisgentium, §. si paciscar. ff. de pactis. si autem non potest separari, non valet renunciatio, vt in l. de die, ff. de pactis dotal. & in l. prima, ff. soluto matrimonio, in l. quos prohibet. ff. de postulan. in l. filius. §. veterani. ff. de procuratorib. l. secunda, §. si super. & §. sed quia veremur. ff. de iuramento calumniæ. Secundo casu, quando continet vtilitatem renunciantis & tertij, tunc similiter refert, quia si possunt separari, valet quantum ad præiudicium renunciantis, non quantum ad præiudicium tertij, vt habetur in l. fina. ff. de pactis. & in l. si post mortem, §. vltimo. ff. de bonis poss. contra tabul. sed si non possit separari, non valet renunciatio, vt in l. non tantùm. ff. de appellatio. & in l. prima, secunda, tertia, & quarta. ff. de liber. caus. secundum Bartolum. hæc distinctio de separabili, & inseparabili, probatur per l. si sponsus. §. penultimo, ff. de donatione inter virum, & vxorem. & in l. is, qui duos. ff. de liberis legatis. l. Aristo. ff. de distra. pign. & in l. Claudius fœlix. ff. qui po. in pign. ha. Tertio casu, quando continet priuatam vtilitatem renunciantis tantum: tunc refert, aut illud ius introductum est principaliter in fauorem renunciantis, Aut principaliter in odium alterius, & secundariò redundat in fauorem renunciantis, Primo casu, si quidem ille fauor est introductus propter renunciantis imbecillitatem, & non valet renunciatio, vt in l. si intra, & ibi not. ff. de in integrum restitut. mino. & not. in l. si Iudex circumuento. ff. de minor. & in l. dolum. versicul. diuersum. ff. de noua. secundum Bartolum. Hoc verum, nisi imbecillitas causetur ratione præsumptæ ignorantiæ: quia tunc certificatus quis renunciare non potest, vt in muliere renunciante Velleiano, vt in dicta l. si quis in conscribendo. & not. in l. sciendum. ff. de verborum obligatione. Si verò est introductum aliàs, quàm propter eius imbecillitatem: tunc si talis renunciatio esset contra bonos mores, vel induceret aliquem ad delinquendum, tunc non valeret, vt in l. alia. §. eleganter. ff. soluto matrimonio. & in l. conuenire. ff. de pactis dotalib. sed si non esset contra bonos mores, vel non induceret ad delinquendum; tunc valet, vt hic. Hoc est verum, nisi in his, quæ non
135 pendent ex nostra potestate, vnde libertati † renunciare non possumus; quia libertas sola voluntate non perditur, vt in l. nec si volens (secundum Cynum.) ff. de libe. cau. Hac ratione non
136 possumus † nos obligare ad pœnam personalem, vel mortis; quia nunquam possunt per talia introduci, vt legitur & not. in capit. cum homo, 23. quæstione quinta, facit l. si vnus. §. pactus. versicul. sed si pactum. ff. de pactis. Secundo casu, quando est principaliter introductum in odium, non valet renunciatio, nisi illa renunciatio causam odij faceret cessare, vt in l. fin. C. ad Senatusconsultum Macedonianum, & in l. tametsi. (secundum Bartolum.) ff. ad Senatusconsultum Ma-
137 cedonianum. Sed quomodo cognoscam † vtrum tale ius priuatum sit introductum in fauorem, vel odium? Respon. ex ratione legis. Nam aut ratio legis consistit in doli præsumptione, tunc est in odiũ, aut in præsumptione imbecillitatis, vel in alia æquitate, tunc est in fauorem, vt in l. qui exceptionem. ff. de conditione indebit. Ratio autem legis ex Procemio ipsius quandoque colligitur, vt in l. finali. ff. de hæredib. instituen. Si autem non cõstat de ista ratione, si quidem lex prohibet, & annullat, non potest renunciari, vt in l. prima, ff. ne fideiuss. do. den. Nam si principale est nullum, clausula renunciationis similiter est nulla. facit quod notat Cynus in Authentica si qua mulier. C. ad Velleianum. vbi verò lex non prohibet, sed permittit: tunc potest tali legi renunciari, si non apparet, quod sit producta in odium, vel fauorem; quia in dubio omnis lex præsumitur fauorabilis. argumentum in dicta l. qui exceptionem. ff. de conditio. indebit. hæc omnia notatu dignissima docuit Baldus vbi supra, qui volens id-

ipsum

ipsum breuius repetere, quo ad veritatem præsen-
tis limitationis. in l. iurisgētium. §. sed si paciscar.
in prima annotatione. not. 2. ff. de pactis. his præ-
cisis verbis vsus fuit, videlicet: Secundò, nota di-
stinctionem Labeonis, quòd pactum factum super
iure priuato valet, super iure publico non valet:
quia Respublica pactis priuatorū non potest dam
num, vel iniuriam pati. Et ex hoc deciduntur duæ
quæstiones; prima quæstio est, quòd non obstan-
te pace, quis potest occidere bannitum. Nam ius
occidendi est publicum, cui non potest renuncia-
ri pacto priuatorum, & ita disputando tenuit Bar-
tolus. Secunda est, quòd de maleficijs publicis, &
priuatis non potest fieri pax quantum ad pœnam
fiscalem, scilicet quantum ad plenam liberatio-
nem ab ipsa pœna, licèt offensus faciat pacem;
138 tamen publica vindicta non tollitur, † hoc est
verum: dicit Glos. quando delictum est commis-
sum in faciendo, secus in negligendo: quia tunc
offensus potest facere pacem, & concordiam, &
remittere pœnam fiscalem. Ista est glosa ordina-
ria in l. secunda. ff. ad Syllanianum, quę non est ali-
bi. hæc Baldus vbi supra, qui statim subdidit re-
spōsionem ad nonnulla ibi obiecta contra supra-
dicta, qui ibidem in addit. subdit, quòd etsi non
valeat pactum contra publicam vtilitatem, valet
tamen contra priuatam, vt furtum remittatur.

Idem docuit Iason in l. ius publicum. numero
primo, versic. sed vt istam materiam. ff. de pactis.
vbi his præcisis verbis vsus fuit, videlicet: Vt istā
materiam clarè, & nitidè habeas, considera
139 † duos casus principales. Aut loqueris in iure
publico; Aut in iure priuato. Circa primum fac
regulam, quòd iuri publico non potest pacto pri-
uatorum derogari, vt hic, nec cum pacto publi-
carum personarum, vt in l. secunda, §. ius Reipu-
blicæ. ff. de administr. rerum ad ciui. perti. & in l.
secunda, C. de conuen. fisci debit. libro decimo,
140 intelligitur autem ius publicum, † altero de
quatuor modis. Primò, idest ius naturale, vel
sanguinis, vt in l. ius autem agnationis. ff. de pa-
ctis. & in l. abdicatio. C. de patria potestate. Se-
cundò, illud, quod publicam vtilitatem princi-
paliter respicit: puta, quòd delicta puniantur, vt
in l. ita vulneratus. ff. ad l. Aquil. & in l. licitatio.
§. quod illicitè. ff. de publi. Tertiò illud, quod ius
Reipublicæ tangit, vt in l. iurisgentium. §. si paci-
scar. cum similibus. ff. de pact. Quartò, vbicunque
lex disponit dando formam, vel solemnitatem a-
ctui, vt in l. testamenti factio. ff. de testamentis. l.
nemo potest. ff. de legat. 1. l. 1. § si quis ita. ff. de
verbor. oblig. & in l. prolatam. C. de sententia, &
interlocut. omnium Iudicum. Circa secundum in
iure priuato, quod principaliter ad priuatam ali-
cuius vtilitatem inductum est, fac regulam con-
trariam, quòd ei regulariter potest renunciari, vt
in l. hoc tex. arguendo a contrario sensu, & in l. pa
cisci. ff. de pact. iuncta regula l. penult. C. eod. fal-
lit in quinque casibus. Primò, quando illud ius
esset inductum propter imbecillitatem ætatis, vt
in l. Iudex circumuento. ff. de minor. l. doli mali.
versic. diuersum. ff. de nouat. Secundò fallit, quan-
do illud ius esset principaliter inductum in odiū
alterius. in l. tametsi. vbi glos. magistralis. ff. ad Ma
cedonianum. Tertiò fallit, quando talis renun-
ciatio induceret aliquid contra bonos mores,
vel inuitaret ad delinquendum, vt in l. si vnus. §.
illud. & §. pactum contra turpem. ff. de pact. Quar-
tò fallit, quando est ius prohibitorium, vt docet
Glos. in l prima, & ibi Bartol. C. ne fide. do. den.
Bart. & Doctor. in l. si constante. §. quotiens. ff. so-
luto matrimonio. & rursus Bartol. in l. si quis pro
eo. columna quarta. ff. de fideiuss. & in l. Modesti-
nus. ff. de nouat. & in l. de his. ff. de transactio. fa-
cit textus in l. non dubium. versic. prohibuisse. C.
de legibus. Bald. in Authentic. imò à debito. per
Glos. ibi in fine. C. de actio. & oblig. & in l. quo-
ties. C. de fideicommiss. & in Authent. si qua mu-
lier. & in l. quoties. C. ad Velleianum. & in Au-
thent. generaliter. in notabili secundo. C. de Epi-
scopis, & Clericis. vbi per illum textum limitat.
& in cap. nonnulli. columna prima, extra de rescri
ptis. Angelus in l. nullus. ff. de legibus. ideo statu-
ro prohibitorio renunciari non potest, secundum
Baldum in l. finali. in decimatertia opposit. C. de
edict. Diui Adriani tollen. Quintò fallit, vbicun-
que in aliquo actu apponitur clausula annullati-
ua: puta, quia dicatur, si secus actum fuerit, sit ir-
ritum, & inane: tunc etiam de communi consen-
su vtriusque partis renunciari non potest. Glos.
est not. in cap. statutum adsit. in principio. in ver-
sicul. committatur. & in cap. dispendia. in versicul.
processus. de rescriptis. in sexto. & est textus so-
lemnis in cap. dilecto. circa finem. in versicul. nisi
fortè. (Vbi Canonistæ pro singulari multum no-
tant.) extra de præben. facit quod vult Glos. in l.
à Diuo Pio. ff. de ritu nupt. & est ratio, quia vbi-
cunque apponatur clausula annullatiua, illud cen-
setur inductum pro forma, secundum Baldum,
Angelum, & Modern. in l. prima, ff. de liberis, &
posthumis. Petr. de Ancharan. in cap. Canonum
statuta. in vers. quæro si statuto cauetur, quòd No-
tarij. hæc omnia Iason vbi supra. qui in l. pen. C.
de pact. num. 7. idem repetijt, dicens: Nota regu-
lam vulgatam, ad quam tota die allegatur ista
lex, quòd quilibet potest renunciari iuri suo, &
suo fauori. Ratio huius regulæ est: quia in re pro-
pria quilibet est moderator, & arbiter, vt in l. in
re mandata. C. mandati. etiam in abutendo. tex-
141 tus † est singularis in l. sed etsi lege. §. consuluit.
in versic. cùm re sua se abuti putant. ff. de pet. hæ-
red. Iniquum enim est ingenuis hominibus libe-
rarum rerum suarum administrationem auferri,
dixit Iurisconsultus in l. non vsque adeo. in fine.
ff. si quis à parent. fue. ma. & iustum est, vnicui-
que committere sua, vt in l. nemo exterus. C. de
Iudę. Hinc videmus, quòd beneficio purgatio-
nis moræ potest pacto renunciari. textus est not.
in l. sancimus. §. sed si quidem. C. de fideiuss. se-
cundum Baldum in l. si pacto quo pœnam. ad fi-
nem. ff. de pactis. & addit numero octauo, ver-
sicul. iuxta hanc regulam. Dicit, quòd poterit pa-
ter non habens filios renunciare iuri, ac fauori. l.
si vnquam. C. de reuocan. donatio. & cap. vltimo.
17. quæstione quarta, vbi habetur, quòd non ha-
142 bens filios donauerit bona sua, † si post dona-
tionem factam nascantur filij, per talem natiui-
tatem filiorum reuocatur ipso iure donatio. &
quòd poterit renunciare, ipse Iason probat per
dictum textum in dicta l. penultima, & si ipsi
filij postea nati, habeant duplex remedium, v-
num per titul. C. de inofficiosa donatione. per
quem filij reuocant donata à patre, non in to-
tum, sed vsque ad eorum legitimam: & huic re-
medio non posset pater renunciare, quia est in-
ductum fauore filiorum. Secundum remedium est

per dictam l. si vnquam, & illud non fuit inductu
fauore filiorum : sed ex præsumpta voluntate do-
nantis : quia lex præsumit, quòd ille, qui non ha-
bet liberos, ideo donat, quia non credit se habi-
turum filios, etsi crederet non donaret : ideo sta-
tuit illa lex, quòd si nascantur filij, reuocetur do-
natio : ergo si expresse renunciat, cessat præsum-
ptio illius legis, vt docet textus in l. continuus. §.
cùm quis. in fine. ff. de verbor. oblig. & ita quoque
docuit Bart. in l. Titia, la seconda. §. Imperator. co
lum. pen. ff. de legatis secundo, Bal. in l. prima, cir-
ca finem. C. de inoffic. donat. & in addit. Specul.
in tit. de instrum. edit. colum. vlt. in versic. si quis
donat. Alberic. de Rosat. in dicta l. si vnquam. Pet.
de Anchar. in c. fin. col. 5. versic. quæritur etiam ibi,
extra de donat. & ibidem Ioannes de Imola in co
lum. 10. & pen. Idem docuit not. Ludouicus Ro-
manus sibi contrarius in consil. 26. incip. Pro de-
cisione corũ, de quibus dubitatur. col... Idem do-
cuit Rapha. Cuman. in dicta l. Titia §. Imperator,
col. pen. & ita de facto consului (inquit ipse Iason
vbi supra) in ciuitate Papiæ anno præterito, pro
quodam notabili Mantuano, & se subscripserunt
multi Doctores huius ciuitatis, licet contrarium
docuisset Oldrad. Lanfr. in consil. 173. incip. Qui-
dam habens vnicum filium. tenuit indubitanter
contrarium. Idem tenuit Ioan Andr. in additio.
Specul. in tit. de instru. edit. 3. porrò. in addit. quæ
incipit. Hoc autem certum est. sequitur Ludouic.
Romanus in consil. 279. incip. Non est dubium,
quòd donatio. vbi subdit, sequendam esse opi-
nionem Ioãnis Andreæ, reiectis falsitatibus alio-
rum. Idem tenuit Salycetus in dicta l. si vnquam.
& Ioan Petr. in Practic. Papiens. in forma libelli,
quando agitur pro donatione. Hæc omnia Iason
vbi supra. Et sciendum, quòd quinque limitatio-
nes hic a me recensitas ex Iasone, ipse illas retulit
quoque in dicta l. penult. C. de pactis. quibus ad-
didit & infrascriptas. num. 18. in versic. item adde
quartam, quæ erit modo sexta in ordine, haben-
do relationem ad supradictas alias limitationes:
sexta ergo limitatio erit, dicendo, quòd in crimi-
143 nalibus † non poterit quis renunciari iuri suo,
scilicet defensionibus suis, vt docuit Glos. not. (in
qua multi alij casus enumerantur) quos vide in l.
pactum inter hæredem. & ibi Bar. circa finem. ff.
de pact. & illam Glo. reputat singularem Bal. in c.
cùm non ab homine. in vlt. col. extra de iudic. &
in c. cùm venissent. ad finem. extra de testibus. in
c. quoniam contra falsam. col. 20. extra de probat.
& in c. pastoralis. col. 3. extra de except. & per il-
lam Glo. dicit Bal. in dicto cap. cum non ab homi
ne, quòd stante statuto, quòd si aliquis vulnerauε-
rit aliquem, puniatur in centum, quam pœnam, si
noluerit soluere, aut non potuerit soluere intra
mensem, amputetur sibi manus, quòd si reus di-
cat ante mensem se nolle soluere, non propter
hoc poterit ei amputari manus, ante lapsum men
sis : quia non potest huic fauori renunciari per
dictam Glosam in dicta l. pactum inter hæredem.
Hæc limitatio sic probata, sublimitatur quinque
modis. Primò, dicendo, quòd licet reus in cri-
minalibus non possit renunciare, bene tamen po-
terit renunciare termino, prout docuit Bald. (di-
cens ita practicari) in l. si accusatoribus. colum
na secunda, C. de accusat. & in dicto c. quoniam
contra. de probat. Secundò, nisi reus sponte iniret
in iudicio sit confessus, prout docuit Bal. in rubr.
extra de pact. in columna penult. qui dixit totum
mundum hoc ipsum obseruare. Tertiò, dicendo
dictam limitationem procedere solum in eo, qui
est innocens : non in eo, quem euidenter constet
esse culpabilem, prout docuit Bal. in cap. signifi-
cante. columna secunda, extra de appellat. Quar-
tò, dicendo dictam limitationem solum proce-
dere, quando aliquo modò constiterit, quòd ali-
quas defensiones ipse reus habere possit: alias se-
cus, prout docuit Bal. in l. nam postea quam. §. si
minor. circa finem. per illum textum. ff. de iure-
iurando. Quintò, dicendo, secundum Baldum
dicta l. pactum. circa finem. quòd illa Glosa cum
suo dicto non habeat locum in exceptionibus de-
claratorijs fori, quibus potest reus in criminali-
bus renunciare. Et ratio est, quia in illis non con
sistit defensio naturalis. hæc omnia Iason vbi su-
pra; qui idipsum confirmans in dicta l. nemo po-
test. ff. de legatis primo, infrascripta notatu di-
gnissima tam in prima lectura, quàm in secunda
docuit. Nam in secunda, numero primo, notabili
primo, infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet :
144 Nota primò ex hoc textu regulam, quod † te-
stator in testamento non potest derogare dispo-
sitioni Legum. Concordantes sunt in Glos. fina,
circa finem. vltra quas adde tex. in cap. requisiti,
& ibi Abbas. ad hoc not. & in cap. tua nos. de te-
stamentis. & textus in l. testandi. & ibi Bart. no.
C. de testamentis. immo testator non potest ne
dum directè, sed nec etiam per indirectum ali-
quid in fraudem legis disponere. textus est in l.
Seius, & Augerius, & ibi Bartol. & alij. ff. ad l. Fal-
cid. & in l. qui testamentum. ff. de probation. & in
l. cùm quis decedens. §. Titia. ff. de legatis tertio.
Rationem huius regulæ assignat textus not. in di-
cta l. testandi. C. de testamentis. quia iurisdictio-
nis mutare formam, vel iuri publico derogare
non est cuiquam permissum. Ratio rationis est:
quia per consensum priuatorum non potest iuri
publico derogari, vt in l. finali. ff. de suis, & legi-
tim. & in l. quod de bonis. §. primo, ff. ad l. Falcid.
Item testator cùm sit inferior non potest deroga-
re legibus superioris, vt in cap. cùm inferior. ex-
tra de maior. & obed. & l. quarta, in principio.
ff. de alien. iudic. mutan. cau. fact. Ex ista regula
huius textus multa notabilia inferuntur vltra ea,
quæ inferius videbimus, secundum Bartolum. Pri
mò infertur, quòd cùm lege Diuina, consuetudi-
naria, & Canonica sit statutum, quòd primoge-
145 nitus succedat in Regno : Rex † non posset in
testamento auferre primogenito illud ius, & sta-
tuere, quòd alius, puta secundogenitus succedat.
casus est hic, secundum Ioannem Andream in c.
licet. de vo. do. Abbas in consil. 3. incip. Nitar in
præsenti causa. in dubio secundo, libro secundo.
Intellige, nisi primogenitus esset omnino insuffi-
ciens : puta, amens, vel mente captus : nam tunc
posset secundogenito Regnum in testamento re-
linquere, secundum Bal. in Authent. hoc amplius.
columna secunda, C. de fideicommiss. & in Proœ-
mio Decret. Gregor. colum. 3. in fine, & ita limi-
tatur ille textus solemnis, licet vulgatus. in capit.
grandi. de supplen. neglig. Prælat. in sexto. hæc om
nia Iason vbi supra, qui ibidem & alia similia no-
tatu dignissima subiecit, quæ per te videbis.

Amplia sexto allata in dicta conclusione vnica
146 singulariter, dicendo regulam ibi traditam † ha
bere locum etiam in subrogatis illi, cui tradi-
ta

ta fuerat aliqua forma à iuris communis, vel mu-
nicipalis, vel hominis dispositione: ita, quòd si à
iuris, vel hominis dispositione tribuatur potestas
alicui faciendi cum consilio talis, infra tale tem-
pus, si ille illud non fuisset exequutus ex negligen
tia, vel malitia, & propterea deuoluta fuisset ta-
lis potestas illud faciendi, tenebitur omnino il-
lud facere eum consilio illius; cum cuius consilio
ille primus tenebatur: quia quòd petat tale con-
silium, est de forma substantialis actus, sine qua
actus esset ipso iure nullus: cùm nemo possit rece-
dere à forma, quæ perpetua est, & si a persona,
cui tale quid fuisset demandatum, cum tali for-
ma. Hæc ampliatio probatur triplici medio. Pri-
mò enim per textum in Clementina vnica. in prin
cipio. de supplen. negligen. Prælat. vbi hæc haben-
tur, videlicet: [Quia regulares Prælati, Prioratus,
Ecclesias, Administrationes, aut quæuis alia be-
neficia ad eorum dispositionẽ spectantia cum va-
cant, interdum committere negligunt, vel con-
ferre intra tempus in Lateranensi Concilio con-
stitutum. (Adde tu, sex mensium in collatione om
nium beneficiorum, vt in capitulo secundo, extra
de concess. præbend. & trium mensium in colla-
tione Archiepiscopatus, Episcopatus, & Abba-
tiæ, vt in c. ne pro defectu. extra de electio. & ibi
per omnes Doctores) Diœcesani locorum in non
exemptis sua: in exemptis verò, Apostolica au-
ctoritate negligentiam, super hoc suppleant eo-
rundem Prioratus, Ecclesias, Administrationes,
& beneficia huiusmodi, illa videlicet; quæ consue
uerunt per seculares Clericos gubernari, secula-
ribus Clericis: alia verò, quæ Religiosis, dunta-
xat committi sunt solita, vel conferri: Religiosis
Monasteriorum, quorum Prælati huiusmodi ne-
gligentes fuerint, conferendo.] hæc ibi. Ex qui-
bus elicitur veritas præsentis ampliationis, cum
147 ibi dicatur, quòd Episcopi subrogati † Præla-
tis negligentibus, ex talis iuris deuolutione, etsi
nanciscantur ius conferendi, tamen tenebuntur il
la conferre ijs, quibus dicti Prælati de iure tene-
bantur. Idem probatur per regulam iuris in cap.
is qui. de regulis iuris, in sexto. vbi hæc habentur,
videlicet: [Is, qui in ius succedit alterius, eo iu-
re vti debebit.] hæc ibi. Idem docuit textus in
cap. Eleutherius. 18. quæstio. 2. vbi Pelagius Pa-
pa præcepit, ac statuit non debere Episcopum suc
cessorem exigere à quodam Monasterio, vltra il-
lud, quod conuenisset suus prædecessor in dedi-
catione ipsius. Idem probatur per alia similia iu-
ra Pontificia idipsum apertissimè annuentia, ex
quibus elicitur veritas regulæ illius, in qua habe-
148 tur, quòd subrogatum † sapit naturam eius, cu-
ius loco subrogatur.

Idem docuit tex. in l. qui in ius. ff. de reg. iur.
vbi hæc habentur, videlicet: [Qui in ius, domi-
niumvè alterius succedit, iure eius vti debet.]
hæc ibi. Et in l. aliud est vẽdere. §. fi. ff. de reg. iur.
vbi hæc habẽtur, videlicet: [Absurdum est plus iu
ris habere eum, cui legatus sit fundus, q̃ hæredẽ,
aut ipsum testatorem, si viueret.] hæc ibi. Idem
probatur per textum in l. si eum. §. qui iniuriarum.
ff. si quis cautio: vbi traditur illa vulgatissima re-
gula, in qua habetur, quòd actio subrogata sapiat
naturam eius in cuius locum subrogatur. Idem
expressius videtur probari per tex. in l. Iudex. ff. de
iudicijs. vbi hæc habentur, videlicet: [Si Iudex,
cui certa tempora præstituta erant, decesserit, &
alius in locum eius datus fuerit: tanta ex integro
tempora in persona eius præstituta intelligemus,
quamuis Magistratus nominatim hoc in sequen
ti datione non expresserit, ita tamen, vt legitimũ
tẽpus nõ excedant.] hæc ibi. Probatur & secundò
Doctorum auctoritate. Nã glo. in d. Clem. vnica.
in vers. Religiosis. & in vers. Monasteriorum. & in
vers. reuocari. quæ Glo. est Ioan. And. qui idipsum
repetijt in regul. contra eum. de reg. iur. in sexto.
qui idipsum latius docuit in dicta regul. is, qui in
ius succedit. Idem repetijt in c. publicato. q. 24.
extra de elect. dicens, q̃ si publicato scrutinio mo
riuntur omnes Canonici corruente tecto, substitu
ti de nouo tenentur eligere eundem: quia per pu-
blicationem quæsitum est nominato ius, quod per
casum non perdit. Idipsum docuit Imo. in c. cùm
accessissent. extra de constitut. asserens, quòd licèt
patronus propter negligentiam perdiderit pote-
statem præsentandi, tamen Superior conferens iu
re deuoluto, non poterit aliter conferre, quàm ha
beat institutio, & natura beneficij. Idem docuit
Panor. in d. Clem. vnica. nu. 15. in vers. succedens.
his præcisis verbis, videlicet: Succedens in pote-
state conferendi ratione negligentiæ, vel delicti:
non potest liberè conferre cui vult: sed cùm suc-
cedit in ius illius, debet vti eodem iure, quo ille:
& sic debet conferre talibus personis, quibus pri-
mus tenebatur conferre, vt docet tex. & Glo. dictæ
Clem. vnicæ, & ibidem Paul. Leaz. Idem repetijt in
nu. 19. his præcisis verbis, videlicet: Non desinit
esse Claustralis, & Obedientiarius Monachus, cui
Episcopus contulit Prioratum propter negligen-
tiã Abbatis: quia nec plus, nec aliter confert sup-
plens, quàm negligens: vnde sicut si ipse Abbas
contulisset, posset illum reuocare ad libitum: ita
nunc licèt Episcopus supplendo illius negligen-
tiam contulerit. Hęc omnia Panormitanus, vbi su
pra, cuius sententia erit amplectenda, cum sit con
sona tot citatis iuribus. licèt laciniè cõtrarium do
cuisse videatur ipsemet Panor. in c. causam quæ,
nu. 6. versic. pro hoc allego. extra de elect. sequens
dictum Dominorum de Rota. decis. 55. dicentiũ,
quòd si per negligentiam patroni deuoluatur po-
testas præsentandi ad Episcopum, tenebitur ta-
men Episcopus conferre beneficium intra tempus
præfixum ad conferendum, & sic nota (subdidit
Panormitanus ipse ibidem) singulariter; quòd nõ
149 tenetur Episcopus priùs eligere, † & apud seip-
sum præsentare, & postea instituere, sed potest
vnico actu expedire per viam collationis. Et tene
menti; quia habet tempus ad conferendum hoc
beneficium sex mẽsium, à tempore deuolutionis,
quemadmodum intra prædictum tempus tenetur
conferre beneficia spectantia ad eũ iure proprio,
vt in cap. 2. extra de concess. præben. facit optimè
ad prædicta. c. si electio. de elect. lib. 6. & c. licet.
de supplen. neglig. Prælat. hæc omnia Panorm. vbi
supra. Ex quibus videtur concludere ratione de-
uolutionis Episcopum succedentem alteri in iure
suo, pinguius, ac potentius ius adipisci, quàm ei,
cui successit, habuisset patroni ad præsentandum
Clericos in beneficijs instituendos ab Episcopis
habeant solùm tempus quatuor mensium à tem-
pore vacationis, & non sex mensium, cõtra quod
supradicta iura exclamasse supra patuit, & quòd
150 † patronis solùm spatium quatuor mensium ad
præsentandum, à iure fuerit indultum, docuit
apertissimus textus in capit. vnico. §. verùm. de

iure patron. in sexto. vbi Bonifacius Octauus his præcisis verbis vsus fuit, videlicet: [Verùm licet patronus laicus ad præsentandum tempus habeat quadrimestre duntaxat: Ecclesia tamen, vel Monasterium, cui facta est à laico iuris patronatus collatio, tempus habet semestre. Et omnino quantum ad præsentationem pertinet, non vt patronus Laicus, sed vt patronus debet Ecclesiasticus reputari.] hæc ibi. Idem videtur probari per text. in c. cum propter. extra de iure patronat. vbi hæc habentur, videlicet: [Cum propter discordias Laicorum, & infra. Fraternitati tuæ mandamus, si de iure patronatus quæstio emerserit inter aliquos: & ab eo, cui competit infra quatuor menses non fuerit diffinitum: extunc Ecclesiã ipsam de persona non differas idonea ordinare: ita quòd illi ex hoc non debeat in posterum præiudicium generari, qui ius euicerit patronatus.] hæc ibi. Et nota versic. illud. [Non debeat in posterum præiudicium generari.] ac si aperte dicatur, quòd licèt hac vice per decursum quatuor mensium præiudicium iuri ipsorum patronorum fiat, inde ad Episcopum deuoluatur ius præsentandi, non idcirco intelligendum erit ipsos patronos in perpetuum priuari iure præsentandi, & sic patuit, quod Laicis spatium quatuor mẽsium solùm à iure fuit indultum: à iure (inquam) antiquo, etsi non negemus fuisse constitutũ etiam iure antiquo Pon-
151 tificio patronis † Ecclesiasticis indultum fuisse tempus sex mensium; nam in cap. 2. extra de supplen. negligen. Prælat. decreuisse Clementem Tertium Religiosos patronos non præsentantes infra tempus decretum à Concilio Lateranensi (idest infra sex menses, vt in cap. 2. extra de concess. præbend.) ex tunc posse Ordinarios præsentare, & instituere, & pro vice illa solùm eos priuare iure præsentandi: ex his ergo omnibus allatis in declarationem veritatis sententiæ Panormitani in dicta Clementina vnica. Nam etsi prima fronte videatur ipsum sibimet aduersatum fuisse, tamen hoc nec suspicandum quidem erit de tanto Doctore; sententia ergo ipsius in dicto cap. causam quæ. asserentis, quòd si patroni non præsentent infra quatuor menses, eorum ius præsentandi pro illa vice deuoluatur ad Ordinarios, quibus indultum est tempus sex mensium ad præsentandum sibimet, & insimul instituendi, vnde videbatur aduersari sibimet ipsi in dicta Clementina vnica, & præsenti nostræ ampliationi, in qua diximus, quod succedens iuri alterius eodemmet modo illo vti debeat, cum onere, & honore, quo & ipse præcessor potuisset. Ad hæc omnia quamfacillima erit responsio, dicendo, ipsum Panormitanum in dicta Clementina vnica, locutum fuisse in terminis præsentis ampliationis, prout regulariter contingit fieri, necnon & quando Ordinario deuoluatur ius præsentandi ex negligentia Ecclesiasticorum, quibus indultum est semestre: non autem quando hoc contingeret ex negligentia Laicorum: cùm tunc dicta regula fallat, non respectu sui, sed ratione dignitatis Ecclesiasticæ, cui indultum fuit à iure semestre ad præsentandum, vt in supra citatis iuribus apertissimè patuit, ad hoc accedit & alia ratio differentiæ; quia patronis Ecclesiasticis, idest iis, ad quos spectat præsentatio non ratione sui patrimonij: sed vt Laicus habens ... ius (quia tunc de eo idem iudicium erit, sicut de persona penitus laica habente ius patronatum,) sed ratione, seu iure Ecclesiæ quomodocunque sibi acquisi-
152 to: Nam patronis Laicis † ideo tantum quatuor menses indulgentur ad præsentandum, quia datur sibi facultas non solùm vnum præsentare, prout Ecclesiasticus, sed plures cumulatiuè insimul, quod non conceditur Ecclesiasticis, prout docet textus in cap. cùm autem. de iure patrona. & ibi Doctores, inter quos Panormitanus num. 5. & 7. dicit secundum Innocentium, & Hostiensem, quod idcirco Ecclesiasticis non conceditur variatio, quia præsentatio facta ab ipsis habebit vim electionis, quapropter sicut Electores variare non possunt, vt in cap. publicato, extra de elect. ita neque patronus: quia cœtus Clericorum tanquam spiritualis est dignior cœtu Laicali, & cùm spiritualia debeant esse firmiora, vt in cap. 2. extra de translatio. Prælat. facit Clement. cùm illusio. de renunciatio. iuxta illud Psalm. Quæ procedit de labijs meis non faciam irrita, & idcircò meritò (vt ipsi Clerici patroni releuentur in alio.) Ecclesiasticis patronis fuit indultum semestre, vt in dicto cap. vnico. §. verum. iuncta glos. Archidiacono, Dominico. & alijs Doctoribus ibidem. Ex quibus omnibus emicuit veritas præsentis ampliationis, ac verus sensus sententiæ Panormitani in dicto cap. causam, quæ. Nec hoc mirum videbitur. Præsenti quoque ampliationi se subscripsit Glos. & Dynus in dicta regula. cap. is qui. Idem latissimè docuit Felinus in cap. cum accessissent. nume. 18. versic. ex hoc dicto Calder. extra de constitut. & rursus in capit. cùm dilecta. columna duodecima, nume. 7. in fine. & versicul. Amplia septimò. extra de rescriptis. Idem docuit & Philippus Franchus in dicto cap. is, qui in ius. de regul. iur. in sexto. post alios, quem refert & sequitur Cagnolus in l. qui in ius dominiumvè. ff. de regulis iuris.

Et ex Legistis infrascripti se subscripserunt præsenti nostræ ampliationi (vltra Glo. dictorum Iurium,) Nam Bartolus in dicto §. qui iniuriarum. numero primo, dicit: Nota, quòd actio, quæ in alicuius locum subrogatur, sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur: quòd dictum ipsemet limitauit in l. certi conditio. numero 13. versiculo non obstat. ff. si certum petatur. dicens, hoc verum in his, quæ insunt actioni ex sua primordiali natura, non in his, quæ superueniunt ex casu. hæc ille. Cuius decisioni se subscripsit Alexander ibidem, numero septimo, in versic. in ea. in fine. Idem rursus docuit ipsemet Bartolus in consilio suo .... incipien. Domini Priores. (prout retulit Iason in l. si eum. §. qui iniuriarum. columna quarta, numero vigesimoprimo, versic. tertio adde. ff. si quis cautio.) dicens, quòd Iudex Ecclesiasticus supplens negligentiam Iudicis secularis, debet procedere, sicut tenebatur Secularis, vel summariè, vel plenariè; prout faciebat secularis, cuius loco subrogatur. hæc Bartolus vbi supra, qui in l. prima, §. hi quibus. numero secundo. ff. de legatis tertio, idem innuit, dicens, quòd qui gerit vicem alterius ex mandato Principis, omnia, quæ habebat ille, cuius vices nunc gerit, ad ipsum transeunt.

Idem docuit Baldus in l. fina. C. si mancip. ita alie. fue. quòd si exequutor, qui de mandato testatoris habebat aliquid distribuere in pauperes, cum consilio Prioris Prædicatorum fuerit negligens,

gligens, succedens ei iure deuoluto tenetur eam formam seruare: quia non potest recedi à forma, cùm illa perpetua sit, quamuis à persona. Idem rursus ipsemet Bald. docuit.

Idem elegantissimè docuit Iason in d.l.si eum, §.qui iniuriarum, ff.si quis cautionibus, num. 20. 21.22. & 23. his præcisis verbis vtens ad probandam regulam supradictam, quòd subrogatum sapit naturam eius, loco cuius subrogatur, videlicet si nobilis collegisset pedagium à transeuntibus supra certum pontem; & pons fuisset destructus, & alius denuo ibidem fuisset refectus, quòd ab eodē nobili idem pedagium posset percipi à transeuntibus pontem ipsum nouum; quia censebitur subrogatus loco veteris: & quòd Iudex Ecclesiasticus supplens negligentiam Iudicis secularis debeat procedere, sicut tenebatur secularis vel summariè, vel plenariè prout faciebat secularis, cuius loco subrogatur. Vnde Episcopus, qui de iure succedit in locum exequutorum, quando sunt negligentes, vt in l.nulli, C.de Episcop. & Cler. debet obseruare omnia, quæ ipsi exequutores obseruare tenebantur: ideo si executores de mandato testatoris debebant distribuere in pauperes cum consilio Prioris fratrum Prædicatorum: sic Episcopus eorum loco succedens, tenetur eandem formam seruare; eo quia non tenebatur à forma (quę perpetua est) sed à persona. Ad hoc etiam facit quod vult Ioann. Andr. in regula. Contra eum, in Mercur. dicens, quòd si deuoluatur ad Episcopum electio
153 † compotens certis monachis habentibus eligere de gremio vnius Monasterij: quòd similiter Episcopus tenebitur ex illo gremio eligere. facit bene text. in Clem. 1. de supplen. neglig. Prælat. Vbi quando superior, puta Episcopus habet conferre beneficia regularia ex iure ad eum deuoluto: tenetur conferre eisdem personis; quibus primi tenebātur. Hæc omnia Iason, vbi suprà.

Idem docuit Ludou. Rom. in suo singul. 478. incip. Pone, quòd arbitrium, se subscribens Ioannes Andr. in d.c. publicato.

Limita singulariter regulam traditam in dicta vnica conclusione, in qua diximus & probauimus,
154 quòd gesta † contra solitum ordinem iudiciorum, & formam traditam à iure tam communi, q̃ municipali, vel à quacumque hominis dispositione, fiat ipso iure nulla, nullumque sortiantur legitimum effectum. Dicendò hanc regulam recipere hanc primam fallentiam, seu limitationem: eò quòd illa regula locum non obtineat, quando is, qui facit contra formam est talis, qui possit ei derogare: vt Princeps, vel Collegium, & huiusmodi. Nam in dubio videtur voluisse ei derogare faciendo contra illam. Quapropter gesta cōtra formam in tali casu erunt de iure valida cùm tali transgressio, talis solemnitatis vel formæ sit parui momenti, stante tali consensu valentium de nouo statuere contrarium expressè, sicut faciunt nunc taciè consentientes tali derogationi. Hæc limitatio probatur Doctorum infrascriptorum auctoritate.

Probatur ergò Doctorum auctoritate. Nam Bartol. in l. vniuersis in fine, C. de precibus imper. off. his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. Nota, quòd quando est facta reformatio in concilio, nō debet quæri de persona arrogantis, seu consulentis: sufficit enim quòd consilium hanc mentem habens hoc reformauerit. quod nota & perpetuò tene menti, hæc Bart. vbi supra, qui idipsum confirmauit in l.2. & in l obseruare, C. de Decurionibus. Nam dixit in d.l.2. quòd si apparet de voluntate populi seu consilij repræsentantis populum, quamuis non appareat de propositione facta in concilio per magistratum, vel alium, valeret lex per l.si quod. in fine, C.de delegationibus, lib. 10. & in l.de legibus, in fine, ff.de legibus. Idem docuit Bal. in l.1. nu. 6. vers. vnde hic quæro, ff. de legibus, his præcisis verbis vtens, videlicet, statutum Perusij dictat, quod omnes propositæ debeant fieri per Priorem priorum, & aliter non valeat. Modò congregata adunantia generali, populus vult vnum, quod Prior priorum non vult proponere: quia est pœnale, vel quia iurauit. Modò quidam alius proponit, & populus statuit: quæritur vtrum valeat statutum, & dicò, quòd si concilium est tale, quòd possit illi formæ derogare: valet illud statutum, aliàs non. hæc Bald. Idem docuit Paul. de Castro in l.1. in princ. ff. de constit. Princip. & in l. 1. in princ. ff. ad l. Falcid. in d.l. vniuersis, dicens q̧ si statutum dicit, quòd concilium debeat congregari ad sonum campanæ, & proposita fiant per Priores ancianorum: tamen si constat Concilium fuisse congregatum, & proposi[illegible]ctam, & reformationem subsequutam: & nō [illegible]eat de modo congregationis, vel propositę, vel actus, ad qđ etiam facit notata in l.hu[illegible]num, C. de legibus. Vbi datur certa forma ad condendum leges, & tamen valent, ea non seruata, hæc Paul. quem sequutus fuit Ioan. Baptista de sancto Seuerino in l.omnes, car. 6. ff. de iust. & iure, inferens Paul. vbi supra valuisse gesta Paduæ per vniuersitatem Scolarium super facto noui Rectoris: licèt non interuenerit iussus, seu mandatum veteris Rectoris, vt dictabat statutum. Idem docuit Calder. in consil. 11. de iure patro. dicens, quòd dato quòd vniuersitas fuerat ineptè congregata: tamen si cōueniunt duę partes, valet præsentatio facta per maiorem partem omnium præsentium. Idem latius docuit Iason in d.l.vniuersis, per totum, qui post relatiōnē (ferè ad verbum) sententiarum supradictorum Doctorum, ipsis se subscripsit. Idem docuit Felinus in cap. cùm dilecta, num. 11. versi. limita regulam, extra de rescript.

Limita singulariter allata in præcedenti limitatione, dicendo illa habere locum quando in secundo statuto, seu reformatione fuisset addita clausula derogatoria, scilicet. Non obstante tali statuto contrarium decernente: vel non obstante tali lege contrarium decernente, vel tali mea dispositione contrarium volente, aliàs nō fuisset reuocata talis iuris, aut hominis dispositio, ac p̃ cōsequēs actus inde sequutus fuisset ipso iure nullus, cùm fuisset à lege prohibitus, eò quòd necessariò tunc requireretur specialis reuocatio, sicut in testamentis, vt in l.si mihi & tibi, §.in legatis, ff.de legatis 1. & in l.si quis in principio testamenti, ff.de leg. 3. Hæc limitatio probatur triplici medio. Primò enim per arg. in l.fin. C.si contra ius vel vtil. publ. Vbi hęc habentur, videlicet. [Omnes cuiuscumque maioris, vel minoris administrationis vniuersæ nostræ Reipublicæ iudices monemus, vt nullum rescriptum, nullam pragmaticam sanctionem, nullam sacram annotationem; quæ generali iuri, vel vtilitati publicæ aduersa esse videatur, in disceptatione cuiuslibet litigij patiantur proferri; sed generales sacras constitutiones modis omnibus non dubitent

obser-

obseruandas.] hæc ibi. Idem per arg. in Auctent. Hoc inter liberos, C. de testamentis, in princ. vbi hæc habentur, videlicet. [Inter liberos testamentum ita infirmatur: si parens septem testibus adhibitis declaret se nolle tale testamentum valere, & aliam disponat voluntatē, vel in testamento perfecto, vel in non scripta perfecta voluntate.] Idem probatur per arg. in l. si quis, in principio, ff. de legat. 3. vbi hæc habentur, videlicet. [si quis in principio testamenti adscripserit. Cui bis legauero, semel deberi volo, postea eodem testamento vel codicillis, sciens sæpè eidem legauerit: suprema voluntas potior habetur. Nemo enim eam sibi legē potest dicere, vt à priore voluntate ei recedere nō liceat. Sed hoc ita locum habebit, si specialiter dixerit, prioris voluntatis se pœnituisse: & voluisse 155 vt legatarius † plura legata accipiat.] hæc ibi inter alia; Et nota, quòd similis dispositio, & ferè verba similia habentur in Auctent. de testamentis imperfectis, §. pen. Idem probatur per arg. in l. si mihi & tibi, §. fin. vers. interdum tamen, ff. de legat. 1. vbi hæc habentur, videlicet. [Interdum tamen in legatis non posterior, sed præcedens scriptura valet. Nam si ita scripsero, quod Titio infra legauero, id neque do, neque lego: quod infra legatum erit, non valebit. Nam & eum sermonem, quo præsentia legata data in diem proferuntur, ad postea quoque scripta legata pertinere placuit. Voluntas ergo, facit, quòd in testamento scriptum valeat.] hæc ibi. Et si multa alia iura similia possent afferri idipsum docentia, breuitatis gratia ipsa hic missa faciam. sed sciendum, quòd meritò diximus præsentem nostram limitationem probari per arg. in dictis iuribus: quoniam licet in ipsis iuribus ad sonum verborum nō contineatur dicta limitatio, benè tamen ex ipsis elicitur veritas ipsius: cùm inde eliciatur apertissimè, quòd dispositio tam iuris, quàm hominis secunda cōtra primam, expressè disposito aduersans, fit nullius virtutis nisi clausula illa, scilicet Non obstante, in secunda fuerit inserta: vel alia æquiualens, ex qua posset cognosci voluntas taliter secundariò voluisse per secundam derogare primæ dispositioni: ac per consequens ex ipsis iuribus emicuit veritas præsentis limitationis. Idem probatur eodem modo per arg. in l. rescripta, & in l. nec damnosa, C. de precibus imper. offer. vbi hæc habentur, videlicet. [Rescripta contra ius elicita, ab omnibus iudicibus refutari præcipimus. Nisi fortè sit aliquid, quod non lædat alium, & prosit petenti, vel crimen supplicantibus indulgeat.] hæc ibi. Idem per arg. in d. l. nec damnosa, vbi hæc habentur, videlicet. [Nec damnosa fisco, nec iuri contraria postulari oportet.] hæc ibi. Idem eodem modo probatur per leges ei tatas à singulari Glo. in d. l. fin. vers. Generali iuri, vide ibi. Probatur insuper præsens nostra limitatio auctoritate infrascriptorum Doctorum. Nam glo. in d. l. fin. in versic. Generali, circa medium; his præcisis verbis vtitur, videlicet, si autem contra ius ciuile, vt circa actiones, quæ sunt de iure ciuili, vt in l. 2. § omnium, ff. de origine iur. siquidem vt prorsus tollantur, non valeti si vt differantur valet, vt in l. quoties, C. de precibus imper. off. Quid autem si dixerit Imperator, non obstante tali lege? Respondetur valet, vt in l. si quis in principio testamenti, ff. de legat. 3. & in Auctent. de testamentis imperf. §. pen. Idem docuit glo. in dicta Auctēn. Hoc inter liberos, in versic. valere, his vtēs verbis præcisis, videlicet. Non igitur sufficit facere 156 re secundum testamentum, † nisi dicat, Non obstante primo, quod nolo valere: & sic est argumentum pro rescriptis contra legem indultis, vt non valeant, nisi dicatur, Non obstante tali lege, vt in l. si quis in princip. ff. de legat. 3. Idem docuit glo. in d. l. rescripta, in versic. rescripta. his præcisis verbis vtens, videlicet. Rescripta contra ius, puta, vt liceat peremptoriam opponere post sententiam; Non autem potest intelligi in illis priuilegijs, quę prohibita sunt à iure peti. Nam tunc non valent etiam si alij non nocerent, & prodessent petenti, quod vult finis huius legis. Loquitur ergo de istis priuilegijs, vel rescriptis, de quibus non dicitur in legibus, quod non debeant tribui: sed sunt contra id, quod dicit lex, siue quod dictat ius commune. Idem docuit glo. in d. l. si quis in principio, in vers. accipiat. Vbi concludendo his præcisis verbis vtitur, videlicet. Item quid si dicat, nolo valere, si qd testamentum fecero, nisi fiat illo, vel illo modo, vel nisi tales sint testes, vel nisi expressim hæc verba repetantur? Respon. semper videtur, quòd habeat locum hæc lex, quòd valeat primum, nisi specialiter reuocetur primum per secundum: tunc enim primum vitiatur, arg. in l. qui Romæ, §. Flauius, ff. de verb. obligat. Item nota hic argumentum pro rescriptis, vel priuilegijs contra legem, quòd valeant, si dicat Princeps. Non obstante &c. vt in d. Auctent. hoc inter. & in d. l. fin. C. si contra ius. Idem docuit glo. in d. l. si mihi & tibi, §. fin. in vet. non valebit. dicens; quòd non valeat secundū (intellige in terminis ipsius §.) testamentum. Nisi expressè prioris voluntatis dicat se pœnitere. Sed quid si primò dixit, quòd non liceret sibi pœnitere. Respon: nihilominus potest pœnitere, si exprimat qualitatem illius primæ voluntatis in secunda, vt in d. l. si quis in principio. Idem docuit Bar. in d. l. fin. C. si contra ius. Nam in col. 2. num. 3. 4. & 5. incipiēn. à verbo quæro. Quid si Imperator rescribit contra legem, sed dicit, quòd valeat lege non obstāte. an hoc requiratur, infrascriptis vtitur præcisis verbis, videlicet. Communiter teneamus, quòd debeat inseri illa clausula, per l. si quis in principio testamenti, ff. de leg. 3. sed de hoc est dubium. An debeat dici, non obstante tali lege nominatim. An sufficiat, quod dicatur, lege aliqua non obstante, seu non obstante aliquo. glos. in Auctēn. hoc inter liberos, C. de testamentis, videtur velle, quòd fiat mentio specialis; hoc etiam videtur velle tex. in simili, vbi glo. tangit in l. si quis in princip. ff. de legat. 3. & ideo puto, quòd non sufficeret, si diceret, Aliquo non obstante: quia istud est generaliter loqui. Item puto, quòd non requi- 157 ratur, quòd dicatur, Non obstante lege, † nominando eam: quia istud esset loqui singulariter, sine indiuiduè: sed sufficit, quòd dicatur, non obstāte aliqua lege, quæ in cōtrarium loqueretur: istud enim est specialiter loqui: ita debet intelligi hæc materia; hæc Bart. vbi supra; qui in d. l. rescripta, C. de precibus imper. offer. sequēs glo. ibidem his præcisis verbis vsus fuit, videlicet, quædam sunt rescripta prohibita impetrari specialiter & expressè, & illa impetrata non valent, etiam si nemini noceant. Quædam sunt rescripta non prohibita specialiter impetrari: & tunc loquitur hæc lex, vt si rescriptum continet aliquid contra legem scriptam, non valet. Exemplum potes ponere in hac lege, Aliquis impetrauit, quòd minor quatuordecim annis

annis liceat facere testamentum: vel quòd liceat
appellare post decem dies: vt in cõtractibus em-
ptionis, & venditionis non teneatur de euictione:
certè ista non valent, quia contra ius. hæc ille, vbi
supra, qui idem breuiùs reperijt in dicta Aucten.
Hoc inter liberos. sequens ibidem glo. Idem do-
cuit rursus ipsemet Bart. in d. l. si quis in princip.
sequens doctrinam Glo. supra à me recensitæ, &
Cyn. ibidem, qui hoc disputando tenuerat ipso
Bart. audiente, qui Bart. ibidem col. 1. sub num. 4.
versic. expeditis contrarijs proposuit quid dicen-
dum foret, si in primo testamento præcessissent ver
ba derogatoria testaméti, vtputa, dixit, si aliquod
testamentum fecero, nolo valere: vel dixit, nolo va
lere aliud testamentum, nisi sit ibi ascripta talis
oratio, vel tale quid? dicit glosa, quòd secundum
testamentum nõ valet, nisi expresè pœniteat prio
ris testamenti. Idem (post multa argumenta pro &
contra allata in capit. quod semel placuit, de re-
gulis iuris in sexto) docuit Dynus, & quamuis
Iacobus de Aret. contrarium docuisset. Cynus
tamen adstipulatus fuit dicta glo, disputando ip-
so Barto. audiente de hac quæstione adhæsit sen-
tentiæ glo. cui & ipse Bart. quoque ibidem se sub-
scripsit asserens Cynum respondisse fundamentis
sententiæ Iacobi, & primo dixit non esse verum,
quòd ille dixerat, quòd per hoc ipse testator effi-
ceretur intestabilis: imò quòd posset facere aliud
testamentum quãdocumque vellet, sed quod opor
teret nos esse certos, quòd ipse testator velit. Cum
enim ista verba habeant vim cuiusdam protesta-
tionis præambulæ: talis protestatio declarat in se
quenti testamento voluntatem deesse. vt in l. et si
quis, §. plerique, ff. de relig. sequens ergo testamen
tum non est testamentum, quia lex præsumit in
eo voluntatem deesse, nisi expressam reuocationé
faciat de primo, vnde non est verum, quod sit in-
testabilis. Idem tenebat Ray. de For. & ego (inquit
ibidem ipse Bart.) idem puto. Declarabo tamen
latius. Et aduerte si testator dixisset, tantum; nolo
me posse facere aliud testamentum, & nolo me
posse mutare tale testamentum, vel nolo me posse
pœnitere, & non dixisset vltra: tunc fateor verum
dictum Iacobi de Aret. & sequac. quia testator so-
lum disposuit circa ipsam possibilitatem testandi,
& non circa voluntatem, quæ debeat in futurum
157 deesse: & hoc non potest facere, † quia nõ potest
sibi auferre liberam testamenti factionem, vt in l.
stipulatio hoc modo. ff. de verb. oblig. & ideo glo.
in l. si mihi & tibi, §. in legatis, ff. de legat. 1. malè
loquitur, & benè reprehenditur per Iac. de Aret.
Sed si dixisset, si fecero aliud testamétum, nolo va
lere: hoc non disponit circa possibilitatem testan
di, sed disponit circa voluntatem, quam dicit de-
esse in futuro: ideo requiritur, quòd expresè reuo
cet, vt appareat voluntatem deesse in sequenti te
stamento, quam lex præsumit deesse, propter ver-
ba præambula derogatoria, hæc Bart. vbi supra,
qui ibidem colum. 3. nu. 8. in versi. Venio ad secun
dum testamentum, his verbis vtitur, videlicet: De-
bemus inspicere verba derogatoria, qualiter sint
concepta; si enim sunt concepta secundum eum
modum, qui primo in glosa ponitur. Vt si aliud te
stamentum fecero, nolo valere: tunc reuocando
primum testamentum nominatim, & dicendo hoc
vltimum volo valere: videtur satis factum huic le-
gi, quia specialiter primi testamenti, facit mentio
nem, & dixit vltimum se velle valere, & sic asseruit
contrarium eius, quod prius dixerat. sed si ponia-
mus verba derogatoria esse concepta secundum
alios modos positos in glosa: quia dixit, si quod
aliud testamentum fecero, nolo valere, nisi sit talis
solemnitas: tunc oportet, quòd dicat, cassans, & ir
ritans aliud testamentum, &c. & verba derogatoria
ibi posita: aliàs nõ videretur asserere contrarium
eius, quod primò dixerat. sic intelligo glo. in d. §.
in legatis. Sed si vnum solum testamentum quis fe
cisset, in quo fuissent apposita verba derogatoria;
tunc sufficeret reuocatio generaliter facta, dicen-
do: Cassans omne aliud testamentum meum, in
quo sunt verba derogatoria; & hoc volo valere,
prout docet tex. in l. 2. ff. de liber. & posthum. hæc
omnia Bart. qui & idem exemplificando reperijt
ibidem, à num. 10. vsque in finem. quæ omnia sum
mopere deseruiunt cognitioni veritatis præsentis
limitationis. Idem apertius docuit Bart. in pro
prijs terminis præsentis limitationis, in l. omnes
populi, colum. 12. num. 31. versic. Circa secundum.
quando præcedens statutum, ff. de iust. & iure. Vbi
postquam proposuisset quid dicendum esset, quan
do præcedens statutum esset derogatorium secũ-
159 di, † vt quia prohibet aliud fieri, vel dicit, quòd
non possit contrarium statui, seu contra ipsum ve
nire, nisi certa forma; nunquid secundum statutũ
contrarium simpliciter valeat, vel cum generali
reuocatione contrarij. requiratur specialis reuoca
tio primi? dicit ipse Bartol. quòd omnino requi-
ratur specialis reuocatio, sicut in testaméto, quia
160 hoc patet in rescripto † impetrato contra legé,
quod non valet, nisi dicatur in rescripto, non ob-
stante tali lege. vt not. in l. fin. C. si contra ius &c. &
in Aucten. Hoc inter liberos, C. de testamentis, &
ratio est, propter præcedentem clausulam deroga
toriam positam in l. nec damnosa, C. de precibus
imper. offer. & si alij distinguant, tamen ipse Bart.
statim subdens infrascriptis præcisis verbis vtitur,
videlicet. Quid dicemus, Dyn. circa testamentum
videtur dicere, quod requiratur specialis reuoca-
tio, in c. quod semel placuit, de regul. iur. in 6. sed
dominus Cynus hunc articulum disputauit me au
diente, & tenuit indistinctè, quòd secundum statu
tum non valeat, nisi fiat expressa reuocatio primi
per iura allegata: hoc etiam probat, quia protesta
161 tio † præcedens declarat animum in futuro dees
se, vt in l. et si quis, §. plerique, ff. de reli. & in l. qui
in aliena, §. fin. ff. de acquir. hæred. sic ergo in secũ-
do statuto deficit animus & voluntas: ergo nõ est
statutum. Non obstat, l. Diuus, §. licet, ff. de iure co
dicil. & distinctio prædicta: quia intellige, quòd
ibi expresè pœnituit prioris voluntatis. Non ob-
stat, quia de ea non est disputandum; quia verum
est quando est lex; sed hoc non est propter defectũ
voluntatis. Non obstat l. humanum, C. de legibus,
quia Imperator ibi loquitur ex humanitate, non
dicendo, si aliter fiat, non valeat; quia tunc secus,
vt patet per ea, quæ dixi in rescripto; ita dicit Cy-
nus, quem in hoc sequor. hæc omnia Bart. vbi su-
pra; qui quamplurima notatu dignissima subintu-
lit ibidem de auctoritate auferendi statutum etiã
iuramento firmatum, vide ibi. Idem docuit Bald.
in d. l. fin. nu. 6. & 7. C. si contra ius &c. concludens
quòd quando rescriptum est illius, qui potest dero
gare alicui statuto vel consuetudini tunc sufficiet,
quod in ipso dicatur non obstante aliquo statuto
vel consuetudine, & si peculiariter de ipso non fie
ret mentio. Quando verò rescriptum esset contra

ius

ius commune,tunc tali distinctione vtendum esset, scilicet aut illud rescriptum est prohibitum in specie,& tunc requiritur specialis clausula:si antè esset prohibitum in genere per modum regulæ: tunc sufficiet clausula generalis. Non obstante: vt
162 sic generalis clausula † derogatoria deroget generi,& species speciei: non autem genus speciei. Sed si rescriptum esset cõtra aliquod priuilegium: & tunc ipsum non valebit si non faciet mẽtionem de illo priuilegio,vt docet tex. in c.cùm ordinem, extra de rescriptis. hæc Bal.qui idem videtur tacitè docuisse in d.l.rescripta, hac distinctione peru-
163 tili vtens,videlicet. Quandoque rescriptum † est secundum legem,& tunc valet.quandoque est prę ter legem,& tunc similiter valet. quandoque est contra legẽ,& tunc non valet. (Adde tu,sine clausula illa. Non obstante &c. Idem latiùs & clariùs docuit ipsemet Bal.in dicta Auctẽn.hoc inter.C. de testamentis.Nam inter alia notatu dignissima
164 dixit,quòd declaratio † derogatoria requiritur expressè,& tunc fieri contingit, quando voluntas ipsa derogatoria ita declaratur, vt intellectus non laboret in intelligendo mentem testatoris: sed ea ipsis verbis pateat ita specificatè, quòd nulla sit dubitatio, vt in l.ille, aut ille,§.cùm in verbis,ff. de leg.3.Dixit insuper,quòd quando in primo testamento pater sua manu scripsit. Nolle valere aliquod aliud testamentum, nisi ibi esset scriptum formaliter totum Pater noster.Postea verò in secũdo testamento verba erant generalia reuocatoria omnis clausulæ præcedentis derogatoriæ. Secundum ipsum testamentum validum erit non solùm si solùm præcessisset vnicum, verumetiam si plura, vt docuerunt Iacob.de Bel.Nic.& Cyn.& Io.And. in c.1.de constit.in 6. & hoc ipse Bal.cõfirmat duplici ratione. Prima quarum est, quoniam etsi multa fiant testamenta, semper attenditur proximum antecedens testamentum,cùm alia sint abolita,& nomen testamentorum non retineant.Cùm ergo relatio fiat ad proxima,necesse est de eo intelligi testamento,quod immediatè pręcedit:nec potest testator dare formam sibi auctoritate, sed voluntate: & ita contraria voluntate potest recedere,& ista est finalis conclusio supradictorum,& ideo sufficiunt clausulæ generales tabellionis,cas-
165 sans,& irritans &c. † Cum enim testator sit certus de facto suo proprio, vt in c.ab ea communicato, extra de rescript.non potest dici,quòd intelligat vim verborum. Item & secunda ratio est,quia genus reductum ad vnam speciem, naturã speciei assumit, vt in l.si optio.ibi in versi.ad vnum, ff.de ope.le. & talis reuocatio etiam valebit, licèt forsan iurasset primum testamentum se non reuocaturum:& ratio est,vt docuit Innoc.in c.dilecto,extra de præben. quia licèt spiritualia nõ possit exer-
166 cere periurus,† temporalia,tamen poterit. Addit quoque quòd si in rescripto agitur de detrimẽto alicuius particularis, qui in reuocatione legis vel priuilegij læderetur: necessariò addenda esset
167 illi clausula specialis, videlicet. Nõ obstante † tali lege &c.Si verò ius tertio acquisitum non læderetur,tunc sufficeret clausula, non obstante aliqua lege in contrarium.Idem ipsemet Bal.elegantissimè docuit in l humanum,C.de legibus: cuius tamen præcisa verba hic non referam: sed paulòpost respondendo Alex. qui videtur ipsum reprehendẽdo asserere ipsum Bald.aduersatum fuisse præsenti nostræ limitationi per ea, quæ dixerat ipse Bal.in l.1.num.6.ff.de legibus cuius præcisa verba retuli in præcedentis limitationis probatione. Vide ibi. Idem docuit Alex.in d.l.si mihi & tibi,§.fin.num. 4.ff.de legat.1.dicens, quòd Iacob.de Aret. Bart. Bald. Paul.de Castro, & Raph.Cuman.in d.§.fin. Cyn.& Fulg.in l.sancimus, C.de testam. & rursus Barto.in l.si quis.in princip.ff.de legat.3.volentes
168 quòd in secundo † testamento testator non teneatur exprimere, seu facere mentionem de clausula derogatoria posita in primo testamento, dummodo primo sub clausula generali deroget pront expressiùs ipsemet Alex.post alios ibi recensitos, docuit in l.1.num.3. & 4. ff.ad l.Falcid. Vbi postquam subscripsit præsenti limitationi, redarguendo Bald. (cuius sententia sibi videtur præsenti limitationi aduersari) infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Tamen Bal.concludit,quòd si populus habebat potestatem derogandi illi formæ, valebit: aliàs non:allegat in arg.l.si quis in principio testamenti, ff.de leg.3. sed certè Bald.non videtur bene dixisse. Nam eo ipso,quòd statutum inualidat propositam, dicitur etiam inualidare statutum, quod super propositam fieret, vt est tex.not.cum glo. in vers.Relinquatur in l.1.& ibi clarè Bart.& Ange. C.de petit. bonorum sublat. lib.10. Ergo cùm statutum videatur annullare illud, quod statueretur non seruata forma: sequitur,quòd etiam posito,quòd statuentes haberent potestatem derogandi formæ,non valeret statutum:attento, quòd præcedens statutum habebat clausulam derogatoriam ad sequens,nisi in ipso sequenti statuto diceretur: Non obstante primo statuto derogatorio propter formam non seruatam, ita concludit Bar. in l.omnes, in 3.quæst.princip.in vers. circa præcedens statutum, ff.de iust.& iure, & in extrauag. ad reprimendam, in ver.non obstantibus, & Bald.in d.l.humanum, C.de legibus, per dictam l.si quis in princip.testamenti, & quæ not.in Auctẽn. hoc inter liberos, cum simil. C.de testamentis.hæc omnia Alex. vbi supra, qui breuiùs procedens, idipsum docuisse comprobatur in l.sancimus, num.5. ver.Item nota, C.de testamentis, his præcisis verbis vtendo, videlicet. Item nota, quòd per secundum testamẽtum tollitur primum, licèt de primo nulla sit facta mentio in secundo, quod tamen fallit, vbi in primo esset aliqua clausula derogatoria ad sequens testamentum, quòd tunc requiritur, quòd in secundo fiat specialis derogatio, & mentio de priori testamento, vt in l.si quis.in principio, ff.de leg.3. & rursus in l.quidam consulebant, col.2.in fin.num.11.vers.Vbi autem tractaretur, ff.de re iudic.his præcisis verbis vtens, videlicet. Vbi autem tractaretur de graui præiudicio tertij. Dic quòd non sufficit clausula non obstante, & in contrariũ faciente, secũdum magis communem opinionem, & veriorem, vt probatur in l.si quis.in princ.de legat.3. & in l.quoties, C.de precibus imper.offer. per gl. & Doct.in l.fin. C.si contra ius, & in l.1.C. de petit.bon.subla. lib.10.Qui etsi (vt diximus) redarguit Bal. Nihilominus quòd facillimè poterit cõprehendi tum ex dictis eiusdem Bal.hic relatis,& in probationem præcedentis limitationis, quàm ex statim inferendis, quòd nunquam ipse Bald.per supradicta eius verba voluerit impugnare præsentem limitationem. Quod & (vltra per eum allata, & hic à me relata) probabitur tribus medijs apertissimis, & primò sciendum quòd non sequitur Bald. dixit posse statui contraria, primo statuto assignãti for-

ti formam cum clausula derogatoria, in secundo
statuto, ab ijs, qui de iure poterant derogare di-
ctæ formæ statuti: ergo malè dixit cùm non addi-
derit, hoc ipsos potuisse, si addidissent clausulam
derogatoriam, dicendo: Non obstante primo sta-
tuto. Nam cùm taciti & expressi eadem sit virtus,
vt in l. cùm quid, ff. de reb. credit. si cer. pet. & ipse
Bal. non ignorasset illos non posse sine dicta clau-
sula, Non obstante &c. statuere non seruata forma
derogatoria, ipse Bal. subintellexisse dicto secun-
do statuto insertam fuisse dictam clausulam Non
obstante &c. cùm aliàs non dixisset, posse de iure.
& qualis sensus seotentiæ Bal. sit bonus, elicitur &
secundo tam ex supra allatis hic ex ipso, quã ver
bis ipsiusmet in dicta l. 1. C. de petit. bon. sublat.
Nam infrascriptis vsus fuit verbis ibi, videlicet.
169 Nota, quòd cuius prohibetur petitio, † eiusdem
non valet facta concessio. secũdum hoc facit, quòd
si prohibetur per statutum aliquid proponi in cõ
silio, vel arrenga: quòd ex hoc videtur prohibita
reformatio super hoc facta: quod facit contra po-
testates, qui reformant aliqua in consilio, qui ex
forma statuti non possunt, seu probibentur petere
reformari, vt non valeat eorum reformatio: hæc il
le, quæ non dixisset, nisi tacitè se subscripsisset præ
senti limitationi. & tamen nihil dicit de necessa-
ria appositione clausulæ, Non obstãte &c. & quòd
ipsa deficiente, reformatio illa fuisset nulla: quod
& tertiò apertissimè comprobatur per ea, quæ ip-
semet Bal. loquens de materia præsentis limitatio
nis docuit in d. l. humanum, col. 2. num. 3. 4. & 5.
C. de legibus. his præcisis verbis vsus fuit, videli-
cet. Breuiter Cynus disputauit hanc quæstionem
& sequens modernos: dixit, quòd vbi in statutis
præcedit clausula derogatoria, lex postea simplici
ter facta non valet: quia videtur deesse consensus
statuentium: & idem etiam tenet Barr. in l. omnes
populi, ff. de iustitia & iure. Non obstat hæc lex,
quia hæc lex non habet clausulam derogatoriam:
quia non loquitur de forma necessaria: sed loqui-
tur de humanitate, sicut apparet in textu, quia di
cit humanum, &c. Sed Cynus & alij distinguunt:
170 Aut præcedens dispositio † derogat potestati,
aut formæ, aut voluntati, Si quidem verba sunt de
rogatoria potestati, illa verba nihil operantur:
quia potestas est publici iuris, cui non potest re-
nunciari, etiam si adijceretur pœna: quia quando
principale est prohibitum, non committitur pœ-
na, arg. in l. Seius, & Augerius, ff. ad l. Falcid. Pote-
statem ergo de publico concessam nemo potest si-
bi adimere: Secundo casu quando verba sunt dero
gatoria formæ, verbi gratia: quòd non valeat re-
formatio sub aliqua forma, nisi sub tali: tunc non
valet reformatio, illa forma non seruata: quia præ
sumitur deesse consensus. Sed animadoertendum
quòd vbi est statuta forma expressa, & tamẽ clau
sula derogatoria non est expressa, sed tacita: tunc
tacitè derogabitur ei per factum contrarium: &
sic valeret reformatio vt docet tex. not. in l. fin. in
principio de legat. 2. aliàs tertio. Tertio casu, quã
do verba sunt derogatoria voluntati, certum est,
quòd vltimus actus non valet, quia non adest volũ
tas. vt in l. si ita, ff. de leg. 1. & in l. si quis, in princ.
ff. de legat. 3. & ita sentiunt ibi Iacobus de Aret.
Oldr. & Do. Ray. Hæc sunt vera, quãdo dispositio
posterior emanat simpliciter. Sed quid si habet
clausulam derogatoriam, dicentem non obstante
aliquo statuto, quod in contrarium loqueretur.
Hic aduerte, quòd aut lex posterior emanat ab
eadem potentia causæ efficientis, aut à minori: si
à minori, certum est, quòd non valet, vt in c. veniẽ
tes, extra de iureiuran. Si verò ab eadem, & tunc
si sunt verba specialia, verbi gratia. Non obstante
tali statuto, & tunc non est dubium, quòd valet vl-
timum statutum: ad hoc facit d. l. si quis in princ.
Aut verba sunt generalia, puta, non obstãte aliqua
lege, quæ in contrarium loquitur, & tunc sunt opi
niones. Nam quidam dicunt, quòd ista verba ge-
neralia non sufficiant ad derogandum speciali sta
tuto prohibenti, & præcedenti. Sed dominus Cyn.
in illa quęstione tenet, quòd in legibus condendis
sufficiat derogatio generalis legum cõtrariarum.
ad hoc facit tex. in l. omnes, §. 1. C. de quadri. præ
script. & in Clem. eos de sepult. Et hoc tenet stilus
Romanæ Curiæ, & videtur hoc tenere glos. 1. in l.
Imperialis, C. de nupt. Non obstat d. l. si quis, in
principio, in versi. specialiter, quia ibi loquitur in
priuato homine, qui disponit ad suam volũtatem.
Vnde debet apertiùs loqui, arg. in l. veteribus, ff.
de pactis. secus in Principe, vel alia persona publi
ca, quę disponit ad vtilitatem aliorum, secundum
Cynum. Aduertendum tamen, quòd in eo, quod di
cit Cyn. in dispositione legali dicit verum. Nam
in legibus, quæ fiunt propter publicam vtilitatẽ,
sufficit generalitas. Sed in eo, quod dicit, quòd in
testamento requiritur specialitas, aliàs præsumi-
tur abesse consensus, non dicit omnino verum; &
vt intelligas. Pono duo exempla. Pono, quòd in
primo testamento testator dicit, quòd volebat il-
lud testamentum valere, & non aliquod aliud, qđ
faceret postea, nisi ibi esset Aue Maria de verbo ad
verbum: hoc fortè fecit in loco minorũ, timens ne
compelleretur ad testandum a consanguineis, po-
stea pœnitentia ductus, iste facit secundum testa-
mentum. Et dicit se pœnitere primi testamenti, ta
men ibi de verbis illis non facit mentionem, nec
ponit Aue Maria in secundo testamẽto. Quæritur
vtrum secundum valeat. Breuiter veritas est, quòd
sic: aliàs sequeretur absurdum, scilicet quòd illorũ
verborum non recordaretur, quòd non posset te-
stamentum ipsum mutare, quod est falsum. Plus di
co, quòd si dicat ita, non obstante aliquo alio te-
stamento, licèt non dixerit, non obstante tali testa
mento scripto manu talis Notarij, primum tamẽ
testamentum erit reuocatum, quia non requirun-
tur verba omnino specialia, dummodo constet de
mente: & hoc tenet Ioann. Andr. in c. 1. de consti-
tut. in 6. Si autem essent verba omnino generalia,
& confusa; puta, quia dixit Notarius, & hoc testa-
mentum valere voluit, aliquo non obstante; tunc
non sufficerent ista verba; quia tex. requirit, quòd
deroget specialiter: non ergo requirit, quòd indi-
uidualiter; nec sufficit, quòd omnino generaliter
tamen sufficit, quòd in specie subalterna, puta, nõ
obstante aliquo alio testamento, & hoc probo (in
quit ibidem ipse Bal.) quia ista verba non possunt
adaptari nisi ad vnam speciem, scilicet testamen-
ti, idest ad testamentum immediatè præcedens;
vnde habentur loco verborum singularium, vt in l.
1. & 2. ff. de liber. & posthum. Hæc omnia notatu
dignissima nos docuit Bal. vbi sup. ex quibus luce
meridiana clariùs patuit ipsum præsenti limitatio
ni se subscripsisse, & verba eiusdem in l. 1. num 6.
ff. de legibus, omnino interpretanda fore, sicut &
alia aliorum Doctorum, quos citauimus in proba
tionem præcedentis limitationis, iuxta terminos
præsen-

præsentis sublimitationis, & prout pauloante interpretati fuimus verba Bald. in d. l. 1. quo idipsum breuius docuit in l. sancimus, nu. 9. ver. in cõtrariũ videtur, C. de testamentis his præcisis verbis vtẽs, videlicet. Aut clausula derogatoria respicit ius cõstitutionis, aut testamentum secundum. Si primo, vt quia testator in primo testamento dixit, quòd illud præualeret omnibus cùm nollet amplius posse testari: & tunc quia iuri publico factionis testamenti non potest renunciari, valet secundum, licèt de primo nullam faciat mentionem, vt hic, & in § posteriore, instit. qui. mo. te. infir. Si secundò, scilicet respectu voluntatis simpliciter: vt quia testator dicit, quòd primum testamentum præualeat secundo: cùm intendat testator decedere secundum formam primi testamenti, non secundi: & tunc nõ valet secundum testamentum, quia non habet voluntatem testatoris, nisi illa clausula derogatoria reuocetur, secundum Iac. & Cyn. & hoc non facit auctoritas clausulæ, sed sola voluntas testatoris. Vnde si apparet de mutata voluntate: puta, quia testator in testamento iurauit, vel quia noua ratio ne motus est ad testandum, puta, propter offensam primi hæredis instituti, vel propter aliam indignationem: tunc testamentum secundum præualeret, etiam si non haberet derogatoriam derogatoriæ, arg. in l. si cùm Cornelius, ff. de solut. & in l. vtilitatem, ff. de confirma. tut. & in l. 4. & in l. ex parte, ff. de adimen. leg. Idem puto, si testamentum secundum sit actis insinuatum per testatorem. Nam vi actorum præualet, vt in l. omnium, & l. sancimus, vers. sin autem, C. de testamentis. Idem fortè est si currit decennium: quia propter longinquitatem temporis testator non potest ita recordari de clausula derogatoria: cùm decennium debeat aliquid operari per hanc l. sancimus. Hæc omnia Bald. vbi supra, qui rursus idipsum rursum docuit in suo tractatu, de statutis in ver. reformare. per totum. vide ibi. Præsenti quoque sublimitationi se subscripsit Iason in d. l. fin. C. si contra ius, col. 1. in fi. nu. 4. & seq. implicitè se subscripsit præsenti limitationi breuiter afferendo effectus, quos producit clausula sæpe citata [Non obstante] infrascriptis præcisis verbis vtens, videlicet, nota quatuor. Primò, quòd talis clausula [Non obstante] non tollit

171 † ea, quæ sunt ordinata in generalibus cõcilijs, prout docuit Archid. in c. 1. de constit. in 6. quem citant, & sequuntur Bal. in l. humanum, C. de legibus. & ibi Fulg. & Paul. de Castro. in l. fin. C. si contra ius. Ioann. Andr. in c. 1. de excess. prælat. in 6. Oldr. Lau. in consil. 226. incip. Quòd articuli lati, & in consil. 328. incip. Ad idem primò, Ludou. Rom. in l. si verò, §. de viro, fall. 23. ff. soluto matr. vbi de hoc alleg. c. pen. extra de Capel. monach. & tex. in c. cum te. extra de ætat. & qualit. Idem docuit Ioannes de Ana. in c. cum in diœcesi, col. vlt. extra de vsur. Idem Iac. Alua. in c. 1. post princ. in titu. consti. feu. in vsi. feu. Ad hoc ipsum facit quod docuit Bal. in tit. de pace Const. in ver. nos Roma-

172 norum secundo, quòd licèt † leges contra leges valeant: tamen lex, vel consuetudo, vel statutum aliquid introducens contra ea, quæ statuta sunt in sacris Concilijs nihil valent, alleg. Io. And. in c. cũ clericis, extra de rebus Eccle. non alien. Secundò aduerte, quòd hæc clausula, Non obstante, nunquam tollit actum iuratum, vel constitutionem in ratam: vt docuerunt Cyn. & Paul. de Castro in l. fi. C. si contra ius, & glo. reputata singul. in c. cũ non deceat, in glo. fin. de elect. in 6. facit tex. in c. constitutus, extra de rescriptis. Idem docuerunt domi nus Ant. Imo. & Panor. in cap. 1. extra de his, quæ fiunt à maio. par. Cap. quia nõ est verisimile, quòd superior tollens statuta, cogiter de statutis iuratis. prout etiam docuit Ioan. And. in c. 1. de filijs presbit. in 6. Io. de Imo. in c. dilecto, extra de præben. Ang. in l. 1. §. quæ onerandæ, ff. qua. re. act. non datur, Alex. in consil. 125. in primo vol. quod incip. Visis & ponderatis statutis, col. pen. & latiùs in cõsil. 37. incip. viso, & opportunè discusso processu, col. 9. & seq. in volum. 2. & quòd hæc clausula. Nõ obstantibus capitulis, vel pactis quibuscumq; non extenditur ad pacta, vel capitula iurata, etiam docuit glo. in Clem. dudum, §. pen. in versi. pacta, de sepult. Ludou. Rom. in consi. 393. incip. præsens cõsultatio in hoc reincidit, in col. vlt. & in consil. 404. incip. In casu propositæ consultationis videtur, prima fronte dicendum, & in consil. 416. incip. quia indultum. in 4. col. in fine, & in consil. 516. incip. in casu propositæ consultationis causæ celeberrimorum, in fine. Facit ad hoc ipsum probãdum id, quod dixit ipsemet Iason in l. quotiens, C. de precib. imper. offer. Nam ibi num. 2. vers. secundo nota, his præcisis verbis vtens, videlicet. Secundo nota ex hoc textu, quòd per rescriptum Principis potest concedi debitori dilatio ad soluendum: quia in mora modici temporis non potest concedi debitori dilatio ad soluendum: quia in mora modici temporis non potest esse magnum damnum, vt in l. si debitori, ff. de iudi. & ita tota die Principes concedunt litteras salui conductus mercatoribus, vel debitoribus, qui fugam arripuerunt, quòd non possunt intra certum tempus inquietari, vel conueniri. Et isto casu aduerte, quòd tales litteræ salui conductus non extenduntur ad debitum iuratum, ita per plura consuluit Dom. Alex. in consil. 38. incip. visa petitione Ange. de Ro. & hæc quæ docuit Iason vbi sup. ipsemet in d. l. fin. recipiunt duas singulares limitationes, prima quarum est, nisi statuta tollerentur per viam legis, quia tunc tolluntur etiam iurata. ita docuit Geminianus in d. c. cùm non deceat, de elect. in 6. Secũda est, nisi adesset duplex clausula, scilicet clausula, Non obstantibus statutis, & clausula, Motu proprio, secũdum Lud. Imo. & Gemin. in c. 1. col. pen. de filijs præsbiter. in 6. Tertiò principaliter animaduertẽdum erit, quòd clausula, Non obstante, nihil operatur, quando sunt plura obstantia. ita dixit singulariter Bald. in l. 1. col. 9. C. de furtis, & vltimò teneas fixum cordi: quòd vbi requiritur specialis derogatio, & Papa in rescripto dicit, quòd tenor obstantium habeatur pro expresso: quod istud sufficit secundum Bald. in c. cùm dilecta, col. vlt. de rescriptis, Bald. & Ange. in l. omnes in princip. per illum tex. C. de præscript. 30. ann. & Angel. in l. sed & si quis, §. quæsitum in vltima col. ff. si quis cautio. Hæc omnia Iason vbi supra. Ad idem videtur facere quod docuit ipsemet Iason in l sancimus, col. 9. nu. 7. vers. Ex secunda parte textus ibi. in vers. sin autem in medio, C. de testamẽtis, his præcisis verbis vtens, videlicet. Quartò principaliter nota, quòd testamentum secundum validum & perfectum tollit ipso iure testamentum præcedẽs, concor. §. pen. instit. quib. modis testam. infir. Et ideo superflua est clausula notariorum, qui dicunt: Cassans, & annullans omne aliud testamentum si quod prius fecerat. Nam cùm ipso iure intelligatur annullatũ vt

vt hic, fcilicet in dicta l.fancimus. fruftra hæc claufula adijcitur. Intellige tamen fanè, nifi primo teftamento adeffet claufula derogatoria ad fequentes vltimas voluntates: vt quia teftator dixiffet in primo teftamento, quòd fi contingeret eum facere aliud teftamentum, nolebat illud valere, nifi talis claufula effet fpecialiter adiecta, vt in l.fi quis in principio. Vbi plenè per Barto.ff. de legat.3. Idem ipfemet Iafon docuit in dicta l.fi mihi & tibi,§.fin.in 2.lectura,colum.3.nu.11. verf.conclufio ergo,ff.de legat.1. Nam poftquam ibidem,colum.1. Not.protuliffet hæc præcifa verba, videlicet. Nota primò ex ifto textu regulam generalem, quòd in vltimis voluntatibus vltima derogant prioribus, & illud, quod dicit textus in legatis hic, & in l.elari.C.de fideicommiff. habet locum in inftitutionibus, & fubftitutionibus, vt in l.fi quis eum, in principio, ff.de vulgar.& pupill.l.hac confultiffima, §.fi autem, & l.fancimus, C. de teftamentis. Idem erit & in codicillis. Nam vltimi derogant præcedentibus, vt in lege cum proponatis, & ibi Glof.& Bartolus, C.de codicillis: fic etiam in contractibus, & generaliter in omni materia, vltima derogant prioribus, vt in l.pacta nouiffima, C.de pactis. Vbi multa cumulaui de hoc. Poftquàm Iafon hæc dixiffet, in dicta columna tertia, verfic. Concludo ergo. his vfus fuit verbis de præfenti noftra limitatione ipfi fe fubfcribens. Quando in primo teftamento effet claufula derogatoria voluntatis: tunc non valet fecundum teftamentum, nifi in eo fiat fpecialis mentio illius claufulæ derogatoriæ, text. in d.l.fi quis in principio. Exemplum in eo, quod quotidie fit, & quotidie Notarij faciunt. Teftator fecit teftamentum, in quo appofuit claufulam, quòd volebat omnibus præualere; etfi contingeret in futurum facere aliud teftamẽtum, quòd nolebat illud fecũdum valere, nifi in eo effet defcripta de verbo ad verbum Aue Maria, vel alia Oratio. Ifta conclufio recipit plures limitationes. Idem Iafon ibidem numero duodecimo, verfic. veritas eft. his præcifis verbis vtitur. Veritas eft, & communis opinio, quòd teftator in fecundo teftamento poteft facere mentionem de claufula derogatoria contenta in præcedenti teftamento tripliciter, fcilicet in genere, & hoc non fufficit. Puta, fi teftator diceret: Non obftante quocunque teftamento fub quacunque verborum forma concepto: ifta effet derogatio in genere, quæ non fufficeret fecundum Paulum de Caftro, qui ita in fpecie confuluit in confilio 361. incipiente. Quædam domina in fuo teftamento. Secundò in indiuiduo fingulariter, exprimendo verba claufulæ derogatoriæ, & ifta non requiritur, fed fufficit Tertio modo in fpecie dicere: Non obftante quacunque claufula derogatoria appofita in præcedenti teftamento, vt eft textus in dicta l. fi quis in principio, in verficulo fpecialiter. & ibi Bartolus in columna quinta ponderat & firmat: & alij ibi fequuntur. Idem tenent Angel.& Paul.hic. Bald. & alij in dicta lege fancimus, hæc Iafon vbi fuprà. Idem apertiffimè docuit Paulus de Caftro in infrafcriptis locis. Nam in l.fi mihi & tibi, §. fin. numero quarto, verfic. In glof.quæ incipit, Nifi exprefsè. Vbi infrafcriptis vfus fuit præcifis verbis, videlicet. Nifi exprefsè, & fubaudi, & fpecialiter, vt in dicta lege fi quis in principio: & dicitur fpecialiter pœnitere quando facit mentionem de qualitate primæ voluntatis. vt infra fubijcitur in glof. Dum dicit, fi exprimat qualitatem, quæ eft fingularis, & femper allegatur. Si ergo fecit teftamentum, & in eo dicit, quòd fi contingat me facere aliud teftamentum, volo aliud non valere, nifi ibidem contineatur ifte verfus. Arma virumq́ue cano. vel tota Aue Maria, vel totus tenor huius teftamenti de verbo ad verbum: & poftea facio aliud teftamentum, quod volo valere: non habeo neceffe ponere illos verfus, nec exprimere totum tenorem. Nec etiam dicere, Non obftante tali teftamento, in quo dixi talia verba: quia ifta effet mentio fingularis, quæ non requiritur, nec etiam fufficeret dicere, Non obftante quocunque alio teftamento à me facto: quia ifta effet mentio generalis, quæ non fufficit. Sed debet dicere, Non obftante quocunque alio teftamento in contrarium facto, in quo contineantur verba derogatoria huius teftamẽti. Nam ifta eft mentio fpecialis, quia exprimit qualitatem primi, & ifta fufficit, vt in dicta lege fi quis, in principio. Et hoc quando præcedens voluntas effet derogatoria fequentis voluntatis, vt in exemplo fupra pofito, quando dixi, volo valere: quia videor dicere, quòd illud non habeat voluntatem meam. Et per ifta verba apparet contrarium, quæ fi non fuiffent dicta, videretur non habere locum, vt in hoc textu. Sed fi effent derogatoria præfentis; vt fi dixi, volo non poffe aliud teftamentum facere: tunc ifta verba, nihil valerent, quia non poffem auferre mihi poteftatem teftandi, quam habeo à iure; & ideo valeret fequens teftamentum, etiam nulla facta mentione de præcedenti teftamento, vel eius qualitate fecundum Iacob.de Aret.& alios Doctores, & idem erit dicendum, fi dicerem: Volo hoc teftamentum valere, & non poffe per me aliud teftamentum fieri, nifi cum decem teftibus, quia non poffum immutare difpofitionem iuris communis, quæ eft de feptem. Ideo ifta verba nihil operarentur: fecus fi fubiungerem, etfi contingat me aliter facere, volo illud teftamentum valere, quia tunc effet derogatum: prout docuit Cynus, in l.fancimus, C.de teftamentis, & Bartolus in dicta l.fi quis. in principio. Idem breuiùs ipfemet Paul. de Caftro docuit in dicta l.fancimus, numero quinto, verfic. In te ibi. C.de teftamentis, afferens, quòd fi in primo teftamento contineatur claufula derogatoria, in fecundo expediat facere mentionem de primo, & eius qualitate, hæc dictus Paulus de Caftro, cuius fententia eft peroptima.

Et ex Canoniftis ferè omnes fe fubfcripferunt in capitulo nonnulli, in principio extra de refcriptis, inter quos præcipuè eft Panormitanus, & Felinus, & alij citati ab ipfis vbi fupra: quos paulatim in fubfequentium conclufionum & ipfarum ampliationum, & limitationum probationibus recenfemus.

At quoniam materia præfentis limitationis eft difficillima, & quotidiana in Curijs vtriufque fori, idcircò non parcendo laboribus, ipfam hic examinabimus exactiffime, Deo Optimo Maximo Duce. præmittẽdo hic pro intelligentia dictorum & dicendorum, effectus varios productos à claufula illa derogatiua, Non obftante &c. procedendo per nonnullas conclufiones, vt clarior

notitia ipsorum habeatur, subnectendo quoque ip
sis suas limitationes.

Prima ergo conclusio tenenda circa valorem
clausulæ derogatoriæ, Non obstante &c. sit hæc.
173 Clausula Non obstante † aliquo priuilegio,
non tollit priuilegia indulta miserationis causa,
nisi de ipsis fiat expressa mentio. Hæc conclusio
probatur triplici medio. Primò enim per text.
apertissimum in cap. si propter, de rescriptis in sex
to. Vbi Bonifacius Octauus præsentem conclu-
sionem approbauit his præcisis verbis vtens, vide-
licet. [Si propter tua debita persoluenda fructus
beneficiorum primi anni, quæ in tua vacabunt diœ
cesi, tibi (non obstantibus quibuslibet consuetu-
dinibus, priuilegijs, vel statutis, per quæ impedi-
ri nostra posset concessio) vsq; ad quinquennium
de speciali gratia concedimus: intentionis nostræ
nequaquam existit, si fructus huiusmodi Ecclesiæ
tuæ fabricæ, vel alteri vsui, seu cuicunque singula-
ri personæ, de speciali consuetudine, priuilegio,
vel statuto forsitan debeantur: quòd eis per con-
cessionem ipsam (nisi hoc expressè caueatur in ea)
præiudicium aliquod generetur.] hæc ibi.

Probatur & secundò Doctorum auctoritate.
De quorum numero est Geminianus in dicto ca
pit. si propter, columna secunda, versi. Nota quòd
priuilegium, & not. sequenti, qui his præcisis ver
bis vtitur, videlicet. Nota, quòd priuilegium im-
petratum contra aliud priuilegium non valet, ni-
si de illo fecerit mentionem. & nota, quòd vbi du
174 bitatur de intellectu priuilegij † Apostolici Pa-
pa est ille, qui habet interpretari, vt in cap cum
venissent, extra de iudicijs: & rursus idem Domi-
nicus ibidem columna 7. versic. & finaliter residet
Ioan. de Imola cum opinione Lapi, sequens dictos
Doctores dicit, quòd ista clausula generalis sine
motu proprio, non tollit statuta, consuetudines,
vel priuilegia Ecclesiæ, sed iuncta cum moto pro-
175 prio sic. Nam clausula † generalis sola videtur
solum operari idem, quod motus proprius, videli
cet, quòd tollat tantummodo defectum surreptio
nis & non defectum intentionis, iuxta not. in cap.
si motu proprio, extra de præbend. & in capit. ei
cui. eod. titulo. Idem videtur docuisse Innocen-
tium in cap. veniens, columna secunda in fine, &
tertia in principio, extra de præscriptionibus, as-
serens, quòd non valeat concessio, nisi faciat con-
cedens mentionem de priori concessione, & hoc
est ea ratione: quia si concedens secundum priui-
legium ignorasset se, vel prædecessorem suum alias
moderatum priuilegium dedisse, scilicet, quòd in
casu haberet libertatem, vel vsum, & in casu non
mutasset prius moderatum priuilegium per secun
dum immoderatum: Et ex hoc videtur, quòd si
primò concessit partem alicuius rei, vt decimarum
ex priuilegio, & partem reliquit iuri communi: si
postea partem relictam iuri communi, eidem vel
alij concedat, non valebit, nisi de priori conces-
sione fecerit mentionem, vt hic: secus tamen es-
set si à principio in omnem casum concederet v-
sum vel libertatem in rem integram: quia tunc
non tenetur facere mentionem de iure communi,
vt in capit. 1. extra de rescriptis. hæc omnia Inno-
centius vbi supra, ex quibus elicitur quoque veri-
tas præsentis nostræ conclusionis, cùm inde elicia-
tur, quòd clausula, Non obstante &c. etiam tacitè,
non excludit id, quod erat de intentione dedentis ip-
sius illa vtente in concessione: nisi expressè con-
traria intentionem in secunda concessione pa-
lam faceret. Idem apertius docuit Cynus in l. 1.
C. quando imperat. inter pupillos, quem Paulus
de Castro refert ac sequitur in dicta lege prima,
numero tertio, in versic. In hoc ergo. vbi his præ-
cisis verbis vsus fuit, videlicet. In hoc ergo istæ
personæ miserabiles sunt melioris conditionis;
si tamen in rescripto apponeretur clausula specia
lis. Non obstante lege ista, vel Non obstante,
quòd sint miserabiles personæ; benè valeret re-
scriptum, quia Imperator non potuit sibi, vel suc
cessuri imponere legem, à qua recedere non lice-
ret. vt in simili not. per glos. in Authent. Quib.
mod. na. effic. §. fin. Oportet ergo, quòd fiat ex-
pressa mentio de qualitate personarum, vt valeat
rescriptum, vel priuilegium alteri concessum con
tra tales personas; propter quod dicit hic Cy-
nus fuisse terminatum, quòd cum quibusdam Mo
nialibus fuisset concessum, ne haberent soluere a-
liqua grauamina Sedi Apostolicæ: & postea ve-
nisset quidam Legatus cum literis generalibus,
quòd omnes soluerent, non obstante quocunque
priuilegio. Per hoc non erat derogatum priuile-
gio illarum Monialium, quibus erat concessum
tanquam miserabilibus: ex quo de qualitate ea-
rum non fuit facta mentio specialis. hæc omnia
Paul. vbi supra, ex quibus apertissimè fuit probata
præsens nostra conclusio. Idem docuit Martinus
Lau. in tract. de priuilegio, 6. 39. dicendo hoc esse
notandum pro pauperibus Hospitalibus, quibus
conceduntur priuilegia immunitatum. Idem do-
cuit Ludouicus Roman. in l. si verò, §. de viro, in
34. fallent. ff. soluto matrimonio. Idem docuit
Vitalis in libro de clausulis, fol. sexto in princip.
addens tex. in l. libertis, §. Posthumis, ff. de alimen
tis, & cibar. leg. Vbi habetur, quòd derogatio be-
neficiorum ab aliquo collatorum non intelligitur
derogare beneficijs, quæ ob causam alimentorum
relicta sunt. Idem docuit ad verbum Felinus, in ca
pit. nonnulli, columna 25. numero decimono-
no, versic. Prima conclusio, Clausula, Non ob-
stante aliquo priuilegio: referens ac sequens Cy-
num, & quamplurimos ex supra citatis Doctori-
bus. Idem docuit Decius in consilio suo 165. in
fine. sequens dictam sententiam Cyni in dicta l. 1.
asserens idipsum docuisse Romanum in consil.
436. columna penultima, versic. octauò. dicens,
idem dicendum fore de priuilegio concesso Piæ
causæ.

Probatur & tertiò, hac ratione, videlicet. Cùm
enim in generali concessione non veniant ea, quæ
quis verisimiliter non esset concessurus, vt in cap.
in generali, de regul. iur. in sexto, & verisimile nō
sit, quòd Princeps, vel Papa velit sub generali clau
sula, præiudicare iuri alicui legitimè acquisito
per aliquod priuilegium, ius, aut consuetudinem
legitimè præscriptam, ideo meritò dicenda erit,
ac prædicanda præsens nostra conclusio verissi-
ma.

Secunda conclusio licèt expressè prohibeatur,
quòd rescriptum Principis concessum super tali
negotio ex certa scientia regulariter non valeat:
tamen si Princeps rescribit, & in rescripto dicat:
Non obstante tali lege, ipsum rescriptum valebit.
Hæc conclusio est Bart. in l. omnes, C. de aquædu-
ctu, lib. 11. quam refert & sequitur Felinus in cap.
nonnulli, col. 25. num. 19. vers. secunda conclusio,
extra de rescriptis.

Tertia

176 Tertia concluſio ſit Clauſula, † Non obſtante &c.poſita in lege noua, non tollit determinationem legis antiquæ. quæ ſibi de directo non contrariatur. Hæc concluſio probatur duplici medio. Primo enim per argum.in Auctent.de hæredib.ab inteſt.venien.in princip.iuncta glo. in verſic. vacantibus. Nam in dicta Auctent. hæc habentur, videlicet. [Plurimas & diuerſas leges veteribus temporibus prolatas inuenientes, per quas non iuſtè differentia ab inteſtato ſucceſſionis inter cognatos ex maſculis & fœminis introducta eſt: neceſſarium eſſe perſpeximus, omnes ſimul ab inteſtato cognationum ſucceſſiones per præſentem legem clara, compendioſaque diuiſione diſponere. Itaque prioribus legibus pro hac cauſa poſitis vacantibus: de cætero ea ſola ſeruari, quæ nunc conſtituimus.] hæc ibi. Vbi dicta gloſ.his præciſis verbis vtitur, videlicet, vacantibus, ſcilicet quæ contra hanc legem facerent; nec enim aliàs corrigit, quæ ſaluari poſſunt. hæc gloſ.illa. Dixi probari per argumentum in dicta Auctent. quoniam etſi inibi nulla fiat mentio expreſsè ipſius clauſulæ, benè tamen tacitè de ipſa fit mentio: nam apertiſſimè ex ſupra citatis elicitur, quòd noua conſtitutio ſolùm deroget legi antiquæ in his, quæ aduerſatur ipſi antiquæ: in alijs vero ipſam confirmet. Idem docuit Bartolus in l.ſciendum, numero ſecundò, verſic. Quaro quid ſi in reformatione, ff. qui ſatiſdare cogantur. his præciſis verbis vtens, videlicet. Quid ſi in reformatione de nouo facta contineatur clauſula, Non obſtante,&c. vtrum per hoc impediatur determinatio, quæ deberet fieri per alia ſtatuta antiqua.Textus & gloſ.in Auctent.de hæredibus ab inteſtato in gloſ.ſuper verſic. vacantibus, quæ dicit, quòd hoc verbum talem determinationem non impedit. hæc Bartolus qui idipſum & pleniùs docuit in extrauaganti Ad reprimendam, in verſic. Non obſtantibus, numero ſexto dicens, quòd per talem clauſulam non tollatur, quin dicta lex noua non poſſit diſtingui, & limitari: quoniam illa intelligetur ſic, videlicet. Non obſtante lege aliqua, ſcilicet contraria, quæ non poſſit cum hac ſuſtineri, vt in Auctent. de ſucc.ab inteſta. circa princip. Idem docuit Feder. de Senis relatus à Bald.in l.ſed & ſi quis.§.quæſitum, num. 25.verſic.vltimo quæro, ff.ſi quis cautionibus. dicens, quòd aut reſcripta priuilegij conceduntur proprio motu Principis, aut ad poſtulationem alterius. Primo caſu ſufficiet clauſula generalis. Secundò requiritur cauſa ſpecialis, & allegat cap. cum aliquibus, cap.ſuſceptum, & cap.ſi gratioſè, extra de reſcript.& in cap.ſi motu proprio, de præbend.in ſexto. Idem apertiùs docuit Bald.in dicto §.quæſitum, columna ſecunda, num.octauo, verſi. decimo fallit. his præciſis vtens verbis, videlicet. Decimò fallit propter vitandam legum correctionem; vnde clauſula generalis poſita in fine ſtatuti. Non obſtantibus quibuſcumque ſtatutis & c. non derogat ſtatutis ſpecialibus, vt not.in Aucten. de hæredi.ab inteſt.in princip. Facit, l.ita pudor, C.de Adult. hæc Bal. qui hanc tradidit fallentiam regulæ ab ipſo recenſitæ ibi. numero ſeptimo, in qua dixerat quòd rugula ſit multis iuribus approbata: quòd tantum operatur generalis quoad ſuas ſpecies, quantum operatur particularis & diſcretiua enumeratio ſpecierum. Idem docuit Paul.de Caſtro in l.non eſt nouum, numero quarto, verſic. quæro circa primum, ff.de legibus, & in d.l.ſciendum, columna ſecunda, numero quinto, verſic. In gloſ. magna, his præciſis verbis vtens, videlicet,
177 lex noua † generaliter, ſeu ſimpliciter loquens recipit limitationem, & diſtinctionem per leges veteres ſpecialiter, & cum diſtinctione loquentes: quod eſt vtile pro reformationibus nouiter factis, & indiſtinctè ſequentibus, vt non cenſeatur per eas correcta, vel per ſtatuta, quæ loquuntur cum diſtinctionibus: ſed debeat diſtingui ſecundum illa, quod eſt verum, quando in tali reformatione dicatur: Non obſtantibus quibuſcunque alijs ſtatutis: quia debet intelligi de illis, quę non poſſent cum iſtis ſe compati cum diſtinctione aliqua: & ſic ſunt contraria. vt etiam docuit glo.ſing. in d. Auctent.de hæred.ab inteſta. Idem docuit Alexand.in dicta l.ſciendum, columna prima, num.quarto, verſic.in glo.ibi determinatur. his præciſis verbis vtens, videlicet. Nota ex gloſ. quòd iura noua generaliter loquentia recipiunt diſtinctionem & reſtrictionem per iura vetera: quod eſt verum etiamſi in lege vel ſtatuto nouiter conditis eſſet adiecta clauſula Non obſtante aliqua lege, vel ſtatuto in contrarium faciente, vt eſt gloſ. not.in dicta Auctent.de hæred. ab inteſtat. Idem docuit Ludou. Roman. in conſilio 40. conſil. 322. & in conſi.390. Idem docuit Iaſon in dicta l.ſciendum, colum.3. numero 4.verſic. ex ſecunda parte nota. iuncto verſic. amplia iſtam regulam. Nam ibi dixit, quòd regula ſit, quòd lex noua quantumcunque generaliter & indiſtinctè loquens, tamen debet intelligi & diſtingui ſecundũ eũ; & amplià iſtam regulam etiamſi in lege noua, vel ſtatuto adeſſet clauſula, Non obſtantibus legibus in contrarium facientibus, vt eſt gloſ.in Auctent.de hæred.qui ab inteſtat.in princip.verſic. vocantibus. Idem docuit Ludou.Roman.in conſil.40.incip. viſis & diſcuſſis puncto, & conſtitutionibus in pen. colum.& in conſil.322.incipiente: In caſu propoſitæ conſultationis videtur dicendum prima fronte ipſum ius dicentem, & in conſil.390.incip. Vt præſens conſultatio clarior reddatur in duo debet quæſita diſtingui, in col.3.

Idem docuit Felinus in c nonnulli, num.21.verſic.Quarta concluſio, extra de reſcrip. Idem docuit Ioann.Andr. in addit. ad Specul. in lib.2.tit. de execut.ſent.§. poſtremò dicẽdum, in addit.incip.contrarium. Vide quod ſcripſi. ſequens Roſr. Bene.terminationem in ſua quæſtio.45.& Gui.de Suza poſt eum.his præciſis verbis, videlicet. Si vnum ſtatutum dat certam formam ſententiandi, & aliud iubet ſentẽtiam infra tempus executioni mandari, non obſtante aliquo ſtatuto: ſententia in qua conſtat formam primi ſtatuti non fuiſſe ſeruatam, executioni non mandabitur, nè primum ſtatutum dicatur ſublatum. Idem docuit Panor.in c. vt debitus honor, col.7.verſ.ſecundò moueor, ext. de appellat. ſequens Bartol.in dicta extrauag. ad reprimendum.

Limita primò ſingulariter allata in dicta tertia concluſione, dicendo illa non verificari: quãdo in lege noua vel ſtatuto diceretur. Non obſtante aliqua lege, quæ generaliter, vel ſpecialiter contradiceret, ſeu loqueretur. Nam tunc virtute dictæ clauſulæ lex noua tolleret determinationem legis antiquæ, & in tali caſu non habebit locum l.ſed & poſteriores, ff.de legibus. Vbi hæc habentur, videlicet. [Sed & poſteriores leges

ad priores pertinent, nisi contrariæ sint; idque multis argumentis probatur.] hæc ibi. Quapropter in casu præsentis limitationis leges antiquæ non limitabunt, nec distinguent legem nouam. Hæc limitatio probatur Doctorum sententia. Nam ei se subscripsit Bart. in extrauag. ad reprimendum, in ver, Non obstante, num. 8. in versi, sed si in lege noua. his præcisis verbis vtens, videlicet. Sed si in lege noua diceretur. Non obstante aliqua lege, quæ generaliter, vel specialiter in contrarium loquatur; tunc dictæ leges non distinguerent, nec limitarent legem nouam, nec haberet locum d.l. sed & posteriores; & hæc videntur vera & vtilia. Idem ad verbum docuit Paulus de Cast. in l. sciendum, colu. 2. num. 5. versic. Nisi addatur non obstante aliquo statuto. ff. qui satisdare cogantur. Idem rursus reperijt ipsemet Paul. in l. non est nouum, num. 4. versi. quæro circa primum, ff. de legibus. Idem docuit Alexand. in dicta l. sciendum, num. 4. versic. Nisi tamen in lege noua. sequens Bartol. in dicta extrauag. ad reprimendū, Idem docuit Iason in dicta l. sciendum, colum. 3. num. 4. versic. limita regulam huius glosæ, sequens supra citatos Doctores. Idem docuit Bapt. in l. omnes populi, car. 18. ff. de iust. & iure. Idem docuit Ioann. de Imol. in l. si vero, §. de viro, ff. soluto matrimonio, quem retulit & sequutus fuit Alex. vbi suprà.

Et ex Canonistis infrascripti etiam se subscripserunt præsenti limitationi. Nam Petrus de Ancha, in repet. c. 1. car. 10. vers. sed quid in lege noua, extra de Constitit. idem docuit. Idem docuit Pan, in cap. vt debitus honor, colum 7. versic. secundo moueor, quia constitutio generalis, extra de appellar. sequutus fuit ad verbum sententiam Bart. vbi supra, addens hoc esse singulariter notandum propter statuta, & quòd propriè in statuto loquatur ibi Bartol. Idem docuit Philipp. Franch. in dicto cap. vt debitus, colum. 29. versic. quarta ratio. Idem docuit Felinus in cap. nonnulli, nu. 21. versi, limita primò, extra de rescript.

Limita secundò allata in dicta tertia conclusione, dicendo illam non habere locum quando appareat de mente legis nouæ, quòd velit corrigere antiquam legem, etiam si hoc appareat per verba generalia. Nam tunc lex noua corriget legem antiquam, licèt specialiter illa loqueretur. Hæc limitatio probatur Doctorum auctoritate. Nam infrascripti se subscripserunt ei, videlicet Ioann. de Imo. in l. si verò, §. de viro, ff. soluto matrim. quem refert & sequitur Alex. in l. sciendum, nu. 4. col. 2. in princ. versic. vbi limitat. ff. qui satisdare cogan. Idem docuit Iason in d. l. sciendum, col. 3. num. 4. versic tertio limita.

Et ex Canonistis idem docuit Felinus in capit, nonnulli, num. 21. versic. limita secundò, extra de rescript.

Limita & tertiò allata in præcedenti tertia cōclusione, dicendo illa non habere locum in lege noua inducente materiam nouam, non cognitam à iuribus antiquis, quoniam tunc lex noua non distingueretur, vel limitaretur per leges antiquas. Hæc limitatio probatur sententia Iasonis in l. sciēdum, col. 3. vers. secundo ego limito, ff. qui satisdare cogan.

Quarta conclusio, vbi sunt plura obstantia,
178 † non sufficit clausula generalis, quoniam de singulis defectibus debebit fieri mentio, vt docet Felinus in c. nonnulli, nu. 21. versic, quinta conclusio extra de rescript.

179 Quinta conclusio, quando superior † cassat consuetudinem & statuta, tunc ei sufficiet apposuisse generalem clausulam, licèt non apponat tenorem statutorum; & hæc conclusio est memorię comendandum pro litteris Papalibus, quæ ad beneficia conceduntur. Hæc conclusio probatur Doctorum auctoritate: Bald. enim hanc docuit in Auctent, Omnes peregrini, num. 7. C. Communia de success. vtens præcisis verbis præsentis conclusionis. Idem quoque reperijt in Auctent, Nauigia. numero secundo, versic. Nota, quòd in constitutione, C. de fur. & ser. corrupt. reddensque rationem præsentis conclusionis, dixit, quia Princeps non tenetur scire singulares consuetudines & statuta, vt in c. 1. de Constitu. in 6. Idem docuit Felinus in c. nonnulli, nu. 22. versic. sexta conclusio, extra de rescript.

Sexta conclusio, Clausula, Non obstantibus pri
180 uilegijs, † non derogat priuilegijs clausis in corpore iuris. Hæc conclusio probatur Doctorum auctoritate; Bartol. enim in l. 2. §. Legatis, num. 5. vers. Oppono, in Auctent. vt omnes obed. ff. de iudicijs, dixit, quòd etsi dicatur in dicta Auctent. quòd nullo priuilegio excusetur: intelligendum erit, quòd nullo speciali priuilegio non incluso in corpore iuris. Nam per illa verba non videntur sublata priuilegia inclusa in corpore iuris, vt in l. hæres absens, ff. de iudicijs; & hoc erit notandum pro statuto, in quo præcipiatur, quòd omnes vadant in exercitum sub certa pœna, non obstante aliquo priuilegio: intellige, scilicet (inquit ibidem Bartolus) speciali non incluso in corpore juris. hæc Bartol. vbi supra, qui idipsum confirmans in Extrauag. Ad reprimendum, in versicu, Non obstantibus, numero vndecimo, versi. Secundo verò casu principali, his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. Quando hæc clausula refertur ad priuilegia; sciendum est, quòd si qua lex simpliciter emanat, non videtur tolli per eam aliquod priuilegium alteri concessum, vt in secunda Constitutione C. §. si quæ verò, & intelligo priuilegiū, quod fauorem alicuius continet: secus si Imperator ad aliquam singularem quæstionem specialiter respiciat, ita quòd faceret ius commune, vt in l. 2. C. de legibus, tunc per illam legem contrariam videretur tolli, vt in dicta quæstione secunda ibi. [Si verò pro certis capitulis.] Si verò in lege dicitur, Non obstantibus priuilegijs: intelligitur in corpore iuris non inclusis. Nam illud, quod in corpore iuris clauditur, per hoc tolli non videtur, vt in Auctent. Qua in prouincia, & ibi not. C. vbi de crimine agi opor. & sic nota de priuilegijs extra corpus iuris positis sufficere clausulam derogatoriam generalem, seu reuocatoriam, facit Clem. fin. de sepultur. Nota etiam priuilegia in corpore iuris inserta non reuocari: nisi specialiter diceretur ad illa trahi, hæc Bartol. Idem docuit Paulus de Castro in l. 1. columna prima, numero tertio, versic. & hoc est vtile, ff. de legibus, his præcisis verbis vtens, videlicet; Clausula apposita in rescripto (Non obstante quocumque priuilegio) tollit priuilegia in corpore iuris non clausa: secus si sint clausa, quia non tolluntur: & ideo talis clausula non nocet Notario, cuius priuilegiū clausum erat in corpore statutorum. hæc Paul. idem docuit Antonius Gabriel. in tractat. conclu.

lib.

libro sexto, titu. de regu. iur. concl. 9. num. 9. & 10. sequens Bartol. ubi supra. Idem docuit Decius in consil. 165. numero 4. versic. est etiam considerandum.

Idem docuit Felinus in c. nonnulli, nu. 26. versi. duodecima conclusio, extra de rescriptis, asserens idem docuisse Anton. de Butr. in cap. fin. colum. 4. vers. Sed est dubium, extra de foro compet. & Lud. Rom. in consil. 498. in col. 5. vbi addit & alios casus, in quibus clausula derogatoria non derogat priuilegijs. puta, quando fuissent concessa gratia vtilitatis publicæ. per tex. in l. decurionibus, C. de silen. lib. 12.

Amplia primò, conclusionem præcedentem: asserendo illam fore omnino non solum intelligendam de priuilegijs in corpore iuris communis clausis, quibus dicta clausula non derogat; verùmetiam de extrauagantibus, & huic amplationi se subscripserunt supra citati Doctores.

SVMMARIVM.

1 *Crimina sunt in multiplici differentia.*
2 *Attentare delictum quid sit.*
3 *Tractare de crimine quid sit.*
4 *Procedere in crimine quid sit.*
5 *Consumare crimen quid sit.*
6 *Crimina attentata solùm, vel excogitata solùm quomodo distinguenda erunt.*
7 *In pœnis spiritualibus infligendis seu incurrendis, quæ ponderanda sint.*
8 *Criminis effectus quando erit ponderandus, & non affectus criminosi.*

Vtrùm conatus, atque affectus sit puniendus in criminosis in vtroque foro, ac si fuisset sequutus effectus ipsius criminis affectati, seu attentati.

PRAELVDIA.

CVM in præsenti tractatulo sit examinanda difficillima, & quotidiana quęstio, nempe de conatu puniẽdo in vtroque foro: operæpretium duximus ipsam accuratè examinare tam absoluere nonnullis conclusionibus in medium productis, ac nonnullis notabilibus pro ipsarum maiori intelligentia. Sciendum ergo, & præmitto primò, quòd delicta seu crimi-
1 na † sunt in multiplici differentia: nam aliqua à Doctoribus dicuntur priuata, aliqua publica, & quod vtraque sint in triplici differentia: nam aliqua dicuntur merè Ecclesiastica, alia merè secularia, alia verò mixta; & rursus hæ omnes criminum species subdiuiduntur: nam aliqua dicuntur crimina innominata, alia nominata, alia leuia, alia grauia, seu atrocia, alia atrociora, seu atrocissima. De quorum omnium diffinitione latiùs fuit dictum in quæstione præcedenti, §. 9. per totum. vide ibi.

Præmitto secundò, quòd maxima differentia est inter hos terminos, videlicet, attentare, tractare, procedere, & consumare. Nam attentare
2 † idem est, quòd ad aliquem actum procedere: vt habetur in l. si quis non dicam rapere, C. de Episcop. & cleric. & ibi per omnes Doctores, & in Authent. habita. Ne filius pro patre, & in capit. quamuis de officio ordinarij in sexto. Tractare
3 † est colloquiũ habere qualiter quod geri queat, vt in cap. cum olim, extra de arbitris, cap. dudum, de rebus Ecclesiæ non alienandis, libro sexto, l. Põponius cum sua gl. ff. de negotijs gestis. Proce
4 dere † est, prosequi inchoata, & maliuolum actum animi, & propositum conari ducere ad finem, vt in l. possessio. ff. de vsucapionibus. Consumare
5 † delictum est id facere, quod non cesset esse delictum. Vnde aliqui dicunt, delictum esse consumatum quando lex punit consilium principaliter, non accessoriè, vt in l. 1. §. suadere, ff. de seruo corrupto: & quædam non consumata in opere, sunt consumata in crimine, quia factiosam voluntatem notant, & multò frequentiùs factionem factiosam, vt in l. quæsitum, ff. qui, & à quibus; & tales ordientes (secundum Baldum, cuius est distinctio hæc, & terminorum declaratio est) in consil. 24. volum. 4. lex censet esse reos: hæc omnia refert Nicolaus Boerius in tractatu suo de seditiosis, §. 7. & vlt. num. 39. & 40.

Præmitto & tertiò, quòd in criminibus exco-
6 gitatis solùm, aut de attentatis solùm, † & non consumatis tali distinctione vtendum erit, videlicet. Aut loquimur respectu legis, seu præcepti Dei: aut loquimur respectu constitutionis Ecclesiasticæ, & imperatoriæ: de prima in præsentiarum nulla habetur ratio, ac sermo, sed solùm de criminibus excogitatis, aut attentatis; respectu pontificiæ, & imperatoriæ prohibitionis. Circa quas sic procedendum erit. Aut voluntas, seu affectus non processit ad aliquem actum exteriorem ordinatum ad aliquod speciale crimen perpetrandum. Sed ipse affectus contentus fuit finibus ipsius cogitationis, seu actus voluntatis hominis interioris, nihil exterius de ipso affectu, & actu interiori voluntatis patefaciendo nutu, verbo, aut signo aliquo. Aut dictus affectus processit ad aliquem actum exteriorem ordinatum ad ipsum actuale crimen intentum: per conatum ad illum exequutioni mandandum. Nam si primò dicimus, Ecclesia non iudicare de occultis, vt latissimè diximus in quæstione de pœna criminis hæresis, & infra etiam dicetur. Si secundò, tunc subdistinguendum erit sic. Aut quis cogitat, & agit, & perficit aliquod crimen inuitus, aut voluntarius: & rursus dicendum quòd hæc coactio, seu violentia ad operandum tale crimen, aut fuit absoluta, aut conditionata. Vtroque modo si fuerit, vel altero eorum quid sit dicendum aliquemus in quæstio. in qua dicetur de extensione pœnarum ad eos, qui coacti deliquerunt. Si verò quis cogitat, optat, ac attentat actu exteriori ordinato ad consumandum aliquod crimen, sed tamen nõ perfecit illud: tunc distinctione tali erit vtẽdum. Aut ille actus, seu crimen attentatum actu exteriori fuit imperfectum, seu nõ consumatum (prout fuerat intentum per priùs) propter mutationem voluntatis ipsiusmet, qui illud inchoauerat, seu attentauerat, aut propter impotentiam illud perficiendi, seu consumandi, & hæc omnia ponderanda sunt quo ad pœnas temporales tam circa proprium rei corpus, quàm circa bona temporalia ipsius, de quibus latiùs in conclusionibus sermo habebitur, Deo Optimo Maximo Duce.

Præmitto & quartò, quòd in pœnis spiritualib.
7 infligendis, ac incurrendis † ratione criminum, tali distinctione vtendum erit. Aut ipsa pœna spiritualis imponitur à Canone, aut à Iudice. Quoniã si imposita fuisset à Canone, tunc esset ponderandus, seu considerandus effectus ipsius criminis, & non animi effectus ipsius criminosi; si verò pœna spiritualis fuisset imposita ab homine, tunc cõsiderandus erit regulariter animi affectus, non iuris affectus: & ratio differentiæ afferretur infra in probatione couclusionum, & quæ dicantur pœnę spirituales, tradidimus in quæstionis præcedentis §. octauo.

Præmitto & quintò, quòd aut & perpetrans ali
8 quod crimen, illud inchoauit & perfecit, † sed de illo ad ipsum perpetrandum animus eius non cogitauit, & tunc distinguẽdum erit taliter. Aut hic inchoans, & perficiens crimen, & de ipso non cogitans, est furiosus, aut infans, aut homo sanæ mentis & perfectæ ætatis: aut homo sanæ mentis, non infans, sed non perfectæ ætatis.

His ergo præmissis gradatim procedendo Diuini Numinis ope infrascriptis conclusionibus, ampliationibus, & limitationibus, quæstionem hanc difficillimam absoluemus.

S V M M A R I V M.

1 *Affectus crimen perpetrandi nullo signo expressus nõ subiacet pœnæ humanæ.*
2 *Peccantes sola etiã cogitatione subiacẽt pœnis Diuinis,*
3 *Legis præceptum habet vim coactiuam.*
4 *Legis sub præcepto quid propriè cadat.*
5 *Iudex non potest iudicare nisi de exterioribus actibus.*
6 *Lex humana non punit eum, qui vult sola cogitatione occidere, & non occidit.*

C O N C L V S I O P R I M A.

1 VOLVNTAS, seu affectus † alicuius hominis affectantis aliquod crimen perpetrare, non procedens ad aliquem actum exteriorem ordinatũ ad actuale ipsum crimen intentum per conatum, ad ipsum opere perficiendum: sed solùm contentus finibus ipsius simplicis cogitationis, seu affectus illud perpetrãdi, nulloque pacto exteriùs nutu, voce, scripto, aut aliquo alio signo exteriori propalatus, nullum hominem obnoxium alicui pœnæ humanæ tam de iure Canonico, quàm imperatorio indictæ perpetranti tale crimen facit. Hæc conclusio probatur triplici medio, animaduertendum tamen, quòd non sine causa dixi [pœnæ humanæ] quoniam de hac in præsentiarum est sermo, & non de pœnis Di
2 uinis, † quibus subiacent peccantes etiam sola cogitatione: eò quòd taliter peccantes solùm Deum habeant vltorem, iuxta illud domini Iesu, dicentis apud Matthæum, c. 5. vers. 28. [Quicumque viderit mulierem ad concupiscendam eam, iam mœchatus est eam in corde suo] quod quidem sub præcepto prohibuerat dicens: [Non concupisces rem proximi tui; Non concupisces vxorem proximi tui non ancillam &c.] & quòd pro tali transgressione quis incurrat pœnam mortis æternæ, audiamus quid docuerit Dominus Iesus: Non ne dixit. [Si vis ad vitam ingredi serua mandata] & rursus idem protulit per os Ezechielis Prophetæ dicens: [Anima, quæ peccauerit, ipsa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, & pater non portabit iniquitatem filij: iustitia iusti super eum, & impietas impij erit super eum.] & rursus idem Dominus ibidem [Ecce omnes animæ, meæ sunt, vt anima patris, ita & anima filij mea est: anima quæ peccauerit ipsa morietur] & hæc dicta sufficiant quo ad pœnam respectu Dei, ac Diuinæ legis violatæ, quam homo incurrit pro affectu crimen aliquod perpetrandi, etsi ipse sit contentus infra fines cordis, seu cogitationis: cùm arcana cordis nostri nuda sint oculis Diuinæ Maiestatis, vt fuit probatum quamplurimis sententijs vtriusque Testamenti allatis in probationem tertiæ conclusionis præcedentis quæstionis, Vide ibi. His ergo præmissis pro intelligentia illius clausulæ [alicui pœnæ humanæ] insertæ in præsenti conclusione: probatur primò, presens cõclusio iure positiuo. Per multa iura tam Pontificia, quàm imperatoria allata, ac ad verbum recensita in probationem tertiæ conclusionis præcedentis quæstionis, quæ hic afferre nolumus breuitati studentes; vide ibi. Probatur & secundò Doctorum opinione. Nam se subscripserunt presenti conclusioni omnes Doctores citati in probationem dictæ conclusionis tertiæ; Vide ibi. Probatur tertiò & ratione, quæ talis reddi poterit. Cùm enim vnaquæque lex sumat vires ligandi ad illius obseruantiam subditos Legislatoris, ab ipsiusmet latoris intentione. Inde consequens fit: quòd dictæ leges pœnales in casu proposito in præsenti conclusione non ligent; quoniam aliàs vltra intentionem legislatoris ligarent, quod asserere rationi consentaneum non est. Quis enim tam insipiens Legislator intenderet ligare homines sibi subditos pœnis aliquibus pro crimine sola voluntate perpetrato: cùm hoc probari in iudiciò cui ipse præest, non possit: & ad peccantem interrogandum de ipsis de iure assurgere nõ possit: eò quòd nemo teneatur turpitudinem suam omnino occultam propalare, nisi in sacramento pœnitentiæ, eum ad celandam ipsam sub præcepto diuino teneatur; & quòd hæc ratio nostræ conclusionis sit admittenda, tanquàm optima, audiamus, obsecro, quid docuerit nos Angelicus Doctor in 12. quæst. 100. artic. 9. Preceptum legis,
3 † inquit, habet vim coactiuam. Illud ergo directè cadit sub præcepto legis, ad quod lex cogit. Coactio autem, legis est per metum pœnæ, vt dicitur decimò, & hic (Adde tu capitulo vltimo: nam ibi Aristoteles hæc dixit in sententia; eo quòd his notabilibus verbis vsus fuerit, videlicet. [Et omnino ad omnem vitam opus est legibus. plerique enim necessitati potius quàm rationi: & multi, quàm honestati obediunt. Quapropter sunt qui legis Doctores censeant inuitare ad virtutem, ac prouocare homines honestatis causa debere: eò quòd probi & consuetudine precipuè obtemperaturi sint: Illis verò, qui non parent, suntque natura inertiores, castigationes, & pœnas irrogare: qui autem insanabiles sunt; prorsus exterminare. Probum enim ei, qui ad honestatem viuit, rationi esse obediturum: prauum autem voluptatem appetentem, non secus, ac iumentum in dolore puniri. Vnde etiam tales dolores exhiberi oportere, inquiunt, qui voluptatibus, quæ amantur, maximè aduersentur. Hæc ad verbum

sunt

ſunt verba Ariſtotelis, quæ hic interuimus, cùm
ſummoperè deſeruiant præſenti materiæ: ſequitur
Sanctus Thomas vbi ſupra.) Nam illud propriè ca
4 dit ſub præcepto legis, † pro quo pœna legis in-
fligitur: ad inſtituendam autem pœnam, aliter ſe
habet Lex Diuina, & aliter Lex humana. Non
enim pœna legis infligitur, niſi pro illis, de qui-
bus Legiſlator habet iudicare; quia ex iudicio
lex puniri, homo autem qui eſt Legiſlator huma-
5 næ † non habet iudicare, niſi de exterioribus acti-
bus; quia homines vident ea, quæ patent, vt dici-
tur 1. Regum cap. 16. Sed ſolius Dei (qui eſt La-
tor legis Diuinæ) eſt iudicare de interioribus mo
tibus humanarum voluntatum, ſecundum illud
Pſalm. 7. [Scrutans corda, & renes Deus,] hæc il-
le Sanctus, qui ibidem, ſed paulò poſt ſubdit, di-
6 cens: lex enim humana † non punit eum, qui vult
occidere, & non occidit: punit autem eum lex
Diuina, ſecundum illud Matth. cap. 5. verſic. 21. &
22. [Audiſtis quia dictum eſt antiquis. Non oc-
cides. Qui autem occiderit, reus erit iudicio: ego
autem dico vobis, quia omnis, qui iraſcitur fratri
ſuo, reus erit iudicio.] Ex his ergo omnibus pa-
tuit quoque veritas præſentis noſtræ concluſionis.
Nam in caſu propoſito à nobis hic, loquutus fuit
Sanctus Thomas ibi, vt elicitur ex ſupra recen-
ſitis verbis,

SVMMARIVM.

1 *Affectus, ſeu conatus ad crimen committendum impeditus à voluntate ipſiuſmet conantis, nolentis tamen poſtea crimen ipſum conſumare, non venit puniendus pœna delicti ipſius,*

2 *Monetam inchoantes falſificare, & deſiſtentes propria voluntate, an puniantur.*

3 *Legis pœnalis verba cum effectu ſunt intelligenda.*

4 *Sententia lata à non habente iuriſdictionem nulla eſt.*

5 *Conquerens de teſtamento inofficioſo, ſi ſuccumbit in iudicio, ſi quid virtute dicti teſtamenti obtinuiſſet, priuabitur eo, ſi perſeueraſſet in iudicio vſque ad ſententiam: ſed ſi pœnitentia ductus ceſſaſſet à tali proſecutione iudicij ante ſententiam, non priuabitur.*

6 *Legum verba intelligenda ſunt, vt ligent cum effectu, quæ regula exemplificatur.*

7 *Statutum dans præmium capienti bannitum, quomodo ſit intelligendum.*

8 *Statutum, quòd qui reperitur cũ armis, puniatur, quomodo ſit intelligendum.*

9 *Statutum dans præmium accuſanti, quomodo intelligatur.*

10 *Statutum dicens, quòd non probans, puniatur, quomodo intelligatur, ſi non omnia probauerit, ſed aliqua.*

11 *Statutum puniens petentem exequutionem alienius rei, quomodo intelligatur.*

12 *Hæres inſtitutus, quis verè intelligatur quo ad aliquid lucrandum, ſi hæres fuerit.*

13 *Legis verba intelliguntur cum effectu ſolùm ſi effectus illius duret, quia non dicitur factum, quod non durat factum.*

14 *Carceratus aufugiens, ſi ſua ſponte reuertatur ad carceres non dicetur aufugiſſe.*

15 *Statutum, quòd capiens bannitum præmietur, quomodo ſit intelligendum.*

16 *Domum exiens cum ſuis bonis, iuxta mandatum Iudicis, & ſtatim illã reingrediens, an violet mandatũ.*

17 *Teſtator relinquens Eccleſiæ cẽtum, vt emat prædium, an Eccleſia poſſit poſtea illud vendere.*

18 *Bannitus à tali loco, ne ibi habitet, poterit pertranſire per illum, & comedere in hoſpitio.*

19 *Verba non ſufficiunt, vbi opus eſt facto.*

20 *Oblatio, quando requiritur, non ſufficit verbalis, ſed actualis.*

21 *Hæreſis crimen an attentari poſſe, propriè dici poſſet.*

22 *Tractatus ſolus in atrociſſimis criminibus, an ſit punibilis.*

23 *Læſæ maieſtatis crimen quo ad pœnam incurrendam dupliciter dici poterit perfici.*

24 *Machinatio facta contra Principem, an ſit punibilis.*

25 *Pœnitentia attentantis aliquem ex actibus expreſſè prohibitis in l. quiſquis. C. ad l. Iul. maieſt. an abſoluat quem à pœna incurrenda.*

26 *Mortem ſibi inferentis bona, quando fiſco applicabuntur.*

27 *Mortem ſibi conſciſcens, quando priuabitur bonis ſuis.*

28 *Aſſaſſinium fieri mandans incidet in excommunicationem, & alias pœnas, etiam ſi reuocauerit mandatum re integra.*

29 *Locans operas ſuas, vt pugnat cum fera, eſt infamis.*

30 *Pœna adiecta pro ſolo conatu incurritur, quando hoc exprimat lex.*

31 *Depectus eſt, quid ſignificet.*

32 *Commodans domum ſuam ad adulterium comittendum ipſo etiam non ſequuto, punietur.*

33 *Locans operas ſuas ad pugnandum cum feris cauſa lucri, & etſi non ſequatur pugna, punietur.*

34 *Corrumpere tentans ſeruum alienum, vt furtum committat, etiam furtum non ſequuto, punietur.*

35 *Corruptus pecunia à ſeruo alieno, ne prodat furtum factum ab ipſo, ſiue prodiderit poſtea, ſiue non, punietur.*

36 *Ius iniquum impetrans, vt ipſo vtatur, etiam ſi poſtea ipſo non vſus fuerit, punietur.*

37 *Corrumpere Iudicem tentans, etiam corruptione non ſequuta, punietur.*

38 *Crimen inchoans, & non conſumens qualiter puniri debeat.*

39 *Index non debet regulariter conatum impunitum relinquere.*

CONCLVSO SECVNDA.

1 AFFECTVS & conatus † perpetrandi
aliquod crimen prohibitum (ſub
aliqua pœna incurrẽda ipſo facto)
attentatus actu, ſeu conatus aliquo
exteriori, non tamen conſumatus
ſolùm propter impedimentum voluntatis ipſiuſmet attentantis, & ſe pœnitentis huiuſmodi affectus praui, attentatiq; criminis: (quæ pœnitentia ſi defuiſſet, conſumatus vtiq; affectus actu exteriori perfectum fuiſſet crimen attentatum) vtputa, ſi quis cogitaſſet ſtuprare virginem, ſtuprumq; actu exteriori attentaſſet, ipſam alloquendo, deoſculando, & huiuſmodi actus obſcœnos exercendo, etiam ſi obtinuiſſet (ſi voluiſſet) conſenſum ipſius virginis pro tali ſtupro perpetrãdo, attamen ſi poſtea Diuino correctus timore, vel etiam periculo aliquo retractus fuiſſet ab ipſo ſtupro conſumando, non vtique veniret puniendus in aliquo iudicio forenſi, pro tali crimine attentato, & non conſumato, ac ſi illud conſumaſſet. Et idem dicendum erit de ſimilibus caſibus. Hæc concluſio probatur triplici medio. Primò enim per argumentum in l. qui falſam monetam. ff. ad l. Cornel. de falſis. vbi hæc habentur, videlicet:

delicet: [Qui falsam monetam percusserint, si in totum formare noluerunt, suffragio iustæ pœnitentiæ absoluuntur.] hæc ibi. Diximus probari conclusionem per argumentum in dicta l.qui falsa. & non per tex.in dicta l. quoniam etsi in d.l. expresse non contineantur ipsamet verba nostræ conclusionis, bene tamen tacitè ex ipsa l.elician-
2 tur, quòd nolentes crimen falsæ monetæ † attentatum consumare, absoluantur scilicet à pœna incurrentia pro tali crimine consumato, suffragio iustæ pœnitentiæ. Idem probatur per argumentum in l.quamuis.ff.de in ius vocando, vbi hæc habentur, videlicet: [Quamuis non adijciat Prætor, causa cognita se pœnale iudicium daturum, tamen Labeo ait, moderandam iurisdictionem, veluti si pęniteat libertum, & actionem remittat, vel si patronus vocatus non veniat, aut non inuitus vocatus sit: licèt edicti verba non patiantur.] Hæc in dicta l. quamuis. Idem probatur per argumentum in l.1.§. hæc autem verba, ff. quod quisque iur. in alter. vbi habentur, videlicet: [Quod statuerit qui iurisdictioni præest, cum effectu accipimus non verbotenus: & ideo si cùm vellet statuere, prohibitus sit, nec effectum decretum habuerit, cessat edictum: nam verbum, statuit rem perfectam si-
3 gnificat, † & consumatam iniuriam, non cęptam: & ideo si inter eos quis dixerit ius, inter quos iurisdictionem non habuit: quoniam pro nullo hoc
4 habetur, nec est vlla sententia, † cessare edictum putamus. Quid enim obijcet conatui: cum iniuria nullum habuerit effectum?] hæc in dicta l. 1. Idem probatur in l. qui ea mente. ff.de furtis. vbi hæc habentur, videlicet: [Qui ea mente alienum quid contrectauit, vt lucrifaceret, tametsi mutato consilio, id domino postea reddidit, fur est. Nemo enim tali peccato pœnitentia sua nocens esse desijt.] hæc in dicta l. Diximus probari per argumentum in dicta l.qui ea mente, nempe per argumentum à contrario sensu, tali pacto dicendo: si ergo quis alienum non contrectauerit, quamuis incęperit contrectare, & semetipsum redarguendo compescuit à consumatione talis contrectationis, verè fur non erit, ac per consequens pœna furti minimè erit puniendus, vt ibidem, in versic. desijt, docuit glos. Idem probatur per argum. in l. amplius non petitum esse. ff. rem ratam habere. vbi hæc habentur, videlicet: [Amplius non petitum esse verbum, Labeo ita accipiebat: si iudicio petitum non esset, si autem in ius eum vocauerit, & satis iudicio sistendi causa acceperit, iudiciũ tamen cęptum non fuerit, ego puto, non committi stipulationem amplius non peti: hic enim non petit, sed petere vult.] hæc ibi inter alia. Idem habetur per argum. in l.Papinianus. §.meminisse. ff. de inoffic. testamen. vbi hæc habentur, videlicet: [Meminisse autem oportet eum, qui testamẽtum
5 inofficiosum † improbè dixit, & non obtinuit: id, quod in testamento accepit, perdere, & id fisco vendicari, quasi indigno ablatum. Sed ei demum aufertur, quod testamento datum est, qui vsque ad sententiam in iudicium lite improba perseuerauit. Cęterum si ante sententiam destitit, vel decessit, non ei aufertur quod datum est, proinde etiam si absente eo, secundum pręsentem pronuncietur, potest dici conseruandum ei quod accepit, eo autem solo carere quis debet, cuius emolumentum ad eum pertineret.] hæc ibi inter alia. Idem probatur per argumentũ in l.alia causa. C. de his, quibus vt indignis hæredit. auferetur, vbi hæc habentur, videlicet: [Alia causa est eius, qui falsi instituta accusatione, ad finem vsque quod insimulabat, perduxit, & contrariam sententiam meruit: alia eius, qui inchoatam accusationẽ non pertulit, cum in illius quidem partem succedat fiscus. hic autem, qui contrariam sententiam non sustinuit, suam partem non perdat.] hæc in dicta l. Idem probatur per argumentum in l.item apud Labeonem. §.si curauerit. ff.de iniurijs, & famosis libellis. vbi hæc habentur, videlicet: [Si curauerit quis conuitium alicui fieri, non tamen factum sit, non tenebitur.] hæc in d.l. Idem per argum. in l. quæsitum. ff. ad Senatusconsult. Turpill. vbi hæc habentur, videlicet: [Quæsitum est, an is, qui libello Principi dato falsum se obiecturum minatus est, si non obiecisset; Turpilliano Senatusconsulto tenetur? Paulus respondit, verbis Senatusconsulti Turpilliani eum, de quo quæritur, non cõtineri.] hæc ibi. Dixi probari nostram conclusionem per argumentum dictorum Iurium, quoniam etsi ex ipsis explicitè non eliciatur veritas nostræ conclusionis, bene tamen implicitè, cùm ex illis eliciatur, quòd dicta probibita sub illis pœnis intelligenda sint cum effectu: si ergo opera prohibita sub aliqua pœna perpetrans ante consumationem ipsorum, non incurrit pœnam adiectam contra perpetrantes ipsa opera, in casu quo huiusmodi consumatio talium operum cessasset propter pœnitentiam opera ipsa inchoantium. Inde luce meridiana clariùs patet elici ex ipsis iuribus veritatem præsentis conclusionis, cùm hoc ipsum sit suppositum in nostra conclusione. Probatur & secundò præsens conclusio auctoritate infrascriptorum Doctorum. Nam Glos. in d l. 1. §. quod statuerit. in fine. dixit in versic. putamus, videlicet: Nota non nocere conatum, nisi sequatur effectus, cuius verba sunt intelligẽda vera solùm in terminis præsentis conclusionis. Item Glos. in d.l. Papinianus. §.meminisse. in versic destitit. dicens. Parcitur pœnitenti, vt hic, & additio Pauli ibidem dicit. Dic verum esse, quãdo pœnitet ante consumatum delictum, vt hic: secus si post consumatum, vt in legibus contrarijs supra allegatis. Item Glo. in l.ea. Item Glo. (quam magistralem, & optimè distinguentem esse dicit Albericus de Rosatis in suo Dictionario vtriusque iuris. in versic. affectus.) in l. si quis non dicam. in versic. si quis. C.de Episcopis, & Clericis. quæ quidem Glos. ad verbum ferè se subscripsit præsenti nostræ conclusioni. Bart. quoque se subscripsit præsenti conclusioni in d.l. qui falsam. nu.1. dicens, Nota, quòd ille, qui inchoauit delinquere, & non perfecit, quia noluit; excusatur: secus si non perfecit, quia non potuit: de hoc dixi in l.qui ea mente. ff.de furtis. num.2. in versic. Item opp. C.de non numer. pecu. & in vers. sequenti, vbi latius de hoc loquitur. Idem docens Archidiac. quoque se subscripsit præsenti conclusioni in c.qui bona. colum.8. in fine, in versic. aut quis cogitat, agit, sed non perficit, cui se subscripserunt Ioan. Andr. in Regul. in pœnis. de reg. iur. in sexto. col.1. in versic. de primo sic Panormit. in c.1. nu.12. & 13. extra de eo, qui mitti. in poss. causa rei seru. Antonius de Burrio in dicto c.1. col.8. in versic. si quærit, an quo ad Ecclesiam. Hostiens. in Summa, sub tit. de pœnis. §. quot sint species. in vers. cùm quæritur vtrum cogitatio. Cardinalis in c.1. colum. vlt. extra de eo, qui mittitur in possess.

rei

rei seruandæ causa. Henricus Boich in dicto c.1. col.5. nu.24. Dominicus à Sancto Geminiano in cap. quicunque. el primo. col.2. in versic. aliquando non stat. 1.q.1. Felinus in dicto tract. de conatu, in vers. fallit primò, & cap. 1. extra de præsumptionibus. Idem docuit Couarruuias in Clem. furiosus. de homicid. in initio secundæ part. relect. nu.6. in vers. contrariam tamen sententiam. Idem Hyppolitus de Marsil. in l. qui falsam monetam. nu.25. in versic. primus casus est. ff. ad l. Cornel. de falsis. Idem Ludouicus Carrerius in sua Praxi criminali. tit. de mandatario. c. incip. Sequitur de mandatario, & primò quæro. nu.8. fol.130. vers. & declara de attentato, qui dixit idem sentijsse Capicium in decisione 155. Idem docuit Iacobus de Bellouisu in sua Pract. iudiciaria in criminalibus. titul. de inuasore, & offendere volente. §. & ipsum interfecisset. in nu.3. in versic. tu dic. Idem Petrus Follerius in sua Pract. crimin. rit. Item quòd commisit crimen læsæ maiestatis. nu.89. Idem Aegidius Bossius in sua Praxi crimin. sub tit. de extraordin. crimin. nu.2. subscribendo se sententiæ Felini, qui idem docuerat (vt paulò ante retulimus. Idem docuit Albericus de Rosatis in suo Dictionario vtriusque iuris se subscribens sententiæ Felini iam relatæ. Idem docuit Petrus de Anchar. in c.1. col.6. in vers. primo casu, quia nolui. de homic. in sexto. Probatur & tertiò ratione quadruplici. Prima quarum est, cùm simus in materia pœnali, quæ regulariter nō extenditur, & in iure hoc non sit cautum, vt quis pro tali crimine puniatur. Inde sequitur veritas nostræ conclusionis. Secunda ratio est, quā assignat tex. in l. fin. ff. quod quisq; iuris, dicens. [Qui enim obfuit conatus, cùm iniuria nullum habuerit effectum.] Tertia ratio est,
6 quoniam verba † legum debent intelligi cum effectu, vt in l. penult. §. pen. ff. ne quis eum, qui. l. quotiens. ff. qui satisdare cogantur. c. fin. & ibi Glos. extra de sponsal. c. qualiter. extra de pactis. c. relatum. & ibi Glos. extra de Cleric. non residen. l. si is qui. §. si tu Titium. ff. de furtis. l. aliud est capere. ff. de verbor. signific. & sciendum, quòd pro ratione, & regula tertia faciunt multa notata per Doctores infrascriptos in infrascriptis decisionibus. & primò id, quod docuit Iason in l.1. §. hæc autem verba. colum.2. ff. quod quisque iur. dicens, quòd
7 si statutum † dat præmium capienti bannitum, intelligitur, quando eum apprehendit cum effectu, & præsentat Superiori. allegat ipse Iason Gugliel. de Cun. Alber. & Ang. ibi, pro quo dicit facere l. si Barsatorum. & ibi Cyn. & Ang. C. de fideiuss. quinimmo fortius & secundò dixit Bar. in l.1. in principio, col.7. ff. de acquir. possess. quòd si statutum
8 disponit, quòd si aliquis fuerit inuentus † cum armis puniatur tanta pœna, quòd hoc intelligatur, si captus fuerit, & eum sequitur Angel. in l. qui seruum. ff. de verborum oblig. quod etiam dixit Bar. in l.1. versic. deprehensus. C. de petit. bono. sublat. lib.10. tamen ipsemet Iason vbi supra. dixit, quòd in hoc contrarium tenuit Angel. Imol. & Moler. moderni in dicta l.1. in princ. vers. tertiò ad idem facit. Nam statutum dans præmium accusanti,
9 † intelligitur, si accusans probauerit contenta in accusatione esse vera, prout docuit Glo. in cap.1. versic. ostensum. extra de his, quæ fiunt à maior. par. Capit. & probatur in c. post electionem, & in c. cùm super. extra de concess. præben. & nor. Glos. in c. non est. in versic. allegat. de consuet. lib.6. & glo. in l. si cuius appellatio. ff. de appellat. recip. & in l.2. in glo. fin. C. quòd met. cau. & docuit Alex. in consil.296. incip. Diuini Numinis. in col.2. & glo. in l.1. C. ex quibus causis. fer. pro prem. liber. & glo. in c.1. vers. reum. de iudicijs. in sexto. & rursus idem Alex. in cons.71. col.2. vol.6. Quartò, ad
10 idem facit. Nam si statutum diceret, † quòd qui non probauerit accusationem suam, puniatur in decem. Aliquis produxit accusationem habētem plura capitula, & quædam probauit, & quædam non: ita hic puniendus de iure erit in decem, ac si in nullo capitulo probasset, prout docuit Angel. in l. vnica. C. de suffrag. ad quæ etiam vide Bald. in simili in l. minoribus. in fine. C. de his, quibus vt indig. Quintò ad prædicta etiā facit. Nam statu-
11 tum, dicens, † q si quis petierit executionē alicuius rei, tali pœna puniatur: certè debet intelligi, si petierit, & ad finē produxerit, aliàs nō punietur: prout docuerūt Dyn. & Bar. in l. amplius nō peti. ff. rem ratam habe. per l. qui cùm maior. §. accusasse. & l. in seruitutem. §. petijsse. ff. de bo. liber. & l. Papinianus. §. meminisse. ff. de inoffic. testam. & l. alia. C. de his, quibus vt indig. & notat Bart. in l. si libertus. & in l. eum. ff. de iure patro. & in l. in criminali. C. de iurisd. omnium Iudic. & in l. si quis maior. C. de transact. & Bald. in l. si quis in suo. C. de inoffic. testam. & Antonius de Butrio in cap. si diligenti. extra de foro compet. & adeo prædicta sunt vera, quòd si etiam deuentum esset ad sententiam, & ab illa esset appellatum, pendente appellatione adhuc non esset commissa pœna legalis, vel statutaria; quia petitio non esset ad finem reducta, vt declarauit Bal. in l. alia. C. de his, quib. vt indig. de quo per Alexan. in consil.404. incip. Viso titul. &c. in fine verbis. & aliquid per Ang. in l. si Barsatorum. C. de fideiuss. Sextò, ad prædicta etiā facit. Nam hæc verba, scilicet si talis hæres erit,
12 † non intelliguntur simpliciter si fuerit hæres institutus, sed post aditionē hæreditatis. textus est (quem ibi ad hoc ponderat Ioan. de Imol. in l. seruū. §. si quis ita. ff. de hæred. instit.) pro quo faciūt dicta per Bar. in l. gerit. in colum.3. vers. circa terrium. ff. de acquir. hæredit. vbi docuit, quòd quando in aliqua dispositione fit mentio de hærede, intelligatur de hærede post aditionem hæreditatis, de quo per Socinum in cōs.91. incip. Visa, &c. colum.2. Et vltra prædicta exempla, & Doctorum decisiones, dicimus, quòd adeo vera est dicta regula allata in tertia ratione præsentis conclusio-
13 nis, scilicet quòd verba † cuiuscunque dispositionis tam hominis, quàm iuris, intelligenda sunt cum effectu, quòd etiam ille effectus debet durare, aliàs non erit satisfactum legi, eo quòd non dicatur factum, quod non durat factum, vt in l. itē: §. quòd si actor. ff. quod cuiusque vniuer. & in l. si pro parte. §. versum. ff. de in rem verso. l. alia. C. de his, quib. vt indig. cum simil. Et septimò ad idem facit quod docuit Bald. in l.1. col.3. C. de edil. act. & in l.1. col.5. ff. de seruis fugitiuis, dicens, quòd
14 carceratus, † qui aufugit, si reuertatur, non dicendus erit fugisse. Octauò, ad idem facit quod docuit Ludou. Rom. in suo consil.510. incip. Quo ad primum, colum.9. versic. secundò, qui licèt, &c. & Bal. in suo Repertorio in vers. bannitus. in versic. quid si bannitus capiatur. &c. vbi dixit, quòd stan-
15 te statuto, † quòd capiens bannitum, qui postea à se aufugit, non debebit habere præmium. Nonò, ad idem faciunt dicta per Bart. in l. sicut. §. superuacuam.

petuacuam.col.2.versic.redeo ad ordinem,&c.ff. quibus modis pign.vel hipp.sol.vbi dixit,quòd si Iudex mandat alicui sub aliqua pena,quòd eat
16 à tali domo,& illa disgombret, † q; si talis (cui sa ctum est mandatum) exiuit à tali domo, & eam disgombrauerit, & postea in eandem reingressus est, quòd cadit in pœnam dicti præcepti sibi facti, quia non dicitur factum, quod non durat factum: & non dicitur exiuisse, postquàm est reuersus. Decimò, ad idem facit quod docuit Bal.in l. si quis ita.C.de pact.inter empt.& vend it.vbi di-
17 xit,quòd si testator † reliquit Ecclesia centum,vt emat fundum, postea vult illum vendere, an possit,& dicit,quòd non: quia non diceretur emptũ, quod non duraret emptũ. & pro istis faciunt optimè dicta per Socinum in consil.suo 76.incip. Visa,&c. in col.2.& in consil.133.incip. Profectò.in colum.2.post medium. Vndecimò,ad idem facit etiam singulare verbum Nelli in tract.bannitorũ, in prima par. secundi temporis.quæst.58. vbi di-
18 xit,quòd si ex forma statuti bannitus † non potest stare,vel habitare in tali loco,vel in tali ciuitate,aliàs possit capi,& decapitari,quòd tale statutum non habet locũ in transeunte, & comedente in hospitio, quod est notatu dignum. Et sciendum, quòd Hyppolitus de Marsil. idem docuit: nam in l.qui falsam.ff.ad l.Corn.de falsis.à nu.43. versic.& scias,quòd ratio vsque ad nu.55. in versũ. vbi dixit,quòd si ex forma,inclusiue prædictis decisionibus confirmantibus dictam regulam traditam in tertia ratione allata in probationem præsentis conclusionis,videlicet: Quòd verba debeãt intelligi cum effectu. ipse Marsilius se subscripsit gradatim,& sigillatim dictis exemplis. Probatur & quarta ratione præsens nostra conclusio. Nam cùm regula peroptima sit, quòd vbi opus est fa-
19 cto, † verba non sufficiant. Inde sequitur veritas præsentis conclusionis,cùm in ea supposuimus nõ incidere in pœnam a iure indictam perpetranti tale crimen, si aliquis illud tale nõ commisisset pœnitentia ductus, ac per consequens cùm non successerit opus criminosum,cui pœna iniuncta fuerat, si illud factum executum fuisset,& quòd dicta regula vera sit,docuit textus in l.1.§.hæc verba.ff.quod quisque iuris, & voluit quoque glos.in c.1.in vers.voluntatem. extra de eo, qui mittitur in possess.rei ser.& glos.in c.vt circa.in vers.præstito. de elect.in sexto. Et ideo videmus, quòd vbi
20 requiritur oblatio, † non sufficit verbalis,sed requiritur actualis, vt docet textus in l. qui decem. ff.de solutionibus.& in l.seruus, qui hæredi. in fine.ff.de statu liber.quod & docuit Bart.& alij Doctores in l.Prætor. §.si quis paratus.ff.de oper.noui nunc.& habetur in l.acceptam.C.de vsur.& per glos.in cap.pastoralis. extra de offic.ordin.& per multa alia iura, & Doctores,quos citat,ac sequitur Hyppolitus de Marsilijs vbi supra, nume.58. & 59. vide ibi latiùs per ipsum.

Etsi verissima fuerit tot oraculis comprobata præsens nostra conclusio,posset tamen quis contra ipsam insurgere, dicendo, quòd licèt regulariter ipsa conclusio sit vera,tamen cùm recipiat nonnul las fallentias,debuisset illi addi hæc verba, videlicet: Quòd regulariter sit vera,quamuis recipiat aliquas limitationes enumeratas ab infrascriptis Doctoribus. Nam Geminianus in c.pro humani, §.sacri.col.4.in vers.secundo in crimine læsæ maiestatis. Ioan.Andr.in c.1.col.6.in versic.in glo.si mandauerit.de homicid.in sexto. Philippus Franchus in dicta glo.si mandauerit.Hostiens.in Summa, titul.de pœnis. §.quot sint species pœnarum. in versic.si quæritur de delictis, & agatur in foro contentioso. vbi dixit, q; si actus non perficiatur: & is,qui processit ad actũ,ipsum perficere potuisset,sed noluit: quia pœnituit, non incidit in pœnam, imò ei parcitur, nisi in crimine læsæ maiestatis, &c. Henricus Boichloco paulò ante citato.num.25.dixit,quòd fallat præsens conclusio in quinque casibus. Primò,in crimine hæresis,vt in c.ad abolendam.& in c.excommunicamus.§.credentes.extra de hæreticis. Secundò,in crimine læsæ maiestatis humanæ,vt in l.quisquis.C.ad l.Iul. maiest. Tertiò,in consciscente sibi mortem,vt in l.3.ff.de his. qui sibi mor.consciscunt. Quartò,in extrahente de Ecclesia fugientem ad illam, vt in l.fin.§.sicubi. C.de his,qui ad Ecclesi.confugiunt. Quintò, qui mandauerit aliquem interfici per assassinos, etiam non sequuto effectu, vt in c. pro humani.de homicid.in sexto. nam subdit Io.And. vbi supra. In his ergo casibus non excusatur quis à pœna temporali, quantumcunque pœniteat.est tamen locus pœnitentiæ spirituali, & reconciliationi Maiestatis Diuinæ,quantumcunq; deliquerit,vt in c.ferrum.distin.50.& c.firmiter.§.penult. extra de Summa Trinit. & fide Catholica, rursus quis ad impugnandam conclusionem posset moueri ex quibusdam verbis ipsius Philippi Franchi, vbi supra. in versic.si verò quæritur, an possit conueniri criminaliter. vbi infrascriptis vtitur verbis,videlicet: Si verò quæritur an possit conueniri criminaliter, & tunc aut agitur de ipso delicto puniendo,non vt consumato,sed extraordinariè, & punitur, vt in l.prima,ff.de furtis. quod procedit,quando ea tali delicto quis læderetur, secundum Bal.in l.si quis non dicam rapere.C.de Episcopis, & clericis.

His præmissis vtrique impugnationi, Deo duce, quamfacillima erit responsio.& primò ad primę obiectionis fallentias respondendo gradatim, ac sigillatim dico,primam fallentiã (si benè ponderetur) nihil contra nostram conclusionem concludere,cùm casus sint diuersi. Nam quem fugiat
21 ignoro,quòd crimen hæresis † non possit attentari, nisi simul & semel consumetur ipsa attentatione,seu conatu: cùm etiam perficiatur sola cogitatione, seu proposito in mente retento tenendi aliquid contra dogmata fidei Christianæ, vt probant Canones allati: nos verò loquimur de crimine, quod consumari non possit, nisi aliquo opere extrinseco completo, quod etiam actu extrinseco inchoari, seu attentari poterit, & aliquo alio actu consumari. Quapropter cùm sint casus diuersi, & à diuersis non debeat illatio fieri iuribus vulgaribus, inde patet, primam fallentiã esse potius verbalem, & imaginariam, quàm realem, & veram: licèt ipsi Doctores ipsam attulerint potiùs, vt occasio dubitandi daretur: & exercendi acumen intellectus sui, quàm causa limitandi regulam contentam in nostra præsenti conclusione. De casu secundo proposito,scilicet de crimine læsæ maiestatis humanæ quamfacillimè videtur forte respondendum ad textum ipsum in d. l. quisquis.citatum,procedendo duplici medio respondendi. Primò,dicendo,quòd licet l.quisquis. infrascripta cõtineat,videlicet: [Quisquis cum militibus,vel priuatis,vel barbaris, scelestam inerit factio-

factionem, ac factionis ipsius susceperit Sacramentum, vel dederit de nece etiam virorum illustriũ, qui in Consilio, & Consistorio nostro intersunt. Senatorum etiam (nam & ipsi pars corporis nostri sunt) vel cuiuslibet postremò, qui nobis militat, cogitauerit. (eadem enim seueritate voluntatem, sceleris, qua effectum puniri iura voluerunt) ipse quidem, vt potè maiestatis reus gladio feriatur, bonis eius omnibus fisco addictis.] hæc omnia habentur in dicta l. quisquis. inter alia: ex cuius contextu verborum elicitur, quòd dicta l. quisquis. non loquatur de casu proposito in præsenti nostra conclusione, cum de ipsa nullam mentionem prorsus faciat, eo quòd loquatur simpliciter de tractante, etsi nõ perficiente tractatum, seu attentatum crimen læsæ maiestatis: nam videtur, quòd Legislator voluerit exprimere per ipsa verba ibi, se loquutum fuisse de eo, per quem non stetit, quin tractatus talis criminis effectum attentatum sortiretur. & non de eo, per quem stetit consumatio delicti propter superuenientem pœnitentiam de tali tractatu ante consumationem huiusmodi attentati criminis, qua pœnitentia cessante effectus attẽtatus sortitus fuisset suum finẽ, prout docet etiam Follerius loco infra citando: & quod hæc nostra interpretatio videatur verissima, colligitur ex tex. in l. qui falsam. ff. ad l. Cornel. de falsis. cum falsam monetam facere sit crimen, & ipsum læsæ maiestatis: & tamen ibi dicitur indulgẽdum fore tali attentãti, vt latius ex contextu verborum ipsius l. qui falsam. supra citato colligi luce clarius poterit. Respondetur & secundò, quòd conclusio nostra loquitur de affectu, conatu, seu attentato crimine, cuius consumatio sit prohibita sub certa aliqua pœna in aliqua constitutione, dicta verò l. quisquis. non tamen prohibuit sub pœna ibi constituta crimen consumatum, ac completũ, verum etiam attentationem ipsam, seu tractatum sine exitu, seu fine congruo tractatui, ob immanitatem sceleris. vnde patet dictum crimen læsæ ma-
22 iestatis, † quo ad pœnam incurrendam, dici posse perfici dupliciter. Primò, quando illud crimen attentatum fuerit fini intento donatum. Et secundò, quãdo ipsum crimen attentetur, & à perficiendo solum impossibilitas impedimentum præstet, vt diximus: cum Legislator sub eadẽ pœna prohibuerit tractatum ipsum extra limites simplicis cognitationis deductum, vt docet ibi Glo. in vers. eadem enim. Ex his ergo videtur, quod verissima sit, & sioni non obstat d. l. quisquis. quin verissima sit, & pro confirmatione dictæ nostræ responsionis: sciendum, quod Nicolaus Boerius in tract. suo de seditiosis. in septimo, & vltimo præsupposito. nu. 41. di-
23 xit, quòd solus tractatus † sola ordinatio non punitur etiam in atrocissimis, nisi sit processum ad aliquem actum ordinatum de præsenti ad ipsum factum. Idem dixit Follerius in sua Pract. crimin. titul. Item quòd commisit crimen læsæ maiestati, nu. 89: vbi post relationem nonnullorum Doctorum concludit his verbis vtens, videlicet: Ego puto distinguendum, aut quis machinatus fuit contra personam Principis de ipso occidendo, & in hac machinatione fuit excogitatus modus id faciendi, & cum alijs ordinatus, & vltra fuit adinuenta personã, quæ id faceret, hinc si machinatio fuerit detecta, punitur machinatus, ac si esset sequutus effectus, quia fero pararetur vindicta crimine consumato; fecit quicquid potuit excogitando modum, & adinueniendo personam, & ei mandando, ac persuadendo: & de facili poterat sequi effectus, nisi fuisset detecta machinatio, quod verò puniatur, probatur per Cardin. c. 1. extra de eo, qui mittit in poss. Aut potuit conatum ad effectum de facili deducere, secundum modum ordinatum; sed pœnitentia ductus non deduxit, imò reductus est ad meliorem vitæ frugem, & ad maiorem obedientiam: & isto casu non punitur per tex. in d. l. qui falsam. ff. ad l. Cornel. de falsis. & ibi Hyppolitus de Marsilijs num. 25. & hoc modo loquitur glo. in vers. machinantur. in extrauag. qui
24 sint rebelles. dum dicit, quod machinatio † de non obediendo Principi; punitur sequuta inobedientia, quasi velit dicere, quòd si sequatur postea obedientia, illa machinatio non punitur pro crimine læsæ maiestatis: & ita intelligo in omnibus machinationibus, vt committatur crimen læsæ maiest. si ad aliquem actum sit processum, & appareat factum esse quicquid fieri potuit: secus si ad aliquem actum non sit processum, sed tantummodo ad verbalem machinationem: & constat potuisse deduci ad effectum; sed pœnitentia recessum esse ab illo maleuolo animo. His tamen in excusationem, ac patrocinium nostræ conclusionis allatis circa dictam l. quisquis. non obstantibus re vera licèt regulariter sit verissima nostra conclusio, fal-
25 lit tamen † in casu dictæ l. quisquis. vt peroptimè docuit specialiter Glo. in l. qui ea mente. ff. de furtis. dicens. Si autem ad actum non consumatum, nec perfectum, vt in l. qui falsam. nisi in casu, vt in l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. hæc glosa illa, cui se subscripsit Hyppolitus de Marsilijs in cons. 105. nu. 5. & Didacus Couarruuias in initio secundæ partis relectionis. nu. 6. §. tertiò est omnino considerandum. dicens hanc esse communem Doctorum sententiam, quòd conatus nulla pena puniendus erit in his communibus criminibus, quoties sua sponte qui conatur, pœnituerit, & ab opere cessauerit. l. qui ea mente, & ibi glos. ff. de furtis. Quapropter celeberrimus Doctor Aegidius Bossius in sua Praxi crim. titu. de crimine læsæ maiestatis. nu. 46. in vers. an locus sit pœnitentiæ infrascriptis vtitur verbis, videlicet: An locus sit pœnitentiæ in hoc crimine læsæ maiestatis. Dic in terminis l. quisquis. in coniurationibus, quæ fiunt aduersus personam Principum, vel Senatorum, & assistentium lateri eius, quòd vbi in exordio ipsius coniurationis quis reuelat arcanum, non solum illi parcitur, sed præmium datur: si verò inita factione reuelat, ante tamen secutum facinus, tunc parcitur. ita dicit textus in d. l. quisquis. in fine. & ibi Salyc. notat. ex quo infertur, quod in alijs capitibus criminis læsæ maiestatis locus est pœnitentiæ à fortiori, quod est verum reuelando. Sed vbi non reuelat, & tamen pœnitet. Vide glo. in l. qui ea mẽte. ff. de furtis. & est materia in l. quamuis. ff. de in ius vocando. vbi est videndus Alex. & vide etiam Geminianum in c. pro humani. §. fina. de homic. in sexto. hæc ille. Ex cuius verbis elicitur, quòd etsi regulariter vera sit nostra conclusio, etiam in crimine læsæ maiestatis attẽtato extra casus contentos in d. l. quisquis. tamen re vera fallit in casibus dictæ l. quisquis. & hoc modo, seu hac distinctione tacitè vsi fuerunt supra citati Doctores impugnantes nostram conclusionẽ, & si simpliciter dixerint ibi, quòd dicta regula fallat in crimine læsæ maiestatis, vt in l. quisquis. C. ad l. Iul.

Iul.maiest. eo magis, quòd & ipsi ibidem volentes probare nostram conclusionem, afferunt exemplum in dicta l. qui falsam monetam. quod quidē crimen iam patuit connumerari inter crimina læsæ maiestatis, dicta, quod vtique nō dixissent, nisi tacitè voluissent nobis innuere, quòd non fallit dicta conclusio in omni specie criminis læsæ maiestatis: sed solùm in criminibus læsæ maiestatis recensitis in d.l.quisquis. Nec, meo iudicio, contraria sententia Follerij amplectēda erit contra communem omnium Doctorum sententiam, stante tali distinctione, quam forsan ipse Doctot non aduerterat: nec quidem interpretatio glosæ prædictæ in vers.machinantur.in extrauag. qui sint rebelles (dicentis, ꝙ machinatio de non obediendo Principi punitur, sequuta inobedientia) videtur impugnare dictam limitationem cōmuniter amplexatam à Doctoribus, cùm inibi nulla fiat mentio de contentis in d.l.quisquis, vt patet ex contextu verborum ipsius l.quisquis. & optimè collegit Bossius vbi supra. & quòd hæc limitatio sit verissima sic intellecta solū in terminis dictæ l.quisquis. probatur quoque hac ratione, quoniam omnes etiā infrascripti Doctores dixerunt vnica voce, quòd in crimine læsæ maiestatis, attentato solùm per tractatum, etiam nō sequuto effectu, quis punitur, & ad probationem huiusmodi sententiæ eorum attulerunt dictam l. quisquis. & non illam Extrauag. nec alias leges de eodem crimine pertractantes: nam Didacus Couarruuias in initio secundæ partis, nu.7.§.primò, infertur intellectus ad textum in l.quisquis.C.ad l.Iul.maiesta. dicit, quòd conatus ad crimen prohibitum in d.l. debeat puniri pœna ordinaria, cùm sit atrocissimū. & hoc ipse probat multis medijs, quod quidem dixerat ipse, postquàm docuerat, quòd in communibus criminibus, quotiens sua spontè qui conatur pœniteat, & cesset à perpetrando ipso crimine, nulla sit puniendus pœna: addens posse Iudicem (licèt non teneatur) mitigare pœnam à lege statutam, quotiens lex conatum punierit, vt in l. aut facta.§.euentus. ff.de pœnis, quod intelligendum erit, vt discretus Iudex moderetur pœnam, secundum actuum, & in criminum distinctione. (Adde quam distinctionem infra afferam) quæ omnia ad varias species deduci possunt, quarum aliquam speciem subijciam. Primò infertur, intellectus ad l.quisquis.C.ad l.Iul.maiestat.&c. vt supra. Ex cuius verbis elicitur, ꝙ ipse Doctor sentiebat, quòd prædictum crimen prohibitum iod. l. quisquis. sit solùm illud puniendum ex conatu, etiam si pœnitentia fuerit in causa, quòd non fuisset consumatum. Sed de hoc latiùs in subsequentibus conclusionibus.

Circa verò tertium casum à Doctoribus exceptum à regula tradita in nostra præsenti conclusione de consciscente sibi mortem, intelligere nō possumus quomodo textus inibi citatus hoc probet: cùm potius ex ipso eliciatur, quòd nulla penitus ibi fiat mentio de casu proposito, imò quod contrarium sit verius, quod vt præ oculis omnium appareat, operæpretium duximus afferre tenorē dictæ l.3. ff.de bonis eorum, qui ante sententiam sibi mortem consciscunt. Nam in d.l.3. hæc habentur, videlicet: [Qui rei postulati, vel qui in scelere deprehensi, metu criminis imminētis mortem sibi consciuerunt, hæredem non habeant. Papinianus tamen lib.16. Digestorum ita scribit. Qui rei criminis non postulati, manus sibi intulerunt,

26 † bona eorum fisco non vindicentur: non enim facti sceleritatem esse obnoxiam: sed conscientiæ metum in reo, veluti confesso teneri placuit: ergo aut postulati esse debent, aut in scelere deprehensi, vt si se interfecerint, bona eorum confiscentur: vt autē Diuus Pius rescripsit, ita demū bona eius, qui in reatu mortem sibi conscierit, fisco vindicanda, si eius criminis reus fuerit, vt si damnaretur morte, aut deportatione afficiendus esset. Idem respondit eum, qui modici furti rèus fuisset, licèt suspendio vitam finierit, non videri in eadem causa esse, vt bona eius hæredibus adimenda essent, sicut neque ipsi adimerentur, si compertum in eo furtum fuisset: Ergo ita demum dicendum est, bona eius, qui manus sibi intulit, fisco vindicari, si eo crimine innexus fuerit, vt si conuinceretur, bonis careat. Si quis autem tædio, vel impatientia doloris alicuius, vel alio modo finierit vitā, successorem habere D.Antonius rescripsit. Videri autē & patrem, qui sibi manus intulisset, quod diceretur filium suū occidisse, magis dolore filij amissi mortē sibi irrogasse, & ideo bona eius non esse publicāda, Diuus Adrianus rescripsit. sic autem hoc distinguitur interesse, qua ex causa quis sibi mortem consciuit, sicuti cum quæritur an is, qui sibi manus intulit, & perpetrauit, debeat puniri, quasi de se sententiam tulisset. Nam omnino puniendus est, nisi tędio vitę, vel impatientia alicuius doloris coactus est hoc facere, & meritò si sine causa sibi manus intulit, puniendus est: qui enim sibi nō pepercit, multò minus alij parcet.] hæc in d.l.3. Ex cuius tenore tria potissimum eliciuntur: Primum quorum est, quòd is,

27 † qui se occidit, sit reus talis criminis, pro quo sit indicta pœna mortis, aut deportationis, & insimul confiscationis bonorum. Secundum est, quòd qui seipsum interimit dolore aliquo, vel desperatione, non incurret pœnam confiscationis bonorum. Tertium est, ꝙ qui nixus fuit se interficere, & impeditus ab alijs non perfecit facinus huiusmodi, puniendus erit tanquam tacitè confessus, eadem pœna, qua de iure veniret puniendus, si de tali crimine fuisset confessus expresè, vel conuictus: quapropter si dolore aliquo, vel desperatione hoc scelus attentasset, nullatenus tale pœna afficiendus esset: hæc sunt, quæ colliguntur ex d.l.3.& glo.& Bar.ibidem. Ex quibus luce meridiana clariùs patuit non esse regulam generalem illam, quam supra tradiderunt citati Doctores, & quòd non probetur verbis dictæ l.3. vt patet ad sensum; cùm diuersissimi sint casus: Attamen ne videamur velle detrahere honori tantorum Doctorum, qui meritò iuris Canonici Monarchæ, ac Lucernæ appellandi sunt, pro concordantia dicemus, quòd ipsi Doctores noluerint per illa eorum generalia verba tradere regulam generalem de omni casu, in quo quis sibi consciuerit mortem, sed solùm in casu dictæ l.3. scilicet quando quis esset inquisitus, vel carceri mancipatus pro aliquo crimine, pro quo de iure fuisset puniendus pœna capitali, & nitens se occidere fuit impeditus, quòd tunc affectus, seu conatus puniri deberet, prout puniendus esset ille, qui se interfecisset: & sic patuit ipsos solùm de hoc casu locutos fuisse, quod quidem palàm fit ex eo, quòd ipsi Doctores ad probandam hanc tertiam fallentiam, attulerunt solùm ipsum tex. ipsius l.3.

Circa quartum casum exceptum à regula proposita

poſita in hac ſecunda concluſione, ſcilicet de extrahente aliquem de Eccleſia confugientem ad illam, vt in l.fin.§.ſicubi.C.de his, qui ad Eccleſiam confugerunt. dicẽdum erit, ꝙ licèt ipſi Doctores citauerint dictum §. ſicubi.tñ nulla penitus ibidẽ ſit mentio de caſu propoſito (qđ neglectu Impreſſoris cõtigiſſe credimus) ſed in principio dictæ l. fin. vbi hæc inter alia habentur, videlicet: [Nullos penitus cuiuſcunq; conditionis ſint, de Sacroſanctis Eccleſijs Orthodoxæ fidei expelli, aut trahi, vel protrahi cõfugas, nec pro his venerabiles Epiſcopos, vel Religioſos enconomos exigi, quæ ab ipſis debeantur: ijs, qui hoc moliri, aut facere, aut nuda ſaltẽ cogitatione, atq; tractatu auſi fuerint tẽtare, capitali, & vltimi ſupplicij animaduerſione plectendis.] hæc oĩa in d.l. continentur ad verbum. Ex quibus patuit nullam inibi fieri mentionem de pœnitentia, ac per conſequens, ꝙ nec faciat ad materiam noſtræ concluſionis dictus tex. cùm ibi ſupponatur, ꝙ per ſe nõ ſteterit: & ꝙ hæc noſtra interpretatio ſit optima, & memoriæ commendanda elicitur ex glo. eiuſdẽ l. in verſ. cogitatione, cuius verba formalia ſunt hæc, videlicet: Diſtingue, quia aut eſt cogitatio adeo nuda, vt non trãſierit in aliquod conamen, & tunc nõ punitur, vt ibi. Aut tranſiuit in conamen, licèt non venerit ad effectum, & tũc in grauioribus punitur, vt hic; & infra in l. quiſquis.C.ad l.Iul.maieſt. In minoribus autẽ nõ punitur, niſi ſequatur effectus: (& concludens dixit) & de hac materia plenè dic, vt not. in l.qui ea mente. ff.de furtis : hæc ibi. Et idcircò dixi hoc elici ex d.l. & glo. quia ipſamet glo. in d. l.qui ea mente. his verbis vſus fuit, videlicet: Si autem ad actũ nõ conſumatũ, nec perfectum, ſi quidem, quia noluit, ſed potuit, licet pœnitere; & nõ incidit in pœnã, vt in l.qui falſam, niſi in caſu, vt in l.quiſquis.C.ad l.Iul.maieſt. ſi ergo excepit ſolum caſum in d.l.quiſquis. Inde ſequitur eã incluſiſſe omnes alios caſus, iuxta regulam vulgatiſſimã, in qua dr̃, ꝙ exceptio firmat regulam in contrarium, ſ. in caſibus ſpecialiter non exceptuatis. Bart. qui ſe ſubſcripſit dictæ gloſ. in d. l.fin. & ipſe conſequenter ſe ſubſcripſit præſenti interpretarioni dictæ l.3. à nobis traditæ.

Circa verò quintum, & vltimũ caſum exceptũ à d.regula de occidente per aſſaſſinos, vt in c. pro humani.de homic.in ſexto. vbi mandans occidere aliquẽ per aſſaſſinos ipſo iure incidit in excommunicationẽ. Reſpondebitur præmittẽdo tñ contextum verbum dicti c. pro humani. in quo inter alia, hęc habentur, videlicet: [Sacri approbatione Cõcilij ſtatuimus, vt quicunq; Princeps, Prælatus, ſeu quæuis alia Eccleſiaſtica, Secularisvè perſona, quempiã Chriſtianorum per prædictos aſſaſſinos interfici fecerit, vel etiã mandauerit (quamquam mors ex hoc forſitan non ſequatur) aut eos receptauerit, vel defenderit, ſeu occultauerit, excõicationis, & depoſitionis à dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio, incurrat ſñias ipſo facto: & illa liberè alijs per illos, ad quos eorũ collatio pertinet, conferantur.] hæc ibi inter alia. Ex quibus vr̃ prima fronte probari dicta exceptio, ſ. ꝙ licèt regulariter affectus non puniatur nõ ſequuto effectu, qui potuiſſet perfici ab affectãte, niſi ſe pęnituiſſet, tñ vr̃ hoc fallere in mãdante homicidiũ cõmitti per aſſaſſinos, etiã nõ ſequuto effectu, attamen ſi bene põderabuntur verba dicti Canonis, & verba dictæ noſtræ concluſionis, quam apertiſſimè apparebit, ꝙ caſus expreſſus in d.c. pro humani. à caſu expreſſo in noſtra cõcluſione ſummopere differt : Nam nos diximus ſupra, ꝙ affectus nõ ſequuto effectu, propter pœnitentiam affectantis, non ſit puniendus pœnis ſtatutis, & dictus Canon prohibet ſub tali pœna, non ſolũm effectum nudũ, verum etiã & affectum per affectantem expreſſum per mandatũ, etſi non opere perficiatur id, quod mandatur; & quidẽ quis non animaduertat, ꝙ nõ loquatur Canon in caſu noſtro : cùm veriſſimũ ſit dicere, ꝙ mandare, in caſu dicti Canonis, ſit idẽ, quod affectus cum effectu, reſpectu ipſius mãdantis: cùm mandare ibi prohibeatur ſub tali pœna, & ſic patet, ꝙ affectans mandare homicidiũ perpetrari per aſſaſſinos, ſi non ſequatur mãdatum nõ incidat in pœnam ipſius Canonis: ſed ſi ſequatur mandatum poſt affectum mandandi, vtiq; incidet in pœnam: cùm præceſſerit in mandante affectus mandandi, & poſtmodum ſit ſequutus effectus, ſ. mãdatum ipſum. licet forſan effectus mandati ſequutus non fuiſſet, cùm diſtinguatur mandatum ab effectu mandati, & vterque diſtinctè, & alternatiuè fuerit prohibitus ſub eadem pœna, vt ex contextu verborum ipſius Canonis apertiſſimè colligitur, prout etiam Doctores omnes fatentur locis paulò poſt citandis. Nam glo. in d.c. pro hu
28 mani. in verſ. mandauerit. dicit, ſi mãdauit: † ergo cogitatio non ſtetit in ſuis finibus: & ideo nõ eſt mirum, ſi punitur, aliàs ſecus, de pœnitent. diſtinct. 1. cap. cogitationis. mitius proceditur cum mandante in caſu.c.quicunque. de ſent. excõmun. in ſexto. vbi mandans, & reuocans re integra, pœnam euadit: hic autem puto, ꝙ etiam ſi reuocauerit, re integra, pœnam incurrit, cùm ex ſolo mandato iam priùs ligatus eſſet, & ad hoc facit quod ibidem ſtatim ſequitur. Io. Andr. verò ibidem in quadam additione infraſcriptis vtitur verbis, videlicet : Quod ligatus eſſet ex ſolo mandato patet, quia hoc ipſum mandare eſt delictum conſũmatum, ſuper quo vide quod dixi, inquit, de illo, qui cogitauit, & aliquid egit; ſed non perfecit; ad finem quæſtionis, quam poſui infra, de reg. iur. in pœnis. in Mercurial. hæc ibi. qui Io. Andr. in dicta regula. in pœnis. infraſcriptis vtitur verbis eruditiſſimis, videlicet: Ad iura verò cõtraria, quæ pro delicto non perfecto, etiam pœnam ipſo iure infligunt, ſicut infamiæ, & his ſimiles, de quibus communiter dicunt Doctores, quòd loquuntur in atrociſſimis, vt in hæreſi, & in crimine læſæ maieſtatis: Reſpondetur, aliter hæreſis contrahitur, & perficitur hoc ipſo, ꝙ quis cogitat, & credit errorem, vt in c.ad abolendam.c.excõicamus. el primo, & ſecondo. ext. de hæreticis. Crimen verò læſæ maieſtatis contrahitur ex attentatione. Itẽ attentare ibi eſt delictum, quod expreſsè ius punit. Cùm igitur interuenit attentatio eſt perfectũ delictũ, quod lex puniebat. Vide ſimile in illo, qui locauit operas ſuas, vt pugnaret cum beſtia fera: nã ipſum locare eſt delictum conſumatũ. ff. de poſtul. l.1.§. beſtias. Adde tu, ꝙ hæc ibi habentur, videlicet: [Ergo qui locauit ſolus notaĩ, ſiue depugnauerit, ſiue nõ.] Quid ſi depugnauit, cũ nõ locaſſet operas ſuas? nõ tenebitur: nõ.n. qui cũ beſtijs de
29 pugnauit, teneĩ, ſed qui operas † ſuas in hoc locauit.] hęc ibi. patet (inq̃t Io. And. vbi ſ.) in Decretali, pro humani. de homic. lib.6. qui occidit alios per aſſaſſinos ipſo iure incurrit pœnas ibi impoſitas; ſed nunquid incurrit illas ex mãdato, ſic: non

ex illa parte, qua punitur occidens, sed ex qua pu
nitur mandans: ipsum enim mandare est ipsum
delictum perfectum, quod ipsa constitutio punit
ipso iure certis pœnis: si ergo cogitauit manda-
re, & vocauit mādatarium, sed non mandauit, nō
est perfectum delictū ex eo capite, & sic nec erit
locus pœnæ, ad idem de elect. lib. 6. c. 1. Et sic om
nium contrariorum breuis est solutio, ꝙ non lo-
quuntur de pœna, quæ ipso iure contrahitur: sed
quæ Iudicis ministerio infligitur: Ad illa verò quę
loquuntur de pœna, quæ ipso iure contrahitur; re-
spondetur, ꝙ ibi attentatio, vel conatus deductus
in actum, est ipsum delictum perfectum, quod ius
punit, vel vt alijs verbis vtar: conatus, vel attenta-
tio pœnam delicti ipso iure inflictam incurrat so-
lùm in casibus expressis à iure. hæc omnia nota-
bilia docuit Io. And. vbi supra, quibus luce meri-
diana clarius comprobatur quoq; nostrum asser-
tum in responsionem, ac interpretationem exce-
pti casus propositi in d. c. pro humani. fuisse veris-
simū, cui consonant allata ab infrascriptis Docto-
ribus. Nam ipsemet Io. Andr. in d. c. pro humani.
col. 6. in vers. in glo. si mandauerit. se remittit ad
ea, quæ dixit in dicta regula in pœnis, quamuis
dicat mandātem aliquē interfici per assassinos, vt
in d. c. pro humani. esse casum nouū, quod non ne-
gamus. Vnde multipliciter patuit ipsum Io. Andr.
non aduersatum fuisse pñti nostræ cōclusioni, exci
piendo casum hunc, at potius ipsum voluisse nos
instruere, qūo intelligēda foret d. regula expressa
in nostra conclusione, in qua diximus affectum, ac
conatum nō sequuto effectu minimè puniendū fo
rè, qñ eius effectus impeditus fuisset solum à vo-
luntate affectantis, seu conantis. Idem annuit An-
char. in d. c. pro humani. col. 6. in vers. primo casu.
vbi loquēs gñaliter dicit primo casu. Aut nō perfe
cit, quia noluit, & non punitur, vt in l. falsam, C. de
falsa moneta. Idem docuit Gemin. in d. c. pro hu-
mani. §. sacri. col. 4. in vers. glo. in vers. mādauerit.
in princ. dicens, quia ipsum mandare, hic est de-
lictum consumatum, attamen regulariter parcitur
cogitanti, qui potuit perficere, & noluit, quia pœ
nituit, vt in l. qui falsam. ff. ad l. Corn. de falsis. cu-
ius sñiæ se subripsit Thomas Grāmat. noster Nea-
polit. in voto nono. nu. 10. & 11. licet ipse Thomas
prima fronte vr̄ impugnare ibid. pñtem nostram
conclusionem, asserens, ꝙ imò si semel quis delibe
rasset id perficere, & postea se pœnituit, talis pœ
nitentia ipsum non excusabit. ita dixit Geminia.
in d. c. pro humani. cuius Thomæ sñia, si bene li-
brabitur, statim apparebit ipsum non loquutū ibi
fuisse de alio, quàm de assassinij crimine, tùm qa
ibi de hoc crimine solùm agatur, cùm etiam, quia
citat Geminianum, qui supradicta docuit: qua-
propter patuit ipsum non loquutum ibi fuisse de
materia conclusionis nostre, sed solùm de materia
impugnationis, ac per consequens quòd non fue-
rit aduersatus pñti conclusioni, imò potius fauc-
rit nostrę responsioni factæ ad vltimam impugna-
tionem. Idem docuit Philippus Franchus in d. c.
pro humani. col. 5. nu. 6. & 7. in vers. in glo. in vers.
mandauerit. in fine. dicens, quòd mandans solùm
non sequuto effectu, incidit in pœnam statutam
in d. c. pro humani. & ratio est (secundum ipsum)
quia hic ipsum mandare est delictum consuma-
tum: & pœna imposita ipso iure. Vnde pœnam ip
sam non euadit, quantumcunque reuocet manda-
tum. Idem docuit Augustinus de Arimine in Ad-
dit. super Ang. in tract. de maleficijs. super vers. &
Sempronium Rodulphi barbitonsorem. nu. 8. quē
sequitur Aegidius Bossius in sua Praxi crimin. tit.
de delicto. nu. 48. ex his ergo omnibus patuit ve-
ritas nostræ conclusionis, non obstantibus oppo-
sitis contra ipsam. Pro cujus maiori intelligentia
memoriæ commendanda erit regula illa peropti
ma, quam communiter Doctores tradunt, dicen-
30 tes, ꝙ quotiescunq; lex aliqua † prohibēs aliquid
(sub aliqua speciali pœna ipso facto incurrenda)
considerans solùm affectum, seu conatum, sine ip-
sius sequuto effectu, tūc vnusquisq; pro solo cona-
tu punietur tali pœna taxata, si hoc ipsa lex decla
rasset, vt docet tex. in l. & generaliter. §. si igitur. ff.
de calumniat. vbi hæc ad verbum habentur, vide-
licet: [Si igitur accepit, vt negotium faceret, siue
non fecit, tenetur; & qui accepit ne faceret, etsi fe-
cit, tenetur. Hoc edicto tenetur etiā is, qui depe-
31 ctus est. Depectus † autē dr̄ turpiter pactus.] hæc
ibi. Et quia conformes huic regulæ sunt nonnulli
speciales casus, illos hic enumerabimus. Sciēdum
32 ergo, ꝙ primus casus est, in cōmodāte † domum
ad cōmittendum adulteriū: Nam licèt nō sequat
adulterium, talis cōmodans punietur, vt in l. etsi
amicis. ff. ad l. Iul. de adult. & in l. 1. ff. de extraor-
33 din. crimin. Secundus est, In locante † operas suas
ad pugnandum cum feris: nā facta tali locatione,
siue postea pugnauerit, siue nō, punietur: vt in l. 1.
§. itē Senatuscōsulto. ff. de postulādo. Tertius casus
34 est, in tentāte † corrumpere seruum alienū, vt fur-
tum committeret, licèt ipse seruus non cōmiserit
furtū, punietur, vt in l. si quis seruo. C. de furtis, &
seruo corrupto: nā punietur pęna serui corrupti.
35 † Quartus casus est, si quis à seruo alicuius pecu-
niā (ne furtum ab ipso factū indicaret) accepisset.
siue indicet, siue nō, repetitio competet, vt in l. si
à seruo. ff. de condit. ob turpem causam. Quintus
36 casus est in eo, qui impetrat ius iniquum, † vt ipso
vtatur, qm̄ punietur etiam si ipso nō fuerit vsus, vt
in l. 3. in princ. ff. quod quisque iuris. Sextus casus
37 est in tentante † corrumpere Iudicē, etsi nō fuerit
sequuta ipsius corruptio, vt in l. Imperatores. Seue
rus, & Ant. ff. de iure fisci. & in l. 1. ff. ad l. Corn. de
falsis. vbi cōiter per Doctor. idipsum confirmatur.
Limita præcedentem conclusionē, dicendo, ꝙ
etsi iura sit, quo ad totam pœnam iuris incurren-
dam, non tñ erit quo ad eius partem. Nam impe
ditus à voluntate ne crimen inchoatum cōsuma-
ret, puniēdus nihilominus venit mitius, arbitrio
Iudicis, secundum qualitatem criminis attenta-
ti, ac aliarum conditionum ibi concurrentium.
38 † Hæc limitatio probatur auctoritate Doctorū, &
ratione. Doctores (inquam infrascriptos vltra ci-
tatos in præcedenti cōclusione) qui implicitè id-
ipsum docuerunt, cum dixerint, ꝙ nō sint puniēdi
pœna à iure statuta, implicitè dicentes, ꝙ nō sint
puniēdi pœna ordinaria tota, prout à iure dr̄ fore
puniēdos criminosos pro cōsumatis criminibus.
Nam ibi dixerunt, ꝙ non puniantur; sed nō addi-
derūt, nulla pœna puniatur, vt ostenderēt se loqui
solū de pœna tota, & nō de parte eius imponēda
Iudicis arbitrio. Nā ipsi limitationi se subscripsit
Iulius Clarus in sua Praxi crimin. q. 60. versic. fui
qñq; interrogatus. nunquid in delictis pœnitētia
excuset, asseritq; ibi ipse, ꝙ hæc sit doctrina Ioan.
Andr. in c. cùm laici. extra de iure patron, ad quā
omnes recurrunt, vt dicit Aug. de Arimine in Ad-
dit. ad Angel. in tract. de malefic. in vers. & vestem
cœle-

cœleſtem. nu. 39. hoc ipſum docuit Io. de Ligna. inter conſil.crim.diuerſorum.cõſ.20.nu.16.lib.1. dicens, quòd in hoc reſident omnes, quod tamen intellige (inquit Clarus vbi ſupra) ſecundum ea, quæ dixi in q.92. in verſ.ſcias tamen.in fi. vbi ipſe dixit. In his verò quæ atrociſſimã non ſunt, nullo modo debet Iudex pro ſolo conatu pœnam mortis imponere,niſi id expreſsè ſtatuto, vel lege caueatur,& eo etiam caſu,non niſi deuentum fuerit ad actum proximum, & immediatum ipſi male-
39 ficio: Regulariter autem nõ debet Iudex † conatum impunitum relinquere, ſed ſemper aliquam pœnã extra ordinem infligere. Et nota, ꝙ in illis caſibus ille,qui deuenit ad actum proximum, non poteſt puniri pœnã ordinaria, debet tamẽ acrius puniri pro motu Iudicis, quàm ille, qui deuenit ad actum remotum. & ita tenet cõſuetudo,vt docuit Bald.in l.data opera.nu.77.C.qui accuſ.non poſſ.& ſciendum, quòd huic ſententiæ Clari ſe ſubſcripſit Hyppolitus Bonacoſſa in Theſauro commun. opinio. in verſic. pœnitentia delinquentis, dicens hanc eſſe communem opinionem.

SVMMARIVM.

1 *Conatus ad maleficium committendum non conſumatus impedimento. iuris an ſit puniendus.*
2 *Fur non ſemper liberatur à pœna furti, ſi dominus rei furtiuæ dixerit illud factum fuiſſe eo volente.*
3 *Maleficia non ſunt relinquenda impunita.*
4 *Confeſſio filij, vel ſerui non nocet patri, vel domino, niſi alia ſigna appareant.*
5 *Pœna inflictio in foro exteriori ad quid inuenta ſit.*

CONCLVSIO TERTIA.

AFfectvs, & conatus † perpetrãdi aliquod crimen prohibitum à iure (ſub aliqua pœna ipſo facto incurrenda) attentatus actu extrinſeco, non tñ conſumatus propter impedimẽtum, ſibi extrinſecè illatum, ꝙ põt eſſe iuris, vt in caſu l.inter omnes.§.fin.ff.de furtis. Puta,quidam volebat tibi furari librum,& tu donaſti ſibi, non punietur pœna furti, ſi hoc probaretur: aliquibus indicijs productis,ac probatis in iudicio. Cùm impedimentum hoc nõ fuerit facti,ſed iuris. Quoniam tunc punietur conatus,qñ impedimentũ eſſet facti,propter quod conatus nõ potuit habere effectũ.Hæc cõcluſio probatur triplici medio. Primò.n.per tex.apertiſſ.in d.l.inter omnes. §.fin.in verſ.is ergo. vbi hæc habẽtur,videlicet:[Is ergo ſolus fur eſt,qui id attrectauit, quod inuito dño ſe facere ſcinit. Per contrarium quæritur,ſi ego me inuito dño facere putarem,cùm dñs vellet,an furti actio ſit:& ait Pomponius,furtũ me facere,verũ tñ eſt,vt cùm ego velim,tu licèt ignores ne furto ſim obligatus.] hæc ibi.Vbi glo.in verſ.verum tamen eſt.dicit eſſe furtum:ſed non agitur actione furti: Sciendum inſuper,ꝙ Bar.in d.l.inter omnes.§.rectè.nu.2.in verſ. iuxta hoc, limitat tex.in d.l.& glo.& reſpõder ad contraria: vnde procul dubio ſic noſtra concluſio intelligenda erit vera (vt etiã diximus) infraſcriptis verbis ipſe Bart.ibi vtiſ, videlicet: Iuxta hoc
2 quæro,Iudex inquiſiuit contra aliquem † de furto,comparet dñs rei furtatæ corã Iudice,& dicit illud factum fuiſſe eo volente: vtrum propter hoc ille liberetur ab actione furti: videtur ꝙ ſic, per hunc tex. & hoc diſputãdo tenuit Iac.Butr.& dicebat ſic,officiũ Iudicis inquirentis ſuccedit in locum partis,vt in l.properandum.§.& ſi quidem. C.de iudi.& l.ſi ob cauſam. C.de euic. ſed furtum eſt delictum priuatum,vnde non poſſet alium accuſare inuito dño, eadem ratione Iudex, qui repreſentat perſonã dñi, non poterit inquirere,dño inuito,& cõtradicente.Breuiter quicquid ipſe dicat (inquit Bart.ibid.) vos debetis ſcire, ꝙ ex eo, ꝙ ſit priuato,quęrit ius Reipublicę ad vindictã,vt in l.locatio.§.quod illicitè.ff.de publicanis,& vectigalibus. (Adde tu,ꝙ ibi hæc notatu digna habẽtur verba,videlicet: [Quod illicitè publicè,prĩuatimq; exactum eſt,cum altero tantò paſſis iniuriam exoluitur;per vim verò extortum,cum pœna triplici reſtituitur.amplius extra ordinẽ plectuntur. Alterum.n.vtilitas priuatorum,alterum vigor publicæ diſciplinæ poſtulat.] hæc ibi. Vbi dicit glo.in verſ.alterum.ſ.ordinaria pœna.& nota pu-
3 blicè dicit,ne maleficia † ſint impunita,vt in l.ita vulneratus. ff.ad l.Aquil. ſequitur Bart. vbi ſupra.
4 Modò ego video,ꝙ cõfeſſio † ſerui, vel filij in his, quæ dependent ex factis eorum,non nocet patri, vel dño,niſi appareant alia indicia,vt in l.quæro. in fine.ff.de ædil.edi.& l.cùm probatio.ff.de probat.ita confeſſio iſtius dñi non præiudicat publico,niſi appareant aliqua indicia de ſuo conſenſu: vt quia erat ſibi conſanguineus,vel amicus,& res erat parua, vel conſuetus erat talia concedere, & ſimilia:aliàs quis de facili euaderet vnum furem, quod eſſet abſurdum. Ad id, quod Iacob.Butrig. dicebat, ꝙ Iudex inquirens aſſumit officium partis. Cõcedo,non officium partis principaliter iniuriatæ.hæc omnia docuit doctiſſ.Bart.vbi ſupra. & ſine dubio hoc modo debet limitari ſententia Cardin.in c.1.in vlt.col. extra de eo,qui mitti.in poſſ.rei ſeruan.cau. quem ſequitur Fel.in d.tract. de conatu.col.1.in verſ.fallit primò. & Hyppolit. de Marſil.in l.qui falſam. nu.25. ff.ad l.Cornel.de falſis. Probatur & tertiò hac ratione. Cum.n.pœ-
5 næ inflictio † in foro exteriori adiuuenta ſit,vt homines retraherentur ab iniurijs, ac damnis inferendis proximis ſuis:& in terminis pñtis concluſionis, nulla fuerit illata iniuria, nullumq; detrimentum,eo quòd volenti non fiat iniuria, neque fraus,iuxta tex.in c.ſcienti.de reg.iur.in ſexto.vbi hæc habentur, videlicet: [Scienti, & conſentienti non fit iniuria,neque dolus.] Inde ſequitur,quòd in caſu præſentis cõcluſionis nemo ſit puniendus.

SVMMARIVM.

1 *Conatus rei prohibitæ ſub aliqua pœna ipſo facto incurrenda,quãdo, ſi habuiſſet effectum,nemini nocuiſſet, quomodo erit puniendus.*
2 *Falſitas non nocibilis, ꝙ non ſit punibilis,quomodo ſit intelligendum, vt concordentur omnes Doctores.*
3 *Falſam ſcripturam ſcribens,licèt illa non faciat plenã fidem, ſed aliquod adminiculum, punitur pœna falſi.*
4 *Falſitas, quæ nullo modo eſt nocibilis,nec aliquod indicium facit,non eſt punienda pœna ordinaria.*
5 *Falſitas,vt puniatur pœna ordinaria,quæ requirat.*
6 *Falſitas inſtrumenti,quo quis non vſus fuit, punitur.*
7 *Falſi pœna punitur legatum ſibi aſcribens.*
8 *Inſtrumentum quid ſit.*
9 *Notarius conficiens inſtrumentum falſum,quando non ſit puniendus de falſo.*
10 *Teſtis falſum deponens,quando pœna falſi puniatur.*

11 *Falsitas commissa in scriptura, quæ deficiebat in forma, & circa substantialia, an sit puniendà.*
12. *Testis non iuratus falsum deponens pœna extraordinaria punitur.*
13 *Pars, seu actor, aut reus, pro quo testis deposuit falsum, quãdo excusetur à pœna producentis falsum testem, & quando possit renunciare testi à se producto.*
14 *Instrumentum, quo non se vsurum dicit quis, habebitur pro falso.*
15 *Aduocatus quid faciat, vt possit accusare aduersam partem pro eo, quòd produxerit falsum testem.*
16 *Falsitas non nocibilis, licèt non sit punibilis pœna ordinaria, bene erit punibilis pœna extraordinaria, secundum qualitatem facti.*
17 *Falsitas nocibilis punibilis est pœna ordinaria: sed non nocibilis pœna extraordinaria.*
18 *Felini doctrina in tractatu de conatu, declaratur.*
19 *Reipublicæ expedit quod delicta non remaneant impunita.*

CONCLVSO QVARTA.

Etsi ferè cõmuniter dicatur à Do-
1 ctoribus, quòd affectus, † & conatus alicuius rei prohibitæ (sub aliqua pœna ipso iure incurrenda, qui etiã si habuisset effectum nemini nocuisset, quò nõ puniatur dicta pœna ex eo, quòd dicit glo. in c. quanto. extra de iureiurando. (ex qua colligunt Doctores) quò quando
2 falsitas † committitur circa id, quod de se nõ probat, non nocet: intelligendum est verum. Primò, quo ad pœnam ordinariam incurrendam, non autem extraordinariam, quã omnes infra citãdi Doctores hoc probant: & sic possunt concordari dicti Doctores simpliciter dicentes, quò falsitas non nocibilis non est punibilis, quam Ioãnes de Ana. in c. t. col. 5. in vers. addo circa prædicta. extra de crimine falsi. amplectitur contra glos. in d. c. 1. in vers. Iudici. dicentem: Punitur enim falsus testis, etsi conatus non habuit effectum. Concordari. n. possunt huiusmodi opiniones hac distinctione. vtendo, & dicẽdo, quòd Doctores, qui dixerunt, quòd falsitas non nocibilis, non erit punibilis, verum dicunt, loquẽdo de pœna ordinaria, & quòd sic ipsi intellexerint: qui verò dixerunt, quòd falsitas non nocibilis erit punibilis, loquuti fuerunt de pœna extraordinaria: & sic possunt concordari huiusmodi Doctores: Sciendum insuper, quò communiter traditur à Doctoribus, & hoc tertium, scilicet quò pro falsitatis crimine nemo venit puniendus pœna ordinaria, nisi ipsa falsitas commissa alicui præiudicet, & damnum inferat, quod probatur per infrascriptum textum in l. damus. C. ad l. Cornel. de falsis. iuncta glo. Bart. tamen dixit in l. 1. §. qui in rationibus. ff. ad l. Cornel. de falsis. quod sufficit, vt noceat quo ad semiplenam probationem, vel quo ad aliquod indicium, & idem in effectu ibi docet Salycetus, qui dicit, quò sufficit, quòd possit habere aliquem effectum. Item Bald. in l. qui velut. C. ad l. Corn. de falsis. vbi dicit, quò falsum punitur, dũmodo qualem qualẽ præsumptionem faciat: & rursus idem docuit ipsemet Bald. in rubrica C. de fide instrumentorum. in 15. col. in vers. sed quæritur, si quis scripsit. vbi vult, quòd
3 si quis scripsit † falsam scripturam, licèt illa non faciat plenam fidẽ, dummodo faciat aliquod adminiculum, punitur pœna falsi: & sic concludendo hinc inde dicta dicemus firmiter, quò tam falsitas, quæ plenè nocet (quia probat aliquid contra aliquem) est punibilis pœna ordinaria, quã quæ semiplenè probat, aut qualem qualem præsumptionẽ faciat, vel aliquod indicium facit contra aliquem:
4 Falsitas † verò quæ nõ est aliquo pacto nocibilis, nec aliquod indicium facit contra aliquem, non erit punienda pœna ordinaria, sed solum pœna extraordinaria, seu pœna Stellionatus. Hæc cõclusio probatur triplici medio. Primò enim per arg. in l. damus licentiam. C. ad l. Corn. de falsis. vbi hæc habentur, videlicet: [Damus licentiam litigantibus, si apud Iudicem proferatur scriptura, de qua oritur aliqua disputatio proficiendi virum de falso criminaliter statuat; qui dubitat de instrumẽti fide, experiri, an ciuiliter, quò si expetens vindictam falsi crimen intenderit, tunc quæstione ciuili per sententiam terminata, criminis fiat indago, vel si quis tabulas testamenti, chirographa, attestationesque, necnon & rationes priuatas, vel publicas, pacta, & epistolas, vel vltimas voluntates, donationes, venditiones, vel si quid prolatum aliud instituere conabitur, habeat accusandi facultatẽ. Ciuilis autem inquisitionis inter vtrasque partes consistentium seuior examinatio procedat, cum Iudex, qui præerit quæstioni, intentiones actoris falsas, & conuicta crimina reorum ex legibus pœnis competentibus possit vlcisci.] hæc ibi. Idem probatur per arg. in l. 1. ff. ad l. Cornel. per totum, & specialiter in §. qui in rationibus. vbi hæc habentur, videlicet: [Qui in rationibus, tabulis cereisve, vel alia, quare sine consignatione falsum fecerint, vel rem amouerint, perinde ex his causis, atque si erant falsarij, puniuntur.] hæc ibi. Immo idipsum ferè habetur per omnes leges repositas sub titulo ff. ad l. Cornel. de falsis. Dixi probarĩ per argumentum in dictis legibus primum mem-
5 brum: cum ex ipsis eliciatur, quòd duo supponantur copulatiuè, ac requirantur, † vt quis possit puniri pœna ordinaria de falso. Primum quorũ est, quò falsitas sit nocibilis, vel faciat indicium aliquod contra aliquem. Secundum est, quò id attentarũ sit dolo. Idem probatur per argumentum in l. fin. C. de fide instrum. vbi hæc habentur in eius principio, videlicet: [Cum quidã instrumentum protulerit, vel aliam chartã, eique fidem imposuerit: postea autem persona, contra quam ista chartula, vel instrum prolatum est, quasi falsum hoc constituit redarguere nitatur, &c.] hæc ibi. Dixi probarĩ pñtem conclusionem per arg. in d. l. fin. cum ex ea eliciatur, quò etiã falsitas in chartulis pñtatis in iudicio possit deprehendi, ac puniri. Idem probatur per arg. in l. si quis falsos codicillos. C. ad l. Corn. de falsis. vbi hæc habentur, videlicet: [Si quis falsos codicillos ab ijs, contra quos supplicas, factos esse cõtendis, non ideo accusationẽ cuadere pos-
6 sunt, quò se illis negent vti. † Nã illis nõ prodest ab instrumenti vsu abstinere, qui nõ ipsi falsi machinatores esse dicuntur, & quos periculo solus vsus adstrinxerit, qui autem compositis per scelus codicillis, in seueritatem legis Corneliæ incidunt, nõ possunt defensiones eius recusando, crimen euitare.] hæc in d. l. si quis falsos codicillos. Dixi probari præsentem conclusionem per argum. in dicta l. si quis falsos. & non per dictam legem: quoniam etsi explicitè ex verbis dictæ l. si quis falsos. non habeatur veritas præsentis nostris cõclusionis, bene tñ implicitè, ac tacitè: cũ ex illa eliciatur, quò si

falsitas

falsitas commissa non nocuerit, tamen veniet puniendâ pœna falsi: & hoc, quoniam perfectè fuit consummatum ipsum crimen falsitatis ex parte falsarij, quamuis contigit postea, quòd ipse falsarius non vtendo tali falsa scriptura nemini nocuerit: eo quòd dicta scriptura falsa potuisset in aliquo nocere ipsi, contra quem fuerat commissa dicta falsitas, eo magis, quòd semper sit iudicandum circa aliquod factum, de eo, quod est per se, & nõ de eo, quod est per accidens, & præter intentionẽ illud facientis: cùm falsitas nocibilis per se sit nocibilis: licèt per accidens non noceat alicui. Idẽ prorsus probatur per argumentum in l. si quis legatum. ff. ad l. Cornel. de falsis. vbi inter alia hæc
7 habentur, videlicet: [Si quis legatum † sibi adscripserit, tenetur pœna legis Corneliæ, quamuis inutile sit legatum. Nam & eum teneri constat, qui eo testamento, quod postea ruptum est, vel etiam quod initio non iure fiebat, legatum sibi adscripsit: Hoc tamen tunc verum est, cùm perfectum testamentum erit.] hæc ibi. Dixi probari nostræ conclusionis primum membrum per argumentum in dicta l. si quis. eo, quòd ex ipsa eliciatur, quòd licèt legatum sit factum nullum, ac nihil noceat hæredibus testamentarijs, nihilominus ratione talis scripturæ quis punietur ordinaria pœna falsi. Idem probatur per argum. in l. 1. in princ. ff. de extraordin. crimin. vbi hæc habentur, videlicet: [Solicitatores alienarum nuptiarum, itemq; matrimoniorum interpellatores, etsi effectu sceleris potiri non possunt, propter voluntatem perniciosæ libidinis, extra ordinem puniuntur.] hæc ibi. Dixi probari nostram conclusionem per argumentum in d. l. 1. quoniam licet explicitè text. ibi non contineat verba præsentis nostræ conclusionis, bene tamen ex ipsa elicitur, cùm ex ipsa l. 1. eliciatur (arguendo ab identitate rationis) quòd conatus falsitatis puniatur pœna extraordinaria, vt docuit etiam Bertachinus in suo Repertorio, in titulo de falsitate. in versic. 88. afferens ad hoc probandũ, tex. in l. si fugitiui. C. de seruis fugiti. & citat sententiam Pauli de Castro in consil. suo 149. incip. Vnde. Probatur insuper conclusio & secundò Doctorum auctoritate (quod præsens secũdum membrum ipsius.) Nam glo. in dicta l. damus. in versic. priuatas. infrascriptis verbis vtitur, videlicet: Sed cur hoc, cùm nemini præiudicet si falsum priuatum scripsit instrumentum. Respondeo, quia quantum potui, crimen ad effectum produxi, vel intellige de priuato tali, quod aliquid valet, saltem ad comparationẽ, quia trium testium habet subscriptionem. hæc glo. illa. Idem innuit glo. in dicta l. fina. in versicul. carthulam. dicens, chartulam quamcunque etiam priuatam, quando est producibilis. Idem fatetur glo. in d. l. si falsos codicillos. in versic. vti. dicens, quoniam perfectum fuit delictum, & postea non habet locum pœnitentia. Idẽ docuit in consil. 77. parte 1. per textum in l. si quis decurio. C. ad l. Cornel. de falsis. quod & ibidem docuit Bal. Item Bart. se subscripsit prædicto primo membro in dicto §. qui in rationibus. his verbis vtens, videlicet: Istam l. debetis intelligere, qñ aliquis cõmisit falsum in aliqua re, scriptura, vel consignatione, quæ aliquam fidem faciebat, vel probationem, saltem semiplenam, vel indicium: aliàs secus, vt notatur in l. damus. C. eodem. in gl. super. vers. priuatas. & in d. l. damus. dicit, quòd vt quis incidat in pœnam falsi, primò requiritur, ꝙ illud falsum sit nocibile alteri, vel quòd semiplenè probet, vel aliquale indiciũ faciat contra aliquẽ. hæc Bart. vbi supra. qui in l. si quis legatum. ff. ad l. Cornel. de falsis. nu. 2. in versic. vos debetis scire. post relationem Dyni, infrascripta subintulit, in confirmationem primi membri conclusionis præsentis, videlicet: Vos debetis scire, quòd instrumentum continet quædam pertinentia ad Notarium, & ista est solemnitas instrumenti, quædam sunt, quæ pertinent ad partes: & ista est solemni-
8 tas contractus. Aduertè, appello † instrumentum ipsam chartam continentem id, quod partes faciũt, vt emptionem, venditionem, locationem, & similia: non autem appello contractum ipsum instrumentum, seu chartam: Aut ergo instrumẽtum est inualidum, hoc est contractus (qui continetur in instrumento) est inualidus, aut instrumẽtum in se habet debitam formã, & suas solemnitates, & tunc indistinctè Notarius committit falsum, siue defectus iste sit visibilis, siue inuisibilis: casus est hic in principio: perficit enim ipse Notarius in eo, quod est in se. Quandoque instrumentum est nullum propter defectum ipsius instrumenti, tunc siquidem est nullũ omnino, ita ꝙ ex eo nullũ præiudicium possit parari alteri, tunc non punitur de falso: casus est hic, prout dicit de testamento nõ
9 signato, ratio: quia Notarius † non perficit, quia noluit, cùm posset perficere, vt l. qui falsam. ff. eo. sed si ex hoc posset aliquod præiudicium parari, vt quia non esset publicum, esset tale, quod posset peti, quòd publicetur, vel si procederetur ad comparationem, vel ad aliquod aliud, tunc Notarius punietur, hic est tex. cum glo. in l. damus. C. eod. hæc Bart. qui ibidem nu. 3. & 4. loquens de teste
10 † deponente falsum, dicit, quòd aut dictum suum est nullum ex defectu formæ, verbi gratia. Testis non deposuit in iudicio: sed coram quodam Notario dixit, scribe, quòd ego testificor sic: tunc in casu isto non punitur. argumentum huius l. quia testimonium istud non est testimonium. Sed si dictum testis haberet debitam formã, sed aliàs esset inualidum, tunc puniretur, vt hic. Quæro pro huius declaratione. Testis deposuit non iuratus, dicetur ne habere formã debitam? videtur, ꝙ nõ: vt in l. iusiurandi. C. de testib. Contra. Dicit idem Riccard. Malumb. nam iuramẽtum potest remitti à partibus, vt not. in l. 1. supra. ff. de ferijs. ergo apparet, ꝙ iuramentum nõ est de forma, vel substantia testimonij, præterea, dicit ipse, iuramentũ nõ est introductum in fauorem Iudicis, sed partium, quod apparet, quia si in fauorem Iudicis esset in-
• troductum, partes non possent remittere: ergo testes, dicendo falsum testimonium, licèt nõ iurati, etiã aures Iudicis offendunt, vt in l. nullum. C. de testibus. ergo meritò punietur. hæc omnia ad verbum sunt Bar. & quidem memoriæ cõmendanda, cùm hanc doctrinam plerique omnes ferè Doctores amplectentur tanquam verã, vt testatur Frãciscus Turzanus, & ab ea non dissensit Soci. in conf. 104. incip. Post redditũ. col. 3. etsi dicat ipse Turzanus, ꝙ Salyc. in l. 1. C. de sepulchro violato. contrarium tenuerit, eo quòd dixerit, ꝙ si quis in libro suo falso rescripserit aliquem suum esse debitorem, vel si Notarius in sui fauorem falsum instrũ cõfecerit, quod nõ valet, vt probatur in l. filij. §. 1. ff. ad l. Cornel. de falsis, tales tamen puniuntur pœna falsi: quantum enim in eis fuit, validius falsum cõmittere non potuerunt: Attamen pace dicti Frãcisci

Turzani. dixerimus nunquam ex dictis verbis Salycet. elici poterit, ipsius sententiam aduersari supra relatæ sententiæ Bartoli, imò ei summoperè opitulari. Ná ex verbis Bar. supra relatis hoc elicitur apertissimè quæstioni, eo ꝙ ipse Bart. dixerit, ꝙ quando Notarius fecit instrumentum omnino nullum, ita quòd nemini ex eo præiudicium generetur, non punietur de falso: & hoc verũ est, ꝙ Bar. dixit, vbi supra. Sed animaduertendum, ꝙ non loquitur simpliciter, ꝙ tunc non puniendus sit quis de falso, sed in quo Notarius non perfecit instrumentum falsum, quia noluit, quamuis perficere potuisset, & hoc ex verbis ipsius Bar. elicitur, cùm ipse volens reddere rationem quare de falso in prædicto casu non sit puniendus ipse Notarius, infrascripta præcisa verba subintulit, videlicet; [Ratio, quia Notarius non perfecit, quia noluit, cũ posset perficere.] vt l. qui falsam. ff. eo. hæc Bar. quibus consona sunt verba finalia ipsiusmet Salyc. vbi supra. Nam volens ipse Salycetus nos docere, quando Notarius de falso sit puniendus in casu proposito, non dixit simpliciter, quòd in dicto casu de falso sit puniendus, sed addidit infrascripta verba præcisa, videlicet: [Quantum enim in eis fuit, validius falsum committere non potuerunt.] ac si apertè ipse Bar. dixerit, hunc dico puniendũ de falso. & non illum Notarium, qui non perfecit instrumentum falsum, quia noluit, cùm posset: & hoc patet ex mente eius, arguendo à contrario sensu. & hoc modo sunt interpretati Doctores in-
11 frascripti, qui dixerunt, ꝙ falsitas commissa † in scriptura, quę deficiebat in forma, & circa substantiam, non facit committentẽ reum criminis falsi, quam sententiam esse communem, dicit Alberic. in 2. part. statutorum. q. 147 Socin. cons. 104. nu. 3. vers. tertius casus est, quẽ refert Franciscus de Mariano inter consilia criminalia diuersorum. cons. 100. nu. 1. lib. 2. Idem docet Iulius Clarus in sua Praxi criminali. in §. falsitas. in versic. Item excusatur si falsitas nemini præiudicat, qui confirmat hanc sentẽtiam auctoritate Bartoli vbi supra. Addens, quòd talis falsitas non erit punienda pœna ordinaria, sed solùm extraordinaria: præsenti conclusioni quoque se subscripserunt infrascripti Doctores, dicentes hãc esse communem opinionem, videlicet Alex. in cons. 145. col. 1. vers. cõfirmo per id, lib. 6. Barbat. cons. 52. nu. 4. lib. 3. Soc. cons. 103. nu. 1. & 2. lib. 1. quod est duplicatum in cons. 185. lib. 2. quem refert Iulius Clarus vbi supra & Dydacus Couarruuias in §. septimò relectionis priuatæ partis, nu. 6. in vers. pœnæ verò statutæ aduersus testes. dicẽs, ꝙ communiter Doctores post glos. in l. damus. C. ad l. Corn. de falsis. hoc docent Conradus in sua Pract. fol. 399. post nu. 33. vbi multos recensuit Doctores, & casus diuersos. Foller. in sua Pract. crim. in quarta par. tertię par. f. 346. nu. 102. Viuius in lib. 6. communium opinion. in vers. falsitas, quæ nemini, vt refert Clarus, vbi §. Plottus in repet. l. si quando. nu. 716. in fine. & dicit Curt. iunior de feudis. in quarta parte, in prima causa amissionis feudi. q. 10. quod hæc est cõmunis practica, qua Aduocati sæpe vtuntur. Idẽ docuit Bal. in l. iusiurãdum. in fine. C. de testibus. dicens, si te-
12 stis deposuit falsum non iuratus, † si nullo modo iurauit, punitur crimine stellionatus, idest pœna extraordinaria, & non crimine falsi; si verò iurauit, sed nõ solemniter, & tunc directè punitur pœna falsi, §. l. Corn. quia licet testificatio non habeat effectum esse, habet tamen figuram esse, iuramẽto autem non interueniente non habet figuram, nec substantiam, & ideo solùm punitur, quia offendit aures Iudicis. & idem rursus ipse Bal. docet in l. 1. C. de sepulchro violato. cuius Baldi sententiæ se subscripsit Io. de Ana. (ipsam referendo) in c. 1. ex. de crimine falsi col. 5. Animaduertendũ summopere erit pro decisione præsentis quæstionis id, quod docet Bar. in d. l. si falsos Codicillos. C. ad l. Corn. de falsis. pro instructione Aduocatorum, circa materiã falsitatis, infrascriptis verbis vtens, videlicet: Per hanc legem practicant Aduocati, ꝙ qñ testes apertè producti reperiuntur dixisse aliquod falsum, publicatis attestationibus, quod faciunt partem illã interrogare, an velit vti illis te-
13 stibus, & attestationibus: & si dicit pars, † ego dico me nolle vti dicto talis testis, intelligitur excusatus a pœna falsi: secus si ipse illum testem induxisset ad probandũ aliquid falsum: quia articulus de se cõtinebat falsitatem: tunc. n. incideret in falsum: ex eo, ꝙ eum ad hoc scienter produxit, & fecit eum dicere falsum testimonium: secus si super aliquibus incidẽtibus testis falsum dixisset: tunc enim pars, quæ ad hoc eum non produxit, potest licitè renunciare. Nota etiã, ꝙ quando aliquis di-
14 cit se non vsurum † aliquo instr̃o, illud instr̃m habetur vt falsum, vt in l. si aduersarius. C. de fide instrumentorum. Item est consilium ex hac l. ꝙ Ad-
15 uocatus † partis contra quem testis aliquid falsũ dixerit, faciat requiri partem, si vult vti illis attestationibus: si enim se dicat vti velle, poterit partem vnà cum teste accusare de falso. hæc Bart. vbi supra. Regrediendo modò ad probationem pñtis conclusionis: sciẽdum, ꝙ ei se subscripsit Alberic. in 2. par. statutorũ, q. 136. Cotta in Memoriali in vers. mendax. circa finẽ. hanc opinionem esse communem, dicit Gand. de malefic. in tit. de falsario, nu. 21. relatus, & ipse in Practica Cõradi. fol. 395. post nu. 20. Iulius Clar. vbi §. concordando sententiam Baldi in l. fin. nu. 20. C. si ex falsis instrumentis, docentis, quòd siue testis diceret verum, siue falsum, & siue probaretur illud, quod deposuit, siue non, in omnẽ casum nõ poterat alicui nocere, etiam si falsitas detecta non fuisset, ꝙ huiusmodi testis inutilis falsum deponens, puniatur de falso, & sententiã Socini in d. cons. 103. nu. 1. lib. 1. contrarium asserentis, & dicẽtis, ꝙ in contrarium est communis Doctorũ sententia, & ꝙ ita intelligenda sit glo. in d. l. damus, qui Socinus in cons. 104. nu. 2. lib. 1. docuit, idẽ dicendum fore, quando aliquis committeret falsitatẽ in scriptura, quæ de se nullam faceret probationem, puta si quis in libro suo scriberet aliquem esse suum debitorem, & dicit, quòd Salyc. in l. 1. nu. 6. C. de sepulchro violato. tenuit, ꝙ hoc casu debeat puniri de falso, & ꝙ malè sit loquutus, & contra cõmunem opinionẽ. & ita, ꝙ talis falsitas puniri non possit, dicit esse cõem opin. Plot. in repet. l. si quando. nu. 722. ipse (inquam) Iulius Clarus ibid. subdidit, dicens, sed certè, iudicio meo, hoc non transit sine difficultate, quia Doctores in hac materia loquentes considerant, non solum, quòd falsitas possit nocere eo tempore, quo fit, sed etiam, quòd in futurum sit apta aliquo casu nocere scriptura, vel liber priuatus viri probi post eius mortem producta. Propterea subdidit ipse Iulius Clarus: ego hoc casu dicerem, quòd aut talis falsum committens, vsus est etiam illa re falsificata, puta eam producen-

do in

do in iudicio, vel huiusmodi, & tunc debeat puniri de falso, iuxta opinionem Salyceti, saltem pœna extraordinaria, aliàs autem posset teneri opinio Socini tanquam mitior. Quando verò scriptura falsificata, vel dictum testis falsi poterat alicui præiudicare, vbi falsitas detecta non fuisset, & hoc casu tali distinctione erit vtendum: dicēdo quòd aut actus de se erat validus in substātia, & forma, sed in alijs deficiebat. Aut actus peccabat in substātia, & forma. Si primò, tunc puniet falsarius pœna falsi, perinde ac si fuisset oīno validus, & ita finaliter cōcludit Marsil. in cons. 70. nu. 12. post multos Doctores. Si verò secundò, scilicet si actus peccabat in substantia, & forma: & tunc ex quo non poterat nocere, non debet puniri pœna falsi ordinaria, sed extra ordinem, pœna Stellionatus; & ita intelligo (inquit ipse Iulius Clarus) doctrinam Bartoli, & Gand. in loco præcitato, & in hoc proposito generaliter concludo (subdidit ipse Clarus) quod
16 licet falsitas † non nocibilis non sit punienda pœna falsi ordinaria: debet tñ puniri pœna extraordinaria secundum qualitatem facti, & personarum, arbitrio Iudicis. & hæc est communis opinio, vt dicit Plotus in repet. l. si quando, post numer. 721. hæc Iulius Clarus vbi supra, & quòd pœna ordinaria falsi non sit punibilis ipsa falsitas nō nocibilis vltra supra relatos, docuerunt infrascripti Doctores, videlicet, Alexand. de Imola in consil. 145. nu. 3. lib. 6. & in consil. 53. num. 14. in lib. 7. consil latè Aymon. Crauet. in consil. 46. num. 1. & 2. & dicit communem esse opinionem, Socin. Senen. in cons. 103. in facto, & consil 104. Post reditum in primo volumine consil. Plotus in l. si quando, §. 4. incip. falsi crimen, num. 9. in fine, C. vnde vi Gabriellius in consil. 169 nu. 21. Hyppolitus Bonacossæ in tractat. communium opinionum. In versi. falsarius, §. falsitas non punitur. Abb. in consil. 95. Doctores & glosa in c. quanto, extra de iureiurando. Parisius in consil. 169. num. 61. vlt. volumine, incip. Et scriptura libri mercatoris præsumitur facta præsente parte. Bald. in l. si quis, colum. 2. ver. Item quia scriptura, ff. de edend. & idem Bald. in l. fin. colum. 2. quæst. 5. ver. Primo casu, C. de edicto Diui Adriani tollen. & in l. si prætor, in Apostillis in fine. Paulus de Castro in cons. 9. per totum, in tertio volumine. Socinus in Rubrica de crimine falsi. num. 5. Baldus in cons. 33 num. 2. Alex. in consil. 73. nu. 4. Tiraquellus, de pœnis temperandis causa 44. nu. 71. qui omnes Doctores vbi supra incipiendo à Gabriellio concludunt, quòd si quis in priuata scriptura, quæ nullam facit fidem, dolo malo veritatē immutat, non poterit puniri de falso: & quòd falsi pœna non puniatur quis pro falsitate non nocitura, docent quoque Cyn. Salyc. post glo. in l. damus, C. ad l. Cornel. de falsis. Ang. Are. in d. l. damus, colum. 3. Paulus de Castro in consil. 149. Alexand. in consil. 74. par. 1. Idem docet Hyppolitus de Marsilijs in l. 1. §. preterea, num. 14. 15. & 16. ff. eod. citās ad hoc ipsum confirmandum Bartolum loco supra citato Tancredam in sua compendiosa, sub rubrica 8. q. 9. Petrum de Anchar. in consil. suo 172. incip. circa primum post principium, Alex. in cons. suo 70. incip. viso processu, in vltima colum. & in cons. 74. incip. viso testamento, in sexta colum. in 1. volum. Tancreda rursus in dicta sua compendiosa in rubrica 8. quæst. 5. versi. præterea, Angelus de Aret. in tractat. suo maleficiorum, in vers. falsario, versic. quero quot modis &c. ibi habeas tamen pro fundamento, Paulus de Castro in consil. suo incip. si quis falsificauerit, & in consil. 151. incip. videtur dicendum, quòd dictus præsbiter, & alios etiam ipse Hyppolitus citauit, qui idem cōfirmauit plerisque in locis, scilicet in l. qui falsam monetam, num. 26. vers. Secundus est casus, ff. ad l. Cornel. de falsis, & in 2. volum. Consiliorum, in cons. 105. nu. 11 & in consil. 111. nu. 17. & quòd pœna extraordinaria, scilicet Stellionatus sit punienda falsitas non nocibilis, vltra supra citatos Doctores sunt infrascripti, videlicet, Bertachinus in suo repertorio in vers. Falsitas litterarum, vers. 58. vbi dixit, quòd falsitas in scriptura aliàs carente effectu non punitur. Paulus de Castro in cons. 148. Item prædicta vera quòd non punitur pœna falsi, sed extraordinaria sic, secundum Cyn. singulariter in l. 1. C. de sepulchro violato. Felinus in cap. tua nos, num. 8. extra de iureiur. sequens sententiam Antonij de Butrio, & Panor. in c. olim. extra de rescriptis dicentium per illum text. quòd si quis falsat litteras, quæ aliàs sunt nullæ, vel iniustæ, tamen incurret pœnam falsi, licèt ex hoc mitius puniatur. Sequitur ipse Felinus Ioannem Andr. in Regula. Nō est sine culpa, de regulis iuris in 6. & Bart. in l. si quis legatum, ff. ad l. Cornel. de falsis. dicentes, quòd licèt testis deponat falsum in iudicio nullo, & sic dictum eius ex alio capite non valeat, (Adde vt ipsi dixerunt, si non iuratus etiam in iudicio legitimo falsum deposuisset sine sibi concessa relaxatione iuramenti facta à parte, contra quam deposuit, tamen punitur de falso. Et quod falsitas non nocibilis sit punienda pœna extraordinaria, est communis opinio, vt docet Raymundus Pius fich. in libro communium opinionum in littera F. referens Plotum, & Iulium Clarum locis supra citatis. Idem docet Hyppolitus de Marsilijs, in l. 1. §. præterea, num. 29. & 30. ff. ad l. Cornel. de sicarijs: sed quia elegantissimè procedit in hac quæstione, & ad verbum adstipulatur præsentis nostræ conclusionis distinctioni supra allatæ pro concordia Doctorum, qui videntur secundum verborum corticem contrarij, iccirco ad verbum eius verba hinc inseram, & sunt hæc, videlicet, Pro concordia potes dicere, quòd testis, qui dicit falsum, quando eius dictum est nullum, vel quando talis falsitas nemini nocet,
17 non punitur, † scilicet pœna ordinaria falsi: & ita procedant iura supra allegata; tamen talis testis punitur extraordinariè crimine Stellionatus; & ita procedat dictum Angeli, & sequacium: & hoc, qd talis testis non puniatur pœna falsi ordinaria, sed pœna Stellionatus tenet Cyn. in l. 1. C. de sepul. violat. Ioannes Andr. in regula. Non est sine culpa, de reg. iur. in 6. in Mercur. (Adde tu quòd ipse Ioann. Andr. ibi sequutus fuit Richardum Malumbra virum doctissimum, & ipsum Ioannem Andr. sequuti fuerunt Felinus in cap. tua nos, col. 3. num. 8. extra de iureiurando, Panorm. in cap. 1. num. 7. extra de crimine falsi. Anton. de Butrio in dicto c, 1. col. 2. vers. An autem puniatur simpliciter pœna falsi.) Baldus in l. iusiurandi, in fine, C. de testibus. Albericus de Rosatis in secūda parte Statutorum in quæst. 147. incip. Item quæro tres quæstiones. Vbi notanter arguit pro, & contra Dynum, & concludit quòd talis punitur pœna Stellionatus: & dicit quòd hanc partem tenuit Guido de Suza, Martinus de Fano, Iacobus de Are. Dyn. de Musel. & cōmuniter alij Doctores, & dicit in fine, quòd ita obseruari communiter vidit, quam partem te-

net

net etiam Gandinus in tracta.suo Maleficiorum, sub rubrica de fal.in 4.col.in versic. subijciamus, & ibi in 9.colum.versic. Vltimo quasdam, vbi dicit, quòd hæc est communis opinio Doctorum, & hanc partem etiam tenet Bald. in l.fin. C.si ex falsis instrumentis, & idem tenent Doctores in dictis locis in Notario conficiente instrumentũ nullum, vel falsum, dummodo talis falsitas nõ noceat alicui. hæc omnia tradidit Hyppolitus de Marsilijs vbi suprà. Sciendum insuper, quòd præsenti sententiæ se subscripserunt quoque infrascripti Doctores, videlicet Ferrant.Garzia.in cons.125.nu. 21.versic.sed posito citrà veri præiudicium, quòd non potuisset puniri ordinariè, tamen negari non potest, quin est puniendus extra ordinem: & hoc ipse dixit in Tomo 1. consiliorum suorũ ad caus. crimin.nouissimè edito. Hyppolitus Riminald.in l.1.num.118.ff.quod quisque iuris, in quibus locis ambo ipsi Doctores hanc sententiam communiter approbatam esse meminerunt. Nouissimè Baldassar Quint. Aquileosis in suis additionibus ad consil.Pauli de Castro cons.9.num.3.in vers. Aliquali ter puniendus, in tertia parte Consiliorum. Gaspat Caballi.in glosa ad Egidianas cõstitutiones, lib. 5.c.12.in verſ.falsò, Laur.Kirchouius in lib.commun.opin.in ver.falsum. Hyppolitus Bonacossæ in commun.opin.lib.in vers.falsitas excusatur. dicẽs hanc esse communem opinionem. Bologninus in consi.30.communem hanc esse opinionem docet. Soarez in lib.commun.opin. In vers. falsi crimen, num.14. Gargiareus patrocinio 27.num.47. Menochius de arbitrio iudicis casu 306.num.22.Beccius in cons.78.nu.15.dicens hanc esse communẽ opinionem. Apostillan.ad cons.9. Pauli de Castro num.3.in 1.volum. & quòd hæc sit communis opinio dicitur ibi Bald.in l.1.col.fin.in fine, C.de sepulchro viol.Salicetus in d.l.1.col.2.Bal.in consil. 294.col. 1.vol.1.Grammaticus decis.27.nu.6.& in voto 25.num.12. Vbi dicit hanc esse communem opinionem. Anton.Gabriel in lib.7.communium conclusionum, titu.de Maleficijs, Conclusione 5. num.14.Egidius Bossius in sua praxi criminali, tit.de falsis, num.88. qui sequitur Hyppolitum de Marsilijs loco citato, & secundum hanc distinctionem declarare se dicit sententiam Felini, in c.1. extra de præsumptio.in vers.fallit secundò. Adde quòd Felinus tam ibi, quàm in tract.de conatu, in
18 vers.fallit secundò concludit, quòd Conatus † alicuius rei prohibitæ, etiam si habuisset effectum, & nemini nocuisset, nõ esset punibilis, & quidem ipse Felinus hoc intelligebat de pœna ordinaria, & non de pœna extraordinaria: nam in c.tua nos, col.3.nu.8.extra de iureiurando, subscripsit se sententiæ Ioanuis Andr.in dicta Regula. Non est sine culpa.qui Ioannes And.ibi recitat, & amplectitur sententiam Richardi Malumbrę, se per omnia sub scribentis præsenti nostrę cõclusioni. Ex his igitur patet quomodo sit intelligenda dicta sentẽtia domini Felini in dicta secunda fallentia. Præsenti nostræ conclusioni se subscripsit quoque August. de Arimino in addit. Angeli Aretini in tract. de Maleficijs, in vers.falsario, vers. Tu autem in hac materia.num.7.se subscribens sententiæ Cyn.supra relatæ. Probatur & tertiò præsens conclusio quoad vtrumque membrum hac ratione, videlicet. Cum
19 expediat Reipublicæ, † quòd delicta non remaneãt impunita: indè sequitur quòd meritò falsarius puniẽdus erit pro diuersa qualitate falsitatis; & quoniam qui falsitatem proximo nocibilẽ per se quis atteotauit, magis proximum læsit: qui verò falsitatem non nocibilem per se, vel per accidẽs minus proximum damnificauit, meritò minorem pœnam incurret, ac per consequens extraordinariè, & non pœna ordinaria falsi punietur; Quapropter patuit, quòd isto modo est intelligenda sententia Felini, & Bartoli in citatis locis. & tali pacto fuit absoluta ac decisa tam difficilis, & quotidiana quæstio: & sic fuit decisum per sententiam ab Illustrissimo & Reuerendissimo Mattheucio Legato, seu Nuncio Apostolico in Republica, & Statu Venetorum, & per eius Auditorem in causa cuiusdam Præsbiteri in fauorem Monasterij Sancti Georgij maioris nostræ Congregationis Cassin. me fungente tunc officio Procuratoris dicti Monasterij in anno Domini 1588. postquàm dictus præsbyter aduersarius dicti nostri Monasterij per trimestre carceri fuisset mancipatus, ratione quarundam litterarum scriptarum nomine cuiusdam ville in spiritualibus subditæ dicto Monasterio, ipsius verò villæ officialibus ignorantibus: contra honorem cuiusdam Parochi dictæ villæ: etsi dictæ litteræ aliquo pacto dicto Parocho nocere non potuissent, nonnullis rationibus, quæ breuitati studẽtes silentio pertransimus.

SVMMARIVM.

1 *Affectus, seu conatus criminis etiam atrocissimi, non sequuto effectu, an veniat puniendus pœna ordinaria, lata tam à iure communi, quàm statutario, ac si fuisset sequutus effectus.*
2 *Eligentes indignum scienter quam pœnam incurrant.*
3 *Stuprum committens cum puero, vel muliere, quam pœnam incurrat, & id attentans ipso non sequuto, quam pœnam incurrat.*
4 *Pœna imposita bis verbis, ipso facto, vel ipso iure, semper requirunt terminos consumatos.*
5 *Irregularitatem quis non incurrit, nisi sequuta morte vel membri truncatione, licèt ad actum processerit, ex quo id sequi poterat.*
6 *Absoluendi, & ligandi par ius est.*
7 *Mulier nubens infra tempus luctus, est infamis; secus si solùm nubere attentauerit.*
8 *Pœnam ipso iure incurrendam nemo incidet pro facto inchoato, nisi hoc specialiter, in iure sit cautum: tamen Iudicis arbitrio punietur.*
9 *Statutum dicens, quòd propinans alicui venenum pœna mortis puniatur, quomodo sit intelligendum.*
10 *Mandans per mandatum habitum pro delicto consumato punietur pœna ordinaria, etsi illud non fuisset exequutum.*
11 *Et si de iure prima voluntas delinquentis inspiciatur, tamen de consuetudine animus occidendi, non sequuto homicidio, etiam si percusserit quis, non tamen punietur pœna capitali, sed mitiori.*
12 *Verba sunt intelligenda cum effectu.*
13 *Pœna personalis vbicunque imponitur, requiritur actus consumatus.*
14 *Pœna vbicunque a iure in casu proposito non est determinata, etsi dolus insit extraordinaria imponitur.*
15 *Rapiens puellam non punietur pœna mortis, nisi eam carnaliter cognouerit.*
16 *Vxor insidians vitæ sui coniugis diuiditur ab ipso.*
17 *Percussio in sacra Scriptura aliquando sumitur pro occisione.*

18 *Præcepta diuina sunt in triplici differentia.*

19 *Ratio est proprium principium humanorum actuum.*

20 *Mores qui dicuntur boni, & qui mali.*

21 *Præcepta moralia pertinent ad legem naturæ, & quare, & quomodo.*

22 *Præcepta primæ & secundæ tabulæ, in quo differant à præceptis alijs diuinis.*

23 *Præcepta Decalogi quis scripserit in duabus illis tabulis lapideis.*

24 *Præcepta moralia differunt à cæremonialibus, & iudicialibus, & in quibus. & nu. 28.*

25 *Præcepta moralia sunt indispensabilia, & immutabilia, & quare.*

26 *Præceptorum ordo consonat ordini inclinationum naturalium.*

27 *Ius naturale esse quod in lege, & Prophetis cõtinetur, quomodo sit intelligendum.*

29 *Lex humana quare non curet aliquid instituere quood cultum diuinum.*

30 *Legis Diuinæ obiectum, quid sit.*

31 *Cæremonia vnde dicatur.*

32 *Cæremonialium præceptorum obseruatio an hodie sit necessaria ad salutem vt antiquitùs, & quare.*

33 *Præcepta iudicialia quæ dicenda sint, & in quibus consistant.*

34 *Præceptum aliquod esse figurale contingit dupliciter.*

35 *Præcepta Diuina iudicialia an sine peccato possint hodie obseruari.*

36 *Præcepta Diuina iudicialia, quare hodie possent obseruari sine peccato, cæremonialia verò non.*

37 *Consuetudo generalis, & rationabilis derogat iuri communi.*

38 *Consuetudo est legum interpres.*

39 *Statutum dicens, quòd volens aliquam corrumpere tali pœna puniatur, interpretabitur, si quis voluntariè corruperit. Vnde hoc solùm attentans, tali pœna non punietur.*

40 *Statutum locum habet in factis quoad homicidas puniendos, & non in voluntate solum.*

41 *Verbum Ipso facto, in iuribus pœnalibus insertũ, quid denotet.*

42 *Lex pœnalis requirit factum consumatum (quoad pœnã ibi indictam incurrendam) quando imponitur pœna sub his verbis, Ipso iure, vel ipso facto.*

43 *Statutorum verba semper sunt intelligenda cum effectu.*

44 *Animus quo casu non inspiciatur in delictis, sed factũ.*

45 *Criminosus poterit grauiori pœna puniri pœna ordinaria ex causa rationabili, etiam in casu, in quo pœna ordinaria de iure quis veniret puniendus ex attentato, & non consumato crimine.*

46 *Relaxare pœnam reo, quid sit.*

47 *Mutare pœnam, quid sit.*

48 *Alterare pœnam, quid sit.*

49 *Condemnatio aliquando per officium Iudicis, augetur tam in causa ciuili, quàm criminali secundum naturam actionis, & delicti ex aliqua qualitate inhærente delicto.*

50 *Pœna ordinaria delicti, ex quibus causis possit augeri.*

51 *Infamia quando tollatur ex iniunctione grauioris pœnæ pœna ordinaria.*

52 *Augmentationis pœnarum ordinariarum causæ sunt duæ: & prima, & secunda causa quæ sit.*

53 *Pœna vna dicetur grauior alia quatuor de causis, & quæ sint illæ.*

54 *Enormitas criminis dat Iudici potestatem transgrediendi iura tam in procedendo, quam in puniendo.*

55 *Infamatus de aliquo crimine, & tertiò monitus se non corrigens, ab officio suspenditur vsque ad purgationem Canonicam ritè peractam.*

56 *Pœna, qua punitur falsarius litterarum Apostolicarum, quæ sit.*

57 *Litteris Apostolicis falsis vtentes, vel eas impetrantes qua pœna sint puniendi.*

58 *Traditio Curiæ sæculari (cùm clericus tali Curiæ traditur ob eius crimen) quomodo sit facienda.*

59 *Clericus conuictus de aliquo crimine, qua pœna regulariter veniat puniendus.*

60 *Criminis vnius propter enormitatem quis venit puniendus pluribus pœnis, & exemplificatur multipliciter.*

61 *Pœna eorum, qui ferrum, arma, & alia opportuna ad debellandos Christianos deferant Saracenis, describitur.*

62 *Pœna vnica solùm regulariter debetur vnico delicto.*

63 *Iura generaliter aliquid præcipientia, in casibus tamen singularibus propter criminis enormitatem transgrediuntur Iudices, & hoc iure optimo, & exemplificatur.*

64 *Appellatio quæ operetur.*

65 *Causa criminali ad aliquem puniendum intentata, probationes regulariter luce meridiana clariores requiruntur: fallit tamen in probando assassinio.*

66 *Pœna augenda erit, quando multis grassantibus exemplo opus sit.*

67 *Euentus est spectandus in maleficijs.*

68 *Iudices posse rationabili de causa grauiùs punire aliquem, quàm lex decreuerit regulariter, probatur multipliciter.*

69 *Iudex in imponendis pœnis quæ considerabit.*

70 *Multitudinis peccatum mitiori pœna puniendum.*

71 *Crimen commissum à paucis, quando dubium erit, ne à multis committatur propter personas aptas ad illud perpetrandum, tunc erit pœna ordinaria augenda: vt cæteri metu pœnæ ab ipso retrahantur.*

72 *Iudex ex causa poterit augere et minuere pœnam à iure indictam, nec in hoc dicetur legum transgressor.*

73 *Regula procedendi in puniendis criminibus atrocissimis tradita à Iulio Claro.*

74 *Iudex in criminibus non atrocissimis pro solo conatu, non debet mortis pœnam imponere, sed aliam extraordinariam, habito respectu ad conditiones facti, loci, & personarum.*

75 *Iura punientia solùm conatum pœna ibi contenta intelligenda erãt, vt procedunt quando deuentum esset ad actum proximum maleficio.*

76 *Pœna iudicis minuẽtis pœnam inflictam à iure sine causa, quæ sit.*

77 *Iudex minuens pœnam à iure statutam, in sententia causam minorationis exprimere debet.*

78 *Voluntas apud Deum habetur pro facto.*

79 *Voluntas peccandi non punietur in foro pœnitentiali eadem pœna, qua ipsum opus factum opere exteriori, et quare.*

80 *Iudicem sine causa non posse minuere pœnam à iure taxatam, probatur.*

81 *Iudicem posse cum causæ cognitione ex causa rationabili minuere pœnam à iure inflictam.*

82 *Quibus iudicibus liceat aggrauare, vel minuere pœnas indictas à iure communi et statutis.*

83 *Dispẽsare super crimine et eius pœna aliud est, et aliud rigorem legis pœnalis ex causa minuere.*

84 *Episcopis dispensare quando liceat.*

85 *Iudex rationabili de causa poterit mitigare, seu minorare*

rare pœnam indictam à iure communi ipso facto incursam.

86 *Diminutionis pœnarum causæ, quæ sint.*

87 *Iudex quando ex diminutione pœnæ dicatur dispensare super infamia incursa.*

88 *Diminutionis pœnarum causæ sunt in duplici differentia.*

89 *Statutariæ pœnæ poterunt augeri, & minui à Iudice ex causa cognita, & rationabili.*

90 *Sententiæ seueritas eximit aliquando ab incurrenda infamia.*

91 *Seueritati detrahendum erit, quando merito multorum strages & ruina timetur.*

92 *Minoratur pœna ijs, qui aliqua causa ad communicandum excommunicationis moti fuerunt: non autem in alijs.*

93 *Iudices & iustitiæ ministri licitè aliquando ratione casuum emergentium leges transgrediuntur, prout etiam arbitri.*

94 *Iudices possent pœnam statuti punientis receptantes bãnitos minorare, si receptator esset agnatus, & bannitus impunè occidi non poterat, secus si impunè: cùm dicendus sit hostis ciuitatis, & sic nullo pacto recipi: & hac possent facere ipsi Iudices causa cognita.*

95 *Pœna augenda, aut minuenda consideratur tempus sententiæ, & non tempus delicti.*

96 *Pęna pecuniaria imposita a iure, minoratur propter inopiam rei, nec commutatur in corporalem, sed in aliam pecuniariam.*

97 *Pœna imposita ipso iure, nisi a Iudice remittatur cum causa cognitione, nihil fit: cum non posset Iudex condemnato de furto infamiam indè incursam remittere, quoniam aliàs a lege suppleretur. Pœna verò, quæ imponenda venit a Iudice, poterit ab ipso sine causa cognitione, existente causa rationabili: etsi malefaciat Iudex, & puniri de hoc possit. Non tamen hoc poterit facere post sententiam, & quare.*

98 *Ex metu delinquens est mitiùs puniendus, etsi reuera talis delinquens incurrat pœnam iuris: & idem dicitur si in delinquente reperiatur alia causa minorationis pœnæ indictæ a iure.*

99 *Iudex poterit ex causa minuere vel augere pœnam à statuto vel consuetudine impositam, & quare.*

100 *Statuta non iudaicè secundum corticem intelligenda sunt, sed secundum rationem.*

101 *Iudex poterit citra mortem móderari pœnam statuti dicentis furem pro paruo furto posse furca suspendi.*

102 *Iuris appellatione simpliciter nuncupati non solùm venit ius commune, & municipale, verumetiam consuetudinarium.*

103 *Statuta recipiunt interpretationem, ampliationem, & limitationem a iure communi.*

104 *Iudices quare possint minorare pœnas inflictas a iure communi, & municipali.*

105 *Iudices poterunt augere vel minuere pœnas indictas a iure tam communi, quàm municipali, stante causa rationabili, etiam si iurassent vtrumque ius seruare in iudicando, & quare.*

106 *Iuramentum quando non erit obligatorium, & ipsum tunc obseruans veniat puniendus.*

107 *Iudices iurare tenentur se obseruaturos leges in iudicijs decernendis.*

108 *Statuta disponentia in casu expresso a iure communi, quomodo sint interpretanda.*

109 *Iuramentum, quando sit dicendum potius periurium.*

110 *Ratio optima ipsius ampliationis vltra alias.*

111 *Iurantes seruare statuta, in quibus licita, & illicita cõtinentur, quare non teneantur ad seruanda illicita ibi contenta, perpulchra iuris Pontificij decisio.*

112 *Iuraturus seruare statuta, quibus verbis vti debeant.*

113 *Iuramentum iurantis seruare consuetudinem, & statuta, quomodo erit interpretandum.*

114 *Iurans facere illicita ad quid teneatur: & in do ubi animus iurantis quomodo sit interpretandus.*

115 *Iudex ex causa iura transgredi poterit.*

116 *Iuramentum tendens contra vtilitatem Ecclesiæ non ligat, & quare.*

117 *Iudici recedere a consuetudine & statuto licebit ex causa.*

118 *Constitutio disponens in materia iuris communis, non includit casum aliàs exceptum a iure communi, seu casum fictum a iure communi, & quare: secus tamen dicitur vbi statutum esset præter, vel contra ius commune, & odiosum.*

119 *Statutum disponens in materia iuris, an verificetur in casu ficto.*

120 *Statutum & lex quando dicatur tolli, & abrogari, per contrauentionem conteatorum in ipsis.*

121 *Iudices iurantes in iudicando, seruare leges, statuta, & consuetudines, quare possint illas ex causa transgredi, minuendo, vel augendo pœnas ibi statutas.*

122 *Iudex ex causa poterit augere & minuere pęnam indictam a statuto, non obstante statuto dirigente verba ad ipsum Iudicem, & quare.*

123 *In iuramento præstito, cuius auctoritas intelligatur excepta; & quid si Iudex minuat, vel augeat pęnam indictam a lege, vel statuto iussu Papæ, & quare. Nam redditur perpulchra, & vera ratio.*

124 *Feudatarius, qui Principi iurauit opem ferre, quare iussu Papæ in fauorem Ecclesiæ posset mouere arma contra dictum Principem.*

125 *Citatus vt personaliter compareat coram Papa an possit se excusare, asserendo se esse astrictum Imperatori iuramento fidelitatis, & quare.*

126 *Rex quis primus fuerit antè diluuium, & quis post diluuium.*

127 *Sacerdos quis primus fuit.*

128 *Papam esse maiorem dignitate & auctoritate ipso Imperatore: multipliciter probatur, & quare.*

129 *Papa solus quando possit eligere Imperatorem, & quare.*

130 *Papa poterit gratificare quam partem voluerit, data paritate vocum eligentium Imperatorem.*

131 *Imperatoris potestas discendit ab Ecclesia, & quare.*

132 *Papa quando exercere poterit iurisdictionem sibi datam a Deo super Imperatorem, & quare.*

133 *Monachus prouisus à Papa de Prioratu, cuius prouisio spectabat ad Abbatem eius: An post talem prouisionem, in Prioratu huiusmodi amouibili per Abbatem; poterit dictus Monachus priuari a dicto Abbate inconsulto Papa, & quare.*

134 *Monacho obtinenti Priaratum etiam Manualem a Papa propter negligentiam Abbatis, competet interdictũ vnde vi, contra eundem suum Abbatem.*

135 *Monachus prouisus a Papa de Prioratu Manuali, quãdo dicetur non amouibilis a suo proprio Abbate, & quare.*

136 *Abbas quando non poterit reuocare Monachũ ad claustrum ex huiusmodi Prioratibus.*

137 *In quocunque iuramento delato a quocũque, subaudienda erit hæc conditio, videlicet, excepta auctoritate omnium habentium aliquod ius &c. & ideo quis posset facere contra iuramentum aliquando iussu superioris, & quare.*

138 Im-

138 *Imperator nominatim est excipiendus in omni iuramẽto fidelitatis.*

139 *Iussus superioris quando excuset a periurio, non seruãtem iuramentum delatum de aliquo faciendo, & hoc ipsum multipliciter exemplificatur in subsequentibus corrolarys,*

140 *Votum de non iurando an violet qui à superiore præcipitur iurare,*

141 *Iurans soluere in aliquo termino, non soluens iussus a Iudice, non est periurus, & quare.*

142 *Iurans soluere aliquid, si non soluat iussu iudcis, non erit periurus, nec ad aliquid intereße tenebitur.*

143 *Iurans non egredi domum, egrediens iussu iudicis, non dicetur periurus, & quare.*

144 *Iurans non patefacere aliquid, si iussus a Iudice illud dicit, non erit periurus, & quare.*

145 *Authoritas superioris semper intelligitur excepta in iuramento, & datur exemplum de scholari, vt ibi. & nu. 151.*

146 *Doctor an possit sine sui superioris licentia obligare se ad legendum alibi.*

147 *Præceptum Papæ superueniens quando excuset quem a periurio.*

148 *Mandatum superioris non intelligitur cum præiudicio alterius,*

149 *Priuilegium Principis de re ad ipsum solum spectante est latissime interpretandum.*

150 *Debitor iurans non opponere aliquam exceptionem contra creditorem, contrauenient, an & quando dicatur periurus.*

152 *Compromittentis promissio iurata de non contrauenĩẽdo laudo, quomodo intelligatur.*

153 *Legis aliquid permittentis authoritas semper intelligitur excepta in omni iuramento, & datur exemplum. & nu. 154. 163.*

155 *Iuramentum contra vtilitatem Ecclesiæ dicitur potius periurium.*

156 *Ecclesiasticis quid permissum, & prohibitum sit circa bona Ecclesiastica.*

157 *Iuramentum contra bonos mores, & legem non obligat.*

158 *Sermone generali persona loquentis intelligitur excepta.*

159 *Eleemosinam quis primo sibi facere debet, deinde proximo.*

160 *Periurus non dicitur qui authoritate legis deierat, ex Baldo.*

161 *Iuramentum nõ obseruans ex causa conceßa à iure an sit periurus.*

162 *Promittere de iure nemo potest etiam cum iuramento aliquid in præiudicium alterius.*

164 *Pactum, conuentio, iuramentumve nullum valet, contra legem, legis praeceptum, prohibitionemve.*

165 *Pœna adiecta facto quod est nullum ipso iure non incurritur.*

166 *Pactum turpe dicitur pactum turpis rei, & datur exemplum.*

167 *Pactum de re, cuius commercium per rerum naturam haberi non potest, nullius est momenti.*

168 *Facta contra ius quo ad quid valeant, & quo ad quid non.*

169 *Delicta non prabent immunitatem.*

170 *Stipulatio quot modis contineat in se turpitudinem.*

171 *Prohibita habentur pro infectis quo ad sui firmitatem, sed non quoad facientis pœnalitatem.*

172 *Promissum ratione maleficij præteriti, vel futuri est nullum, & assignatur ratio.*

173 *Impossibilia iuris quæ dicantur.*

174 *Stipulatio, & iuramentum emanans ad confirmationem, vel obseruationem facti prohibiti, non vales ipso iure.*

175 *Contractus omnes sunt facti, & super factis quid possit lex.*

176 *Fictio tantum operatur quantum veritas, & quomodo.*

177 *Voto in omni intelligitur excepta authoritas Papæ.*

178 *Factum contra legem quod dicatur.*

179 *Statutum, quod de quocunque contractu soluatur gabella, qualiter interpretetur.*

180 *Stipulatio turpis, vel continens aliquid turpe, est ipso iure nulla, nec ex ea aliqua obligatio oritur, & assignatur ratio.*

181 *Statutum potest ex causa publica, & pro communi quiete præmium assignare occidenti bannitum.*

182 *Conceduntur multa aliquibus cõcurrentibus, quæ alias non concederentur. & nu. 184.*

183 *Prohibentur multa iam concessa, quæ aliàs non prohiberentur.*

185 *Peierare, & non, quando quis dicatur.*

186 *Veniens, non voluntate, sed necessitate, contra iuramentum de soluenda pensione, non est puniendus.*

187 *Iuramentum præstitum a Iudice de obseruando ordine iudiciario in omnibus causis, quam interpretationem recipiat,*

188 *Iuramentum de ducendo aliquam in vxorem quomodo intelligendum sit.*

189 *Iuramento iudiciali de simpliciter aliquid obseruãdo, quid subintelligatur.*

190 *Ius suum proprium, vel suæ Ecclesiæ tuetur, nulli iniuriam facit.*

191 *Iurare, promittere, affirmare, aut negare aliquid alicui, Deum in testem vocando, vnicuique licet, in eo quod in sua potestate est, non autem quod ab alterius potestate, & voluntate dependet, & assignatur ratio.*

192 *Iuramentum non obligat nisi secundum rectam, ac rationabilem iurantis intentionem.*

193 *Iudex poterit in imponendis pœnis transgredi iuris cõmunis, vel municipalis constitutiones, propter aliquã causam de nouo emergentem.*

194 *Conditiones quæ intelligantur in iuramentis.*

195 *Iurans seruare aliquid illicitum seu prohibitum, non arctatur ad obseruantiam talis iuramenti, & quare, & exemplificatur multipliciter.*

196 *Iudex quando non possit alterare pœnam inflictam a statuto. & nu. 201.*

197 *Vocabulorum proprietas quando præualebit communi vsui loquendi in statutis.*

198 *Constitutio, quod nemo habeat fructus in absentia, non includit casum a iure exceptum, immo verificatur in casu ficto a iure, qui habetur pro vero.*

199 *Constitutio disponens regulariter id quod ius, debet recipere omnes limitationes, & restrictiones, & interpretationes iuris.*

200 *Iurans seruare statuta, intelligitur, nisi iusta causa superueniat, quia in iuramento intelligitur clausula, rebus sic stantibus.*

202 *Iudices poterunt minuere vel augere pœnas taxatas à consuetudine, ex causa, & quare, ampliatur. nu. 203.*

204 *Iudices poterunt ex causa non solum augere, & minuere pœnas in iudicio extraordinario, verum etiam in ordinario, & quare.*

205 *Iudex potest ex causa minuere, vel augere pœnas statutas a quocunque iure,*

206 Iu-

206 Iudex qui potest super principali, potest & super accessorio, & quomodo.

207 Grauatus in vno debet in alio releuari.

208 Iudex minuendo pœnam ex causa intrinseca, seu pertinente ad conditionem ipsius criminosi actus, intelligitur etiam dispensasse in infamia, quam aliàs incurrisset condemnatus de crimine famoso, ita quod talis condemnatus non incurret infamiæ notam.

209 Iudex debet infligere pœnam secundum quantitatem et qualitatem criminum.

210 Iudex potest augere & minorare pœnas statutarias propter qualitates cohærentes delicto.

211 Condemnatus de crimine famoso etiam ex forma statuti poterit infamari.

212 Iudex condemnans reum pauperem pœna corporali loco pecuniariæ, parti applicanda pro crimine famoso, videtur eum eo dispensasse super infamia inde incursa, & quomodo.

213 Iudex an & quando poterit compellere actorem volentem intentare actionem ciuilem ad intentandum criminalem.

214 Iudex poterit, suadente publica vtilitate, imponere pœnam, quæ vindictam publicam respiciat, & omittere ciuilem applicandam parti.

215 Iudex dicitur dispensasse eum reo in infamia, quando ipsi imposuisset pœnam pecuniariam, aliàs corporalem pro pecuniaria fisco applicanda.

216 Iudex mutando pœnam pecuniariam in corporalem quando non dicatur dispensasse super infamia incursa per reum.

217 Qualitates inhærentes delicto quæ sint.

218 Iudex imponendo pœnam corporalem ei, cui debebatur pœna pecuniaria, non dispensauit secum in infamia, si ille idcirco crimen famosum commisit, quia sciebat se non posse puniri pœna pecuniaria.

219 Damnatus de crimine iniuriarum incurrit ipso iure infamiam.

220 Iudex aggrauando pœnam indictam a iure, quando dicatur dispensare eum reo in infamia inde de iure incursa.

221 Iudex imponens pœnam pecuniariam reo pro pœna corporali, non dicitur dispensare in infamia inde incursa.

222 Iudex imponendo pœnam corporalem pro pecuniaria propter rei inopiam, non dispensauit in infamia inde de iure incursa.

223 Delicta ne remaneant impunita, & ne detur pauperibus occasio damnificandi proximos impune, qui non habet in ære, luat in corpore.

224 Soluere volens pœnam pro crimine famoso imponendam ad euitandam infamiam inde incurrendam, quid faciet.

225 Iudex poterit ex causa augere, vel minuere pœnas extraordinarias, quæ aliàs consuetæ dicũtur, seruata tamen discretione.

226 Pœna extraordinaria quomodo dicatur augeri & minui.

227 Pœnas extraordinarias augere & minuere minus est quàm ordinarias.

228 Iudex quid obseruare debeat in imponendis pœnis extraordinarijs consuetis, ne peccet.

229 Pœna quando non dicatur in iure expressa.

230 Iudex Ecclesiasticus imitari debet leges sæculares in defectum legum Pontificiarum.

231 Iudices in pœnis arbitrarijs imponendis quid obseruare debeant.

232 Iudex in causa Ecclesiastica potest iudicare secundum iura ciuilia, deficientibus in materia occurrenti Pontificiis legibus.

233 Pœnis omnibus inferendis quot veniant consideranda, & quare.

234 Ius in quo differat ab æquitate.

235 Aequitas regulariter præferenda est rigori.

236 Iudex poterit in casib. in quibus iura nõ taxant pœnas, arbitrariam infligere, ipsam extendẽda vsque ad mortem inclusiue, & quare, & multipliciter probatur.

237 Mortis pœna quare dicatur vltimum supplicium.

238 Pœna capitis appellatione proprie venit pœna mortis naturalis, non ciuilis, quæ solum mors dicitur impropriè.

239 Iudicis arbitrium quando possit se extendere ad pœnã mortis, & non.

240 Pœnæ omnes in Principe sunt arbitrariæ.

241 Delictum non punitur in statutis, nisi consumatum.

242 Verba, quæ aliàs importarent liberam voluntatem in Iudice, propter eius qualitatem, intelliguntur pro arbitrio boni viri.

243 Iudex in arbitrarijs potest se extendere vsque ad pœnam mortis naturalis.

244 Iudicis ad arbitrium recurritur in omnibus quæ non sunt a iure determinata.

245 Iudex an possit pro suo arbitratu in casu in quo de iure nulla est specialis pœna statuta, pœnam extendere vsq; ad pœnam mortis naturalis inclusiue, vbi in discursu impugnantur Matth. de Afflict. & aliorum opiniones in hoc.

246 Iudex, etsi pœnam mortis possit arbitrari, vbi iura nõ imponerent specialem pœnam, hoc tamen verificatur solum in delictis consumatis, non autem in attentatis solum, & quare, multipliciter probatur.

247 Iudex non poterit ad libitum arbitrari pœnam imponendam, quando lex, & statutum expresse illius arbitrium limitaret & quare.

248 Pœna quando non est limitata a iure, iudex poterit ipse imponere.

249 Mandati fines diligenter custodiendi sunt, & quicquid extra illos fuerit attentatum, frustratorium est.

250 Lege communi, vel municipali dicente, quod iudex possit, vel debeat pœnam moderari, nõ poterit ipse Iudex imponere pœnam mortis.

251 Iudex quid facere possit quando datur sibi arbitrium in pœnis a iure expressis.

252 Iudex quando non poterit arbitrium suum extendere ad pœnam mortis imponendam.

253 Legum proprium quid sit.

254 Legis a pœna sicut potest ex causa recedi, ita & a pœna consuetudinis.

255 Iudex procedens ad aliquem condemnandum ex præsumptionibus violentis, vel etiam ex indubitatis indicijs quantumcunque vrgentibus, animum suum mouẽtibus ad credendum, quòd non alius quàm reus tale crimen commiserit, non poterit illum punire pœna ordinaria, sed extraordinaria, & quare.

256 Præsumptio quid sit, ex Hostiense.

257 Præsumptionum species multæ sunt, & quæ.

258 Præsumptio facti, quid sit.

259 Facientis animum ex qualitate facti metimur.

260 Præsumptio facti aliquando trahitur de præterito ad præsens.

261 Præsumptiones facti recipiunt aliquando probationem in contrarium, quia factum plerumque etiam prudentissimos fallit.

262 Præsumptio hominis quid sit, & quæ sit. nu. 263.

264 Præsumptio naturæ, quæ & quotuplex sit.

265 Præsumptio iuris tantum quid sit, & exemplificatur.

266 Præ-

266 *Præsumptio iuris & de iure quid sit, & exemplificatur.*

267 *Indicia indubitata ex quibus Iudex potest ad condemnationem deuenire, quæ sint.*

268 *Adultera qualiter veniant punienda de iure.*

269 *Puniri nemo debet pœna ordinaria propter suspitionē, seu præsumptionem etiam violentam.*

270 *Præsumptio violenta quando habeatur loco probationis, & an in causa criminali sufficiat ad plenam probationem. nu. 271.*

272 *Sententia diffinitiua quando fertur ex præsumptione violenta, quid debeat Iudex facere.*

273 *Indicia indubitata quando dici possint.*

274 *Singula quæ non prosunt, simul tamen iuncta coadiuuant.*

275 *Probationes duæ semiplenæ faciunt vnam plenam in ciuilibus.*

276 *Imperfecta duo vel tria constituunt vnum perfectum.*

277 *Quæstionibus ciuilibus maioribus vna libra auri non minor quam trium testium exigitur probatio.*

278 *Probationes in criminalibus debent esse apertissimæ. & nu. 284.*

279 *Pœnæ in dubio sunt potius molliendæ, quàm exasperandæ.*

280 *Præsumptio violenta ad quid seruiat. et nu. 285. 291.*

281 *Præsumptiones non possunt facere vt quis sit capite puniendus, vel afficiendus pœna corporali.*

282 *Præsumptio violenta non sufficit ad imponendam pœnam ordinariam delicti. Declaratur nu. 293.*

283 *Iudici seculari non licet examinare processum Inquisitoris in causa hæresis.*

286 *Præsumptiones sufficiunt ad pœnam ordinariam in assassinijs.*

287 *Iudex an & quando possit ex præsumptionibus vrgentissimis deuenire ad pœnam ordinariam. & nu. 292.*

288 *Casus numerantur, quibus potest deueniri ad pœnam ordinariam ex præsumptionibus.*

289 *Coniecturæ habentur loco plenæ probationis, vbi difficile est probare veritatem facti.*

290 *Delictum quando dicatur manifestum.*

294 *Pœna ordinaria a iure statuta, etiamsi esset mortis naturalis, quando, & ex quibus possit imponi.*

295 *Præsumptio iuris & de iure idem operatur quod ipsa veritas in foro iudiciali.*

296 *Præsumptio iuris & de iure non recipit probationem in contrarium, & quid operetur. & num. 297. 298.*

299 *Iudex debet esse contentus pœnis a iure statutis.*

301 *Sententia lata expressè contra iuris dispositionem, & sic per errorem iuris, est nulla, & quid inde sequatur.*

302 *Appellatio non admittitur contra præsumptionem iuris, & de iure.*

303 *Aequiparatorum à iure idem habendum & faciendum est iudicium, etiam in pœnalibus.*

304 *Confessio vera, vel ficta à parte facta, elidit, & annullat vires præsumptionis iuris & de iure, & hoc multipliciter probatur. & nu. 309. 311.*

305 *Præsumptio iuris & de iure quid sit, ex Innoc. et quid operetur. nu. 306.*

307 *Notorietas iniustitiæ reddit sententiam nullam.*

308 *Præsumptio iuris & de iure quo casu admittat probationem in contrarium.*

310 *Confessio vnius partis nō est probatio, sed releuatio probationis alterius partis.*

312 *Testificari contra se quisque potest.*

313 *Confessio partis quid operetur in causa matrimoniali.*

314 *Consanguinitas qualiter probetur in causa matrimoniali.*

315 *Iuramento alicuius quando & quo casu stetur.*

316 *Præsumptio iuris & de iure quo casu non plene probet.*

317 *Lex, vel statutum repellens quem à potestate probandi oppositum eius quod est probatum in iudicio, non intelligitur repellere a potestate reprobandi probationem.*

318 *Exceptio peremptoria quando possit opponi post litem contestatam.*

319 *Sententia lata per præsumptionem iuris & de iure, quomodo annullabitur.*

320 *Partes non posse renūciare transitui in rem iudicatam, quomodo intelligatur.*

321 *Recedi quando debeat à præsumptione iuris & de iure.*

322 *Sententia quando retractari possit post transitum in rē iudicatam.*

323 *Fieri de iure multa non debent, quæ tamen facta tenēt, quod multis probatur exemplis.*

324 *Productio instrumenti post terminum datum ad producendum quando admittatur, & non. multipliciter docetur.*

325 *Præsumptio iuris & de iure quomodo annulletur.*

326 *Probatio quando admittatur contra præsumptionem iuris & de iure.*

327 *Sententia propter probabilem errorem retractari potest.*

328 *Probatio admittitur contra præsumptionem iuris & de iure per notorietatem facti contrariam.*

329 *Sententia lata per errorem a qua non est appellatum, reuocatur, si error probabilis postea detegatur.*

330 *Opinio præfertur veritati, & contra, & quando.*

CONCLVSIO QVINTA.

1 AFFECTVS, † seu conatus alicuius criminis atrocissimi, atrocioris, & minus atrocioris perpetrādi, per quē affectantem non stetit, quin ipsum perficeret: regulariter nō punietur non sequuto effectu ipso tota pœna, ac si fuisset sequutus effectus: qñ imponitur aliqua pœna ipso iure tam communi, q̃ statutario, seu municipali: tam qñ attentatio, seu conatus hmōi criminis fuit proximus actui perficienti delictum ipsum attentatum. q̃ si fuisset remotus: quia ad eam totalē incurrendam non sufficit conatus, qualiscūque ipse fuerit. Etsi pœna maiori, vel minori extraordinaria puniendus veniat talis conatus à Iudice, habita consideratione qualitatis criminis attentati, & aliarum circunstantiarum, quæ in ipso crimine attentato, & in ipso attentante reperirentur. Cùm omnia sint à Iudice ponderanda antè iniunctionem pœnæ. Dixi [regulariter non punietur.] quoniam in multis casibus tam hic enumeratis, quàm infra, fallit regula contenta in præsenti conclusione. Nam primò fallit, quando lex aliqua communis, vel municipalis expressè puniret aliqua speciali pœna non solùm effectum delicti, seu consumantem delictum ipsum, verùm etiam affectum, seu conatum; quoniam proculdubio tunc affectus attentatus, seu conatus esset puniendus pœna ordinaria inibi statuta, quamuis non fuisset deductus ad consumatum effectum intentum: dummodo fuisset deductus ad actum proximum ipsi consumato delicto, prout docuit

 text.

rat.in l.& generaliter,§.si igitur,ff.de calumniat. & inter alios Doctores Thomas Grammat. noster Neapolit.in consil.suo 36.num.19. & in voto nono, num:20. asserens hanc esse communem Doctorum sententiam: quem Doctorem sequutus fuit Iulius Clarus in sua praxi crimin.quæstio.92. in fine, quod etiam ante docuerat Ioannes Andr. & omnes Doctores citandi in probationem præsentis conclusionis. Nam hoc ipsum obtinuit consuetudo etiam totius Italiæ, imò & æquitas iuris communis hoc etiam suadet: quod poterit exemplificari in duobus casibus, & similibus: quorum primus est, in emente venenum, vt necaret aliquē: & in frangente ianuas domus alicuius virginis, vt illam raperet, & stupraret: & hoc quoad actum remotum ab ipso crimine perpetrādo: sed quo ad actum proximum, datur tale exemplum, scilicet, in propinante venenum, non tamen necante aliqua de causa, vt puta, propter remedia statim adhibita & huiusmodi, & in rapiente virginem honestam nullo stupro inde sequuto aliqua de causa, seu impedimento inde sequuto. Animaduertendū erit insuper, quòd Hyppolitus de Marsilijs non tātum se subscripsit præsenti fallentiæ, verumetiam & alios casus (in quibus fallat præsens conclusio) enumerauit. illos probando in l.qui falsam monetam, ff.ad l.Cornel.de falsis: & alios in titulo, ff.vniuscuiusque criminis. Vbi specialiter à iure demandatur puniri affectus, seu conatus, etsi non fuerit sequutus effectus per conatum intentus, de quo latius habitum fuit in impugnatione præcedentis conclusionis secundæ. Vide ergo ibi.circa quintum & vltimum casum, scilicet de crimine assassinij. Hæc ergo conclusio sic declarata, limitata, & ampliata, probatur triplici medio. Primò enim per arg.in c. cùm in cunctis, §.vltimo extra de elect. Vbi referuntur infrascripta statuta ab Alexandro Tertio in Concilio Lateranensi, videlicet, [Clerici sanè si contra formam istam quenquā elegerit, eligendi tūc potestate priuatos, & ab Ecclesiasticis beneficijs triēnio nouerint se suspēsos. Dignum est enim, vt quos Dei timor a malo non reuocat, Ecclesiasticæ saltem coerceat seueritas disciplinæ. Episcopus autem si contra hæc fecerit, aut consenserit fieri, in conferendis prædictis officijs, & beneficijs potestatem amittat: & per capitulum, aut Metropolitanum (si capitulum concordare nequiuerit, ordinetur.] hæc ibi. Idem probatur per arg.in c.perpetuo, de elect.in 6.in quo reperitur cōstitutio Gregorij Decimi in Consilio Lugdunensi his verbis contenta, videlicet. [Perpetuo sanctionis oraculo declaramus, quòd scienter
2 in electionibus nominātes indignum propter suffragium in scrutinio præstitū (nisi adeò in eo perstiterint, ꝙ ex votis eorum communis electio subsequatur, nequaquam potestate eligendi priuētur: & licèt pro eo, ꝙ indignum nominando, scienter contra conscientias suas agunt, Diuinam vindictā & Apostolicæ vltionis metum, quem qualitas facti suaserit, possint non immeritò formidare.] hęc ibi. Idem probatur (secundum omnes Doctores per argum. in l.1.§.qui puero, ff.de extraord.crim. Vbi hæc habentur, videlicet. Qui puero stuprum,
3 † abducto ab eo, vel corrupto comite, persuaserit, vel mulierem, puellamvè interpellauerit: quidvè impudicitiæ gratia fecerit, domum prębuerit, preciumvè, quo id persuaderet, dederit: perfecto flagitio, punitur capite: imperfecto in insulam deportatur.] hæc ibi. idem prorsus probatur per argumentum, in quamplurimis iuribus, quorum nonnulla recensuit, ac citauit Ioannes Andr.ad probandam præsentem cōclusionem, quorum seriem infra referemus ad verbum, recitando sententiam ipsius Ioannis And. Vide ibi. & præcipuè hoc probatur per arg.in l.aut facta, §.euentus, vnà cum reliquis sequentib.§§.ff.de pęnis. Vbi hęc hñr, videlicet. [Euentus spectatur, vt a dementissimo quoque facta. quamquā non minus lex eum, qui occidendi hōis causa cum telo fuerit, q̃ eum, qui occiderit, puniat. Ideo apud Gręcos exilio voluntario fortuiti casus luebatur: vt apud præcipuum Poetarū scriptum est. Euenit, vt eadem scelera in quibusdam Prouincijs grauius plectantur, vt in Africa messiū incēsores. In Mysia, vitium vbi metalla sunt adulteratores monetæ. Nōnunquam euenit, vt aliquorum maleficiorum supplicia exacerbētur, quoties nimium multis personis grassantibus, exemplo opus est.] hæc ibi. Diximus probari præsentem nostram cōclusionem per argum. in dictis iuribus, & non per ipsa iura; quoniam etsi explicitè verba ipsius conclusionis non contineantur, (cùm inibi de pœna indignum eligentium sermo habeatur) benè tamen implicitè; cùm ex ipsis luce meridiana clariùs eliciatur, quòd nemo regulariter incidat in pœnam à iure statutam pro simplici conatu, si eum non subsequutus fuerit effectus: licèt possit extraordinaria pœna à Iudice puniri, iuxta qualitatem facti; prout etiam explicitè docuerunt infrascripti Doctores. Probatur & secundò præsens conclusio Doctorum auctoritate. Nam glo. in d.c. perpetuò, in vers. Perpetuo dicit, ꝙ si nō sequatur electio, non est quis ex consensu in Scruttinio sciēter habito in indignum, eligendi potestate priuatus. & in vers. priuentur, dixit. Item intelligo secūdum Gar.& Guli.de pęna suspēsionis a beneficijs, cùm in ea non puniantur nominantes, sed eligentes. sup.eod.c.cùm in cunctis, §.clerici, & in vers. formidare. eadem gl. inter alia dicit, ꝙ nec nominatio, nec votorum publicatio dici potest cōmunis electio, ex quibus patet gl. implicitè se subscripsisse pręsenti cōclusioni, & reliquę gl. in dictis iuribus imperatorijs. Bal. quoque in d.c.cùm in cunctis, nu.26. elicit hanc regulam ex dicto textu. his verbis veris, videlicet. Nota hic in fine, ꝙ pœnæ,
4 † quæ imponuntur ipso facto, & ipso iure infligun tur, semper requirunt terminos consumatos in c. auaritiæ, de elect.in 6. in gl. in versi. eo ipso. quam glo. notabis. hæc ille, & sciendum, quòd dicta glo. dixit eo ipso, scilicet, quòd se administrationi immiscuit: non autem eo quòd fecit se procuratorē, vel econonomum constituit, si se non immiscuit; hęc probantur per superiorem litteram, & verba cum effectu sunt intelligenda. hæc ille, Ioannes Andreas in dicto cap. perpetuo, in versi. priuātur, infrascriptis verbis se subscripsit præsenti cōclusioni, videlicet, per hanc decretalem, & quędam alia iura disputādo terminaui, quòd pęna, quę ipso iure delinquenti pro delicto infligitur non incurratis, qui id, cogitauit, & aliquid egit, sed non perfectè, etiamsi per ipsum non steterit: & hanc posui inquit super regulam c. in pœnis, de regul.iur. in 6.& idem ipse Io.And. confirmat in c.odia restringi, de regul.iur.in 6. multis argumentis, & respondet ad cōtraria argum. per ipsummet ibi allata. Et quidem ipse Io.And. perdoctissimè examinat, in d. c. in pęnis, & probat cōtenta in nostra cōcl. multis me-

medijs:nam præciſa verba,& rationes. quibus ibi
ille vtitur memoriæ conſulendi gratia.hic inſerã,
quapropter ſciendum,ꝙ infraſcriptis verbis ibi ip
ſe Ioan.And.vtitur,videlicet,formatur quęſtio nõ
de pœna,quę de iure debetur infligi per Iudicem:
ſed de pœna,quæ infligitur ipſo iure ſine miniſte
rio aliquo iudicis,vel hominis:quibus ſic pręmiſ
ſis in prædicta quæſtione,puto,ꝙ is,de quo quæri
tur,pœnam,de qua quæritur,non incurrat:nec di
ſtinguo in hoc caſu inter leuia,atrocia,atrociora,
& atrociſſima. hoc dico per Decretalem,c.perpe-
tuo,de elect.in 6.Vbi pœnam à iure ſtatutam con
tra eligentes ſcienter indignos Epiſcopos,nõ in-
currit is,qui cogitauit,& egit,ex quo nõ perfecit.
Ad idem de homicidio, c.ſicut dignum.§.illi au-
tem.Ibi,ſi ex illa captione.Ad idem de clericis pu
5 gnantib.in duello,c.1.ſi intelligatur,ꝙ ille † pugil
ingreſſus fuerit bellum aĩo occidendi: patet.n.ꝙ
homicidij irregularitatem,quæ pœna iuris eſt,nõ
incurrit: licèt ad actum proceſſerit; ex quo mors,
vel membri truncatio ſequuta non eſt. Ad idem fa
cit vera opinio Laurentij,quæ contra Ioannem re
citatur,in c.pernicioſe,de pęnit.diſt.1.(Adde tu,
ꝙ hic Ioann.Andr.nominat Ioannem) glo.in d.c.
pernicioſæ,ver.ſe pęnitentiæ.Nam ibi dixit ꝙ ir-
regularis quis efficiatur hoc ipſo,ꝙ perpetrare ho
micidium voluit, & ſi poſtea aliqua de cauſa non
potuit,quod quidem falſum eſſe oẽs Doctores do
cuerunt:& clarius in c.pen.ext.de homic.habetur:
ſequitur Io.And.quod nota; & ſoleo recitare c.ſi
aliquis,ext.de homic. Ad ſolutionem etiam facit
quod dicimus eum,qui voluit percutere clericũ,
& vibrauit baculum,ſed non percuſſit,excommu-
nicatũ non eſſe.vt notat Hug.17.q.4.c.ſi quis ſua-
dente diabolo,& Ioan.de Pe.diſt.1. c.ſi quis pulſa
tus, & facit quod notat Bern. de ſent.excom. c.ſi
vero.& notaui hoc in nouella poſt Goſ.& moder.
eod.tit.c.1.Ad ſolutionem etiam facit quod not.
in c.vnico de his,quæ vi,met.cauſ.fiunt,in glo.an-
tepenult.fortiter probat hanc ſolutionem,c.com-
miſſa,primo reſp.de elect.in 6. Vbi ad pœnam iu-
ris incurrendam, quæ infligitur non facienti ali-
quid infra tempus,requiritur tempus perfectum,
ſic & hic requiritur delictum eſſe perfectum.Item
nec à ſententia Eccleſiæ dicitur eſſe abſolutus is,
qui voluit abſolui,& proceſſit ad actum,& ſi iura-
uit ſtare mandatis Eccleſiæ,vel contritionis ſigna
6 prætendit,niſi ſequatur abſolutio. † ita nec dica-
tur ligatus,qui voluit, & aliquid egit,niſi id per-
fecerit quod canon ligat,cap.cùm deſideres,& c.
A nobis,extra de ſent.excommunicationis, cùm
par ſit ius ligandi,& abſoluẽdi.vt in c.verbum,de
pœnit.diſt.1.facit ẽt ad ſolutionem, c.ſi.ext.de ſi-
mon.c.ſuam,ext.de pœnis,hanc ẽt ſolutionẽ pro-
bat l.1.ff.quod quiſq; iur.canonizata in c.hæc au-
tem, de pęnit.diſt.1.quam legem,licèt Legiſtę ſol
uendo dicant,in minoribus delictis. Verius vide-
tur,quòd loquatur in pœna, quæ ipſo iure infligi-
tur.Vnde(vt ipſi fatentur)non eſt illa pęna,quæ in-
fligatur à Iudice,& per viam accuſationis: immo
eſt pœna iuris: & per viam compenſationis fit ip-
ſius executio, ad id,in cap.licèt canon.de elect.in
ſexto. Sic ergo illa eſt ratio, quare attentatum ſi-
ne effectu non punitur.benè facit etiam l.ſolet,ff.
de his,qui not.infam. Nam ſecundum legem, in-
famiam incurrit ipſo iure mulier nubens infra
tempus luctus: quam tamen non incurrit mulier
7 quæ cogitauit nubere, † etiam ſi attentauit: pu-

ta, contrahendo ſponſalia, vt ibi faciunt ad ſolu-
tionem multa iura, quæ ipſo iure pœnam infligen
do, vtuntur hoc verbo, ipſo facto: vt in cap. vbi
periculum,§.nulli, & cap.ſciant:de elect.in ſexto,
de iudicijs in ſexto,cap.2. de cenſibus in ſexto,c.
quamquam.de pœnis in ſexto,cap.fęlicis, §.præ-
ſenti.de homicid.in ſexto,cap.pro humani. cum
multis ſimilibus. Ipſum autem verbum deſignat
actum perfectum. Et faciat circa hoc,quæ ſcripſi
in quæſtio. Porrorum, in parte ſecunda. Fateor
tamen,quòd is,de quo quæritur,peccat,& eſt arbi
traria, & eadem pœna puniri debet maiori, vel
minori; habita conſideratione, an per eum ſtete-
rit, vel non. vt in prædicta decret. cap. perpetuo
in fine,& ff.de extraordinarijs criminib.l.1.in fi-
ne, canonizata in cap.ſolicitatores, de pœnitent.
diſtinct.1.hæc omnia Ioannes Andr.vbi ſupra,qui
paulò poſt ibidem in verſ. Et ſic omnium. infra-
ſcriptis verbis vtitur,videlicet.Et ſic omnium cõ-
trariorum breuis eſt ſolutio, quòd non loquuntur
de pœna,quæ ipſo iure contrahitur,ſed quæ iudi-
cis miniſterio infligitur. Ad illa verò iura,quę lo-
quuntur de pœna, quæ ipſo iure contrahitur:
reſpondetur, quòd ibi attentatio, vel conatus
productus in actu eſt ipſum delictum perfectum,
quod ius punit: vel(vt alijs verbis vtamur) cona-
tus, vel attentatio pœnam delicti ipſo iure infli-
ctam incurrat ſolùm in caſibus expreſſis à iure.
hæc ille eruditiſſimus vir: cuius ſententiæ adſti-
pulatur Panormitan.in dicto cap.cùm in cunctis,
§.clerici ſanè, num.3. dicens, quòd licèt pro in-
8 choato delicto, † & non conſumato nemo inci-
dat in ordinariam pœnam iuris ipſo facto,aut ip-
ſo iure incurrendam: tamen pro tali conatu, &
actu propinquo ipſi conſumationi delicti venit pu
niendus quis arbitrio Iudicis, hæc in dicto §.cle-
rici ſanè Panormitanus, qui idem confirmauit in
c.1.nu.13.ext.de eo,qui mit.in poſ.cau.rei ſer.Idẽ
docuit Anton.de Butrio in c.1.col.1.in ver. Fallit
in pęnis,ext.de eo,qui mitt.in poſſ.cau.rei ſer. Et
notandũ ꝙ Petrus de Ancha.Geminianus, & Phi-
lippus Francus in d.c.perpetuo,ſequuntur prædi-
ctam ſententiam Ioan.Andreę, ac per conſequens
ſe ſubſcripſerunt pręſenti cõcluſioni.Idem docuit
Henric.Boich in c.1.nu.23.in ver.Aut de actu pro
ximo,ext.de eo qui mit.in poſſ.cauſ.rei ſer. infra-
ſcriptis verbis,videlicet. Aut de actu proximo, &
quando proceſſit ad actum proximum principaſi
intẽto,& cogitato:vt quia fregit oſtia, vel poſuit
ſcalas ad fęneſtram cameræ: & tunc dicunt Lam-
bertus, & Petrus, aut proceſſit ad actum: verbi
gratia, vt quia ſollicitauit illam, quam volebat
rapere, & tunc non punitur: vt de delicto conſu-
mato, ſed punitur extraordinariè, vt ff. de extra-
ord.crimin.lib.1.ad fi.& ff.ad l.Iul.Maieſt.l.famo-
ſi,circa medium. hæc ille. Cui quidem fauent ea,
quæ doctiſſimè docuit Thomas Gramm.eruditiſſi
mus Doctor noſter Neapol. in voto octauo, nu.8.
col.4.his verbis,videlicet. Quamuis pro actu cõſu
mato,& perfecto lex imponeret pęnã aliquã deter
minatã, & poſtea contingat delictum illud fuiſſe
attentatum,tamen non perfectè conſummatum:ſi re
peritur,quòd lex ſpecialiter imponat eandem pœ
nã,vel aliam limitatam, debet illa imponi, vt in l.
1.C.ſi quacũq; prædi.pote.& in l.15.qui cum telo,
C.de ſica.ſed ſi non reperit ſpecialiter determina
ta,mitius punit, & extra ordinẽ arbitrio iudicis,
vt in l.1.in princ. ff.de extraordin.crimin. & not.

Ray. Bald. & Angel. in l.1.§. hæc autem verba, ff. quod quisq; iur. quæ verba reputat Bald. ibi singularia. hæc ibi Grammat. qui ibidem nu.9. & sequ. infrascriptis verbis vtitur, videlicet. Alex. de Imo. ita formaliter loquendo consuluit in cons. 111. col. 3. in 1. volum. Et ideo voluit Iacob. de Ra. vt refert Bart. in l.1.§. diuus, ff. ad l. Cornel. de sicar. quòd licèt attentans delictum, quod tendat ad mortem puniatur pœna l. Cornel. de sicar. tamen quando non est sequutus effectus, & euentus, qui consideratur in delictis. per l. aut facta, §. euentus, ff. de pœnis, poterit Iudex ex hoc pœnam minuere. pro hoc videtur textus in l.1. ff. de extraordin. crimin. in vers. ibi perfecto flagitio, capite punitur: sed imperfecto, deportatur. per quem textum dicit Gulielmus de Cuneo in l. si quis non dicam rapere, C. de Episcopis, & Clericis, quòd licèt in atrocioribus puniatur affectus, licèt non sequatur effectus; id intelligendum est, vt puniri debeat eadem lege, sed non eadem pœna, sed mitius. per dictam l.1. ff. de extraordin. crim. & in dicto §. Euentus. Idem ipsemet Grammaticus in dicto voto, nume. 20. & 21. vers. vltimo non eundo. concludit se sic consuluisse Proregi Neapolis, & obtinuisse; & sic fuisse quędam punitum pęna extraordinaria, scilicet pecuniaria, pro assassinio mãdato & non exequuto. Idem rursus Gram. latius docuit, & probauit in cons. 36. per totum, & in sua decisione secunda, nu. 22. & 29. Vbi dixit ita fuisse decisum in sacro Regio Cõsilio Neapolitano, & postmodum confirmatum per Proregem in Prætorio supremo in Ciuitate Neapolis contra sententiam Magnæ Vicarię, & rursus idem repetijt in decis. 74. num. 14. & 16. & sequenti. Idem tenet Cynus col.2. & Salyc. in l. si quis non dicam, C. de Episc. & cleric. & Bart. in l. qui ea mente, nu.4. ff. de furtis, sequẽs Cynum vbi sup. Idem Cynus in l. is, qui cum telo. in 3. oppos. & ibi ẽt Ioannes Fab. Bal (quem vide) & Salyc. Idem reperio consultum fuisse per dominũ Franciscum de Albergo, de Aretio in cons. suo incip. In Christi nomine amen. Quod Ciccus Fante. col.2. quod habeo, inquit ipse Grammar. ad pennam in libro meo diuersorum consiliorum, diuersorum Doctorum. Vbi formaliter, & magistraliter loquitur dicendo, quòd quantumcunque mandatum sit rei atrocissimæ; tamen attenditur eius executio, & non susceptio sola mandati, vt ff. de furtis, l. si quis seruo, §. idem Pompon. & ff. de iniurijs, l. apud Labeonem, §. si curauerit, & ff. de verborum signific. l. sæpę. in fine, & ff. de extraord. crimin. l.1. in principio, & concludit prędictum Ciccum non debere capitaliter puniri. Cum non fuerit sequutus effectus mandati præfati, videlicet necis, quam curauit inferre: neque deuenit ad actum proximum effectui, sed remotum, qui velut de delicto consumato, vel pœna delicti consumati non est alliciendus; sed extraordinaria, vel arbitraria pœna puniendus, vt ff. de extraordin. crim. l.1. in principio, & in fine. Idem docet Gulielmus de Cuneo in dicta l. si quis non dicam rapere, scilicet, quòd etiam in atrocioribus is, qui deuenit ad actum etiam proximum effectui non puniatur eadem pœna, licèt eadem lege, qua punitur qui consumauit delictum per dictam l.1. ff. de ordin. crim. & ff. de pœnis, l. aut facta, §. euentus. hoc idem ipsemet Thomas Grammaticus attestatur in voto 20. num. 5.6.7.8. & 9. afferens alios Doctores id ipsum sentientes. Ita formaliter consuluit Bartholomeus Cæpolla in vltimo consilio criminali. dicens, quòd hęc indubitanter sunt vera de iure communi, vt pœna extraordinaria puniatur affectus regulariter vt in cõclusione, & post aliqualem discussionem huius quęstionis concludit,
9 quòd etiam si statutum diceret, † quòd propinans venenum alicui, puniendus sit pœna mortis: in tali casu huiusmodi statutum etiam intelligendum esset, si fuerit sequuta mors, & non aliter. Idem docuit Bart. in l. non solùm, §. si mandato meo, num. 3. in vers. Hoc præmisso quæro circa mandatum, ff. de iniurijs, & famosis libellis. his verbis vtens, videlicet. Aut est delictum atrox, & tunc ex solo mandato quis tenetur, vt extraordinariè puniatur, vt in l.1. ff. de extraordinar. criminib. non vt puniatur ex ipso delicto, quod mandat fieri: Aut est delictum leue, & tunc non tenetur, vt in dicta l. item apud Labeonem, §. si curauerit, ff. de iniurijs, & famosis libellis, hæc Bart cui se subscripserunt Angelus in tract. de Maleficijs, in versic. Et Sempron. Rodulfi barbitonsorem, nu.7. & August. de Arimine ibidem in addit. dicti Angeli, nu.7. & 8. qui quoq; addidit & regulam illam supra à me relatam (qua vsus fuit Ioannes Andr. in dicta Regula in pęnis. in responsioné ad tex. in c.1. de homic. in 6.) his verbis vtens, videlicet, ex quibus infero vnam conclusionem vltra Legistas, quòd vbi mandatum habetur pro delicto perfecto in se, tunc tale mãdatum punitur pœna ordinaria; ac si delictum
11 principale fuisset commissum † per text. in cap. pro humani. (seu cap.1. de homic. in sexto) quem textum aliter non possumus fugere, inquit. Item adde quod contra prædicta est expressa decisio Dyn. & Angel. in l. item apud, §. si curauerit, ff. de iniurijs: qui dicunt, quòd in assassinamento si do pecuniam alicui, ut aliquem occidat, tamen homicidio non sequuto, non punitur mandans: sed aduertas, quia verum dicunt, quia non punitur tanquam de homicidio, sed pœna extraordinaria: vt ibi declarãt, hæc Augustinus ex quibus patuit & Dyn. & Angel. vbi supra, se subscripsisse præsenti nostræ conclusioni. Idem docuit Specul. in lib. 1. titu. de accusatore, col. 6. num. 7. in vers. quid si primò actum fuerit de vulnere, in fine infrascriptis verbis vtens, videlicet. Quia in l. Cornel. non expectatur exitus, vtrum aliquis morietur, vel nõ:
11 sed prima † voluntas inspicitur delinquentis. De consuetudine tamen licèt dicatur quis occidendi animo percussisse, non de morte punitur, arg. in l. aut facta, §. penult. ff. de pœnis. hæc Specular. cuius sententiam omnes ferè Doctores hoc modo interpretantur, idest non pœna capitali punitur ac si occidisset, sed mitiori & extraordinaria pœna: & sic patet, quod Specul. quoque se subscripsit præsenti conclusioni. Idem docuit Cardinalis à Turrecremata in c. solicitatores, de pęnit. dist.1. seque subscripsit pręsenti conclusioni. Item Couarruuias in initio secundę partis Relect, nu.6. per totum, circa illationem. Vbi multa notatu dignissima attulit pro instructione Iudicis, sequens Bal. & Ioann. Andr. in d.c. in pœnis, de regul. iur. in 6. dicens, quòd etiam in atrocissimis criminibus pro solo conatu quis debeat puniri pęna extraordinaria, & hoc dicit vbi sup. Qui tamen post num.9. in §. sextò hinc perpendi possunt Bal. verba. Item Andreas de Isernia, in c.1. §. si verò. de Capita. qui Curiam vendi. Ioannes Bern. Diaz. in cap. 91. sue Pract. canon. criminalis. Hyppolitus de Marsilijs in consilio 105.

num.

tume. 40. quoniam ipse ibi referens sententiam Baldi in l.3.in 1.col.C.de seruis fugi.dixit, quòd Bald.ibi dixerit, quòd affectus minus punitur, quam delictum; ipse Hypposlitus his addidir dicens;& nemini dubiũ est. ꝙ magna est differentia inter delictum ordinatum,& delictum perfectũ,& consumatum:Sed delictum perfectum,& cõsumatum punir pęna mortis: ergo delictum non consumatum non debet puniri eadem pęna, stante, vt dixi,inter talia delicta longa differentia. Nec obstat si dicatur ꝙ reuocatio mandati non tollit pœnam iam incursam ex ipso mandato in crimine assassinatus,vt dixit expresè glo.in c.1.§.fin. de homic. in sexto,quia dico ꝙ contra illam glo.tenuit expresè Angelus in l. Item apud Labeonem, in §.si curauerit per illum text.ff.de iniurijs: qui dicit, ꝙ hoc est verum,scilicet,ꝙ reuocato mandato no punitur mandans ordinaria pœna,sed extraordinaria.hæc ille (qui supra fuit per me relatus)in l. non solùm,§.si mandato meo,nu.3.ff.de iniurijs, & famosis libellis.Idem docuit Ludouicus Carrerius in Rubrica de homicidio, §.2.nu.19.& circa nu.285.Andreas Tiraquel.in tract.de pœnis remittendis, aut remittendis,causa 37.nu.1. & causa 39.nu.1. & causa 40.nu.1.causa 38. nu.1.Petr. Iac.in tit.de act.leg.aquil.col.6. in paruis.Ioãnes Fab.in §.Item lex Iulia,col.pen.vers. quidam autẽ dicunt.instit.de publ.iudic. Bal. in l.data.col.11. vers Item nota,ꝙ pœnæ personales,& iterum col. sequenti,ver.Dico autem,C.qui accusare possunt, Vbi ita loquitur vt videatur hoc ẽt de iure cõmuni procedere,cessante consuetudine, responderéq; ad iura,quæ vñr innuere contrarium,& rursus idẽ asseuerauit Bal in c.si.nu.8.in vers. Iuris auctoritas,ext.de consuetudine,dicens,propositum.n.cũ actu imperfecto æquitas dictat mitius puniri,quã cum actu perfecto,vt in l.si fugitiui, C.de ser.fug. qui Bal.affert in suæ sniæ rutelam opinionem Archid.in c.si quis suadẽte diabolo. 17.q.4.in 1.col.

12.in ver.Item violentiam.quæ verba † sunt intelligẽda cum effectu, vt in c.hæc autẽ.de pœnit. dist.1. Idem Bal.rursus asseuerauit in cons.359.incip.sta tuto Placentiæ cauetur,& in cons.361.incip.Quidam rumor,lib.1.& in cons.444.incip.Cecchus cõ fecit venenum,col.2.vers. Item non obstat, lib.3. Idem asseuerant Ange.Paul.Cas.Alex.& Iason in l.1.§.hęc verba,ff.quod quisq; iur.Vbi & hoc Ang. dicit esse notabile,& Paul.Cas.esse perpetuo menti tenendum.quod & rursus idem Ange.confirmauit in l.1.§.fuit iniuria, ff.de varijs criminib. & idem voluit ipse Paul.Cas.in cons.296. incip. Visa inquisitione,col.2.lib.2.Idem sentijt Flori.in l.itẽ si obstetrix col.2.ff.ad l.Aquil.Masuerus in tit.de pœnis,§.Item secundum cõsuetudinem. Idem sentijt Rapha.Fulgo.in cons.149.incip.super inquisitione formata,col.pen.ver.super est de tertio.Idẽ sentijt Franeis.Aret.in cons.80. incip.sicut decet, col.3.Idẽ sentijt Barb.in l.4.§.Caro.col.3.ff.de ver bor.oblig.& in addir.Barb.(vt refert Tiraquel.vbi sup.)in c.1.in princ.tit.quibus modis feudum amitt.& in cons.64 incip. scribitur lib.Hester,col. 9.in fine,cum sequenti.lib.1. & in consil.23.incip. Sapientissimus dixit Ecclesiastes, col.6.vers. Cùm ergo,in casu nostro.lib.2.Item sentijt Alex. in consil.15.incip.Visq processu col.2.& iterum col.vlt. lib.1.& in consil.40.incip.videtur in casu proposito,col.1.vers. & primò præsuppono, lib.2.& rursus,idem Alex.in addit.Bart.in l.qui ea mente, ff. de furtis.Vbi hoc reputat singulare,& refert ibi sequitur in versic.qui cogitauit, Bald.in l.data opera in 23.colum.C.qui accusare non possunt,dicentem:quòd vbi imponitur personalis pœna,requiritur actus consũmatus: secus in minori pœna:

13 † quia tunc sufficit actum inchoatum esse. Idem sentijt Corneus in consil.23.incip.licèt in hac con sultatione,colum.1.vers.His tamen non obstantibus.Matth.de Afflict.in constir.Siciliæ,incip.Manaxoia,col.2.vers.sed aduerte. Idem docuit Ray. & post eum Bald.in l.1.§.hæc autem,ff.quisque iuris.Alex.in consilio incip. Põderatis verbis inquisitionis, col.penult.vers. Præterea quantuis,lib.1. Idem docuit Flor.de Sancto Petro in l.item si obstetrix, in fine, ff.ad l.Aquil.quem refert & sequitur,nulla Bal.mentione facta,Cæpolla in repet.l.si fugitiui,col.12.versic. Flor.autem,& iterum col. 14.ver.tertio casu,C.de seruis fugitiuis.in paruis. Afflictus super 3.par.constir. Rubrica 24.in princip.num.15.Bertrand.consil.228.nu.6.lib.7. Albericus de Gandino in tract.de maleficijs,tit.de homicidiarijs,& eorum pœnis,nu.11.in vers.solue: dic,Vbi infrascriptis vtitur verbis, videlicet, sol. dic ꝙ refert an aliquis intendat delinquere per alium: quo casu non punitur,si maleficium non fuerit sequutum, per iura primò allegata,an intẽdat delinquere per seipsum, quia si procedatur ad actum,punitur, adhibita distinctione posita supra de pęnis, circa princip.(Adde tu nu.4.Vbi ipse dixit puniendum fore eum,qui cogitauit, egit, sed non perfecit, quia non potuit, & ita intellige leges pro hac parre allegatas. Tamen non putarem inquit ipse ibidem delinquere Iudicem, sed benè agere,si in casu proposito, vel simili puniret extra ordinem crimine Stellionatus. Nam vbicunq; do-

14 lus,inest,nec pœna † est determinata, extraordinaria imponitur.hæc ille. Iulius Clarus idem sentijt,in lib.5.senten.§.fin.quæst.93. per totum,afferens ad hoc probandum, & alias quamplurimas Doctorum sententias, post quas afferens,& suam opinionem infrascriptis notabilibus verbis vtitur,videlicet. Ego autem dico sic.Aut lex,vel statutum in huiusmodi atrocissimis expresè punit solùm conatum: & seruanda est. Aut non expresè punit conatum;& standum est generali consuetudini, vt conatus non puniatur, nisi sequatur effectus. Et hæc opinio iudicio meo tutior est. Nihilominus quia pluries vidi in his casibus diuersimodè iudicari,quandoq; puniendo conatum in atrocissimis pęna ordinaria, & qñdoq; pœna extraordinaria,crederem in practica posse Iudicem adhęrere cui opinioni maluerit,inspecta facti, & personarum qualitate. Consulo tamen, vt semper in mitiorem partem inclinet. In his verò, quæ atrocissima non sunt, nullo modo debet Iudex pro solo conatu pœnam mortis imponere, nisi id expresè,(vt dixi) statuto, vel lege caueatur, & eo etiam casu,non nisi deuentum fuerit ad actum proximum, & immediatum ipsi maleficio. Regularirer autem non debet Iudex conatum impunitum relinquere, sed semper aliquam pœnam extra ordinem infligere.Et ocra,quòd in illis casibus,in quibus ille, qui deuenit ad actum proximum,non potest puniri pęna ordinaria,debet tamen acriùs puniri pro motu Iudicis, quàm ille, qui deuenit ad actum remotum: & ita tenet consuetudo. Vt dicit Bald. in l.data opera, numero 77. C.qui accusare non poss. hæc Iulius Clarus

vbi supra, quem sequitur Raymundus Pius Fic. vt refertur in Thesauro communium opinionum crimin, in vers. affectus, & Hyppolitus Bonacossę. ibidem qui refert ibidem hanc conclusionem amplexatum fuisse Viuium in prima parte, nu. 326. commu. opin. Hoc idem ipse Bonacossa probat in ver, conatus. Bal. in cõs. 361, in 1. vol. Idem docuit Frãciscus Viuius in vers. conatus, relatus in Thesauro commun. opin, crim. Idem docuit Andr. de Iser. in c. 1. §. si verò, de Capita. qui curiam vendi, Idem docuit Cataldinus de Boncompagnis in cons. 55. nu. 58. & 64. posito inter consilia criminalia diuersorum in 1. vol. dicens, hãc esse communem opin, Idem Bald. docuit in cons. 443. Idem Angelus in l. 1, §, fit iniuria, ff. de extraordin. crimin. Idem Florian, in l. Item si obstetrix, ff. ad l. Aquil. Idem Afflict. in coustit. Neapolit. lib. 3. Rubrica 41, Alex, ad Bar. in l. 1, ff. ad l. Pompe, de Parrici. Item Angelus in l. vnica, C. de Raptu virginis, Idem docuit Ioannes de Ana. in c. penult. col. vlt. in fine, In vers. Vltimò vidi dubitari vtrum raptus punibilis committatur si non. sequatur carnis commixtio, videtur quòd non, per tex. in l. 1. C. de raptu virginum, extra de raptoribus. Vbi subscribens se præsenti conclusioni, concludit, infrascriptis verbis vtens, videlicet. Sed potest dici, quòd dato, ꝙ quis committat raptum, nõ tamen punitur pęna illius l. quæ punit raptum, & stuprum. & pro ista parte vidi in ciuitate ista, scilicet Bononiæ, vt dixit Cępolla, consultum, & iudicatum, & liberatum à pęna capitis quendam commitatiuum, loco infra citando, cui parentes promiserunt puellam, & postea nolebant ei dare, qui postea rapuit illam euntem ad fontem pro aqua: & ille honestissimè duxit ad domum auunculi puellæ, qui postea fuit captus, & Potestas voluit eum decapitare: hæc ille. ex cuius verbis elicitur ipsum se subscripsisse præsenti conclusioni, cùm in d. l. 1. per ipsum citata caueatur, quòd rapiens virginem vel viduam honestam capitali sententiæ subdatur. & reddens lex rõnem dictæ pœnę, dicat, quia virginitas, vel castitas corrupta restitui non possit. Quapropter patuit, ꝙ Legislator respexit effectum tanti criminis. vnde meritò fuit iudicatum (vt dixit Ana.) ꝙ nõ puniretur
15 † supradictus raptor pœna mortis, cum crimē raptus prohibiti, iuxta intentionem Legislatoris nõ fuisset consumatum, sed initiatum, seu attentatũ, Vnde patet ipsum Ana. idē sentiisse in casu nostræ conclusionis eò magis, ꝙ non dixerit simpliciter talem fuisse liberatum ab oĩ pœna, sed dixit, fuisse liberatum à pœna mortis, quæ infligitur per dictã l. 1. quasi dixerit ipsum, fuisse punitum alia pœna extraordinaria. quam interpretationem tacitè admisit Franciscus Viuius vbi sup. qui ad nostrã conclusionem probandam citauit dictũ Ioannem de Ana. in d. c. penult. & sciendum, ꝙ suæ prædictæ ipsius Ioannis de Ana. se subscripsit Decius in consil. 234. col, fin, seu nu, 8. Cui se subscripsit quoque Cępolla in criminali, cons. 57. etsi ipse in d. Consilio concludat & probet iustam fuisse sententiam cuiusdam iudicis, qui pro raptu cuiusdam mulieris sequuta copula, banniuit quendam vnà cum ipsius socijs corraptoribus, & eos capitali sententię subijciendos adiudicauit, si aliquo pacto comprehensi fuissent à Curia. Idem docuit Boerius in decisione 316. col. 2. asserens hanc esse communem Doctorum opinionem. Idem fatetur Marantha in suo Speculo aduocatorum in c. incip. Quarta pars num. 54. Idem Matthæus de Afflicto in constit. incip. Asperitatem, colum. 3. nor. 2. Idem docuit Iacobus de Bellouisu in sua praxi iudiciaria in criminalibus, in tit. de inuasore, 6. & ipsum interfecisset, nu. 3. Idem docuit Nauarrus in c. si quis nõ dicam, nu. 6. ver. cęterũ hæc regula, & nu. 12. ver. Quibus addo. nu. 13. ver. contra tamen, & nu. 17. versi. Octauò fallit, de pęnit. dist. 1. Probatã & tertiò præsens conclusio, & hac irrefragabili ratione ab oĩb. ferè Doctoribus acceptata. Cùm n. iuxta grauitatem culpæ debeat esse & pęna, vt ius suũ vnicuique tribuatur: Inde sequitur, ac probatur veritas præsentis nr̃æ conclusionis, qm̃ aliàs vtiq; iniuria, & non iustitia administraretur; si eadē pęna quis puniretur pro attētato crimine, qua quis veniret puniendus pro cõpleto, ac consumato scelere; cũ maxima sit differentia inter vtrumq;. & non eodē modo bonum publicũ, ac priuatum offendatur: vt patet ad sensum. Quapropter meritò dicendum erit nostram conclusionem verissimam esse.

Attamen licèt nr̃a cõclusio fuisset cõprobata verissima. Nihilominus posset quis q̃ facillimè insurgere contra ipsam asseuerando ipsam falsam, & idcircò nullatenus fore amplectendam. Cũ potius esset dicendum eadē pęna puniendum fore attentãtem, qua consumantem delictũ, & hoc posset quis probare duplici medio tali pacto, videlicet. Cũ illa consuetudo, quæ iuri Diuino aduersetur, nõ sit obseruanda tam in iudicio, q̃ extra, eo ꝙ potius sit dicenda corruptela, quàm lex, vt in c, fi. extra de consuetudine. Inde sequitur, ꝙ dicta citata per te consuetudo non puniendi pœna ordinaria inflicta criminibus per leges, aut statuta non sit obseruanda, imò potius contrarium voce, & opere prædicãdum. Vt patere videtur ad sensum: & ꝙ huiusmodi consuetudo sit contra ius Diuinũ tali pacto probari vr̃, videlicet, & primò, præceptum est à Deo per os Moysis (vt legitur in lib. Exodi, c. 21. vers. 12.) ꝙ [Qui percusserit hoĩem volēs occidere, morte moriatur.] cùm ergo hmõi consuetudo sit contra ius Diuinum: eò ꝙ statuerit tacitè, ꝙ percutiens, vel aliud crimen attentans aĩo occidendi, vel illud aliud crimē perficiēdi puniatã mortis pęna, vel alia q̃ erat pœna ordinaria. Probatur & secũdò Doctorum auctoritate rũ explicita, cùm implicita: explicita, s. auctoritate Barb. in cons. lib. 1. cons. 64. col. antepenult. ver. Quinimo dico; qui hoc docuit, dicens hanc consuetudinem nullo pacto fore seruandam, & idcirco Iudices hoc debent ponderare, qm̃ quotidię hoc accidit. hęc ille. Implicitè verò id fassi sunt Host. & Archid. Nam Host, in summa in tit. de pęnis, §. Quot sint species pęnarum, in ver, sinautem. Vbi afferēs tex. in l. 1. ff. ad l. Pompeiã, de parric. (in cuius fine) dr̃: morte afficiendũ fore eũ, qui emit venenũ, vt patri daret, q̃uis non potuerit dare, & alias quamplurimas leges citãs infrascriptis verbis vsus fuit, videlicet, Sin aũt ideo nõ perfecit actum, quia non potuit, licèt benè voluisset perficere, puniēdus erit ac si fecisset. hæc Ille Doctor. Idē videtur docuisse Barr. in d. l. 1. ff. ad l, Pompeiã, de parric. cùm ibi infrascriptis vsus fuerit verbis, videlicet. Vltimò nota tex. huius legis in fine, quòd ille, qui emit venenum vt daret alicui, licèt nõ dederit, punietur perindè ac si dedisset, qđ nota contra illos Monachos, qui dr̃ voluisse venenare Abbatē S. Petri, hæc ille. Qui rursum idē docuit in l. is qui cũ telo, C. ad l. Corn. de sicar. his verbis vtēs videlicet. Qui ad actũ occidēdi peruenerit, licèt nõ

occide-

occiderit, pœna legis Cornel. de sicar. punietur, ac si occiderit. Hæc ille. At pœna talis ordinaria est pœna mortis: ergo secundum Bart. ipsum capitalem sustinebit sententiam, & non pœnam extraordinariam, scilicet pecuniariā, vel exilij: & idē Bart. rursus eadem docuisse videtur in l. nihil interest. ff. ad l. Cornel. de sicar. Idem videtur docuisse Archid. in c. qui bona. col. 9. versic. si autem fuit imperfectus propter impotentiam. 17. q. 1. vbi infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet: Si autem actus fuit imperfectus propter impotentiam; qui cogitauit corrumpere, & egit, quia attentauit, sed non perfecit, quia non potuit, & benè voluisset corrumpere, si potuisset. & tunc punitur: & ita intelliguntur leges canonizatę. de pœnitent. distin. 1. c. si quis non dicam rapere, & ab inde vs-
16 que ad l. cogitationis. & vxor † punitur quo ad legem coniugij propter insidias, & cōsilia, quæ interposuit in morte mariti, quamuis effectus non fuit sequutus, vt docet tex. in c. 1. extra de diuortijs. & ibi glo. dicens, quòd est argumentum, ꝙ eo natus sine effectu puniatur. hæc Archid. ex quibus videtur, ꝙ falsa fuerit nostra quinta cōclusio.

His non obstantibus adhuc asserimus verissimam fuisse nostram conclusionem: & ad obiecta respondendo sigillatim dicimus. Primò, quòd nihil probat contra nostram conclusionem auctoritas iuris Diuini excerpta ex libro Exodi. Nam in mea Sacra Biblia Hebræo charactere edita, ac typis tradita dicta verba in d. versic. 1. c. 21. lib. Exodi sic scripta habentur, videlicet מַכֵּה אִישׁ
וָמֵת מוֹת יוּמָת

Quos quidē charácteres scribendo rursus characteribus Latinis, sic describuntur Macheh isch vamet mot iumat: quæ quidem verba versa in linguam Latinam denotāt hæc, videlicet: [Qui percutit, seu percutiens hominē, & mortuus est, morte morietur.] Quapropter apertissimè patuit, ꝙ errore impressoris, vel translatoris detracta reperitur dictio illa [& mortuus est.] quod & triplici medio probabimus. Nam primò, quia in margine dictorum verborum in nostra Biblia vulgata annotantur ea, quæ ipsis concordantur in lib. Leuitici c. 24. vers. 17. vbi hæc ad verbum habentur, videlicet: [Qui percusserit, & occiderit hominē, morte moriatur.] Secundò, quia etiā in hoc concordat Nicolaus de Lyra ibidē, qui infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet: Hic accipiatur percus-
17 sio † pro occisione; quia si non occideret percutiendo, quantumcunque vellet occidere, non propter hoc punietur morte: sed alia pœna. Vnde in Hebræo habetur. [Percutiens hominem, & moritur, scilicet percussus, morte moriaē, scilicet percutiens.] Sed Lyr. volēs in proposito nostræ translationis, determinat modum percutiendi, cùm scilicet fit à proposito, & non à casu. hæc ille. Ex quibus omnib. luce meridiana clariùs patuit præsenti nostræ conclusioni dictam auctoritatem iuris Diuini non aduersari: Attamen vt veritas nostræ assertionis magis, atq; magis elucescat. Sciendum, ꝙ dato & non concesso, quod prædicta duplex responsio non sufficisset ad diluendam dictā impugnationem, & tertiam hanc afferemus, quæ minimè impugnari aliquo pacto poterat fine rubore, ac pallore. Sciendum ergo, quòd vltra ea quamplurima quæ retulit Andreas Tiraquell. in tracta. de pœnis temperandis, aut minuendis in causa trigesimaoctaua, circa responsionem præsenti obiectioni faciendam, referendo quamplurimorum Sanctorum, & Doctorum, tam Theologorum, quam Canonistarum sententias, & vltra ea, quę attulimus in nostro tractatu inscripto Scrutinium iuris; breuitati studētes hic breuiter perstringere studebimus, quamplurima, quæ circa hoc forent dicenda, referendo solùm quæ nos docuit Diuus Thomas noster Neapolitanus, & Angelicus (verè) Doctor. in 1. 2. q. 99. & per subsequentes quæstiones per totum. Sciendum ergo, ꝙ Lex Diuina, seu ius Diuinum vetus continnit in
18 se multa præcepta, † quæ sunt in triplici differentia. Nam aliqua eorum dicuntur moralia, aliqua cærimonialia, aliqua verò iudicialia. Præcepta ergo moralia, quæ aliàs Decalogi præcepta dicuntur, sunt de illis, quæ secundum se ad bonos mores pertinent. cum autem (vt docet S. Thom. in 1. 2. q. 100. artic. 1.) humani mores dicantur in ordine ad rationem, quæ est proprium principium hu
19 manorum actuum: † illi mores dicūtur boni, qui
20 rationi congruunt: mali autem, † qui à ratione discordant. Cùm ergo moralia præcepta sint de his, quæ pertinent ad bonos mores: hæc autem sunt, quæ rationi conueniunt: omne autem rationis humanæ iudicium aliqualiter à naturali ratione deriuatur: vnde necesse est, ꝙ omnia præce-
21 pta moralia pertineant ad legem naturæ, † sed diuersimodè. Quædam enim sunt, quæ statim ratio naturalis cuiuslibet hominis dijudicat esse faciendа, (sicut honora patrem tuum, & matrem.) Non occides. Non furtum facies, & reliqua præcepta secundæ tabulæ, videlicet. Non mœchaberis. Non dices falsum testimonium. Non concupisces domum proximi tui. & Non concupisces vxorem proximi tui, neq; ancillam, &c.) sunt absolutè de lege naturæ. Quædam verò sunt, quæ subtiliori consideratione rationis à Sapientibus iudicantur esse obseruanda, & ista sic sunt de lege naturæ, vt tamen indigeant disciplina, qua minores à Sapientibus instruantur. sicut illud, Coram cano capite consurge, & honora personam senis, & alia huiusmodi. Quædam verò sunt, ad quæ iudicanda ratio humana indiget instructione Diuina, per quam erudimur de Diuinis: sicut est illud. Non facies tibi sculptile, seu Vnum cole Deum. Non assumes nomen Dei tui in vanum. & Sabbata sanctifices. Hæc verò præcepta moralia, (quæ aliàs primæ, & secundæ tabulę dicūtur præcepta, & decalogi ab alijs præceptis Diuinis differunt
22 inter alia, quoniam ipsa præcepta † decalogi per seipsum Deus dedit (vt docet S. Thom. vbi supra. artic. 3.) imò ipsamet sacra Scriptura in lib. Exodi cap. 31. versic. 18. vbi memorantur duæ tabulæ lapideæ scriptæ digito Dei, traditæ Moysi, continentes dicta præcepta decem moralia: quas eùm fregisset Moyses propter idolatriam factam à populo Hebręo, vt in dicto libro Exodi cap. 32. versic. 19. Rursus Diuino præcepto alias duas præcidit lapideas tabulas, & ascendens in montem Sinai (vt dicitur in dicto libro Exodi c. 34. vers. 4.) quas Deus ipse promiserat rursus in eis scribere verba, quæ habuerant tabulę, quas ipse Moyses fregerat descendens de monte. & in dicto cap. 34. vers. 1. habetur, sed an Deus postmodum ipsa verba in dictis tabulis scripserit per semetipsum, vel ministerio Moysis, ipso tamen dictante videtur non ita facile posse dissolui, ac decidi, quoniam in

dicto cap. 34. verſ. 27. & 28. hęc habentur, videli-
cet: [Dixitque Dominus ad Moyſen. Scribe tibi
verba hæc, quibus & tecum & cum Iſtael pepigi
fœdus. Stetit ergo ibi cum Domino Moyſes qua-
draginta dies, & quadraginta noctes: panem non
comedit, & aquam non bibit, & ſcripſit in tabulis
verba fœderis decem.] hęc ibi. Ex quibus videtur
23 prima fronte Deum non ſcripſiſſe † dicta decem
præcepta per ſe, ſed manu ipſius Moyſis, quam iã
ſcribere promiſiſſet ipſi Moyſi. Sed quomodo res
ſe habuerit ignoro, tamen Nicolaus de Lyra ibid.
in cap. 34. in verſic. [& ſcribam.] dicit, quòd ipſe
Deus ſcripſerit dicta decem verba contenta in ta
bulis lapideis dolatis á Moyſe, & ab ipſo met de-
latis in montem Sinai. Sed ipſemet Lyra ibidem
in verſic. ſcribet ibi verba hæc, infraſctiptís vtitur
verbis, videlicet: Hoc videtur eſſe contrarium ei,
quid Dominus ſupra dixit in principio capituli.
[& ſcribam ſuper eas.] Ad hoc dicunt aliqui, ꝙ
Dominus ſcripſit auctoritatiuè, & dictando. ſicut
Auguſtinum ſcripſiſſe librum de ciuitate Dei di-
citur, vel huiuſmodi. Sed Moyſes ſcripſit miniſte-
rialiter. & figurando, ſed hoc non videtur: quia
cùm ille tabulæ eſſent lapideæ, literæ fuerunt ibi
figuratæ per ſculpturam, nõ autem eſt veriſimile,
quòd Moyſes aſcendens in montem ad adoran-
dum Dominum, & vacandum contemplationi,
portaret ſecum inſtrumenta ad ſculpendum cum
ſonitu, & malliatione. & ideo dicendum (inquit
Lyra) quòd Dominus illas literas figurauerit, vt
prædictum eſt: & ideo, quòd hìc dicitur. [ſcribe]
intelligendum eſt, quòd Moyſes ſcripſit illa verba
non in tabulis lapideis, ſed poſtea in libro. Poteſt
etiam & aliter dici, ſcilicet quòd Moyſes manum
ad tabulas appoſuit, ſed Dominus tunc literas mi
raculosè formauerit, ſicut ad impoſitionem ma-
nuum Apoſtolorum dabatur Spiritus ſanctus, non
quòd illa impoſitio manuum in recipientibus Spi
ritum ſanctum aliquid faceret, & tunc reddit in
hoc, quod dictum eſt, ſcilicet quòd Deus illas li-
teras fuguranerit, & idem Lyra ibid. in verſic. &
ſcripſit in tabulis. dicit, hoc refertur ad Domi-
num, vt ſupra dictum fuit, & aliter etiã exponunt,
dicentes. [ſcripſit,] ideſt ſcriptas à Domino re-
cepit. hæc omnia Nicolaus de Lyra, cuius verba
ad vnguem referre ſtuduimus, vt contradictio di
cti textus apparens aboleretur, ex quibus omni-
bus hucuſq; allatis patuit, quòd præcepta decem
moralia fuerunt tradita nobis ab ipſo Domino
Deo, & continebantur in illis duabus lapideis ta
bulis, & hæc allata ſufficiant quo ad probationem
24 primæ differentiæ inter præcepta moralia, † &
præcepta cęrimonialia, & iudicialia. Quapropter
ſciẽdum, quòd dicta præcepta moralia à reliquis
differunt & ſecundò, quia præcepta moralia ſunt
immutabilia, & indiſpenſabilia, vt docet text. in
§. his itaque reſpondetur. diſtin. 6. & ibi per Do-
ctores, & ratio eſt patentiſſima, & hæc eſt: quia
cùm dicta præcepta ſint fundata in iure naturali
(quod immutabile eſt) vt docet etiam inter alios
Abbas in c. literas. extra de reſtitut. ſpoliat. & la-
tius & elegantiùs docuit Sanctus Thomas in 1. 2.
q. 100. artic. 8. vbi probauit, quòd præcepta De-
25 calogi, quæ alio modo dicuntur præcepta † mo-
ralia, ſunt omnino indiſpenſabilia: cùm ipſa reſpi
ciant, ac dirigant, ſeu ordinẽt hominem ad Deũ,
quod eſt bonum cõmune per tria illa prima præ-
cepta in ordine, quæ aliàs dicuntur præcepta pri-
mæ tabulæ. & reliqua ſeptem præcepta, quæ aliã
præcepta ſecundæ tabulæ appellantur, contineãt
ordinem iuſtitiæ inter homines conſeruandæ, ac
obſeruandæ, vt nulli fiat indebitum, ac iniuria:
ſed potiùs, quòd vnicuique ius ſuum tribuatur. &
rurſus ipſemet S. Thomas in 1. 2. q. 94. art. 5. affir-
mat, ac probat legem naturalem non poſſe muta-
ri, ſi intelligatur fieri per modum nõ additionis,
ſed ſubtractionis, vt ſcilicet aliquid deſinat eſſe
de lege naturali, quod prius fuit ſecundum legem
naturalem, & ſic quantum ad prima principia le-
gis naturæ, lex naturæ eſt omnino immutabilis.
Sed pro maiori horum notitia ſciendum erit, ꝙ
ipſemet Sanctus Thomas in dicta q. 94. artic. 2. di
cit, quòd ſecundum ordinem inclinationum na-
26 turaliũ eſt ordo † præceptorũ legis naturę: Ineſt
enim primò inclinatio homini ad bonum, ſecun-
dum naturam, in qua communicat cum omnibus
ſubſtantijs, prout ſcilicet quælibet ſubſtantia ap-
petit conſeruationem ſui eſſe, ſecundum ſuam na-
turam, & ſecundum hanc inclinationem pertinẽt
ad legem naturalem ea, per quæ vita hominis con
ſeruatur, & contrarium impeditur. Secundò ineſt
homini inclinatio ad aliqua magis ſpecialia, ſe-
cundum naturam, in qua communicat cum cæte-
ris animalibus, & ſecundum hoc dicuntur ea eſſe
de lege naturali, quæ natura omnia animalia do-
cuit, vt eſt commixtio maris & fœminę, & educa-
tio liberorum, & ſimilia. Tertio modo ineſt ho-
mini inclinatio ad bonum, ſecundum naturam ra
tionis, quæ eſt ſibi propria: ſicut homo habet na-
turalem inclinationem ad hoc, quòd veritatẽ co-
gnoſcat de Deo, & ad hoc, quòd in ſocietate vi-
uat, & ſecũdum hoc ad legem naturalem pertinet
ea, quæ ad huiuſmodi inclinationem ſpectant, vt
potè, quòd homo ignorantiam vitet, quòd alios
non offendat, cum quibus debet conuerſari, & cæ
tera huiuſmodi, quæ ad hoc ſpectant. hæc Sanctus
Thomas vbi ſupra, qui & ibidem, ſed in artic. 4. in
reſpon. ad primum reſpõdens, ac ſimul exponens
ſententiam Gratiani in §. 1. diſtin. 1. dicentis, ꝙ
27 ius naturale † eſt, quòd in lege, & Euangelio con
tinetur. dicit, quòd verbum illud non eſt ſic intel-
ligendum: quaſi omnia, quæ in Lege, & Euange-
lio continentur ſint de lege naturæ: cùm multa tra
dantur ibi ſupra naturam, ſed quia in ea, quæ ſunt
de lege naturæ plenariè ibi traduntur. Vnde cùm
dixiſſet Gratianus, quòd ius naturale eſt, quod in
Lege, & in Euangelio continetur: ſtatim expli-
cando ſubiunxit. Quod quiſque iubetur alij fa-
cere, quod ſibi vult fieri. hæc ille Sanctus ibi. Ex
quibus omnibus patuit, quòd præcepta moralia
tanquam fundata in lege naturali ſint immutabi-
lia, & indiſpenſabilia: & hæc ſufficiant de præce-
ptis moralibus pro pręſenti quæſtione decidẽda.
Sed quoniam (vt idem Sanctus Thomas docuit in
1. 2. q. 99. artic. 4.) ad legem Diuinam pertinet, vt
ordinet homines adinuicem, & ad Deũ, & quòd
vtrumq; horum in cõmuni quidẽ pertinet ad di-
ctamen legis naturæ, ad quod referuntur moralia
præcepta: Sed quòd oporteat, quòd vtrumque de-
terminetur per Legem Diuinam, vel humanam,
eo quòd principia naturaliter nota ſunt commu-
nia tam in ſpeculatiuis, quàm in actiuis. Inde ſe-
quitur, quòd determinatio communis præcepti
de cultu Diuino fieri debeat per præcepta cęri-
monialia, & determinatio communis pręcepti
de iuſtitia obſeruanda fiat per pręcepta iudicia-
lia.

lia. Idcirco ſermonem de præceptis moralibus
28 † ſubſequitur ſermo de cærimonialibus, de quibus loquendo dico cum S. Thom. in 1.2.q.101.artic.1. quòd ipſa præcepta cærimonialia determinent præcepta moralia in ordine ad Deum: ſicut iudicialia præcepta determinant præcepta moralia in ordine ad proximum. Cùm & homo ipſe ordinetur ad Deum per debitum cultum: idcirco cærimonialia præcepta propriè dicuntur, quæ ad cultum Dei pertinét. Nam (vt docet ipſemet Sanctus Thomas in 1.2.q.99.artic.3.) cum Lex Diuina principaliter inſtituatur ad ordinandum homines ad Deum, & lex humana principaliter ad ordinandum homines adinuicem: idcircò leges
29 humanæ non curauerunt † aliquid inſtituere de cultu Diuino, niſi in ordine ad bonum commune hominum, & propter hoc etiam multa confixerūt circa res Diuinas, ſecundum quòd eis videbatur expediens ad informandos mores hominum, ſi-
30 cut paret in ritu Gentilium. Sed Lex Diuina † è conuerſo homines ad inuicem ordinauit, ſecundum quòd conueniebat ordini, qui eſt in Deum, quem principaliter intendebat. Quapropter animaduertendum erit, quòd homo non ſolum ordinetur in Deum per interiores actus mentis, (qui ſunt credere, ſperare, & amare: ſed etiã per quædam exteriora opera, quibus homo Diuinam ſeruitutem profitetur: & iſta opera dicuntur ad cultum Dei pertinere, qui quidem cultus, cæremo-
31 nia vocatur, † quaſi munia, ideſt dona Cæreris, quæ dicebatur Dea frugum, eo quòd prima ex frugibus oblationes Deo offerebantur: ſiue, vt Maximus Valerius refert in lib.1.c.1.parum à medio, iu tit.de li.1.Furio Bibaculo, nomen Cæremoniæ introductum eſt ad ſignificandum cultum Diuinum apud Latinos, à quoddam oppido, iuxta Romam ſituato, quod Cære vocabatur, eo ꝙ Roma capta à Gallis, illic Sacra Romanorũ oblata ſunt, & reuerendiſſimè habita. ſic igitur illa præcepta, quæ in Lege Diuina reperiuntur, & determinant ea, quæ ad cultum Dei pertinent, ſpecialiter præ-
32 cepta † cæremonialia dicuntur. Quorum tamen obſeruatio ſicut ante paſſionem Domini noſtri IESV neceſſaria erat, ſic poſt paſſionem Domini IESV eorum tranſgreſſio neceſſaria eſt, vnde patet, ꝙ dicta præcepta cæremonialia non fuerunt immutabilia, ſicut diximus de moralibus, quod & Sanctus Thomas in 1.2.q.103.art.4.probat auctoritate Apoſtoli Pauli, & irrefragabili ratione. Dicit enim, quòd cùm Apoſtolus ad Galat.c.5. verſic.2.dixerit.[Ecce ego Paulus dico vobis, quòd ſi circuncidimini, Chriſtus vobis nihil proderit.] ſed nihil excludit fructum Chriſti, niſi peccatum mortale: ergo circũcidi, & alias cæremonias obſeruare poſt paſſionem Chriſti, eſt peccatum mortale. Ratio verò huius veritatis tali pacto ab ipſomet Sancto redditur: Cùm omnes cæremoniæ ſint quædam proteſtationes fidei, in qua conſiſtit interior Dei cultus: inde ſequitur, quòd homo ſic poteſt proteſtari factis fidem interiorem, ſicut & verbis, & in vtraque proteſtatione, ſi aliquid homo falſum proteſtatur, peccat mortaliter. Quãuis autem ſit eadē fides, quam habemus de Chriſto, & quã antiqui Patres habuerunt, tamen quia ipſi præceſſerunt Chriſtum, nos autem ſequimur, eadem fides diuerſis verbis ſignificatur à nobis, & ab eis. Nam ab eis dicebatur, [Ecce Virgo concipiet, & pariet filiũ.] quæ ſunt verba futuri temporis. Nos autem idem repreſentamus per verba præteriti temporis, dicentes, quòd concepit, & peperit. Et ſimiliter cæremoniæ veteris legis ſignificabant Chriſtum vt naſciturum, & paſſurũ: Noſtra autem Sacramenta ſignificant ipſum vt natũ, & paſſum. ſicut igitur peccaret mortaliter, qui nunc ſuam fidem proteſtando, diceret, Chriſtum naſciturum, quod antiqui piè, & veraciter dicebant: ita etiam peccaret mortaliter, ſi quis nunc cæremonias obſeruaret, quas antiqui piè, & fideliter obſeruabant. Et hoc eſt, quod Auguſtinus dicit contra Fauſtum. Iam non promittitur naſciturus, paſſurus, reſurrecturus, quod illa Sacramenta quodammodo perſonabant: ſed annunciatur, ꝙ natus ſit, paſſus ſit, reſurrexerit, quod hæc Sacramenta, quæ à Chriſtianis aguntur, iam perſonãt. hæc omnia Sanctus Thomas, vbi ſupra, quæ dicta ſufficient nobis ad probandum, quòd præcepta cærimonialia, etſi Diuina ſint, & contenta in iure Diuino: hodie mortiferum nobis eſſet ipſa obſeruare, & pium tranſgredi: ſupereſt modò, vt de tertio genere præceptorum, ſcilicet iudicialium ſermo habeatur, eo magis, ꝙ auctoritas libri Exodi c.21.verſ.12.allata contra noſtram concluſionem contineat præceptum Diuinum non morale, non cærimoniale, ſed ſolùm iudiciale, vt ex ſupra allatis patuit: cùm hæc verba ibi referantur, videlicet: [Qui percuſſerit hominem volens occidere, morte moriatur.]

33 Illa non immeritò præcepta † Diuina iudicialia ſolùm dicenda ſunt, quæ determinant præcepta moralia in ordine, ac homines ad ſeipſos, vt ſupra fuit dictum ex Diuo Thoma, qui idem rurſus faſſus fuit in 1.2.q.104. artic.1. vbi & dicit, ꝙ in duobus conſiſtit ratio iudicialium præceptorum, ſcilicet vt pertineant ad ordinationem hominum ad inuicē, & vt non habeant vim obligandi ex ſola ratione, ſed ex inſtitutione. Vnde ipſemet S.Thom.ibid.artic.2.examinans an dicta iudicialia præcepta aliquid figurabant, affert text. lib. Exodi in d.c.21. dicens iudicialia præcepta allegoricè, & moraliter exponuntur, & ſubdit hãc peroptimam diſtinctionem, dicens. Aliquod præ-
34 ceptum eſſe figurale contingit dupliciter. † Vno modo primò & per ſe: quia ſcilicet principaliter eſt inſtitutum ad aliquid figurandum, & hoc modo præcepta cærimonialia ſunt figuralia: ad hoc enim ſunt inſtituta, vt aliquid figurēt pertinēs ad cultum Dei, & ad myſteriũ Chriſti. Quædam verò præcepta ſunt figuralia non primò, & per ſe; ſed ex conſequenti, & hoc modo præcepta iudicialia veteris legis ſunt figuralia: non enim ſunt inſtituta ad aliquid figurandum, ſed ad ordinandum ſtatũ illius populi, ſecundum iuſtitiam, & æquitatem; ſed ex conſequenti aliquid figurabant, in quantum ſcilicet totus ſtatus illius populi, qui per huiuſmodi præcepta diſponebatur, figuralis erat, ſecundum illud 1.Corinth.c.10.verſic.11.[Hæc autem omnia in figura contingebant illis. Scripta ſunt autem ad correctionem noſtram, in quos fines ſeculorum deuenerunt.] Quapropter ipſemet Diuus Thomas, vbi ſupra.artic.3. intendens pro-
35 bare, quòd præcepta † iudicialia adhuc obligationem non habeant, vtitur duplici medio. Primò auctoritate Apoſtoli, & ratione. Nam. Apoſtolus Paulus in Epiſtola ad Hebræos.c.7.verſic.12. inquit. [Tranſlato enim Sacerdotio, neceſſe eſt, vt & Legis tranſlatio fiat.] Ex quibus verbis ſic ar-
guit

guit Diuus Thomas, sed Sacerdotium est translatum ab Aaron ad Christum. Ergo etiam & tota lex est translata: nõ ergo iudicialia præcepta adhuc obligationem habent. & ratio secundum eundem S. Thom. ibidem, est: quoniam ipsa iudicialia præcepta sunt euacuata per aduentum Christi, aliter tamen, quàm cæremonialia: Nam cæremonialia adeo sunt euacuata, vt non solùm sint mortua, sed etiã mortifera obseruantibus ea post Christum: maximè post Euangelium diuulgatũ: Præcepta autem iudicialia sunt quidem mortua, quia non habent vim obligandi: non tamen sunt mortifera: quia si quis Princeps ordinaret in Regno suo illa iudicialia præcepta obseruari, nõ peccaret, nisi fortè hoc modo obseruarentur, vel obseruari mandarentur, tanquam habentia vim obligandi ex veteris legis institutione: talis enim intentio obseruandi dicta præcepta esset mortifera, & huius differentiæ ratio potest accipi ex præmissis. Dictum est enim, quòd præcepta cæremonialia sunt figuralia primò, & per se tanquam instituta principaliter ad figuranda Christi mysteria, vt futura, & ideo ipsa obseruatio eorum præiudicat Fidei veritati, secũdum quam confitemur illa
36 mysteria iam esse completa. Præcepta † autem iudicialia non sunt instituta ad figurandum, sed ad disponendum statutum illius populi, qui ordinabatur ad Christum, & ideo mutato statu illius populi, Christo iam veniente, iudicialia præcepta obligationem amiserunt. Lex enim fuit Pedagogus ducens ad Christum, vt docuit Apostolus in Epistola ad Galatas cap. 3. versic. 24. quia tamen huiusmodi iudicialia præcepta non ordinantur ad figurandum: sed ad aliquid fiendum, ipsa eorum obseruatio absolutè, nõ præiudicat Fidei veritati: sed intentio obseruandi tanquam ex obligatione legis præiudicaret veritati fidei, quia per hoc haberetur, quòd status prioris populi adhuc duraret, & quòd Christus nondum venisset. hæc ille Sanctus. Ex quibus omnibus patuit quãapertissimè veritas nostræ conclusionis, & respõsionis ad obiecta contra illam ex fundamento Diuini iuris. Cùm & sit dicta sententia Domini, contenta in illis verbis, videlicet: [Qui percusserit hominẽ volens occidere, morte moriatur.] sit præceptum Diuinum traditum in lib. Exodi c. 21. versic. 12. tamen dictum præceptum fuit iudiciale; vt patet ad sensum: quod hodie nullam parit obligationẽ ad iudicandum, secundum ipsum, vt latius paulò ante probatum fuit. Et hæc satis sint in responsionem ad illam iuris Diuini sententiam allatam contra nostram conclusionem.

Ad sententiam Hostiens. dicentis, quòd qui nõ perfecit actum, quia non potuit, puniendus erit, ac si fecisset, & ad leges per ipsum citatas, breuiter respondetur. Primò, quòd etsi forsan vera sit ad literam ipsius sententia de iure communi, tamen contrarium obtinuit consuetudo generalis,
37 quæ cùm sit rationabilis, † & præscripta derogat, ac annullat legem, vt in c. fin. de consuetudine. & in l. sed & ea. & in l. si de interpretatione. ff. de legibus. & Senatusconsult. Nam in dicta l. sed & ea. hæc habentur, videlicet: [Sed & ea, quę lõga consuetudine cõprobatã sunt, ac per annos plurimos obseruata, velut tacita ciuium conuentione, non minus quàm ea, quæ scripta sunt iura, seruantur.] & in dicta l. si de interpretatione, hæc habentur, videlicet: [Si de interpretatione legis quæratur, in primis inspiciendum est, quo iure ciuitas retrò in eiusmodi casibus vsa fuit. Optima enim est
38 legũ interpres † consuetudo.] & in d. c. fi. §. fi. hæc habentur, videlicet: [Licèt etiã longeuæ consuetudinis non sit vilis auctoritas, non tamen est vsq; adeo valitura, vt vel iuri positiuo debeat præiudicium generare, nisi fuerit rationabilis, & legitimè sit præscripta.] hęc ibi. Ex his ergo omnibus iuribus patuit veritas nostræ primæ responsionis ad obiectionem factam conclusioni nostræ, propter sententiam Hostiens. cùm superiùs non bis fuerit probatum dictam consuetudinem esse rationi conformem. Respondetur & secundò, quòd in dicta sententia Hostiens. ipse intenderit nos docere, non quòd eadem omnino pœna quis pro attentato scelere esset puniendus, sed quòd omnino deberet puniri vigore dictæ legis [ac si fecisset.] idest non referendo ad qualitatem pœnæ, sed ad qualitatem attẽtati delicti, vt etiam & nos asseruimus in conclusione, dicẽtes, quòd talis veniat puniendus eadem lege, sed non eadem pœna, sed mitiori. Ad Bartolum dicentem, quòd qui emit venenum, vt daret alicui, licèt non dederit: punietur perinde ac si dedisset, & dicentis, quòd volens alĩ quem occidere, si peruenerit ad actum propinquum occisionis venit puniendus, ac si occidisset. Respondetur primò iisdem medijs, quibus fuit respõsum Hostiensi paulò ante: & secundò, quòd non inde eliciatur, quòd ipse sit interpretandus ad literam, sed iuxta aliam suam sententiam, scilicet de pœna extraordinaria imponenda ne compellamur asserere ipsum Bartolum inconstantẽ fuisse in sua opinione, & prorsus sibimet contrarium, eo quòd in l. qui ea mente. in fine. ff. de furtis. se subscripserit sententiæ Cyni supra citati, qui ad verbum astipulatus fuit præsenti nostræ conclusioni, vt fuit supra probatum: Nam dictus Bart. ibi infrascriptis verbis vtitur, videlicet: In delictis verò non consummatis, dic, vt dicitur per Cynum. C. de episc. & cler. l. si quis non dicam rapere. eo magis, quòd hoc ipsum idem Bart. explicitè docuit in l. non solùm. §. si mandato. ff. de iniurijs. Ad Archidiac. dicentem, si autem actus fuit imperfectus propter impotentiam, qui cogitauit corrumpere, & egit, quia attẽtauit, sed nõ perfecit: quia nõ potuit, & bene voluisset corrumpere, si potuisset: & tunc punitur, & quòd ita intelligantur leges canonizatæ. de pœnit. distin. 1. c. si quis non dicam rapere, &c. Respondetur, dictum Doctorem nihil contra nostrã conclusionem docuisse, imò in eius fauorem: nam idcircò consultò non dixit ipse Archidiac.: & tunc punitur pœna ordinaria, sed dixit, & tunc punitur, quasi diceret, non quia quis attentauit, & non consummauit delictum: idcircò impunis abibit, quod non videtur rationi consentaneum, ne mala remaneant impunita: sed tunc punitur, quasi diceret aliquali pœna extraordinaria, iuxta qualitates ipsius criminis attentati, & personæ attentãtis, quod vtique & nos docuimus in nostra conclusione sequuti tot citatos celebertimos Doctores. Quapropter ex allatis veritas nostræ conclusionis, & debilitas fundamenti impugnationis, apertissimè patuit.

His insuper nõ obstantibus, quis posset & secundò insurgere contra nostram hanc conclusionem, ipsam adhuc dicendo falsam: cùm contra ipsam non desint Doctores, eo quòd in ipsa dicatur, quòd attentans aliquod crimen, & non consumãs, quia

non

non potuit, non debeat puniri pœna ordinaria in-
iuncta ab aliqua lege ipſo facto, aut ſtatuto : ſed
pœna extraordinaria, & tamen non deſunt Do-
ctores, dicentes, quòd in tali caſu non debeant pu
niri, vt ſtatim ſubinferam : nam Bart. in l. 1. §. Di-
uus Adrianus. ff. ad l. Cornel. de ſicar. & vene. in-
fraſcriptis vtitur verbis, videlicet: Contra hunc §.
oppono. de conſuetudine, quæ non ſeruat hoc per
totam Italiam. Ad hoc reſpondet Specul. licèt le-
ge caueatur, tamen conſuetudine non ſeruatur, vt
not. in Spec. de accuſat. §. 1. verſic. ſed quid ſi poſt.
Iacobus de Rauen. reſpondet aliter: dicit enim, ꝙ
l. Cornel. tenetur, tamen minus punitur : quia nō
eſt ſequutus euentus, qui euentus conſideratur in
delictis, vt in l. aut facta. §. euentus. ff. de pœnis.
Domini. (ſubdidit Bar. ibi) quicquid ipſi dicant,
veritas eſt, iſta per Italiam maleficia puniuntur,
ſecundum ſtatuta, non ſecundū leges: & ideo cùm
ſtatuta dicant: ſi quis occiderit, &c. ſtatutum il-
lud non verificatur, niſi morte ſecuta : ideo ani-
mus occidendi nullo modo attenditur, ſimile vi-
detis in l. Aquilia. Nam in l. 2. ff. ad l. Aquil. dici-
tur. ſi quis non occiderit, ſed aliàs mortis cauſam
præbuit, non tenetur directè l. Aquil. quia verba
hoc ſonant. ſed in l. Cornel. ff. de ſicar. (Adde tu, in
l. 1. eod. tit.) erat expreſſum de eo, qui habet ani-
mum occidendi, meritò illa l. tenetur. Ita debetis
intelligere iſtam legem. hæc ibi Bart. Ex quibus
videtur elici, quòd licèt ſecundum ius commune
affectus puniatur eadem pœna, qua effectus inde
ſequutus, tamen ſecundum ius ſtatutarium (quod
hodie obſeruatur) affectus non venit puniendus
pœna ordinaria, non ſequuto effectu. Quod & rur
ſus docuiſſe eundem Bart. videtur in l. is, qui cum
telo. C. ad l. Corn. de ſicar. vbi his verbis vſus fuit,
videlicet: Licèt ſtatuta ciuitatis dicant, ſi quis oc
ciderit, &c. non verificatur in eo, qui licèt animo
occidendi percuſſerit, non tamen occidit, ideo
tunc non punitur ex illo ſtatuto, quod tene men-
ti perpetuo, quòd ad ipſum rurſus docuiſſe Bart.
videtur in l. fin. ff. de rerum diuiſ. dicens, iuxta gl.
39 ibi, quòd ſi ſtatutum dixerit, † ſi quis voluit ali-
quam corrumpere, debebit interpretari. Si quis
voluntariè corruperit : & ſic ſi dicat, ſi quis vo-
luerit occidere, tunc eſt intelligendum ſtatutum,
ideſt, ſi quis voluntariè occiderit, ac per hoc at-
tentans corruptionem, vel homicidium, non pu-
nietur pœna indicta à ſtatuto ipſo. hæc Bart. ibi,
quem ſequutus fuit Franciſcus Cremenſis in ſuo
ſingulari 49. qui dixit, ſe hac doctrina liberaſſe
vnum reum à morte, cui & Felinus in c. conſulere.
extra de ſimonia. ſe ſubſcripſit. Idem rurſus do-
cuit ipſe Bart. in l. fin. ff. ad l. Cornel. de ſicar. his
verbis vtens, videlicet: Iſtud dictum ſatis proce-
deret de iure communi, ſecundum quod punitur
animus, licèt homicidium non ſequatur : ſed ſe-
cundum iura municipalia, in quibus punitur ho-
micidium tantum ſequutum. iſta verba ſunt valdè
dubia. hæc ille. Ex quibus Cœpolla in conſil. cri-
min. 31. col. fin. verſic. nec obſtat, quòd Bart. volue
40 rit, quòd ſecundum ſtatutum † in homicidijs nō
inſpicitur animus, ſed factum, quãtum ad puniẽn-
dum homicidam. Idem videtur prima fronte vo-
luiſſe Dominum Felinum in tract. de Conatu. in
verſic. fallit quartò. & in verſic. fallit octauò, di-
cens, ꝙ conatus non ſequuto effectu, non ſufficit
ad incurrendam pœnam inflictã ipſo iure, ab ali-
qua lege, vel ſtatuto : & idem teplicat in c. 1. ext.
de præſumptionibus. & in c. conſulere. extra de ſi-
monia. & in c. ex litteris. col. pen. in verſic. ſecunda
declaratio. extra de conſtitutionibus. in quibus
locis docere videtur, quòd nemo debeat puniri ra
tione legum, aut ſtatutorum pro attentatis, & nō
conſumatis criminibus. Idem prorſus videtur do
cuiſſe Corſetum in Repertorio Abbatis in verſic.
affectus. Idem Geminianus in c. 2. §. ſed cum. col.
2. in verſ. ſed quæro an iſte text. vbi inter alia, in-
fraſcriptis vtitur verbis, videlicet : Aut eſt dubiũ,
41 & tunc ſi in l. ponitur verbum † ipſo facto: & tunc
ex ſolo principio, niſi delictum ſit conſumatum
non incurritur pœna, & hoc denotat verbum, ipſo
facto, ſecũdum eum ibi, quòd eſt notabiliſſimum
verbum pro ſtatutorum intellectu. hæc ille. Idem
prorſus affirmaſſe Ioan. de Ana. videtur in cap. 1.
extra de adulterio, & ſtupro. columna 1. in verſic.
quòd ad hoc, vt habeat locum in infraſcri-
ptis verbis vſus fuit, videlicet: Nota, quòd ad
hoc, vt habeat locum pœna, requiritur, quòd ſe-
duxerit, & dormierit, ideſt vigilando corrupe-
rit, vt in cap. ſignificaſti. de adulterio. & ſic pec-
cans mortaliter cum muliere, dicitur cum ea dor
mire, quaſi abſtractus à Dei contemplatione, &
præcepto. Vnde in Scriptura peccans mortaliter
dicitur dormire, iuxta illud, dormierunt, & dor-
mitauerunt. Nam ad diſpoſitionem huius c. non
requiritur huius dormitio, ſed defloratio virgi-
nis: nec ſufficit etiã ſola ſeductio ſine corruptio-
ne, quia quo ad pœnam ciuilem dicitur delictum
conceptum, & conſumatum, vt in l. vulgaris. §.
qui furti. ff. de furtis. Et iſtud indubitanter proce
dit, quando pœna imponitur ipſo iure, vel ipſo fa
cto : quia tunc lex ſemper requirit factum conſu-
42 matum, † vt voluit Ioan. Andr. in c. perpetuò. de
elect. in ſexto. & ſequitur Bal. in l. ſi quis non di-
cam. in 3. col. C. de epiſcop. & cleric. hæc omnia
ille. Ex quibus videtur poſſe elici, ipſum voluiſſe,
quòd nemo pro conatu, ſeu affectu, non ſequuto
effectu veniat puniẽdus, ſcilicet pœna ordinaria,
de qua fiebat ſermo. Idem videtur docuiſſe Car-
dinalem Zabar. in Clem. 1. §. ſi quis. q. 2. de rebus
Eccleſiæ non alienandis. vbi concludit his verbis.
hæc eſt pœna iuris, ad quam quis non incurrit, eo
quòd attentauerit, vt not. in regula in pœnis. de
reg. iur. in ſexto. in 3. quæſt. Idem quoque videtur
docuiſſe Hyppolitum de Marſilijs in l. qui falſam.
nu. 29. & nu. 34. cùm amplectatur omnes prædi-
ctas ſentẽtias Doctorum, quas paulò ante imme-
diatè retulimus: Nam omnes vnica voce conclu-
dunt, quòd ex ſolo conatu quis non ſit puniendus
pœna ſtatuti, vel iuris ſtatuentis incurri aliquam
pœnam ipſo facto.

¶His tamen non obſtantibus, adhuc aſſeueramus
intrepidè, & fiducialiter veriſſimam noſtram con
cluſionem fuiſſe, & illam ab impugnatione fun-
datam in ſupradictis Doctorum ſententijs nullate-
nus lædi, aut obſcurari poſſe: cùm ſupra citati Do
ctores nunquam hoc nos docere voluerint, imò
ſummopere fauerint noſtræ concluſioni, & vt om-
nia palàm fiant hoc ipſum probare ſtudebimus
verbis ipſorum met Doctorum reſpondendo ad
vnumquemque eorum ſigillatim.

Ad Bartolum ergo ſic reſpondetur, quòd nun-
quam tam præclariſſimus Doctor & lucerna iu-
ris Ciuilis contrariam tenuit ſententiam, immo
quòd ſummopere noſtræ concluſioni fauerit : Nã
nõ ſine cauſa ipſe non dixit in locis ſupra citatis,
quòd

quòd talis attentans nulli pœnæ sit subijciendus. Sed dixit, quòd non sit puniendus pœna statuta, tam in legibus, quàm in statutis, dicentibus, ꝙ si quis occiderit, morte moriatur, quasi diceret apertissimè (cùm sermo habeatur de pœna ordinaria, seu de pœna indicta à lege communi, aut statuto incurrenda) proculdubio nemo ipsam incurret tum ratione dictæ consuetudinis vniuersalis, cum
43 etiam, quia verba statutorum † semper sint intelligenda cum effectu: non tñ negauit, ꝙ quis pro tali conatu solo non omnem pœnam euadat, ac si nunquam crimen illud consumare attentasset; immo quòd pœna extraordinaria veniret puniendus innuere videtur, quod quidem elicitur ex ijs, quæ ipse dixit in l. qui ea mente. nu. 4. ff. de furtis. his verbis vtens, videlicet: Et prædicta in prædictis iam consumatis. In delictis verò non consumatis: dic, vt dicitur per Cynum. C. de episcop. & cleric. l. si quis non dicam rapere. Ex quibus patuit ipsum Bartolum se subscripsisse præsenti nostræ conclusioni, cùm nostram conclusionem elegantissimè probauerit Cynus in dicta l. si quis nō dicam rapere. Idem probatur ex sententia ipsius met Bartoli in l. nō solùm. §. si mandato meo. nu. 3. in versic. hoc præmisso quæro circa mandatum. ff. de iniurijs, & famosis libellis. vbi dixit, quòd ex solo mandato in delictis atrocibus quis tenetur, vt extraordinariè puniatur, non ex ipso delicto, quod mandat fieri: quasi apertè dixisset ipse Bar. debet pœna extraordinaria puniri, non autem ordinaria, sicut esset puniēdus si sequutus fuisset effectus mandati. Probatur & tertiò præsens conclusio hac ratione, quoniam omnes ferè Doctores supra citati, qui nostram amplexati fuerunt conclusionem, nituntur ipsam probare etiam auctoritate Bartoli (in dicta l. 1. §. Adrianus. ff. ad l. Cornel. de sicar.) inter quos est ipse eruditissimus Thom. Grammatic. in voto octauo, nu. 9. & Andr. Tiraq. de pœnis temp. aut remit. causa trigesimaseptima, nu. 1. 2. & 3. Probatur & quartò, quoniam aliàs de directo Bart. esset sibi contrarius in ijs, quæ ipse dixit in l. 1. ff. ad l. Pompeia. de particid. vbi dixit, quòd notandum foret ex illa lege, quòd qui emit venenum, vt daret alicui, licèt non dederit, punietur perinde ac si dedisset. Ne ergo tot absurda incurramus, respondendū erit ipsius sententię, prout paulò ante fecimus, & sic nulla contradictio in verbis ipsius reperietur, ac per consequens patebit ipsum docuisse, iuxta cōclusionem nostram, vt etiam docuit Cępolla in suo cont. crimin. 31. loco supra citato, qui interpretando ipsius Bar. sententiam in d. l. fin. nu. 2. ff. ad l. Cornel. de sicar. dicit, ꝙ inibi Bar. voluerit docere, ꝙ non
44 inspicitur aius, † sed factum, s. quantum ad hoc, ꝙ solus animus sine facto subsecuto, puniatur pœna statuti, licèt de iure communi, secus in grauioribus delictis, vt in l. is, qui cum telo. C. ad l. Cornel. de sicar. & ita patet ex verbis suis in dicto §. Diuus. Non autem vult dicere, quòd inspiciatur animus, quantum ad hoc, quòd factum sine animo, & dolo puniatur pœna mortis; quia sibi ipsi contrariaretur in eo, quod dicit in l. 1. §. 1. ff. ad l. Cornel. de sicar. & sequeretur absurditas, ꝙ etiam pro homicidio commisso casualiter, seu leui culpa, quis debeat mori, quod non erit dicendum. & ita docuit Paul. de Castro, declarando ipsum Bar. (& bene) in consil. 91. quem Paulum citat, & ipse Cœpolla, vbi supra. Et idem respondemus ad Doctores citatos, qui eum sequuti fuerunt. Probatur & quintò, quoniam Felinus ipsum Bar. sequens in d. c. consulere. citat etiam Panormitanum in c. 1. extra de eo, qui mitt. in poss. qui expressè amplexatus fuit nostram conclusionem ibidem.

Ad Felini sententiam facillima erit responsio, cum ipse probauerit sententiam suam auctoritate Ioannis Andr. in cap. perpetuò. de electione. in sexto. & in regul. in pœnis. & auctoritate Panormitani in c. cùm in cunctis. extra de elect. qui omnes explicitè docuerūt pro solo conatu neminem puniendum fore pœna ordinaria (loquendo in terminis nostræ conclusionis) sed benè extraordinaria, eo magis, quòd ipsemet citat, & nō reprobat Bal. in l. si fugitiui. col. 2. C. de seruis fugit. dicentis, quòd etiam in casu statuti, attentās delictum poterit puniri extraordinariè. Et rursus ipsemet Felinus in d. c. consulere. citauit Bart. in l. qui ea mente. nu. 4. ff. de furtis. qui Bart. ibidem ad idem probandū in casu nostræ conclusionis citauit Cynum, qui Cynus explicitè eam confirmauit, vt retulimus supra. Quapropter exponendus erit ipse Felinus, & reliqui supra citati Doctores, prout exposuimus sententiam Bartoli.

Ad Geminianum & Corsetum patet responsio ex allatis in responsionem ad Bartoli sententiam.

Ad Ioannem de Ana. facilè erit respōsum, cùm & ipse in tutelam suæ sententiæ attulerit sententiam Ioannis And. & Bal. qui (vt supra retulimus) explicitè se subscripserunt præsenti nostræ conclusioni. Quapropter & ipsius verba erunt omnino interpretanda, quemadmodum fuimus interpretati Bartoli, & Felini verba.

Ad Cardinalem Zabar. ex allatis in responsionem ad Bartoli sententiā, patet responsio. Ad sententiā Hyppoliti de Marsilijs quamfacillima erit responsio. Cum ipse asserendo sententiam Ioānis Andr. & Panormitani, tacitè innuit quomodo esset eius sententia intelligenda, eo magis, ꝙ ipsemet explicitè se susceptit præsenti nostræ conclusioni, in consil. 105. nu. 40. cuius sententiam ad verbum retuli in probatione præsentis nostræ conclusionis.

Ex his ergo omnibus allatis patuit veritas nostræ conclusionis quintæ semper memoriæ commendandæ, ac retinendæ, tam à Iudicibus, quam ab Aduocatis vtriusque fori, cùm vtrique deseruiat ipsa.

Limita conclusionem quintam singulariter. Imò (& hoc memoriæ tenacissimè commenda) dicendo, ꝙ etiam in casu dictæ conclusionis quintę, in qua inter alia diximus, & probauimus, quod multi sint casus, in quibus affectus arctatus actu, exteriori etiam non sequuto effectu sit puniendus
45 ipse criminosus † pœna tota, ac integra lata in iuribus, in quibus ipsi casus continentur, nenon & quod criminosi (qui pro consumato alio crimine esset de iure pœna ordinaria plectendi) poterunt à Iudicibus pœna grauiori ipsa ordinaria pœna ex rationabili causa puniri, iuxta ipsorum Iudicum arbitrium: cùm hodie omnis pœna videatur arbitraria (seruata tñ discretione virtutū maternæ) consideratis circunstantijs dicti criminis attentati, seu consumati, & qualitate personæ attentantis, seu cōsumāris illud, necnon qualitate personæ contra quam fuerat ipsum crimen attentatum, atque consumatum. Hæc limitatio probabitur (Deo Optimo Maximo Duce) triplici medio

post

post relationem nonnullorum notabili, cum summoperè deseruientium intelligentiæ veritatis præsentis limitationis. Primò ergo sciendum, quòd
46 relaxare † reo pœnam est, reum à pœna totali absoluere, seu ei ipsam totam remittere. Mutare
47 † pœnam est, pœnam reo debitam in aliam commutare; vt pœnam mortis de iure reo debitam
48 in pœnã exilij, vel huiusmodi. † Alterare verò pœnam à iure statutam, est ipsam pœnam augere, minuere, seu attenuare. Secundò notandum erit, ꝙ Bar. in l. quid ergo. §. pœna grauior. col. 3. in princ. vers. examinemus primo. ff. de his, qui not. infam. infrascripta notatu dignissima docuit his verbis præcisis vtens, videlicet: Sciendum, quòd sicut in actionibus ciuilibus per officium Iudicis quando-
49 que augetur condemnatio, † secundum naturam actionis, vt in actione bonæ fidei: quandoq; præter naturam actionis, vt in actionibus arbitrarijs, vt in l. in actionibus. ff. de in litem iuran. & Institut. de actio. §. præterea. & per Doctores in l. 1. C. vbi conueni. qui certo loco dare promitt. Item in actionibus criminalibus, quandoq; augetur condemnatio ex natura delicti, propter aliquas qualitates inhærentes † ipsi delicto, quæ ponuntur in l. aut facta. ff. de pœnis. in sex primis qualitatibus. & tunc licèt augeatur non tollitur infamia: quia non est pœna grauior, vltra legem imposita, quod requirit ille text. sed secundum legem, & prout requirũt qualitates delicti. Quandoque pęna augetur propter aliquod extrinsecum accidens præter naturam delicti in exemplum aliorum: quia multi erant delinquentes in illo delicto, vel tunc instabat magnum periculũ, & tunc infamia † tol-
51 litur, ita loquitur hic. hæc Bart. vbi supra, cui se subscribens, nulla tamen facta mentione ipsius, Guido Papa in sua decisione 206. incip. In hac ciuitate Grationopo. nu. 3. versic. causę verò † au-
52 gumentationis sunt duæ. dicit, quòd prima ipsarum est delicti atrocitas. Nam propter delicti atrocitatem augumentatur pœna, vt in l. quædam delicta. ff. de pœnis. & in l. Presbyteri. in fine. C. de episcopis, & clericis. Alia verò, & secunda causa est, propter delicti frequentiam. Cùm multis crassantibus. &c. vt in l. aut facta. §. fin. ff. de pęnis. & propterea Iurisconsultus cõsiderans omnes pœnas, & causas imponẽdi, dicit eas hodie esse arbitrarias, & hoc ait, in l. hodie. ff. de pœnis. hæc ille.
53 vbi supra. Tertiò notãdum, ꝙ pœna † dicetur grauior, seu maior altera quatuor ex his causis. Primò, respectu effectus ipsius. Secundò, ratione durationis ipsius. Tertiò, ratione asperitatis. Quartò, & vltimò, ratione opprobrij. Respectu ergo effectus, excommunicatio maior dicetur pœna grauior, seu maior omnibus alijs pœnis, cum operetur damnationem mortis æternæ, vt docet tex. in c. nemo Episcoporum. 11. q. 3. vbi hæc habẽtur, videlicet: [Quia anathema est æternæ mortis damnatio.] hæc ibi. Operatur quoque priuationem communionis fidelium omnium, vt docet textus in cap. sicut Apostoli. 11. quæstione tertia: priuat etiam Sacramentorum Ecclesiæ participatione actiua, & passiua, vt in cap. Engeltrudam. 3. quæstione quarta, & priuat denique multis alijs commodis, de quibus alias plenius dicetur loco suo. Dixi secundò, ratione durationis ipsius pœnæ, vna pœna dicenda erit grauior alia. Depositionis pœna est maior omnibus alijs: durat enim in perpetuum, vt in cap. constitueretur. distinct. 50. etiam post satisfactionem, vt in cap. miror. distin. 50. quod non solet ita facilè contingere in excommunicatione, cùm possit etiam inuitus absolui ab excommunicatione, ratione aliorum, qui inde iniustè detrimentum paterentur, & tali via speraretur correctio ipsorum excommunicatorum: cùm sit actus iudiciarius, ac spectans ad forum iudiciale, ex quo inuitus quis poterit excommunicari, seu ligari, ita & absolui à tali vinculo, de quo latius docuerunt Sacri Theologi in quarto sententiarum. Dixi tertiò, quòd vna pœna dicenda erit grauior altera, ratione asperitatis: & hoc modo dicetur grauiorem esse pœnam corporalem omnibus alijs: & ratio est, quia sentitur illa actualiter, quod non est in alijs. Vnde in lib. Iob capit. 2. versic. quartò, & quintò dicitur. [Pellem pro pelle dabit homo, & cuncta, quæ habet pro anima sua. Alioquin mitte manum tuam, & tange os eius, & carnem, & tunc videbis, quod in faciem benedixerit tibi.] hæc ibi. Dixi & quartò, pœnam vnam esse dicendam maiorem altera, ratione opprobrij, & sic pœna characteris, seu signationis in fronte cum ferro candenti, & pœna fustigationis per ciuitatem, & similia, dicentur pœnæ maiores, seu grauiores cæteris. hæc omnia docuit Archid. in c. corripiatur. 24. q. 3. quem sequens Henricus, vbi supra. eadem recenset. in c. cum te. extra de sent. & re iudic.

His ergo præmissis pro intelligentia asserẽdorum in probationẽ præsentis limitationis. Sciendum, quòd ipsa limitatio probabitur triplici medio. Primò enim per tex. in c. inter sollicitudines. in principio. extra de purgat. Canon. vbi Innocentius Tertius infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet: [Inter sollicitudines, & infra: licèt ergo Ecclesiastica constitutio tales ab officio tantum vsque ad purgationem Canonicam doceat suspensos: quia tamen eum etiam à beneficio propter enormitatem criminis suspendisti, nolumus improbare.] hæc ibi. Ex cuius verbis apertissimè elicitur, quòd liceat Iudici iura pœnalia, non solùm in procedendo transgredi, verum etiã in puniẽdo
54 propter criminis enormitatẽ, † & ꝙ ille talis Archiepiscopus Senonensis ad quẽ ibi scripsit Innocentius Tertius transgressus fuerit iura pęnalia in puniendo. Colligitur ex hoc, ꝙ in c. 2. ext. de pur-
55 gat. Canon. habetur, ꝙ infamatus, † tertiò monitus se non corrigens, vsq; ad purgationem Canonicã peractã, ab officio suspenditur. Nam hæc ibi ad verbũ continentur, videlicet: [Si quis Presbyter negligẽs vitæ suæ, prauis exemplis mala de se suspicari permiserit: & populus ab Epo iuramento, seu banno Christianitatis astrictus infamiam eius patefecerit, certiq; accusatores criminis eius defuerint, admoneat primo seorsum ab Epo, deinde sub duobus, vel tribus testibus, & si nõ emendauerit, Episcopus eũ publica admonitione admoneat: si verò nec sic se correxerit, ab officio suspendatur vsq; ad condignam satisfactionem, ne populus fideliũ in eo scandalũ patiatur.] hæc ibi. Ex quibus patuit, ꝙ de iure cõi, & regulariter ille talis, de quo cõmemorauit Innocẽtius Tertius in d. c. inter sollicitudines, non poterat puniri de iure, nisi pęna suspensionis ab officio, & hoc solum post trinam monitionem. Nihilominus à dicto Innocẽtio Tertio Papa dictus Archieps Senonẽsis, qui iniũxerat illi criminoso suspẽsionẽ, et à beneficio suo (à quo de iure ordinario non veniebat

suspendendus) de tali excessu, seu grauiori pena,
iniuncta propter illius criminis enormitatem, nō
solùm non fuit punitus aliqua pena, sed laudatus,
quòd statim nulla premissa monitione (vt colligi-
tur ex dicto textu) suspenderit ab officio, & benefi
cio, ipsum infamatum de enormi crimine: ex his
ergo omnibus elicitur etiam & veritas præsentis
nostræ conclusionis. Idem probatur per tex. in c.
ad abolendam. §. præsenti. extra de hæret. vbi pro-
pter huiusmodi criminis enormitatem grauiùs,
quàm regulariter esset puniendus, punietur: nam
Clericus tam Regularis, quàm Secularis deponi-
tur, ac denudatus omni priuilegio Ordinis Eccle
siastici, statim traditur Curiæ seculari. Idem pro-
batur in c. ad falsariorum. extra de crimine falsi.
vbi Innocentius Tertius propter enormitatem cri
minis falsificādi litteras Apostolicas grauius pu-
nietur, quam regulariter veniret de iure cōi pu-
niendus. habentur namque in d. c. ad falsariorum,
in fin. inter alia, videlicet: [Nos enim omnes fal-
56 sarios † literarum nostrarum, qui per se, vel alios
vitium falsitatis exercent cū fautoribus, & defen-
soribus suis, anathematis vinculo decernimus in-
nodatos: statuentes, vt Clerici, qui falsarij fuerint
deprehensi, omnibus officijs, & beneficijs Eccle-
siasticis perpetuò sint priuati: ita quòd qui per se
falsitatis vitium exercuerint, postquàm per Eccle
siasticum Iudicem fuerint degradati, seculari po-
testati tradantur, secundum cōstitutiones legiti-
mas puniendi, per quam & laici, qui fuerint de fal
sitate conuicti, legitimè puniantur. Qui verò sub
57 nomine nostro, literis falsis vtūtur, † si Clerici fue
rint: officijs, & beneficijs Ecclesiasticis spoliētur:
si Laici, tandiu maneant excōicationi subiecti,
donec satisfaciant cōpetenter: ita tñ, vt in istis, &
in illis maleficia grauius, q̃ negligentia puniatur,
quod & de his, qui falsas literas impetrāt, statui-
mus obseruandum.] hæc ibi. Idem probatur per
tex. in c. nouimus. extra de verb. signif. vbi Inno-
centius Tertius scribens Episcopo Parisiensi, &
confirmans quę in d. c ad falsariorum. dixerat, tra
dit formam id exequendi, his verbis vtens, vide-
licet: [Nouimus expedire, vt verbum illud, quod
in antiquis Canonibus, & in nostro decreto con-
tra falsarios edito continetur, videlicet: Vt Cleri-
cus per Ecclesiasticum Iudicem degradatus, secu-
lari tradatur Curiæ puniendus, apertiùs expona-
mus. Cùm enim quidam antecessorum nostrorum
super hoc consulti diuersa responderint, & quo-
rundam sit opinio à pluribus approbata, vt Cle-
ricus, qui propter hoc, vel aliud flagitium graue,
non solùm damnabile, sed damnosum, fuerit de-
gradatus, tanquam exutus priuilegio Clericali,
Seculari foro per consequētiam applicetur, cùm
58 ab Ecclesiastico foro sit proiectus, † eius est de-
claratio celebranda, Seculari potestate præsente;
ac pronunciandum eidem eùm fuerit celebrata,
vt in suum forum recipiat degradatum: & sic in-
telligitur tradi Curiæ seculari, pro quo tamen de-
bet Ecclesia efficaciter intercedere, vt citra mor-
tis periculum circa eum sententia moderetur.]
hæc ibi. Ex his ergo tribus textibus immediatè
citatis elicitur, quòd Clericus propter enormi-
tatem delicti, grauiùs punietur, quàm de iure
communi fuerat statutum, pro cuius maiori in-
telligentia sciendum, quòd regulariter Clericus
pro quocunque admisso crimine legitimè com-
59 prehensus, atque conuictus † ab Ecclesiastico Iu-
dice deponendus erit, & nisi esset postmodum in-
corrigibilis non esset Curiæ seculari tradendus,
(vt docet textus apertissimus in cap. cùm non ab
homine. extra de iudicijs.) Nihilominus propter
atrocitatem, seu enormitatem supradictorum cri
minum fuit mandatum in supradictis iuribus, vt
statim (nulla expectata incorrigibilitate) vt tra-
deretur huiusmodi Clericus Curiæ seculari. Idem
probatur per textum in cap. ita quorundam. extra
60 de Iudæis. vbi propter enormitatem † vnius de-
licti quis præcipitur triplici pœna puniri. Nam
ibi hæc habentur, videlicet: [Ita quorundam ani
mos occupauit sæua cupiditas, vt qui gloriantur
nomine Christiano Saracenis arma, ferrum, & li-
gnamina deferant galearum, & pares, aut etiam
61 superiores in malitia fiant illis, † dum ad impu-
gnandos Christianos, arma eis, & necessaria sub-
ministrant. Sunt etiam qui pro cupiditate sua in
galeis, & piraticis Saracenorum nauibus, regi-
men, & curam gubernationis exerceant. Tales
igitur ab Ecclesiastica communione præcisos, &
excommunicationi subiectos, rerum suarum per
Principes Catholicos, & Consules ciuitatum, pri
uatione mulctari, & capientium fieri seruos cen-
semus. Præcipimus etiam, vt per Ecclesias mari-
timas vrbium crebra, & solemnis in eos excom-
municatio proferatur.] hæc in dicto Canone, &
tamen regulariter pro vnico delicto vnica iniun-
62 gi debet pœna, † & non multiplex, vt elicitur
ex cap. at si clerici. §. de adulterijs. extra de iu-
dicijs. vbi hæc habentur, videlicet: [De adul-
terijs verò, & alijs criminibus, quæ sunt mino-
ra, potest Episcopus cum Clericis post peractam
pœnitentiam dispensare, sed non debet quemli-
bet depositum pro suis excessibus (cùm suo sit fun
ctus officio, nec duplici debeat ipsum contritio-
ne conterere) Iudici tradere seculari.] hæc in di-
cto Canone. Quapropter patuit, quòd propter
enormitatem delicti quis poterit puniri grauiùs,
quàm regulariter in iure reperitur cautum. & hæc
pauca ex iuris Canonici corpore allata sufficiant:
cum idem sit probandum auctoritate iuris ciui-
lis. Sciendum ergo, quòd idem prorsus probatur
per textum in l. si quis filio exhæredato. §. hi au-
tem omnes. ff. de iniust. testam. vbi sceleris ma-
gnitudo tollit appellationem, nec propter eam su
spenditur executio sententiæ, etsi regulariter ap-
pellatio suspendit iurisdictionem Iudicis à quo
appellatur. & exequutionem sententiæ latæ, vt in
dicto §. hi autem. vbi hæc habentur, videlicet: [Hi
autem omnes, quorum testamenta irrita damna-
tione fieri diximus, si prouocauerint, capite non
minuuntur: atque ideo neq; testamenta, quæ an-
tea fecerint, irrita fient, & nunc testari poterunt
(hoc enim sæpissimè est constitutum) nec vide-
buntur quasi de statu suo dubitantes non habe-
re testamenti factionem. Sunt enim certi status,
nec ipsi de se interim incerti. Quid tamen si ap-
pellationem eius Præses non recepit, sed Impera-
tori scribendo, & pœnam remoratus est, puto hūc
quoque statum suum: interim retinere, nec testa-
mentum irritum fieri. Nam vt est (oratione Diui
Marci expressū) tametsi prouocatis, vel eius: pro
quo prouocatur, appellatio non fuerit recepta, pę
na tamen sustinēda est, quo ad Princeps rescripse-
rit ad literas Præsidis, & libellum rei cum litteris
missum, nisi fortè latro manifestus sit, vel seditio
prærupta, factioq; cruēta, vel alia iusta causa, quā
mox,

mox, Præses mox excusauerit, moram non reci-
piat, non pœnæ festinatione, sed præueniendi pe-
riculi causa: tunc enim punire permittitur, dein-
de scribere.] hæc ibi. Ex quibus patuit, quòd Iu-
63 dici † liceat transgredi iura propter delicti atro-
citatem: Nam etsi regulariter appellatio suspen-
dat sententiæ latæ executionem, ac iurisdictionē
Iudicis in causa illa, in qua fuerat prouocatū, seu
appellatū, vt in c. delictis filijs. §. quia verò. in fine.
extra de appellat. vbi Innocentius Tertius infra-
scriptis vsus fuit verbis, videlicet: [Cū interim ap
pellatione interposita procedere non debuerit ad
sententiam exequēdam: officialis processum, qui
post appellationē huiusmodi sniam interdicti ir-
ritā, & inanem decreuit, temerarium iudicantes:
Cùm appellatione ad nos interposita nihil debue
rit innouari.] hæc ibi. Et q̄ assertum nostrū verissi
mū, quamuis infra loco suo latiùs dicemus, cùm
de appellatione fiet sermo, tñ hic breuiter referā
optimam doctrinam Bart. in l. si expressim, nu. 15.
vers. & dico. ff. de appellat. & relat. dicentis, q̄ cau
sa appellationis deuoluat totam causam ad Supe
riorem, vt possit sniam reformare etiā ex noua cau
sa. Quapropter Pan. in rubr. extra de appell. nu. 4.
64 versic. quo ad secundū. dicit, q̄ appellatio † duos
principaliter operatur effectus, s. suspensiuum, &
deuolutiuū. Et q̄ effectus suspensiuus est triplex:
nam suspendit pronunciatum, (idest sententiatū)
& iurisdictionem Iudicis (quantum ad istam cau
sam) & præsumptionem, quæ erat pro sententia.
Nam eam extinguit de præsenti, & suspendit re-
spectu futuri: & licèt non semper appellatio ope-
retur hos duos effectus: nam appellatio à censuris
Ecclesiasticis non operatur earum suspensionem:
cùm secum statim trahant suos effectus: sed so-
lum tunc appellatio operabitur effectum deuolu-
tiuum, eo quòd deuoluat causam ad Superiorem,
& tollat præsumptionem sententiæ. hæc Panormi
tanus. cuius sententiæ se subscripserunt Felinus,
& Decius ibid. quod & fuit confirmatum ab om-
nibus alijs ibidem. Probatur quoque pręsens con-
clusio per tex. in c. 1. de homicid. in sexto. vbi in-
ter alia Innocentius Papa Quartus infrascriptis
vsus fuit verbis, videlicet: [Cum igitur illi, qui sic
horrenda inhumanitate, detestādaq; sæuitia mor
tem sitiunt aliorum, vt ipsos faciant per assassinos
occidi, non solùm corporum, sed mortem procu-
rent etiam animarum, (nisi eos exuberans gratia
Diuina præuenerit, vt sint armis spiritualib. præ-
muniti) ac omnis potestas tribuatur à Domino
ad iustitiam, rectumq; iudicium exercēdum. Nos
tanto periculo volentes occurrere animarum, &
tam nefarias præsumptiones Ecclesiasticæ ani-
maduersionis mucrone ferire, vt metus pęnæ, me-
ta huiusmodi præsumptionis existat: præsertim
cùm nonnulli magnates taliter perimi formidan
tes, coacti fuerint securitatem ab eorundem as-
sassinorum domino impetrare, sicque ab eo abs-
què Christianæ dignitatis opprobrio redimere
quodammodo vitam suam: sacri approbatione
Concilij statuimus, vt quicunque Princeps, Præ-
latus, seu quæuis alia Ecclesiastica, Secularisvè
persona, quempiam Christianorum per prędictos
assassinos interfici fecerit, vel etiam mandauerit
(quanquam mors forsan ex hoc non sequatur) aut
eos receptauerit, vel defenderit, seu occultauerit,
excommunicationis, & depositionis a dignitate,
honore, ordine, officio, & beneficio, incurrat sen-
tentias ipso facto, & illa liberè alijs per illos, ad
quos eorum collatio pertinet, cōferantur. Sit etiā
cum suis bonis mundanis omnibus tanquā Chri-
stianæ Religionis emulus, & toto Christiano pò-
pulo perpetuò diffidatus. Et postquàm probabi-
libus constiterit argumentis aliquem scelus tam
execrabile commisisse, nullatenus alia excommu
nicationis, vel depositionis, seu diffidationis ad-
uersus eum sententia requiratur.] hæc ibi. Ex cu-
ius dispositione propter criminis grauitatem re-
ceditur, in multis à statutis de iure cōmuni: nam
etsi in puniendis pœna ordinaria reliquis male-
65 ficijs regulariter requiruntur † probationes luce
meridiana clariores, vt est communis Doctorum
sententia, & docuit textus in cap. sciant cuncti. 2.
quęst. 8. prout latiùs infra probabitur loco suo, ta-
men propter immanitatem hujus criminis suffi-
cerent probabilia argumenta, etiam ad condem-
nandum, vt patuit ex supradictis contentis in di-
cto cap. 1. & licèt regulariter clericus non trada-
tur Curię seculari, nisi postquàm fuerit depositus,
& expectata emendatione, & non sequuta, fuerit
excommunicatus, & postea anathematizatus, nec
si fuerit correctus, nihilominus Clericus assassi-
nus, eo ipso, quòd conuictus fuerit saltem per ar-
gumenta probabilia, traditus subauditur Curiæ
seculari: & quoniam hæc materia est quotidiana,
scitu digna, & difficilis, per breuissimas annota-
tiones procedam ipsam quæstionem absolut in no
stro speciali tract. de ipso crimine assassinij. vide
ergo ibi latiùs. Probatur quoque præsens limita-
tio per tex. in l. aut facta. §. euentus. & §. sequenti.
ff. de pœnis. vbi hæc habetur, videlicet: [Euentus
spectatur, vt à dementissimo quoque facta, quan-
quam non minus lex eum, qui occidendi homi-
nis causa cum telo fuerit, quàm eum, qui occide-
rit, puniat. Ideo apud Græcos exilio voluntario
fortuiti casus luebantur, vt apud præcipuum Poe-
tarum scriptum est: euenit, vt eadem scelera in
quibusdam Prouincijs grauiùs plectantur, vt in
Africa, messium incensores, in Mysia, vitium vbi
metalla sunt adulteratores monetæ.] hæc ibi. Et
in sequenti §. hæc habentur, videlicet: [Nonnun-
quam euenit, vt aliquorum maleficiorum suppli-
66 cia exacerbentur, † quoties nimium multis per-
sonis grassantibus, exemplo opus sit.] hęc ibi. Di-
xi hāc conclusionem probari per argum. in dictis
§§. tum quia dictus §. nonnunquam explicitè do-
ceat de pœnarum aggrauatione, implicitè tamen
ad ipsum docuit, arguendo ab idētitate rationis,
& secundum intentionem Legislatoris. Cùm etiā
quia ex dicto §. euētus, implicitè etiam ad ipsum
docuisse Legislatorem eliciatur, eo q̄ inde origi-
nem duxit vulgatissimum illud axioma à cunctis
Doctoribus approbatum, in quo dicitur, q̄ in ma
leficijs spectandus sit euētus: si ergo in maleficijs
67 euentus, † seu effectus erit spectandus. Inde aper-
tissimè sequitur, quòd Iudex poterit mitiùs, vel
acerbiùs punire conatum, etiam in atrocissimis
criminibus, iuxta proprium, & rationabile arbi-
trium, quàm si inde effectus attentati criminis se-
quutus fuisset. Idem probatur per textum (iun-
cta Glosa) in l. hodie. ff. de pœnis. vbi hæc ha-
bentur, videlicet: [Hodie licet ei, qui extra or-
dinem de crimine cognoscit, quàm vult senten-
tiam ferre, vel grauiorem, vel leuiorem, ita ta-
men vt in vtroque moderationem non excedat.]
hæc ibi. Dixi (iuncta Glo.) quia ipsa Glo. dictæ l.

hodie, in versic. extra ordinem dicit, vel ordina-
riè. Nam potest, dum sententiam profert minue-
re pœnam rationabili de causa, vt in l. quid ergo.
§. pœna grauior. ff. de his, qui not. infam. vbi taci-
68 tè innuitur Iudicem † posse rationabili de cau-
sa grauiorem pœnam infligere, quàm est à iure
indicta. Nam in dicto §. pœna grauior. hæc ha-
bentur, videlicet; [Pœna grauior vltra legem im-
posita existimationem conseruat, vt & constitu-
tum est, & responsum.] hæc ibi inter alia. Ex qui-
bus elicitur id, quod docuit glo. supradicta; nam
ibi approbatur à lege pœna grauior imposita à Iu
dice. Idem & apertius probatur per argumentum
in l. & si seuerior. C. ex quibus cau. infam. irrog.
vbi hæc habentur, videlicet: [Et si seuerior sen-
tentia dici debuit, tamen cum Proconsul vir cla-
rissimus certis rationibus motus mitiorem senten
tiam dixerit, & ordine decurionum te biennio
abstinere iusserit, transacto tempore te non esse in
numero infamium, palàm est, eo quòd post bien-
nium remisisse tibi petitionem decurionatus, Iu-
dex videtur.] hæc ibi. Dixi probari præsentem
conclusionem per argumentum in d. l. & si seue-
rior. eo quòd licèt explicitè tenor verborum præ-
sentis nostræ conclusionis, ad vnguem non conti-
neatur in dicta l. & si seuerior. nihilominus bene
69 implicitè. Nam ex ipsa l. elicitur Iudicem † pos-
se mitigare pœnam indictam à lege, si moueatur
ad hoc causa rationabili. Idem probatur per ar-
gumentum in l. non omnes desertores. in princi-
pio. ff. de re militari. vbi hæc habentur, videli-
cet: [Non omnes desertores similiter puniendi
sunt, sed habetur & ordinis, & stipendiorum ra-
tio, & gradus militiæ, vel loci, ac muneris de-
serti, & ante actæ vitæ, sed & muneri, si solus, vel
cum altera, vel cum pluribus deseruit, aliud-
vè quod crimini desertioni adiunxerit. Item
temporis, quo in desertione fuerit, & eorum,
quæ postea gesta fuerunt: sed etsi fuerit vltrò re-
uersus, non cum necessitudine, non erit eiusdem
sortis.] hæc ibi inter alia recensentur. Ex qui-
bus elicitur veritas præsentis nostræ conclusionis.
Cùm inde patentissimè eliciatur, quòd Iudex in
pœnis infligendis multa ponderare debeat, nec
non & quòd de iure possit minuere, vel augere pe
nas à iure statutas, iuxta eius rationabile arbi-
trium. Probatur & secundò præsens conclusio Do
ctorum auctoritate. Quapropter sciendum, quòd
præsenti conclusioni se subscripsit Salycetus in l.
is, qui cum telo. C. ad l. Cornel. de sicar. qui ibidē
dixit (vt referunt Andr. Tiraquell. & Hyppolitus
de Marsilijs (loco infra citando) se hoc audisse à
Bal. viua voce. Bart. quoque se subscripsit præsenti
conclusioni in l. aut facta. §. euentus. & §. nonnun-
quam. ff. de pœnis, in versic. secundò oppono. in-
frascriptis vtens verbis, videlicet; Secundum ver-
ba legis non consideratur euentus, vt in l. Cornel.
de sicar. quia sufficit animus deductus ad actum,
tamen Iudex de æquitate sua per §. pœna grauior.
poterit pœnam augere, vel minuere considerato
euetu, & ita intelligit Iacobus de Aret. hunc tex-
tum. hæc Bar. vbi supra, qui ibidem, sed in dicto §.
nónunquam. versic. Respondeo, dans breuissimam
normā procedendi in tali casu dixit. Quandoque
delictum est commissum à multis, & hoc constat,
70 & tunc propter multitudinem † pœna minuetur,
vt in glo. Quandoque delicta non sunt commissa
à multis, sed est dubium, ne committantur pro-
pter multas personas aptas ad hoc, & tunc exa-
71 cerbatur pœna, † ita loquitur textus. hæc Bart.
ibi, qui idipsum rursus docuit in dicta l. & si seue-
rior. in 1. & 2. sua repetitione, dicens, conclu-
72 denter Iudicem posse ex causa, † & cū causæ co-
gnitione minuere pœnam indictam à lege, nec
propterea dicetur ipsum facere contra legē, cùm
hoc fiat lege permittente, videlicet dicta l. & si se-
uerior. hæc Bart. qui ibidem ad ipsum probauit
multis alijs medijs, & rursus in l. quid ergo. §. pœ-
na grauior. nu. 9. imò & per totum. ff. de his, qui
not. infa. & ibid. Alex. in addit. versic. latam senten-
tiam. & rursum idem docuit Bart. in l. hodie. ff.
de pœnis. his verbis vtens, videlicet: Quòd quæ-
dam sunt crimina ordinaria, quæ habent penam
ordinatam, tunc Iudex potest augere, vel minue-
re, tamen causa cognita, vt in dicta l. quid ergo. §.
pœna grauior. ff. de his, qui not. infam. Idem do-
cuerunt Glosæ omnes in citatis iuribus. Idem do
cuit Andr. Tiraquel. in suo elegantissimo tract. de
pœnis temper. aut remitt. in causa quadragesima,
nu. 2. & in præfatione eiusdem tract. nu. 16. & rur-
sum ibidem in causa quadragesimanona, ferè per
totum, qui innumeros citat Doctores idipsum
sentientes. Idem docuit Iulius Clarus in sua Pra
xi crimin. libro quinto, quæstio. 92. in versic. scias
tamen. & versic. sequenti, vbi post recensitas quā-
plurimorum Doctorum sententias circa præsen-
tem quæstionem de conatu puniendo pœna sta-
tuta à iure in atrocissimis delictis, infrascriptis
73 vsus fuit verbis, videlicet; Ego aūt dico sic. † Aut
lex, vel statutū in huiusmodi atrocissimis expres-
sè punit solùm conatum, & seruanda est. Aut non
punit expresśè conatum, & standum est genera-
li consuetudini, vt conatus non puniatur, nisi se-
quatur effectus. Et hæc opinio, iudicio meo, tu-
tior est. Nihilominus quia pluries vidi in his ca-
sibus diuersimodè iudicari, quandoque pœna ex-
traordinaria. Crederem in Practica posse Iudi-
cem adhærere, cui opinioni maluerit, inspecta fa-
cti, & personarū qualitate: consulo tamen, vt sem-
74 per in mitiorem partem inclinet. † In his verò,
quæ atrocissima non sunt, nullo modo debet Iu-
dex pro solo conatu pœnam mortis imponere,
nisi id expresśè (vt dixi) statuto, vel lege cauea-
tur: & eo etiam casu non nisi deuentum fuerit ad
actum proximum, & immediatum ipsi maleficio.
Regulariter autem non debet Iudex conatum im-
punitum relinquere, sed semper aliquam pœnam
extra ordinem infligere. Et nota, quòd in illis
casibus, in quibus ille, qui deuenit ad actum pro-
ximum, non poterit puniri pœna ordinaria: de-
bet tamen acriùs puniri pro motu Iudicis, quàm
ille, qui deuenit ad actum remotum, & ita tenet
consuetudo, vt dicit Bald. in l. data opera. nu. 77.
C. qui accusare non poss. scias etiam, quòd in om
nem casum dispositio. l. si quis non dicam rape-
re, & similium, quæ expresśè puniunt solum co-
75 natum, † etiam non sequuto effectu, semper in-
telligenda est, vt procedat, quando deuentum est
ad actum proximum maleficio. & est communis
opinio, vt dicit Grammaticus in consilio trigesi-
mosexto, num. 19. hæc omnia docuit Clarus, vbi
supra, qui idipsum docuit in eadem sua Praxi.
quæstione 85. versicul. vlteriùs quæro. nunquid
Iudex possit ex causa minuere pœnam ordina-
riam impositam à iure pro aliquo delicto, dicens,
76 quòd Iudex hoc poterit ex causa, † siue pœna

fuisset

fuisset imposita à iure communi, siue à iure municipali. & hoc ante sententiam latam: caueat tamen Iudex ne id faciat sine causa, & à iure approbata: nam si hoc fecerit in causa criminali, efficietur infamis, vt in l. seruos. C. ad l. Iuliam. de vi publica, vel priuata, & veniret puniendus eadem pœna à iure taxata, qua de iure ipse debuerat punire dictum reum, vt colligitur ex textu in l. tertia, in fine. C. ne sanctum Baptisma reiteretur. & refert Andreas de Isernia, quòd Rex Carolus Primus fecit quendam Iudicem furca suspendi ex eo, quòd quendam reum, qui erat condemnandus in amputatione capitis, condemnauit in amputatione manus, quem refert Paris de Puteo in tractatu de sindic. fol. 358. post num. 2. & Afflictus super secunda parte constitu. Regni, Rubric. 3. nu. 22. & Chaff. super consuet. Burgund. fol. 45. numero 29. & Ludouicus Carrerius in sua Praxi in cap. incip. Circa quartum, & vltimum, nume. 15. versic. secundò quæro an indistinctè. Debet etiam Iudex tunc exprimere in sententia causam, propter quam motus fuerit ad minuenda ipsam pœnam, prout se frequenter vidisse de facto fieri attestatur Iacobus de Beluis. in sua Practica crimin. in rubric. de fuga reorum. num. 62. Puto (inquit

17 ipse Clarus, vbi supra.) quòd Iudex dicat † ex istis causis mouentibus animum suum id facere, absque eo, quòd in specie causam ipsam exprimat, quam sententiam communem esse dicit Menchiaca controuers. Illustr. cap. 14. nu. 5. Idem docuit Baldus in sua Practica crimin. titul. de officio Iudicis, & de iurisdictione. num. 40. versic. præterea. & ibidem titul. de statutis. cap. quintò quæritur. nu. 3. versic. sed an Iudex. Idem docuit Bossius in sua Praxi crim. in titul. de pœnis. num. 8. 9. 10. & 11. Idem docuit Benedictus Capra in sua regula 18. num. 25. Idem docuit Paulus Girlandus in suo tract. de relaxatione carcerat. q. 6. per totū. Idem docuit Nicolaus Boerius in tract. suo de seditiosis. in §. incip. Septimò, & vltimò præsupposito. nu. 41. Idem docuit Felin. in c. 1. col. 14. in vers. fallit septimò. extra de præsumpt. & rursus latiùs in c. qualiter, & quando. el secondo. §. ad corrigendos. per totum. extra de accusat. & in tract. de conatu puniendo, nu. 18. in versic. vltimò scias, ꝙ vbi lex. Idem docuit Bal. in l. & si grauior. C. ex quib. cau. infamia irrog. Idem docuit Paul. de Castro in consil. 328. col. 2. in vol. 2. & in l. quid ergo. §. pœna grauior. nu. 2. versic. nota primò. ff. de his, qui not. infam. Idem docuit Alex. de Imola in consil. suo 65. col. 3. versic. accedit in 1. vol. Idem docuit Panormitanus in c. 2. nu. 4. extra de delictis puerorum, sequens sententiam Bartoli in dicto §. pœna grauior. & rursus idem Panormitanus in c. de causis. nu. 16. extra de officio deleg. Idem docuit Franciscus de Aretio in consil. 132. col. fin. in vers. venio ad secundum. idem docuit Robertus Maranta in suo Speculo Aduocatorum, in quarta parte principali. nu. 65. versic. vnum tamen incidenter. idem docuit Augustinus Berous in dicto cap. de causis. nu. 15. idem Host. in d. c. de causis. idem Barbat. in d. c. de causis. col. 5. in versic. nota ibi tandem, & rursus in dicto c. 1. extra de constitut. col. 22. in fine. in versic. tu verò considera. vbi post lōgam disputationem præsentis quæstionis, quam cœpit tractare ibid. in col. 18. vers. venio. ad gl. Innocentij, (qui vbi supra se subscripsit præsenti conclusioni. idem docuit Decius in d. cap. de causis. nu. 31. & 32. qui hanc conclusionem examinat elegantissimè, & probat illam esse verissimā, & communem opinionem. idem docuit Ias. in l. 1. col. 3. ff. de legibus, & Senatuscons. idem docuit Iacob. de Bellouis. in sua Pract. iudiciaria crim. tit. quotuplicia sint iudicia. nu. 155. idem docuit Ludo. Rom. in suo singulari 77. versic. vieni qua, tu habes, ꝙ Iudex. idem docuit Aretin. in c. qualiter, & quando. el secondo. nu. 24. extra de accusat. dicēs hanc esse communem opinionem (vt referunt, & sequuntur Emanuel Soarez in tract. de commun. opin. & Couarruuias loco citando statim.) idē docuit Couarruuias in lib. 2. variar. resolut. c. 9. nu. 8. qui nostram conclusionem multis medijs probat. idem docuit Menchiaca in tract. controuers. illustrium. c. 14. nu. 4. idē docuit Viuius in lib. opin. nu. 165. idem docuit Marianus Socinus in c. licèt. nu. 21. extra de pœnis, dicens hanc esse communē opinionem. idem docuit Raphael Fulgosius in l. quid ergo. §. pœna grauior. nu. 19. ff. de his, qui not. infam. idem docuit Vasquius in lib. 1. de success. resolut. §. 9. nu. 29. idem docuit Hyppol. Riminal. in l. 1. nu. 9. ff. quod quisque iur. vt retulit ipsum, sequendo Laurentius Kirchouius in suo tracta de commun. opin. l. 1. idem docuit Vbertus in suo tractatu nuncupato Iudiciale Inquisitorum. in vers. pœna. & in versic. relaxare. idem docuit Hyppolitus de Marsilijs in sua Praxi crim. in §. constante. nu. 83. in fine. & in l. 1. §. Diuus Adrianus nu. 5. & in suo singulari 182. incip. Iudex non debet esse. & rursus in consil. 105. nu. 36. versic. Iudex ex causa. & in cōs. 115. nu. 12. idem docuit Ang. in tract. de malef. versic. quas si non soluerit, nu. 10. vers. & menti habeas. idem docuit glo. in c. si quem pœnituerit. §. notandum. in vers. voluntati. 2. q. 3. idem gl. vlt. & antepen. dictæ l. hodie. idem docuit Iac. de Beluis. in sua Pract. iudiciaria crim. tit. quotuplicia sint iudicia, nu. 155. & rursus in tit. de sententijs crimin. nu. 13. idem docuit Ioan. Fichus in suo Thesauro commun. opin. in vers. pœnæ, dicēs hanc esse commun. opin. & quod idem docuerit Misin. obser. 30. cent. 2. idem docuit Matthæus de Afflicto in decis. 176. nu. 8. dicēs hoc Iudicē posse ex potestate concessa sibi à lege, quod & cōfirmauit in decis. 287. nu. 2. idem docuit Io. Milleus in sua Praxi crim. in tit. de pœnis. nu. 5. & sequen. & quamplurima paucis perstringam communis Doctorum sententia præsenti conclusioni se subscripsit, vt ex allatis hucusque iam patuit. Eo magis, ꝙ hoc ipsum docuit Plato, qui in suis legibus, vt docuit Tiraq. loco supra citato, noluit puniri eadem pœna conatum, qua crimen consumatum, & exemplificauit in homicidio, dicēs, ꝙ homicidiū morte puniatur, conatū, seu eum, qui interficiēdi consilio vulnerauerit, iussit ipse Plato in vicina ciuitate (dum vineret) exulare. Probatur & tertiò pñs conclusio hac ratione, iudicio meo irrefragabili. Cùm summum ius dicatur summa iniuria: & is, qui præest iudicio humano decernendo ponderare teneatur varias circunstantias tam delicti, quàm delinquentis, loci, temporis, & aliarū conditionum (vt latiùs fuit probatū) idcircò rationi valde consentaneū erit in his criminibus Iudices posse augere, vel minuere pœnā à iure cōi, vel municipali indictā, eo magis, ꝙ non æqualiter fuerit læsa persona, cōtra quā conatus ille inchoat⁹ fuit, sicut si ad effectum deductum fuisset cōsumatum crimen intentum, etiam si per conantem non stetisset,

tiſſet, quin conſumatum fuiſſet. Nec de hoc debet
quis dubitari, aut mirari: cùm animaduertemus,
quòd apud Deum Optimum Maximum, (qui ſo-
lus intuetur cor operantis bonum, aut malū opus
in ſe) votum aliquod faciendi habetur pro facto,
78 ideſt voluntas † pro opere reputatur, vt in c. ma-
gna. in fine. de pœnitent. diſtin. 1. tamen non de-
79 bet quis puniri, etiam in foro conſcientiæ † tan-
ta grauitate pœnæ pro voto ſolo aliquod pecca-
tum perpetrandi, quanta imponenda eſſet, ſi illud
crimen opere perfeciſſet, vt docuit glo. notab. in
cap. qui viderit. in verſic. iam mœchatus eſt. 32.
quæſt. 5. cuius ſententiam ibidem ſequuntur om-
nes Doctores. Quoniam, vt dicit glo. in cap. ſi cui
etiam non contingat. de pœnitent. diſtinct. 1. in
verſic. non minus, quòd re vera magis reus eſt, ſi
opus adhibeatur, ſed hoc quo ad ſufficientiam
æterni interitus accipe. Vel dic, quòd non mi-
nus reus eſt, ideſt nihilominus reus eſt, quamuis
ad factum non perueniat, non quia plus peccet
(vt dixi) ſi opus ſequatur, quod patet ex eo, quia
prohibitum eſt malam voluntatem in opus pro-
ducere. Sic ergo contra prohibitionem illam fa-
ciens plus peccat: qui ergo opus adijcit volunta-
ri, iniquitatem addit iniquitati. hæc docuit glo.
illa, cuius ſententiæ ſe ſubſcripſerunt Doctores
ibidem, inter quos eſt Cardinalis à Turrecrema-
ta, qui ibidem addidit, dicens, quòd etſi pro ſola
voluntate mœchandi, quis non minus peccat, quo
ad complimentum culpæ, & reatum pœnæ æter-
næ. Nihilominus eodem genere peccati grauius
peccat, qui exit in opus, quàm qui exiſtit in ſola
adulterij voluntate: quoniam tunc dicendus erit
tranſgreſſor duplicis præcepti Diuini, quod & om
nes ſacri Theologi fatentur: eo magis, quòd cùm
lex communis, & municipalis imponens pœnam
delinquentibus pro ſingulis quibusque delictis,
non poſſit omnes circunſtantias eorum conſide-
rare, & in legibus condendis Legiſlator vnicuiq;
earum ſpecialiter cõſulere. Idcircò hoc tacitè re-
liquerunt moderandum, ac interpretandum ipſis
Iudicibus, vt pro ipſorum arbitrio, & circunſtan-
tijs, ſeu conditionibus, quæ meritò ponderandæ
ipſis videbuntur circa ipſum crimen attentatum:
aggrauent, vel minuant pœnas à iure ſtatutas.
Idem prorſus probatur, & clariùs per argum. in l.
etſi ſeuerior. C. ex quibus cau. infa. irrogatur. vbi
hæc habentur, videlicet: [Et ſi ſeuerior ſententia
dici debuit, tamen cùm Proconſul vir clariſſimus
certis rationibus motus, mitiorem ſententiam di
xerit, & ordine decurionum te biennio abſtinere
iuſſerit, tranſacto tempore te non eſſe in numero
infamium palàm eſt, eo quòd poſt biennium, re-
miſiſſe tibi petitionem decurionatus, Iudex vide-
tur.] hæc ibi. Dixi probari noſtram concluſionē
per argumētum in d. l. & ſi ſeuerior. cùm licèt ex-
plicitè tenor verborum dictæ concluſionis nõ con
tineantur in d. l. & ſi ſeuerior. nihilominus benè
implicitè: nam ex d. l. elicitur, quòd omnimodam
pœnam ordinariam de iure imponendam à Iudi-
ce, ipſe Iudex poterit mitigare. Idem per argum.
in l. non omnes deſertores. in princ. ff. de re mili-
tari. vbi hæc habētur, videlicet: [Non omnes de-
ſertores, ſimiliter puniendi ſunt, ſed habetur & or
dinis, & ſtipendiorum ratio, & gradus militiæ, vel
loci, ac muneris deſerti, & ante actæ vitæ: ſed &
numeri, ſi ſolus, vel cum altero, vel cum pluribus
deſeruit, aliudvè quod crimen deſertioni adiũxe-
rit. Item temporis, quo in deſertione fuerit, & eo-
rum, quę poſtea geſta fuerunt. Sed etſi fuerit vltrò
reuerſus, nõ cum neceſſitudine, non erit eiuſdem
ſortis.] hæc ibi inter alia recenſentur. Ex quibus
elicitur veritas noſtræ concluſionis, cùm eliciatur
Iudicem in pœnis iudicandis multa ponderare
oportere, ac diſponere poſſe circa pęnas à iure ſta
tutas iniungendas, & ex ſuo arbitrio ipſas pœnas
minuere, & quòd dicitur in fine concluſionis, ꝙ
80 Iudex † tã Ordinarius, quàm Delegatus ſimplici-
ter, ſine aliqua clauſula, aut conditione, non poſſit
minuere pœnam à iure ſtatutam, ſi deſit cauſa ra-
tionabilis minuendi, aut grauandi pœnam ſtatu-
tam à iure. probatur per tex. apertiſſimū in l. 1. §.
calumniatoribus pœna. ff. ad Senatuſconſ. Turpill.
vbi inter alia hæc optima verba habentur, vide-
licet: [Nam vt Papinianus reſpondit, facti quidē
quæſtio in arbitrio eſt iudicantis, pœnæ verò per-
ſecutio non eius voluntati mandatur, ſed legis au
ctoritati reſeruatur.] hæc ibi. Vbi glo. in verſ. facti
quidē. dicit Iudicem poſſe ſolùm minuere, vel gra
uare pœnam à iure indictam cauſa cognita, & nõ
aliàs, vt in l. etſi ſeuerior. C. ex quibus cau. infa. ir-
rogatur. & quòd ſi minuet Iudex pęnam ſine ra-
tionabili cauſa, efficiet infamis. probatur per tex.
apertiſſimum in l. ſeruos. §. Iudicem vero. C. ad l.
Iul. de vi publica, vel priuata. vbi hæc habentur, vi
delicet: [Iudicem non ſe oportet, quòd graui in-
famia ſit notãdus, ſi violētiæ crimen apud ſe pro-
batum diſtulerit, ſeu omiſerit, vel impunitati do-
nauerit, aut molliorem, quàm præſtituimus, pœ-
nam protulerit.] hæc ibi. Et quòd Iudex relaxans
pęnam ſine cauſa debeat puniri, probatur per arg.
in l. 3. C. ne ſanctum Baptiſma iteretur. vbi hæc ha
bentur. [Quæ omnia ita cuſtodiri decernimus, vt
nulli Iudicum liceat delatũ ad ſe crimē minori,
aut nulli cohertioni mandare, niſi ipſe idem pati
velit, quod alijs diſſimulando conceſſerit.] hæc
ibi. Probatur & ſecundò præſens concluſio aucto
ritate Doctorum. Quapropter ſciendum, ꝙ præ-
ſenti concluſioni ſe ſubſcripſit Salycetus in l. is,
qui cum telo. C. ad l. Cornel. de ſicar. qui ibidem
dixit (vt referunt Andr. Tiraq. & Hyppol. de Mar-
ſilijs locis paulò poſt citandis) ſe hoc audiuiſſe à
Bal. viua voce. Bart. quoque videtur ſe ſubſcripſiſ-
ſe præſenti concluſioni in dicto §. euentus. in ver-
ſic. ſecundò oppono. vbi infraſcriptis vtitur ver-
bis, videlicet: Secundum verba legis non conſi-
deratur euentus, vt l. Cornel. de ſicar. quia ſufficit
animus deductus ad actum, tamen Iudex de æqui
tate ſua per §. pœna grauior. poterit pœnam auge-
re, vel minuere, conſiderato euentu: & ita intelli-
git Iacobus de Are. hunc textum. hæc ille ibi. Idē
& clariùs docuit idem Bar. in d. l. & ſi ſeuerior. in
prima, & ſecunda ſua repetitione, dicens, Iudi-
81 cem † poſſe ex cauſa, & cum cauſæ cognitione mi
nuere pœnam indictam à lege, nec propterea di-
cetur ipſum facere contra legem, cùm hoc fiat
permittente hac lege, videlicet dicta l. & ſi ſeue-
rior. hæc Bart. qui ſuam ſententiam multis alijs
medijs roborat. Idem docuerunt glo. in dictis iu-
ribus. Idem docuit dictus And. Tiraquel. in tract.
de pęnis tempe. aut remitt. in cauſa quadrageſi-
ma. num. 2. & in præfatione dicti tractatus, nu. 16.
& rurſum in cauſa 49. ferè per totum, qui innu-
meros citat Doctores. Idem prorſus docuit Iu-
lius Clarus in ſua Praxi criminali in libro quinto,
quęſt. 92. in verſic. ſcias tamen vbi poſt recenſitas
quamplu-

quamplurimorum Doctorum sententias circa presentem quæstionem de conatu puniendo pęna statuta à iure in atrocissimis delictis)infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. Ego autem dico sic. Aut lex, vel statutum in huiusmodi atrocissimis expressè punit solùm conatum, & seruanda est. Aut non punit expressè conatum, & standum est generali consuetudini, vt conatus non puniatur, nisi sequatur effectus. Et hæc opinio, iudicio meo, tutior est: nihilominus, quia plurics vidi in his casibus diuersimodè iudicari: quandoque puniendo conatum in atrocissimis pœna ordinaria, & quandoque pœna extraordinaria: crederem in practica posse Iudicem adhærere cui opinioni maluerit, inspecta facti, & personarum qualitate: consulo tamen, vt semper in mitiorem partem inclinet. hęc ille, & idem Clarus in sua praxiū quæst. 85. in vers. Vlterius quæro. Vbi alios Doctores quamplures citat. Idem Bossius in sua praxi, in tit. de pœnis, nu. 8. q. 10. & 11. Idem docet Bened. de Capra in sua regula 18. num. 25. Paulus Girlandus, titu. de relaxatione carceris. Rubrica 1. q. 6. num. 1. & 8. Probatur auctoritate Platonis, qui in suis legibus (vt refert Tiraquell. vbi supra) non tātum puniuit conatum, quantum opus ipsum. Nam cùm homicidium morte puniat; eum tamen, qui interficiendi cōsilio vulnerauit, dixit in vicina ciuitate, dum viueret, exulare. Idem docuit Nicolaus Berous in tract. de seditiosis, in §. 7. & vltimo presupposito, num. 41. Idem docuit Felinus in c. 1. col. 14. in vers. fallit septimò, & rursus latius in cap. qualiter & quando, el 2. §. ad corrigendos: per totum extra de Accusationibus in tract. de conatu, reposito post tit. de sent. excommunicationis, nu. 18. in vers. Vltimo scias quòd vbi lex, qui Doctores ad verbum se subscripserunt præsenti nostræ conclusioni. Idem Bald. in l. et si grauior, C. ex quibus caus. infa. irrogatur. Idem Paulus de Castr. in consil. 328. col. 2. in 2. volum. Idem Bart. in l. quid ergo, §. pœna grauior. ff. de his, qui not. infam. nu. 9. imò ferè per totum dictum §. pœna grauior. & ibidem Alex. in addit. in versic. latam sententiam. Idem docet Innoc. in c. 1. extra de constitutionib. Idem Alex. de Imola in consil. 65. col. 3. vers. accedir, in primo volumine. Idem docet Panorm. in c. 2. num 4. extra de delictis puerorum, sequens sententiam Bartoli in dicto §. pęna grauior. Idem docuit Franciscus de Aret. in consil. 132. colum. fi. in vers. venio ad secundum. Idem docuit Paulus de Castro in consil. 328. colum. 2. in 2. volum. Maranta in suo speculo in 4. par. num. 65. Idem docet Panorm. in c. de causis, num. 16. extra de officio delegari. Idē docet Aug. Berous in dicto c. de causis, nu. 15. Idem Host. & Barba. in d. c. de causis, col. 5. in ver. Nota ibi eadē. Idē docuit Decius in d. c. de causis, nūm. 31. & 32. qui hanc conclusionē examinat elegantissimè, & probat verissimam & communem opinionem. Idem Iason in l. 1. col. 3 ff. de legibus, & Senatusconsult. & rursus idem Barbatius in c. 1. col. 22. in fine in vers. tu vero considera. Vbi post longam disputationem præsentis quæstionis, quam incepit tractare ibidem in col. 18. in versic. Venio ad glos. Innocentij (qui vbi supra se subscripsit præsenti conclusioni)Idem docet Iacobus de Beluisu in sua practica iudiciaria criminali, titul. quotuplicia sunt iudicia, num. 155. Idem Ludouicus Rom. in singulari 77. Idem docuit Aretinus est se hanc opinionem communem (& Couarruuias loco citando) in c. qualiter, & quando, el 2. nu. 24. extra de accusat. (vt refert Emanuel Soarez. in tracta. de commu. opin.) Idem Didacus Couarruuias in lib. 2. variarum resolut. cap. 9. num. 8. qui nostrā conclusionem multis medijs probat. Idem Menchiaca in tract. Controuersiarum illustrium, c. 14. num. 4. Idem Viuius in lib. 1. opin. 165. & vt breuibus me expediam, sufficiet asserere quòd hæc fuit communis opinio Doctorum, vt sup. citati Doctores asseruerunt. Quam nōnulli & paucissimi ipsam impugnauerint, vt post probationem præsentis cōclusionis subinferam. vide ergo ibi. Idem docet Marianus Socinus. in c. licet, num. 21. extra de pœnis. dicēs hanc esse communem opinionem. Idem Raphael Fulgosius in l. quid ergo, §. pęna grauior. ff. de his qui not. infam. num. 19. Paulus de Castro. ibidem num. 2. vers. Nota primò Vasquius in lib. 1. de success. resolut. §. 9. num. 29. Hyppol. Riminal. in l. 1. num. 9. ff. quod quisque iuris, vt etiam refert ac sequitur Lauren. Kirchouius in suo tract. de cōmuni opinio. in littera I. Probatur & tertiò præsens conclusio & hac ratione, iudicio meo, irrefragabili. Cùm summum ius habeatur pro summa iniuria: & is, qui preest in iudicio humano decernendo, ponderare teneatur varias circunstantias delicti ratione personæ delinquentis, loci, temporis, occasionis & aliarum cōditionum, vt fuit probatum. iccirco valde rationi cōsentaneum erit in his criminibus Iudices minuere pœnam: eo magis quòd non tantum fuit priuata, & publica persona offensa, ac si sequutus fuisset effectus ipsius conatus, etiam si per conantem non stetisset quin subsequutus fuisset effectus: vt patet ad sensum. Nam videmus quòd apud Deum Optimum Maximum (qui solùm intuetur cor operātis, bonum, aut malum) votum aliquid faciendi habetur pro facto, idest voluntas pro opere reputatur. vt in c. magna, in fine, de pœnitent. dist. 1. tamen non debet tanta pęna imponi pro voto, quàm pro facto, etiam in foro conscientiæ, vt docuit glo. nor. (& ibi reliqui Doctores, in c. qui viderit, 32. q. 5. in vers. iam męchatus est. quoniam vt dicit glo. in c. si cui etiam non contingat, de pœnit. dist. 1. in versic. Nō minus, quòd re uera magis reus est, si opus adhibeatur, sed hoc quoad sufficientiam æterni interitus accipe. Vel dic, quòd nō minus reus est, idest, nihilominus reus est, quamuis ad factum nō perueniat: non quia plus peccet (vt dixi) si opus sequatur: quod patet ex eo, quia prohibitum est malam voluntatem in opus producere. sic ergo, contra prohibitionem illam faciens plus peccat: qui ergo opus adijcit voluntati, iniquitatem adijcit iniquitati. hæc glo. illa, quam omnes Doctores sequuntur, inter quos est Cardinalis à Turrecremata, qui ibidem dixit, quòd etsi pro sola voluntate mechandi, qui non minus peccet quo ad complementum culpæ, & reatum pœnæ æternæ, nihilominus tamen eodem genere peccati grauiùs peccat, qui exit in opus, quàm qui existit in sola adulterij voluntate: quoniam tunc dicendus erit duplicis præcepti diuini transgressor, & hoc idem omnes sacri Theologi fatentur. eò magis quòd cùm lex & statutum imponens pœnam delinquentibus pro singulis quibusque delictis, non possit omnes circunstantias eorum considerare, & vnicuique earum consulere. iccirco tacitè hoc reliquerunt moderandum ipsis Iudicibus: vt pro eorum arbitratu ac iudicio pœnas inflictas à iure moderarentur

tur,eas aliquando minuendo,& aliquando aggra
uando,prout vnaquæque circunstantia delicti,vel
delinquentis requisierit.

Et si verissima fuit præsens nostra conclusio con
tēta in presenti prima limitatione.Tñ posset quis
cōtra illā insurgens dicere ipsam falsam;eò ꝙ Bal.
iu c.1.nu.24.extra de coust.& in c.de causis,extra
de officio delegati,nu.6.concludat, quòd minue-
re vel aggrauare pœnas indictas à iure communi
vel statutis,etiam causa cognita,non liceat iudici
82 bus † delegatis,nec ordinarijs nisi maioribus.cu-
ius doctrinam simpliciter sequutus fuit Marsilius
in suo singulari 244.incip. Tu scis illud,quod ferè
Antonius de Butrio in d.c.de causis,col.3.in ver.
circa partem opponitur, & Henricus Boich in c.
in Archiepiscopatu, extra de raptoribus, num.1.
Respondeo primò,quòd ad litteram contra ipsos
fuerunt prædicti omnes citati Doctores: sed pro
concordia vtriusque sententiæ dicam vnà cum
Tiraquel.in dicta causa 49.num.18.quòd iura per
dictos Doctores citata,loquantur solùm in dele-
gatis,qui habent iurisdictionem limitatam. qua-
propter hoc non est contra nostram conclusionē,
quæ debet intelligi in terminis legitimis, idest,
quòd locum habeat in delegato,cui limitata iuris
dictio non fuerat limitata ab ordinario, & supre-
mo Iudice. Nam vt dixerunt Panorm. & Decius
vbi supra, circa hoc nulla prorsus inueniri poterit
differentia inter Iudicem ordinarium, & delega-
tum:& cum iura citata ad probandam conclusio-
nem, simpliciter loquantur in persona Iudicum.
Quapropter vera dicenda erit opinio aduersario-
rum in persona Iudicis delegati, cuius iurisdictio
fuerat limitata, & specialiter prohibita exerceri
iuxta leges;sed tantum iuxta iurisdictionem limi
tatam sibi ab ordinario Iudice delegato, de qua
iurisdictione nulla fit mentio in nostra conclusio-
ne, & hoc modo ipsos Doctores intellexisse pa-
tet, quòd dictus Henricus volens vbi supra tueri
suam sententiam infrascriptis verbis vsus fuit,vi-
delicet, si delegatus tunc non potest: talis enim
non potest dispensare:sed iure communi procede
re, cùm fines mandati exacta diligentia sint seruā
di.supra de rescript.c.cum dilecta:& ad maiorem
suæ sententiæ declarationem addidit:quod dic,vt
legitur,& not. sup. de offic.delegati,c.de causis.
quem tamen textum ab omnibus ferè citatis Do-
ctoribus iudicatur fauere nostræ conclusioni. Ac-
cedit etiam & ratio allata à Doctoribus prędictis,
& præcipuè à Couarruuia, vbi sup.secundum Do
83 ctores à se ibi allatos. Nam aliud est † dispensare
super crimine,& eius pœna: aliud rigorem legis
pœnalis ex causa minuere:pro quo sciendum ꝙ ip
se Innocent.in c.dilectus num.4.extra de tempor.
ordin.postquam dixerat Innocent.quòd Episcopi
84 † non possunt dispensare, nisi vbi eis est concessa
à iure dispensatio, non tantum in iuribus summi
Pontificis,nec à se latis,subsequenter dixit. In pœ
nis autem imponendis,licet in eis qualitas perso-
narum, & honestas attendenda sit, ff.de pœnis.l.
aut facta,& illis inspectis aliquando grauior,& a-
liquando minor pœna imponenda fit: non tamen
dicitur ibi dispensare,quia de iure communi infe
runtur,ff.de his,qui not.infam.l.qui ergo, §.pœna
grauior.Et ex hoc idem apparet,quòd post sentē-
tiam hoc non possit.Quapropter(vt docuit specia
liter Abbas in c.de causis,num.16.extra de officio
delegati, & post ipsum Decius. ibidem num.19.)
sicut poterat ex causa augere,vel minuere pœnam
à iure indictam antè sentētiam promulgatam Iu-
dex delegans,ita & delegatus, cùm hoc faciat iu-
re communi sibi concedente, & Iudice delegante
sibi hoc munus specialiter non prohibente. Vnde
dicere possumus,quòd & dicti Doctores non ad-
uersentur nostræ conclusioni, si benè libratæ fue-
rint sententiæ eorum.

Limita & secundò dictam quintam conclusionē
85 dicendo,quòd Iudex,rationabili de causa † pote
rit mitigare,seu minorare pœnam indictam à iu-
re communi ipso facto incursam propter crimen
aliquod perpetratum. Hæc limitatio probabitur
verissima triplici medio. Primò enim infrascri-
ptis iuribus, quorum tenorem ad verbum retuli-
mus in probationem præcedentis primæ limita-
tionis, videlicet per text.in l.etsi seuerior, C.ex
quibus cau.infam.irrog.& per tex.in l.non omnes
desertores,ff.de re militari, & per alia iura relata
ab Andrea Tiraquel.in suo tract.de pœnis tempe-
randis,aut remittendis in vnaquaque causa,recen
sita ab ipso ibi,propter quam Iudex debeat mino
rare pęnam incursam à reo, pro perpetratis crimi
nibus; & propter causas, quæ (Deo duce) à nobis
forsan referētur in speciali tract.de ipsis pœnis au
gendis,vel minorandis, quas tamen causas pauló
post simpliciter referemus pro aliquali notitia
ipsarum acquirenda. Probatur & secundò præsens
limitatio auctoritate omnium Doctorum,qui fue
runt citati in probationem pręcedentis limitatio
nis, cùm id ipsum docuerint in locis ibi citatis,
de veritate præsentis limitationis: necnon & Do-
ctorum,qui citant vbi supra ab Andrea Tiraquel.
in supradicto tract. vide ibi. & specialiter Panor.
in c.fin.col.2.versic. Nota secundò,extra de tran-
sact.vbi infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Iu-
dex potest, & debet in pœnis interponendis inter-
dum detrahere seueritati, recedendo à pœnis in
iure statutis,si causa legitima subest: vtputa,quia
multitudo delinquentium est in causa; & sic sine
scandalo multitudo plecti non potest. Idem vbi
subest alia causa legitima. Idem docuit Decius in
l.si fugitiui,ferè per totum,C.qui admitti. ad bo.
poss.Probatur & tertiò ratione allata in probatio
nem præcedentis limitationis, quia illa vtrique
deseruit, vt patebit ipsam ponderanti. His ergo
pręmissis sciendum,quòd dictus Andreas in d.suo
tract. assignat, atque recenset sexaginta quatuor.
Prima quarum est.

86 Prima causa minorationis pœnarum † statuta-
rum pro quolibet perpetrato crimine est.Quando
ad illud committendum fuisset compulsus a ni-
mia ira,vel iusto dolore repentino.

Secunda est, quando furiosus, mentecaptus, &
non compos sui crimen commisit.

Tertia est,quando quis & si compos sui fecerit
delictum,tamen modo euasit demens.

Quarta est, quando nimius amor impulit ad
maleficium.

Quinta est, quando quis dormiendo crimen
admisisset.

Sexta est,quando (dum esset ebrius)quis malefi
cium commisisset.

Septima est, quando (dum esset puerulus) cri-
men commisisset.

Octaua est, quando (dum esset senex ingraues-
centis ætatis) crimen admisisset.

Nona est,propter sexum fragilem,vt sunt mulie

res,

res, cum habeant minus rationis, quàm viri.

Decima eſt, propter imperitiam artis exercitæ à tyronibus illius artis.

Vndecima eſt, propter ignorantiam ipſius delinquentis.

Duodecima eſt, quando quis quædam ingenij ſubtilitate aberrans peccauit.

Decimatertia, quando quis non dolo, aut induſtria peccauit, ſed caſu, aut imprudẽtia, ſiue facti ignorantia.

Decimaquarta cauſa eſt, quando quis ſolùm culpa, & non dolo peccauit.

Decimaquinta, quando quis dolo minori, aut leui quis tranſgreſſus eſt legem.

Decimaſexta, quando qui peccauit, amicus eſt Iudicis.

Decimaſeptima eſt, quando rogatur Iudex ab amico ſuo pro reo.

Decimaoctaua cauſa eſt, quando pater obtulit filium ſuum Iudici puniendum.

Decimanona eſt, ſi filius offerat Iudici patrem puniendum.

Vigeſima eſt, ſi quis peccauerit, vt conſulat cõſanguineo vel affini.

Vigeſimaprima, ſi quis crimen aliquod perpetrauerit conſulendo compatribus.

Vigeſimaſecunda, ſi quis cauſa amicorum crimen commiſerit.

Vigeſimatertia, ſi quis cauſa vicinorum maleficium commiſerit.

Vigeſimaquarta, ſi quis intuitu pietatis deliquiſſet.

Vigeſimaquinta, ſi quis poſt perpetratum delictum baptizetur.

Vigeſimaſexta, ſi quis haberet plures filios enutriendos.

Vigeſimaſeptima, ſi quis condemnandus eſſet ex vehementi præſumptione, & non ex euidentibus probationibus.

Vigeſimaoctaua, ſi quis poſt delictum perpetratum ſe pœniteat, & bonus euaſit.

Vigeſimanona, ſi poſt delictum cõmiſſum, multum temporis eſt tranſactum.

Trigeſima cauſa, propter quam Iudex meritò poterit minorare pœnam à iure indictam, eſt ſi quis confiteatur vltrò crimen ſuum non conuictus.

Trigeſimaprima, propter dignitatem natales, & maiorum nobilitatem.

Trigeſimaſecunda (quoad mulctam) ſi propter paupertatem ſolui non poterit.

Trigeſimatertia, ſi quis crimen admiſerit, fame vrgente.

Trigeſimaquarta, ſi quis maleficium commiſerit mandato ſuperioris ſui.

Trigeſimaquinta, ſi quis crimen perpetrauerit motus Principis, aut alterius viri potentis precibus, aut blanditijs, quos non temerè metuerit.

Trigeſima ſexta, ſi quis vi, metuſve coactus deliquiſſet.

Trigeſimaſeptima, ſi quis attentaſſet aliquod crimen, etſi non conſumaſſet, & de eodem agit ipſe Tiraquel. vbi ſupra in cauſa 38. 39. & 40.

Trigeſimaoctaua cauſa eſt, cùm quis pro crimine commiſſo diutina fuiſſet carceratione maceratus.

Trigeſimanona, cùm quis peccat propter conſuetudinem etiam improbam.

Quadrageſima, cùm quis peccauit aliqua leui, aut etiam iniuſta ratione motus.

Quadrageſimaprima, qui peccauit in omittendo, & non in committendo.

Quadrageſimaſecunda, quando ex iniunctione pœnæ à iure, vel conſuetudine ſtatutæ, etiam non capitalis, reus ipſe moreretur.

Quadrageſimatertia, quando aliàs ſcandalum oriretur.

Quadrageſimaquarta, cùm multitudo hominũ deliquit.

Quadrageſimaquinta, cùm eius, qui deliquit, conditione cõſiderata, alij ad frugem melioris vitæ faciliùs traheretur, ſi pœna minueretur.

Quadrageſimaſexta, propter merita ipſius criminoſi, vel ſuorum maiorum, & proximorum, atque beneficia in Rempublicam collocata.

Quadrageſimaſeptima cauſa eſt, inſigne aliquod artificium ipſius rei.

Quadrageſimaoctaua, ſi fuerit vir aliàs optimis moribus, atque vitæ ſanctimonia comẽdatus is, qui crimen incurrit.

Quadrageſimanona, propter euentum, ſeu exitum maleficij pœna minuitur.

Quinquageſima, quando fuit proceſſum contra aliquem de aliquo crimine per uiam inquiſitionis, & non accuſationis.

Quinquageſimaprima, propter qualitatem iuriſdictionis, qui forſan nõ haberet poteſtatem imponendi pœnas indictas a iuro.

Quinquageſimaſecũda, propter occurſum Cardinalis obuiantis ducto ad mortem.

Quinquageſimatertia cauſa eſt, ſi puella petierit in maritum reum mortis, vt eſt mos in Regno Franciæ.

Quinquageſimaquarta eſt, ſi quis clàm crimen perpetrauerit, nam data paritate criminum, mitiori pœna venit puniendus, quam qui palàm ipſummet crimen commiſiſſet.

Quinquageſimaquinta, ſi quis ex officio, ſeu ratione officij, vel adminiſtrationis quam gerit, crimen perpetrauit.

Quinquageſimaſexta, quando criminoſus non poſſet aliter puniri quin & innocens puniatur.

Quinquageſimaſeptima, quando criminoſum crimen admiſiſſe, ſtatim pœnituerit, omniaq́ue in priſtinum ſtatum repoſuerit.

Quinquageſimaoctaua eſt, quando quis lætaliter aliquem vulneraſſet, quem aliter poſtea occidit, non enim punietur eadem pœna, qua fuiſſet puniendus ſi vulneratus ex dicto ſuo vulnere inflicto occubuiſſet.

Quinquageſimanona, quando ignoratur quis duorum ad inuicem ſe vulnerantium fuiſſet prouocator.

Sexageſima eſt, quando in aliquo conflictu armorum multi fuerunt, inter quos ſolùm vnus aliquem ex aduerſarijs vulnerauit, & ignoratur quis eorum fuerit.

Sexageſimaprima, & vltima cauſa, propter quã Iudex poterit relaxare, aut minuere pœnam à iure indictam eſt: ſi damnatus ad mortem laquei, laqueo diſrupto, ſeu fracto, ille ſanus in terram cecidiſſet.

His cauſis in medium productis, & antè oculos pij Lectoris conſtitutas ipſum moneo, quòd dictæ cauſæ recenſitæ ſunt in duplici differentia, vt Bar. doctrina elicitur. Bart. enim in l. quid ergo, §. pœna gra-

na grauior,col.3.vers. Nam quandoque,ff.de his,
qui not.infam. his verbis memoriæ commendan-
dis vsus fuit. Nam quandoque fit diminutio pœ-
87 næ † ex causa,quæ minuit delictum:vt propter iu
uentutem vel senectutem: vel quia fecit homici-
dium sine dolo,vel quia nimio dolore commotus:
vt si quis interfecisset adulterum cum vxore reper
tum,vt in l.1.in fi.ff.ad l.Cornel.de sicar.tunc tol-
litur infamia,hoc etiam indicat natura,& ipsi mo
resisi enim dicitur,talis fecit homicidium,statim
tu excusas eum,si ipse habuit iustam causam faciē
di;vel erat quidam puer, vel similia. Sed si est ta-
lis causa, quæ delictum non minuit, vtputa,pro-
pter dignitatem natalium puniatur mitiùs, quàm
alter.certè non minuetur infamia,vt in l.quidam,
ff.de pœnis. Hæc Bart. ex cuius doctrina elicitur
apertissimè quod supradiximus, asserendo dictas
causas minorationis pœnarum esse in duplici dif-
88 ferētia. † Nempè aliquæ earum sunt causæ intrin
secæ ipsius actus criminosi per se requirentes, seu
causantes diminutionem pœnarum intrinseca na
tura,seu conditione,quę concurrit in ipso actu cri
minis perpetrati.Aliæ verò sunt causæ extrinsecæ
non concurrentes in ipso actu criminoso,nisi per
accidens,ratione subiecti,seu personæ criminosæ
separatim cōsideratæ ab ipso actu criminoso.Cau
sæ ergo intrinsecæ vt supra minorātes delictū, seu
mouentes Iudicē ad minuēdas pœnas à iure statu
tas,sunt infrascriptę,videlicet prima,2.3.4.5.6.7.
8.9.10.11.12.13.14.15.20.21.22.23.24.33.34.35.
36.37.39.40.41.54. & 55. Causæ verò extrinsecæ
minorationis pœnarum sunt, videlicet 16.17.18.
19. 25.26.27.28.29.30.31.32.38.42.43.44.45.46.
47.48.49. 51.52.53.56.57.58.59.60. & 61. & hæc
erunt memorię comendāda,vt scias,quādo ex mi
noratione pœnæ incursæ pro condemnatione cri-
minis famosi quis non incurrat infamiam,vt latius
infra probabitur.

Amplia singulariter limitationes duas præcedē
tes dictæ quintæ conclusionis,dicendo ipsam ha-
bere locum etiam in pœnis latis à iure municipa-
89 li.Nam pœnæ statutariæ † poterunt alterari à Iu-
dice non solùm eas augendo ex causa rationabi-
li,verumetiam minuendo. Hæc ampliatio proba-
tur triplici medio. Primò enim per argumentum
in l.hodie iuncta glos.ff.de pœnis. Vbi hæc haben
tur,videlicet . [hodie licet ei,,qui extra ordinem
de crimine cognoscit,quam vult sententiam ferre,
vel grauiorem, vel leuiorem: ita tamen vt in vtro-
que moderationem non excedat] hæc ibi . Dixi,
iuncta glosa,quia Glosator ibi docuit,quòd idem
sit dicendum, si Iudex de crimine cognoscit ordi
nariè,eò quòd etiam in iudicio ordinario ex cau
sa rationabili dum sententiam profert,pœnam mi
nuere,vel augere poterit.vt in l quid ergo,§.pœna
grauior,ff.de his,qui not.infam.Dixi probari præ
sentem ampliationem per argumentum in d.l.ho
die,quoniam etsi ibi nō fiat explicitè mentio spe-
cialis de statutaria pœna,tamen benè sit implici-
tè,cùm de omni pœna lata loquatur text. vbi erit
eadem ratio , quapropter Doctores infracitandi
meritò asseruerunt hanc ampliationem probari
per dictam l.hodie . Cùm illa sit intelligenda de
pęna non solùm lata de iure communi, verumetiā
de iure municipali, & consuetudinario ,eò quòd
eadem ratio militet in vtrisque, & Iudices secun-
dum vnumquodque eorum possit,& teneatur sen-
tentiam ferre, vt omnes Doctores semper docue-
runt.Probatur etiam eodem modo per argumen-
tum infrascriptarum aliarum legum,quarum teno
rem retulimus ad verbum in probationem dictæ
limitationis vnicæ.Vide ergo ibi.Nam idem do-
cuit text.in l.aut facta,§.euentus, & §.sequenti,ff.
de pœnis.Idem docuit text.in l.quid ergo, §.pœ-
na grauior.ff.de his,qui not.infam. Idem & aper-
tius docuit text.in l.etsi seuerior,C.ex quibus cau
sis infa.irrog. Idem docuit text. in l.non omnes
desertores,in princ.ff.de re militari. Idem docuit
text.in l.si Possidonium,C.ex quibus cau.infam.ir
rog.Vbi hæc habentur,videlicet. [Si Possidonium
in tempus anni relegatum sententiam non excessis
se Proconsulis probaueris , quinque annis exilio
temporali damnandum inter infames haberi non
90 oportet, quoniam sententiæ seueritas † cum cæte
ris damnis trāsigere videatur.]hæc ibi.Ex quibus
elicitur,quòd seuerior sententia fuerit apprcbata
ac per consequens,quòd pœnam alterare possit Iu
dex,pœnam unquam indictam à quocunque iure,
siue ille sit commune,siue municipale,siue consue
tudinarium:cùm de iure aliquo speciali nulla ibi
fiat mentio.Idem probatur eodem modo per tex.
in c.vt constitueretur,§.fin.dist.50.vbi hæc baben-
tur,videlicet.[Verùm in huiusmodi causis,vbi per
91 graues dissensionum † scissuras non huius, aut il-
lius hominis est periculum, sed populorū strages
iacent,detrahendum est aliquid seueritati,ut ma
ioribus malis sanādis charitas sincera subueniat.]
hęc ibi. Idem probatur eodem modo per argum.
in c.fin.11.quæst.3. Vbi refertur decretum Vrbani
Secundi scribentis Genebaldo Constantiensi Epi-
scopo his verbis. [Sanctis quippe canonibus cau-
tum constat:vt qui excommunicatis communica-
uerit,excommunicetur.Ipsius tamen pœnitentiæ,
atque absolutionis modos, eo moderamine decer
92 nimus,vt quicunque seu ignorantia, † seu timore,
seu necessitate negotij cuiusque maximi,& maxi
mè necessarij,eorum se conuictu,salutatione, ora
tione,osculatione contaminauerit. Cùm minoris
pœnitentiæ medicina societatis nostrę participa-
tionem sortiantur.Eos verò,qui aut spōtaneè, aut
negligenter inciderint,sub ea volumus disciplinæ
cohertione suscipi,vt cæteris metus incutiatur .]
hæc ibi.

Probatur & secundò præsens conclusio Docto-
rum auctoritate Glosarum,videlicet,in dictis iu-
ribus citatis in probationem præsentis ampliatio
nis,etsi aliquę earum explicitè non loquantur de
pœna statutaria augenda vel minuenda ex causa
rationabili: & auctoritate Innocentij in c.1.extra
de constitut. Vbi tradidit regulam illam vniuersa
lem ab omnibus Doctoribus receptam,dicens, quod
administratores iustitiæ , & ordinarij Iudices
93 † quandoque licitè ratione casuum emergentium
leges transgrediuntur. Cùm & arbitri etiam legis
transgrediantur,vt in l.qualem, ff.de arbitris, & in
c.in pręsentia,extra de renunc.hęc ille,qui etsi spe
cialem expresè mentionem non fecerit de lege
statutaria alteranda , tamen implicitè de ipsa lo-
quutum fuisse ex supradictis elicitur.Cùm vsus fue
rit verbis illis generalibus,dicendo Iudices quā-
doque licitè leges transgrediuntur. iuxta illud a-
xioma vulgatissimum.Qui omne dicit,nihil exclu
dit. Idem explicitè docuit Bartol.in dicta l.quid
ergo,§.pœna grauior,in fine.his verbis vtens, vide
licet . Vltimò nota benè materiam huius §. vt ex
causa, & euidenti possit pœna augeri , vel minui,
etiam

etiam quæ posita esset in statuto Ciuitatis, vel ca-
strorum. hæc ibi. Idem rursus Bart. in l. fin. ff. de re-
ceptatoribus. infrascriptis verbis vtens, videlicet.
Aduerte dicit statutum, qui receptauerit exbanni
tum, punietur in certa quantitate, an habeat locũ
94 † in receptante exbannitum agnatum, vel cogna
tum suum: siquidem exbannitus est talis, qui po-
test impunè occidi ex forma statuti, tunc dicitur
hostis ciuitatis: & sicut perdit eum ciuitas, ita eũ
agnati, & cognati perdunt, vt in l. postliminium, §.
filium, ff. de cap. Quòd si nõ possit impunè occidi,
& sic non est hostis ciuitatis, tunc siquidem per
statutum est determinata pœna certa, illa pœna es
set imponenda. Nec obstat ista lex, quia hic loqui
tur de iure communi, quo non est limitata certa
pœna. Tamen Iudex si vellet vti arbitrio sibi con-
cesso secundum l. quid ergo. §. pœna grauior, ff. de
his, qui not. infam. causa cognita posset pœnam
minuere, hæc Bart. vbi supra. Idem docuit Bald.
in dicta l. etsi seuerior, col. 2. ver. ex prædictis. Idẽ
docuit Salyc. & Paul. de Castro, in d. l. etsi seuerior.
circa medium. Idem rursus docuit Bald. in l. cler.
princ. C. de fideicomm. Idem eleganter docuit Pa
norm. in c. fin. col. fin. vers. finaliter conclude. ex-
tra de constitu. vbi infrascriptis vsus fuit verbis, vi
delicet. Quædam est pœna ordinaria, & in illa im
ponenda debet haberi respectus ad tempus deli
cti: & sic procedit l. 1. ff. de pœnis, & c. fin. extra
de sentent. excomm. Quædam est additio, vel di-
minutio pœnæ, quæ fit ex causa. Nam Iudex po-
test minuere, vel augere pœnam ordinariam, etiã
si esset pœna statuti, vt in l. quid ergo, §. pœna
grauior, ff. de his, qui not. infam. & ibi expres-
sè Bartolus inducit ad statutum: & in hac pœna
95 † consideratur tempus sententiæ, & non tempus
delicti. Et ita secundum eum potest intelligi tex.
qui videtur multum contrarius prædictis in l. pen.
ff. si ex nox. causa aga. Vbi seruus delinquens in
seruitute, & accusatus de libertate non punitur vt
seruus, sed vt liber. Nam in diminuendo, vel au-
gendo pœnam Iudex habet respectum ad tempus
sententiæ: quod not. hæc Panorm. vbi supra. Idem
ipse Panorm. docuit in c. fin. col. 2. vers. Nota secũ
do in fine extra de transact. Idem docuit Roman.
in consil. suo 386. Idem rursus docuit Panorm. in
c. nisi specialis col. 2. ver. sed ego distinguo latius,
extra de offic. legati. his verbis vtens, videlicet.
Sed ego distinguo latius, quòd aut quæritur nun-
quid poterit mulctam, aut pœnam, Iudex inferior
per Principem impositam per diffinitiuam. Primo
casu dico, quòd ex causa poterit remittere mulctã
etiam impositam: & paupertas condemnati est iu
sta causa pro remissione fienda, tex. est multus no-
tabilis in l. illicitas, in fine. ff. de officio Præsidis
(Adde tu, quòd ibi hęc habeantur, videlicet. [Præ
ses prouinciæ, si mulctam, quam irrogauit, ex prę-
sentibus facultatibus eorum, quibus eam dixit,
redigi non posse deprehenderit, necessitatem so-
lutionis moderetur; reprehensa exactorum auari-
96 tia illicita. Remissa propter inopiam † mulcta, à
prouincias regentibus exigi non debet.] hæc ibi)
& idem dicendum in bando, vt ibi not. Bar. vt pos
sit remitti ex post facto, ex iusta causa, puta pro-
pter paupertatem. & est tex. multum not. in alio,
quòd propter inopiam soluendi mulctam, non fit
commutatio pœnæ in corpus: sed procedit com-
mutatio pœnę in pœnam, quæ apponitur diffini-
tiuè propter delictum, vt in l. 1. & quod ibi not. ff.
de pœnis, & sic intellige quod legitur, & not. in c.
si res. 14. q. 6. & in c. Odoardus, extra de solut. qđ
97 benè nota. Aut quæritur de pœna, † & tũc aut im
ponitur ipso iure, aut venit imponenda arbitrio
Iudicis. Primo casu, nisi Iudex remittat cum cau-
sę cognitione nihil agit. Vnde non potest Iudex re
mittere infamiam condemnato de furto. vt in l.
non poterit, ff. de furtis, & quod legitur, & not. in
l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui not. in-
fam. & sic si in istis, quę ipso iure, Iudex facit re-
missionem sine causę cognitione, pœna suppletur
à lege. vt ibi not. Bart. scilicet, in dicta l. non pote-
rit. Secundo casu cum pœna venit imponenda per
Iudicem, à principio potest pęna moderari, etiam
si sit pœna statutaria: vt legitur & not. in d. §. pœna
grauior. & tenet remissio etiam si non subest cau-
sa legitima: licet Iudex malè faciat. Vnde potest
puniri de hoc, & facit litem suam: secus si subest
causa. vt not. Bar. in l. 1. ff. ad Senatuscons. Turpil.
Post sententiam verò non potest remittere pęnã,
nec diminuere, quod procedit etiam si simpliciter
condemnauit de delicto, & nihil dixit de pœna:
quia immediatè apponenda venit pœna iuris. vt
est text. not. in dicta l. 1. hęc Panorm. vbi sup. qui
idem asseuerando verum, docuit in c. fin. ver. No-
ta secundò, extra de transact. dicens. quòd pęnam
à statuto indictã poterit Iudex augere vel minue-
re ex causa legitima. Idem rursus ipsemet Panor.
docuit in c. sacris, col... ver. vltimò facit iste text.
ext. de his, q̃ vi, metusvè causa fiũt. his pręcisis ver
bis vtens (quę faciunt ad multa si benè librabun-
tur,) videlicet. Vltimò facit iste tex. ad quæstionẽ.
Statuto cauetur, quòd quicunq; tale quid fecerit,
incidat ipso facto in talem pœnam. Quidam per
metum fecit actum prohibitum; nunquid incurrat
illam pœnam: & videtur primò quòd sic per istum
textum: nam excommunicationis pœna ita in-
uoluitur qui communicat excõmunicato per me-
tum, sicut qui spontè. In cõtrarium facit; quia me-
tus attenuat culpam, & etiam pœnam. ex quo er-
98 go ratione metus debet minus puniri, † ergo non
debet incurrere pœnam statutam. ad quod benè fa
cit. c. 2. de delictis puerorum. Solu. Dici potest,
quòd pœnam incurrit. Sed Iudex in impositione,
& executione debet habere respectum ad metum.
Vnde debet minuere ipsam pęnam. Et idem vide-
tur dicendum in alio casu. Vbi in delinquente re-
peritur aliqua qualitas, per quam debet mitius
puniri. Ad hoc quod notat Bart. in l. 1. ff. de rece-
pta. ad istum tex. dic, quòd licèt communicãs per
metum incurrat excommunicationem. Nihilomi
nus tempore absolutionis minor pęna sibi imponi
tur, quàm si communicasset spontè. vt est tex. not.
in c. fin. 11. q. 3. (Adde tu, quòd supra fuerit relatus
tenor dicti c. fin. Hęc Panorm. vbi sup. qui idipsum
docuit in cap. vt mensuræ. in fine, extra de empt. &
99 vend. dicens, quòd Iudex † possit ex causa minue
re, vel augere pęnam statutam ac inflictam à statu
tis, iuxta sententiam Bart. in d. §. pęna grauior. Idẽ
docuit rursum ipsemet Panor. in cap. 2. colum. 3.
versic. Et ex hoc, extra de delictis puerorum, & in
cap. 1. colum. 1. versic. Et ex hoc textu, extra de sen
tent. excommun. dicens, quòd dispositum, seu sta-
tutum puniens generaliter committẽs certum de-
lictum non habet in totum locum in minoribus,
vel in eo, qui ex aliqua causa excusatur à totali
delicto. Vnde etsi minor incidet in totalem pę-
nam, tamen per Iudicem in sententia poterit ipsa

pęna

pœna alleuiari, iuxta Bartol.in l.2.ff.de receptat.
Idem Panor.rursus hoc ipsum docuit in c.de cau-
sis,in fine.extra de officio delegati.Vbi æquiparat
ius commune,ius municipale, & ius consuetudi-
nariũ:addens,quòd sicut cum causa licebit auge-
re,vel minuere pęnam indictam à iure communi:
sic & pœnam indictam à dictis alijs iuribus.iuxta
tex.in l.hodie,ff.de pœnis.Idem docuit Paulus de
Castro in consil.suo 277 incip.in causa carcerato-
rum,col.3.versic.ex his sequitur.lib.2.& rursus in
consil.328.incip.clarum est in iure.in nouis.circa
med.in dicto lib.2. Idem docuit Fulgos.in consil.
124.incip.Præsuppositis,col.vlt.vers. Cæterum. &
in dicta l. et si seuerior. Vbi respondit omnibus fe
rè contrarijs. Idem docuit Ioann.Plat.in l.omnes
delatores,in 4.not.C.de delatoribus,lib.10.Idem
docuit Franciscus Aret.in consilio suo 130.incip.
Consultissime domine Collareralis , in fine . & in
consil.131.incip.Spiritus sancti gratia,in fine.& in
c.at si clerici,§.de adulterijs, colum.4.in fine.ext.
de iudicijs.Idem docuit Philippus Decius in di-
cto §.de adulterijs,col.8.vers. Secundò limitatur.
& rursum in c.de causis , col.vlt.num.97.extra de
officio delegati.Idem docuit Tiraquel.in tract.de
pœnis temperandis.in præfatione, nu.20.qui ibi-
dem num.22.his verbis vritur, videlicet . Quam-
quam Bald.hac in re, vt alijs sæpè sibi contrarius
contrarium è diametro tenuit post Iacobum Bu-
trig.in l.1.C.si aduersus delictu, & in l.eum, qui.
in fine,C.de fur.& in repet.dictæ l.quid ergo,§.pœ
na grauior,col.3.vers iuxta hoc,ff.de his,qui not.
infa.hac vna ratione motus,quòd statutum(vt di-
cit)est præcisè obseruandum.Sed certè prima opi
nio,vt est communior,ita & verior:cùm sit eadem
ratio in pœnis statutarijs(vt ita dicam) vt in legi-
100 bus: neque statuta † iudaicè , & secundum corti
cem intelligenda,sed secundum rationem, vt di-
cit ipsemet Bald.in l.quicumque, col.pen. versic.
quarto casu:in fine eiusdem versiculi , C.de seruis
fugit.& in l.omnes populi,col.9 aliàs 14.versic.in
contrarium videtur,ff.de iust.& iure,& in consil.
294. incip. Ad euidenriam præmittendum est,in
fi.lib.1.Idem docuit Paul.de Castro in consil.325.
col.2.lib.2.& Ioannes de Ana.in cap.sicut,col.vlt.
extra de Iudæis.Alex.in consil.83.incip.visa facti
narratione,col.2.ver.Et statuta,lib.2.& in suo cõ-
sil.144 incip. Post redditum primum consilium,
col.2.ver.Non obstat,quòd statutum,in fine,cod.
lib.2.Rursusque in consil.59.incip.viso titulo quę
stionis præmissæ,col.pen.versi.Nec enim statuta.
lib.4.& Barbat.in consil.81.incip. Præclarè,& lu-
culenter,col.4.ver Item quia statuta.in fine,lib.4.
Pro quo dicto allegant omnes glo. quam Bartol.
vbi supra dicit reputari singularem in l.damni. la
prima,§.si is,qui in verbo Aliquas, ff.de dani.infe
cto,& facit quod dicit Bart.in l.apud Iulianum in
princ.ff.ad Senatusconsul.Trebel.quòd ex causa re
ceditur à statuto cogente aliquos ad suscipiendũ
arbitramentum, & quod voluit idem Bart.& post
cum,Paul.de Castro in l.filiusfamilias, §.procura
torem,ff.de procurat.per illum textum. dicentes,
quòd licèt quis cogatur ex lege pręcisè ad ali-
quid,hoc tamen intelligitur,nisi subsit aliqua cau
sa legitima.hæc omnia ipse Tiraquellus vbi supra.
Idem docuit rursus Rom.in consil. suo 429.incip.
Considerata in proposita &c.Vbi per plures opti-
mas rationes consuluit, quòd licèt ex dispositio-
ne statuti fur pro paruo furto possit furca suspen-
101 di : tamen Iudex † poterit moderari pœnam il-
lius statuti citra mortem:quod dictum refert & se
quitur August.de Arim. in suis addit. ad Ang. de
Aret. in tract.de malef.in ver.Quas si non soluerit,
in 2.addit.ante finem . Idem prorsus docuit Hyp-
pol.de Marsil.in suo singulari 244 incip.tu scis il-
lud,& in sua praxi crimin.§.diligenter, num.176.
versic. Quòd illud habet locum.& in l.pœna legis
Corneliæ, §.sed,& si quis, nu.6.vers.quòd licèt ex
dispositione,ff.ad l.Cornel.de falsis.in l.1.§ Diuus
Adrian. num.5.ff.ad l.Cornel.de sicar. referens &
sequens dictos Romanum,& August.vbi sup.Idem
docuit Angelus in tract. de malef. in vers.Quas si
non soluerit,num.10.ver.& menti habeas . Idem
docuit August.de Arimine in dicto ver.Quas si nõ
soluerit.nu.14.in ver.ad prædicta faciunt. Vbi di-
cit, quòd Baldus in l.si quis ab alio. in fine,ff.de
calumnia.expressè voluit,quòd potestas etiam in
pœnis inductis à statuto potest ex causa augere ,
vel minuere per potestatem legis sibi datam in di
cto §.pœna grauior,& in dicta l.etsi seuerior. Idẽ
rursus docuit Bal.ipse.in l.obseruare,§.proficisci,
in quæst.26.ff de officio proconsulis,& Bal.in c.1.
in fine 1.col in quibus cau.feud.amitt. tenens ex-
pressè,quòd Iudex ex causa potest minuere pęnas
à statuto taxatas,ex causa tamen. hæc Aug.vbi su-
pra.Idem docuit Ludou.Carretius in sua praxi cri
minali in finali capitulo,incip. Circa quartum &
vltimum,num.30.Cum se subscripserit Hyppol.de
Marsil.vbi sup. & hoc rursus ipse confirmauit ibi-
dem,num.3.auctoritate Matthęi de Afflicto in cõ
stitutione incip.rapinas.not.1.Idem docuit Paul.
Girlandus in suo tract.de relaxat.carcer.nu.7.ver.
Tertiò ampliatur . Idem docuit Iulius Clarus in
sua praxi crimin.quæst.85. in vers.vlterius quæro,
in principio.Vbi dicit,quòd ex causa Iudex pote
rit augere,vel minuere pœnam etiam impositam
à statuto : quo casu licèt aliqui tenuerint contra-
rium , magis tamen communis opinio est , quòd
possit Iudex etiam pœnas statutarias ex causa mi-
nuere,vt attestatur Aretinus in c.qualiter & quan
do,el 2.num.24.extra de accusar. quem refert idẽ
docendo.Didacus in lib.2.resolut.cap.9.nu 8. idẽ
docuit Plaza lib.1.delictorum,cap.33.nu.5.idem
docuit Decius in c.de causis,nu.19.extra de offi-
cio deleg. idem docuit Menchiaca in tract. con-
trouer.Illust.cap.14 nu.4.idem docuit Blancus in
sua pract.crimin.fol.73.nu.71.idem docuit Aegy
dius Boss in sua pract.crim.cap.13.nu.17.idem do
cuit Franciscus Viuius in suo tract. commu.opin.
vers.Iudex vbicunque lex imponit,num.6.ver.Am
pliaturque ista communis . idem docuit Emanuel
Soarez in tract.suo commun.opin.in ver.pœnas le
gibus sanctas,nu.158.idem docuit dominus Gui-
do Papa in sua decisione 206.incip.in hac ciuita-
te Grationopoli,per totum.

Probatur & tertiò præsens ampliatio quatuor
rationibus.Prima quarum est,quòd cùm supra fue
rit probatum per tex.in l.etsi seuerior, C.ex quib.
cau.infam. irrog. & in dicta l hodie, & in dicta l.
quid ergo,§.pœna grauior, & per alia iura, quod Iu-
dex ex causa rationabili possit augere, vel minue-
re pœnas taxatas à iure,nulla facta exceptione de
iure statutario & consuetudinario : & appellatio-
102 ne iuris † simpliciter nuncupati non solùm ve-
niat ius commune , verumetiam ius municipale,
& consuetudinarium. Inde sequitur,quòd cum ta
lis potestas sit generaliter indulta Iudicibus in ma

tetia

teria tam fauorabili ipsis reis, generaliter debeat
intelligi, ac per consequens sub tali generalitate
erit omnino dicendum comprehendi quoq; iuris
municipalis pœnas, vt sic ipsas ex causa possit Iu-
dex minuere, vel augere.
103 Secunda ratio est, quia cùm statuta † recipiant
interpretationem à iure communi, necnon & am-
pliationem, & limitationé, vt docet tex. in l. a. C.
de noxal. vt docuit ibidem Bal. & Bar. in l. omnes
populi, in quarta quæst. in princip. ff. de iust. & iu-
re. & omnes Canonistæ in c. dilectus, & in cap. de
cætero, & in c. ad audientiam, extra de cler. non
resid. ergo sicut Iudex ex causa augere, vel minue-
re pœnas indictas à iure communi, ita & pœnas
indictas à iure municipali. Tertia ratio est, quia
ipsa lex, quæ dat potestatem populo condendi sta-
tuta, illa eadem dat potestatem Iudici pœnas ex
causa permutandi aut minorando, seu aggrauan-
do ipsam, vt in dicta l. hodie, & in dicta l. aut fa-
cta, §. fin. ff. de pœnis, iuncta l. omnes populi, ff. de
iust. & iure.
Quarta ratio est, quia hoc permittit Iudici ex
causa. Inde sequitur, q sic in supplementum legis,
... culpas, casus, ac fauores Reipublicæ sigillatim
... [illegible] non potuit. Sed hæc ratio (vt patet ad
[illegible]) habet locum ét in statutis: quia statuētes
[illegible] potuerunt oēs causas cum suis qualitati-
bus, adhærentijs, & circumstantijs cogitare in con-
dendis statutis, aut in ipsis exprimere: ideo viden-
104 tur eos Iudicis arbitrio commisisse, † vt pœnas ip-
sas iuxta facti contingentiam, & qualitates ex iu-
sta causa permutare possit. vt in dicta l. hodie. & l.
aut facta, §. fin. ff. de pœnis.
Amplia secundò præcedētes duas limitationes
conclusionis quintæ, dicendo ipsas non solū verifi-
105 cari in pœnis taxatis † à legibus cōibus, vel mu
nicipalibus non iuratis à Iudicibus, verumetiam
in pœnis taxatis à iuribus cōibus, vel statutarijs
iuratis, quā Iudices, non obstante iuramēto delato
de obseruandis legibus cōibus, & municipalibus
in iudicando, ac puniēdo criminosos iuxta pœnas
inibi taxatas poterunt augere, vel minuere ipsas
pœnas à iuribus cōibus, ac statutarijs indictas.
Hæc ampliatio probatur triplici medio. Primò e-
nim per arg. in c. 1. §. nec constitutionem, extra de
his, q fiunt a maior. par. c. Vbi refertur decretū Cō-
cilij Lateranensis, infrascripta proferētis verba, vi
delicet; [Nec constitutioné prauam impediat, si for-
tè aliquis ad conseruandā Ecclesię suæ cōsuetudi-
né se iuramēto dicat adstrictū. Non. n. iuramenta,
106 † sed potius periuria erunt dicenda, q cōtra vti
litatem Ecclesię, & sanctorum patrū veniunt insti
tuta. Si quis aūt hmōi cōsuetudines, q nec rōne iu
uantur, nec sacris congruunt institutis, iurare præ-
sumpserit: donec dignā egerint pęnitentiā à per-
ceptione sit Dominici corporis alienus.] hæc ibi.
Dixi probari pręsentem ampliationé per arg. in d.
c. 1. §. Nec constitutionem. qm etsi explicito inibi
non cōtineatur veritas pręsentis ampliationis, be
nè tn̄ implicitè. Cùm ex ipso eliciatur, q iuramen
tum, illud sit declaratum ab ipso Summo Pontifice
non obligatorium, qđ vergit in detrimentum Ec-
clesiæ: ac per consequens proximorum Christiano
rum. ex quib. conficitur ipsa Ecclesia, tanq̄ ex qui-
busdam lapidib. viuis. Quapropter inde quoq; eli
citur, q iuramentum pręstitū à Iudicibus in prin
cipio suorum officiorum de iudicando, & puniē-
do criminosos, iuxta pœnas taxatas in statutis, re

cipiat legitimā interpretationem, vt. s. ipsi teneau
tur illa seruare in casu, quo eorū obseruatio non
noceat proximo, cui ex causa (iuxta dicta iura ci-
tata in præcedenti ampliatione) Iudex opem fer
re teneatur minuendo, vel augendo pęnam taxatā
à talibus statutis iuratis, iuxta sibi a iure indultā
facultatem minuendi, & aggrauandi pœnam. Cū
& ipsimet Iudices eodē modo in principio sui of
ficij iurent de iudicando & puniendo reos, iuxta
sanctiones iuris cōis, & tn̄ oēs docuerunt virtute
tot legum ipsos ex causa posse minuere, & aggra-
uare pęnas taxatas in iure cōi sic iurato: Et q ipsi
107 iurent † de iudicando secundū leges, docet tex.
apertus in l. rem non nouam, C. de iudic. vbi dr̄, q
ipsi Iudices hoc iuramentū de obseruandis legib.
in iudicijs suis deferre teneantur. Ad hoc accedit
quoq; q ipsa statuta generaliter iurata non coar-
ctant iurātes ad aliquod faciendū contra decretū
108 iuris cōis. Cùm ipsa statuta † disponētia de casu
expresso à iure cōi, sint declaranda, iuxta disposi-
tionis ipsius iuris cōis, eo q ipsa statuta recipiāt
oēs limitationes, & ampliationes iuris cōis, seu
quas iuris cōis dispositio recipit: ét in pęnalibus,
nisi (vt latius in limitatione sequētis limitationis
dicemus, & probabimus, vide ergo ibi) expressus,
seu exceptus esset aliquis casus a statuto, vel nisi
ibi diceretur, q ipsa statuta intelligantur, vt iacet
in litera, nullo sensu extraneo addito, vel diminu-
to: qm tunc casus expressus in statuto nullā recipe-
ret limitationem, aut ampliationé iuris cōis: qd
quidem non supponitur in terminis præsentis am
pliationis, & q hoc sit verissimum, nos docuit tex.
in c. de cętero, c. cùm dilectus, & in c. ad audiētiā,
ext. de cler. non resid. Vbi præcipitur declarari sta
tuta conformia iuri cōi, iuxta declarationes, am
pliationes, & limitationes ipsius iuris cōmunis,
in casibus in ipsis tn̄ statutis expresse non exce-
ptuatis. prout latius probauimus in præsenti tra-
ctatu, quæst. vnica de extensione legis pœnalis, &
correctoriæ simul de pœna, qua mandans delictū
aliqui, & mādatarius exequens veniet puniēdus,
in ampliatione vnica conclusionis tertiæ. Vide er-
go ibi latius. Idem probatur rursus per arg. in c. si-
cut nostris, ext. de iureiur. Vbi Innoc. Tertius scri
bēs Episcopo Ameliensi infrascriptis vsus fuit ver
bis, videlicet, [sicut nostris est auribus intimatum
Ecclesia Tudertina vacante, ipsius Canonici, & E-
piscopus cum eis, cùm esset in minorib9 Ordinib.
constitutus iuramenta quædā in damnū Episcopa
lis iuris fecerunt, priusq̄ de Pōtificis electione tra
ctatus aliquis haberetur, & infra. Pro iuratione in-
cauta imponi fecimus Episcopo pniam congruen
109 tē, & infra. Quia nō † iuramēta, sed periuria po-
tius sunt dicenda, q contra vtilitaté Ecclesiasticā
attentant, Mādamus quatenus ab ipsis Canonicis
inquiras super premissis diligētius veritatem; & si
ea inueneris esse vera, q in damnum Episcopalis
iuris repereris taliter attētatum, in statum debitū
appellatione remota reducas.] hæc ibi. Dixi pro-
bari præsentem ampliationem per arg. in d. c. sicut
nostris, quia ex illo veritas præsentis ampliationis
elicitur arguendo ab identitate rationis. Cum &
Iudicis iuramentum sit interpretandum (ne dica-
tur periurium) sine interesse proximi: cui (cum
causa rationabilis adest) ex charitate erit fauēdū,
atque auxiliandum in diminutione pœnæ, ac in
augumentatione pœnæ (cum boni publici vtilitas
hoc exposcerit) & à iure tam communi, quàm

municipali, iuxta Legislatorum mentem, quæ pro-
culdubio fuisse pro certo tenendum erit consule-
re voluisse bono communi. eò magis, quòd (vt do-
cuit Guido Papa loco infra citãdo) obseruatio sta
tutorum iurata non ex hoc fuisset frustratoria, cũ
110 haberet locum in casibus † communibus, in qui-
bus non reperiretur causa rationabili pęnam taxa
tam alterandi: necnon & in alijs casibus, in qui-
bus esset dubium an esset causa rationabilis alterã
di pœnas à dictis iuribus augendi, aut minuendi.
In quibus duobus casib. patet iuramentum ipsorũ
iudicum latum de iudicando, ac puniendo crimi
nosos iuxta pœnas taxatas à statutis ipsis iuratis.
Idem probatur (arguendo eodem modo) quo sup.
per arg. in c.1. de iureiuran. in 6. vbi Nicolaus Pa-
pa Tertius infrascriptis verbis vsus fuit, videlicet.
[Contingit in nonnullis Ecclesijs de earum cõsue
tudine obseruari, quod nec ipsarum Prælati (cũ primò
ad Ecclesias ipsas accedunt) admittuntur, nec Ca-
nonici (cùm de recipiendis ibidem nouis Canoni
cis agitur) aliter recipiuntur in ipsis: nisi iurẽt sta
tuta, & consuetudines ipsarum Ecclesiarum scri-
ptas, & non scriptas, inuiolabiliter obseruare. In-
ter Laicos etiam in multis ciuitatibus, castris, &
terris, in suis Potestatibus, rectoribus, vel officiali
bus assumendis, consuetudinis morbus irrepsit, quod
Potestates, Rectores, & Officiales huiusmodi, ad
potestarias, rectorias, & officia eadem (nisi prius
seruaturos se statuta locorum clausa iurauerint)
nullatenus admittantur. Quia verò in statutis, &
consuetudinibus supradictis interdum aliqua re-
periuntur illicita, seu impossibilia, vel obuiantia
Ecclesiasticæ libertati: nè sub tali generalitate iu
randi, sic iurantibus peccandi occasio præbeatur:
cùm iuramentum non fuerit, vt esset iniquitatis
vinculum, institutum. Hac generali constitutione
animarum periculis obsistere cupientes, præcipi-
mus à quibuscunq; scientibus contineri in prædi-
ctis consuetudinibus, & statutis illicita, impossibi
lia, vel libertati Ecclesiasticę obuiantia, iuramẽta
huiusmodi aliquatenus non præstari: & talia iura-
menta ea intentione facienda, vel facta, vt etiam
illicita, vel impossibilia, seu Ecclesiasticæ libertati
obuiantia obseruentur. Cum etiam sub tali intẽtio
ne præstari non possint absque Diuinæ maiestatis
offensa, decernimus in huiusmodi illicitis, impos
sibilibus, seu libertati Ecclesiasticæ obuiantibus,
non seruanda: quin potius pro animarum salute, si
sub forma prædicta, vel simili aliquos ignorantes
prædicta illicita, seu impossibilia, vel libertati Ec
clesiasticæ obuiantia iurare contigerit, ad obser-
uanda duntaxat licita, possibilia, & non obuiantia
libertati Ecclesiasticæ, iurantium referri debet in
111 tentio. Declaramus quoq; iuramenta † sub huius
modi generalitate qualitercumque & sub quali-
cumque verborum forma præstita, vel præstanda
ad licita, possibilia, & libertati Ecclesiasticæ non
obuiantia tñ extendi: ipsosq; iurantes ad alia per
præstationem iuramenti huiusmodi non teneri.]
hæc in d.c.1. ex quo quàm apertissimè patuit veri
tas præsentis ampliationis ex ipso arguendo, vt fe
cimus in d.c. sicut nostris. & à fortiori. Cùm ex
hoc c.1. quasi ad verbum eliciatur veritas præsen-
tis nostræ ampliationis. vt patet ex contextu ver-
borum ipsius. Probatur & secundò præsens amplia
tio auctoritate infrascriptorũ Doctorũ. Nã gl. in
d.c.1. in ver. impossibilia, dixit: Et intelligo impos
sibilia de iure, vel de facto. & in vers. declaramus.
dicit, quod Host. in c.1. in gl. vlt. ext. de his, quę fiunt à
112 maiori par. cap. dixerit, quod iurans, † sic dicere de
beret. Imo seruare statuta, & cõsuetudines iustas,
possibiles, & honestas, quæ de facto, & iure seruari
poterunt. Et multiplex est impotentia, vt not. sup.
de rescrip. c. sciscitatus. Posito tñ, quod in genere iu-
ret: fit tñ secũdum ius cõe interpretatio iuramẽti,
& probatur hoc satis per c. ad nostrã. el 3. extra de
iureiuran. & in c. super quibusdam, ext. de verb. si-
gnif. Dic ergo breuiter (inquit d. gl.) quod aut quia
expressè iurat statuta illicita, vel impossibilia, vel
inhonesta: & tunc eò ipso largo modo periurus
est. vt in c. sicut nostris, ext. de iureiu. Aut generali
113 ter iurat seruare cõsuetudines, & statuta, † & tũc
distingue. Aut tunc sciebat ibi statuta esse illicita,
& illa se obligaturum seruare in mẽte gerebat: &
tunc idem. quod sup. Aut nesciebat nec id in mẽte
gerebat, & tunc nõ peccauit, & solum ad licita o-
bligatur. vt hic & in prędictis iuribus. hęc oĩa glo.
supradicta. Idem docuit Geminianus in d.c.1. va-
rijs in locis ibidem. nam in col. 2. ver. Nota vale-
re, dicit valere cõsuetudinem, vel statutum, quòd
Prælatus, vel nouus Canonicus iuret seruare con-
suetudines, & statuta. & in ver. Nota, quòd iura-
mentum, dicit, quod iuramentũ nõ est vinculum illa-
queans quem ad malum perpetrandum. & in ver.
114 Nota, quod iurans, dicit quod iurans † seruare aliquod
prohibitum ẽt animo, & intentione illud seruãdi,
non arctatur ad obseruantiã talis iuramenti, quẽ
textũ Io. And. induxit in quęstione, in qua q̃ritur.
An minister Prouincialis Ordinis Minorũ, qui iu
rauit renunciare in capite triennij in manibus ca
pituli Prouincialis astringetur tali iuramento, cũ
ex suis Papalibus debeat renunciare in manib. ge
neralis, vel capituli generalis. iste text. facit quòd
non. & in ver. nota, quod quando actus dicit, quòd qñ
actus iuratus potest referri ad permissum, & ad il-
licitum, in dubio potius debet intelligi, quod intẽtio
iurantis referatur ad actum licitum, q̃ prohibitũ,
& quòd ad solum Papam spectet declarare virtutẽ
& validitatem iuramenti. & in ver. quæro Canoni-
cus, dicit quod si Canonicus in receptione iter Cano
nicos iurat seruare statuta Ecclesiæ: & ĩ literis suis
sunt clausulæ tollentes statuta Ecclesiæ, per tale iu
ramentum non dr̃ renunciare illis clausulis, vt do-
cuit Io. And. in regula. Inspicimus, de reg. iur. in 6.
hæc oĩa Geminianus vbi sup. Idem docuit Guido
Papa in sua decisi. 206. incip. In hac ciuitate Gra-
tionopolis, ver. è contrario. Vbi infrascripta dixit,
videlicet. E contrario vr̃, quia istę pęnę ex statuto,
libertate, vel priuilegio sunt subrogatę in locum
ordinariorum pœnarum à lege taxatarum, vel à
Iudice taxandarum: ergo illarum sequuntur natu
ram. vt in l. si eum, §. qui iniuriam, ff. si quis cautio
nibus. Sed in illis poterat Iudex olim augere, vel
minuere. vt in l. & si seuerior, C. de his, qui not. in-
fam. & in l. quid ergo, §. pœna grauior, ff. de pœ-
nis. Quid dicendum? credo, quòd cum Iudex,
qui iurauit legitimè secundum leges & iura, vt in
Authen. iusiurãdum, quòd præstatur ab his, in prin
cip. col. 2. Et tamen pœnam à lege taxatam ex cau
sa potest augere, & minuere lege permittente,
& sine periurio: vt patet in dicta l. & si seuerior,
& in l. fin. ff. qui satisdare cogantur. Ergo non
posset plus Iudicem adstringere statutum, vel
priuilegium: quàm lex communis, & generalis,
quæ est maioris auctoritatis, maximè quia ta-
lia priuilegia & statuta, quæ fiunt pro pœnis
muio-

minorandis non vidétur debere fortiri effectum, iuxta l.si vnus,§.illud. Cum ibi not.ff.de pactis.ex his ergo diceremus (inquit Guido) ꝙ Iudex nō obstante iuramento, potest talem pœnam statuti, vel priuilegij ex causa augere, vel minuere. Quapropter credo (inquit Guido vbi sup.) ꝙ dicta statuta, & priuilegia operabuntur in dubijs & communibus, & vbi non est causa augmentandi, vel minuendi: vt tunc Iudex talia statuta & libertates sequatur. vt in l.hodie, ff.de pœnis, sicut sequeretur legem scriptam: quia pœna, & obligatio legis scriptæ est mutata, & nouata in pœnam statuti: hæc omnia docuit Guido Papa vbi supra. Idem docuit Hyppolitus Bonacossa in suo thesauro commun.opinio.versic. Pœnam statuti sequens sententiam infrascriptam Pauli Grilan. Idem docuit Bal. (vt refert Grammat.loco infrascripto) in rubrica, C.qui admitti. & ideo ipsemet Bald.in specie dixit in c.1.§.iniuria, de pace iuramento firmanda: quòd si quis daret alapam Potestati, posset Potestas ipsum furcis statim suspẽdere. Cum sibi liceat

115 ex causa iura transgredi. † Grammaticus verò hoc docuit in decisione 36.nu.3.in fine, sequens suprà dictam Baldi doctrinam. Idem docuit Panor. in d.c.1.col.2.versic. Nota ibi Ecclesiæ suæ consuetudinem. & in fine dictæ col.versi.nota ibi. sed potius, ext.de his, quæ fiũt à maior.par.capituli. vbi dixit, ꝙ Canonici, seu vniuersitas possunt ex causa tollere cõsuetudinem Ecclesiæ ẽt iuratam. & in hoc est menti retinendus dictus text.in d.c.1. & ꝙ idem dicat in eodem c.1.Ioan.And. vt iuramentum quo singulares firmant statuta Collegij, vrgeat dũtaxat remanentibus statutis. & quòd sit notanda hæc vna regula in materia iuramenti; quòd omne

116 iuramentum † tendens contra vtilitatem Ecclesiæ non ligat, sed potius censetur periurium. Et facit pro his rectoribus sęcularibus, qui iurant seruare statuta ciuitatis, in quibus sunt aliqua cõtra libertatem Ecclesiasticam, & vtilitatem. & vide bonum textum in c.1.de iureiuran. in 6. hæc Pan. ex cuius verbis elicit Andreas Tiraquell. in tract. de pœnis in præfatione, nu.33.ver. & hoc sanè. Vbi se subscribens præsenti ampliationi ad verbum citat Pan. & Ioannem Andr.in d.c.1.dicens ipsos do

117 cuisse ibi, ꝙ ex causa poterit † recedi in pœnis imponendis à Iudice, à consuetudine iurata, & à statuto iurato. Idem videtur elici ex doctrina eiusdẽ Pan.in c.cùm dilectus, ext.de clericis nõ resid. col.2.ver. & nota ex hoc, & ex textu. Nã ibi dixit,

118 ꝙ constitutio † disponẽs in materia iuris, nõ includit casum aliàs exceptum à iure cõi, seu casum fictum à iure cõmuni. Nam de iure cõi est: ꝙ non residens fructus nõ percipiat. Sed familiaris Papæ excipitur, seu censetur residere. Vnde constitutio simpliciter dictans, vt nemo habeat fructus in absentia, nõ includit casum à iure exceptum: imò verificatur in casu ficto à iure, qui habetur pro vero: & sic habes casum, in quo verificatur statutum in casu ficto. contra notata in l.3.§.hæc verba, ff.de negot.gestis, & in c.in nostra, extra de iniurijs. Et hoc ideo est, quia ius in hoc equiparat casum verũ & fictum. Vnde constitutio (Adde tu municipalis de qua est sermo) disponens regulariter id, qđ ius, deberet recipere omnes interpretationes, & limitationes iuris: quod perpetuò nota, & clarius probatur in c.sequenti.secus dic. Vbi statutum esset præter, vel contra ius, & odiosum: tunc non verificabitur in casu ficto, sed verba debẽt intelligi propriè, & in suo proprio significatu: & sic intellige dictã l.3.& c.in nostra.hæc Panorm.in dicto c.cùm dilectus, qui & de eodem rursus loquens in c.ad audientiam, col.2.vers. Primò nota, & in versic.secũdò nota, extra de cleri.non resid. Dixit, quòd statutum disponens in materia iuris, & excipiens duos casus aliàs à iure exceptos; nõ videtur includere alios casus prorsus cõsimiles à iure exceptos: & hoc ideo, quia ex quo disponit in materia iuris, & nõ agit specificè derogare iuri, recipit omnes limitationes iuris. Nam de iure non residentes priuantur fructibus, & excipiuntur infirmi, & existẽtes in seruitio Papæ, vel Episcopi. Statutum verò de quo hic excipiebat solùm duos, nec per hoc excludit tertium casum, imò intelligitur exceptus, sicut excipitur à iure cõmuni: quod videtur mirabile contra illam regulam, quòd exceptio firmat regulam in non exceptis.c.Dominus, 32.q.7.& facit hæc littera optimè in argumẽtum, quòd sicut casus exceptus à iure extenditur ad consimilem casum propter identitatem rõnis. vt in c.cùm dilecta, extra de confirm.vtil. vel inutil. ita exceptus à statuto, vbi disponit statutum in materia iuris, vt probatur hic: si autem disponeret contra ius, vel præter; fortè diceremus, inquit, oppositum: quia casus expressus non prouisus in statuto relinquitur dispositioni iuris cõis, arg.in l.commodissimè, ff.de liber. & posthu. & c.suscepti, de rescrip. lib.6.& c.in nostra, extra de iniurijs. Secundò no-

119 ta, quòd statutum † disponens in materia iuris verificatur etiam in casu ficto: quando casus fictus est verus, vel æquiparatur à iure, quod est etiã bene notandum. Et aduerte quia Papa hic non intendit indulgere Episcopo, nec statutum de nouo facere: sed potius respondit de iure interpretando statutum. hæc Panorm. vbi sup. qui denique in fine dicti c.ad audiẽtiam. Dicit, quòd si statutorũ

120 † conditores scienter fecerunt actum contrariũ statutis, videntur tollere statutum, nec requiritur fluxus alicuius temporis. In lege verò Principum aliud est dicendum: non enim tollitur, nisi consuetudo sit præscripta legitimo tempore, vt in c.fin.extra de consuetudine. hæc Panorm. vbi supra. ex quibus quàm elegantissimè elicitur, ac probatur pręsens nostra ampliatio. Cùm duo inde eliciatur. primum quorum est, quòd Iudices cum causa possint augere, vel minuere pœnas indictas à consuetudine, vel statuto iurato: Secundum est, quòd statuta decernentia, ac disponentia in materia iuris communis recipiunt omnes limitationes, ampliationes, & interpretationes iuris cõis, seu quas iuris communis dispositio recipit. At qm ius commune disposuit, quòd ex causa Iudices possint minuere, vel augere pęnas inflictas à iure: inde sequitur, ꝙ sicut ius commune infligens pœnas, interpretandum erit, quòd tali taxatione non obstante Iudex ex causa illas possit augere, vel minuere. Inde sequitur, quòd statuta disponentia generaliter de pœnis infligendis erunt interpretanda, ꝙ ex causa ex mente statuentium poterunt alterari circa ipsarum pœnarum augmentationem, seu diminutionem, iuxta facultatem ipsis Iudicibus à iure communi concessam (vt latius) fuit probatum in præcedenti limitatione quintæ Conclusionis per totum. vide latius ibi. Idem & apertius docuit Paulus de Castro, & Bald. in dicta l.& si seuerior. & latè consuluit Romanus in repetir. rubr.de arbitris, colum.5.versic. Item quia quamuis

tis iurauerit.& in cons.suo 429.incip. considero
in proposita consultatione. Idem docuit Franci-
scus Aret.in c.at si clerici,§.de adulterijs,extra de
iudicijs. Idem docuit Tiraquell. in dicta præfa-
tione tracta.de pœnis,num.23.idem docuit Paul.
Girlandus in tract. suo de relaxatione carcerato-
rum,cap.incip.Sextò non omittam,num.9.ver. &
non obstat illud, quod dicitur de iuramento. vbi
infrascriptis vsus fuit verbis,videlicet.Et non ob-
121 stat illud,quod dr̃ de iuraměto,quia Iudices † si-
cut statuta, ita & leges iurant seruare, vt in l.rem
non nouam,C.de iudicijs.Tñ non obstante tali iu
ramento possunt cum causa minorare, vel augere
pœnas:& sic faciendo non lædunt, nec transgre-
diuntur leges,sed illas obseruant,quia sic fieri mã
dant: & per hoc etiam non dicitur Iudex incurre-
re periurium; quia in omni iuramento semper in-
telligitur excepta auctoritas legis,aut superioris,
vt docet tex.in l.1.ff.qui satisdare cogantur. & ita
tenet Franciscus Aret.in l.et si seuerior,C.ex qui-
bus can.infa.irrog. idem Bald.in eadem.l.etsi se-
uerior. docuit dicens, quòd Iudex non incurrat
periurium alterando pœnam legis vel statuti:
quando hoc faciat ex causa,vel cum causæ cogni-
tione:quia alterando pœnam legis,vel statuti,iu-
sta causa præcedente,illud facit lege permittente:
& ex potestate sibi à lege concessa, argum. in l.
hodie,ff.de pœnis. Et ideo dixit Archid. (vt re-
fert Girlandus vbi supra) quòd in omni iuramen-
to, intelligitur semper excepta legis, & Principis
auctoritas.vt in dicta l.fin.& in c.venientes,extra
de iureiurando,& idem glo. ibidem docuit in ver
sic.ius superioris,& glo.in c.constitutus.versic iu
ramento,extra de rescriptis. Vbi omnes Canoni-
stæ idipsum senserunt.idem docuit Socinus Senior
in c.licèt. à nu.22. vsque in finem,extra de pęnis.
idem docuit Hyppol. Bonacossa in suo thesauro
commun.opinio.versi.pœna statuti. idem docuit
Decius in l.si fugitiui,col.5. in princ.nu.69.70.71.
72.& 73.C.qui admitt.ad bo.poss.vbi infrascriptis
notatu dignis verbis vtitur,videlicet.Et statutum
licèt durum sit,obseruari debet. vt not. Bald.in l.
acceptam,circa fi.C.de.vsu.alleg.l.pspexit,ff.qui,
& à quib.& præsertim in Iudice,qui iurauit statu
ta obseruare, debet in his tenaciter inhærere, vt
Bal.dicit in Auct.hodie,C.de iudic.& in l.quid er
go,§.pœna grauior,ff.de his,qui not.infa.col.3. &
in l.eum,qui in fine, ff.de fur. vbi inquit,si statutũ
loquitur imperatiuè dirigendo verba ad Iudicem
122 ipsum:non potest Iudex † aliam pœnam impone
re:videtur tñ ꝙ etiam non obstante iuramento,Iu
dex ex causa possit recedere à pœna statuti: quia
vt dicit Bal.in l.clari,C.de fideicom.ille,qui iura
uit statuta obseruarę, intelligitur nisi iusta causa
superueniat:quia in iuramento intelligitur clausu
la, Rebus sic stantibus, l.fi.ff.qui satisdare cogan.
& dicit Bal.in l.etsi seuerior,C.ex quib.cau.infa.
irrog.col.3.in ver.ex pręd ictis,quòd iuramentum
magistratus debet reduci ad æquitatem,& non de
bet pręcisè intelligi arg. in Aucten.iusiurandum,
quod præstatur,ab his.Vnde infert quod in pupil-
lo committente homicidium,licèt sit doli capax,
tamen pœna debet mitigari.facit tex.in c.1.extra
de delictis puerorum.Probatur & tertio nonnullis
regulis iuris infrascriptis.

Prima quarum est. Cùm in quolibet iuramen-
123 to præstito † de aliquo faciendo,vel omittendo,
semper de iure subintelligatur excepta Papæ au-
ctoritas. Inde fit,ꝙ iuramentũ delatum à Iudicib.
simpliciter de iudicãdo iuxta statuta: si in aliquo
casu iussu superioris aliter iudicauerit minorem
aut maiorem pœnã infligendo,ea,q̃ reperitur scri
pta:nullo pacto dicendus erit periurus. Hæc regu
la probatur triplici medio.Primò.n.per tex.aper-
tissimum in c.venientes,§.mandamus,ext.de iure
iur.vbi Innoc.Tertius scribens Consulib.& popu-
lo Tudertino his p̃cisis verbis vsus fuit, videlicet.
[Mãdamus quatenus appellationib.ad nos inter-
positis desertatis.Cum prædictum iuraměntum vos
excusare non possit,in quo debet intelligi ius supe
rioris exceptum.]hęc ibi.Idem habetur in c.ea te.
eod.tit.idẽ probatur per tex.in c.constitutus,ext.
de rescript.idem probat̃ per tex.in l.Imperatores,
ff.ad municip.Vbi Imperator relaxat vim iuramẽ
ti facti de non acceptando quoddam officium.
idem probatur per tex.in §.fin.in ver.ipsi namque
soli.25.q.1. & in c.significasti de elect.vbi glo.in
vers.excipiatur.

Probatur & secundò præsens rõ Doctorum au-
ctoritate,vltra glosas in dictis iurib.& in c.consti
tutus:ext.de rescrip.in ver.iuramento,& in c.peti
tio vr̃a,in ver.declaramus.ext.de iureiur.q̃ idipsũ
ad verbũ docuerũt.Specul.hoc docuit in lib.4.tit.
de feudis sub §.qm̃ sup Homagijs & fidelit.nu.29.
in fi. & rursus in lib.1.tit.de teste.§.de Testium cõ
pulsione,nu.5.ver.quid si quis iuramento se astrin
xit. idẽ docuit Inno.in d.c.cõstitutus,in ver. iura
mento. idem docuit Host.in Summa in tit.de iu-
reiur.§.quot sunt species iuramenti,ver.habet aũt
iuramentum istud.idem docuit Pan.in d.c. consti
tutus,col.3.num.8.in ver.in glo.in ver.iuramento
qđ & repetijt ĩ d.c.significasti,col.13.nu.8.in ver.
in gl.in ver:excipiatur.& idẽ repetijt in d.c.veniẽ
tes.Idipsum docuit Felin.in d.c.cõstitutus,col.5.
nu.13.in ver. Auctoritas Papæ est excepta regula
riter.& in nu.17.in ver.Amplia secundò.Idem do
cuit Dec.in d.c.constiturus,col.3.in ver.in glo.in
ver.iuraměto, & cõirer Doctores in d.c.veniẽtes.
idem docuerunt Butr.Imol. & Dominicus in d.c.
constitutus.Io.And.in regula in malis,in Mercur.
se de reg.iur.in 6. & rursus Imol.in c.cum contin-
gat.quasi in fine,extra de iureiur.& rursus Butrig.
& Imo.in dicto c.venientes.

Et ex legistis infrascripti se subscripserunt,vide
licet Bar.in d.l.fi.in princ.& pro rõne dicit, quòd
nõ valeat iuramentum, quo quis iurat non facere
quod superiores præcipiunt.idem repetijt Bart.in
l.fin.ff.qui satisdare cogan. addens, quòd ille,qui
iurat non petere reduci ad arbitrium boni viri,in
telligit̃,nisi ex causa legitima, vt in l.si libertus,ff.
de oper.liber.& in c.Quintauallis,ext.de iureiur.

Idem docuit Bal.in l.si procurator,col.2.in ver
sic.sic etiam,ff.de condict.indebiti. Vbi dixit, ꝙ
à generali iuramento illicita exceptuatur.vt in re
gula Non videtur,§.qui iussu,ff.de regul.iuris.Nã
ibi hæc habentur,videlicet.[Qui iussu Iudicis ali-
quid facit, non videtur dolo malo facere: quia
parere necesse habet. Vbi glo.]singularis in versi.
qui iussu.Idem repetijt idem Bald.in d.l.fin.col.2.
in ver. septimò ratione iuris superioris. idem do-
cuit Paul.de Castr.in d.l.fin.idem docuit Alex. in
dicta l.fin.num.2.idem docuit Iason in dicta l.fin.
col.2.num.6.& sequenti. Idipsum docuit Oldrad.
in consi.97.incip.factum tale est, circa finem.Bar.
Brixien.in quæst.39.incip.Præsbyter quidam. idẽ
repetijt Iason in dicta l.fin. nume.12. columna 2.

in

in ver. quintò facit. dicens, quòd officiales iurãtes
ſeruare ſtatuta, excuſentur à periurio propter prę
ceptum ſuperiorum, vel

Probatur & tertiò hac ratione, videlicet. Cũ ne
mo poſſit de iure promittere quod in ſua poteſta-
te non eſt. Inde ſequitur, ꝙ oĩs promiſſio erit intel
ligenda de eo, qđ dependet à ſua voluntate, & non
à voluntate alterius, cui præiudiciũ generarcĩ ex
obſeruantia talis promiſſionis: ac per conſequens
in oĩ iuramento promiſſorio implicitè excipitur
id, qđ eſſet in præiudicium alterius. At præiudica
rent vti; Papæ, Principibusq; quibuſcunq; in ſuis
iuribus habitis in perſonis Iudicum ſibi ſubdito-
rum, quotieſcunq; ipſi Iudices vellent iudicare va
ſallos illorum iuxta eorum ſtatuta etiam iurata in
præiudicium iuriſdictionis præceptorum domi-
norum ſuorum tam oretenus, ꝗ per ſuas leges in-
dictorum. Vt ergo tale iniuſtum præiudicium per
Iudices iurantes huiuſmodi ſtatuta ſeruare in iu-
dicando, & procedendo in cauſis, non irrogaretur
illis: concludendum erit (ne illicita ſint huiuſmo-
di iuramenta) vt in illis ſemper ſubintelligatur, ni
ſi contrarium fuerit ſibi iuſſum à ſuperiore ſuo, &
conditoribus huiuſmodi ſtatutorum, & ſic exce-
pta auctoritas Superioris, ideſt ius Superioris,
cui priuatus inferior præiudicare non poteſt. &
ita loquitur textus in dicto cap. venientes, extra
de iureiur. ibi [intellige ius ſuperioris exceptũ.]

Primum corrolarium dictę primæ rationis fun-
damenti eſt, quoniam ſi quis eſſet obligatus alicui
Principi per iuramentum, ſi requireretur per Pa-
124 pam, † à quo tenet feudum, vt iuuet Eccleſiam
tenebitur ei obedire, nõ obſtãte iuramento, pro-
ut docuit Cardin. in ſuis notis cauſarum. no. 109.
Quę incipit in dubijs Comitis Albe. quem citat &
ſequitur Felinus in d. c. conſtitutus, nu. 13. in verſi.
auctoritas Papæ, extra de reſcrip.

Secundum corrolarium eſt. Quoniam citatus
125 † vt perſonaliter compareat coram Papa, non be
nè ſe excuſat dicendo, quòd eſt aſtrictus Impera-
tori iuramento fidelitatis. Tum quia in omni iura
mento eſt excepta auctoritas Papæ. Tum quia Im
perator, qui eſt vaſallus Eccleſiæ, vt in cap. ego Lu
dou. diſt. 63. cùm faſſus ſit ibi Ludouicus Impera-
tor fuiſſe confirmatum in Imperio à Paſcali, tunc
Summo Pontifice: & ſic comprobatur ſuperior
Papa ipſo Imperatore: necnon & præſumitur in-
de ipſum Imperatorem vnà cum ſuis terris, & va-
ſallis habere deuotionem & fidelitatem ad ipſam
Romanam Eccleſiam, cuius caput in terris eſt ip-
ſe Summus Pontifex, Vicarius ſponſi eius Domi-
ni noſtri IESV CHRISTI. Huic corrolario ſe ſub-
ſcripſit Aegydius Bellamere. Concluſione Rotæ
171. quem retulit & ſequutus fuit Felinus vbi ſup.
num. 13. Pro cuius veriſſimi corrolarij corrobora-
tione ſummopere erunt memoriæ comendanda
ſubſequentia. Sciendum igitur, quòd ex Archiepi
ſcopo Flor. in 3. par. titu. 23. poſt Auguſtinum de
Anchonà in tracta. de poteſtate Papæ: licèt domi-
nium, ſeu imperium tyrannicum tempore præceſ-
ſit ſacerdotium: quia, ſcilicet ſecundum Auguſti-
126 num 15. de ciuitate Dei, primus Regum † fuit
Cain, & poſt diluuium Nembrot: primus autem
127 ſacerdos † fuit Melchiſedech, qui ſecundum he-
bræos fuit Sem primogenitus Noe, in quo incœ-
pit ſacerdotium, poſtquam vſque ad legem Mo-
ſaycam deriuabatur ad primogenitos: naturale
tamen, & iuſtum imperium nõ eſt notum cœpiſſe
antè Moyſem, qui à Deo inſtitutus fuit Princeps
128 populi. Quapropter comprobatur Papam † eſ-
ſe maiorem dignitate ipſo Imperatore, pluſquam
aurum eſt plumbo, vt teſtatus fuit Gelaſius Papa
ſcribens Anaſtaſio Imperatori, & habetur in cap.
duo ſunt, diſtinct. 96. Vbi commemorat ipſe Ge-
laſius Beatum Innocentium Papam Archadium
Imperatorem (quia conſenſit, vt ſanctus Ioannes
Chryſoſtomus à ſua ſede pelleretur) excommuni-
caſſe: & Beatum Ambroſium; licèt Sanctum, non
tamen vniuerſalis Eccleſię Epiſcopum, pro culpæ,
quæ alijs ſacerdotibus nõ adeo grauis videbatur.
Theodoſium magnum Imperatorem excommuni
caſſe: & quòd idem Ambroſius dixerit, quòd aurũ
non ſit tam pretioſus plumbo, quàm regia poteſta
te ſit altior dignitas ſacerdotalis. Quapropter me
ritò legitur Alexandrum Magnum doctum viſio-
ne Dei apparentis ſibi in forma ſummi Sacerdo-
tis Iudæorum, eundem ſacerdotem obuium ado-
rauit: in eo Deum, inquiens, adorauit. Et ſimiliter
Octauianus ſuaſu Sybillę Tyburtinæ adorauit pue
rum, cuius Papa eſt Vicarius. Ad hoc proban-
dum quoque accedit & ſecundo, quoniam Papa
129 † per ſeipſum immediatè poteſt eligere Impera
torem: quando ex iuſta & rationabili cauſa hoc
expediret, & ratio eſt: quoniam principalis agen
tis habentis dirigere omnes fideles ad pacem, &
finem ſpiritualem eſt eligere, miniſtros. Vnde Im
perator eſt miniſter Papæ eo ipſo, quòd eſt mini-
ſter Dei. Rom. c. 13. cuius Dei Vicarius in terris
eſt ipſe Papa, vt docuit Clemens Papa Quintus in
clem. vnica, in principio de iureiur. & glo. in cle-
ment. 1. verſic. vndecunque de iudicijs, & iccircò
ex cauſa deponit Imperatorem, prout Inno. Quar
tus in ſacro concilio Lugdunenſi ipſo ſacro Conci
lio pręſente, priuauit Federicum Imperatorem, &
habetur in c. 2. de ſentẽtia & re iudic. Inde etiam
ſequitur, quòd Papa poſſit Imperatorem electum
à Principibus Germanis, & tribus Prælatis exami
nare, approbare, & inungere, conſecrare, & coro-
nare ſi eſſet dignus, vel reijcere ſi eſſet indignus:
vt quia eſſet ſacrilegus, excõmunicatus, tyrannus,
fatuus, paganus, periurus, vel Eccleſiæ perſequu-
tor. Necnon Electoribus nolentibus eligere, Papa
ſupplet: & data paritate vocum eligentium, nec
130 accedente maiori concordia, Papa † poterit gra
tificari cui vult. vt docet text. in c. venerabilem, ex
tra de elect. & ideo meritò dicendum erit, ꝙ ab
Imperatore poterit applicari ad Papã, prout do-
cuerunt cõiter Canoniſtę, dicentes, ꝙ penes Papã
ſit poteſtas temporalium ſaltem habitu. Vnde de-
ficiente ſuperiore de iure, vel de facto (vt docuit
Innoc. in c. licèt ſuſcepto, ext. de foro comp. pote-
rit adiri Papa per appellationem: & tunc Papa il-
lã poteſtatẽ, quã habebat in habitu, poterit dedu-
cere in actũ, vt exercere ſolitus fuit ĩ cauſis arduis:
vt eſt caſus in c. pro humani. de homic. in 6. & in
grauibus & dubijs articulis, prout ẽt tenuit Inno.
in c. cùm te. de ſent. & re iudic. quem retulit & ſe-
quutus fuit Pan. in c. ſi duobus, nu. 5. ver. Nota ter-
tio de appell. citans ſemetipſum in c. nouit. ext. de
iudicijs. vbi reuera hanc ad amuſſim examinat q̃-
ſtionẽ à col. 4. nu. 11. in ver. glo. 2. q̃rit. & deinceps
idipſum multipliciter probãs, eo ꝙ maior ſit Papa
ipſo Imperatore. qđ & faſſus fuit Bar. in l. 1. §. 1. ff.
131 de requir. reis: docẽs ꝙ Imperatoris † ptãs deficẽ
derit ab Eccleſia, & ꝙ ideo fuerit dãnata ſnia Dã
tis poſt eius mortẽ, cũ docuiſſet cõtrarium. Idem

multis rationibus docuit Bald. in l. rescripta, col. 3. ver. De Papa aliquid dicam, qui maior est Imperatore. & si quis voluerit hanc pulchram quæstionem videre examinatam accuratè perlegat notata per Panorm. in d. c. nouit: qui tandem in col. 6. in ver. sed diceres, ad quid valeat ista maioritas. bis præcisis verbis vsus fuit, videlicet. Sed diceres ad quid valeat ista maioritas & prærogatiua, cũ non valeat Papa perturbare illam iurisdictionem temporalis Principis, nec minuere, nec exercere per se. vt in c. si Imperator, & in c. cùm ad verum, dist. 96. & in c. nouit. de iudic. & in c. causam. extra, qui filij sint legit. & ipse Deus ipsi hoc exercitium interdixit vt supra diximus. Respondetur, quòd valet ad multa. & primò vt ipsum Imperatorem tanquam inferiorem destituat exigentibus causis: sicut & pluries legitur factum. Cùm ipsum approbet & cõfirmet, vt in d. c. venerabilem. Item in omnibus arduis negotijs, & maximis difficultatibus generantibus scandalũ in christianitate, Papa potest huiusmodi maioritatis ratione se intromittere etiam inter laicos, & exercere istam potestatem sibi à Deo tributam. vt optimè patet in c. Pro humani, de homic. in 6. in clem. Pastoralis, de sent. & re iudic. & in d. c. venerabilem, & in c. alius. 16. q. 5. Sicut. n. ipse Christus, qui non erat solitus hanc
132 potestatem exercere, ipsam † tamen exercuit in arduo facto, concernentem decorem cultus Diuini: vt qñ flagello facto de funiculis eiecit vendentes & ementes in templo: & ita ipse Papa licèt regulariter hanc potestatem exercere non debeat. Attamen instantibus negotijs arduis hoc potest, arg. optimum in l. si hominem, ff. mandati, & eorum quæ notat Innoc. in c. quod super his, de voto. & vbi ista negotiorum necessitas habent locum iura generaliter loquentia ꝙ Papa habet præesse spiritualibus, Imperator autem temporalibus. & hæc hic allata pro maiori intelligentia præsentis nostri secundi corrolarij sufficiant, & si ista sint memoriæ tenacissimè imprimenda, & nunquam obliuioni tradenda. Cùm inde possint concordari multa iura, & dissolui quamplurimæ quæstiones in dies suscitandæ.

Tertium corrolarium. Quoniam inde etiam sequitur, ꝙ si beneficium de sui natura est amouibile, vel manuale fortè ex dispositione statuti: tñ Papa poterit ipsum conferre vt perpetuum. vtputa Abbas habet prouidere Prioratui de ministro amouibili ad eius nutum: & tunc si Papa illum conferat alicui monacho, irrequisito suo Abbate distinguẽdum erit tali pacto: aut loquimur de Prioratu manuali, cuius collatio deuoluerat ad ipsum Papã
133 † propter negligentiam Abbatis in illo non conferendo: aut verò quia sic gratiosè placuit Papæ, nulla culpa Abbatis præcedente: si ergo loquimur in primo casu, & tunc dicemus Papam non alterasse naturam Prioratus, & sic remanebit adhuc manualis: vnde sicut antè collationem factam a Papa prior ibi constitutus poterat remoueri ab Abbate ad eius nutum: ita & post talem collationem; & ratio est, quoniam ex quo Papa cõtulit iure deuoluto non videtur voluisse alterare naturam beneficij, de quo est tex. & ibi. glo. in clem. quia regulares. de suppl. negl. prælat. Vbi hoc ipsum docuerũt communiter Doctores, prout testatur Panor. in c. ad nostram, col. 2. nu. 7. ver. sed dubitatur. & Felin. in c. per tuas, col. 2. nu. 6. ver. inquantum cõcludit, ext. de maior. & obed. Si verò loquimur in secũdo casu, etsi variæ fuerint sententiæ, tñ communior est, ꝙ aut illud beneficium Papa cõtulit monacho expressè; vt quoad vixerit, debeat possidere, & tũc sine causa non poterit remoueri per suum superiorem, idest nisi commiserit aliquod delictũ dignũ priuatione talis beneficij, de quo (secundũ Panor. vbi sup.) vr tex. in c. cum inter R. de elect. & sic intellige notata per Doctores. Aut simpliciter cõtulit, & tunc dicendum erit, ꝙ poterit remoueri per Abbatem, & rõ (secundum Pan. ibidem est) qm̃ cũ Papa concurrat in collatione beneficiorum cũ oĩbus ordinarijs, vt in c. 2. de preben. in 6. nõ erit iudicandum Papam per hmõi simplicem collationẽ voluisse alterare naturam dicti beneficij. & regularem remouibilem facere perpetuum, eò magis, ꝙ in dubio hoc tanquam congruens bono obediẽtiæ. hoc tenendum fore dixit Panor. ibidem, cuius sententiæ se subscripsit Felin. vbi sup. asserens hoc ipsum fecisse Dominicum in c. præsenti in princ. col. 2. de officio ordin. in 6.

Amplia singulariter cõtenta in dicto corrolario dicendo, ꝙ intantũ sint vera dicta in prioratu iam effectu perpetuo, qm̃ ei, qui ipsũ obtinuerat cõ-
134 petet interdictum. † Vnde vi contra suũ prelatũ prout docuerunt dñi de Rota sub titulo de restit. spol. decisione 6. in nouis. Vbi subdiderunt secus esse, si esset prioratus manualis quos dominos retulit Felinus in d. c. per tuas, col. 3. nu. 8. in si ver. Si tñ subdens & hæc nota, quia afferent honorem & lucrum, & qñ tales prioratus habent curam: licèt constitutio collatoria pertineat ad Abbatem, tñ commissio curę debet fieri per Episcopũ: & ideo sine Episcopo non vr taliter institurus posse reuocari secundũ Francis. de Aret. in cõs. 13. incip. in præsenti consultatione allegat. Host. & Butr. in c. 2. de statu monach. Vnde infert, quòd in bonis illius prioratus distinctis à bonis Abbatis non habet Abbas administrationem, hæc Felinus.

Limita singulariter allata in dicto corrolario, & eius ampliatione, dicendo solùm illa verificari in hmõi collatione gratiosa, vel confirmatione facta à Papa: qñ illam ipse fecisset ex certa scientia intendendo ipsum perpetrare in dicto beneficio:
135 qm̃ tũc sine causa maximi criminis Abbas † eius illum priuare non possit tali beneficio. & huic limitationi se subscripsit Panor. in d. c. ad nostrã, col. 2. nu. 7. in ver. secũdus casus est, ext. de confir. vtil. vel inutil. Idem docuit Felin. in cap. per tuas, col. 3. in ver. intellige prædicta, ext. de maior. & obed. Idẽ docuit Imo. in c. Nisi essent. de preben. in pen. col. & Lapus in sua allegat. 27. incip. an præceptor, & rursus Imol. in c. constitutus, extra de rescriptis. Vbi idem & repetijt Felinus in nu. 13. in fi. dicentes, ꝙ sufficeret motus proprius. Quapropter dixit Rota in titu. de regularibus, decis. 1. in antiquis, quòd beneficium manuale obtentum per expectatiuam à Papa, non efficitur perpetuum: & eo casu quo monachus est remouibilis à prioratu ad nutũ Abbatis nõ poterit implorare officium superioris nẽ remoueatur propter naturam beneficij, & bonum obedientiæ, cui repugnaret omnis resistẽtia monachi. prout docuit vbi sup. Felinus in d. c. per tuas, & Card. in clem. 1. §. pretermissa in fine primę oppositionis. de suppl. neglig. prælat. & idem docuit Dominic⁹ in c. cũ singula. de pben. in 6. Quapropter ibidẽ subdidit Fel. ꝙ Bal. merito in l. cũ affirmes, C. de lib. causa, dixit, ꝙ monachus spoliat⁹ prioratu manuali ab Abbate nõ poterit conqri de eo:

eo: fecus de tertio. & Philippus Franchus in d.c.
cùm ſingula.col.2. in princ.in verſic.& conclude
duos caſus claros. dixit primò, quòd pendēte de-
nunciatione, vel inquiſitione contra Abbatem nō
136 poteſt † aliquos Monachos ipſe Abbas ad Clau-
ſtrum reuocare: cùm præſumatur tunc cauſa odij,
& ſecundò, quòd Monachus ſemper ſit audiēdus,
quando conquęritur non pro intereſſe ſuæ perſo-
næ: ſed pro intereſſe loci, à quo amouetur, vt quia
ex tali reuocatione læderetur talis locus, vt nor.
in cap.ex parte.extra de accuſat.ſecundum etiam
Petr.de Anchar. in dicto cap. cùm ſingula. & hæc
ſic obiter allata ſufficiant.

Amplia primò ſingulariter allata in prima ra-
tione, dicendo ea habere etiam locum in omni Su
periore, puta, Imperatore, Rege, Principe, & per-
ſonis priuatis, in his quæ ille pleno iure poſſidēt:
137 quapropter in quocunq; iuramēto delato † ſub-
audienda erit hæc conditio, videlicet: Excepta
omnium auctoritate habentium aliquod ius, & in
quorum præiudiciū obſeruatio huiuſmodi iura-
menti ſuccederet: cùm nemo poſſit iurare, niſi in
materia ſibi ſubſtrata, & non alteri ſubdita. Hæc
ampliatio probatur triplici medio. Primò per ar
gumentum in omnibus Legibus, & Canonibus ci
tatis in probationem dictæ primæ rationis: cùm
apertiſſimè ex illis eliciatur, quod hic dicimus:
cùm eadem ratio, quæ in Papæ perſona militat in
caſu noſtro, militer & in omnibus ſupra hic recen
ſitis, vt patet ad ſenſum. Idem probatur per argu
mentum in capit.Imperialem.de prohibita feudi
alienatione per Federicum Imperatorem.in fine.
vbi hæc habentur, videlicet: [Illud quoque ſanci-
mus, vt in omni ſacramento fidelitatis Imperator
138 † nominatim excipiatur.] hæc ibi. Probatur &
ſecundò Doctorum auctoritate, vltra gloſas cita-
tas in dictis iuribus. Sciendum ergo, quòd ex Ca
noniſtis ſe ſubſcripſit Specul.in lib.1. tit.de teſte.
§.de teſtium compulſione.nu.5. in fine. verſ.quid
ſi quis iuramento. dixit, quòd poſſet quis venire
contra iuramentum, auctoritate Superioris. Idem
repetijt ipſe Specul.in lib.4. tit de feudis.§.quo-
niam ſuper homagijs, & fidelitatibus.num.29. in
verſ.decimoquintò quæritur, in fine. Idem docuit
Hoſtienſ.in Summa, tit.de iureiur.§.quot ſunt ſpe
cies iuramenti.in verſ.ſi maiori. Idem docuit Fe-
linus in c.conſtitutus.col.6.nu.17. in verſ.amplia
ſecundò.extra de reſcriptis. Idem docuit Decius
in d.c.conſtitutus.col.3. in verſ.in glo.in verſ. iu-
ramento. Idem docuerunt communiter Doctores
in c.venientes. extra de iureiur.& in d.c.conſtitu-
tus.& Ioan.Andr.in Mercur.in regul. in malis.&
Imola in c.cùm contingat.extra de iureiur.

Et ex Legiſtis, idem docuerunt Bart.& Bald.in
locis citatis in probationem præcedentis primæ
rationis, cuius eſt hæc ampliatio. idem docuerūt
omnes alij Doctores citati in dicta prima ratio-
ne. idem docuit Decianus in ſuo tract.crimin.to-
mo ſecundo, titu.de excuſat.periurij, in lib.6.nu.
21.§.ſic & iuſſus Principis.

Sciendum nobis erit tamen, quòd vna differen-
tia in propoſito reperitur inter auctoritatem Pa-
pæ, & auctoritatem Principis ſecularis, vel perſo-
narum priuatarum: quia aut ſumus in caſu, in quo
modò eſt excepta auctoritas Superioris, vtpotè
quē materia ſubiecta tangit, & tunc bene de vtra-
que auctoritate pariformiter iudicatur in hac ma
139 teria. Aut ſumus in caſu, † in quo per ipſius Su-
perioris auctoritatem diſpenſari poteſt ſuper iu-
ramento, & tunc non ſufficiet narrare Principi ſe-
culari de iuramento: adeo, ꝙ eius auctoritate li-
ceat contrauenire, ſed in Papa ſecus, vt docuit Sa-
lycetus in l.fin.in fine. C.ſi contra ius, vel vtil.pu-
blic.quem retulit, & ſequitur Felin.vbi ſupra.nu.
17.in fine. qui ibidem in col.7. nu.21. verſic.am-
plius dicas in hac prima, ſubdidit nonnulla nota-
tu digniſſima, quæ nos referemus in declaratio-
nem primæ limitationis dictæ primæ rationis ſu-
pra allatæ.

Primum corrolarium dictæ primæ ampliatio-
nis ſit. Quoniam ex veritate dictæ ampliationis
140 ſequitur, ꝙ ſi Sacerdos feciſſet votum † de nun-
quam iurando, & poſtea compellitur ſe purgare,
vel ſuper contractu veritatem dicere, vel huiuſmo
di, debet iurare: quia in tali iuramento implicitè
fuit excepta auctoritas Superioris: hoc corrola-
rium docuerunt infraſcripti Doctores, videlicet
Bar.Brix.in quæſt.29. Ioan.Andr.& Dominicus.in
c.quia plerique.ad finē. de officio Vicarij in ſex-
to.quos refert, & ſequitur Felinus in d.c.conſtitu-
tus. nu.18. verſic. per iſtam ampliationem. idem
docuit Decius in d.c.conſtitutus.col.4. in princ.
idem docuit Specul.in tit.de iuramento calum.§.
ſupereſt videre ſecundò. Cyn.& alij in l.2.§.quod
ſi actor.in 6.quæſtio.C.de iuramento calum.quos
refert, & ſequitur Iaſon in l.fin.col.2.nu.11.verſic.
tertiò facit.& nu.17.verſic.decimò facit.ff.qui ſa-
tiſdare cogantur.

Secundum corrolarium eſt, nam inde ſequitur
141 & ſecundò, quòd qui iurauit † ſoluere in termi-
no aliquo, nō erit periurus, ſi Iudex interdicat ne
ſoluat, niſi dolo hoc ipſe procuraſſet, prout do-
cuit Hoſtienſ.in ſua Summa, tit de iureiur.§.quot
ſunt ſpecies.nu.3.in verſ.item ſi iuro aliud. Idem
docuit Archid.in c.dixit.14.q.5.quos refert Feli-
nus, vbi ſupra in d.c.conſtitutus.col.6.nu.19.ext.
de reſcript. & quidem hoc corrolarium eſſe verū,
elicitur apertiſſimè ex textu, in c.ſignificauit.ext.
de cenſibus.vbi Lucius Tertius Papa approbauit,
quod fecerat quidam Epiſcopus, prohibēdo cui-
dam Clerico (qui iurauerat ſoluere quandā pen-
ſionem) ſolutionem penſionis, & nō improbauit,
quòd ille iurator non obſeruaſſet iuramentū, non
obſtante contrario iuſſu Epiſcopi ſui ſuperioris.
Idem docuit Iaſon in l.fin.col.2. nu.13. verſ.ſextò
facit. ſequens ibidem Albericum, & Lud.Rom.

Tertium corrolarium, ſi Iudex præciperet ex
142 iuſta cauſa, ne ſoluat † ſuo creditori quis infra
aliquem terminum, hic talis non incidet in pœnā
appoſitam ex pacto, ſi non ſoluiſſet, nec durante
illo termino tenebitur ſuo creditori ad intereſſe,
vel vſuras, & quòd hoc quotidie contingat, cùm
ad inſtantiam creditoris præcipitur creditori, ꝙ
non ei ſoluat, prout docuit Albericus de Roſatis
in l.ſi quis id, quod.col.2.ff.de iuriſdict.omn.Iud.
hoc eliciens ex l.2.§.fin.ff.ſi quis cautionibus. vbi
re vera dicitur, quòd datur exceptio ei, qui cum
voluiſſet ad iudicium à Magiſtratu retentus eſt ſi-
ne eius dolo, & ipſum Albericum ſequitur Felin.
vbi ſupra.

Quartum corrolarium, inde etiam ſequitur, ꝙ
143 ſi quis iurat † non exire aliquam domum infra
quindecim dies, ſi infra illos vocetur à Iudice, te-
nebitur domum egrediendo ſe conferre ad Iu-
dicem, nec inde dicetur iuramenti tranſgreſſor:
Cùm in quolibet iuramēto intelligatur ius ſupe-
rioris

rioris exceptum, vt in c.venientes.de iureiur.& in
c.constitutus.de rescriptis. & quia illud seruatum
redundaret in præiudicium alterius, vt in c. cùm
contingat.extra de iureiuran.prout docuit etiam
Specul.in lib.2.tit.de citatione. §.1.in fine. quem
Archid.sequitur in c.auctoritatem.15.q.6.& Do-
minicus post Lapum in c.si eum.col.2.de præben.
in sexto.& rursus ipse Dominicus in c.1.§.statuen
tes,circa principium.per illum textum. de sepul-
turis.in sexto.& in c.quia plerique de offic.ordin.
in sexto. & Lapus in Addit.ad tractatum Federi-
ci.de rerum permut.quæst.24. quos retulit, & se-
quutus fuit Felinus,vbi supra.nu.20. Idem docuit
Decius in d.c.constitutus. col.4. in versic. & pari
ratione. idem docuit Iason in l.fin.col.3.num.18.
versic. vndecimò facit. ff. qui satisdare cogantur.

Quitum corrolariũ. Ex dictæ ampliationis ve-
ritate sequitur, quòd si quis iurasset tenere secre-
144 tum, † quod vidit, vel sibi dictum fuerat, nihilo-
minus sine violatione iuramenti, si compellatur à
Iudice ad testificandum super tali re sibi reuela-
ta, non obstante huiusmodi iuramento de illud fa
ctum non patefaciendo, propalare veritatem te-
nebitur, & ratio est patentissima. Nam aut quan-
do iurauit intendisset se non testificaturum fore,
etiam si fuisset ad hoc compulsus à Superiore or-
dine iuris, & tunc illud iuramentum esset nullum,
cùm esset contra bonos mores naturales. & præce
ptum Dei, iubentis obedire Superioribus nostris,
sed si non cogitasset de tali articulo compulsio-
nis: tunc cùm in omni iuramento intelligatur ex-
cepta auctoritas Superioris, per se patet testifican
do modò non transgredi ipsum iuramētum, cum
de ipso casu non intendisset obligare. Hoc cor-
rolarium probatur quoque auctoritate Innocen-
tij in c.qualiter, & quando.el primo. extra de ac-
cusat.in col.1. versic. imò plus dicimus. quem ci-
tat, & sequitur Panormitanus in c.2.col.2.num.7.
versic.sed quæro quid si Sacerdos.extra de officio
ordinarij. idem docuit Iason in l.fin.nu.70.col.3.
versic.decimotertiò facit. ff.qui satisd.cogan.

Sextum corrolarium colligitur etiam inde, quòd
si Scholaris existēs in studio Bononiæ iurasset suo
145 creditori † se nō exiturum districtum Bononiæ,
antequàm ei satisfaciat: & postea per Episcopum
(si est Clericus) vel patrem eius, reuocatur ad pa-
triam. Nam tunc tuta consciētia (petita) & si non
obtenta licentia à suo creditore, poterit egredi
Bononiæ districtum, vt mandato huiusmodi obe
diat. & ratio est: quia in iuramento semper intel
ligitur excepta auctoritas Superioris. & huic ve-
rissimo corrolario se subscripserūt infrascripti Do
ctores, videlicet Federicus de Senis in cōs.191.in-
cip.In Christi, &c.quæstio talis est.Scholaris Cle-
ricus.vbi hoc latissimè probauit Felin.in d.c.con-
stitutus.col.6. nu.17 versic.amplia secundò.Ioan.
Andr. in regula in ottalis.in Mercur.Butr.& Imo.
in c.venientes.extra de iureiur.vbi & Panormit.
addens, quòd hoc intelligatur de omni subdito.
146 & subintulit ad Doctorem, † qui sine Superio-
ri licentia non poterit se obligare ad legendum
alteri, cuius tamen dictum additum à Panormita
no. Decius non admittit in d.c.constitutus.col.4.
nu.4. versic.similiter. quod Abbas. dicit ipse De-
cius de se ipso loquens, his præcisis verbis ibi vsus
fuit, videlicet: Et ita illam decisionem allegabam
apud Illustrissimam Dominationem Venetorum,
quando fui in patriam reuocatus, sed parum pro-
fuisset, nisi singularis auctoritas Christianissimi
nostri Regis efficaciter interposita fuisset. Nam il
la decisio Abbatis dubitabilis videtur, quia Do-
ctor potuit se obligare, nec in tali obligatione tā-
gitur ius Superioris. hæc ibi Decius. Iason verò
in l.fin.col.3.nu.16.vers.nonò facit.ff.qui satisda-
re cogantur. amplexatus fuit dictam sententiam
Panormitani de Doctore: & dicit ipsam fore no-
tandam, cùm sæpe occurrat. qui Iason confirmat,
quòd diximus de Scholari iurante non egredi di
strictum Bononiæ, dummodo hoc ille non procu-
rauerit. & refert Guglielmum de Cun. in d.l.fin.
dixisse hunc casum sibi euenisse in propria sua
persona in ciuitate Bononiæ, & quòd idem rursus
docuerit Inno.in comment.c.cùm contingat.in vl
tima charta.de iureiuran.& iterum Imol.Butr.&
Geminianus in d.cap.constitutus. idem Paul.de
Cast.in l.in operis.nu.4.ff.de locato, & conducto.
quod & repetijt in d.l.fin.col.2.nu.2.Animaduer-
tendum tamen, quòd contra præsentis corrolarij
decisionem insurgere quis posset, & non insulsè,
sequendo Cardinalem in c. cùm quidam. in fine.
extra de iureiuran. vbi ille tenens contra præsens
corrolarium (vt refert Felinus vbi supra.) dixit,
quòd Scholaris, vel Clericus debuerit (antequàm
discessisset à districtu Bononiæ) denunciare patri,
vel Episcopo, de huiusmodi iuramento præstito:
quoniam forsan illi hoc audito non reuocassent
eum, ac cum neutri denunciauerit, videbitur per-
iurus: sed si denūciasset, & tamen illi reuocassent,
tunc esset standum sententiæ Federici vbi supra,
per rationes suas. & addidit ipse ibidem, quòd in
fauorem dictæ impugnationis multum faciant,
quæ ipse attulit ibidem in limitatione prima. vbi
147 dixit, quòd tunc excusatur quis à periurio † per
superuenientes Papæ præceptum, quando Papa scie
bat fuisse delatum huiusmodi iuramentum, quo-
niam aliàs scribendo simpliciter, non intelligitur
voluisse vti auctoritate excepta, nisi exprimeret,
secundum Butr.Imol.& Panor.hic, scilicet in di-
cto c.constitutus. & tandem ipse Felinus conclu-
dendo in dicto nu.17. dixit, quòd tamen pro su-
pradicta opinione communi faciunt multæ ratio-
nes per Io.Andr. vbi supra. maximè, dum in vers.
ad quartam. expressè deducit hanc rationem Car
din. & ea, non obstante decidit contrarium. Vn-
de (inquit) attenta auctoritate eius, & sequacium
præualeret sua opinio, maximè quādo tales Supe-
riores scriberent cum clausula, non obstante qua-
cunque obligatione. hæc Felinus. contra quem in
fauorem Cardinalis (nulla tamen facta mentione
de ipso Felino) insurrexit Ias. in d.l.fin. colum.2.
nu.9. vers.& potest confirmari. dicens, quòd pos-
148 sit cōfirmari opinio Cardin.quia mandatū † Su-
perioris non intelligitur cū præiudicio alterius,
vt in l.nec auus. cum similibus. C.de emancip. li-
ber. vbi re vera hoc ibi tex.& ibidem Bart.elicit
ex dicto textu, quòd beneficia non sint conceden-
da cum alterius iniuria. & Bald. ibidem elicit, quòd
non sit de mente Principis tribuere beneficia in al
terius iniuria. vnde vbicunque priuilegium Prin-
cipis traheretur ad iniuriam alterius, præsumitur
obreptitium, nisi appareat de certa scientia Prin-
cipis: sed vbi agit solùm de iure Principis: quia
ius, quod conceditur est solius Principis, tunc la-
149 tissima fiet interpretatio: † ex his ergo videbatur
obscurata singularitas præsentis nostri corrolarij:
equidem si quis ponderet auctoritates, & singula
dicta

dicta illorum Doctorum, qui nostro fauent corrolario, animaduerteret, quòd si optima sit cautela, quam docuit Cardinalis, vbi supra, tamen stante tot iurium auctoritate, non videbitur necessario obseruanda à dicto Scholare iurãte. Et ratio fundamentalis est, quoniam (vti probauimus supra) cum in omni iuramento, intelligenda sit exclusa auctoritas Superioris, ipse creditor sciens illũ debitorẽ esse filiumfamiliàs, vel clericum (vt si fuisset prudens, inuestigare debuerat) antequàm pecuniam ipsam ei tradidisset, per consequens poterat illum scire non esse sui iuris, ac per consequẽs illum obligasse quod suum non erat: & sic, quòd accedente casu reuocationis, secunda obligatio irritaretur virtute primæ obligationis factæ, seu quam ipse habebat de obediendo patri, vel Episcopo, in cuius præiudicium fuerat facta secunda ab eo, qui talem potestatem se obligandi in tali casu non habebat. & sic comprobatur ipsum discedendo fine sua culpa non incurrere periurum, q̃m quando iurauerat, putabat se non fore reuocandũ ab illis, vt postea contigit. Nec Iason tenuit contrarium: cùm ibidem postquàm retulisset sententiam Doctorum expressè aduersantium Cardinali, non dixit simpliciter Cardin. sententiam esse veriorem, vt moris est apud ipsum, & alios Doctores, sequentes aliquorum sententiam: sed simpliciter dixit, quamuis contrarium teneat Cardin. & potest confirmari eius opinio, quia mandatum Principis, &c. Ex quibus patuit Iasonem potiùs adhæsisse nostro corrolario, quàm Cardinal. illud limitanti.

Septimum corrolarium inde etiam elicitur, q̃ si quis debitor iurasset contra creditorem nullam
150 exceptionem obijcere, † & postea Superior concedit sibi exceptionem quinquennalem: nam poterit istã exceptionem obijcere, non obstante iuramento, & hoc docuerunt Cyn. Salyc. & Moder. in l. fin. C. si contra ius, vel vtilit. publ. Paul. de Castro in l. fina. col. 2. nu. 3. versic. item inducitur per Cynum. ff. qui satisd. cog. & dicunt hoc fore dicendum, quia in omni iuramento intelligenda erit
151 excepta Superioris auctoritas, † & quidem (ni fallimur) melior ratio erit, si dicatur quia iuramentum non se extendit ad non cogitata, & ea, quæ eueniunt ab insperato, vt latissimè permulta docuimus in decisione tertiædecimæ quæstionis. in fundamento secundo, per totum.

Octauum corrolarium inde sequitur, quòd qui promisit seruare laudum, & ipsum non reducere
152 ad arbitrium † boni viri, & hoc cum iuramento, & postea animaduertens ipsum fuisse iniquũ, perierit reduci ad arbitrium boni viri, non erit periurus, quoniã huiusmodi iurata promissio continebat tacitam conditionem, scilicet si laudum erit æquum, vt in l. si libertis. ff. de oper. liber. & docuit tex. in c. quintaualis. extra de iureiur. vbi Innocentius Papa Tertius declarauit, quòd qui iõrauit stare mandato alicuius, non tenetur parere, si præcipiat illicita. Huic corrolario se subscripsit Paul. de Castro, vbi supra. nume. 3. versic. similiter inducitur.

Ampliã singulariter allata in ratione prima, qua diximus probari ampliationem vnicam ampliationis vnicæ limitationum duarum conclusionis quintæ, dicendo illa locum etiam habere in casu
153 à lege permisso: quapropter in omni † iuramento erit intelligenda, excepta auctoritas legis alicuius permittentis: quapropter si quis cum iuramento promisisset aliquam ducere in vxorem, & illam nunquam dimittere, si postmodum ducta il la fornicetur, ipsam dimittere poterit, quoniã in dicto iuramento talis erat subintelligenda conditio, videlicet: Si illa in legem coniugij nõ peccasset. Idipsum dicitur de eo, qui iurauit se du-
154 cturum aliquam in vxorem, † etsi non possit opponere ei fornicationem præcedentem, sed subsequentem, vt illam nõ ducat in coniugem: quia in illo iuramento talis debet conditio subintelligi, videlicet: Si illa contra regulam desponsationis non veniret. Alioquin si post huiusmodi iuramentum publica meretrix fieret, teneretur eam ducere in vxorem, quod esset prorsus absurdum. Nam si post contractum coniugium, vir propter vxoris fornicationem licitè poterit à sua cohabitatione dimittere, longè fortiùs hoc poterit facere ante coniugiũ celebratum, cùm turpius eijcitur, quàm non admittitur hospes. Hæc ampliatio probatur duplici medio. Primò enim per textum singularissimum, & apertissimum in c. quemadmodum. extra de iureiuran. vbi Innocentius Tertius præcisis verbis præsentis ampliationis, & expositionis iuramenti vsus fuit.

Idem apertiùs probatur per tex. in c. ad nostrã. el terzo. extra de iureiur. vbi Innocẽtius Tertius, scribens Archiepiscopo Neapolitano, his præcisis verbis vsus fuit, videlicet: [Ad nostram noueris audientiam peruenisse, quòd à te quasi per extorsionem tale fuit præstitum iuramentum, quòd in omni causa deberes ordinem iudiciarium obseruare. Verum, quoniam secundum traditiones Canonicas manifesta accusatione non indigent, nec in eis est ordo iudiciarius obseruandus, qui debet in alijs obseruari, nec tu quando sub præmisso tenere iurasti, habebas in mente, vt propterea venires contra Canonicas sanctiones, alioquin non iuramentum, sed periurium potius extitisset, nec esset aliqua ratione seruandum. Nos iuramentum tuũ benigniùs interpretari volentes, ita quòd cõtinet Canonicis institutis, fraternitati tuæ auctoritate præsentium intimamus, quòd in manifesti, & notorij, ratione iuramenti præmissi non credimus te teneri seruari subtilitatem ordinis iudiciarij, quam in his non seruari per omnia ipsa iuris ratio postulat, & requirit, vnde videbitur subtiliter intuenti de ordine iudiciorum procedere, vt in præmissis non per omnia ordo iudiciarius obseruetur, quanquam secundum approbatum intellectum rectè possit intelligi, quod iurasti, quòd in omnibus causis ordinem iudiciariũ obseruares, in illis videlicet, In quibus est ordo iudiciarius obseruandus. Sic ergo faciens, & iuramenti tenorem seruabis, & instituta Canonica non omittes.] hæc ibi. Ex quibus apertissimè patuit veritas præsentis nostræ ampliationis. Idem probatur per argum. in c. sicut nostris. de iureiur. & per argum. in c. petitio vestra. eod. tit. Nam in d. cap. sicut nostris. Innocentius Tertius, scribens Aemiliensi, his præcisis verbis, videlicet: [Sicut nostris est auribus intimatũ Ecclesia Tudertina, vacante ipsius Canonici, & Episcopus cum eis, dum esset in minoribus ordinibus cõstitutus, iuramenta quædã in damnum Episcopalis iuris fecerunt, priusquàm de electione Pontificis tractatus aliquis haberetur, & infra. Pro iuratione incauta, imponi fecimus Episcopo pœnitentiã congruentem,

tem, & infra, quia non iuramenta, sed periuria 155 † potius sunt dicenda, quæ contra vtilitatem Ecclesiasticam attentantur. Mandamus quatenus ab ipsis Canonicis inquiras super præmissis diligentius veritatem, & si ea inueneris esse vera, quod in damnum episcopalis iuris repereris, taliter attentatum, in statum debitum appellatione reducas.] hæc ibi. & in d c. petitio tua. Honorius Papa Tertius his præcisis verbis vsus fuit, videlicet: [Petitio vestra nobis exhibita continebat, quòd Ecclesia Antiochena vacante, Princeps Antiochenus timens conspirationes aliquas fieri cōtra cum à vobis iuramentum extorsit, ꝙ contra ipsum de cætero non esfetis. & infra. Interpretatione congrua declaramus, vos iuramento huiusmodi non teneri quin pro iuribus, & honoribus ipsius Ecclesiæ, ac etiam spiritualibus vestris legitimè defendendis contra Principem stare liberè valeatis, cohercēdo vos à machinatione duntaxat, per quam idē Princeps deberet læsionem personæ, vel sui amissionem incurrere Principatus.] hæc ibi. Diximus probari præsentem nostram ampliationem per argumentum in dictis iuribus: quoniam re vera etsi ibi non agatur ad corticem literæ de veritate ipsius ampliationis, bene tamen secundum eorum sententiam, & mentem Legislatorum. Cùm inde apertissimè eliciatur, quòd in iuramento excipiatur legis auctoritas, seu (idem per diuersa) causa approbata, seu concessa à iure. Quis enim ita mente captus erit, quòd non animaduertat, nō tantum esse à iure Diuino, & Pontificio indultam faculta-
156 tem Clericis † defendendi iura Ecclesiastica, verum etiam mortē suscipiendi, prout contigit beato Thomæ Archiepiscopo Canthuariensi, de quo fit mentio in c. sicut dignum. extra de homic. atque totis nixibus inuasoribus iniustis adnertandi. Necnon illis esse prohibitum permittere dilapidationem, & iniustam eorum occupationē sub pœna excom Papæ reseruatæ, vt nouissimè statuit Sacrum Concil. Tridenr. in Sess. 22. de reformatione. c. 11. incip. Sequem Clericorum, vel Laicorum, & ꝙ similiter à iure gentium fuerit omnibus indultū propria bona tueri, iuribus vulgaribus omnibus est perspicuum, & ex ipsa necessaria rerum & dominorum facta post Adæ peccatum elicitur. Quapropter patuit dictis iuribus probari quoque præsentem nostram ampliationem esse verissimā. Idipsum docuit tex. in l. fin. ff. qui satisdare cogantur. vbi hæc præcisa verba habentur, videlicet: [Qui iurato promisit iudicio sisti, non videtur peierasse, si ex concessa causa hoc deseruerit.] hæc ibi. Idem habetur in l. adigere. §. fin. ff. de iure patrona. vbi hęc habentur, videlicet: [Lege Iulia, de maritandis ordinibus remittitur iusiurandum, quod liberto in hoc impositum est, ne vxorem duceret, libertęvè ne nuberet, si modo nuptias contrahere rectè velint.] hæc ibi. Idem probatur per text. in l. fin. C. de non numerata pecunia, vbi hæc præcisa verba habentur, videlicet: [Indubitati iuris est, non numeratæ pecuniæ exceptionem locū habere, & in talibus nominibus, vel fęneratitijs, vel alijs cautionibus, quæ etiam sacramenti habēt mentionem. Quæ enim differētia est in huiusmodi exceptione, siue iusiurandum positum est, siue non, tam in fęneratitijs, quàm in alijs instrumentis, quæ talem exceptionem recipiunt.] hæc ibi. Idem & clariùs habetur in c. tua nos. extra de iureiur. vbi Innocentius Tertius scribens Archiepiscopo Terragonensi, his præcisis verbis vsus fuit, videlicet: [Tua nos duxit fraternitas consulendos, quid sit tibi super hoc faciendum, ꝙ B. & A, vxor eius ad inuicem iurauerunt se nunquam mutuo petituros: idem verò tepetit illam instanter, ea ē contrario affirmante, quòd se potius faceret Saracenam, quam redire ad eum. & infra. Nos igitur fraternitati tuæ respondentes, mādamus quatenus vtramque ad continentiam seruandam moueas, & inducas, quam si promittere voluerit, & seruare, vtrumque dimittas sine alio commoratis alioquin si vir noluerit continere, tu illam, vt reuertatur ad ipsum, & tanquam vxor cum viro moretur per sententiam excommunicationis appellatione remota, compellas: cùm & temerariū fuerit huiusmodi iuramentum, & adulterium vtrinque sit commissum. hæc ibi. Idem probatur per tex. in c. quintaualllis. eod. titul. vbi dicitur, quòd iuramentum contra bonos mores delatum non obligat.

Probatur & secundò Doctorū auctoritate præsens ampliatio. Sciendum ergo, quòd illi expressè se subscripserunt infrascripti, videlicet Glo in d. c. quemadmodum. in verf. oculos. vbi inter alia 157 dixit, quòd † iuramentum, quod est contra bonos mores, vel legem, non erit obligatorium. idē docuit Glo. in d. c. ad nostram. el terzo. in verf. requirit. vbi concludens his præcisis verbis, videlicet: Sed certè iurare, ꝙ in omni notorio seruetur ordo iuris est illicitum, & multum læderetur ius actoris, cùm ei incumberet onus probandi, & disciplina iudicialis læderetur, si Iudex non posset punire, nisi prius probaretur: sed hoc fieri non debet, quia nullæ sunt validiores probationes, q̄ per euidentiam facti. & Glo. eadem in versic. obseruandus. tradit tale exemplum, videlicet: Aliquis iurat, quòd de cætero non cognoscet concubinam: modò vult eam ducere in vxorem, nunquid potest, non obstante iuramentum. Dicas, ꝙ sic: quia intelligitur iurasse de fornicario coitu, & non de licito, & debito, vnde potest contrahere cum ea, non obstante iuramento. Idem docuit Glo. in d. c. petitio vestra. in versic. specialibus. dicens, nota, quòd licèt quis apertè teneatur alicui per sacramentum, tamen contra se non tenetur, vel contra Ecclesiam suam, vel etiam contra communitatem suam, vt hic patet apertè. Nam & in 158 generali sermone persona † loquens, intelligitur excepta, vt hic, & in l. 1. §. 1. ff. de sena. & in l. qui insulam. §. vlt. ff. locati. & in l. inquisitio. C. de solutionibus. & in Authen. sed ita. C. de const. pecu. & in l. qui hæredi. §. Plantius. ff. de condit. & demon. ex quibus est argumentum, quòd si promisi tibi dare turrim meam, vel castrum, nō tamen teneor contra me dare: nam nemo tenetur alium diligere, quàm seipsum: quia ordinata charitas à seipso incipit, vt docet Diuus Augustinus, & habetur in c. si non licet. 23. q. 5. docens, ꝙ ex præcepto Domini, de diligendo nostro proximo, eliciatur argumentum à fortiori dilectionis nostrarum personarum præceptum. Nam Glo. in d. c. si non licet. in versic. semetipso. dixit, quòd quilibet pri-
159 mo sibi faciat eleemosynā, † deinde proximo, vt in cap. qui vult. de pœnit. distin. 1. vnde possum mihi consulere cum damno alterius, vt in l. si quis fumo. §. quod dicitur. ff. ad l. Aquil. vbi dicitur, ꝙ in casu incendij in domo aliena proxima nostræ domui possumus illam destruere, ne ignis perueni at

mat ad nostram domum. & ibi per Doctores. idē
elicitur ex doctrina Glosæ in d.c. quintauallis. in
versic. exhæredaret. dicentis, quòd iuramentum
præstitum ad casum exhæredationis filiorum nō
extenderetur, nec extendendum esset, cùm huiusmodi
casus propter quos indultum est à iure patribus
exhæredare filios: ille non fuerit connumeratus,
vt patet apertissimè ex casibus enumeratis
à dicta glo. in quibus licet patribus filios exhæredare.
vide ergo ibi. Idipsum docuit Innocentius
in d.c. quemadmodum. colum. 1. versic. item,
quòd non præcipiatur contra ius. citans ad hoc
probandum tex. in d.c. quintauallis. & dictam l.
fin. C. de non numer. pec. & alias multas. vide ibi.
Idem docuit Hostiens. in Summa, tit. de iureiur. §.
quot sunt species iuramenti. in versic. item subauditur.
Idem docuit Bar. in d.l. fin. ff. qui satisdare
cog. dicens, quòd inde deducatur, quòd ille, qui
iurat nō petere reduci ad arbitrium boni viri, intelligitur,
nisi ex causa legitima, vt in l. si libertus.
ff. de oper. liber. & in c. quintauallis. extra de
iureiur. qui Bar. idem repetens in l. adigere. §. lege
Iulia. ff. de iure patron. dixit. Nota legem remittere
iuramentum, sicut Papa. & in d.l. si libertus.
dixit, quòd non obstante iuramēto, reducitur ad
arbitrium boni viri. Bal. in d.l. fin. dixit, quòd non
160 dicatur periurus, † qui auctoritate legis deierat.
& idem Bal. in l. fin. C. de non numer. pec. colum.
2. in versic. item in dubio dixit, quòd in dubio
iuramentū interpretatur, & ponitur, ampliatur,
& restringitur, secundum ius commune, vt in
l. fin. ff. qui satisdare cog. & quòd lex Ciuilis potest
absoluere à iuramento, vt in l. adigere. ff. de iure
patron. idem docuit Paul. de Cast. in d.l. fin. ff. qui
satisd. cogan. col. 2. nu. 2. vers. & in omni iuramento.
idem docuit Ias. in d.l. fin. ff. qui satisd. cogan.
col. 3. nu. 6. in vers. secundò nota. dicens, quòd in omni
iuramento intelligatur excepta auctoritas legis.
& postea in nu. 27. dicit, quòd contra glo. eiusdē
legis, dicentem, quòd non obseruans iuramētum
161 ex causa concessa à iure dicatur periurus, † licèt
absolui debeat interim, est doctrina Bald. Angel.
Paul. de Castr. & Alex. in d.l. fin. dicentium, quòd
immo mero iure non sit periurus, cùm periurium
non sit sine dolo, prout ipsemet Ias. examinauit in
l. qui iurasse. in princ. ff. de iureiur. citans ad hoc
ipsum Bar. in l. si quis. in princ. col. fi. ff. de legat. 3.
vbi re vera dixit, quòd non sit periurus is, qui fecit testamentū,
& iurauit se aliud non facturum: & probat
hac ratione, quia scilicet iuramentum est interpositum
super eo, quod est contra bonos mores,
quia aufert liberam testamenti factionem, vt
in l. stipulatio hoc modo. ff. de verb. oblig. & addit,
quòd tenuerit Cyn. & Petr. in l. 1. C. de sacrosanct.
Eccles. & Andr. de Pi. in d.l. si quis. in princ.
Idem docuit Decianus in tom. 2. tract. crim. lib. 6.
tit. de excusat. periurij. num. 21. & sic & iussa, vbi
alios Doctores idipsum docentes retulit.

Probatur & tertiò hac ratione præsens nostra
ampliatio: cùm enim iuramentum non infringere
docuerunt, tex. in c. peruenit. el secondo. extra
de iureiur. eum qui illud in melius commutat. &
per se pateat neminem posse de iure aliquid pro-
162 mittere, † etiam cum iuramento in præiudiciū
alterius (vt fuit latissimè supra probatum in probatione
præcedentis ampliationis) & præiudicium
vtrique fieret iuri aliquid præcipienti fieri, si
quis volens talem iuratam promissionem, suadendo
transgredi legem contrarium præcipientem,
vel concedentem: eo magis, quòd in omni iuramento
semper excepta subintelligatur auctoritas
legis. Inde sequitur verissimam fuisse ampliationem
dictæ nostræ ampliationis secundæ.

Amplia & tertiò ea, quæ dicta fuerunt in dicta
prima ratione, dicendo illa etiam locum habere
163 in pactis: cùm semper † in pactis intelligenda
sit excepta auctoritas legis, cùm & ipsa facta lege
prohibente sint ipso iure nulla, non solùm quo ad
ipsa pacta, verum etiam quo ad pœnam additam
pactis, nisi obseruetur, cùm iuxta illam iuris regulam.
Accessorium sequitur naturam sui principalis.
hæc ampliatio probatur triplici modo. Primò
enim per argum. in c. cùm pridem. in c. accepimus.
c. cùm clerici. c. plerique. in cap. pactiones.
extra de pactis. vbi annullatur multa pacta contra
leges facta; idem probatur per textum apertissimum
in l. nō dubium. §. nullum pactum. C. de
legibus. vbi dicitur nullum pactum, nullam con-
164 uentionem, † nullum iuramentum valere contra
legem, seu legis præceptum, seu lege prohibente.
Idem habetur in l. iuris gentium. §. pen. in versic.
& generaliter. ff. de pactis. vbi hæc præcisa verba
habentur, videlicet: [Et generaliter quoties pactum
à iure cōmuni remotum est, seruari hoc nō
oportet, nec legatum, nec iusiurandum de hoc adactum,
ne quis agat, seruandum. Marcellus lib. 2.
Digestorum scribit. & si stipulatio sit interposita
de his, pro quibus pacisci non licet, seruanda non
est, sed omnimodo rescindenda.] hæc ibi. Idem
probatur per tex. in l. si stipuler. §. itē quod leges.
ff. de verb. oblig. vbi hæc præcisa habentur verba,
videlicet: [Item quod leges fieri prohibēt, si perpetuam
causam seruaturum est, cessat obligatio,
veluti si sororem nupturam sibi aliquis stipuletur,
quanquam etiam si non sit perpetua causa, vt accidit
in sorore adoptiua, idem dicendum sit, quia
statim contra mores fit.] hæc ibi. Idem habetur
in l. pacta, quæ. C. de pactis. vbi hæc habentur, videlicet:
[Pacta, quæ contra leges, constitutionesque,
vel contra bonos mores fiunt, nullam vim habere
indubitati iuris est.] hæc ibi. Idem habetur
in l. generaliter. & l. sequenti. ff. de verb. oblig. vbi
hæc habentur, videlicet: [Generaliter nouimus
turpes stipulationes nullius esse momenti, veluti
si quis homicidium, vel sacrilegium se facturum
promittat: sed ex officio quoque Prætoris continetur
ex huiusmodi obligationibus actionē denegari.]
hæc ibi. Idem probatur in regula quæ
contra. de reg. iur. in sexto. vbi hæc habentur, videlicet:
[Quæ contra ius fiunt, debent vtique prò
infectis haberi.] hæc ibi. Et ibi per glo. magnam:
Idem habetur in l. si plagij. ff. de verbor. oblig. vbi
hæc habentur, videlicet: [Si plagij faciendi, vel facti
causa concepta sit stipulatio ab initio non valet.]
Idem habetur in l. ea quidem. C. si mancip.
ita fuerit alien. vbi hæc habentur: [Ea quidem mancipia,
quorum quidem venditio eam legem accepit,
ne ad libertatem perducantur, etiam si manumittantur,
nancisci libertatem nō possunt. Neque
enim conditio, quæ personę eius cohæsit, immutari
facto eius, qui ea lege comparuit, potest.
Nec tamen pœnæ exactio (si qua addita est) conditioni
non seruatæ, iustam exigendi tribuit causam.
Qua igitur ratione te poterit reuocare ad officium
Procuratoris, qui eam legē venditioni dedit,
prospici non potest. Cùm nec in priuatorum

con-

contractibus, fiscus se interponere debeat, & litera ad te missæ personæ factum, (si non ipsum manumiseris) contineant.] hæc ibi. Ex quibus probatum, quòd cùm id, quod fit, est nullum ipso iure,
165 pœna † adiecta illi facto non incurritur, vt etiã
docuit glo. ibidem in versic. causam. idem habetur
in l. continuus actus. §. cùm quis. ff. de verb. oblig.
vbi hæc habentur, videlicet: [Cùm quis sub hac
conditione stipulatus sit, si rem sacram, aut religiosam Titius vendiderit, vel forum, aut Basilicã, aut huiusmodi res, quæ publicis vsibus in perpetuum relictæ sint, vbi omnino conditio impleri
non potest, vel si velit, facere ei non liceat, nullius
momenti fore stipulationem, perinde ac si ea conditio, quæ natura impossibilis est, inserta esset.
Nec ad rem pertineret, quòd ius mutari possit: &
id, quod nunc impossibile est, postea fit possibile,
fieri. Non enim secundum futuri temporis ius,
sed secundum præsentis æstimari debet stipulatio.] hæc ibi. Probatur & secundò eadẽ ampliatio Doctorum auctoritate. & primò Canonistarum. Nam glo. in d. c. fin. extra de pactis. in versic.
legitimam. idem docẽs infrascripta notatu dignissima [illegible], videlicet. secundum leges turpe pactum non tenet, vt in d. l. generaliter. de verb. oblig.
166 turpe pactum [illegible] † pactum turpis rei, puta,
si [illegible] factorum homicidium, vel sacrilegium [illegible] ff. de verb. oblig. & instit.
de inutil. stipulat. [illegible] turpi. Item pactum,
quod [illegible] causam, non tenet, puta si
[illegible], vel iniuriam, vt in l. si venes. §. pacta. ff. de pactis. & secundum Canones
turpes promissiones non tenent, vt in c. vnusquisq; &
c. [illegible] promissis. & non semper promissa [illegible]
[illegible] c. [illegible] & c. [illegible] immo ferè
per omnes Canones. 22. q. 4. & addit, quòd pactũ
turpe dici potest, quod fit de re turpi, vel quod fit
de re sacra, & spirituali, necnon omne pactũ, quod
fit in eclesia, quæ de sui natura sunt licita, & per pa-
167 ctum [illegible] illicita. Item pactum † de re, cuius
[illegible] naturam habet, non potest, nullius est momenti, vt in l. impossibilium. ff.
de reg. iur. & in l. si stipuler. ff. de verb. oblig. & instit. de inutilibus stipulat. circa principium, & denique glo. illa singularis addit, dicens, quòd generaliter pactum, quod est contra leges, & constitutiones, vel contra bonos mores, sunt nullius momenti, vt in l. pacta. C. de pactis. quæ & in l. alia. §.
1. ff. soluto matrimonio, vel contra Senatusconsul,
Plebiscita, decreta, & edicta principum, vt in l. iuris gentium. §. prætor. ff. de pactis. Ipsum docuit
Innocentius in d. c. pleriq; & addit, quòd etiam
idem dicetur, si pacto apposita esset pœna, quoniam tunc nec pactum tenet, nec pœna, nec iuramentum super hoc præstitum, vt in cap. si diligenti. de foro compet. Idipsum docuit Panormitanus
in d. c. pleriq; col. [illegible] versic. & hinc. sequens
Innoc. vbi supra, [illegible] iisdem verbis ipsius. idem
docuit Philippus Franchus in dicta regula, quæ
contra, asserens inde notandum, quòd illa, quæ
168 fiunt † contra ius, habentur pro infectis, quo ad
iuris effectum, sed quo ad facientis delictum, seu
peccatum; & hoc si habeant in se delictum: aliàs
habentur omnino pro infectis, vt in l. ea quidem.
C. si mancip. ita fuer. alien. secundum Bal. & addit
Franchus concludendum, quòd cùm hæc regula locum habeat in prohibitis a iure. Ideo sciendum,
quòd prohibitorum quædam sunt, quæ retractari
non possunt, vt mortuus ad vitam, & in his cessat
hæc regula: quædam sunt, quorum effectus retractari potest, & ad primum statũ reduci, vt in contractibus, testamentis, electionibus, & similibus,
& in his locum habet hæc regula, secundum Dynum, vt refert Ioan. Andr. quod verum est, vt voluit Panormitanus in c. 2. de testamentis. si intersit facientis haberi pro facto: cùm tunc in eius odiũ
habeatur pro non facto, vt hic, vel ipso iure, vt in
c. cùm in cunctis. de elect. vel ope exceptionis, vt
in c. quod sicut. eod. tit. si verò intersit facientis,
quòd habeatur pro non facto, vt in l. maleficijs,
169 & tunc habetur pro facto. cùm delicta † nõ præbeant immunitatem, vt in l. relegatorum. in fine.
ff. de interdict. & releg.

Et ex Legistis, vltra glo. dictarum legũ, se subscripserunt infrascripti Doctores, videlicet: Nam
Bar. in d. l. pacta quæ. dixit, quòd pacta quæ sunt
contra legem, idest reprobata à lege, tunc non valent, & in d. l. generaliter. ipsemet Bar. idem repetijt, cuius dicta ibi colligendo dicimus, ꝙ quædam est stipulatio, quæ continet in se turpitudi-
170 nem, † & hoc contingit triplici modo. Nam primò, Aut turpitudo venit in stipulatione, vtputa
promittis facere homicidium. Aut secundò, quandoque in ipsa stipulatione non venit turpe, sed est
turpiter facta, vt quia dolo, vel metu: Aut tertiò
habent causam turpem, sed quod promittitur non
est turpe: quia promitto tibi centum si feceris homicidiũ. in primo casu pactũ est nullũ, vt in ead.
l. pacta quæ. in secundò tenet stipulatio, sed datur
remedium contra illam à iure, vt de dolo agendo. in titu. quod metus cau. In tertiò est dubium,
sed vt docet glo. ibidem, quam sequitur idẽ Bar.
ibidem. huiusmodi stipulatio dicenda erit nulla,
& pro glo. videtur text. in l. iuris gentium. §. si ob
maleficiũ. ff. de pactis. & in l. si plagijs. infra eod.
vbi dicitur, quòd stipulatio non valet ab initio.
& ibi Dynus exponebat. Non valet ipso iure, &
subdens probat ibi ipse Bar. quòd tutius sit tenere
secundum dictam glosam. idem ipse Bar. repetijt
in d. l. si plagij. & ibi addidit idem fore dicendum,
de promissione huiusmodi, videlicet: Quia fecisti tale homicidium promitto tibi centum, etsi talis promissio non fuerit causa talis homicidij, &
addit, quòd si quis promitteret tibi centum, si Titius fecerit plagium, & Titius est mihi coniunctus, aut amicus, qui ne incidam in pœnam, abstinebit, & valebit, sed si Titius est coniunctus eius
cui stipulor nõ valebit: quia inuitaretur ad malũ.
Idem docuit Bald. in d. l. non dubium. col. 5. in
princ. in versi. tu breuiter dic. dicens, ꝙ prohibita
171 if. habentur pro infectis, quo ad sui firmitatem,
vt hic in versic. pro infectis. & in versic. nullum. sed
non habentur pro infectis quo ad facientis pœnalitatem, vt hic in vers. nec pœnas. & in d. l. pacta
quæ contra. col. 1. vers. modò oppono, & videtur.
vbi sequens glo. ibi. & in l. iuris gentium. §. generaliter. ff. de pactis. quòd pactum pœnale contra
legem, non solum ipsum nõ obligatorium est, sed
neque incurritur pœna addita ipsi pacto principali: & idem dicit de pacto, quod rescinditur à
lege, eo quòd tunc non valeat accessorium, vitiato
principali in totum, vt in l. Titia. l. stipulatio hoc
modo concepta. ff. de verb. oblig. & ad hoc poterit citari quoque regula Accessorium. de reg. iur.
in sexto. vbi dicitur [Accessorium sequitur naturam sui principalis.] qui Bald. in d. l. generaliter.
distin-

distinguit, dicens, ꝙ etsi per stipulationem inuitatur quis ad delinquendū, aut remuneratur pro delicto commisso, aut inuitatur ad nō delinquendum: licèt ex prima, & secunda stipulatione nemo teneatur, bene tamen ex tertia. Qui Bald. in
172 d. l. si plagij. docuit, ꝙ promissum † ratione maleficij præteriti, vel futuri est nullum, cùm sit improbatum à lege: & quòd quamuis in promittendo delicta non possit remunerari, bene tamen in soluendo: ita quòd melior esset conditio possidentis: & ratio est, quia ista stipulatio est reprobata à iure. Qui Bal. in dicto §. cùm quis. docuit, quòd conditio impossibilis de iure. & de natura æquiparantur, & q͞ulibet stipulationem vitiat, & quòd ad commissionem pœnæ non sufficiat conueniri de facto, quod factum est ab omni efficacia alienum, secundum Oldradum. Illa enim iuris dicun
173 tur impossibilia, † quæ sola Principis voluntate fieri possunt. & quòd possibile, & impossibile consideratur in tempore contractus, non postea: & idem in gratijs, vt in cap. si eo tempore. de rescript. nam remoue principium actus, & destruis omnem consequentiam ab actu: hæc ibi. Bal. qui in dicta l. ea quidem. colum. 1. dixit, quòd libertas per pactum non posit impediri: quia talia pacta non apponuntur, nisi propter malitiam seruorum: & præsumitur offensa, vbi talis apponitur clausula: & quòd frustratorium factum pœnam efficaciter non committit: quia ex nihilo nihil sequitur, secundum Philosophum.

Idipsum docuit Paul. de Castro in d. l. non dubium. Nam in col. 2. nu. 3. versic. tertia regula. his præcisis verbis vsus fuit, videlicet: [Tertia regula est, ꝙ non solùm id, quod factum est contra prohibitionem legis, est nullum, & habetur pro non facto: sed etiam quicquid occasione illius factū est, vel secutum, licèt non sit contra prohibitionem, nihilominus est nullum, & habetur pro non facto, quia sublato principali tollitur accessorium: & sic
174 stipulatio, † & iuramentum emanans ad confirmationem, vel obseruationem illius prohibiti nō valet ipso iure, & interpretando seipsum ipse Paulus ibidem. col. 3. in nu. 7. versic. in tex. ibi nullum. dixit, quòd hæc quæ hic dicuntur locum habeant tam in his, quæ fiunt contra verba, & mentem legis, quàm etiam in his, quæ fiunt contra mentem, & non verba, de quibus supra locutus est, vt illa non valeant ipso iure, quantum ad producendum iuris effectum: & sic nec producunt obligationem naturalem, nec ciuilem: quia prohibitio legis potest impedire natiuitatem obligationis naturalis, vt in l. si non sortem. in princ. ff. de condit. indeb. licèt postquàm est nata dispositio ciuilis non possit ea tollere: quia naturalis rō auctoritate legis tolli nō potest, vt in l. 2. ff. de vsufr. ear. re. quæ vsu consum. Nec etiam producunt exceptionem, vel alium effectum iuris, vt in l. cùm lex. ff. de fideiuss. sed etiam habetur pro infectis, quæ tenus in facto
175 consistunt: nam omnes † contractus sunt facti, vt in l. consilio. §. fin. ff. de curat. fur. & ea quæ sunt facti, non potest lex facere quin verè facta sint, vt in l. libello. §. factæ. ff. de capti. sed potest disponere, vt fingantur non facta, & pro non factis habeantur, ex quo sequitur, quòd si statutum dicat, quòd de contractibus factis inter ciues soluatur gabella tantum pro centenario: & fiat aliquis cōtractus contra prohibitionem legis, vel alterius statuti, licèt verè factus sit: quia tamen habetur pro non facto, nō debebit solui gabella, quoniam
176 fictio † tantum operaretur quātum veritas, iuxta not. per Bar. in l. 1. §. hoc Senatus. ff. ad Syllan. & sic non solùm habetur pro non facto quantum ad commodum facientis: sed etiam quātum ad hoc, vt non patiatur incommodum gabellæ, quod imponitur pro contractibus validis: Non sic habetur pro infecto quantum ad euitandam pœnam contrafacientis: & sic haberetur etiam pro infecto, quantum ad aliud incommodum, quod ipse pateretur si actus valeret: & hoc habet locum, quando lex prohibet substantiam contractus: secus si qualitatem, quia tunc non vitiaretur contractus. tex. est cum Glo. in Authent. decernimus. C. de arbitr. vbi non prohibetur compromissum fieri, sed iuramentum interponi. vnde talis prohibitio non reddit compromissum nullum: licèt in effectu reddat iuramentum nullum. hæc Paul. vbi supra, qui eadem repetijt ibidem colum. 4. versic. Doctores. nume. 9. quo ad euitandum incommodum, quod sequeretur si actus prohibitus à lege esset validus. Idem docuit ipse Paul. in dicta l. generaliter ibi, ad verbum referens, & sequens quæ supra recensuimus ex Bartol. ibidem. Idem reperijt ipse Paul. in d. l. si plagij. docens id ipsum quod supra nos retulimus ex Bal. ibidem, idem repetijt idem Paul. in dicto §. cùm quis. vtens ferè iisdem verbis, quibus & Bald. ibidem vsum fuisse retulimus supra.

Idipsum docuit Iason in l. fin. colum. 2. nu. 7. in versic. adde glo. ff. qui satisdare cogantur, sequens ibi glo. penult. in cap. quæ contra mores. & Geminianus ibidem distin. 8. dicētes, quòd in omni pacto intelligitur excepta auctoritas Superioris, si-
177 cut in omni voto † intelligitur excepta auctoritas Papæ, vt in c. non est. & ibi Ioan. And. & Antonius. extra de voto. Attamen quomodo sit intelligenda hæc vltima conclusio Iasonis consulendi sunt Canonistæ in dicto cap. non est. cùm re vera ibi tex. hoc annuerit, sed solùm vt benè dicit glo. ibi, quòd declarauerit, quòd non statim illud iuisset exequutus votum cū maximo detrimento Regni, donec sedaretur tumultus, qui inibi erat, de quo tamen latius ibi per Doctores. Idipsum (quo ad rem nostram) apertiùs, & luculentius docuit Ias. in d. l. non dubium. colum. 2. nu. 6. versic. adde etiam adhuc textum. dicens, ꝙ illud dicatur factū
178 † contra legem, quod non est solemniter actum, vt in c. 2. & ibi Bal. de testibus. & ibidem nu. 8. & sequentibus nostris. vers. quartò nota, vbi dicit notandum ex tex. ibi: nullum enim pactum, nullam conuētionem, iunctis sequentibus, vnum ad quod tota die allegamus istam legem, quòd quādo lex prohibet actum fieri, si fiat, non oritur etiam naturalis obligatio. concordat l. si nō sortē. in princ. ff. de condit. indeb. & ista lex hoc probat melius, quàm alia quæuis lex: & inde sequitur, ꝙ quādis lex ciuilis nō posit tollere obligationem naturalem postquàm est in esse deducta, vt in l. Iulianus. verum debitorem. ff. de cōdit. indeb. tñ antequàm sit in esse deducta potest impedire: & ratio est secundum eum per l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris, se subscripsit quoque Ias. ibid. nu. 9. sententiæ Bald. & Pauli de Castr. vbi supra. dicentium, ꝙ inde sequatur, ꝙ quādo contractus fit contra legem, vel mentem legis, habebitur iuris fictione, perinde ac si nunquā esset celebratus, vñ de ipso nō soluēt gabella, iussa solui ꝓ cōtractu

 simili.

simili,& quidem placnit sibi dicta sententia, non
autem ratio per eos allata,scilicet quia talis con
tractus habebitur ac si nunquam fuisset factus;
hanc iure optimo rationem improbat ipse Iason,
cum re vera dicitur nullus huiusmodi contractus
in quantum respiceret cómodum contrahentiú,
sed non quo ad incommodum ipsorum,vt ipsimet
dixerunt: & ideo ratio fundamentalis est (sm Ful
gos.in d.l.non dubium,in 10.col.quem ipse Iason
179 sequitur) quia huiusmodi statutú † disponés, ꝙ
de quocunq; contractu soluatur gabella, debet in-
telligi de quolibet cótractu sortiente effectú:quia
verba statuti debét intelligi cú effectu, vt in l.1.§.
hæc verba. ff.quod quisq; iur.sed huiusmodi con-
tractus non habet effectum: ergo &c.qui Ias.ibid.
col.4.nu.17.& 20. Nam traditá à Doctoribus re-
gulam,ꝙ quando lex,vel statutum prohibet fieri
actum, vel contractum; licèt non procedat vltra
annullando,tñ actus est nullus. Ipse Ias.limitauit
in 4.limit.vt illa locum habeat,quando lex prohi
beret substantiam ipsius actus, vel ipsius contra-
ctus; secus esset si lex solùm prohiberet qualitaté
in aliquo actu,vel contractu: Nam tunc actus fa-
ctus contra legé non est nullus,imò valet.Ita pro-
bat solemnis tex iuncta glo.sm vnum intellectum
in Auth.decernit ius. C.de arbitr. per qué tex.ita
quoq; limitauit Paul. de Cast.in d.l.non dubium,
vt supra nos retulimus,Idem docuit ipse Ias.in d.
l.pacta,quæ contra.in princ.dicens,ꝙ pactú cótra
legem est nullú, & ꝙ dicatur contra legé, qñ lex
expressè prohibet hmói pactú fieri: sed si expres-
sè lex non prohibeat,tunc aut dispositio legis re-
spicit fauorem partis, aut fauorem publicæ vtili-
tatis. si primò,& tunc posset fieri pactum in con-
trarium,vt in l.pacisci.& l.pactum. ff.eod.& ple-
nè nor.per Glo.& Doct.in d.l.pacisci. sed si respi-
ceret publicam vtilitatem,& tunc non posset fieri
pactum in contrariú,vt in l.iuris gentium.§.si pa-
ciscar.& §.& generaliter.ff.eo.qui Ias.in d.l.gene-
180 raliter.not.1.dixit,ꝙ stipulatio † turpis,vel con
tinens aliquid turpe, est ipso iure nulla,nec ex ea
aliqua obligatio oritur: & ratio sm eum est: quia
talis stipulatio céсetur impossibilis de iure, prout
docet in l.filius.ff.de condit.institu.ergo vitiat sti
pulationem,vt in l.impossibilis. ff.eod.Ias.insuper
in d.l.si plagij.in princ.sequens Paul.& Alex.ibid.
dixit,ꝙ promissio, seu dispositio remuneratoria
maleficij iam cómissi non valet,neq; tenet,sicut si
fieret pro maleficio committendo,& hoc siue sit
remuneratio contrahentium,vt in d.l.si plagij,si-
181 ue testatoris,vel statuti,etsi posset statutum † ex
causa publica,& pro cói quiete assignare præmiú
occidenti bannitú.& ibid.cócludens in nu.8.vers.
item quia gñaliter.dicit,ꝙ gñaliter loquendo om
nes stipulationes turpes nullius sunt mométi : cú
vertatur turpitudo ex vtraq; parte.& deniq; limi
tat hoc dictú,& ipsú tex.dicés ipsum procedere,
qñ promissio dádi fieret illi,q esset facturus homi
cidiú, vel aliud maleficiú, & subdidit distinctio-
né, quá nos s. retulimus, dum retulissemus sñiam
Bar.in ead.l.si plagij.vide ibi. Ex his ergo oíb.fuit
cóprobata veritas pñtis ampliat.sciru dignissime.

Nam regula iuris est vulgatissima, in qua hr,ꝙ
multa conceduntur aliquibus cócurrentibus,quę
182 aliàs nó concederentur: † sic ergo in proposito
data rónabilitate causæ occurrentis,Iudices non
obstáte iurameto delato per eos in princip. corú
officij,de obseruando ad vnguẽ tá iure cói,quàm
municipali in infligendis pœnis,poterunt meritò
minoré,vel grauiorem pœná imponere illa, quæ
reperitur annotata in dictis iuribus:si ad hoc có-
pellerentur à rónabili causa (vt diximus) & ꝙ hæc
regula sit verissima; probabit.n.per arg.in c.pen.
ext.de cler.non resid. (& ibi cóiter per Doctores)
vbi Greg.IX.scribens Patriarchę Antiochiæ Sedis
Apostolicæ Legato, infrascriptis vsus fuit verbis,
videlicet: [Cum ad hoc sint Ecclesiastica benefi-
cia deputata,& infra. Sanè nobis innotuit,ꝙ Ec-
clesia Antiochena multis ex seruitoribus eius ab-
sentibus, est ferè destituta ministris. Vnde máda-
mus,quatenus nó obstantibus Apostolicis indul-
gentijs,& pdecessorú tuorú licétia absentes Cano
nicos,& alios reuoces ad residendú in Ecclesia
supradicta, & si nó venerint, tu de illorú bñficijs,
dú abséntes fuerint,ipsi Ecclesiæ facies cógruè de-
seruire in vtilitaté eiusdé,quod ex præfatis bene-
ficijs superfuerit conuertendo.] hæc in d.c. pen.
Diximus probari pñtem rationem per arg.in d.c.
pen. Nam licèt materia nostræ rónis inibi explici
tè nó cótineatur,bene tñ implicitè:cùm ex dicto
textu habeamus,ꝙ etsi concessa priuilegia aliqui-
bus sint,in quibus eximantur ab onere residendi,
ac deseruiendi personaliter alicui Ecclesiæ, nihi-
lominus si inde euidéter appareat hmói cócessio-
nes in deteriore statum priuilegiatos trahere, &
detrimentum notabile Diuini cultus illas afferre,
rationabiliter reuocandæ per Superioré illa cóce
denté,vel successoré,erunt: vt táto malo nó puiso
obuiet. Vnde patuit per d.tex.in d.c.pen.probari
183 dictam regulá,ꝙ multa cócedantur,† quæ aliàs
non concederentur, arguendo à cótrario sensu:&
multa prohibeantur iam concessa,quæ aliàs non
prohiberentur,iuxta tex.in c.decet. de reg.iur.in
sexto. vbi hæc habentur,videlicet: [Decet cóces-
sum à Principe beneficium esse másurus.] hæc ibi.
Sic ergo in proposito arguendo à simili: multa
promittuntur ex improuiso, quæ postmodum nó
erunt seruáda,vtputa si postmodum aliqua de cau
sa superueniente improuisa tépore simplicis pro-
missionis iuramentum,vel voto,mediáte rei pro-
missę solutio fieri nó posset sine graui peccato,vel
scádalo,aut violatione iuris alieni,vt in casu præ
sentis ampliationis tertiæ, cú hoc sibi præcipi à
iuribus quampluribus fuerit probatum, & adhuc
(pro maiori veritatis dilucidatione) alijs iuribus
idipsum probabimus: Sciédum igitur,ꝙ & infra-
scriptis alijs iuribus idem probatur. Nam hoc ip-
sum probatur per tex.in c. non liceat.19.q.3. vbi
hæc habeátur, videlicet: [Non liceat parentibus
liberos,vel liberis parétes ab hæreditate repelle-
re Monachos factos,quáuis dú laici fuerát, in cau
sam ingratitudinis.] hæc ibi. Idem probatur per
arg.in l.si vnquá.C.de reuocan.donat.vbi hæc ha-
bentur, videlicet : [Si vnquam libertis patronus
filios non habens bona omnia,vel partem aliquá
facultatum fuerit donatione largitus, & postea su
sceperit liberos, totum quicquid largitus fuerat,
reuertitur in eiusdem donatoris arbitrio, ac di-
tione mansurum.] hæc ibi. Idé probatur per arg.
in l.cùm acutissimi.C.de fideicom. vbi hæc habé-
tur,videlicet: [Cùm acutissimi ingenij vir,& me-
ritò ante alios excellés Papinian. in suis statuerit
rñsis,si quis filiú suú heredé instituit,& restitutio-
nis oneri subegit,nó aliter hoc videri disposuisse,
nisi cùm filius eius sine sobole vitá suá reliquerit,
Nos huius sensum meritò mirati plenissimum ei

domamus euentum, vt si quis hæc disposuerit, non solum filium hæredem instituens, sed etiam filiã, vel ab initio nepotem, vel neptem, pronepotem, vel proneptẽ, vel aliã deinceps posteritatẽ: & eã restitutionis post obitũ grauamini subiugaret, nõ aliter hoc sensisse videatur, nisi ij, qui restitutione onerati sunt sine filijs, vel filiabus, nepotibus, vel neptibus, pronepotibus, vel proneptib. fuerint defuncti, ne videat testator alienas successiones proprij anteponere.] hęc ibi. Idẽ probatur per arg. in l. ex facto. in princ. ff. de vulg. & pupill. substit. vbi hæc habentur, videlicet: [Ex facto quæritur, qui filiũ habebat mutũ puberẽ, impetrauit à Pricipe, vt muto substituere ei liceret, & substituit Titiũ. Mutus duxit vxorẽ post mortẽ patris, & nascit ei filius. Quæro an rumpatur testamentum. Respõdi, Beneficia quidem principalia ipsi Principes solẽt interpretari, verum voluntatem Principum inspicientibus põt dici, eatenus id eũ tribuere voluisse, quatenus filius eius in eadẽ valetudine perseuerasset, vt quemadmodum iure ciuili pubertate finitur pupillare testamentum, ita Princeps imitatus sit ius in eo, qui propter infirmitatem non põt testari. Nam etsi furioso filio diceremus desinere valere testm̃, cùm resipuisset, quia iam posset sibi testm̃ facere. Etenim iniquum iam incipit fieri beneficiũ Principis, si adhuc id valere dicamus: auferret. n. testamenti factionem homini sanę mẽtis. Igitur etiam agnatione sui hæredis dicẽdum est rumpi substitutionẽ: quia nihil interest alium hęredem instituerit ipse filius postea, an iure habere cœperit suum hæredem. Nec. n. aut patrem, aut Principem de hoc casu cogitasse verisimile est, vt eum, qui postea nasceretur, exhæredaret. Nec interest quemadmodum beneficium principale intercedat circa testamenti factionẽ, vtrum in persona vnius, an compluriũ.] hæc ibi. Diximus hãc nostram rationẽ probari supra recensitis iuribus: qm̃ etsi explicitè in d. iurib. nõ tràdatur dicta regula, bene tñ implicitè, cùm inde eliciatur, q con
184 cedantur, † vel disponantur multa, quæ alias nõ concederentur si fuissent omnia futura præuisa in principio dispositionis, vel concessionis, seu promissionis factę generaliter de aliquo faciendo, vel omittẽdo, quod in se similiter consideratũ à principio sanctum, & iustum est, quod tñ ex successu tẽporis promissum, vel dispositum adimplere esset iniustum, ac saluti perniciosum, vt in casu proposito in dictis iuribus citatis, & in probationem pñtis rationis, prout patet ad sensum, iuxta illud. Prudentis est mutare consiliũ de bono in melius. Idem apertissimè probatur quoque per tex. in l. in reb. nouis. ff. de constit. Princ. vbi hæc habentur, videlicet: [In rebus nouis constituendis euidẽs esse debet vtilitas, vt recedatur ab eo iure, quod diu æquum visum est.] hæc in d. l. sciendum, q idipsum docuerũt omnes Doctores in citatis iuribus.

Tertia ratio ampliationis vnicæ duarum limitationum conclusionis quintæ est. Cùm non dica-
185 tur peierare, † qui ad verbum non obseruat iuramentum præstitum, illud in melius commutãs, & si ipsum non obseruauerit, prout iacet in litera, licet illud obseruet, iuxta debitum iustitiæ, & intẽtionem eius implicitã. Inde sequitur Iudices posse augere pęnas, & minorare, nõ obstante iuro si hoc rõnabile erit, prout docuit text. apertiss. in c. peruenit. el secondo. c. si verò. §. tibi. c. quærelã. c. venientes. c. ad nostram. el terzo. c. quemadmodũ. §. petitio vestra. ext. de iureiur. & in c. 1. de iureiur. in sexto. Nam in d. §. tibi. hæc habentur, videlicet: [Tibi duximus respõdendũ, q non est tutum quemlibet cõtra iuramentum suũ venire, nisi tale sit, quod seruatũ vergat in interitũ salutis æternæ.] hęc ibi. Et q sit hmõi iuramẽtũ, simplr à Iudice, prout in limitatione nr̃a, si iuxta sonitũ verborũ seruarent per se patet, q inde tenerẽtur trãsgredi tot leges in graue præiudiciũ reorũ, imò q propriè professionis, & promissionis, cùm etiã promiserint & ipsi seruare ipsas iuris cõis sanctiones, inter quas sunt & supra recensitæ in probationem pñtis limitationis. Idem probatur per arg. in d. c. querelas. §. mandamus. vbi Alex. III. scribens Lundon. & Vigorieñ. Epo, his verbis vsus fuit, videlicet: [Mandamus, quatenus si vobis cõstiterit memoratum V. contra iuramentũ suũ non necessitate, sed voluntate ab eiusdẽ pẽsionis solutione cessasse, ipsum à præscripta Ecclesia remonentes, eã præfato R. restituere minimè differatis.] hæc ibi. Dixi idipsum probari per arg. s. ab identitate rõnis. Nã ex ipso habemus, arguendo à cõtrario sensu, q non veniat puniendus pœna priuatione suæ Ecclesiæ, qui nõ voluntate, sed necessitate contra
186 † iuramentũ suum emissum de soluenda pensione venit: sic ergo nec Iudices periuri cẽsẽdi erũt, si ad literã in imponendis pœnis non seruassent iura pœnalia, qñ eos ad hoc coegissent alia iura pcipiẽtia in casibus specialibus minorãdas, aut augendas fore pœnas regulariter à iure cõi, vel municipali gñaliter inflictas. idẽ probatur per arg. in d. c. venientes. §. mandamus. vbi Innocentius III. dixit: [Mandamus, quatenus appellationibus ad nos interpositis deseratis: cùm prædictũ iuramentum vos excusare nõ possit, in quo debet intelligi ius Superioris exceptũ.] hæc ibi. Ex qbus patuit, q in melius hoc iuramentũ de seruando iure cõi, & municipali in infligendis pœnis emissum recipere debet hanc interpretationẽ, s. nisi in aliquo speciali casu aliqua rationabili de causa excepto à iure aliud fuerit decretum, vt in casu nostro. Idem prorsus etsi apertius docuit nos Innoc. III. in d. c. ad nostrã. el terzo. scribens Archiepo his præcisis verbis vtens, videlicet: [Ad nostrã noueris audientiã peruenisse, q a te quasi per extorsionẽ tale fuit præstitum iuramentũ, q in omni causa deberes ordinem iudiciariũ obseruare. Verùm qm̃ sm̃ traditiones Canonicas manifesta accusatione nõ indigent, nec in eis est ordo iudiciarius obseruandus, qui debet in alijs obseruari. Nec tu, qñ sub præmisso tenore iurasti, habebas in mente, vt propterea venires cõtra Canonicas sanctiones: alioquin nõ iuramentum, sed periurium potius extitisset, nec esset aliqua rõne seruandũ. Nos iuramentum tuum benignius interpretari volentes, ita q cõtinet Canonicis institutis, fraternitati tuæ auctoritate pñtium intimamus, q in manifestis, & notorijs ratione iuramenti præmissi non credimus te teneri subtilitatẽ ordinis iudiciarij, quam in his non seruari per omnia, ipsa iuris ratio postulat, & requirit. Vnde videbitur subtiliter intuenti, de ordine iudiciorum procedere (vt in præmissis) non per omnia ordo iudiciarius obseruetur. Quamquam & secundum approbatum intellectum rectè possit intelligi quod iurasti, vt in omnibus causis
187 ordinem iudiciarium obseruares, † in illis, videlicet, in quibus est ordo iudiciarius obseruandus. Sic ergo faciens, & iuramenti tenorem seruabis,

bis, & instituta Canonica non omittes.] hæc in dicto Canone. Ex cuius tenore non solùm præsens ratio probatur, verum etiā apertissimè & præsens limitatio, cùm inde eliciatur Iudices simpliciter iurantes seruare ius cōmune, & municipale in infligendis pœnis, iuxta inibi factam taxationem possint rationabili de causa minorare, vel augere illas, prout sibi ab alijs Iuribus specialiter fuerat indultum in specialibus casibus, vt latius diximus in præsenti hac limitatione. Idem probatur per arg. in d.c. quemadmodum. vbi Innocentius Tertius scribens Archiepiscopo Ianuensi, his verbis vsus fuit, videlicet: [Quemadmodū si vir mulieri iurasset, quando contraxit cum illa, q̄ eam semper pro legitima vxore teneret, pro fornicatione (quā antea commisisset, non posset eam dimittere, sed pro fornicatione, quam postea perpetraret, eā dimittere posset, non obstante huiusmodi iuramento, quoniam in eo talis erat subintelligenda conditio, si videlicet in legem coniugij illa non pec-
188 caret. Ita si quis iurauerit † se ducturum aliquā in vxorem, non potest ei fornicationem opponere præcedentem, vt illam nō ducat in coniugē: quia in illo iuramento talis debet conditio subintelligi, si videlicet illa contra regulam desponsationis non veniret. Alioquin si post huiusmodi iuramentum publica meretrix fieret, teneretur eā ducere in vxorem, quod est prorsus absurdum. Nam si post contractum coniugium vir propter fornicationem, licitè potest vxorem à sua cohabitatione dimittere, longe fortius ante coniugium celebratum propter eandem causam sponsus licitè potest in suam cohabitationem non admittere sponsam, quia Turpius eijcitur, quàm non admittitur hospes: Non obstante in alterutro casu vinculo iuramenti, quod quidem propter subintelligendam conditionem est tale, vt is qui iurauit, ad vtrunque sine transgressione sc. possit habere. Quod si post huiusmodi iuramentum mulier fieret non solum leprosa, sed etiā paralytica, vel oculos, vel nasum amitteret, seu quicquam ei turpius eueniret, nunquid vir teneretur eā ducere in vxorem? profectò, ductam non posset dimittere. Sed nunquid non ductam admittere tenetur? quamuis interdum contractum non dirimat, quod impedit contrahendum.] hæc ibi. Dixi probari per argumentum in d.c. quemadmodum. Nam arguendo ab identitate rationis, indè patentissimè elicitur veritas præsentis limitationis: cùm sicut in iuramento inibi facto subintelligenda fuit semper conditio, si illa non peccaret in legem coniugij, sic in
189 indicijs iuramēto † subintelligetur, si alijs iuribus in speciali casu aliud præcipientibus non contradicat talis obseruatio simpliciter iurata. Idem probatur per argum. in d.c. petitio. vbi Honorius Tertius scribens A. & C. Canonicis, infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet: [Petitio vestra nobis exhibita cōtinebat, q̄ Ecclesia Antiochena vacante Princeps Antiochenus timens conspirationes aliquas fieri contra eum, à vobis iuramentum extorsit, q̄ contra ipsum de cætero non essetis: & infra. Interpretatione congrua declaramus vos iuramento huiusmodi nō teneri, quin pro iuribus, & honoribus ipsius Ecclesiæ, ac etiā specialibus vestris legitimè defendendis, contra ipsum Principem stare liberè valeatis, cohercēdo vos à machinatione duntaxat, per quā idem Princeps deberet læsionem personę, vel sui amissionem incurreret Principatus.] hæc ibi. Dixi probari p̄ntem limitationē per arg. in d.c. petitio. eo q̄ vacat ibi argumētum ab identitate rationis, tali pacto, videlicet: Nam sicut Summus Pōtifex ibi interpretatur non teneri vinculo iuramenti is, qui simpliciter iurauit contra aliquem non fore, quin possit iura propria & suæ Ecclesiæ contra illum de iure tueri ad quæ tuenda omnino tenetur præeligendo mortē, prout S. Thomas Cantuariensis, vt defenderet iura sua Ecclesiæ, tacitè nos docendo Papa, q̄ in dicto iuramento esset subintelligenda dictio, iniustè, cùm is qui proprium, vel suæ Eccle-
190 siæ tuetur † ius nulli iniuriā facit, nec propriè dicetur esse cōtra aliquem, s. iniustè: eo q̄ vnicuique indultum sit ab ipsa natura se, & sua tueri, vt docuit tex. in l. vt vim. ff. de iustit. & iure. sic ergo in proposito arguendo ab identitate rationis dicemus in casu p̄ntis limitationis, q̄ Iudices non obstante iuramento simpliciter facto de seruando iure cōi, & municipali in infligēdis pœnis, iuxta eorum taxationem, poterunt augere, vel minuere pœnas à iure cōi, & municipali regulariter taxatas, aliqua de causa rationabili, iuxta alia iura supra citata hoc ipsum illis indulgentia, ac præcipientia, quorum trāsgressio cùm fiat cum notabili damno proximi, erit peccatū mortale: quapropter eorū iuramentū erit interpretandū obligare regulariter, nulla rōnabili causa alterationis extāte, seu Iudices ad hoc cōpellente: non autē in casu proposito cū ipsi⁹ obseruātio obseruantē duceret in interitū æternæ salutis. Idē manifestius probat per text. apertiss. in c. 1. de iureiur. in 6. vbi Nicolaus Papa III. infrascriptis verbis vsus fuit, videlicet: [Contingit in nonnullis Ecclesijs de earū cōsuetudine obseruari, q̄ nec ipsarum Prælati (cùm primùm ad Ecclesias ipsas accedunt) admittuntur, nec Canonici (cùm de recipiendis ibid. nouis Canonicis agitur) aliter recipiuntur in ipsis, nisi iurent statuta, & consuetudines ipsarum Ecclesiarū scripta, & nō scripta, inuiolabiliter obseruare: inter laicos etiā in multis ciuitatibus, castris, & terris; in suis Potestatibus, Rectoribus, vel officialib. assumendis, consuetudinis motibus irrepsit. q̄ Potestates, Rectores, & Officiales huiusmodi ad Potestarias, Rectorias, & officia eadē (nisi prius seruaturos se statuta ipsorū clausa iurauerint) nullatenus admittātur. Quia verò in cōsuetudinibus & statutis supradictis interdū aliqua reperiunt illicita, seu impossibilia, vel obuiantia Ecclesiasticæ libertati: ne sub tali gn̄alitate iurādi, sic iurātibus peccandi occasio præbeatur: cùm iramentū non fuerit, vt esset iniquitatis vinculum, institutū. Hac gn̄ali constitutione aīarum periculis obsistere cupiētes, præcipimus à quibuscūq; sciētibus cōtineri in prædictis cōsuetudinibus & statutis illicita, impossibilia, vel libertati Ecclesiasticæ obuiātia, iuramenta hmōi aliquatenus nō præstari. Et talia iuramēta ea intētione faciēda, vel facta, vt etiam illicita, vel impossibilia, seu Ecclesiasticę libertati obuiātia obseruētur (cùm etiā sub tali intentione præstari nō possint absq; Diuinæ maiestatis offensa) decernimus in hmōi illicitis, impossibilibus, seu libertati Ecclesiasticæ obuiātibus, nō seruanda, quin potius pro animarū salute, si sub forma prędicta, vel simili aliquos ignorātes prędicta illicita, seu impossibilia, vel libertati Ecclesiasticæ obuiantia iurare contigerit, ad obseruanda duntaxat licita, possibilia, & non obuiantia libertati

Ecclesia-

Ecclesiasticæ, iurantium referri debet intentio. Declaramus quoque iuramenta sub huiusmodi generalitate qualitercunque, & sub qualicunq; verborũ forma præstita, vel præstanda, ad licita, possibilia, & libertati Ecclesiasticæ nõ obniantia tantùm extendi: ipsosq; iurantes ad alia per præstationẽ iuramenti huiusmodi non teneri.] hæc ibi. Quibus similia statuit Innocentius Tertius cùm eadem (ferè ad verbum relatione) rationis, & decisionis. in c quantò.ext.de iureiur.per totũ. Idẽ probatur per arg. in c.clericus. ext.de iureiuran. vbi Gregorius Nonus infrascriptis vsus fuit verbis, v delicet: [Clericus, qui iurauit se statuta in Ecclesia sua edita seruaturum, promittens per idẽ iuramentum, statutum, quod postmodum subsequutum est, fideliter obseruare, licèt transgredi nõ deberet, quod promisit, non tenetur ad illius obseruantiã ex debito pręstiti iuramenti.] hæc in d.c.clericus. Dixi probari nostram hac rationem per arg. in d.c.clericus. Nam etsi ad verbũ ibi, & explicitè nulla fiat mẽtio de veritate ipsius, bene tñ implicitè: cùm inde eliciatur, ꝙ iuramentũ non se extendat ad illa, quæ non fuerat comprehensa, ſm intentionẽ iurantis, quæ proculdubio non fuerat iurare alia superuenientia non cogitata tẽpore præstiti iuramenti. Quapropter cum Iudices iurantes obseruare in iudicijs decernendis, ac in infligendis pœnis ius commune, & municipale non intendere debuerint se obligare in omni casu de nouo emergente, in quo non reperiatur eadẽ ratio, qua motus fuisset Legislator ad iura illa pęnalia condenda. Idẽ probatur per arg. in c.a.ext.de renunc. vbi Alexãder III. infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet: [Cùm inter P. Gaufridi, & quosdam alios Canonicos Sancti I. super spirituali beneficio, s. stallo in Choro, & loco in Capitulo, quæstio fuisset diutiùs agitata, & infra. Ideoq; vobis mandamus, quatenus si præfatum P. inueneritis de cõsensu maioris partis Capituli fuisse de pdĩcto beneficio auctoritate Apostolica inuestitum: eũ faciatis beneficium ipsum pacificè possidere: non.n. vr̃ nobis impedimẽtum afferre, ꝙ de eodem non petendo vlterius proponitur præstitisse, si consensus maioris, & sanioris partis Canonicorũ Ecclesiæ intercessit.] hæc ibi. Idem probatur per arg. in l.fin.ff.qui satisd.cogan. vbi hæc habentur, videlicet: [Qui iurato promisit iudicio sisti, non vĩ peierasse, si ex concessa causa hoc deseruerit.] hęc ibi. Sed animaduertẽdũ me dixisse probari pñtis ampliationis rationẽ per arg. in d.l.qui iurator. cùm probauissemus pluries, & specialiter in limitatione prima, & secunda conclusionis quintæ. vide ibi latiùs indultũ fuisse ipsis Iudicibus posse minuere, & augere pœnas statutas à iure cõi, & municipali, si ad id moueantur rationabili de causa: cùm ergo hic supponatur rationabilitas causæ, propter quam moueatur Iudex ad minuendam, vel augendam pœnam indictam à iure cõi, & municipali, iuxta potestatem sibi à iure traditam: inde sequitur non incurrisse crimen periurij, quamuis non iniunxisset pœnas integrè, prout videbatur teneri ex iuramẽto præstito de iudicãdo, iuxta ius cõe, & municipale. Idem probatur per arg. in c.venientes.extra de iureiur. vbi Innocentius Tertius scribens Consulibus, & populo Tudertino, his verbis vsus fuit, videlicet: [Venientes ad Sedem Apostolicam Consules vestros, super his, quæ ad nos de vobis sæpiùs referuntur, & cõmonere curanimus, & aliquantulum asperè conuenire: cùm.n. appellationibus interpositis ad Apostolicam Sedem teneamini humiliter, & deuotè deferre. Cùm & leges etiam Seculares post sententiam, beneficium appellationis non denegent aggrauatis, vos sñias appellatione suspensas executioni mandatis. Verum ijdem Consules nobis exponere curauerunt, ꝙ cùm aliqui vestrum vocantur ad officium Consulatus, firmant proprio sacramento, ꝙ super mutuis, & plagiarijs, ſm vestræ ciuitatis consuetudinem iudicabunt, & infra viginti octo dies, quæ iudicauerunt, exequentur. Vnde saluo huiusmodi iuramento, vos non posse super his appellationibus deferre dicebant. Quia verò nõ minus Iudices, ſm leges, quàm Consules vestri secundũ consuetudinem vestræ ciuitatis iudicare iurarunt: & ideo sicut Iudices cõtra leges, sic & Consules vestri contra consuetudinem, possent subditos aggrauare: Mandamus, quatenus appellationibus ad nos interpositis deferatis: cùm prædictum iuramentum vos excusare non possit, in quo debet intelligi ius superioris exceptum: Cùm ergo postquam S. lator pñtium ad Sedem Apostolicam à sñia G. Iudicis appellauit, sñiam ipsam duxeritis executioni mãdandã, in possessionem rerum, de quibus quæstio vertebatur, appellantis aduersarium inducentes: Volumus & mandamus, vt possessionem ipsam restituatis eidem: alioquin noueritis nos Ẽpo Nucerino mandasse, vt vos ad id Ecclesiastica censura compellat.] hæc ibi. Dixi probari pñtem ampliationem per arg. in d.c.venientes. qm̃ etsi explicitè ipsius veritas ibidem non contineatur, bene tamen implicitè: cùm ibi dicatur, ꝙ semper intelligendum sit iuramentum præstitum de aliquid faciendo, vel non faciendo, iure tamen superioris excepto, scilicet contrarium præcipiendi, & ratio

191 est patentissima, quoniam vnicuique † licet iurare, seu promittere, vel affirmare, aut negare aliquid alieui, Deum in testem vocando, quod in sua potestate est: nõ autem quod ab alterius potestate, & voluntate dependet: cùm quisq; sit suarum rerum solùm moderator, non autem alienarum. Quapropter inde luce clariùs sequitur, ꝙ Iudicũ iuramẽtum recipiat interpretationem extensiuã: cùm illud sit intelligendum excepta potestate, ac decisione legum. At cùm (vt probauimus allata in probationẽ pñtis ampliationis) supra patuit Iudicem posse, & teneri pœnas à iure cõi, & municipali inflictas augere, & minuere rationabili causa, talis alterationis existente, & Iudices secundũ iura à Superioribus sancitas pœnas infligere. Inde sequitur veritas præsentis rationis, ac insimul

192 ampliationis. Et ꝙ † iuramentum præstitum nõ obliget, nisi ſm rectam, ac rationabilem iurantis intentionem: probatur apertissimè per text. (iuncta Glo.) in l.fin. C.de non numerata pecunia. vbi hæc habentur, videlicet: [Indubitati iuris est, non numeratæ pecuniæ exceptionem locum habere, & in talibus nominibus, vel fœneratitijs, vel alijs cautionibus, quæ etiam sacramenti habent mentionem. Quæ enim differentia est in huiusmodi exceptione, siue iusiurandum positum est, siue non, tam in fœneratitijs, quàm in alijs instrumẽtis, quæ talem receptionem recipiunt?] hæc ibi. Vbi dicta glo. in versic. sacramenti. his præcisis verbis vtitur, videlicet: Vt si confiteor me debere decem, quæ iuro me redditurum. Et nota hic tacitam cõditionem inesse iuramento, sci-

licet si detur pecunia : & hoc ideo, quia hoc cogirabatur, vt & argum. in l. quod meo. §. 1. ff. de acquir. poss. ff. sic & in l. fin. ff. qui satisdare cogan. præsens ratio probatur quoque & infrascriptis iuribus, videlicet: Per textum apertissimum in cap. mulier. & cap. sequenti. 22. quæst. 4. vbi recensetur sententia Diui Augustini idipsum docentis. Nam in d. c. mulier. hæc habentur, videlicet: [Mulier si fide coniugali violata fidem seruet adultero; vtique mala est: sed si nec adultero, peior est; Porrò si eam flagitij pœniteat, & ad castitatem redeat côiugalem : pacta, ac placida adulterina rescindat : miror si eam fidei violatricem, vel ipse adulter putabit.] hæc in d. c. mulier. idem & clarius probatur per tex. in d. c. sequenti. idest c. inter cætera. vbi Augustinus scribens Seucro Mileuitano Episcopo. his præcisis verbis vsus fuit, de quodam Hubaldo, qui iurauit se non ministraturum necessaria matri, & fratribus, videlicet: [Inter cætera, vt rogaueras à Patre nostro Ambrosio quæsiui, quid tibi charissimè agendum sit de Hubaldo Parochiano tuo, qui captus & timore necis impulsus suæ concubinæ iuramento firmauit ipsam in coniugem suscipere, propriamq; matrem cum fratribus de domo expellere, nihilq; eis alimoniæ vnquam impendere. Quia verò quã prius concubinam habuerat, non est peccatum in coniugem suscipere, matrimonium sit in Deo firmû, & stabile. Porrò iuramentum nõ ob hoc fuisse institutum inuenitur, vt esset vinculum iniquitatis, vel matricidij, vel fratricidij, seu cuiuscunq; criminis. Nec credo sacramentum ad hoc debere fieri, vt iniusta iugatio suorum bonorum sit iniustè iurantibus expoliatio, & accipiẽti ęterna damnatio. Periurij namque perentitur pœna, & velut homicida in examine extremo à iusto Iudice degrandinabitur, per quem sacrosanctum Euangelium ad iniustum, & illicitum, & Deo minimè amabile, quasi testimonium humanæ, & iustæ peririonis adducitur. Foueat itaque Hubaldus matrem, & fratres : & lugeat si coactione & timore iuramenti aliquid defuit matri. Qui verò eum iurare coegerunt, quòd non debuit, reatu periurij implicitè teneantur. Iniuria quippe iniuste irrogata, eius est infamia, qui facit. Nec enim vllo modo ad opprobrium coactæ voluntatis trahitur, quod illicita conditio necessitatis extorsit.] hæc ibi. Idem probatur per textum in cap. breui. extra de iureiur. vbi Innocentius his præcisis vsus fuit verbis, videlicet: [Breui scisciratus es quæstione, vtrum ille, qui iura alicuius Ecclesiæ seruare, ac pro posse defendere iuramento tenetur, si necessitate imminente super hoc sub iuramenti debito requisitus duxerit appellandum, periurij reatum incurrat. Respondemus, quòd in hoc articulo appellantem à periurio talis appellatio non excusat, imò (nisi difficultas existat, propter quam requisitus non posset Ecclesiæ subuenire) culpa periurij potius irretitur.] hæc ibi. Idem probatur per argum. in c. quintauallis. extra de iureiurand. vbi Innocentius Tertius infrascriptis vlus fuit verbis, videlicet: [Quintauallis nostris auribus intimauit, quòd pro offensa, quam filiæ ipsius alijs mulieribus irrogarant, quòd earum manilato pareret, præstitit iuramentum, quæ tale illi sub debito iuramenti dedere mandatum, quòd si quando filij, aut vxor illius aliquod factum, vel verbum contumeliosum mulieribus illis objicerẽt : idem filias, & filios exhæredaret, & à se propriam remoueret vxorem. Quò circa mandamus, quatenus cùm licitum fuerit iuramentum, sed mandatum illicitum, prædictis vt reuocent mandatum illud iniungas, alioquin eum ad mandati obseruationem illius denuncies non teneri.] hæc ibi. Dixi probari per argum. in d. c. quintauallis. quoniam etsi veritas præsentis nostræ rationis non habeatur inibi explicitè, bene tamen implicitè, cum ibi dicatur iuramentum latum licitû non se extendi ad mandatum illud illicitum, ac per consequens nos docuerit tex. ille (arguendo ab identitate rationis) Iudicis iuramentum de obseruandis sancitis in iure communi, & municipali in infligendis pœnis fuerit licitû, & tamen non extendi ad casum præsentis ampliationis, cum id ratio, imò & supra citata iura, id concedant, ac præcipiant, eo q contrarium agere, stantibus dictis iuribus, & Doctorum auctoritatibus est illicitum. idem probatur per arg. in l. si hominem. ff. mãdati. vbi hæc habentur, videlicet: [Si hominem tibi dedero, vt eum manumitteres, & postea Procurator meus prohibuerit, ne manumitteres, an mandati agere possim, si tu eum manumiseris? Respondi, si Procurator iustam causam habuit interpellandi manumissionem serui, quem in hoc solùm acceperam, vt manumitterem, veluti si compererit. eû postea falsas rationes confecisse; insidias prioris domini struxisse, tenebor, nisi denũciationi Procuratoris paruero : si verò nulla iusta causa Procuratori fuit denunciandi, ne seruus manumitteretur, non poterit mecum agi, quamuis ad libertatem eum perduxerim.] hæc in d. l. si hominem. Dixi probari præsentem rationem præsentis ampliationis per argum. in d. l. si hominem. quoniam etsi explicitè ipsa ratio ibi non probetur, bene implicitè, qm̃ vt optimè docuit Bart. in l. ambitiosa. col. 3. vers. itẽ ex vigore. ff. de decret. ab ord. fac. dicit, q decuriones ciuitatis nõ possunt aliquid statuere, quod sit contra statuta, & ordinẽ à toto populo, à quo ipsi auctoritatem habent firmatã, nisi de nouo superuenisset causę, vel causa antiqua, quę esset de nouo manifestata, quam tempore legis conditæ populus ignorabat, vt in l. si hominem. ff. mandati. hæc Bar. ibi. ex cuius dictis vnà cum dictæ le-
193 gis decreto elicitur, q Iudex † poterit in imponendis pœnis transgredi iuris communis, vel municipalis constitutiones propter aliquam causam de nouo emergẽtem, vt in casu præsentis ampliationis, quod & clarius ipsum Bart. confirmasse in d. l. si hominem. idipsum docendo ad verbum. & per hanc l. si hominẽ. probat Bal. in l. 1. C. qui admitt. q si tempore pacis fuerit iuratum corã Potestate, quòd nemo portet arma: deinde superuenit guerra, vel partialitas in ciuitate. At Potestas poterit venire contra tale statutum iuratum, & permittere, q homines apportẽt arma? Dic, q sic, & hanc Bal. sententiam ad literã refert, sequitur atque amplectitur Corsetus in suis singularibus. in vers. iuramentum. incip. Tempore pacis. Probatur & secundò pñs ratio Doctorũ auctoritate. Nã ipsi infrascripti Doctores se subscripserunt, eo q Glo. in d. c. peruenit. el secondo. in vers. infringit dicat non dicendum fore, quem dederare, qui ex iusta causa iuramentum deserit, vt in l. vlt. ff. qui satisd. cog. idẽ docuit Gl. in d. c. si vero. vers. salutis. addens nõ solùm, q iuramentũ seruatum si vergeret in interitum salutis æternæ non esset obligatoriũ,

verum

verumetiam ſi vergeeet directè in interitum ſalutis temporalis, ſcilicet vitæ propriæ. Idem docuit glo. in dicto c. querelam, in verſi. Non neceſſitate. dicens, quòd neceſſitas excuſet à periurio. vt in d. c. breui. extra de iureiurand. Nam iura ſubueniūt neceſſitate impeditis. vt in l. non eſt, ff. ex quibus cauſ. ma. cùm non dicatur deierare qui ex iuſta cauſa deſerit iuramentum. Idem docuit glo. in dicto c. venientes, in ver. ius ſuperioris: dicens, quòd in iuramento excipitur auctoritas maioris. vt in d. c. venientes, patet. Idem docuit gl in d. c. ad noſtram, el 3. extra de iureiuran. in primis Not. dicens nota, quòd iuramentum contra Canones pręſtitum non tenet. Item iurare contra ius, non iuramentum, ſed potius periurium eſt. & eadem gl. in ver. in mente. dicit, quòd iuramenta & promiſſa non extēdi, niſi ad ea, de quibus cogitatum eſt. & denique eadem glo. in verſ. obſeruandus. dixit, quòd ſi aliquis iuraſſet non cognoſcere concubinam ſuam: modò vult eam ducere in vxorem, nū quid poteſt non obſtante iuramento? Dicas, quòd ſic: quia intelligitur iuraſſe de fornicario coitu, & non de licito & debito. Vnde poteſt cum ea cō trahere non obſtante iuramento. hæc omnia gloſ. illa in d. c. ad noſtram, el 3. ex cuius verbis etiam colligitur veritas præſentis rationis productæ. Idē docuit glo. in dicto c. quemadmodum, ver. conditio. Vbi hæc notatu digniſſima ad confirmandam veritatem præſentis rationis habentur, videlicet. Nota, quod plerunque intelligantur conditiones
194 † in iuramentis, vt hæc. Si placet Papæ. vt in c. venientes, extra de iureiur. Item hæc, ſi Deo placuerit. vt in c. beatus, §. 1. 22. q. 2. Item hæc. Si res in eodem ſtatu permanſerit. vt in c. ne quis, 22. q. 2. & in l. cum quis, ff. de ſolut. item ſi mihi ſeruabitur fides. Idē docuit glo. in dicto c. petitio veſtra, in ver. declaramus. dicens, quòd declaratio ſeu interpretatio iuramenti, cùm de ipſo dubitatur, pertinet ad Papam. vt in c. quanto, extra de iureiuran. ſic & in omni ſacramento intelligitur excepta auctoritas Papæ, vt in dicto c. venientes. & in c. Conſtitutus, ext. de reſcriptis. Idem docuit glo. in c. cōſtitutus, extra de reſcriptis, in verſ. iuramento. dicens, quòd in omni iuramento ſemper intelligatur auctoritas maioris exceptat & ratio eſt, quia ſuperre alterius, vel quaſi iuramentum tale præſtatur: & de re alterius præciſè iurari non poteſt: imò eſſet anceps periurium, vt in l. videamus, in princ. ff. de in litem iurando. & in l. Marcellus, ff. rerum amot. & ideo auctoritas domini Papæ in talibus tacitè intelligitur excepta; licèt non excipiatur expreſsè, vt in c. beatus. 22 q. 2. & in dicto c. quemadmodum in princ. Quare ſi Papa mandat aliquem recipi in Canonicum, non obſtante tali iuramento in contrarium facto: tūc licitè eum recipiunt, quia ſic apparet, quòd Papa iuramentū factum quaſi de re ſua non vult ratum habere: cùm administratio ſola commiſſa ſit capitulo, & non dominium collatum; & hoc iuramentum tenetur ſeruare Canonici, quantum in ſe eſt; niſi Papa cōtrarium mandet. hæc gloſa illa. Idem docuit gloſ. in dicto c. 1. in princ. ver. Nota vlterius, de iureiuran. in 6. dicens, quòd iuramentum ſcholaris, vel Canonici, vel Prælati, ſeruandi ſtatuta: intelligitur de ſtatutis rationabilibus & licitis. Nam iuramē tū refertur ad licita, & rationabilia: tamen ſi quis [illegible] intentionem ſuam ad illicita, non tenebitur illa obſeruare: & ſi mortaliter peccet temerè iurando, & propter intentionem deprauatam. hæc ibi. Idem ibidem docuit glo. in ver. contingit. dicens Prælati, Canonici, Rectores, & Officiales locorum, qui iurant ſtatuta, & conſuetudines loci, vel Eccleſiæ ſeruare: prætextu talis iuramenti non obligantur ad illicita, impoſſibilia, vel obuiantia Eccleſiaſticæ libertati, nec ad ea debet intentio ſua referri. glo. eadem in verſic. declaramus, poſt multa concludit dicens. Dic ergo breuiter, quòd aut quis expreſsè iurat ſtatuta illicita, vel impoſſibilia, vel inhoneſta: & tunc eo ipſo, largo modo periurus eſt, vt in c. ſicut noſtris. extra de iureiuran. Aut generaliter iurat ſeruare conſuetudines, & ſtatuta; & tunc diſtingue. Aut tunc ſciebat ibi ſtatuta eſſe illicita, & illa ſeruare ſe obligaturum in mente gerebat, & tunc idem quod ſupra. Aut neſciebat, nec id mente gerebat: & tunc non peccauit, & ſolùm ad licita obligatur, v hic, & in prędictis iuribus. hæc omnia glo. illa, quibus perop[t]imè probatur quoque ratio præſens, qua diximus probari præſentem ampliationem. Idem docuit glo. in d. c. 2. extra de renunt. in verſic Iuramentū. dicens, quòd iuramentum non extendatur ad ea, de quibus non fuit cogitatum in iuramento, & quę tunc non extant. vt in c. clericus, extra de iureiuran. Idem docuit glo. in d. c. venientes, in ver. ius ſuperioris dicens, quòd ſemper in iuramento excipitur auctoritas maioris. Idem docuit Innoc. in d. c. quemadmodum, in prima colum. dicens, quòd in iuramento quædam ſint ſubintelligendæ conditiones, vt ſaluo iure alterius. vt in c. venientes, extra de iureiuran. vt ſalua ſuperioris auctoritate. vt in c. conſtitutus, extra de reſcriptis. Item hic ſi res in eodem ſtatu permanſerit. & in c. ne quis. 22. q. 2. & in l. cum quis, ff. de ſolut. item ſi Deo placuerit, vt in c. ne quis beatus, §. 1. 22 q. 2. Item ſi ſeruetur mihi promiſſum. vt in d. c. peruenit. Item, quod non præcipiatur cōtra ius. vt in d. c. Quintauallis. hæc Innoc. ibi, qui in d. c. conſtitutus. dicit, quòd in omni iuramento excipitur Papæ auctoritas: cū ipſi tanquam ſuperiori non præiudicatur per tale iuramentum. Idem docuit Dominicus à Sancto Geminiano in c. 1. de iureiurand. in 6. colum. 2. in ver. Nota, quòd iuramentum dicens. Nota quòd iuramentum non eſt vinculum illaqueans qui è ad malum perpetrandum. & in ver. Nota, quòd iurās
195 † ſeruare dixit. Nota quòd iurans ſeruare aliquod prohibitum etiam animo, & intentione illud ſeruandi, non arctatur ad obſeruantiam talis iuramenti: quem textum induxi ad quæſtionem. An miniſter Ordinis Minorum, qui iurauit renunciare in capite triennij, in manibus capituli Prouincialis adſtringetur tali iuramento, cùm ex ſuis conſtitutionibus Papalibus debeat renunciare in manibus Generalis, vel Capituli generalis, iſte textus facit quod non. Nota, quòd quando actus iniatus poteſt referri ad permiſſum & illicitum, in dubio potius debet intelligi, quòd intentio iurantis referatur ad actum licitum, quàm prohibitum. hæc omnia Geminianus vbi ſupra. Idem docuit Panor. in d. c. venientes, col. 2. verſ. nota, quòd Iudices, & ſequenti, ver. Nota id, ad quod q[illegible], extra de iureiurand. vbi infraſcriptis vſus fuit verbis, videlicet. Nota, quòd Iudices debent iurare vt iudicent ſecundum leges. vt in Auth. n. iuſiur. quod præſtatur ab his. Ex quo infertur, quòd ſecūdum conſcientiam, quam habent vt Deus, vel homo iudicare non poſſunt. de quo in c. Paſtoralis, quia

quia verò, extra de officio deleg. Nota id, ad quod
quotidie allegatur iste tex. quòd iuramentū non
obligat subditum iurantem in præiudicium iuris,
seu auctoritatis superioris: & sic videtur superio-
rem posse impertiri subdito facultatem veniendi
contra proprium iuramentum: sed tu hoc intelli-
ge in iuramento præstito in materia pertinente
ad superiorem, vt hic, aliàs secus. & facit hoc ad
quæstionem. Clericus iurauit in studio existens
non exire destrictū Senensem, antequam suo credi
tori esset satisfactum. Antè solutionem reuocatur
ex iusta causa per suum Episcopum. Quæritur nū
quid, iuramēto non obstante, teneatur parere mā
dato superioris. Et videtur, quòd sic: quia non po
tuit iste clericus in præiudicium iuris, & auctori-
tatis superioris se obligare, vt hic. Et ita post mul-
ta concludit Ioann. Andr. in regu. in malis, de reg.
iur. in 6. in Mercur. Nisi de licentia superioris, vel
Episcopi fuisset in studio, & pro necessitate studij
contraxisset. Videtur enim tunc se obligasse cum
licentia Episcopi, qui dedit licentiam: quia vno
concesso, omnia videntur concessa, sine quibus il-
lud explicari non potest. vt in c. præterea. & c. pru
dentiam, extra de officio deleg. & l. ad rem mobi-
lem. & l. ad legatum, ff. de procur. Et ibidem pet
omnia concludit idem in patre reuocante filium,
qui prædicto modo iurauerat. & ego (inquit ipse
Panorm. ibidem) putarem in quolibet subdito.
Nam ciuitas, seu Princeps potest præcipere subdi
to, vt non exeat districtum, vel vt non vadat ad cer
ta loca. vt in l. fin. & quod ibi not. ff. de decret. ab
ord. fa. & in l. mercatores, C. de commer. & mer-
cat. Non ergo potuit subditus se obligare ad ma-
nendum extra in præiudicium illius iuris superio
ris, nisi superior priùs expressè, vel tacitè dedisset
licentiam. hæc Panorm. vbi supra qui breuius idip
sum docuit in dicto c. ad nostram, el 3. col. 1. versi.
Notabili primo, & secundo dicens: Nota primò,
quòd iuramentum contra Canonem, proditum in
fauorem publicum non ligat. facit c. si diligenti,
extra de foro compet. Nota secundò, quòd iura-
mentum generale debet restringi secundum subie
ctam materiam, & reduci ad terminos iuris com-
munis quantum fieri potest. facit c. 1. de iureiurā.
in 6. & ipse Panorm. in d. c. Quintauallis, col. 2. in
ver. Nota quòd in iuramēto generali. dicit, quòd
in iuramento generali de obediendo, vel parendo
mandato alicuius non veniunt illicita pro hoc fa-
cit c. veniens, extra de iureiur. & in d. c. 1. Et idem
Panorm. in dicto c. quemadmodum, col. 2. in vers.
nota, in vers. non obstante. dicens, & tene menti, q
iuramentum appositum in aliquo contractu reci-
pit omnes conditiones, & subauditiones, seu limi
tationes, quas habet ille contractus: & idem dico
si apponitur in alia dispositione, seu obligatione,
vt reguletur ab illa. pro hoc l. fin. C. de non numer.
pecun. & per Innocentium (qui hoc tenet) in c. per
tuas, ext. de arbitris, & Bar. in l. si societatem, §. ar-
bitrorum, ff. pro socio. & ipse Panor. ibidem pau-
loantè in vers. Nota tertiò, dixit, quòd promittens
& iurans seruare aliquem contractum: intelligi-
tur se obligare inquantum alius obseruat pro par
te sua, aliàs non tenetur ad obseruantiam. concor
dat l. quæro, §. inter locatorem, ff. locati. & quod
not. Bar. in l. cum pater, §. libertus, ff. de leg. 2. Vbi
per illum textum dicit, quod si duo fecerunt pacē,
& promiserunt illam nō rumpere, si postea rum-
punt, qui rumpit secundus potest accusare primū:
sed primus non secundum, quia secundus non erat
obligatus, ex quo primus non seruauit pacem. hæc
Panorm. vbi supra, qui de eadem materia in dicto
petitio, col. 3. in versi. & ideo extra. de iureiuran.
vbi post nonnulla docuit duo notatu dignissima.
Primum quotum est, quòd iuramentum generale
non extenditur ad verisimiliter non cogitata. vt in
dicto c. veniens, & c. Quintauallis, extra de iureiu
ran. Secundum est, quōd in generali iuramento de-
beat semper intelligi, si res in eodem statu permā
serit: sed si essemus in dubio, scilicet quando non
appareret de precedentibus verbis ipsi iuramēto,
vel quando possunt ad vtranque partem deduci;
tunc profectò, & si casus sit dubius, tamen supradi
cta interpretatio esset facienda: & ratio istius sen
tentiæ (secundum eūdem Panormitanum ibidem)
est duplex. quæ colligi poterit ex huc usque al-
latis.

Limita primò ea, quæ dicta sunt in prima am-
pliatione ambarum limitationum, & in amplia-
tionibus ipsarum ampliationum: dicendo, quòd
196 & si verum sit, quòd Iudex † regulatiter ex causa
poterit augere, & minuere non solùm iniunctam
pœnam à statuto ab ipso non iurato, verumetiam
à statuto à se iurato. Nihilominus si dicti statuti iu
rati, verba directa fuerint imperatiuè ad ipsum Iu
dicem, specialitet præcipiendo ei, vt illam pœnā
taxatam imponat. Nam in tali casu, Iudex non po
terit ipsam pœnam alterare. Vt docuerunt infra-
scripti Doctores, videlicet Matthęus de Afflicto
compatriota noster in Cōstitutione, rapinas. Not.
1. quem retulit, ac sequutus fuit Ludouicus Carre
rius in vltimo cap. suæ praxis criminalis, incip.
Circa quartum & vltimum, num. 31. versic. & vide
de pœna statutaria. Idem docuit Bossius in sua
praxi crimin. tit. de pœnis, nu. 23. vers. Adde, quòd
si statutum, asserens hoc docuisse etiam Felinum
in c. sedes, colum. fi. extra de rescrip. Idem docuit
Bal. in l. eum qui. in fine, ff. de furtis, quem citat De
cius in l. si fugitiui, colum. 5. num. 70. (versic. & i-
dem Bald. in dicta l. eum qui), C. qui admitt. ad
bon. poss.

Sublimita dictam limitationem singulariter, di
cendo ipsam solùm habere locum, si in dicto sta-
tuto caueretur specialiter, quòd verba ipsius statu
ti obseruanda essent ad vnguem, & intelligenda
propriè secundum naturalem sensum verbi, nullo
extrinseco addito, aut diminuto, quoniam tunc vi
deretur ipsum statutum specialiter voluisse dero-
gare iuri communi, quod tradidit facultatem Iu-
dicibus minuendi, & aggrauandi pœnas taxatas
à iure. Quapropter in tali casu non possent sine
periurio (si iurassent obseruare statuta) minuere,
aut augere pœnas à dicto statuto taxatas: cùm vi-
deatur ipsos statutarios per dicta eorum statuta
voluisse nouum ius contra iuris communis dispoſi
tionem condere: secus si dicta verba non apposuis
sent ipsis statutis; quoniam tūc fuissent ipsa inter-
pretanda, limitanda, & amplianda, prout ius com
mune, vt fuit probatum in præcedenti ampliatio-
ne, in qua ampliauimus dicta & probata in prima
ampliatione dictæ vnicæ limitationis. Hæc ergo
limitatio probatur auctoritate infrascriptorum
Doctorum: qui vnanimes dixerunt, quòd etsi mēs
197 † legis tam communis, quàm municipalis elicia
tur ex verbis eius, ipsa intelligendo secundum cō
munem vsum loquendi, qui regulariter præualet
proprietati vocabulorum: tamē proprietas voca-

bulorum

bulorum prævalebit ipsi communi modo loquendi, quando in statutis expressè diceretur, quòd verba in ipsis contenta deberent intelligi propriè secundum naturalem sensum ipsorum verborum, nullo extrinseco addito, vel diminuto, quoniam in tali casu standum erit præcisis verbis ipsius, & non communi vsui loquendi. Doctores ergo qui hoc nos docuerunt, sunt videlicet Barto. in l. Labeo. ff. de suppel. legata, sequens ibi sententiam Iacobi Butrij, qui idipsum sentijt. Bald. in l. omnes populi, in 14. quæst. ff. de iustitia, & iure. Anton. de Butrio in prohemio Decretalium, col. 7. in versi. Et nota glosam. Romanus in suo singulari 417. incip. Communis doctrina est, asserens rationem huius decisionis esse: quia sensus communis loquendi est quid extrinsecum. Idem docuit Felinus in c. per tuas, num. 6. in versi. & tenendo, ext. de probat. Idem docuit Panorm. in prohemio decretalium, col. 4. vers. Item addit & aliud notabile, videlicet, quòd si statutum dictaret verba debere intelligi nullo extrinsecus addito, vel intellecto, quòd tunc debent intelligi non secundum vsum loquendi: quia ille intellectus est extrinsecus: sed secundum proprium significatum vocabulorum. & hæc nota, quia faciunt ad multa. hæc Panorm. vbi supra, qui ibi retulit sententiam Antonij de Butrio ipsi se subscribendo. quod idipsum clarius volens nos docere in c. cum dilectus, col. 2. versic. in glo. 1. & in versi. sequenti. & nota ex hoc extra de cleric. non resident. infrascriptis vsus fuit præcisis verbis, videlicet Ioannes Andr. cōtrarium tenuit: quia cùm hæc constitutio tantùm disponat id, quod ius commune, non est necesse in rescripto de ea facere mentionem, quemadmodum nec de iure communi; & tene menti hoc dictum. Et nota ex hoc, & ex textu, quòd constitutio disponēs in materia iuris, non includit casum in se aliàs exceptū à iure communi, seu casum fictum à iure communi. Nam de iure communi est, quòd non residens fructus non percipiat: sed familiaris Papæ excipitur, seu censetur residere. Vnde constitutio simili-
198 ter † dictās, vt nemo habeat fructus in absentia, non includit casum à iure exceptum, imò verificatur in casu ficto à iure, qui habetur pro vero. & sic habes casum, in quo statutum verificatur in casu ficto: contra notata in l. 3. §. hæc verba, ff. de neg. gest. & in c. in nostra, extra de iniurijs. & hoc ideo est, quia ius in hoc æquiparat casum verum,
199 & fictum. Vnde constitutio † disponens regulariter id, quod ius, debet recipere omnes limitationes, & interpretationes iuris: quod perpetuò nota. & clarius probatur in c. sequenti. Secus dic vbi statutum esset præter, vel contra ius, & odiosum: tunc non verificabitur in casu ficto: sed verba debent intelligi propriè, & in suo proprio significato. & sic intellige illam l. 3. & c. in nostra. hæc Panorm. Idem docuit Paul. de Castro in consil. 196. incip. super hoc puncto, col. 5. ibi. sed his non obstantibus, & rursus idem Paul. in l. 1. ff. si cer. petat. Idem docuit Alex. in d. l. 1. col. 6. Idem docuit Franciscus de Aret. in cons. 109. incip. Coegistis me. & plenius in consil. 145. incip. licèt statuta. Idem docuit Cardinalis Zabar. in consil. 84. incip. Titius nunc sunt. Idem docuit Bart. Socinus in sua elegāti repet. l. 1. fol. 28. versic. nonò limita, ff. de vulgari, & pupil. Idem docuit Petrus de Anchar. in suo consil. 413. incip. viso puncto, col. 6. Idem docuit in terminis præsentis limitationis Decius in l. si fugitiui, colum. 5. num. 70. 71. 72. & 73. vbi infrascriptis verbis vsus fuit, videlicet Bal. in l. eū, qui. in fine, ff. de fur. dixit, si statutum loquitur imperatiuè dirigendo verba ad ipsum Iudicem, non potest Iudex (qui iurauit seruare statuta) aliam pœnam imponere: videtur tamen, quòd etiam non obstante Iudex ex causa possit recedere à pœna statuti, quia vt dicit Bald. in l. clari. C. de fideicomm.
200 Ille, qui iurauit † statuta obseruare, intelligitur, nisi iusta causa superueniat: quia in iuramento intelligitur clausula, rebus sic stantibus, l. fin. ff. qui satisdare cogant. l. quod seruus, ff. de condict. ob cau. & ipsemet Bald. in l. etsi seuerior, col. 3. versi. ex prædictis, C. ex quibus cau. infam. irrog. dixit, quòd iuramentum Magistratus debet reduci ad æquitatem; & non debet præcisè intelligi, arg. in Authen. iusiurandum, quod præst. ab his. Vnde infert, quòd in pupillo committente homicidium (licet sit doli capax) tamen pœna debet mitigari, facit tex. in c. 1. ext. de delictis puerorum. hæc omnia Decius vbi sup. ex quibus patuit non solùm se subscripsisse præsenti limitationi, verumetiam & Bal. locis supra citatis.

Limita & secundò, dictas ampliationes, dicendo ipsas solùm verificari in statuto non imponente pœnam ipso iure, & ipso facto, quoniam si talem pœnam imponeret, tunc Iudex non posset eam ali
201 qua de causa minuere, aut augere, † vt docuit Socinus Senior in c. 1. num. 5. extra de sent. excomm. quem refert, ac sequitur Hyppol. Bonacossa in suo thesauro commu. opin. versic. pœna statuti, de hac tamen limitatione, vide etiam quæ dicam infra in limitatione omnium ampliationum dictarum duarum limitationis dictæ quintæ conclusionis.

Amplia singulariter & tertiò, ea quæ dicta fuerunt in dictis limitationibus conclusionis quintæ asserendo, quòd non solum ex causa poterit Iudex pœnas à iure communi taxatas augere, vel mino-
202 rare, verumetiam taxatas à cōsuetudine. † Nam & ipsas poterit ex causa minorare, & augere. Hæc ampliatio probatur triplici medio. Primò enim per argu. in omnibus iuribus citatis in probationem præcedentis ampliationis primæ dictę vnicæ limitationis, necnon & alijs citatis in probationem ampliationis dictæ primæ ampliationis: cùm in dictis iuribus non solùm fiat mentio de statutis, verumetiam consuetudinibus obseruādis à Iudicibus in pœnis infligendis, iuxta pœnas inibi taxatas. Et secūdò probatur præsens ampliatio auctoritate omnium Doctorum, qui fuerūt citati ibidem: cùm de vtroque ibidem loquantur, scilicet de pœnis taxatis à statutis, & à consuetudinibus. & vltra eos probatur auctoritate infrascriptorum. Nam glo. quoque se subscripsit præsenti ampliationi in dicta l. hodie, in versic. moderationem, ff. de pœnis dicendis solùm, ex causa posse Iudicem minorare, vel augere pœnam cōsuetam impositionem. Idem docuit Panorm. in c. de causis, in fine, extra de officio delegati. & in c. 2. colum. 3. versic. & ex hoc colligitur, extra de delictis puerorum, vbi idem docuit Cardinalis Zabar. Innoc. in cap. 1. extra de constit. Idem docuit Decius in dicto c. de causis, colum. penult. versic. & ista conclusio. Idem docuit Felinus in c. Inquisitionis, col. 5. super glo. in versic. alioquin, extra de accusa. Idem docuit Tiraq. in præfatione tract. sui de pœnis temperandis, num. 19. in versic. quæ omnia. Idem docuit August. de Arimine, in addit. ad Angelum in suo

suo tract.de malef.in vers.quas si non soluerit,nu.
16.in fine. his verbis vtens,videlicet. Tene tamen
menti vnum singulare verbum,quod posuit Domi
nus Abbas in c.de causis, extra de officio deleg.in
fine, quòd sicut pœnam impositam à lege ex cau-
sa Iudex potest augere,vel minuere,ita poterit mi
nuere, vel augere pœnam impositam per consue-
tudinem, quod nota ad ampliationem Legistarũ.
Idem docuit Hyppolit. de Marsil. in l.pœna legis
Corneliæ, §.sed & si quis, num.9.versic. & teneas
etiam menti in materia,ff.ad l.Cornel.de falsis,in
suo singulari 182.incip.Iudex non debet circa fi-
nem. Vbi sequitur supradictam doctrinam Panor.
in dicto c.de causis,in fine.Idem docuit Iacobus
de Bellouisu in sua pract.crimin. in tit.de senten-
tijs criminalibus,num.11.vers. Nam sicut pœnam
legis Corneliæ, per totum. Idem docuit Vbertus
Locatus Placentinus in suo tract. nuncupato Iudi
ciale inquisitorum,in vers.relaxare, nu.44.in ver-
sic.Iudex ex causa potest.Probatur & tertiò ratio-
nibus allatis in probationum dictæ primæ am-
pliationis dictæ limitationis vnicæ conclusionis
quintæ.

Amplia dictam ampliationem, dicendo ipsam
203 verificari, etiam si Iudex † in principio assumpti
officij iurasset se seruaturum consuetudinem loci
in iudicijs decernendis, quoniam tali iuramento
non obstante, poterit ex causa minorare,vel auge
re pœnas consuetas imponi,seu à consuetudine ip
sa taxatas. Hæc ampliatio probatur omnibus me-
dijs,quibus fuit probata per nos ampliatio primę
ampliationis:cùm id ipsum etiam explicitè,iura,
Doctores,& rationes ibi allatę doceant,vt intuen
tibus,seu accuratè perlustrantibus, omnia inibi al
lata patebit quàm apertissimè,cùm eadē sit pror-
sus ratio vtriusque,vt per se patet.

Amplia & quartò , quæ fuerunt dicta in limita-
tione prima & secunda conclusionis quintæ:dicē
do,quòd ipsa in tantum sunt vera, quòd non solū
Iudex ex causa poterit minorare, & augere pœnā
in iudicijs,siue causis,& pœnis minoribus,in iudi
cijs extraordinarijs, verumetiam generaliter in
204 omnibus ordinarijs, † Hæc conclusio probatur
triplici medio. Primò enim per argum.in l.diuus
Pius Claudio,ff.de pœnis.Vbi hæc habentur,vide-
licet. [Diuus Pius Claudio rescripsit,pro mensura
cuiuscunque delicti constituendum in eos,qui a-
pud Iudices instrumentum protulerunt,quæ pro-
bari non possint.Aut si plus eos meruisse videatur,
quàm ex forma iurisdictionis pati possint.Impera
tori describatur,æstimaturo quatenus coerceri de
beant.]hæc ibi. Dixi probari præsentem amplia-
tionem per argum.in dicta l.Diuus. quia etsi ex-
plicitè,& ad sonitum verborum dictus textus non
hoc doceat:benè tamen ex ipso elicitur.Cùm do-
cuerint,quòd Iudex infligere pœnas teneatur pro
mensura cuiuscunque delicti ; eos puniendo, qui
instrumenta, seu accusationes protulerũt apud Iu
dicem(proculdubio in iudicio ordinario) & non
extraordinario,cùm vnaquæque scriptura præsen-
tanda erit coram Iudice à partibus, dum sunt in
iudicio ordinario contradictorio,& non extra iu
dicium ordinarium:si voluerint sibi prouideri de
iustitia de prætensis à petitis ab ipsis partibus ,
prout patet ad sensum. Idem probatur & eodem
modo per arg.in l.auxilium,§.in delictis, ff.de mi
noribus 25.annis.vbi hæc habentur,videlicet.[In
delictis autem minor annis 25.non meretur in in-
tegrum restitutionem,nisi quatenus interdum mi
seratio ætatis ad mediocrem pœnam Iudicē per-
duxerit.]hæc ibi. Ex quibus patet Iudicem in or
dinarijs iudicijs posse ex causa minorare, vel au-
gere pœnas taxatas. Imò idem probatur per om-
nia iura,quæ fuerunt allata in probationem dictæ
vnicæ limitationis . Cùm ibi nulla fiat mentio de
iudicio extraordinario : & per se apertissimè pa-
teat, quòd omne crimen (propositum vt punien-
dum)proponitur extra ordinem,seu iudicium or-
dinarium,verùm potius semper in iudicio ordina
rio . Probatur & secundò præsens ampliatio aper-
tius Doctorum infrascriptorum auctoritate.Nam
glo,in l.hodie,in versic.extra ordinem, ff.de pœ-
nis, dicit huiusmodi moderatio pœnarum ex cau
sa poterit fieri siue ipse procedat extraordinariè,
vt docet dictus textus in dicta l.hodie,vt in dicta
l.Diuus Pius Claudio.& concludendo dicit. Po-
test & hæc lex loqui in ordinario crimine. &
quod dicit extraordinario crimine, idest extra an
tiquam solemnitatem . vt in l.ordo,ff.de publ.iu-
dic.idem docuit Bart.in dicta l.hodie.sequens gl.
ibidem.idem docuit Bald.& Salyc.in d.l. & si se-
uerior, C.ex quibus cau.infa.irrog. in primo nor.
vbi expressè dicit, quòd Iudex in sententia pœnā
ordinariam permutare.idem docuit Paul.Girlan-
dus in suo tract. de relaxatione carceratorum in
cap.incip.sextò non omittam,num.6.vers.Et pri-
ma extensio. idem docuit Viuius in suo thesauro
commun.opin.vers. Iudex vbicunque lex, num.7.
versi.ampliatur postremò dicta communis.sequēs
supra citatos Doctores. Imò idipsum videtur im-
plicitè probari auctoritate omnium iurium , &
Doctorum citatorum in probationem ampliatio
nis primæ . Cùm ibi omnes nulla facta differentia
iudicij ordinarij , & extraordinarij , & criminis
propositi in iudicio ordinario , vel extraordina-
205 rio vnanimes dixerint ꝙ Iudex † possit ex cau-
sa minuere, vel augere pœnas statutas à quocunq;
iure. Quapropter & hæc ampliatio comprobatur
verissima ijsdem medijs,quibus illa fuit compro-
bata.Vide ergo ibi.

Amplia & quintò contenta in dicta limitatio-
ne prima & secunda conclusionis quintę,dicendo
intantum ipsa vera esse , quòd non solum poterit
Iudex ex causa augere,vel minuere pœnam à iure
indictam,pœnam(inquam)principalem, verume-
tiam pœnam accessoriam ad ipsam principaliter
206 incursam,† vt est pœna infamiæ, quam condem-
natus de crimine publico . Et ipso facto,seu ipso
iure,irrogante tali condemnato infamiæ maculā.
Nam ipse Iudex poterit secum dispensando in ta-
li infamia augere pœnam indictam à iure,vtputa
si quis fuisset condemnandus actione furti intenta
ta ciuiliter ad restituendum duplum rei furatæ,&
condemnaretur pœna exilij, vel relegationis, vel
pœnam fustigationis, seu altera corporali. Qua-
propter taliter condemnatus etiam de crimine fa
moso non incurret infamiam,quam incurrisset ip-
so facto si pœna ordinaria fuisset condemnatus .
vel pro pecuniaria minori in pecuniariam maio-
rem,& sic de singulis dicendum erit.& sic poterit
iuridicè augendo pœnam ordinariam indicendā
pro principali crimine dispensando relaxare pœ-
nam perpetuam, ac ipsum eximere ab incursu ac-
cessoriæ pœnæ, scilicet infamiæ, & hoc verum est
quando huiusmodi augumentatio pœnæ non fuis-
set facta propter aliqualem qualitatem inhærentē
deli-

delicto, quoniam in tali caſu non diceretur aucta
pœna ordinaria, & per conſequens non fuiſſet di-
ſpenſatum cum condemnato de crimine famoſo
ſuper infamiam: oportet ergo vt augumentatio
pœnæ ordinariæ (vt videatur diſpenſatum in in-
famia inde de iure incurrenda ipſo facto) fiat pro
pter aliquod extrinſecum accidens præter natu-
ram delicti in exemplum aliorum, vtputa, ſi multi
fuiſſent delinquentes, vel tale crimen perpetrare
parati: vel tunc inſtabat aliquod magnum pericu
lum alicuius mali imminentis, quia in tali caſu
tollitur infamia. Hæc ampliatio ſit declarata & li
mitata, probatur triplici medio. Primò enim per
textum apertiſſimum in l. quid ergo, §. pœna gra-
uior, ff. de his, qui not. infam. vbi hæc habentur, vi
delicet. [Pœna grauior vltra legem impoſitam æ-
ſtimationem conſeruat, vt & conſtitutum eſt, & re
ſpõſum: vtputa, ſi eum, qui in parte bonorum mul
ctari debuit, Præſes relegauerit: dicendum erit,
duriore ſententia cum eo tranſactam de æſtima-
tione eius: idcircò non eſſe infamem.] hæc ibi.
Idem probatur per text. in l. ad tempus, ff. de De-
curionibus. vbi hæc habentur, videlicet. [Ad tem
pus ordine motos ex crimine, quod ignominiam,
in perpetuum moueri ſtatuit. Ad tempus autem
iuſſos ex crimine leuiore velut tranſacto negotio,
non eſſe inter infames habendos.] hæc ibi. Idem
probatur per text. in l. ordine decurionum, ff ad
municipal. vbi hæc habentur, videlicet [ordine
decurionum ad tempus motus, & in ordinem re-
greſſus ad honores exemplo relegati tanto tempo
re non admittitur, quanto dignitate caruit: ſed in
vtroque placuit examinari quo crimine damnati
huiuſmodi ſententiam meruerũt, durioribus ete-
nim pœnis affectos, ignominia velut tranſacto ne
gotio, poſtea liberari, minoribus verò, quàm le-
ges permittunt, ſubiectos nihilominus inter infa-
mes haberi: cum facti quidem quæſtio ſit in pote-
ſtate iudicantium, iuris autem auctoritas non ſit.
hæc in dicta l. in princip. per text. in l. ſi furti, C. ex
quibus cau. irrog. infa. Vbi hæc habẽtur, videlicet,
[ſi furti condemnata es, citra verbera quoque fu-
ſtium famæ damnum ſubijſti. Quod ſi res furtiua,
quam alter ſurripuit, apud te ignorantem comper
ta eſt: non læſit æſtimationem tuam durior ſenten
tia.] hæc ibi. Idem & apertius probatur in l. in ſer-
uorum, §. in perſonis, ff. de pœnis. vbi hæc haben-
tur, videlicet. [In perſonis tam Plebeiorum, quàm
Decurionum illud conſtitutum eſt, vt qui maiori
pœna afficitur, quàm legibus ſtatuta eſt, infamis
non fiat. Ergo etſi opere temporario quis mulcta-
tus ſit, vel tantùm fuſtibus caſus, licet in actione
famoſa, veluti furti: dicendum erit infamem non
eſſe: & ſolùm fuſtium ictus grauior eſt, quàm pecu
niaria damnatio.] hæc ibi. Probatur & ſecundò
præſens ampliatio Doctorum auctoritate. Nam
glo. in d. §. pœna, in verſ. oneraſſet. Circa medium
infraſcriptis vtitur verbis, videlicet. Et vt hoc ple-
nè habeas dic, quòd pœna pecuniaria aucta, vel
minuta, infamia non aboletur, multò magis non
minuitur, ſi pro corporali, infligatur pecuniaria.
Sed ſi corporalis imponatur pro pecuniaria, ſine
diſtinctione remittitur infamia, vt hic, & infra in
l. in ſeruorũ, §. fin. ff. de penis. Sed ſi ꝓ corporali im
ponitur corporalis, aut maior imponitur, & tunc
remittitur infamia. Aut minor, & tunc ſi cauſa co-
gnita, vt in l. ſi Poſſidonium, & l. & ſi ſeuerior, C. ex
quibus cau. infa. irrog. ſed ſi ſine cauſæ cognitio-
ne non remittitur. ſi quæras an interim dum pati-
tur maiorem pœnam, vel minorem, tamen cauſa
cognita, ſit infamis. Dico quòd ſic, ſi pœna ad
certum tempus imponatur, vt in d. l. & ſi ſeuerior.
ibi [ex tranſacto tempore.] Si verò damnatus ſta-
tim ſubeat pœnã, puta, pro pecuniaria fuſtigetur,
nec interim eſt infamis, arg. in l. in ſeruorum, §. fin.
ff. de pęnis, hæc omnia gloſa illa notabilis docuit.
ex quibus apertiſſimè fuit probata præſens amplia
tio. Idem docuit glo. in dicta l. ad tempus. his ver
bis vtens circa medium, videlicet. Dic ergo quòd
fuit aucta pœna: & ſic remittitur infamia poſt cau
ſam finitam. vt hic, & §. pęna grauior, l. quid ergo.
Idem docuit glo. in dicta l. ordine Decurionum,
verſ. Quo crimine dicens, quòd ſi à Iudice grauior
imponatur, talis pœna liberat ab infamia inde de
iure incurſa per condemnationem de crimine fa-
moſo. Idem docuit glo. in dicto §. in perſonis, verſ.
infamis. dicẽs, quòd ſi pro pecuniaria imponatur
corporalis, remittitur infamia. vt in dicto, §. pœna
grauior. & ſi pro corporali minori imponatur ma
ior, tunc idem dicendum erit. Idem docuit Bart.
in dicto §. pęna grauior, col. 3. verſ. Quandoque pę
na augetur. dicens, quòd quando pœna augetur
propter aliquod extrinſecum accidens, præter na
turam delicti in exemplum aliorum, quia multi
erant delinquentes in illo delicto; vel tunc inſta-
bat magnum periculum: & tunc infamia tollitur.
ita loquitur hic: & ideo glo. optimum exemplum
poſuit, quod rurſus ibidem reperijt in col. 4. verſ.
vnde alij ponunt. hæc Bart. vbi ſupra. Idem prorſ-
ſus docuit ipſemet Bart. in l. & ſi ſeuerior, num. 7.
C. ex quibus cau. infam. irrog. dicens, quòd in ta-
li caſu videtur ſecum diſpenſatum in incurſu infa
miæ. Idem docuit Henricus Boich in c. cum te nu
me. 3. ext. de ſent. & re iudic. idem docuit Paulus
Girlandus in tract. de relaxatione carcer. in cap.
incip. ſexto non omittam, num. 6. verſic. ſecundò
ampliatur iſta. dicens hoc ipſum docuiſſe glo. in l.
& ſi ſeuerior, in verſic. remiſiſſe, C. ex quibus cau.
infam. irrog. & ibidem Bald. & Salyc. & alios.

Probatur & tertiò, hac ratione, videlicet. Cùm
vnumquodque acceſſorium ſequatur naturam ſui
principalis. vt docuit text. in c. acceſſorium de re-
gu. iur. in 6. & in ſupra allatis ampliationibus fue
rit abundè ſatis probatum, vnumquemque Iudicẽ
ex cauſa poſſe augere, & minuere pœnam à iure
indictam. Inde ſequitur, quòd Iudex diſpenſaue-
rit cum reo ſuper infamia incurſa propter cõdem-
nationem factam de crimine famoſo contra reũ,
eò ipſo quòd auxerit pœnam à iure ſtatutam, cũ
voluerit nobis annuere inde, quòd voluerit opera
re, & perficere quod nos docuerat vulgatiſſimum
illud axioma: in quo dicitur, quòd qui grauetur in
207 vno, debeat releuari † in alio: & qui ſentit incom
modum, debeat ſentire commodum inde proue-
niens. & ſic qui grauioris pœnæ incommodum
ſentijt, ſentiet commodum euaſionis infamiæ.

Amplia ſingulariter & ſextò, allata in limitatio
ne prima & ſecunda concluſionis quintæ, dicendo
208 ipſa in tãtum fuiſſe veriſſimam, quòd Iudex † mi
nuendo pœnam ex cauſa intrinſeca, ſeu pertinen-
te ad conditionem ipſius criminoſi actus (vt latius
diximus in dicta limitatione in fine, quando tradi
dimus cauſas repertas in ipſo actu criminoſo, pro
pter quas Iudex poterat moueri ad minuendas pę
nas iuris communis) intelligitur etiam ipſum di-
ſpenſaſſe in infamia, quàm aliàs incurriſſet condẽ

natus

natus de crimine famoso: ita q taliter condemnatus non incurret infamiæ notam. Secus autem dicitur de eo, cui fuit minorata pœna iuris communis propter aliquam ex causis, quas extrinsecas appellando recensuimus in probationem dictæ secundæ limitationis. Hæc ampliatio probatur triplici medio. Primò enim per textum apertissimum in l.& si feuerior, C. ex quibus cau.infam.irrog. vbi habentur, videlicet. [Et si feuerior sententia dici debuit, tamen cum Proconsul vir clarissimus certis rationibus motus, mitiorem sententiam dixerit, & ordine decurionum te biennio abstinere iusserit, transacto tempore, non esse te in numero infamium, palam est, eo quòd post bienniū remisisse tibi prohibitione decurionatus Iudex videtur.] hæc ibi. Probatur & secundò, Doctorum auctoritate. Nam gl. in dicta l.& si feuerior, in versic. certis rationibus, & in versic. remisisse hoc dispuiādo firmiter docuit. Idem docuit gl. in l.quid ergo, §. pœna granior, vers. onerasset, ff. de ijs, qui not. infa. Idem docuit apertius, & distinctius Bar. in dicto §. pœna grauior, col. 3. versic. Nam quandoque, ff. de his, qui not. infam. cuius præcisa verba retulimus in dicta limitatione secunda. vide ergo ibi. & rursus in dicta l.& si feuerior.

Probatur & tertiò, hac ratione, videlicet cum iuxta quantitatem, & qualitatem criminum de-
209 beat Iudex † infligere pœnam (vt sæpius fuit probatum) inde sequitur veritas præsentis ampliationis: consequentia per se patet, quia iam supposuimus reum committere crimen habēs in se causam excusantem ipsum criminosum à tanto, si non à toto.

Amplia singulariter ambas quintam & sextam ampliationes dictarum duarum limitationum dictæ conclusionis quintæ, dicendo ipsas verificari etiam in pœna indicta à iure municipali, aucta à Iudice non propter qualitates cohærentes ipsi delicto, sed propter aliquod extrinsecum accidens,
210 † quod fortè respicit publicam vtilitatem: vel minorata à Iudice propter qualitates cohærentes ipsi delicto, in terminis dictæ secundæ limitationis, & præcedentis quartæ (immediatè) ampliationis. Hæc ampliatio probatur triplici medio. Primò per argum. in iuribus allatis in probationem dictarum quartarum ampliationum, & secundò sententia Bart. (quoad pœnam auctam) in dicto §. pœna grauior, col. 3. vers. quæro quid si per statutum. & (quoad pœnam minoratam) etiam Bart. auctoritate in dicto §. pœna grauior, colum. 3. vers. nam quandoque.

Probatur & tertiò hac ratione, videlicet quia
211 condemnatus † de crimine famoso, etiam ex forma statuti poterit infamari: & eadem potestas reperitur apud Iudicem dispensandi tali pacto in infamia incursa ex forma iuris communis, sicut & statutarij.

Amplia secundò singulariter inibi contenta: dicendo ipsa habere etiam locum, si pars aduersa perijsset condemnari reum pro crimine famoso pœna pecuniaria sibi applicanda: & Iudex ipsum
212 † condemnasset pœna corporali: quia videtur secum à Iudice fuisse dispensatum in infamia inde incursa: nec in hoc fit iniuria actori. Si hoc Iudex fecerit propter inopiam rei. vel hoc poscat vtilitas publica, etiam si reus sit soluendo: Cùm bonū publicum sit præferendum bono priuato. Exemplum. Actio iniuriarum ciuilis tolleret actionem criminalem l. Cornel. ff. de sicar. nam hoc potest facere Iudex, vt intentator actionis ciuilis illam deserat, nè præiudicaretur actioni criminali. Nā si Iudex ipsam corporalem iniungeret pœnā reo, & per consequens grauiorem pœna indicta à iure tunc intelligeretur dispensatum fuisse secum à Iudice in infamia ex condemnatione de crimine famoso, facta ipsi reo. Hæc ampliatio probatur triplici medio. Primò enim per argum. in l. Prætor edixit, §. si dicatur homo, ff. de iniurijs. vbi in principio §. hæc habentur, videlicet [si dicatur homo iniuria occisus, nunquid non debeat permittere Prætor, priuato iudicio legi Corneliæ præiudicari? Idemque & si ita quis agere velit, quòd tu venenum dedisti hominis necandi causa. Rectius igitur fecerit, si huiusmodi actionem non dederit. Atqui solemus dicere, ex quib. causis publica sunt iudicia, ex his causis non esse nos prohibendos quominus & priuato agamus, & hoc est verum, sed vbi non principaliter de ea re agitur, quæ habet publicam executionem.] hæc in dicto §. Dixi probari præsentem ampliationem non per dictam l. Prætor edixit, §. 1. per argum. in dicta l. Prætor edixit, §. 1. quoniam etsi ad verbum in dicto §. 1. explicitè non contineantur omnia verba cōtenta in ipso, bene tamen implicitè, vt patet ad sensum. cum ex ipso eliciatur, quòd etsi regulariter actori sit cōcedenda à Iudice facultas intentandi in iudicio actionem ciuilem, vel criminalem, imò & priùs ciuilem & criminalem postea. cùm ipsa actio criminalis non perimatur ex intentatione priùs facta actionis ciuilis, quando agitur de criminibus publicis & priuatis. vt docet textus in l. vnica, C. quādo ciuilis actio criminali præiudicet. & ibi gl. & Doctores. & vide ibi quas recipiat limitationes, & ampliationes dicta conclusio, quæ dicta l. vnica elicitur contra reum illum à quo fuerat ipse læsus.
213 Iudex tamen † quando viderit bono publico expedire vt non intentetur actio ciuilis, sed criminalis ab actore contra reum, tunc poterit ipsum compellere actorem, vt non intentet actionem ciuilem, sed criminalem: ex qua non sequatur pena pecuniaria, prout actor affectabat sibi applicāda, sed pœna corporalis: vt quòd apertissimè ex dicto §. elicitur. Quapropter patet præsentem ampliationem probari prædicto §. Probatur & secundò, præsens ampliatio Doctorum auctoritate (vltra allatos in probationem supradictæ quartę ampliationis vnicę, conclusionis quintæ, pręsentis tractatus. Nam idipsum docuit gl. breuiter in dicto §. 1. in vers. Actionem. Idem latius docuit Bart. in dicto §. 1. col. 2. versic. contra hoc opponō, dicens, quòd Iudex non debeat permittere intentare actionē ciuilem, cùm agitur in crimine prohibito per l. Cornel. ff. de sicar. & vene. secus si esset alia accusatio criminalis & hoc probatur expressè hic in fine huius §. vbi innuit quod alij accusationi possit præiudicari, præter quā accusationi l. Corneliæ de sicar. & hāc (inquit ibidem Bar.) lecturam puto veram, & verissimam. hæc ille, qui idem latiùs docuit in l. quid ergo, §. pęna grauior, col. fin. vers. item potest esse, ff. de his, qui not. infa. his verbis vtens, videlicet. item potest esse, quòd reus est soluendo, & Iudex potest hoc facere suadente hoc publica vtilitate. Exemplum. Actio iniuriarum ciuilis tolleret actionem criminalem, l. Cornel. de sicar. si condemnatio esset facta, certè propter publicam vtilitatem potest Iudex non

permittere parti, quòd agat actione iniuriarũ ci-
uiliter, nè præiudicaretur criminali. caſus in l. Pre
tor edixit, §. 1. ff. de iniurijs. & ita ſonat textus, &
ita intelligit Iacobus de Are. Ita in propoſito ſua-
214 dente vtilitate publica, Iudex † poterit impone
re pœnam, quæ vindictam publicam reſpiciat, &
omittere ciuilem applicandam parti: quo caſu
eſſet cum infamia diſpenſatum, ſi pœna eſſet gra-
uior. hæc Bartol. vbi ſupra, cuius dictum omnino
eſſet intelligendum de pœna grauiori ipſa pecu-
niaria applicanda parti, ideſt de pœna corpora-
li: quæ grauior eſt pœna pecuniaria. vt latius
fuit per ſupra allata ſatis abundè probatum. Pro-
batur & tertiò, & ratione hac. Cum regulariter bo
num publicum ſit dignius, ac præponendum bo-
no priuato: & ex punitione corporali tã ipſi reo,
quàm cæteris incutiatur metus de non perpetran-
do crimina. Indè ſequitur, quòd meritò Iudex poſ
ſic omiſſa pœna pecuniaria parti applicanda, hu-
iuſmodi reum pro crimine famoſo corporali pœ-
næ ſubijcere. ſed quia reus grauatur in hoc, debe
bit iureiurando releuari à malo infamiæ. Quapro-
pter eò ipſo videtur Iudicem ſecum diſpenſaſſe.

Limita dictam ampliationem ſecundam, dicen
do ipſam habere locum ſolùm, quando agitur de
crimine punito per l. Cornel. de ſica. & venef. pro-
ut probant in probationem dictæ ampliacionis ci
tati Doctores.

Amplia tertiò dicta in præcedenti vtraque am
pliatione quarta, vnicæ limitationis concluſionis
quintæ, dicendo ipſa locum habere etiam quando
Iudex pro pœna pecuniaria fiſco applicanda im-
215 poſuiſſet pęnam † corporalem. Hæc ampliatio
probatur triplici medio. Primò enim per textum
apertum in l. quid ergo, §. pœna grauior, in princ.
ff. de his, qui not. infa. vbi hæc habentur, videlicet.
[Pœna grauior vltra legem impoſita exiſtimatio-
nem conſeruat, vt & conſtitutum eſt, & reſpõſum:
vtputa, ſi eum, qui in partem bonorum mulctari
debuit, Præſes relegauerit; dicendum erit, durio-
re ſententia cum eo tranſactam de exiſtimatione
eius, idcircoque non eſſe infamem] hæc ibi. Idem
probatur per multa iura allata in probationem di
ctæ quartæ ampliationis. Probatur & ſecundò au-
ctoritate Doctorum omnium, qui citati fuerunt in
probationem dictæ quartæ ampliationis, & vltra
eos auctoritate Bar. qui ſingulariter hoc ipſum do
cuit in dicto §. pœna grauior, col. 4. in fine, verſ. &
ideo aduertendum. his verbis vtens, videlicet. Et
ideo aduertendum eſt, pro pœna pecuniaria appli
canda fiſco, imponitur corporalis, & tunc eſt di-
ſpenſatum in infamia. vt in princ. §. hæc Bart. vbi
ſupra.

Probatur & tertiò præſens ampliatio ratione al
lata in probationem dictæ quartæ ampliationis, li
mitationis vnicæ concluſionis quintæ. Vide er-
go ibi.

Limita primò dicta in ſupradicta vtraq; quinta
& ſexta ampliatione, & eius ampliationibus, dicẽ
do ipſas verificari ſolùm qñ aucta fuiſſet à Iudice
propter aliquod extrinſecum accidens præter de-
licti naturam perpetrati, vtputa, qñ fuiſſet pœna
aucta in exemplum, ſeu terrorem aliorum: quia
multi fuerant delinquentes in illo delicto, vel tunc
inſtabat magnum periculum. Nam in his caſibus,
etſi videatur diſpẽſatum cum reis in infamia à Iu
dicibus, cùm indè tollatur de iure incurſa ex ſen-
tentia condemnatoria de crimine famoſo, lata cõ
tra ipſum reum. Non tñ dicendum erit qñ pęna ip
ſa pecuniaria in corporalem, vel pœna corporalis
minor de iure infligenda regulariter. pro tali cri
mine, mutata ſit à Iudice in pęnam maiorẽ corpo
ralem, & mutatio talis proceſſiſſet ex aliquo acci-
denti intrinſeco reperto in ipſo crimine perpetra
to, ſeu ex natura ipſius criminis perpetrati pp ali
216 quas qualitates inhærentes † ipſi delicto (quæ re
cenſentur in l. aut facta, per totum, ff. de pœnis) in
ſex inquam primis qualitatibus ibidem recẽſitis.
Nã tunc licèt à Iudice augeatur pœna, non tñ tol-
leretur infamia inde de iure incurſa rõne ipſius fa
moſi criminis, de quo ipſe reus fuiſſet cõdẽnatus.
Hæc limitatio ſic declarata, probatur triplici me-
dio. Primò. n. per arg. in d. l. aut facta. vbi hæc habẽ
tur, videlicet. [Aut facta puniuntur, vt furta, cædeſ
que: aut dicta, vt conuitia, & infidę aduocationes;
aut ſcripta, vt falſa, & famoſi libelli: aut conſilia,
vt coniurationes, & latronum conſcia quoſq; alios
ſuadendo iuuiſſe, ſceleris eſt inſtar. Sed hæc qua-
217 tuor genera † conſideranda ſunt ſeptem modis,
Cauſa, perſona, loco, tpe, qualitate, quãtitate, euẽ
tu. Cauſa, vt in verberibus, q̃ impunita ſunt à ma-
giſtro allata, vel parente: quoniam emendationis,
non iniuria gratia videntur adhiberi. Puniuntur,
cùm quis per iram ab extraneo pulſatus eſt. Perſo-
na dupliciter ſpectatur eius, qui fecit, & eius qui
paſſus eſt. Aliter enim puniuntur ex iiſdem facino
ribus ſerui, quàm liberi: & aliter qui quid in domi
num, parentemvè auſus eſt, quàm qui in extraneũ:
in magiſtratum, quàm in priuatum. In huius rei
conſideratione, ætatis quoque ratio hr̃. locus facit
vt idem vel furtum, vel ſacrilegiũ ſit, & capite luẽ-
dum, vel minore ſupplicio. Tempus diſcernit emã
ſorem à fugitiuo, & effractorem, vel furem diur-
nũ à nocturno. Qualitas, cùm factum vel atrocius,
vel leuius eſt, vt furta manifeſta à non manifeſtis,
diſcerni ſolent. Rixæ à graſſaturis, expilationes à
furtis, à violentia petulantia. Quantitas diſcernit
furem ab abigeo. Nam qui vnum ſuem ſurripue-
rit, vt fur coercebitur, qui gregem, vt abigeus.
hæc in dicta l. aut facta, quoad illos ſex modos, de
quibus fuit facta mentio in noſtra præſenti limita
tione. Attamen animaduertendum, quòd dixe-
rim probari præſentem limitationem, non per di
ctam l. aut facta, ſed per argum. in dicta l. aut fa-
cta. Nam quamuis etſi explicitè omnia contenta
in præſenti limitatione ne contineantur in dicta l.
aut facta. benè tamen implicitè, cùm inde elicia-
tur, quòd Iudex teneatur maiorem pœnam iniun
gere, quàm regulariter à iure eſt impoſita pro v-
noquoque crimine perpetrato ab aliquo reo rõne
alicuius accidentis intrinſeci reperti in ipſo deli-
cto, habita conſideratione qualitatis prauæ acci-
dentalis, quæ in ipſo reperitur reſpectu cauſæ, per
ſonæ, loci, temporis, qualitatis, & quantitatis. eũ
idem ſpecie crimen grauius reputandum omninò
erit, ſi fiat pro tali cauſa in tali perſona, in tali
loco, in tali tempore, vel cum tali qualitate,
aut in tali quantitate: quàm pro alia cauſa in a-
lia perſona, in alio loco, in alio tempore, cum
alia qualitate, vel in alia quantitate, vt latius
ex dicta l. aut facta. colliguntur exempla. Qua-
propter patuit veritas præſentis noſtræ limita-
tionis emicuiſſe in dicta l. aut facta. Probatur
& ſecundò Doctorum ſententia. Nam glo. in di-
cta l. aut facta, hoc quoque docuit. Idem do-
cuit Bartolus in lege quid ergo, §. pœna grauior,

col. 3. Item in actionibus criminal b. ff. de his, qui
not. infam, infrascriptis vtens verbis, videlicet. in
actionibus criminalibus, quandoque augetur cō-
demnatio ex natura delicti propter aliquas quali
tates inhærentes ipsi delicto, quæ ponuntur in l.
aut facta, ff. de pœnis. in sex primis qualitatibus
ibibi recensitis. Et tunc licèt augeatur, non tolli-
tur infamia, quia non est pœna grauior vltra legē
impofita, quod requirit iste text. sed secundum le-
gem, & prout requirunt qualitates delicti, hęc Bar
tol. vbi supra, qui idipsum confirmauit in l. & si se
uerior, nu. 7. C. de his, qui not. infam. idem docuit
Henricus Boich in c. Cum te. num. 3. & 4. extra de
sent. & re iudicata.

Probatur & tertiò præsens limitatio hac rōne.
Cum enim pœna huiusmodi maior infligatur pro
demeritis maioribus ipsius rei, inde sequitur, q
non debeat inducere præmium. vt in l. relegatoru,
§. fin. in vers. neque. n. ff. de interdict. & releg. vbi
hęc habentur, videlicet [neque. n. immunitatem
pœna tribuere debet] hæc ibi. At tribueret præ-
mium, si mundaret criminosum ab infamia ipso
iure ex tali sententia incursa respectu pœnæ maio
ris impositæ ex causa intrinseca ipsius criminis;
cum & ipsum accidens intrinsecum ipsius crimi-
nis reddat ipsum criminosum maiori pęna dignū.

Amplia singulariter dicta in ipsa limitatione
ex doctrina Bar. in l. quid ergo, §. pœna grauior,
col. 3. in vers. quæro quid si per statutum, ff. de his,
qui not. infa. dicendo dicta in præcedēti limitatio
ne habere locum, non solùm si augeatur pœna in-
flicta à iure communi, verumetiā si augeatur pœ-
na inflicta à iure municipali.

Amplia & secundò dicta in ipsa limitatione, di
cendo ipsam habere locum etiam in eo, qui ideir-
cò crimen famosum commisit, quia sciebat se non
posse puniri pœna pecuniaria (qua de iure venis-
set puniendus pro tali crimine perpetrato. Nam
218 si Iudex hoc comperiens † in ipsa sententia iu-
beat eum puniri pęna corporali, non ideo euadet
infamiā incursam ex tali crimine famoso: etsi ipsa
pęna sit grauior illa, qua de iure venisset puniēdus
pro tali crimine. Hæc ampliatio probatur triplici
medio. Primò. n. per tex. in l. si quis iniuriam, ff. de
iniurijs. vbi hæc habentur, videlicet [si quis iniu-
riam atrocem fecerit, qui contemnere iniuriarum
iudicium possit ob infamiam suam, & egestatem,
Prætor acriter exequi hanc rem debet, & eos, qui
iniuriam fecerunt, coercere.] hæc ibi. & quòd ip-
so iure infamiam incurrat damnatus de crimine
iniuriarū docuit apertissimus text. in l. 1. ff. de his,
qui not. infam. Vbi recensentur omnes casus, in
quibus quis damnatus in iudicio ipso iure incur-
rit infamiam. his verbis, videlicet. [Prætoris ver-
ba dicunt, infamia notatur qui ab exercitu igno-
miniæ causa, ab Imperatore, eovè, cui de ea re sta
tuendi potestas fuerit, dimissus erit: qui artis ludi
cræ pronunciandivè causa in scenam prodierit.
Qui lenocinium fecerit, Qui in iudicio publico
calumniæ, præuaricationisvè causa quid fecisse iu
dicatus erit. Qui furti, vi bonorum raptorum, iniu
riarum, de dolo malo, & fraude, suo noīe dānatus,
pactusvè erit. Qui pro socio, tutelæ, mādati, depo
siti, suo noīe non contrario iudicio damnatus erit.
Qui eam, q in ptāte eius esset genero mortuo (cū
eum mortuum esse sciret) intra id tps, quo lugere
virum moris est, anteq̄ virum elugeret, in patri-
monium collocauerit, eamvè sciens quis vxorē du
xerit, non iussu eius, in cuius ptāte est, & qui eum,
quem in ptātem habet eam, de qua supra cōprehē
sū est, vxorē ducere passus fuerit. Quivè suo noīe,
non iussu eius, in cuius ptāte est, eius vè noīe, quē-
quamvè in potestate hēt bina spōsalia, binasvè nu
ptias in eodem tpe cōstitutas habuerit,] Hæc in d.
l. 1. idē hr in l. Athletas, §. fi. ff. de his, qui not. infa.
219 & q dānatus † de crimine iniuriarū, incurrat ip-
so iure infamiā, probatur quoq; iure Pōtificio per
tex. apertiss. in c. cum te. ext. de sent. & re iud. & p
gl. in dictis iurib. necnon & Doctores ibidē. Idem
probat & secundò auctoritate gl. & Bar. in d. l. qd
ergo, §. pœna grauior, col. fi. ver. & in hoc possum*
aduertere, ff. de his, qui not. infa. Vbi dixit, q si re-
portatur, q reus commisit delictum isto prætextu,
quia pęnam pecuniariā soluere non pōt: impone-
ret pęna corporalis ex causa cohęrēte ipsi delicto,
& tunc non euaderet infamiā. casus est, in l. si quis
iniuriam, ff. de iniurijs. hęc ille. Probatur & tertiò
hac rōne videlicet. Cū fraus & dolus nemini de-
beat patrocinari (vt docet tex. ī c. ex tenore litera
rū, ext. de rescrip.) & hic, de quo in pñti amplia
tione fuerit in dolo; eo q ideirco crimē pęna pecu
niaria plectēdū commisit (vt supponitur) quia pecu-
nia carebat, meritò non euadet pęnā infamię, ēt si
pro pęna pecuniaria, imponat ei pęna corpis affli-
ctiua, ne ei patrocinari videat fraus & dol⁹ ipsius.

Limita & secūdò dicta in ipsa ampliatione quin
ta & sexta limitationū duarū conclusionis quintę,
asseuerādo, q etsi dicta in ea intelligātur vera, qñ
pœna statuta à iure esset pecuniaria, & imponeret
pœna corporalis (q procul dubio grauior erit) vel si
statuta à iure esset pęna corporalis minor, & ma-
220 ior corporalis imponeretur à Iudice. † Qm in
hmōi casibus procul dubio dispēsatū videretur cū
reo in infamia (vt sup. fuit probatum) ēt si damna-
tus fuisset de crimine famoso. Sed si pęna à iure in-
dicta esset pecuniaria, & Iudex maiorem pecunia
riā imposuisset; non iō intelligeretur dispensatum
per talem Iudicē cum tali reo in infamia inde de
iure incursa ex condēnatione facta in iudicio de
crimine famoso. Hæc limitatio probatur duplici
medio. Primò. n. per text. apertiss. in l. quid ergo,
§. pœna grauior. in vers. sed si in cā furti, ff. de his,
qui not. infa. vbi hæc hnr, videlicet. [Sed si in cau-
sa furti nec manifesti in quatruplum Iudex condē
nauerit, onerat quidem reū pœna aucta, (Nam ex
furto nec manifesto in duplum conueniri debuit)
verum hanc rem æstimationem ei non cōseruasse:
quamuis si in pœna nō pecuniaria eum onerasset,
transactum cum eo videretur.] hęc ibi. Probatur &
secundò pñs limitatio Doctorū auctoritate. Nā
gl. in d. §. pœna, in vers. onerasset dixit, q pęna pe-
cuniaria aucta, vel minuta, nō aufert infamiā q ip
so iure incurrit ex snīa lata de crimine famoso cō
tra aliquem. Idem prorsus docuit Bar. ibidem se-
quens dictam glo. Idem docuit Henricus Boich,
in c. cùm te. ext. de sent. & re iudicata.

Amplia singulariter dicta in præcedenti limita
tione, dicendo, q intantum ipsa est vera, q si à Iu-
221 dice † pœna corporalis de iure imponenda mu-
taretur in pecuniariā (arguendo à fortiori) non es
set dispensatum in infamia incursa propter condē
nationem talem factam de crimine famoso cum
ipso reo condemnato. Hæc ampliatio probatur
duplici medio. Primò per argumentum in dicta l.
quid ergo, §. pœna grauior, versic. sed si in causa,
ff. de his, qui not. infa. vbi hæc habentur, videlicet.
[sed

[Sed si in causa furti, nec manifesti in quatruplum Iudex condemnauerit, onerat quidem reum pœna aucta. (Nam ex furto, nec manifesto in duplum conueniri debuit) verùm hanc rem æstimationem ei non conseruasse: quamuis si in pœna non pecuniaria eum onerasset, transactum cum eo videretur.] hæc ibi. Dixi probari præsentem ampliationẽ per arg. in d.§. pęna, qm̃ vacat hic apertissimè argum. à minori ad maius negatiuè. Nam si dr̃ non fuisse dispensatum cum reo condemnato de crimine famoso in infamia iuris ipso facto incursa, qñ maior pęna pecuniaria fuisset ildicta ea, quæ de iure fuisset imponenda, multo minus dicẽdum erit fuisse dispensatũ in infamia cum eo, qui de iure fuisset puniẽdus pęna corporali, & fuit punitus pęna pecuniaria. & rõ parentissima est: qm̃ qualibet minima pęna corporalis, est maior qualibet pęna pecuniaria, iuxta illud qđ in libro Iob scribitur, c. 2. versic. 4. & 5. vbi hæc hñr, videlicet. [Pellem pro pelle & cũcta, q̃ hẽt homo, dabit pro vita sua. Alioquin mitte manum tuam, & tange os eius & carnem, & tunc videbis, ꝙ in faciem benedicat tibi.] hæc ibi. ex quibus elicitur apertissimè veritas nostri argumenti. Cum inde eluceat, ꝙ maior pœna est pœna corporalis qualiber pęna pecuniaria. Probatur & secundò præsens ampliatio Doctorum auctoritate. Nam ipsi se subscripserunt gl. in d.§. pęna grauior, in versi. onerasset. Bar. in l. et si grauior, num. 7. C. ex quib. cau. infa. irrog. vnà cùm glo. ibidem. Idem docuit & Henricus Boich, in c. cum te. extra de sentẽtia & re iudi. Probatur & tertiò ratione sup. allata in adductione dicti argum. eliciti ex d.§. pœna grauior.

Limita dicta in ipsa ampliatione quintæ & sextæ dictarum duarum limitationum conclusionis quintæ: dicendo ipsam non hre locum, qñ Iudex

222 † pro pœna pecuniaria imposita in sñia pro delicto famoso ab ipso reo perpetrato, post ipsam latã sñiam de pœna pecuniaria soluenda, imposuit pp inopiam rei pœnã corporalem. Nam tunc non esset dispensatum secum in infamia ipso iure post sñiam incurrenda. Hæc limitatio probatur triplici medio. Primò, n. per arg. in l. ictus fustiũ, ff. de his, qui not. infa. vbi hæc hñr, videlicet. [Ictus fustium infamiã non importat, sed causa, pp quam id pati meruit, si ea fuit, quæ infamiam damnato irrogaret. In cæteris quoq; generibus pœnarum eadẽ forma statuta est.] hæc ibi. Dixi probari præsentem limitationem per arg. in d.l. ictus fustium. qm̃ etsi ad sonitum verborum ipsa non videatur probari. Cum non loquatur in terminis ipsius, si tõ corticis verborum ipsius legis habenda esset solùm. Tñ ꝑm mentem Legislatoris, benè probatur implicitè per ipsam legem. Cum ex illa apertissimè eliciatur, ꝙ si Iudex in sñiæ executione pœnæ pecuniariæ imponeret pœnam corporalem, pp crimen famosum taliter condemnatus nõ euaderet pęnam infamię pp grauiorem pœnam indictam à Iudice ipsi reo damnato crimine famoso. Cum causa & non pœna, faciat quem infamem, eò magis, ꝙ ambi grauitati pœnæ ipse reus fuerit causa: cum non potuerit soluere minorem pęnam, s. pecuniariam, ad quam soluendam fuerat pro crimine famoso dãnatus: & non fuerit causa ipse Iudex, qui post sñiam de pœna pecuniaria lata meritò ad inopiam rei (ne sic eluderentur sententiæ pœnales) poterat, & debeat ipsam pœnam pecuniariam commutare in pęnam corporalem, iuxta illud axioma vulgatissimum.

223 Qui non habet in ære, † luat in corpore, & hoc infrascriptæ leges iure optimo decreuerunt, ne delicta remanerẽt impunita: & daretur occasio pauperibus damnificandi proximos impunè, quod docuit textus apertissimus in l. fi. ff. de in ius vocãdo. Vbi hæc habentur, videlicet. [Si sine venia ædicti impetrata libertus patronum in ius vocauerit, ex quærela patroni, vel supradictam pęnam, i. quinquagita aureos dat, vel à Præfecto vrbis, quasi inofficiosus litigator castigatur, si inopia dignoscit laborare.] hęc ibi. Idem habentur per tex. in l. 1. §. generaliter, ff. de pęnis. vbi hęc habẽtur, videlicet. [Generaliter placet in legibus publicorũ iudiciorum, vel priuatorum criminum, qui extra ordinẽ cognoscunt Præfecti, vel Præsides, vt eis, qui pęnã pecuniariam egẽtes deludũt, cohertionem extraordinariam indicant.] hęc ibi. Idem prorsus dr̃ in l. quicunque fugitiuum, §. ꝙ si ad prædictam, C. de seruis fugit. vbi hæc habentur, videlicet. [Quid si ad prædictam pœnam soluẽdam is, qui susceperit, minime sufficiat, æstimatione competentis Iudicis castigatio in eum procedat.] hæc ibi. idẽ probatur per tex. in l qui ædes, §. si verò casu, ff. de incendio, ruina, & naufragio. vbi hæc habẽtur, videlicet. [Si verò casu, i. negligentia: aut noxam sarcire iubetur: aut si minus idoneus sit, leuius castigetur.] hæc in dicta l. vbi glo. in versi leuius. dicit nota, ꝙ suppletur corpore, quod pecunia deest, vt et in l. si quis, § in seruos, ff. de iurisdict. omn. iud. Probatur præsens limitatio & secundò Doctorum auctoritate. gl. enim in d.l. fi. vers. si inopia Dicẽs, cùm. n. quis deficit in pęna pecuniaria, supplet corpore, vt hic & in l. 1. in fi. ff. de pœnis. idem docuit glo. in d.l. 1. in fine. idem docuit gl. in §. quòd si ad prædictam, in vers. castigatio. idem docuit Bar. in d.l. ictus fustiũ, col. 2. vers. si in executione, dicens. quòd si in exequutione imponitur pęna corporalis pro pecuniaria, infamia non remittitur, vt hic, & latius dixi in d.§. pęna grauior. hæc ibi. Cuius verbum illud [in executione] erit ponderandum: nam idem est, ac si dixisset, post sñiam latam in pęna pecuniaria, prout diximus in præsenti limitatione. Cum vt ipsa sñia exequatur, opus sit, ꝙ prius feratur. Quapropter ipsum loqui in terminis præsentis limitationis patet ad sensum. Sciendum insuper, ꝙ ipsemet Bart. in dicta col. 2. sed. ver. quærit gl. quid si esset confessus crimen in iudicio, ipse Bar. paulopost respondens huic quæstioni dicit. Aliud est confiteri simpliciter crimen & in ciuilibus, quia habebitur pro condẽnato, & infamatur. Aliud est comparere, & soluere id, quod petitur: quia tunc cũ non habendus sit pro conuicto, & cõdemnatur, nõ incurret infamiam. Nã ideo statim soluit, nè ingrediatur iudiciũ, & ut absoluatur ab instãtia iudicij. vt insti. de perpe. & tempe. actio. & hic est casus in l. si reus, ff. de Procurat. Vnde remediũ est, qñ quis credit se firmiter condemnandum ex causa famosa, antequam lis contestetur, soluat, & absoluetur, nec erit infamis. Ista est notabilis prouisio in dicta l. si reus. hæc ibi Bart. qui in fine dictæ l. si reus. docet prædictam hoc agendi dicẽs: Quando aliquis vult soluere, vt euitet infamiæ pę-

224 nam, † si non reperiret eum, cui soluere possit; Nam accedet ad Iudicem, & ipsius auctoritate faciet pecuniam assignare, & coram Iudice offerre. Sed si is (cui soluenda esset pecunia, esset forensis ad hoc vt sciatur talis assignatio fiat præconium. Idem Bart. præsenti limitationi se subscripsit in di-

§.pœna grauior,col.5.verſ.qñq; imponit pœnã. dicens.Quandoq; imponit pœnã corporalẽ.& omittit pecuniariam. & hoc qñq; facit poſt ſñiam latã in pęna pecuniaria,& quia non pôt ſoluere, punit in corpore.vt in d.l.fi.ff.de in ius vocan. tunc non vř diſpenſatũ in infamia:nam per ſñiam fuerat infamatus,& per executionem, quam Iudex poſtea facit,licèt duriorem,non pôr cum infamia diſpenſare,quia hoc pôt ſolus Princeps,vt in l.1.§.de quare,ff.de his,qui not.infa. & hic eſt caſus, & in d.l.ictus fuſtium. hæc ibi Bar.& ꝙ tunc Iudex non diſpenſauerit,nec poterit diſpenſare in tali infamia incurſa,ſed ſolum Princeps,ad quẽ ſolũ recurrendum erit pro ipſa obtinenda, docuit rurſus idem Bart.in d.l.fi.in verſ.Nota,ꝙ quando.dicens,ꝙ qñ in defectum pœnæ pecuniariæ deuenitur ad corporalem,remittitur ad maiorẽ Iudicẽ, vt hic. hęc Bart.vbi ſup.qui idipſum docens in l.1.§. generaliter,ff.de pœnis.dicit,ꝙ indè probatur, ꝙ qui non pôt ſoluere in pecunia,puniat in corpus.& ꝙ huic ſñiæ non obſtar,ꝙ inde puniretur maiori pęna,eò ꝙ quælibet pœna corporalis ſit maior quauis pœna pecuniaria.vt in l.in ſeruorum,in fine,ff.de pœnis.'cui obiectioni ipſemet Bar.rñdẽdo ſubintulit dicens,ꝙ in perſonis vilibus hoc non contingit.vt in l.hoc opere.in fi.ff.de ope.liber. Nec bene reſpõdit ſupradictæ obiectioni Martinus Syl.(vt refert Bar.vbi ſup.)dicens,ꝙ qui dicit,ꝙ pœna pecuniaria conuertatur in corporalem: verum dñr, qñ is, qui delictum committit, ſcienter commiſiſſet ſciẽs ſe non poſſe ſoluere pœnã pecuniariã.vt in d.l.1.§. generaliter, ff.de pęnis,dicit tex.ibi [agentes deludunt.] Nam hæc ſua opinio benè redarguitur à Bart.vbi ſup.cũ ſit contra expreſſum tex.in d.l.quidem. Vbi contra eum,qui non delinquit dolo pœna pecuniaria conuerſa fuit in pęnam corporalẽ: & ꝙ ibi dř[egentes deludunt pœnam]dicit gl.ibidem deludere dñr eo ipſo,ꝙ non poſſunt ſoluere. hæc Bar.ibi. Probatur & tertiò præſens limitatio hac rõne, videlicet. Cum.n.corporalis pœna fuerit ſubrogata ſolum in locũ pęnæ pecuniariæ iam per ſñiam inflicta,& pro tali ſit habenda: & nullus punitus pœna pecuniaria pro crimine famoſo de iure euitet infamiam incurſam ex ſñia lata ſuper crimen famoſum.Inde apertiſſimè elicitur, ꝙ eandẽ infamiæ pœnam incurret ex tali ſñia de ſoluẽda pęna pecuniaria poſtea commutata in corporalẽ ex defectu pecuniæ ipſius rei:ſicut ſi nullatenus fuiſſet commutata:cum ſemper ſubrogatum accipiat naturam,ac conditionem eius,in quod ſubrogat. prout cõis Doctorum ſententia ſemper docuit.

Amplia & ſeptimò allata in prima & ſecunda limitatione,concluſionis quintæ, dicendo ꝙ in tñ
225 ipſa vera ſint, ꝙ ſcilicet Iudices † pœnas ordinarias ſtatutas à iure ex cã augere, & minuere pñt, verumetiã pœnas extraordinarias,q̃ aliàs conſuetæ dñr:ſeruata tñ in oĩbus moderatione,ac diſcretione virtutũ matre & fonte:cũ & ipſi arbitrarias iniungere pęnas poſſint,qñ in iure ſpecialiter ipſe non reperirent ſtatutæ.Hæc ampliatio probat tri plici medio.Primò.n.per arg.apertiſſimũ in l.hodie,ff.de pœnis.vbi hæc hñr,videlicet. [Hodie licet ei,qui extra ordinẽ de crimine cognoſcit,quã vult ſñiam ferre vel grauiorem,vel leuiorẽ: ita tñ vt in vtroq; moderationem nõ accedat.]hæc in d.l.hodie. Diximus probari præſentẽ ampliationẽ per arg.in d.l.hodie,qm(vt patet ad ſenſum)ex d.l.hodie,elicitur argm à maioritate rõnis. Nã maior rõ eſt,ac fortior,vt Iudex poſſit minuere, & augere pœnas extraordinarias,q̃ ordinarias: & adhuc maior rõ vt poſſit pœnas alterare,dum procedit extraordinariè,q̃ cũ procedit ordinariè. & tñ in ſupradictis ampliationib.fuit vtrinq; probatũ,l. ꝙ Iudex poſſit in iudicio ordinario ex cã augere, & minuere pęnas à iure ſtatutas.Idẽ probatur per arg.in c.menſurã,de pœnit.diſt.1.Vbi canonizata reperitur ſñia Diui Hieronymi, his verbis cõtẽta,videlicet.[Menſurã aũt tpis in agẽda pñia, idcircò nõ ſatis apertè pſigunt canones pro vnoquoque crimine,vt de ſingulis dicant,qualiter vnumquodq; emẽdandũ ſit, ſed magis in arbitrio Sacerdotis intelligẽtis relinquendũ ſtatuunt:quia apud Deũ,non tã valet mẽſura tpis,q̃ doloris:nec abſtinentia tñ ciborum,q̃ mortificatio vitiorũ. Propter quod ipſa tpa pnię pro fide,& conuerſatione pęnitentium abbreuiãda pcipiunt, & pro negligẽtia protelãda.Extant tñ pro quibuſdã culpis pñiæ modi impoſiti, iuxta quos cæteræ perpendendæ ſunt culpæ,cũ ſit facile per eoſdẽ modos vindictã, & cenſurã canonũ ęſtimare.]hæc in d.c.menſurã. Dixi probari pſentem ampliationẽ per arg.in d.c. qm etſi explicitè non fiat mentio de contentis in hac ampliatione, benè tñ implicitè arguendo ab identitate rõnis, cũ ſicut cõfeſſor in foro pñiali habet iuriſdictionẽ imponendi pñias alterãdo pœnitentias impoſitas à iure cõi,cõſideratis qualitatibus peccatorũ,perſonarum peccantiũ,& occaſionũ ſibi exhibitarũ.ſic & eodẽ ferè modo Iudex forenſis in foro fori oĩbus circunſtantijs criminis, & criminoſi perpenſis,poterit mitigare,& minuere pęnã à iure inflictã,& illam ẽt augere. Probatur & ſecundò præſens ampliatio Doctorũ ſñia. Nã idipſum docuit gl.in d.l.hodie. in verſ.extra ordinẽ,& in ver.moderationẽ.Idem docuit gl.in d.c. menſurã,ver.ſacerdotis. dicens,ꝙ poteſt augere; & minuere Sacerdos pęnã à iure expreſſam, & nõ expreſſam.idẽ docuit Bar.in d.l.hodie. dicens,ꝙ q̃dã ſunt crimina ordinaria,q̃ hñt pęnã ordinariã: & ipſam poterit iudex augere;& minuere,cognita cã.vt in l.quid ergo, §.pęna grauior,ff.de his, qui not. infa.ſed ſi non hñt pęnã limitatã: tunc Iudex imponit pœnã ſuo arbitrio.vt in l.ſanctio legũ,ff.
226 de his,q not.infam.Pęna † ẽt extraordinaria dñ augeri,& minui,reſpectu eius,qđ fieri conſueuit. vt docuit quoq; gl.in d.l.hodie. idẽ docuit Vbertus Locatus in ſuo elegantiſſ.opuſculo,dicto iudiciale Inquiſitorũ.in verſ.Iudex,concl.10.idem docuit Marſil.in l.in lege Cornel. nu.6. ver.quia vbi nõ eſt expreſſa pœna,ff.ad l.Corn.de ſicar.vbi alia iura,& Doctores citat.idẽ docuit Iac.Beltriſu,in ſua pract.iudiciaria;tit.Quotuplicia ſunt iudicia; nu.158.ver.itẽ in eis.idẽ docuit Albert.de Gand. in tract.malef.ſub.rubr.qũo cognoſ.de malef.p exceptio.nu.2.ver.quia hoc eſt gñale in lege.idẽ docuit Boſſius in ſua praxi crim.tit.de pęnis, nu.23. ver.pęna vbi nõ determinata. idẽ docuit Vbertus in ſuo iudiciali inquiſit.ver.pœna,nu.6.idẽ docuit Ioãnes Millens in ſua praxi crim.tit.de pęnis, nu. 45.& 46.Idẽ docuit Hypp.de Marſi.in ſuo cõſ.24. nu.34.verſ.& vbi pœna.& in conſ.109.nu.24.verſ. Nã qñ.& in l.de minore,nu.40.ff.de quæſt.idẽ docuit Card.in clem.1.not.12.de teſtib.idem docuit rurſus Hypp.de Marſi.in ſuo cõſi.29.nu.56.verſ.p quo facit.& in conſ.67.nu.50.verſ.ꝙ vbi pęna.idẽ docuit Andr.Tiraquel. in tract.de pœnis tempr. cauſa 31.nu.34. verſ.ſexto intellige in pœnis arbi

trarij

trarijs.idem docuit Panor.(sequens dictã gl.in d.
l.hodie)in c.inquisitionis,col.4.ĩ vers.in gl.in ver.
alioquin,ext.de accusat.dicens. & nota hoc dictũ
perpetuò, quia arbitrium Iudicis in impositione
pœnæ restringitur ex consuetudine.hæc ille: quasi
diceret,regulariter,etsi ex causa liceat illas auge-
re,vel minuere:ne sibi contrarius videatur,cũ (vt
latius superius fuit probatum) sæpius hoc ipsum li
cere Iudici ex causa ipse Panor.fuit:dum de pœna
iuris communis,& municipalis augenda, vel mi-
nuenda faceret verbum.

Probatur & tertiò hac rõne,videlicet. Cùm mi
227 nus sit augere,† & minuere pœnas extraordina-
rias statutas à iure,q̃ ordinarias:& per allata in p-
cedentibus duabus limitationib. & earũ amplia-
tionib. fuerit probatũ Iudicib. licere augere,& mi
nuere pœnas ordinarias. Inde patentissimè sequi-
tur Iudicibus ex causa licere minuere,& augere pe
nas extraordinarias,idest consuetas, iuxta regulã
illã iuris.Cui licet,quod plus est,licebit quod mi-
nus est,vt docet tex.in c.cui licet,de regul.iur. in
6.& in l.non debet,ff.de regul.iur.

Limita primò dicta in pcedẽti ampliatione,di
228 cẽdo, q̃ etsi Iudex possit ex cã † augere,vel mi-
nuere pœnã extraordinariã,i.nõ statutã in aliquo
iure,sed consuetam,per consequens illam impone
rẽ suo arbitrio. Nihilominus memor sit ipse Iudex
(in ipsa indicenda)æquitatis,& declinare in partẽ
humaniorem. Necnon recurrere ad alia iura tanq̃
ad exemplaria, qñ à iure cõi non reperiret taxatã
pœnam iniungẽdam alicui criminoso,pro suo cri
mine perpetrato,cõsideratis qualitatib. ipsius cri-
minosi,& criminis commissi,congruo ordine pro
cedens,vt inde elicere possit normam iustè ipsam
pœnam augendi,vel minuendi:nè incurrat pœnas
iuris taxatas contra Iudices non legitimè,ac iuri-
dicè augentes,vel minuẽtes pœnas infligẽdas reis
pro demerito suarũ culparũ. Quapropter debet Iu
dex se cõformari dispositioni alicuius alterius iu
ris. Nã iuxta doctrinam Pan.in c.de causis,in fin.
229 ext.de offi.deleg. tunc dicendũ erit pœnã † non
esse in iure expressam,qñ illa nõ est cauta in cano
nibus,nec in legibus,nec in statutis, siue iurib.mu
nicipalibus,neq; iure cõsuetudinario ſm ẽt Host.
Vnde qñ deficit pœna canonis,debem⁹ recurrere
ad pœnã legis ciuilis,seu ad pœnã cõsuetudinariã;
dummodo illa non contradicat menti canonũ: cũ
sñia excedens consuetudinẽ loci sine causa,sit iniu
sta. Animaduertat insuper Iudex Ecclesiasticus,q̃
si non reperiret pœnã taxatã à iure cõi, nec à pro
prijs statutis synodalib.(vt docet Diaz in sua praxi
can.crim.c.136.incip.in corrigendis, vers.si verò
occurrenti.tamq; boni psules,qui assolent,aut ius
cõe supplẽdo delictis plurib.specialẽ pœnã impo
nere in statutis suis synodalibus, aut idẽ ius adiu
uando(qñ sic expedit)pœnã à iure impositã aggra
uare,vel minuere,qđ licere eis iã fuit probatũ abũ
de satis. Deficientib.ptærea propriæ diœcesis syno
dalib.statutis,ad statuta prouincialia erit recurrẽ
dum. Qñ verò & illa deessent,aliarũ diœcesum in
imponendis pœnis imitari statuta æquissimũ erit
iudicandũ,magisq̃ pprio ducisensu, vel arbitrio:
nisi qualitas tpis,locorũ,vel personarũ aliud suase
rit. & tõ psentis sñiæ est,qm in tali casu cõiter lau-
de dignus æstimatur Iudex si in imponenda hmõi
pœna sequeret opinionẽ alicuius Doctoris(quan-
tumuis remotis partib.scribentis)quãto magis di
gnus pconio habebit, si sequeret synodalẽ sñiam,

vbi tot sana interesse consilia prudẽtissimorũ viro-
rũ assolent? At verò vbi canonica, vel synodalis cẽ
sura non adest:tunc demũ,& nõ priùs(& sic intel
ligẽda erit sñia Panor.supra relata ſm eius mentẽ)
ad ciuiliũ legum imitationẽ, in ipsis pœnis impo
nendis descendere debebit Iudex Ecclesiasticus:si
sibi legalis dispositio clericorũ statui, personis,ac
rebus proportionabilis iudicabit. Nec alicui mi-
rum videri poterit,qđ diximus Iudicẽ Ecclesiasti
230 cum † imitari debere leges ciuiles in defectũ le
gũ Pontificiarum. tum quia hoc docuit tex.aper-
tiss.in c.1.ext.de noui ope.nunc. Vbi Lucius III.
Papa scribẽs Paduano Epo,inter alia dixit. [Quia
verò sicut leges non dedignantur sacros canones
imitari, ita & sacrorum canonũ statuta Principũ
cõstitutionib. adiuuant.] hæc ibi. & in c.1.§.fi.dis.
10. Nicolaus Papa infrascriptis vtitur verbis, vide
licet. [Non q̃ Imperatorũ leges(quib.sæpe Eccle
sia vtitur contra hæreticos,sæpè contra tyrannos,
atq; prauos quosq; defendit) dicamus penitus re-
nuendas:sed q̃ eas Euangelicis, Apostolicis, atq;
Canonicis decretis(quib.postponenda sunt) nullũ
posse inferre piudicium asseramus.] hæc in d.§.&
hoc quidem nõ est mirum:cùm & Imperator idip
sum pceperit circa leges canonicas. vt docet text.
in Auth.vt clerici apud pprios Epos,§.si verò Ec
clesiasticũ sit delictũ.vbi dr.[Cum oporteat talia
Ecclesiasticè examinari,& emẽdari aĩas delinquẽ
tiũ per Ecclesiasticã mulctã,ſm sacras,& Diuinas
regulas, quas ẽt nræ sequi non dedignant leges.]
hæc ibi.idẽ hr in c.fi.ext.de secundis nupt. vbi dr.
[cũ in his præsertim sæculares leges nõ dedignent
sacros canones imitari.] idẽ hr prorsus in c.cleri-
ci,ext.de iudicijs, & in alijs iurib. Inde sequitur,
q̃ Episcop⁹ possit per ppriũ statutũ clericis crimi
nosis imponere pœnas eãdẽ,quas leges,vel Princi
pum,seu populorũ statuta imponũt laicis tale de-
lictũ cõmittentibus,dũmodo tales pœnæ non sint
contra ius canonicũ,prout docuerũt Anch.in cõs.
18.incip.in quæst.col.1.& fin.Geminianus, & Præ
positus in c.synodum,§.neq; vllã,dist.17. & rursus
ipsemet Præpositus in c.dignũ.3.q.9. & in c.quia
iuxta.5.q.6.Cardinalis de Turrecremata in d.c.di
gnum.Felinus in c.Ecclesia S.Mariæ,col.46.versi.
ex hoc nota,ext.de constit.& Henric.de Bottis,in
tract.de synodo Epi,in 3.par.art.1.13.concl.vers.
Amplia septimo.quos Diaz vbi sup.in fi.refert ac
sequitur. Et q̃ vt habeat optima regula,per quã Iu
dex vtriusque fori , & præcipuè Ecclesiastici sciat
quid sit sibi obseruandum in imponendis pœnis ;
quando pœna est arbitraria. Nam in arbitrãdo di
231 scretus Iudex † debit considerare delinquẽtis cõ
ditionẽ,& an soleat eadẽ, vel alia delicta ppetra-
re,an casu ceciderit,vilis, an honesta psona sit,do
ctus an indoctus,sacerdos an alterius ordinis, Iu-
dẽs an coactus,lacessitus vel nõ deliquerit. An fue
rit scãdalũ ortũ ex delicto,vel ne. Attẽdere ptærea
debit qualitatẽ loci delicti, grauius nè iudicet de
lictũ in regno,vel loco illo,quam alibi:in foro,Ec
clesia,aut loco deserto,priuata via,siue domo. De
licti insuper diuturnitatẽ,seu grauitatẽ,ac irrogã
tæ iniuriæ,modũ & atrocitatẽ:aut damni dati ma
gnitudinem examinare conueniet:noctè aut die,
armis aut sine eis,præcedẽtibus insidijs, aut aper
to marte commissum fuerit delictum:per solũ cle
ricum,aut cum complicibus. Personæ insuper of-
fensæ qualitates nimis ponderandæ erunt: cũ ipsæ
sint,quæ augere,vel minuere soleant quodcunque

facinus, videlicet an vilis fuerit offensus, vel dignitate præditus, æqualis cōditionis, an potestate, & auctoritate superioris, laicus, an clericus, siue religiosus: senex, an iuuenis, amicus an inimicus, necessarius an extraneus, vir aut fœmina. Nec indecens præterea erit temporis commissi criminis habere rationē sacris, an festis diebus, aut alijs indicijs stantibus, aut non scelus fuerit admissum. Quotiēs præterea per Ecclesiasticum Iudicem taxandum venerit damnum illatum alicui ictu, vel vulnere per clericum, vt debita satisfactio fiat in memoriam Iudicis obsecro, veniant verba notāda Iurisconsulti, in l. fin. ff. de his, qui deie. vel effude. Quæ quidem tanq̃ in proposito satis vtilia transcribere libuit. [Cū liberi hominis corpus læsum fuerit, Iudex computat mercedes Medicis præstitas, cęteraq; impēdia, quę in curatione facta sunt. Prętetea operarum, quibus caruit, aut cariturus erit, ob id, quòd inutilis factus est. Cicatricum autem deformitatis nulla fit ęstimatio, quia liberum corpus, nullam recipit æstimationem.] Quamuis hoc quod de cicatricibus dicitur: credimus limitandum fore, dicendo hoc esse verum, nisi ille in facie vulnerati remaneant; quia tunc de illis considerationem existimo maximam habendam esse. Quis enim dubitat maiorem iniuriam clericum intulisse læso, si ex vulnere cicatrix magna in facie remaneat, quàm si leuis, aut nulla? Meritoque ob id ad pleniorem satisfactionem vulnerantem compellēdum. Neq; aliud arbitror sensisse Iurisconsultum in dicta l. fi. Cum ille æstimationem cicatricum, aut deformitatis faciendam prohibere videtur, quia si membrum est saluum, cicatrices damnum non inferunt, non verò vetat, quin ex hoc iniuria possit atrocior iudicari, & maior iniungi satisfactio delinquenti. Quibus omnibus libertimo animo per Iudicem circumspectis, quantum doli, seu malitiæ fuerit in crimine, facilè erit intelligere, & sic condigna pœna punire nocentes debet; vt nec ipsi rei, qui iustitię seueritatem experiuntur, de eius excessu possint iustè conqueri, nec alij, qui zelo æstuant, ac iustitiam esuriunt, tenuitatem pœnæ reprehendant, eiusque timorem neminem à similibus criminibus arceri audeant proclamare. Et q̄ Iudex in causa Ecclesiastica possit iudicare secundum iura ciuilia, deficientibus in materia oc-
232 currenti Pontificij legibus † probatur per citatum c. 1. dist. 10. & in c. si in adiutorium, dist. 10. vbi refertur August. sanctissimi sentētia verbis his contenta, videlicet [si in adiutorium vestrum etiā terreni Imperij leges assumendas putatis, non reprehendimus. Fecit hoc Paulus, cum aduersus iniuriosos ciuē Romanū se esse testatus est.] hæc ibi. Idipsum docuerunt gl. & Doctores in supracitatis iurib. Hęc ergo limitatio sic ampliata & declarata ac deniq; de theorica ad practicā translata. Probatur (vltra citatas auctoritates) triplici medio. Primò. n. per tex. apertissimum in c. fi. ext. de trāsactionib. Vbi Honorius Tertius infrāscriptis verbis approbauit pręsentem limitationē, videlicet. [Ex parte tua, & infra. Poteris ad cōponendū interponere partes tuas, & interdū aliquid seueritati detrahere, prout (statu Imperij, & excedentiū multitudine prouida deliberatione pensatis) videris expedire; exceptis nimirū casibus, qui cōpositionis, siue dispensationis remediū nō admittunt: vtpotè coniugij sacrm̄, qd̄ cum nō solum apud Latinos & Gręcos, sed ēt apud fideles, & infideles existat, à seueritate canonica circa illud recedere non licebit. In his verò super quib. ius non inuenit expressum, procedas (ęquitate seruata) semper in humaniorem partē declinando, secundū q̄ personas & causa, loca & tēpora videris postulare.] hęc ibi. Idē probatur per tex. in c. de causis, §. fi. ext. de off. deleg. vbi Alex. Tertius infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. [Illis ēt, qui pro causis tibi cōmissis, ad citationē tuā venire, aut tuo super his parere iudicio neglexerit: si tale fuerit negotiū, qd̄ certa exin de pena in canonib. exprimat, eādē infligas; alioquin ipsos pro delicti qualitate, & causa s̄m tuum arbitrium punire procures.] hæc ibi. Idē probatur per tex. in c. sicut dignū, i princ. ext. de homic. vbi hęc hn̄t, videlicet. [Sicut dignū, & infra. Sanè cùm vir discret⁹ existas; pleniùs nosti, q̄ in excessib. singulorū; non solū quantitas, & qualitas delicti, sed ętas, & sciētia, sexus, atq; cōditio delinquētis sunt attendenda; & non solū secundū prædicta, sed s̄m locū, & tempus, quo delictū cōmittitur, vnicuique pœnitentia debet indici, cū idem excessus magis sit in vno, q̃ in alio puniendus.] hæc ibi. Idem probatur per tex. in l. hodie, ff. de pœnis. cuius tenorē ad verbum retuli in ampliatione quinta immediatè præcedenti. Idem probatur per tex. in l. 1. §. expilatores, ver. quibus, ff. de effractorib. & expilat. vbi hæc habētur, videlicet. [Quibus nulla specialis pęna rescriptis principalib. imposita est. Idcirco causa cognita liberū erit arbitriū, statuendi ei, qui cognoscit] & in vers. oportebit. ibidem hęc habētur, videlicet. [Oportebit aūt ęquè & in effractores, & in cæteros supradictos causa cognita statui, prout admissum suggerit; dummodo ne quis in Plebeio operis publici pęnā, vel in honestiore relegationis excedat.] hæc ibi. Idem probatur per text. in l. respiciendum, in princ. ff. de pęnis. vbi hęc habētur, videlicet. [Respiciendum est iudicāti, ne quid durius, aut remissius constituatur, q̃ causa deposcit: nec. n. aut seueritatis, aut clementiæ gloria affectāda est; sed perpenso iudicio prout quæq; res expostulat, statuendū est: planè in leuiorib. causis proniores ad lenitatē Iudices esse debēt, in grauiorib. pęnis seueritate legum cum aliquo temperamēto benignitatis subsequi, hęc ibi.]

Probatur insuper secundò per arg. in l. aut facta, ff. de pœnis, cuius tenorē ad verbū, & ipsius interpretationē, seu rōnem citationis reperies allatum in probationē limitationis primę vtriusq; quartę ampliationis precedentis. vide ergo ibi. quia deseruiet tibi ad ueritatē pręsentis limitationis percipiendā. Probatur & secundò p̄sens limitatio Doctorū snīa (vltra paulòantè allatas) Nam gl. not. in d. c. fi. in vers. ęquitate. infrascriptis verbis notatu dignis à Iudicib. vtēn., videlicet ęq̄tate, quā Iudex pręoculis semper debet hr̄e, in l. quod si Ephesi. in fin. ff. de eo, qd̄ cer. lo. & iō cū ius scriptura deficit tunc ęquitas preferēda erit rigori iuris: & eodem dr̄ de consuetudine, q̄ seruanda erit deficiēte lege, & vbi ius scriptū non est, de similib. ad similia procedendū erit. vt in l. non possunt, ff. de legib. & in vers. inhumaniorem ipsamet gl. dicit. q̄ semper debeamus promptiores esse ad absoluendum, quàm ad ligandum, seu condemnandū. & in vers. causa. tradit ipsamet gl. hanc optimam regulam, dicens.
233 In omnib. pœnis † inferendis considerantur ista quatuor principaliter. Persona, causa, locus, & tēpus. quod & ibidem probat. Idem docuit in d. §. expilatores Bart. breuiter, q̄ quando pœna in iure

nou

non eſt limitata, remaneat imponenda officio Iudicis, ſed latius in d. l. aut facta, per totũ. ſed præcipuè in §. nonnunquam. Idem docuit Hoſtienſ. in Summa, tit. de pœnis. §. quæ, & quibus. & per quẽ pœnæ imponendæ ſunt. idem docuit Panorm. in d. c. fin. col. 2. verſic. item nota, quòd in caſibus in iure non expreſſis. extra de tranſact. his verbis vtens, videlicet: Item nota, quòd in caſibus iure nõ expreſſis debet Iudex ſemper inclinare in partem humaniorem, & habere æquitatem præ oculis, & pœnam imponere, habito reſpectu ad perſonas, cauſas, loca, & tempora. hæc ille ibi, qui Panorm. ibidem in verſic. ſed quæro, quia text. ſubdens & alia notatu digna in fauorem præſentis limitationis facientia, dicit, quòd ſecundum Ioan. Andr. ſequentem Beatum Cyprianum, æquitas eſt iuſtitia dulcore miſericordiæ temperata, necnon dici poterit ſecundum eoſdem æquitas eſt rationabilis modus continens miſericordiam & rigorem.

234 Quapropter jus † ab æquitate differt in hoc, quòd ius eſt deciſio, quæ fit ſecundum iuris regulas; æquitas verò eſt quædam conuenientia, & quoddam temperamentum recedens ex cauſa à cõmunibus regulis iuris, vt notat Bart. in l. 1. C. de legibus. hæc Panormitanus, qui ibidem col. 3. verſic. & an, & quando. infraſcripta docuit, dicens, an & quando æquitas ſit ſeruanda communiter Doctores hic, & in l. 1. C. de legibus. faciunt tria membra, dicentes. Aut neutrum eſt ſcriptum, ſcilicet nec ius, nec æquitas: aut alterũ ſolùm eſt ſcriptum, aut vtrumque. Primo caſu cum neutrum eſt ſcriptum, debet Iudex ſeruare æquitatem, vt docuit tex. in l. placuit. C. de iudicijs. vbi hæc habentur, videlicet: [Placuit in omnibus rebus præcipuã eſſe iuſtitiæ, æquitatiſq; ſcriptæ, quàm ſtricti iuris rationem.] hæc ibi. Ex cuius tex. verbis Panor. vbi ſupra elicit (vt etiam videtur ſentire glo. ibid.) quòd vbi jus non reperitur expreſſum debet Iudex ſeruare æquitatem. Ad hoc adde notabile dictum Innocentij in cap. 1. extra de conſtitu. quod & ſequitur Bart. in d. l. placuit. Dicit enim, quòd in his, quæ relinquuntur arbitrio Iudicis, debet ſemper ſeruare æquitatẽ: & ex hoc caſu debet intelligi tex. in Authen. iuſiurandum. quod præſta. ab his. in §. æqui iùs. vbi dicitur, quòd Iudex debet iurare ſeruare æquitatem. Secundo caſu, cùm alterum tantùm eſt ſcriptum, illud eſt ſeruandum, arg. in c. ſcriptum. 6. q. 3. & in l. proſpexit. ff. qui, & à quibus. Tertio caſu, aut ius eſt ſcriptũ in genere, & æquitas in ſpecie, vel econtra. & ſeruandum eſt quod in ſpecie reperitur ſcriptum: quia ſpecies derogat generi, vt in c. 1. extra de reſcrip. & in c. generi. de reg. iur. in ſexto. Aut ambo ſunt ſcripta ſpecialiter, aut generaliter, & tunc communiter tenetur, quòd æquitas eſt præferenda: quia pars fauorabilior præferenda eſt, vt in c. odia. de regul. iur. in ſexto. hæc omnia Panormit. vbi ſupra, quæ ſummopere (ſi bene librentur) deſeruiunt veritati præſentis noſtræ limitationi. Quapropter ſtudeas per limitationis probationem cognoſcenda quamplurima notatu digniſſima, pro intelligentia ipſius æquitatis præferendæ videre quæ latè in l. in omnibus. ff. de reg. iur. vbi docuit Cagnolus, & Decius. Idem docuit Archid. in c. ſi ergo. 17. q. 1. Idem docuit Henricus Boich in c. in Archiepiſcopatu. extra de raptoribus. Idem docuerunt communiter Doctores in citatis iuribus. idẽ prorſus docuit Bernardinus Diaz in ſua Praxi Cano. crimin. in c. 136. incip. in corrigendis. & in c. 138. incip. Cùm generaliter. idem docuit Vbertus in verſic. pœna. nu. 6. verſic. pœna. vbi non eſt à iure determinata. Idem docuit Ioannes Milleus in ſua Praxi crim. titu. de pœnis. per totum. Probatur & tertiò hac ratione præſens limitatio. Cùm enim

235 æquitas † regulariter præferenda ſit in rigori, vt in l. placuit. & ibi per Doctores. C. de iudicijs. Inde elicitur veritas præſentis noſtræ limitationis: cùm æquitas ipſa requirat, quòd Iudex præ oculis Deum habeat, & ponderet ante prolationem ſententiæ pœnalis omnia merita cauſæ, & circunſtantias, de quibus ſermo copioſiſſimus fuit ſupra habitus in præſenti limitatione, & in iuribus citatis ibidem.

Amplia ſingulariter dicta in ampliatione ſeptima dictarum limitationum duarum concluſionis quintæ præſentis tractatus, dicendo, quod Iudex regulariter ex rationabili cauſa in pœnis arbitrarijs iniungendis, ideſt quãdo ius tam commune, quàm municipale nõ taxaſſet ſpeciales pœnas contra perpetrantes talia crimina, poterit punire ipſos criminoſos ſuum arbitrium, extendendo vſque ad pœnam mortis naturalis inſſigendam

236 incluſiuè, in foro ſeculari, † quando qualitates criminis, & aliæ circunſtantiæ cõcurrentes in eodem crimine prudenter ponderatæ meritò mouere deberent ipſum Iudicem ad ipſam mortis naturalis pœnam iniungendã. & in foro Eccleſiaſtico, in quo non imponitur talis pœna ſanguinis: pari modo Iudex poſſet extendere arbitrium ſuum (concurrentibus ijſdem conditionibus) vſque ad pœnam depoſitionis, & carceris perpetui, & ſimilibus inſſigendã, vt inter alios ſpecialiter docuit Diaz in ſua Praxi Canon. crim. c. 38. in fine. Exemplum poterit tale tradi, vt ſi quis dederit alapam officiali tempore ſui officij: nam etſi iniuria in ſe conſiderata non mereatur mortis naturalis pœnam: tamen conſiderata circunſtantia perſonæ qualitatis cenſebitur atrociſſima, & vltimi ſupplicij pœna digna. Quapropter Iudex in hoc caſu poſſet imponere pœnã mortis naturalis. Hæc ampliatio ſic declarata probatur triplici medio. Primò enim per tex. in l. ſacrilegij. la prima, in principio. ff. ad l. Iul. pecul. vbi hæc habẽtur, videlicet: [Sacrilegij pœnam debebit Proconſul pro qualitate perſonæ, proque rei conditione, & temporis, & ætatis, & ſexus, vel ſeuerius, vel clementius ſtatuere. Et ſcio multos etiam ad beſtias damnaſſe ſacrilegos: nonnullos, & viuos exuſſiſſe, alios verò in furca ſuſpendiſſe. Sed moderanda eſt vſque ad beſtiarum damnationem eorum, qui manufacta tẽpla effregerunt, & dona Dei noctu tulerũt.] hæc ibi. Ex quibus apertiſſimè elicitur, quòd regulariter conſideratis omnibus circunſtantijs criminis, & criminoſi poterit iuridicè (vbi pœna ſpecialiter non eſt ſtatuta) extendere arbitrium ſuũ in puniendo criminoſum vſque ad mortem naturalem inferendam ipſi criminoſo. Idem probatur per tex. in l. Sacularij. §. ſunt quædam. ff. de extraord. crim. vbi hæc habentur, videlicet: [Sunt quædam quæ more Prouinciarum cohertionem ſolẽt admittere, vt in Prouincia Arabiæ, crimen appellant, cuius rei admiſſum tale eſt. Plerique inimicorum ſolent in prædium inimici lapides ponere indicio futuros, quòd ſi quis eum agrũ coluiſſet, malo letho periturus eſſet inſidijs eorum, qui ſcopulos poſuiſſent. Quæ res tãtum terrorem habet,

vt

vt nemo ad eum agrum accedere audeat, crudelitatem timens eorum, qui scopelis non fecerunt. Hanc rem Præsides exequi solent grauiter vsque ad pœnam capitis: quia & ipsa res mortem comminatur.] hæc ibi. Idem probatur per argum. in l.2. C. de his, qui latrones, vel alijs criminib. reos occultauerunt. vbi inter alia hæc habentur, videlicet: [Et conuicti pœnas subeant competentes, nõ ignaro Iudice, quòd si aduersus innocentem ab alia causa præter latronum, vel aliorum nocentiũ inuestigationem militare auxilium postulauerit, aut dispendijs affici Prouinciales cõcesserit, commotione seuerissima, pront tua celsitudo indicauerit ferietur: Tribum etiam siue Primates numerorum, vel officiorum, qui in locis sunt, admoniti per literas Iudicis, si adminiculum militare præbere noluerint, aut si ab ipsis militibus dãna Prouincialibus inflicta fuerint, & damna, & læsiones restituent, & acerrima condemnatione pro arbitrio virorum illustrium, magistrorum militum ferientur.] hæc ibi. Dixi probari præsenté ampliationem per argum. in d.l.2. eo quòd etsi ad verbũ veritas ipsius non eliciatur, non tamen negari poterit quin ex ipsa elieiatur: cùm dicatur Iudices posse pro arbitrio suo seuerissima commotione feriendi criminosi, & acerrima condemnatione ipsos criminosos puniendo pœnis competentibus non ignaro Iudice, ac si apertè diceretur Iudices posse pro suo arbitrio eos punire acerrima cõdemnatione, scilicet mortis, cuius pœnæ nulla est acer
237 rima: cum ideo dicatur vltimũ supplicium, † eo quòd vltimum terribilium sit ipsa mors, prout docuit Glo. in l.1. in vers. grauissima. C. nemini lice. sig. salua. &c. dicẽs. Grauissima, scilicet pœna mortis, quæ est grauissima, vt in l. vltimum. ff. de pœnis. cui consonat doctrina etiam glo. in l.1. versic. grauissimam. C. de seditiosis. Idem probatur per tex. in l. lex Iulia. de repetundis. §. hodie. ff. ad l. Iul. repetun. vbi hæc habentur, videlicet: [Hodie ex lege repetundarum extra ordinem puniuntur, & plerumque, vel exilio puniunsur, vel etiam durius, prout admiserint. Quid enim si ob hominem necandum pecuniam acceperint, calore tametsi inducti interfecerint, vel innocentem, vel licèt nõ acceperint, calore tametsi interfecerint, vel innocentem, vel quem punire non debuerant? Capite plecti debent, vel certè in insulam deportari, vt pleríque puniti sunt.] hæc ibi. Ex quibus apertissimè claruit veritas præsentis ampliationis. Idem probatur per argum. in l. pedius. ff. de incend. rui. & naufr. vbi hæc habentur, videlicet: [Pedius posse etiam dicit ex naufragio rapere eum, qui cùm nondum naufragium fiat, in ipsa trepidatione rapiat. Diuus Pius Antonius de his, qui prædam ex naufragio diripuissent, ita rescripsit. Quod de naufragijs, & ratis mihi scripsisti, eo pertinet, vt explores, qua pœna afficiendos eos putem, qui diripuisse aliqua ex illo probantur. Et facilè (vt opinor) constitui potest. Nam plurimum interest, peritura collegerint, an quæ seruari possint, flagitiosè inuaserint. Ideoq; si grauior præda vi appetita videbitur, liberos quidem fustibus cæsos in triennium relegabis, aut si sordidiores erunt, in opus publicum eiusdem temporis dabis, seruos flagellis cæsos in metallum damnabis. Si non magnæ pecuniæ res fuerint: liberos fustibus, seruos flagellis cæsos dimittere poteris. Et omnino, vt in cæteris, ita in huiusmodi causis ex personarum conditione, & rerum qualitate diligenter pœnæ sunt extimandæ: ne quid aut durius, aut remissius constituatur, quàm causa postulabit.] hæc ibi. Et animaduertendum, ꝙ dixi nostram ampliationem probari per arg. in l. pedius. & non per dictam l. pedius. quoniam etsi ad verbum in d. l. explicitè non contineatur series verborum præsentis ampliationis, bene tamen implicitè veritas illius ex ipsa elicitur, cùm ex ipsa colligatur, quòd quando pœna à iure non esset specialiter taxata in aliquo perpetrato, tunc Iudex illam imponet secundum arbitrium suum, quod regulari debebit secũdum qualitates personarum, & criminũ ipsorum. cùm omnia crimina non sint punienda æqualiter, sed iuxta ipsorum grauitatem, vel leuitatem, ac per consequens inde sequitur, quòd si qualitas personæ offensæ, vel criminis, habito respectu ad locũ, tempus, &c. vt supra, meritò veniret puniendum pœna mortis naturalis, tunc Iudex posset etiam mortis naturalis pœnæ adijcere reum criminis illius, de quo à iure non fuit constituta aliqua pœna specialis. hæc elicinntur ex dicta l. pedius. quibus tacitè se subscripsit Bar. ibidem, dicens, quòd inde habeatur, quòd maleficium extimetur grauius, & leuius, respectu rei raptæ. Item respectu personæ rapientis. Probatur & secundò præsens ampliatio Doctorum auctoritate. Nam glosa celebris, & communiter à Doctoribus amplexata in §. in summa. in versic. extraordinaria. instit. de iniurijs. dixit, quòd Iudex poterit imponere pœnã capitis, vel status, si ipsi videbitur. & communiter ipsius sentẽtia exponitur pro pœna mortis, vt subinfert quoque ibidem additio, his verbis vtens, videlicet: Et sic vbi pœna est in arbitrio Iudicis, potest suum arbitrium extendere vsque ad mortem, quod est verum, pensata, & attenta facti qualitate, vt in l. pedius. ff. de incendio, ruina, & naufragio. hæc ibi. Et scias dictæ glo. sententiam videtur Bar. sequi in l. fin. in fine. ff. vbi pupilli edu. vel mor. debeant. vbi infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet: [Quia interdum pœna extraordinaria potest esse vsque ad pœnam capitis, vt habes glo. not. in §. in summa, instit. de iniurijs, quam teneas cordi: quæ an sit vera: dic vt dixi ibi. hæc Bar. dictam etiam glo. sequutus fuit Bal. in c.1. §. iniuria. in primis verbis. de pace iuram. firm. & in l.1. in fine. C. de his, qui latro. Panorm. quoque sequutus fuit glosæ sententiam prædictam, asserens in c. ex literis. col. fin. versic. sed contra illam Theoricam. extra de constitu. his præcisis verbis vtens, videlicet: Sed contra illam Theoricam allego glo. not. institu. de iniurijs. §. in summa. quæ vult Iudicem posse imponere pœnam capitalem, in actione iniuriarum, licèt pœna ibi sit arbitraria. Item adduco tex. satis notabilem in materia (iudicio meo) in l. sacrilegij. ff. ad l. Iul. pecul. vbi tex. imponit ibi pœnam arbitrariam, & tamen narratiuè subijcit, quòd quandoque fuit imposita pœna mortis. Vnde vbi ius specificè non disponit de crimine, indubiè credo, quòd pœna possit esse perpetua. Nã de iure Canonico modicas habemus pœnas expressas pro criminibus: vnde succesit arbitrio Iudicum, vt in c. de causis. extra de offic. deleg. vnde Iudex debet arbitrium suum informare, secundũ pœnas statutas in similibus criminibus, vt in c. tuæ. de pœnis. vbi dicitur, quòd pro magnis sceleribus debet imponi pœna depositionis. Item facit, quia est apponenda secundum qualitatem, & quan-

& quantitatem criminis, vt in cap. non afferamus. 24. q. 1. & in l. respiciendum. ff. de pęnis. hęc Panormitanus, vbi supra, qui & rursus sequutus fuit dictam glo. in d. §. in summa, in c. cum te. col. 2. vers. dices tu. extra de sent. & re iudicata. idem docuit Franciscus Viuius in suo Thesauro commu. opin. vers. Iudicis arbitrio debet, dicens hoc ipsum docuisse Bart. & Ang. in l. sacrilegi capite. ff. ad l. Iul. pecul. Addidit tamen ibidem ipse Viuius, dicẽs, ista verò omnia intellige cum grano salis, videlicet: Quòd non liceat arbitrari de pœna mortis, aut alia pœna sanguinis, nisi quando concurrent qualitates, & circunstantiæ, quæ suaderent talem pœnam imponi, vt per Imol. in c. vt inquisitionis. de hæreticis in sexto. & in l. 2. ff. de publ. iudi. distinguendo, vt ibi per eum, & in quantum hoc desiderat criminis magnitudo; secundum Bal. in l. 1. C. de his, qui latro. vel in alie. crim. occul. Nam Iudex tenetur attendere facti, & personarum qualitatem, in tantùm; quòd si Iudex his non præmissis procederet ad pœnã sanguinis, posset ab eius sententia appellari, vt per Doctores in cap. super his. extra de accusat. Aret. in d. §. in summa. & Marsil. in l. quæstionis modum. ff. de quæst. & in Pract. crim. §. constante. nu. 8. & sequenti. Idem docuit Alexan. in consil. 5. col. fin. & cons. 62. col. 2. idem docuit Signorellus de Homodeis in cons. 70. idẽ docuit Salycetus in rubr. C. de quæst. qui omnes Doctores citantur ab ipso Francisco Viuio, vbi supra, & supponunt, vt ibidem Viuius asserit, glo. supra dictam in d. §. in summa. cõmuniter approbari. idem docuit Robertus Maranthæ in suo Speculo in quarta parte principali. incip. Quarta pars deuenio nunc. nu. 54. versic. dico in tanta opinionum varietate, dicens hanc sententiam magis communem, & rursus ibidem nu. 55. versic. secundo limita, dummodo sit delictum. idem docuit Ioan. de Ana. in c. inquisitioni. in fine. extra de accusat. vt refert, & sequitur Diaz in sua Pract. Canon. crimin. c. 38. in fine. idem docuit Felinus in c. cum te. col. 2. in princ. extra de sent. & re iudic. & in c. inquisitionis. in fine illius principij. extra de accusat. & rursus in d. c. ex literis. col. antepen. extra de constitu. in finalibus verbis ipsius ibi habitis. idem videtur docuisse Hyppolit. de Marsil. in sua Pract. crim. §. oportunè. nu. 48. in vers. iam vbi verba. & sequentibus numeris. dicens, quòd vbi verba possunt verificari tam in morte ciuili, quàm naturali, in dubio intelligitur de morte naturali, vt in l. ex ea parte. §. insulam. ff. de verb. oblig. & in l. cùm pater. §. hęreditatem. ff. de legat. 2. & in l. Statius. §. Cornelio. ff. de iure fisci. & in c. susceptum. de rescriptis in sexto. & ibi per Doctores. quoniã verba semper capiuntur in potiori significato, vt elicitur ex tex. in c. si quem. extra de sent. excom. vbi dicitur, quòd si Iudex dicat simpliciter, te excommunico, non addendo maiori, vel minori excõicatione, intelligitur illũ excõicasse maiori excõicatione; & in statutis quoque verba capiuntur propriè, vt in l. 3. §. hęc verba. ff. .. Pęna aũt capitis intelligitur propriè de morte naturali, & impropriè de morte ciuili, vt doctissimè docuit glo. 2. in l. transigere. C. de trãsact. ex quo sequitur, quòd plura iura loquentia de pœna capitis, intelliguntur de morte naturali, & nõ ciuili, quod nota pro intellectu l. Saccularij, §. sunt quædam. in vers. vsque ad pœnam capitis. ff. de extraord. crimin. & in l. 1. in versic. punitur capite. eod. tit. & in l. 1. in vers. capite puniatur. C. de falsa moneta. & in l. capitalium. §. solent. vers. capite plectendi. ff. de pęnis. & in l. 1. vers. capite puniatur. C. de eunu. & in l. nemo. in versic. supplicio capitis. C. de malefic. & in l. præsenti. C. de his, qui ad Eccles. confu. & in l. desertorem. §. in bello. ff. de re militari. in versic. capite puniuntur. & hæc omnia attulisse Felinum in d. c. ex literis. col. 12. refert ipse Marsil. vbi supra, quibus videtur astipulatum fuisse, tum quia ipsis non solùm ibi non fuit aduersatus (etsi subdiderit se velle de eadem quæstione, scilicet an Iudex in arbitrarijs pœnis possit se extendere vsque ad iniunctionem pœnæ mortis) cùm ex ipsis eliciat, quòd verba legum, ac statutorum sint semper capienda, secundum potiorem, & magis proprium significatum in dubio. & sequatur glo. secundam, in d. l. transigere, quòd appellatione pœ-
238 næ capitis † propriè venit pœna mortis naturalis, & non ciuilis, quæ solùm mors dicitur impropriè, eò magis, quia lex loquens de eadem materia in l. de vnoquoque. nu. 1. 2. & 3. ff. de sent. & re iudicata. eandem approbans regulam, in qua habetur; quòd verba semper in dubio sint capienda in potiori significatu dicit, quòd appellatione sententiæ tam in iure cõmuni, quàm municipali contentæ, intelligendum erit de sentẽtia diffinitiua, & non de interlocutoria. qui & alia exempla similia subintulit ibidem. Ex quibus omnibus elici videtur idipsum sentijsse, quod continetur in nostra ampliatione. idẽ docuit apertissimè Imola in d. c. ex literis. & in l. 2. ff. de pu. in vers. quid autem. si aliquo casu pœnã. vbi huiusmodi optima
239 diffinitione vtitur, videlicet: Quandoque † lex, vel statutum dicit, quòd pœna sit in Iudicis arbitrio, & vsque ad pœnã mortis, & tunc clarum est, quòd eius arbitrium potest se extendere ad pœnam mortis, vt in l. Saccularij. §. sunt quædam: & ibi casus. ff. de extraord. crimin. Quandoque lex, vel statutum dicit pœnam esse Iudicis arbitrio, dummodo se non extendat ad pœnam mortis, & tunc clarum est, quòd illam imponere non poterit. Probatur apertè in l. 1. §. expilatores. ff. de effract. & expilat. & l. 3. ff. de crimine stellio. Quandoque lex, vel statutum simpliciter dicit pœnam esse ad arbitrium Iudicis: tunc videtur tanquam bonum virum arbitrari debere. argum. in l. vir bonus. ff. de iudi. solucu. & not. per glo. & Bart. in l. si qua pœna. ff. de verbor. signific. & in c. super his. in glo. versic. arbitrium. & in vers. astringendo. extra de accusat. & sic patet, quòd secundum facti qualitatem aliter, & aliter debet arbitrari. arg. eius, quod habetur in c. sicut dignum. extra de homic. & in d. §. sunt quædam. hæc omnia Imola, vbi supra. Ex quibus (vt etiam docet Angel. in tract. de malefic. in vers. & ibi caput à spatulis amputetur, nu. 44. vers. quęro aliqua lege, vel statuto, & nu. 45. versic. & ex his patet.) elicitur primò, quòd si delicti qualitas requirat imponi mortem naturalem ipsi criminoso, poterit Iudex ipsam imponere, quando fuisset pœna remissa arbitrio Iudicis imponenda explicitè, vel implicitè, scilicet si lex, aut statutum dixisset, si illud tale qui perpetrauerit puniatur, & nihil speciale de pœnæ qualitate subdiderit. Quòd si delicti qualitas non suaserit mortis naturalis pœnam fore imponendam, & nihilominus Iudex illam arbitrans iniunxisset, poterit ab illius iniquo arbitrio appellari; vel peti, vt reducatur ad arbitrium boni viri, vt notat glo. sing.

in

in d.c.super his.& not.glo.& Bar.in d.l.si qua pœna. idem docuit August. de Arimine in addit. ad Ang. vbi supra. nu.45. versic.tu autem in hac materia. sequitur Imol.in d.c.ex literis.& dictam gl. in §.in Summa. asserens, quòd vbi pœna est arbitraria, Iudex potest imponere pœnam mortis. & refert, ꝙ Ang.in d.§.sunt quædam. dicit, ꝙ pœna capitis in dubio intelligitur pœna mortis, quam doctrinam Bal.allegat in l.1. C. ne ex deli.defun. quòd pœna capitis intelligitur de amputatione capitis. & ego (inquit ibi ipse Augustinus) in terminis allego tex.cum Glo.in l.relegatis. in versic. capitis.ff.de pœnis.& concludens ibidẽ ipse Aug. ait: & sic arbitria potest extendi inclusiuè vsque ad amputationẽ capitis ex qualitate delicti. Arbitrabitur tamen illam pœnam, quæ imponitur ex consuetudine, secundum Bal. in l. quicunque. C. de seruis fugit. in dubio tamen in arbitrando debet inclinari in mitiorem partem, vt in cap.de causis. extra de officio deleg. & hoc intelligas in
240 Iudice. In Principe autem omnes pœnæ † sunt arbitrariæ: & poterit arbitrari pœnam mortis. Casus est in l.1.C.de sacrosan.Eccles. faciunt ibi notata per Bal. in sua repet. sequitur quoque idem August. sententiam Matthæi Matthesilani in suo notabili 48.incip. Nota, quòd vbi pro aliquo delicto. hæc omnia ex Augustino, vbi supra. Idem re vera docuit ipse Matthæus Matthesilanus loco citato. his præcisis verbis vtens, videlicet: Nota, ꝙ pro aliquo delicto imponitur pœna arbitraria, potest imponi pœna vsque ad mortem inclusiuè, glo. est institu.de iureiuran.§.in Summa, si tamen Iudex arbitrabitur, quòd imponatur maior pœna, quàm sit solita imponi, vbi de consuetudine appareat, dicitur grauare, & malè facere, nisi faciat ex causa l.hodie. ff. de pœnis. hæc ille. Idem docuit Decius in l.si fugitiui.col.4.nu.65.vers.& quando delictũ.C.qui admit.ad bo.poss.arguendo à contrario sensu verborum ipsius Decij. Nam ibi infrascriptis verbis vsus fuit, videlicet: Et quando delictum non est consumatum non potest Iudex vigore arbitrij punire ad mortem, vt not.Flor.in l.si obstetrix.circa finem.ff.ad l.Aquil.& supradicta procedunt de iure communi: in statutis au-
241 tem non punitur delictum, † nisi consumatum sit, vt not.Bar.in l.pen. §.Diuus.ff.ad l.Cornel.de sicar.& in l.is, qui cum telo.C.ad l.Corn.de sicar. Bal.in hac eadem l si fugitiui. hæc Decius vbi supra. Ex cuius sententia verbis suis expressa apertissimè arguendo à contrario sensu elicitur, quòd Iudex in delictis consumatis poterit extendere arbitrium suum vsque ad pœnam mortis inclusiuè, si qualitates delicti hoc exquirant, prout innuit paulò post ibidem à nu.84.vsque ad 89.exclusiuè. dicit, quòd de iure communi est, quòd vbi pœna non est expressa, arbitrio Iudicis cõmittitur. l.p. §.expilatores. vbi Bart.ff.de effracto.l.hodie.ff.de pœnis.not.in c.de causis.extra de officio delegat. cum simil. vbi dixi in vlt.notab. Et est regula generalis, quòd in omnibus nõ determinatis à iure, ad arbitrium Iudicis recurratur. l.pen. ff. de iure deli.cum simil.vt dixi in c.Sedes.de rescriptis. Et intelligitur commissum arbitrij boni viri: quia quod cõmittitur arbitrio alicuius, de arbitrio boni viri intelligitur, vt in l.hæc venditio. §.fin.ff.de contrahen.empt.& in Iudice not.Abbas in cap.1. extra de dilat.in 1.glo.Alex in cõs.3.incip. Ponderatis.col.pen.in fine.lib.1. Et notandum est, quòd
242 in Iudice, verba, † quæ aliàs importarent liberam voluntatẽ propter qualitatem Iudicis, intelliguntur pro arbitrio boni viri, vt not.Imo.post Host. in c.significauerunt.de testibus. & illa ratione in compromissis, voluntas, pro arbitrio boni viri intelligitur, vt dicit Bal.in c.quiotauallis, in fine.de iureiuran.& dixi in c.1.col.pen. extra de constit. hæc omnia docuit Decius vbi supra. Ex quibus patuit veritas præsentis nostræ ampliationis. qui Decius idem repetijt in c.ex literis. extra de constit. Idem docuit Ludouicus Carrerius in sua Praxi crim.c.pen.incip. Circa igitur tertium. nu.28. & 29. vbi sequitur supra citatos Doctores.addẽs, quòd Bal. in l.1. ff.de crimine stellio. dixerit, ꝙ aut lex, seu statutum simpliciter dicit pœnam esse in arbitrio Iudicis, & tunc arbitrari debet tanquam bonus vir, quod confirmauit Bart.& glo.in l.si qua pœna. ff.de verb.signific. & in c.super his. extra de accusat.& tunc secundum qualitatem facti, & personæ arbitrari debet, vt si suadeat pœnã mortis, illam imponat: & ita intelligatur d.glo. in dicto §.in summa; sin autem non arbitretur ad mortem, aliàs appellari potest, vt not.Glo.in d.c. super his.& glo.& Bar.in d.l.si qua pœna.hæc Carrerius inter alia, vbi supra. qui denique ibidem nu.34. versic, & an Iudex inferior.se remittit sententiæ Roberti Maranthæ in sua tertia disputatione, & in sua Practica, vbi hoc docuit, & limitauit multipliciter in 4.par.distin.1. Idem re vera docuit dictus Marantha in loco citato à Carrerio. nu.tamen 53. in versic.quid ergo tenendum, vbi infrascriptis vtitur verbis, videlicet: Quid ergo tenendum? Dico in tanta opinionum varie-
**tate, ꝙ prima opinio affirmatiua est magis communis, cum aliquali tamen limitatione, & modificatione. Vnde facio conclusionem, quòd Iudex
243 † in arbitrarijs potest se extendere vsque ad pœnam mortis naturalis. Hæc cõclusio probatur per textum in l.sacrilegij.la prima, ff. ad l.Iul. pecul. vbi narratiuè dicitur, quod dato, quòd pœna sacrilegij sit arbitraria (quia pro qualitate personæ irrogatur) tamen quandoq; aliqui sacrilegi combusti fuerunt: & sic probatur, quòd in pœnis arbitrarijs Iudex potest imponere pœnam combustionis, & sic mortis naturalis; & ita ad hoc illum textum ponderat Abbas in c.ex literis.col.fin.de constitu. & ibi etiam Felinus in finalibus verbis. hæc Marantha vbi supra. idem docuit Ioãnes Milleus in sua Praxi crimin, tit, de pœnis. nu.47. in versic. hodie, vbi hodie de statuto, & consuetudine Regni Frãciæ pœnæ criminales sunt in arbitrio iudicantis: ita quòd Iudex potest suum arbitrium extendere vsq; ad mortem inclusiuè, vt glo.in §.in summa. institu.de iniurijs, pensata tamen, & attentata facti qualitate, & personarum cõditione, ne quid aut durius, aut remissius constituatur, q̃ causa postulet, vt in l.Pedius, §.1. & fin.ff.de incend.rui.& naufr. idem docuit Hyppol.Bonacossa in suo Thesauro commun.opinion.versic, pœna vbi est imponenda Iudicis arbitrio. dicens, hanc opinionem esse magis communem: dummodo in ipsa imponenda attendatur, an qualitas delicti, & circunstantiarum sit talis, quòd de iure, vel consuetudine sit pœna mortis imponenda, & tunc imponi possit, aliàs non. ita dicit Alex.in consi.121. nu.6. in vlt.volum. idem docuit Barbatius in c.ex literis, nu.14.extra de constitut, idem docuit Alciatus in cons.472.in fine, idem docuit Bologn.in

repet,

repet. l. capitalium. §. famosos. num. 9. ff. de pœnis. idem docuit Aegidius Bossius in sua Praxi crim. tit. de pœnis. nu. 33. versic. pœna, vbi non determinata à iure. idem docuit Thomas Grammaticus noster Neapolitanus in decisione 36. incip. Solon ex septem Sapientibus, nu. 1. 2. versic. quod maximè procedit, dicens, quòd quando Iudici esset à lege datum arbitriũ in maleficijs, vt possit in delictis grauibus vsq; ad mortem se extendere, arg. glo. in §. pen. institu. de iniurijs. ita dicit Bal. in l. fin. ff. de rerum diuisione. Insuper notandum, q̃ Iulius Clarus in sua Praxi crim. §. fin. q. 83. versic. sed quæro. dicit, quòd secundum contenta in hac nostra ampliatione fuit iudicatum in Parlamento Parisiensi, prout attestatur Papo lib. 24. tit. 1. Aresto 2. imò & omnes Doctores infrascripti, quos contra præsentem ampliationem afferremus, se subscripserunt præsenti nostræ ampliationi, vt paulò post palàm fiet.

Probatur & tertiò. præsens ampliatio hac ratione, videlicet: Cùm regula sit à iure approbata, quòd in omnibus non determinatis à iure, ad ar-
144 bitrium Iudicis † recurratur, vt docuit text. in l. pen. ff. de iure delib. cum similibus. Inde sequitur veritas præsentis ampliationis, in qua diximus Iudicem posse extendere arbitrium suum in pœnis infligendis vsque ad pœnam mortis naturalis inclusiuè, si hoc exposcant qualitates criminis. Et quamuis tot oraculis, ac sententijs fuerit probata præsens nostra ampliatio, nihilominus posset quis insurgere contra ipsam, asseuerando eã falsam, & rationi non consentaneã, fultus auctoritate infrascriptorum Doctorum, qui omnes dixerunt, q̃ Iu-
145 dex † nõ possit pro suo arbitratu in casu, in quo de iure nulla specialis pœna est statuta, pœnam extendere vsque ad pœnam mortis naturalis inclusiuè. Doctores vero hoc tenentes sunt infrascripti, videlicet: Matthæus de Afflicto (noster Neapolitanus) in decis. 276. nu. 6. dicens, quòd Iudex non poterit extendere arbitrium suum vsque ad mortem naturalem inclusiuè, nec obstat d. glo. in §. in summa. instit. de iniurijs. dicens contrarium; quia (inquit) communiter est reprobata. & addit, quòd contra illam fit glo. in c. inquisitionis. extra de accusat. Ant. de Butr. in c. de causis. extra de officio deleg. & Bal. in l. quicunque. C. de seruis fugitiuis. Idem docuit Thomas Grammaticus (noster Neapolitanus) sequitur Bal. in d. l. quicũque. dicentem, quòd vbi pœna est arbitraria, non grauior, sed mitior pœna est imponenda per Iudicẽ, cuius arbitrio. allegat glo. in d. c. de causis. in vers. certa. hæc docuit Grammaticus in consil. suo. 39. nu. 6. versic. & sciat, quòd in arbitrarijs. qui rursus idipsum videtur sentijsse in cons. 48. nu. 2. versic. ita consuluit Eximius Doctor antiquus. dicẽs, in arbitrarijs Iudicem non posse arbitrium suum extendere vsque ad mortem naturalem inclusiuè, nec obstar dicta glo. in §. in summa. quia ipsa communiter reprobatur. hæc ibi. Idem docuisse videtur Bald. in sua Practica crimin. in rubric. de extraordinarijs criminib. nu. 4. vers. tamen scias, dicens, tamen scias, quòd Iudex in pœna extraordinaria criminum non potest pœnam imponere corporaliter sanguinis. idem docuerunt Chassan. in consuet. Burgund. fol. 43. num. 2. Felinus, & qui eum refert Villalpan. in rep. l. 22. c. 9. nu. 4. Caranita super 41. ritu Magnæ Curiæ, nu. 15. in fine. Iulius Clarus in sua Pract. crimin. §. fin. q. 83. versic. sed quæro. quos omnes refert, & sequitur Emanuel Soarez in suo Thesauro commun. opinionũ. versic. pœna si iure statut, ac determinata non sit. num. 142.

His ergo non obstantibus vnicuiq; Doctorum, respondendo quàm facillimè apparebit veritas præsentis nostræ ampliationis ex responsionibus afferendis ipsis citatis Doctoribus contra ipsam met ampliationem, cui re vera, si bene eorum mentes, & verba librabuntur iudicij statera, proculdubio competierur ipsos se subscripsisse dictæ præsenti ampliationi.

Ad Matthæum ergo de Afflicto, vbi supra, respondemus ipsum ibi locutũ fuisse de Iudice, qui nullo habito respectu ad qualitates criminis, imponeret pœnã mortis naturalis pro solo insipienti suo arbitratu, nulla de causa rationabili motus. Nos autem (vt patet in ipsis ampliationis verbis) de Iudice arbitrium suum extendẽte vsq; ad mortem naturalem, propter pessimas qualitates inhærentes ipsi delicto: & quòd hoc intenderit noster doctor Matthæus, patet ex dictis ipsius met supra. par. 2. constitu. Regni. rub. 1. o. nu. 22. prout refert Iulius Clarus, vbi supra, vbi dixit, quòd Iudex poterit extendere suum arbitrium vsque ad mortem naturalem inclusiuè, quando qualitas delicti sit talis, quòd de iure communi, vel de consuetudine, pœna mortis naturalis esset imponẽda, quod nos non negauimus in præsenti ampliatione.

Ad sententiam Grãmatici quamfacillima erit responsio, cùm ibidem ipsemet suam sententiam declarando in d. consil. 39. nu. 6. subdiderit infrascripta, videlicet: Et licèt glo. in §. in summa. institu. de iniurijs. reputata singularis, dixerit, quòd vbi Iudex habet arbitrium in pœnis imponendis, posset se extendere vsque ad pœnam mortis; nam illud procedit vbi tales erant circunstantiæ delicti, quæ pro eo veniebat de iure communi, vel ex consuetudine imponenda pœna mortis: aliàs secus per prælata. arg. eius, quod habetur in c. sicut dignum. extra de homic. ita dixit pulchrè Ioannes de Imola in c. inquisitionis. super glo. in vers. alioquin. extra de accusat. dando intellectum ad glo. reputatam singularem in d. §. in summa. & est de mente Bal. in l. fin. in fine. ff. de rerum diuis. & in l. 1. in fine. C. de his, qui latro. & in l. incredibile. C. de pœnis. Ang. in l. miles. §. edictum. ff. de testam. mili. & consuluit in specie Alex. in cõs. 115. volum. 1. vbi subdit, quòd secundum hoc saluatur alia glo. in l. sacrilegij. la seconda. in princ. in vers. considerandum. ff. ad l. Iul. peccul. & debet Iudex imponere, quæ pro similibus culpis imponi consueuit, & vbi de consuetudine non apparet suo arbitrio, hoc posset pro modo qualitatis personarum, & culpæ, iuxta l. nemo. C. de Summa Trinit. & fid. Cathol. & l. respiciendum. in princ. ff. de pœnis. hæc Grammatic. vbi supra. Ex cuius verbis ibi habitis patuit ipsum non fuisse aduersatum, imò opitulatum præsenti nostræ ampliationi: cum in ea non diximus solùm, quòd semper Iudex in arbitrarijs possit extendere arbitrium suum vsque ad mortem naturalem infligendam, sed q̃ posset facere, si qualitas criminis, & personæ criminosæ hoc de iure requisierit, quod & ipsemet Grammaticus docuit, & probauit alijs medijs. Quapropter ex dictis patet etiam responsum ad ea, quæ ipsemet dixerat in cons. suo 48. nu. 2. suprà à me relata, eo q̃ eandem interpretationem recipiant.

Et

Et quidem ex supradictis patet responsio ad reli-
quos citatos contra nostram præsentem amplia-
tionem: cùm ex ipsorum dictis eliciatur ipsos lo-
cutos fuisse, quando Iudex moueatur ad infligen-
dam mortem naturalem, vbi à iure pœna non re-
peritur taxata, nulla ratione motus, sed solo suo
arbitratu, seu arbitraria potestate, duce. Nostra au
tem ampliatio supposuit qualitates criminis hoc
expostulare, eo magis, quòd vacat ratio arguendi
à maioritate rationis hic: Nam ipsimet Doctores
se subscripserunt limitationi primæ conclusionis
quintæ præsentis tract. vbi fuit multis Iuribus, &
Doctoribus probatum, Iudicem posse aggrauare
pœnam à iure specialiter statutam contra crimi-
nosos, si ad hoc moueantur aliqua rationabili de
causa. (vide ergo ibi latiùs.) Quid ergo mirum si
dicamus, quòd Iudex in arbitrarijs pęnis, de qui-
bus in iure specialiter nulla fiat mentio, possit ex-
tendere arbitrium suum vsque ad pœnam mortis
naturalis inclusiuè, hoc exquirentibus qualitati-
bus ipsius criminis.

Ad Iulium Clarum nouissimè responsio patebit
ex suis proprijs verbis. cùm ibidem subdiderit in-
frascripta, videlicet: Sed dato, quòd esset vera opi
nio illius glosæ, illa tamen intelligẽda est, vt pro-
cedat, modò qualitas delicti, aut circunstantiarũ
sit talis, quòd de iure communi, vel consuetudine
esset pro eo delicto pœna mortis imponẽda, aliàs
secus. Et ita illam glosam communiter limitari
attestatur Afflictus super 2. par. cõstit. Regni. rub.
10. nu. 22. Hanc etiam esse communem opinionẽ
dicit Alexan. consil. 121. in fine. lib. 7. quem refert
Crauetta consil. 224. post nu. 2. versic. secundò ad-
uertendum. Decius in dicto c. ex litteris. extra de
constitu. prout illum refert Crauetta consil. 220.
nu. 24. Grammaticus consil. 39. post num. 8. Don
Anton. de Padilla. in l. transigere, nu. 27. C. de tran
sact. hæc omnia dicit Iulius. vbi supra. Ex quibus
patuit, quòd ipse non solum reprobauerit con-
tenta in præsenti nostra ampliatione: Verùm po-
tiùs ipsi se subscripserit vnà cùm supra citatis hic
ab eo. Quapropter iure optimo dicemus hos su-
pradictos omnes Doctores (quos supra citauimus
contra nostram præsentem ampliationem) do-
cuisse nos eandum, ipsiusq; veritati se subscriben
tes, licèt prima fronte videbantur ipsam eos re-
probasse.

Limita primò singulariter quæ dicta fuerunt in
præcedenti ampliatione, dicendo ipsa procedere
in delictis consumatis, non autem in attentatis
246 tantum, † & non consumatis: quia in eis nun-
quam Iudex poterit imponere pœnã mortis. Hæc
limitatio probatur triplici medio iam allato in
probationem tam secundæ, quàm tertiæ conclu-
sionis præsentis tractatus. vide ergo ibi latiùs. &
vltra allata ibi probabitur adhuc nonnullis Do-
ctorum sententijs alijs. Sciendum ergo, ꝙ præsen
ti limitationi se subscripserunt infrascripti Docto
res, videlicet Bal. in suo consi. 443. incip. Cecchus.
col. 2. volum. 3. Felinus in c. ex literis. colum. pen.
vers. secunda declaratio. extra de constitu. Et ra-
sio est in promptu: quia hodie ex generali con-
suetudine nunquam punitur delictum attentatum
sicut consumatum, sed mitius: & sic non punitur
affectus, nisi sequatur effectus, etiam in atrocissi-
mis, vt docuit Alex. & Paul. de Castro in l. 1. §. fin.
in fine. ff. quod quisque iur. & Card. Alex. seu aliàs.
Præpositus in c. 1. §. si verò voluerit. in fine. de Ca-
pi. qui cur. ven. & Angelus in cons. 14. col. 1. vbi di
cit, quòd ista consuetudo est approbata per totã
mundum. & Bald. l. si fugitiui. C. de seruis fugit. &
Salycet. in l. is, qui cum telo. ff. ad l. Corn. de sicar.
& Bar. in l. 1. §. Diuus. ff. eod. & Matthæus de Affli
cto in constitutione. incip. Asperitatem. col. 3. in
a. not. Quapropter si Iudex (vt docet Marantha in
suo Speculo. in sua quarta parte. incip. Deuenio
nunc ad quartam partem principalẽ, nu. 54. versic.
limita primò) imponeret pœnam mortis in atten
tatis, puniret affectum sicut effectum, quia maior
pœna dari non potest, quàm sit pœna mortis, iux
ta illud Philosophi. Mors est vltimum terribiliũ,
scilicet in hac vita nostra misera. Idẽ docuit De-
cius in d. l. si fugitiui. nu. 65. versic. & quando deli-
ctum nõ est consumatum, qui dicit hoc ipsum do-
cuisse. Flor. in l. idem si obstetrix. circa finem. ff. ad
l. Aquiliam.

Limita secundò dictam ampliationem, dicen-
do illam locum non habere, quando expresè lex,
247 † vel statutum limitaret arbitrium Iudicis, vt
non posset excedere in arbitrando talem particu-
larem pœnam: nam tunc ipse Iudex non posset iu-
ridicè imponere pœnam mortis. Hæc limitatio
probatur triplici medio. Primò enim per argum.
in l. 1. ff. de furibus balnearijs. vbi hæc habentur,
videlicet: [Fures nocturni extra ordinem audien-
di sunt, & causa cognita puniendi, dũmodo scia-
mus in pœna eorum operis publici temporarij
modum non egrediendum. Idem est in balnearijs
furibus. Sed si se telo fures defendunt, vel effra-
ctores, vel cæteri similes, nec quemquam percusse
runt: metalli pœna, vel honestiores, relegationis
afficiendi erunt.] hæc in d. l. 1. Dixi probari præ-
sentem limitationem per argum. in d. l. 1. quia etsi
explicitè nulla fiat mentio de nostra limitatione,
bene tamen illam implicitè probat: cùm ibi lex
expresè loquatur limitatiuè, vtendo dictione illa
[dummodo] dicit enim illos fures puniendos fo-
re pœna extraordinaria, dummodo non excedat
pœnam operis temporarijs, quo casu apertè pro-
batur eo ipso, ꝙ lex dederit Iudici potestatem li-
mitatam, sumus in casu certo, quia Iudex non po
test præterire formam legis, secundum Felin. in c.
ex literis. col. pen. vers. quinta declaratio. extra de
constitu. Plus dico, quòd iste tex. in d. l. 1. hoc aper
tissimè videtur probare. Nam ex eo, quòd lex re-
stringit potestatem Iudicis ad opus temporariũ,
est signum, quòd regulariter Iudex habuisset lar-
giores habenas in pœnis imponẽdis ad proceden
dum vsque ad mortis naturalis pœnam infligen-
da ex arbitria sibi à iure potestate concessa, quan
docunque lex hoc specialiter non prohibuisset,
quoniam aliàs frustratoria fuisset ista legis huius
restrictio ad talem solùm imponendam pœnã ibi
taxatam: si sine ea Iudex aliàs fuisset de iure re-
strictus, quòd in arbitrarijs non posset suum arbi
trium extendere vsque ad mortis naturalis pœnã
inclusiuè. Idem probatur per arg. in l. 1. §. expila-
tores. in fine. ff. de effractor. vbi hæc habentur, vi-
delicet: [Expilatores, qui sunt atrociores fures:
hoc enim est expilatores, in opus publicum, vel
perpetuum, vel temporarium dari solent: hone-
stiores autẽ ordine ad tempus moueri, vel patriæ
fines iuberi excedere: quibus nulla specialis pœ-
na rescriptis principalibus imposita est. Idcircò
causa cognita liberum erit arbitrium statuẽdi ei,
qui cognoscit. Simili modo & sacculari j, & dire-
ctarij

ſtarij erunt punièdi. Item & effractores. Sed enim Diuus Marcus effractorem Equitem Romanum, qui effracto perforatoque pariete pecuniam abſtulerat, quinquennio abſtinere iuſſit Prouincia Aphrica, vnde erat, & Vrbe, & Italia. Oportebit autem æquè & in effractores, & in cæteros ſupradictos cauſa cognita ſtatui, prout admiſſum ſuggerit: dummodo ne quis in plebeio operis publici pœnam, vel in honeſtiore relegationis.] hæc ibi. Dixi probari per argumentum in ipſa l. prima, §. expilatores, quoniam re vera præſens noſtra ampliatio probatur d. l. ſi bene ponderentur verba ipſius legis eodem modo, quo diximus probari ipſam met ampliationem per dictam l. 1. ff. de furibus balnearijs, cùm & hic ſit dictio illa [dummodo] ſicut ibi: ergo diximus illo textu præſentem limitationem probari, ita & hoc textu: repete ergo pete, quæ paulò ante ibi diximus. Probatur idipſum per argumentum in cap. de cauſis. §. illis etiam. extra de officio deleg. vbi Alexander Tertius ſcribens Carnotẽſi Electo, infraſcriptis vſus fuit verbis, videlicet: [Illis etiam qui pro cauſis tibi commiſſis ad citationem tuã venire, aut tuo ſuper his parere iudicio neglexerint: ſi tale fuerit negotium, quod certa exinde pœna in Canonibus exprimatur, eandem infligas: alioquin ipſos pro delicti qualitate, & cauſæ ſecundum tuum arbitrium punire procures.] hæc in dicto §. illis. ex quibus etiam veritas noſtræ limitationis elicitur, vt patet ad ſenſum. Probatur & ſecundò præſens limitatio Doctorum auctoritate in dicto §. illis. & in ſupradictis iuribus. Nam Bartol. in dicto §. expilatores. dicit,
248 quòd quando pœna † non eſt limitata à iure, (prout eſt in caſu præſentis limitationis) tunc Iudex poterit ipſe eam imponere, & quòd hoc ſit mente tenendum. Ex quibus verbis elicitur, quòd ipſe Bart. ſe ſubſcripſerit præſenti limitationi, arguendo ex verbis ipſius à contrario ſenſu. Idem docuit Panormitanus in dicto cap. de cauſis. colum. 1. verſic. item nota. dicens. Nota, quòd vbi certa pœna à iure ſtatuta eſt, non debet Iudex ab ea recedere. Vbi verò non eſt ſtatuta, tunc eſt imponenda ad arbitrium iudicantis: & quotidie ad hoc allegatur hic textus, vt in non determinatis à iure Iudex ipſe procedat, iuxta arbitrium ſuũ. hæc Panormitanus vbi ſupra, vnà cum reliquis Canoniſtis: quia textus in dicto §. illis. eſt per ſe apertiſſimus. Idem docuerunt & alij infraſcripti Doctores, dicentes, quòd etſi Iudices ex cauſa rationabili poſſint pœnas indictas tam à iure communi, quàm municipali augere, & minuere, etiã ſi iuraſſent in principio ſui officij ſeruare vtraque iura in puniendis criminoſis. Nihilominus hac poteſtate, eo ipſo priuati in aliquibus caſibus intelliguntur, quòd ſtatuta, vel ius aliquod commune in illis dirigendo imperatiua verba ſua ad Iudices ſpecialiter illis præcipiendo ei, vt illam pœnam inibi taxatam imponat: cùm in tali caſu non poterit iuridicè ipſam pœnam ſic taxatam alterando augere, vel minuere: & hi Doctores hoc dicentes ſunt hi, videlicet Matthæus de Afflicto in Conſtitut. Regni. incip. Rapinas. notabili primo, cuius ſententiam refert, & ſequitur Ludouicus Carrerius in vltimo cap. ſuæ Praxis crimin. incip. Circa quartum, & vltimum. nume. 31. verſic. & vide de pœna ſtatutaria. Idem docuit Aegidius Boſſius in ſua Praxi crimin. titu. de pœnis. nu. 23. verſic. adde, quòd ſi ſtatutum: ſubdens, quòd hoc ipſum docuerit Felinum in c. ſedes. col. ſina. extra de reſcript. Idem docuit Bal. in l. eum, qui. in fine. ff. de furtis. & Decius in l. ſi fugitiui. nume. 70. in verſic. & idem Bal. C. qui admitti ad bon. poſſ. &c. Idem docuit Marantha in ſuo Speculo. circa principium. in cap. incip. Quarta pars. Deuenio nunc ad quartam partem principalem. nu. 55. verſic. tertiò limita.

Probatur & tertiò præſens limitatio hac ratione irrefragabili, (meo quidem iudicio) quæ talis
249 eſt: cùm fines mandati † à mandatario in executione mandati perfectè ſint cuſtodiendi de eſſentia validitatis actus, qui virtute mandati fit: in tantum, quòd ſi illi cuſtoditi non fuerint ad vnguem, quicquid attentatum fuerit extra dictos fines, illud omnino inane, & fruſtratorium ſit, cùm ipſe mandatarius ſumpſerit poteſtatem limitatã, ac per hoc in his, ad quæ non ſe extendit mandatum, mandatarius nullam nanciſcitur iuriſdictionem, atque reputabitur ſicut reliqui nullam habentes iuriſdictionem, vt docuit textus expreſsè in c. ſi cui. de electione. in ſexto. & expreſſius in c. prudentiam tuam. §. in hoc caſu. & §. ſequenti. vbi Celeſtinus Tertius interrogatus, an valeret factum contra formã mandati? Reſpondit his verbis vtens, videlicet: [In hoc caſu taliter reſpondemus, quòd cum aliquis delegatorum Iudicum, per certum nuncium, vel excuſatorem literatoriè deſtinatum non oſtenderit ſe intereſſe non poſſe, vel aliàs de eodem Canonicè conſtare non poterit, reſidui procedere ad cauſæ cognitionem non debent: quòd ſi proceſſerint: nihil reputabuntur egiſſe. Illa quippe fuit antiquæ Apoſtolicæ Sedis prouiſio, vt huiuſmodi cauſarum recognitiones duobus, quàm vni: tribus, quàm duobus libentiùs delegaret. cùm (ſicut Canones atteſtantur) integrum ſit iudicium, quod plurimorum ſententijs confirmatur. Mandati ſiquidem excedere fines probaretur, ſi quis citrà forma reſcripti accepti præſumeret indicare.] hæc ibi. Ex his ergo patuit, quòd (vt communiter ibi, & alibi ſæpiſſimè docuerunt) attenta per mandatarium vltra, vel contra fines, ſeu formam mandati, ſunt nullius virtutis, ac valoris. Ac per conſequens Iudex vtendo ſacultate imponendi pœnam ſibi limitatè conceſſa à iure vltra fines limitationis nihil iuridicum facit, & meritò poterit puniri, tanquam iniuſtus vſurpator iuriſdictionis: cùm verum ſit dicere illum in tali exceſſu non fuiſſe Iudicem, ſed perſonam priuatam: & ideo tanquam talis poterit puniri à ſuo Superiore.

Limita tertiò dictam præcedentem vnicã ampliationem, dicendo illam non habere locum, qñ
250 lex † (tam communis, quàm municipalis) diceret, ꝙ Iudex poſſit, vel debeat pœnam moderari, quia tunc non poterit imponere pœnam mortis. Hæc limitatio probatur triplici medio. Primò enim per argum. in c. inquiſitionis. §. ſecũdò quæſiſti. ext. de accuſat. vbi Innocẽtius Tertius infraſcriptis vſus fuit verbis, videlicet: [Secundò quæſiſtis quid vobis ſit ſtatuendũ, ſi contra quempiã per inquiſitionẽ probatũ fuerit tale crimen, quod deponeret accuſatum criminaliter, & cõuictum. In quo quidem duximus diſtinguendum, vtrum ſit tale crimen, quod ordinis executionẽ ſuſcepti, aut retentionẽ beneficij, ẽt poſt peractã penitẽtiã impediret: puta, ſi homicidium commiſiſſet, vel

adeptus eſſet ordinem, aut beneficium vitio ſimoniç, quo caſu erit ſicut in accuſationis iudicio procedendũ, alioquin ſm perſonç merita, & qualitatem exceſſus, pœnam poterit iudicantis diſcretio moderari.] hæc ibi. Dixi probari præſentem limitationem per arg. in d. §. ſecũdò queſitis. cùm etſi explicitè ibi non contineatur materia dictç limitationis, benè tñ implicitè, eo ꝙ loquatur ibi textus per verbum moderari. cum talis tradatur regula à Doctoribus, ꝙ vbi lex concedit arbitriũ Iudici vtendo hoc verbo, ſ. ꝙ habeat moderari pœnas, nunquam ipſe Iudex poterit imponere pœnã mortis, quoniam verbum illud [moderari.] importat diminutionem pœnæ, prout docuerunt ſingulariter Doctores, inter quos eſt Marianus Socinus in d. c. inquiſitionis, necnon Panor. ibidem in col. 4. verſ. in glo. in verſ. alioquin. ibi non punitur plus, his verbis vtens, videlicet: Nota bene gloſam, ex qua collige vnum modum cognoſcendi, quando Iudex in arbitrarijs excedit modum imponendi pœnam. Nam ſi imponit ordinariam, vel maiorem, excedit modum: Nam ſi datur ſibi arbitriũ, vt moderetur, non debet augere, vel punire tantum, ſicut ordinariè puniret. Et ideo ſi crimen nõ impedit executionem, ſeu retentionem beneficij, non poteſt Iudex priuare clericum officio, & beneficio: quia puniret tantùm, ac ſi ordinariè. hæc Panormitanus. Idem docuit Felin. in c. ex literis, col. pen. verſic. declarat. extra de conſtit. quos refert & ſequitur Robertus Marantha in ſuo Speculo aureo Aduocatorum. in c. incip. Quarta pars. Deuenio nunc ad quartam partem principalem. nu. 52. verſic. tertiò non obſtat dictum c. inquiſitionis, & rurſus ibidem in nu. 55. in verſic. quartò limita, niſi expreſsè. Probatur & ſecundò præſens limitatio Doctorũ auctoritate, Nam infraſcripti ſe ei ſubſcripſerunt, videlicet Panormitanus, Marianus Soci. Feli. & Marantha locis ſupra citatis. Probatur & tertiò rõne ſupra allata in probationẽ ſupradictæ limitationis. vide ergo ibi.

251 Limita quartò, dicẽdo, ꝙ qñ arbitrium † datur Iudici in pœnis à iure expreſſis, prout eſt in actione iniuriarum, in qua eſt ſtatuta pœna corporalis, & pecnniaria ad arbitriũ Iudicis, vt in l. iniuriarum æſtimatio, & l. ſi. ff. de iniurijs. & in l. Pedius, §. 1. ff. de incend. rui. naufr. tunc enim Iudex propter enormitatem iniuriæ poterit arbitrari: ſecus eſt, vbi Iudici datur ſimpliciter arbitrium puniendi in pœnis non à iure expreſſis: quia tunc non poterit facere crimen capitale, quod non eſt capitale, nec pót imponere pœnã mortis, vbi crimen nõ eſt capitale, prout docuerunt infraſcripti Doctores, videlicet Felin. in c. ex litteris. col. pen. verſic. quarta declaratio. ext. de conſtit. Idem docuit Robertus Marant. vbi ſ. nu. 56. in verſ. quintò limita.

Limita quintò dicta in præcedenti vnica ampliatione, dicendo illa non habere locum, quando in ſimilibus delictis eſſet conſuetudo, ꝙ nõ imponatur pœna mortis, ſed mitior. Nam tunc regula-

252 riter non poterit Iudex † imponere pœnam mortis, ſed tenebitur ſequi conſuetudinem Curiæ ſuç, & ſic ſeruare pœnam ſtatutam à iure non ſcripto, ſeu conſuetudinario: quapropter in hoc videtur ipſum priuari poteſtate arbitraria: cùm videatur illa limitata à dicta cõſuetudinario iure. Dixi regulariter, quoniam poſſet recedere à tali pœna cõſuetudinaria, & maiorem imponere, dum hoc exigeret cauſa rationabilis (vt latiùs fuit probatum in allatis in probationẽ limitationis primæ concluſionis quintæ præſentis tractatus. Et vltra ea, quæ fuerunt producta in probationẽ ampliationis quintę, primæ, & ſecundæ limitationis concluſionis quintæ eiuſdẽ præſentis tractatus.) Hæc ergo limitatio inſuper probatur triplici medio. Primò enim per argumentum in l. ſi quis reum. ff. de cuſtod. & exhib. reorum. vbi infraſcripta habentur, videlicet: [Si quis reum criminis, pro quo ſatiſdedit, non exhibuerit: pœna pecuniaria plectitur. Puto tamen ſi dolo non exhibeat, etiam extra ordinem eſſe damnandum. Sed ſi neque in cautione, neque in decreto Præſidis quantitas certa comprehenſa eſt, ac nec conſuetudo oſtenditur, quæ certam formam habeat: Præſes de modo pecuniæ, quã inferri oporteat, ſtatuet.] hæc ibi. Dixi probari præſentem limitationem per argum. in d. l. ſi quis. quoniam etſi re vera ipſa ad verborum ſonitum ipſius legis, verbis non verificetur, bene tamen ſententia, & mente: cùm inde eliciatur, quòd conſuetudo habens certam formam taxandi pœnam à Iudice infligendam, ſit omnino ſeruanda, ſ. regulariter: cùm proprium le

253 gum † ſit ſe aptari ad ea, quæ (vt frequentius fiunt) vt in l. nam ad ea. ff. de legibus, vbi hæc habentur, videlicet: [Nam ad ea potiùs debet aptari ius, quæ & frequenter, & facilè, quàm quę perrarò eueniunt.] Probatur & ſecundò præſens limitatio Doctorum auctoritate. Bal. enim hoc docuit in l. quicunque. col. 4. verſic. ſcias tamen. C. de ſer. fugit. idem docuit Panor. in c. inquiſitionis. col. 4. verſ. addit gloſ. vnum notabile, extra de accuſat. dicens. Addit gloſa vnum alium modum cognoſcendi in diſcretionem Iudicis in iſtis arbitrarijs, ſcilicet quando excedit pœnam conſuetã imponi pro tali delicto. ita eſt glo. not. in l. hodie. ff. de pœnis. Et nota hoc dictum perpetuò, quia arbitrium Iudicis in impoſitionę pœnæ reſtringitur ex conſuetudine. hæc Panor. vbi ſupra. qui rurſus ibidem & clariùs docuit in c. de cauſis. in fin. extra de offic. deleg. dicens. Tunc pœna non dicitur expreſſa, quando non eſt cauta in Canonibus, nec in Legibus, nec in ſtatutis municipalibꝰ, neque iure conſuetudinario, ſecundum Hoſtienſ. & ſic nota, quòd vbi deficit pœna Canonis, debemus recurrere ad pœnã legis Ciuilis, ſeu ad pœnam conſuetudinariam, dummodo non contradicat menti Canonum. Imò ſententia eſſet iniuſta, ſi pœna excederet conſuetudinem loci, vt notat glo. in l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his, qui not. infam. & hoc puto verum, niſi ex cauſa: Nam

254 ſicut ex cauſa poteſt ręcedi à pœna legis. † ita & à pœna conſuetudinaria. pro hoc bona gloſa in l. hodie. ff. de pœnis. hæc Panormitanus vbi ſupra. Idem docuit Felinus in d. c. de cauſis. col. 1. Alex. in conſil. ſuo 5. col. fin. & conſi. 11. col. 4. in primo volum. Pariſ. in tract. ſindicatus. in verſic. compoſitio. col. 12. in princ. in c. incip. An ſi delinquens. & ibidem rurſus in titu. de offic. ſindic. col. 4. & 5. in cap. incip. An ſi poteſtas. vbi multum notabiliter loquens hoc ipſum probat (vt refert Marantà, loco ſtatim citando) dicens, ꝙ ſi Iudex excedit pœnam ſolitam, dicitur grauare partem, & poteſt appellari, & tenetur in ſindicatu: & per hoc infert, quòd in Regno ſi quis condemnatur ad vnam vnciam: non ſolet exigi tota vncia: ſed tantum vnus tarenus, vel duo, & non vltra, maximè attenta paupertate condemnati. Idem docuit Robertus

tus Marantha in ſupradicto ſuo Speculo aureo
Aduocatorum. in c. incip. Quarta pars. Deuenio
nunc.nu.57.verſic.ſextò limita.
Amplia ſingulariter dicta in prima, & ſecunda
limitatione quintæ concluſionis præſentis tract.
255 † dicendo, quòd in tantùm ipſa ſint vera, quòd
non ſolùm Iudex minuere poterit ex cauſa ratio-
nabili pœnā à iure indictā alicui crimini, verum
etiam, quòd ad hoc teneatur, quando ipſe proce-
deret ad aliquem condemnādum, ac puniendum
ſolùm ex præſumptionibus violentis, ſeu indicijs
etiam indubitatis quantumcunque vrgeotibus
animum ipſius ad credendum, quòd non alius,
quàm reus in indicio productus, facere potuit
crimen, de quo ipſe reus fuit in iudicio delatus.
Quapropter in tali caſu nunquam imponere illi
licebit tali reo pœnam mortis naturalis, vel aliam
pœnam ordinariam ſtatutam in iure communi,
ſiue muoicipali. Sed loogè minorem, iuxta tamen
qualitatem delicti, omnibus benè ponderatis:
quamuis poſſet & corporalem imponere, quod
eſt contra oonnullos infraſcriptos Doctores, tum
quia hoc obtinuit conſuetudo Curiarum vtriuſ-
que fori: tum quia id comprobatur verum com-
muni Doctorum ſententia, cùm etiam idipſum
eliciatur ex Iuribus infra in probationem præſen
tis ampliationis citatis, etiam ex cortice litteræ
eorū. Hæc ampliatio probabitur triplici medio.
Poſtqoàm pro ipſius maiori intelligentia decla-
rabuntur termini in ea allati gradatim: cùm & ip
ſorum enucleatio ſummoperè deſeruiat quoque
dilucidationi eorum, quæ in limitationibus præ-
ſentis ampliationis neceſſariò afferenda erunt, vt
luce meridiana clariùs ex ipſorum ponderatione
elucebit. De duobus ergo primo ſermo erit præ-
mittendus. Primò nempe de præſumptionibus,
& ſecundò de indicijs, eo breuiori ſtylo, quo vti
deſuper datum miſericorditer fuerit. Præſum-
256 ptio ergo † (iuxta Hoſtienſ. in Summa, eod. tit.)
eſt ex diuerſis perſonarum, rerum, locorum, tem-
porum, factorum qualitatibus, perſpicatio, &
prout fieri poteſt conſideratio, certa probatione
deficiente animi cuiuſlibet hominis, & maximè
Iudicis probabilis, ſine iuſta inſtructio.
257 Præſumptionū † ergo multæ ſunt ſpecies. Nam
alia dicitur præſumptio facti, alia præſumptio ho
minis, alia præſumptio naturæ, alia præſumptio
iuris tantum, & alia denique dicitur præſumptio
iuris, & de iure.
258 Præſumptio nempe † facti eſt, ſeu dicitur quan
do ex facto alicuius hominis præſumitur aliquid
contra ipſum illud facientem, vel pro eo. Nam Iu
dex circa perſonam criminoſi habet varia conſi-
derare ex motu ſui animi, ſecundum varietatē fa-
ctorum contingentium. Nam ex qualitate facti,
& conditionis perſonarum capitur coniectura, vt
in l. vir. ff. de donat. inter vir. & vxor. & in l. fin. ibi.
[In perſonis, cauſiſq; æſtimatorum.] ff. de actio.
& oblig. & in l. famoſi. ff. ad l. Iul. maieſt. & in pri-
mis habet Iudex cōſiderare. Cuius vitę quis antea
fuerit, vt in l. famoſi. ibi. [Et perſona ſpectanda.]
ff. ad l. Iul. maieſt. Nam qualis æſtimationis, & fa-
mæ quis antea fuerit, talis præſumitur, vt in l. non
omnes. §. à barbaris. ff. de re militari: ibi. [Qualis
antea æſtimationis.] & facit ad hoc tex. in l. quæ-
ro. ff. de ędil. edict. & in l. à bonæ fidei. ff. de rei
vend. & in l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſt. &
in l. 3. in prin. ff. de teſtibus. Item quia qualem vi-
tam, & habitum quis duxerit, talem eum eſſe præ
ſumimus, vt in l. item apud Labeonem. §. ſi quis
virgines. ff. de iniurijs. & in l. ab his. §. his qui. ff. de
tut. & curat. dat. & in l. quidam. ff. de condi. inſti.
Item habet indagare Iudex curioſus, & ſapiens:
cum quibus hominibus, & per quæ loca conuer-
ſabatur, & vtebatur de crimine inculpatus, quem
intendit aggrauare, & torquere: quoniam mala
conuerſatio eſt malæ vitæ indicium, vt in l. ſi plu-
res. §. aſſiduè. ff. de adminiſtrat. tut. Nam ex mala
cōuerſatione etiam bonus efficitur vitioſus, vt in
l. ędiles. §. pedius. ibi. [Aleator fortè.] ff. de ædil.
edict. iuxta etiam ſententiam Philoſophi. Qualis
quiſque eſt, talium conſortio delectatur. Item Iu-
dex conſideret locum, ſeu loca, in quibus conuer
ſabatur, quia ſecundum locorum diuerſitatem,
& varietatem, varia colligitur coniectura, vt in
l. finali. C. ſi mancip. ita fuer. alien. & in l. aut fa-
cta. §. euenit. ff. de pœnis. Præterea conſideret Iu-
259 dex † factum: quia ex qualitate facti, animum
facientis metimur, vt in l. 1. ff. de peti. hæred. vt eſt
videre hoc exemplo. Nam ſi tibi ſeruum ligatum
vendidero; & in verbis exprimam talem, tamen
ſeruum fugitiuum dicere videor & vendere: vn-
de ſi poſtea ab emptore aufugit, me non poterit
redhibitoria conuenire, vt in l. ſi tamen. §. ei, qui
ſeruū. ff. de ędil. edict. & in c. 1. extra de præſumpt.
Nam per extrinſeca probantur intrinſeca, vt in l.
fin. circa finem. ff. de diuortijs. His nanque penſa-
tis actibus, & factis pręcedentibus de homine bo
num, vel malum præſumitur, vt in d. l. non omnes.
§. à barbaris. & in l. 1. §. fin. C. de prin. agen. in reb.
& melius in l. deſertorem. §. ad hoſtes. ff. de re mi-
lit. ibi. [Conſiderato eius præcedentis vitæ actu]
260 & hæc facti præſumptio † aliquando trahitur de
præterito tempore ad præſens, vt ſi quis conſue-
uit falſa inſtrumenta facere, & aliquod inſtrumen
tum eius reuocetur in dubium, ex præterito facto
præſumitur incontinenti contra eū: & ſic vno mo
do intelligitur l. iubemus. C. de probat. ſic enim
qui olim fuit malus, hodie malus præſumitur, vt
in l. ſi cui. §. ijſdem. ff. de accuſat. ex qua lege ortū
habuit regula illa iuris in c. ſemel malus. de reg.
iur. in ſexto. vbi dicitur [Semel malus ſemper præ
ſumitur eſſe malus] attamen meo quidem iudi-
cio, ſunt intelligenda dicta verba, in eodem gene
re mali, prout elicitur ex dicto §. ijſdem. ex quo
excepta fuit dicta regula. c. ſemel malus. cū inibi
dicatur, quòd qui calumniatus fuit in accuſatio-
ne prima, præſumatur & ipſum calumniari in ſe-
cunda accuſatione. Aliquādo verò hæc facti pręſ-
umptio ex pręſenti facto locum habet in præteri
to, vt eſt videre in caſu. l. hi qui. C. ad l. Iul. de adul.
& in corp. Authent. vt nulli iudi. §. ſi quis nota. Itē
qui modò non probat crimen obiectum, ipſo fa-
cto præſumitur calumniari, vt in l. 1. C. de Aduoc.
diuer. iud. ſic & de illo malum præſumitur, qui pa
ciſcitur de crimine, vt in l. Athletas. in fine. & l. ſe-
quen. ff. de his, qui not. infam. Et animaduerten-
261 dum, quòd iſtæ pręſumptiones facti † bene reci-
piunt probationes in contrariū: quia factum ple-
runque etiam prudentiſſimos fallit, vt in l. 1. ff. de
iur. & fac. ign. & hæc allata ſufficiant de pręſum-
ptione facti.
262 Præſumptio verò hoīs † dr̄ illa, cuius effectus nō
eſt in iure expreſſus (vt docet Euer. in ſua Topica
iuris. in loco à veriſimili. nu. 18. verſ. p̄ſumptio ho
minis.) Sed in Iudicis, vt boni viri arbitrio dimiſ-

ſus,vt in l.minor annis 25, ex aſpectu,ff.de minoribus, & in l.vtrum, ff. de donat.inter vir.& vxor. & iſta præſumptio eſt duplex, alia dicitur temeraria,quia ratione caret: & ideo non erit propriè appellanda præſumptio,quia caret effectu,& à iure repellitur, nec animum Iudicis mouere debet, vt in c.1.2.q.1.& c.oues.6.q.1. & c.licèt Heli.extra de ſimonia. Ideo vanæ voces populi non ſunt audiendæ, vt in l. Decurionum, & ibi Gloſ. quæ ibi arguit Pilatum.C.de pœnis, Alia autem hominis præſumptio eſt non temeraria,quæ eſt applicatio animi cuiuſlibet boni viri ad id,quod ex facto probato eſt valde veriſimile. Exemplum patet in eo, qui dicitur furioſus, & non ſanæ mentis; quia ex geſtis, & ſermonibus eius præſumitur, vt not. in l. nec codicillos. C. de codicillis,& in c.fin.extra de ſucceſſ.ab inteſt. Poteſt etiam poni exemplum in c. afferre, extra de præſumpt. Et iſta præſumptio eſt ſufficiens ad informandum Iudicem, vt ſecundum eam pronunciet, vt per iura paulò poſt hic recenſenda in probationem præſentis ampliationis, luce clarius apparebit. Traditur & aliud exemplum ab Hoſtienſ.in Summa,eo.tit.§.quot eius ſpecies. verſic.alia Iudicis, ſiue contumaciæ hominis.dicens, vt quando Epiſcopus citauit Clericum ſuum,niſi redit ad Eccleſiam,præſumit Iudex,quòd habeat Eccleſiam pro derelicta. arg.à contrario ſenſu. in c.præſentium. 7.q.1. & hæc præſumptio benè admittit probationem in contrarium, vt ibi. Et ſciendum,quòd etſi hæc præſumptionis ſpecies à nonnullis ſeparatim ponatur à prima iam dicta, quæ aliàs aſſolet vocari præſumptio facti: nihilominus libranti mihi,& earum deſcriptionem,& exempla nulla apparet differentia inter ea; tamen arbitror hoc contigiſſe,eo quòd idipſum aliqui Doctores vocauerunt præſumptionem facti, quia ex facto procedit; alij præſumptionem hominis, quia per operationem hominis fiat, ſcilicet per Iudicem, Quapropter Panormitanus in c.quantò.colum.3. verſ.venio nunc ad ſecundum,extra de præſumpt.
263 dicens, & appello præſumptionem † hominis, qñ Iudex ex aliquibus cõiecturis aliquid pro,vel contra aliquem,ſeu in aliqua cauſa præſumit,vbi ius ſpecificè non præſumit. Pone exemplum in d. c.afferte.de præſumpt. Nam oportet ipſum præſumere aliquid ex multis cõiecturis,& ex dictis teſtium:cùm ſibi non conſtet de veritate depoſitionum teſtium,maximè quando ſunt teſtes contrarij. Ideo dicit lex, ꝙ animi ſui motum Iudex informare debet ex argumentis,& teſtimonijs,quæ rei aptiora eſſe cõperit,& vero proximiora: cùm nõ ad multitudinem teſtium, ſed ad ſinceram teſtium depoſitionẽ reſpici oporteat, prout docuit tex.in c.ſi teſtes.4.q.3.& in l.3.ff.de teſtibus.

Præſumptio verò famæ dicitur,quãdo quis reperitur repente infamatus apud populum de aliquo ſcelere,nec tamen apparet aliquod indicium contra ipſum. & hæc quoque admittit probationem in contrarium, aliquando per inquiſitionẽ, vt in c.cùm in iuuentute.extra de præſumpt.& in c.inquiſitionis. & c.qualiter,& quando. el ſecondo. extra de accuſat. aliquando per purgationẽ Canonicam,vt in c.1.& 2. ext.de purgat.Canon.

264 Præſumptio naturæ † dicitur,ſeu exemplificari poterit dupliciter. Primò, (vt docet Albert.Gandinus,vbi ſupra.) vt ſi aliqs ſit natus ex bona progenie,vel bonos iſte habuerit parentes,quia præſumitur iſte bonus,vt in l.quiſquis.C.ad l.Iul.maieſt.& in l.ſi cohortalis.C.cohor.ſic & ſi natus fuerit ex mala progenie, vel malis parentibus, ſæpè præſumitur eſſe malus, vt in l. quod ſi nolit.§.qui mancipia. ff.de ędil.edict. Secundò exemplificatur ſic(per Hoſt.vbi ſupra.) vt ſi pater exhæredauerit filium; pręſumitur,ꝙ iniuſtè: quia non permittit natura præſumere,ꝙ filius patrẽ offendat, vel è cõtra,vt in l.omnimodo,C.de inoffi.teſtam. & in Authen.non liceat patri: quia nullus affectus vincit paternum, vel maternum, vt elicitur ex c. afferte.extra de præſumpt.& in l.fin.C.de cur.fur. Et ideo plerunque conſilium capit pro liberis paterna pietas, vt in l. nec in ea lege. ff. ad l.Iul.de adult.& magis veretur ſtuprũ pater in filiũ,quàm in ſeipſum, vt in l.iſti quidem. ff. quod met.cau. ideo pater exhæredans filium dicitur quodam furore teſtatus,vt in l.1.& 2.ff.de inoffic.teſtam. Et ex hac præſumptione contingit,quòd non præſumitur fratrem cõtra fratrem falſum teſtimonium dicere,maximè in crimine hæreſis, vel in alio graui,vt in c.literis.extra de præſumpt.naturale etiã fœdus non permittit quicquam ſæui criminis ſuſpicari,vt in c.fin.ext.de cohabit.cler.& mul.Attũ cõtra hanc pręſumptionẽ admittitur ẽt probatio.

265 Præſumptio iuris † tantùm dicitur illa, ſuper quam Legiſlator animum applicat ex veriſimili, declarando ſuam ſententiam, nihil ſtatuendo ſuper illa iuris præſumptione,vt in l.ſiue poſſi.C.de probat, & in l.1. C.ad exhiben.& in l.quanto minus, ff.de donat.inter vir. & vxor. & in l.pactum. ff.de pactis.vtputa,ſi vir diu fuerit cum vxore ſua in lecto,præſumit ius,quòd ipſa cognouerit,ſi ipſe hoc dicat,quamuis vxor eius hoc negauerit, vt in c.continebatur, & c.duo pueri.extra de ſponſ. impub.& in c.ſi quis acceperit.33.q.1.& hæc præſumptio admittit probationem in contrarium,vt in c.nec aliqua.27.q.1. & in c.propoſuiſti. & cap. cauſam.extra de probat. quoniam effectus huius præſumptionis eſt,vt ex ea is,cõtra quem eſt præſumptio,condemnetur,niſi per eum probetur cõtrarium per aliquam legitimam ſpeciem probationis; præſumptio enim iuris eſt liquida probatio, donec appareat de contrario. Et hinc ſingulariter dicit Glo. in l.ſi tutor petitus. C. de pet. tut. in verſic.oſtenderis. approbata à Doctoribus ibidem, quòd probationes legum liquidiſſimæ ſunt, & illam gloſam ad hoc reputat ſingularem Imol.in l.in tempus.§.1.& in l.ſi ita quis hæres.ff. de hæred. inſtitu. Et de iſta præſumptione iuris tantum habetur exemplum in d.l.ſiue poſſidetis. & in l.ſi pactum.in l.ſi chirographum. & in l.cùm de indebito.C.de probatio. & in l.Labeo. & in l. poſtquàm.ff.de pactis.& in l.fin.C.de pignoribus. & in l.quicunque. C. de apochis pub. lib.10. vbi eſt caſus quotidianus,& ſingularis. & in l.cùm in rem verſo. ff. de vſur. iunctis ibidem ſingulariter notatis per Salyc. in rep.dictæ l.& de iure Canonico habes exemplum de hac præſumptione iuris tantùm. relata ab Hoſtienſ.in ſua Summa, tit. eod. §.quot eius ſpecies. verſic.alia iuris tantùm. vide ibi latiùs, & per Doct.in rub.de præſumpt.

266 Præſumptio † iuris, & de iure dicitur illa, per quam ius contra aliquem præſumit aliquid feciſſe: & de ſua præſumptione ita confidit, quòd vltra procedens, generale ſtatutum, vel ſententiam profert, aſſerendo, quòd illud, quod præſumpſit, ita verum ſit, quòd non vult illud haberi

beri aliter, & idcirco dicitur præsumptio iuris, id est, ius in dubio (vt docet Hostien. in summa. eod. tit. §. quot eius species. versic. præsumptio verò iuris, & de iure.) iustè, & rationabiliter præsumit. & additur [de iure] idest, & iustè facit, & tutè: quia ex tali præsumptione constituit ius. Vnde prima facie est iusta præsumptio à iure inducta: sed dubitatiua ex honestate, vel qualitate, vel fama, vel natura, seu qualitate facti procedens. Secunda verò iusta, & certa ex vi constitutionis iuris à ratione, seu honestate naturæ, seu publicæ iustitiæ procedens: quapropter Antonius de Butrio in c. is, qui fidem. col. 1. versic. præsumptio. extra de sponsal. dixit, quòd præsumptio iuris hic sumitur, quādo ius aliquid de dubio præsumit, & præsumptionē approbat in specie, & in genere: & sic datis extrinsecis interest, & ab homine præsumitur, non tñ figit pedes, q̃ illud, quod præsumit omni casu velit præferri veritati. Talis ergo præsumptio admittit probationem in contrarium. Et sic regulariter intelligitur præsumptio, in tit. de præsumptionibus. Præsumptio iuris, & de iure est, quando ius super aliquo dubio ad alterum extremorum applicat animum iudicantis: & interim ex circonstātijs se reddit certum, quòd probationem aliam non admittit in contrarium. Ideo magistraliter dicitur præsumptio iuris, & de iure: quia primò ius operatur principaliter applicando plus ad vnum, quàm ad reliquum: & in hoc dicitur iuris: quia illud vocet causam inductiuam, & efficientem, & applicato animo iudicantis, in tātum illud firmat, q̃ vult Iudicem claudere aures ad audiendam alteram probationem oppositā. Et hæc vocatur præsumptio iuris, & de iure, quasi firmata à iure in tantum, quòd dicens oppositum nullatenus audiri debeat. hæc omnia docuit Ant. de But. vbi supra. Idem docuit Geminianus in c. ferrum. col. 2. vers. ad primum. dist. 50. idem docuit Pan. diffusissimè in c. quanto. per totum. extra de præsumptionibus. Sed q̃ ei stetur, & talis præsumptio dicetur legitima probatio, vt in l. fin. in fine. C. ad Maced. & in l. fin. C. arbi. tut. & in l. si mater. C. de inoffic. testam. & in l. si qui. C. ad l. Iul. de adult. & in corp. Authent. vt nulli iudi. §. si quis verò comprehensorum. & de iure Canonico, vt si quis semel deierauerit, nunquam admittatur in testimoniū, quia præsumit ius semper deierare, vt in c. testimonium. extra de testibus. Item si ante litis contestationem testes produxerit actor, nisi infra annum conuenerit aduersarium, vel ipsum super hoc certificauerit, præsumet ius, quòd in fraudem hoc fecerit: & ideo elapso anno non valent testimonia, vt in cap. quoniam. extra vt lite non contest. alia quamplurima similia exempla reperies apud Hostien. vbi supra. vide ibi. Sed sciendum, quòd huius præsumptionis iuris, & de iure, effectus est magnus: quia regulariter non admittit probationem in contrarium. Nam regulariter ex tali præsumptione poterit sequi condemnatio, à qua condemnatus appellare non poterit, eo quòd inde habeatur pro conuicto, & confesso, cuius appellationē recipitur, vt in l. 2. C. quor. appell. non recip. ita singulariter docuit Bal. l. si q. adulteri. C. ad l. Iul. de adult. & in l. quædam mulier. ff. famil. hercisc. in Addit. cuius doctrina optimè probatur (prout docet Marsil. in suo singul. 116. incip. Præsumptio iuris, & de iure, sequens ipsum Bal.) in d. l. si qui adulteri. in fine. iuncta d. l. 2. C. quor. appel. nō recip. qui Marsil. ibidem refert Franc. Brun. in tract. suo de indit. & tortura. in 6. char. in princ. col. 2. idipsum docere. Sed de hoc latius infra in præsentis ampliationis limitationibus, & præcipuè in limitatione. Idem docuit Euerardus in sua Topica iuris, loco à verisimili, nu. 19. vers. præsumptio autem iuris, & de iure. Necnon Host. vbi supra. & Albertus Gandinus, vbi supra.

Sed quoniam non solùm de præsumptionibus facta fuit mentio in præsenti ampliatione, verum etiam de indicijs indubitatis: cum ibi asseratur, q̃ nec solùm propter indicia indubitata contra aliquē, probata in iudicio quis de iure venit condemnandus, & pœna ordinaria ipsius criminis puniendus, sed mitiori. Idcircò operæpretium duxi-
267 mus hic inserere indicia † illa, quæ indubitata à Doctoribus appellantur, quibus ad ipsam cōdemnationem faciendam possunt de iure Iudices descendere. Quapropter sciendum, q̃ Gandinus de ipsis loquens in tract. de maleficijs. in rub. de præsumptionibus, & indicijs indubitatis. à nu. 4. vsq; in finem. nouem indiciorum indubitatorum species tradit, ipsa exemplificando. Dicit enim, q̃ primum indubitatum indiciū est, quoties est contra aliquem præsumptio iuris, & de iure: vt est in illo, qui prætextu consanguinitatis excusauit se ab accusatione adulterij: & postea inuenitur matrimonium contraxisse cum illa. Nam præsumptio est, & super hanc est legis sententia, vt omnino puniatur, vt in l. qui adulterium. C. de adulter. Secundum indicium indubitatum est, quando constat, quòd aliquis in iudicio de crimine sit spontè confessus, vel in tormentis, & perseuerauit, aut etiā sit per idoneos testes de maleficio conuictus, vel inuenitur, quòd quis sit de crimine cōdemnatus, quæ condemnatio transiuerit in vigorem rei iudicatæ, vt in l. sententia. ff. de pœnis. & in l. si quis in hoc. C. de episc. & cler. arg. in c. fin. extra de cohabit. cleric. & mul. Tertium indubitatum indicium est, quando constat aliquem dato pretio super eo crimine transgisse, pro quo crimine pœna sanguinis non ingeritur, quo casu sine alijs probationibus poterit condemnari. Quartum indicium indubitatum est, quoties constat, quòd crimen, quod aduersus aliquem oritur, ita est publicum, & manifestum, vt meritò possit & debeat notoriū appellari, quo casu nec testes requiruntur, nec ēe acta, vt in c. tua nos. & c. nostra. extra de cohab. cler. & mul. & in l. si confessus. C. de custod. & exhibit. reorum. & l. obseruare. C. quor. appell. non recip. & in tali notorio statur officialis simplici assertioni, vt in §. aliquando. 4. q. 3. Quintum indicium indubitatum dicitur propter euidētiam, & qualitatem facti, quod accidit quando constat aliquem eruisse oculum alicui. Nam ex hoc colligitur, quòd iniuria fuit atrox. argumentum in l. 2. in fine. ff. de fer. vel quoties quis dixerit alicui, vel fecerit non dicenda, & non facienda. Nā ex hoc & qualitate facti huius apparet, quòd iam dolo iniuriam dixerit, vel fecerit, vt in l. si non conuitij. C. de iniurijs. & in l. 1. C. ad l. Cornel. de sicar. Aut constat aliquem alium occidisse, vel vulnerasse, vel contra eum gladium traxisse. Nam ex tali euidentia facti apparet, quòd dolo fecerit hoc, & ex sui animi prauitate, & ideo puniendus. argum. in l. 1. & l. is, qui. C. ad l. Cornel. de sicar. & notat Azo in Summa, eodem titul. §. occidere autem. Sextum verò indicium indubitatum est,

est, quod accidit frequenter, quoties Iudex, vel quiuis alius, qui iurisdictioni præest alicuius ciuitatis, castri, vel villæ (cuius officium non consistit in denunciando tantùm, sed consistit in inquirendo, & puniendo) discurrit per ciuitatem, villam, vel castrum, causa suum officium explicãdi, & inuenit, & videt aggressores, vel aliquem aliquod maleficium committentem, aut arma portantem vetita; vel de nocte euntem, vel res vetitas deferentem contra interdicta ciuitatis. Nam & tunc tali casu satis dici potest, & videtur illud fore tale indubitatum indicium: quòd ex eo solo, nulla alia super eo crimine probatione reperta; possit ipse Iudex sententiam diffinitiuam proferre; quia illud crimen, seu illud tale factum dicitur esse Iudici, non vt priuato notorium, argum. in l. illicitas. § veritas. ff. de officio Præsidis. Satis igitur dicitur probari crimen, quod sub oculis subijcitur judicantis more iudiciario inquirentis; cùm oculorum inspectio habeatur pro quadã specie probationis, Nec huic decisioni obstat, quòd aliàs dicitur, & notatur in l. ea quidem. C. de accus. vbi dicitur [Denunciationi officialis non esse credendum, quia hoc locum habet, quandu officium officialis solùm in nunciando cõsistit. Septimum verò indubitatum indicium dr̃, quando quædã camera habens tantùm vnum introitum, & exitũ, & aliquis visus est ex illa egredi pallidus cũ gladio sanguinolento in manu, in qua camera iuuentus est homo occisus recenter. & tali pacto intelligitur tex. in l. vlt. C. de probat. nam paliditas, siue trepidatio est vnum indicium. argumentum in l. de minore, pen. ff. de quæstio. & aliud indicium est gladius, Nam contra deportantes arma, lex præsumit omne malum, vt in Authen. de armis. in pluribus locis, & in l, 1. lib. 10. C. vt armorum vsus, Item, quòd gladius erat sanguinolentus, est aliud indicium. In homine enim occiso gladius solet esse sanguinolentus, & ex qualitate facti capitur coniectura, vt in l. virum. ff. de donat. inter vir. & vxor. Et quia rarò talia inueniuntur indicia, subijciamus alia duo exempla de indicijs indubitatis. Pone igitur pro octauo indicio indubitato; vt puta, pone, quòd aliquis occiditur in vna vinea, vel alio loco, de quo inculpatur Seius, contra quem sunt hæc indicia, videlicet: Quòd ipse erat inimicus capitalis occisi. Item, q visus fuit solus ambulare cum gladio. Item, quòd solus visus fuit fugere de dicto loco cum gladio euaginato. Item, quòd publica vox, & fama est, quòd dictum homicidium cõmisit, & sic intelligenda est l. fin. C. de probat. Ponitur & nonum exemplum de indicio indubitato. Ecce inculpatur Seius, quòd fecit occidi Titium. contra Seium illa probantur. Primò, quòd erat capitalis inimicus Titij. Item, quòd ille Seius erat prope locum illum tempore, quo factum fuit homicidium prædictum. Itẽ, quòd perpetrato dicto homicidio ipse Seius receptauerit homicidam. Item, quòd homicida erat domesticus dicti Sei. Item, quòd Seius iactauerit se, quòd fecerat occidi Titium ipsum. & est de hoc verisimile quod fecerat. Item, q olim fuerant aliquæ offensæ inter prædictos. Item, q publica vox, & fama est, quòd dictus Seius fecerit committi dictum homicidium. hæc omnia simul iuncta videntur esse indubitata indicia, quòd ille Seius fecerit. Hæc omnia indicia sic exemplificata traduntur à Gandino, vbi supra, qui subdidit, quòd etsi Thomas di Piperata docuerit, quòd ex septimo, octauo, & nono, probato indicio quis possit affirmatiuè condemnari, & quòd tali pacto erit interpretandus tex. in l. fin. C. de probat. tanquam ex indubitatis indicijs, nec obstare l. absentem. ff. de pœnis. vbi ex præsumptionibus neminẽ damnãdum fore docetur. Nihilominus ipse Gandinus subdidit, dicẽs. Sed omnes Sapientes, quos Bononiæ vidi, & alibi, dicunt, & etiam ita vidi consuetudine obseruari, quòd propter talia, vel similia indubitata indicia non possit quis diffinitiuè in personam damnari, rationibus, & iuribus in hac parte allegatis in qustione posita supra, eodem titul. (Adde tu, quam nos infra recensuimus. post relationem sententiæ Gandini allatam in probationem præsentis ampliationis) habebit tamen locum pœna pecuniaria arbitrio Iudicis imponenda. hæc ille. Hoc tamen quod Gandinus dicit non posse Iudicem punire pœna corporali eum, contra quem fuissent talia indicia probata, infra mortis naturalis pœnam, communi Doctorum sententia infra referenda (vt docuit latius Iulius Clarus, loco infra citando) ac vsu ipso Curiarum fuit reprobatum: Nam etsi pœna mortis naturalis huiusmodi homo non puniatur propter dicta indicia, bene tamen pœna fustigationis, pœna triremium, exilij, & similium pœnarum: Addidit denique ipse Gandinus, dicens, quòd omnia prædicta indicia non adeo indubitata dicuntur, quin admittant contra ipsa probationem, præterquàm in casu illo, vbi est iuris, & de iure præsumptio contra aliquem de dicto delicto. hæc ille. Quibus addimus, quòd verum dicat in hoc ipse Gandinus, loquendo regulariter, vt latius in limitatione præsentis ampliationis probabimus; licèt & talis regula etiam patiatur, & ipsa nonnullas fallẽtias, de quibus etiam infra gradatim dicemus (Deo duce) & hæc præmissa pro intelligentia pleniori præsentis ampliationis, & ipsius limitationis,

His ergo præmissis præsens nostra ampliatio probabitur triplici medio. Primò enim per textum apertissimum in cap. litteras. §. nos vero. & §. sequenti. extra de præsumptio. vbi Innocentius Tertius scribens Niuerñ. Episcopo, & Archidiac. Bituric. infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet: [Nos verò prædictum G. suspectum de hæresi vehementer habuimus, tum quia quod ante dixerat, postea se dixisse negauit: tum quia vel mendacium prius dixit in fratrem, asserendo illũ hæreticum, & periurum: postea commisit in Deum, purgando illum de hæresi: quorum vtrumque reddit illum valde suspectum, quanquam verisimilis videatur, quòd eo tempore, quo tanquam verè pœnitens ab hæresi reuertebatur ad fidem, tam graue mendacium non dixisset, præsertim in fratrem, quem (tanquam charissimum) non asseruisset hæreticum, nisi fuisset accensus zelo Fidei Orthodoxæ. Vnde præsumitur, quòd cùm postea purgauit illum de hæresi, turpiter deierauit. Quò circa mandamus, quatenus cùm propter solam suspicionem (quamuis vehementem) nolumus illum de tam graui crimine condemnari; talem, & tantam securitatem recipiatis ab ipso præter iuratoriam cautionem, quòd timore pœnæ corporalis debeat coherceri: discretã ei pœnitentiam iniungentes, ex qua valeat apparere, vtrum in tenebris ambulet, an in luce: Vtrumvè sit

verè

verè pœnitens, an fictè conuersus. Et si eum modò verum catholicum cognoueritis, nõ sinatis ipsum indebitè molestari: alioquin eum tanquam hæreticum condemnetis.]hæc in d.c. literas. ex quibus luce meridiana clarius emicuit veritas præsentis nostræ ampliationis. cùm ibi docuerit Summus Pontifex neminem fore puniendum pœna ordinaria pro graui crimine propter indubitatum indicium, seu vehementem suspitionem, seu præsum-**ptionem. vt ibidem omnes communiter Doctores docuerunt elici ex tali canone. inter quos est glo. in vers. vehementem, dicens, quòd etsi ex leui causa probetur quis hæreticus, arg. in l. 2. C. de hæret. scilicet, quantum ad hoc vt suspectus de hæresi habeatur. & vt procedatur contra eum, tanquam contra suspectum de hæresi, sed non vt condemnetur. Idem probatur per arg. in c. literis, extra de præsumpt. vbi Alexand. Tertius infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet [literis tuæ fraternitatis receptis innotuit, quòd cum P. ab A. muliere, quam in vxorem acceperat, peteret separari, accusatores matrimonij produxerunt testes firmiter asserentes, quòd postquam mulier cum prædicto viro contraxerat matrimonium, consanguineum viri eiusdẽ solum cum sola, nudum cum nuda, in eodem lecto iacentem, ea (vt credebant) intentione, vt eam cognosceret carnaliter, viderunt multis secretis locis, & latebris ad hoc commodis, & horis electis, & infra. Consultationi tuæ taliter respondemus, quòd ex huiusmodi violenta, & certa suspitione fornicationis, potest sententia diuortij promulgari: ita quidem vt vir licentiam habeat mortua illa, ducendi aliam: muliere sine spe coniugij remanente.]hæc ibi. Dixi probari præsentem nostram ampliationem per argum. in d.c. literis. quoniam etsi ad verbum ipsa ibi non contineatur, benè tamen ex ipso veritas ipsius elicitur. cùm ibi dixerit Summus Pontifex, quòd virtute huiusmodi violentæ suspitionis fornicationis puniretur pœna ordinaria adulterij dicta adultera præsumpta, sed solùm pœna illa ciuili, scilicet pœna diuortij celebranda, & per vitam remanendi absque spe coniugij contrahendi, nullam aliam pęnam addens, quã

268 de iure incurrisset ipsa adultera. cùm † adulteræ sint de iure puniendæ (vltra prædictas) etiam pęna mortis, scilicet per lapidationem, loquendo de iure Diuino secundum legem Moysi à Deo traditam, vt habetur in lib. Leuit. c. 20. num. 10. & quòd sit lapidanda, habetur in lib. Deut. c. 22. vers. 20. & 21. De iure autem canonico pro adulterio laicus tam masculus, quàm fœmina excommunicatur, nisi monitioni paruerit de abiurando adulterio, vt in c. intelleximus, extra de adulter. necnon de iure ciuili, & fœmina in Monasterio detrudetur, & ibi toto tempore suæ vitæ perseueratio, à Iudice cogetur. Si maritus eius nolit eam recipere, & pœnitentiam agere de peccato suo. vt in Auten. sed hodie, C. ad l. Iul. de adult. in qua reperitur correcta. l. castitati, C. eod. in qua imponebatur pœna mortis naturalis. Ex his ergo elicitur, quòd non fuerit à Summo Pontifice punita pœna ordinaria adulterij illa, contra quam fuerat probata in iudicio indicia indubitata. Idem probatur per arg. in c. inter sollicitudines nostras, §. in pœnam, extra de purg. can. vbi Innocentius Tertius scribens Archiepiscopo Senonensi de quodam, contra quem fuerat probata vehemens suspitio de hæresi, propter nimiam familiaritatem suam cum hæreticis, his verbis vsus fuit, videlicet. [In pœnam autem familiaritatis illius, quam cum hæreticis sciêter habuisse dignoscitur, eum ab officio volumus manere suspensum, donec scandalum sopiatur: ita tamẽ vt publicè familiaritatem hæreticorum abiuret. Præcipias insuper eo districtè, vt in prædicta, & alijs villis circumpositis profiteatur, & prædicet fidem Catholicam, ac confundat, & detestetur hæreticam prauitatem: sic deinceps vitam suam bonis adornans operibus, vt infamia conuertatur in bonam famam, & omne scandalum, & suspitio de catholicorum mentibus deleatur. Quòd si forsan in purgatione defecerit, eum Ecclesiasticæ disciplinæ mucrone percellas, & ab officio, & beneficio depositum, ad agendam pęnitentiam in arctũ Monasterium detrudere non omittas.] hæc ibi. Dixi probari per argumentum in dicto c. inter sollicitudines. quoniam etsi explicitè ibi nulla fiat mentio de materia præsentis ampliationis, benè tamen fit implicitè, cùm inde eliciatur regula contenta in præsenti nostra ampliatione: quòd propter suspitionem seu pręsumptionem et violẽtam

269 nullus debeat puniri pœna † legis ordinaria. & iccircò ibi Innocentius Tertius non dixit, quòd si non posset ille talis suspectus vehementer de hæresi se purgare canonicè ab obiecto crimine hæresis, q̃ pœna ordinaria iuris canonici tanquam conuictus puniretur, scilicet quòd degradaretur ab ordine Ecclesiastico, & traderetur curiæ sęculari, vtique vltimi supplicij pœna plectendus, quæ pœna hæresis ordinaria est. sed solùm dixit, quod (vtique minori pœna fuerit puniendus) puniretur pœna detrusionis in Monasterio ad peragendam pœnitentiam, quæ vtique pœna est longè minor. & si est corporalis: prout etiam apertissimè docuit glo. in dicto c. inter sollicitudines, vers. in arctum Monasterium. Vbi glosa ipsa infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Imò videtur, quòd depositus tradi debeat curię sęculari, vt in c. ad abolẽdam, §. 1. resp. 1. & in c. excommunicamus, §. damnati, ext. de hęretic. Quare ergo iste non traditur curię degradatus, cùm deficiens in purgatione pro condẽnato habeatur? Respondeo. Pręsumptio enim ista (licèt sufficiens sit ad priuationem officij, & beneficij, & etiam ad depositionem: non debet propterea tradi Curię sęculari, quia directè condemnatus non est, sed pręsumptiuè. Et contraria loquuntur, cùm aliquis condemnatus est verè, non pręsumptiuè. hic enim non fuit probatum, quòd sit hęreticus verus, sed quòd habeat familiaritatem cum eis. Vnde propter eiusmodi pręsumptiones non debuit taliter damnari, arg. in c. literas, extra de pręsumpt. Et damnati verè de hęresi, si redire volunt, in perpetuum carcerem detrudunt. vt in c. pen. §. pen. extra de hæretic. quibus iste cõparatur, quoad pęnam quodammodo. hæc docuit ibi dicta glo. quæ summopere deseruiunt veritati præsentis nostræ ampliationis. & præsentis glosæ sententiæ se subscripsit ibidem Franciscus Aret. Idem probatur per arg. in c. præterea, iuncta glo. in versic. de auditu. extra de testibus. vbi Cœlestinus Tertius infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. [Pręterea, cum quis accusatur aliquam cognouisse: an sint testes interrogandi de visu, aut sola vicinia fama sufficiet, vel si iurati s testibus sit credẽdum, qui se carnalis copulę conscios esse fatentur, sed de visu nihil affirmant? Respondemus, quòd si testimonium de visu reddatur, vel etiam de auditu, &

tu, & præſumptionem violentam fama conſentiẽs ſubminiſtret, ac alia legitima adminicula ſuffragentur, ſtãdum eſt teſtimonio iuratorum. Etenim circunſpectus Iudex atque diſcretus motum animi ſui, ex argumentis & teſtimonijs, quæ rei aptiora eſſe compererit, confirmabit.] hæc ibi. Dixi, iũcta glo. in verſ. de auditu, quoniam ipſa exponit dictum textum, prout deſeruit præſenti ampliationi, ipſam approbando. nam his præciſis verbis, (inter alia) ibi vtitur, videlicet. Contra videtur, quia

270 violenta præſumptio † loco probationis habetur, præcipuè in hoc caſu. vt in c. Dixit dominus, 32. q. 1. & arg. ad hoc, in c. repellantur, extra de accuſat. ſolut. Intelligunt hanc Decretalem cùm agitur ad matrimonium impediendum: puta, aliquis volebat contrahere: obijciebatur, quòd non poterat, quia ille cognouerat conſanguineam illius, cum qua contrahere volebat, quòd in tali caſu leuis probatio ſufficit vnius teſtis, vel etiam ſola fama impedit. vt in c. præterea, extra de ſponſal. & in c. ſuper eo. extra de conſang. & affin. & impropriè ponitur verbum illud [accuſatur] in princ. & ſic exponitur. Accuſatur, ideſt denunciatur: quia quod non eſt, non poteſt accuſari, ſed denunciari poteſt ad impediendum matrimonium, vt in c. ad diſſoluendum, extra de deſponſ. impu. & ſecundũ hoc planum ſatis eſt. Vel poteſt intelligi cum maritus accuſat vxorem de adulterio ad thori ſeparationem, & ipſa excipiendo accuſat eum aliquam cognouiſſe, vt eum à ſua intentione repellat. vt in c. pen. & c. vlt. extra de adult. & in c. nihil iniquius, 32. q. 6. Vel ſimpliciter poteſt intelligi, cùm vxor accuſat maritum de adulterio ad thori ſeparationem, dicens eum aliquam cognouiſſe, & hoc videtur verius, & vtroque iſtorum caſuum videtur probari adulterium per huiuſmodi teſtimonium de auditu, quia audiebant eos commiſceri ſimul, iuxta renuem parietem. Etſi fama publica cõſentiat, & alia adminicula ſuffragentur (prout ſequitur in litera) ſatis intelligitur eſſe probatum: quia omnia iſta faciunt probationem ſufficientem. vt in c. literis, & c. tertio loco, extra de præſumpt. ex his autẽ omnibus Iudex confirmabit motum animi ſui. vt in c. in præſentia, extra de renunc. hæc omnia gl. ſupradicta, ex quibus elicitur, quòd & ſi dicatur probari delictum per præſumpt. tamen per dictam probationem nemo poterit puniri tota pœna ordinaria iuris, ſed ſolùm pro parte, ſeu in partem ipſius pęnæ: cùm nec in dicto c. præterea, nec in dicta glo aliud concludatur, niſi quòd ex tali violẽta præſumptione adulterij, quis poterit puniri pœna ſolùm ſeparationis thori; quæ dicitur cauſa ciuilis, ſeu ciuiliter intentata, de quo latius pauloantè diximus, dum probaremus, quòd pręſens noſtra ampliatio probetur per text. in c. literis, extra de præſumpt. vide ergo ibi. Et quod dictum, quòd præſumptio violenta dicatur in cauſa ciuili diuortij, ſeu ciuiliter intentata plenè probare, non autẽ in cauſa criminali criminaliter intentata: quãdo agitur ad pœnam ordinariam infligendam. Nam tunc de iure dicendum erit plenè non probare præſumptionem violentam: niſi ſit illa approbata à iure, quæ aliàs magiſtraliter dicitur præſumptio iuris & de iure. Hoc elegãtiſſimè docuit Matthęus Matheſ. in ſuo ſingulari 119. incip. Nota, quòd pręſumptio violenta. infraſcriptis verbis, videlicet.

271 Nota, quòd præſumptio † violenta, quæ etiam ſecũdum ius dicitur habere vim plenę probationis in cauſa ciuili, non ſufficit ad plenã probationem in cauſa criminali. vt notant Doctores in c. afferte, extra de præſump. & Inn. ĩ c. quia veriſimile, eodem titulo. Et per hoc videtur, quòd præſumptio violenta de nudo cum nuda, de ſolo cum ſola]. de qua in c. literis, ext de præſumpt. quæ habet vim plenæ probationis in cauſa ciuili ſeparationis matrimonij, non ſufficeret ſola in cauſa criminali ad condemnandum de adulterio, vel ſtupro. facit l. ſciant, C. de probat. Secus eſt, quãdo præſumptio eſt violenta approbata à iure etiam quoad criminalem cauſam: quia illa ſola ſufficit, vt in l. ſi qui. C. ad l. Iul. de adult. & in Auctẽn. ibi poſita. hęc Mateſil. Idem probatur per textum benè intellectum (ſecundum communem ſententiam Doctorum infra citandorum, & omnium canoniſtarum ibidem vnà cum glo.) in c. afferte, extra de præſumpt. vbi hæc habentur, videlicet. [Afferte mihi gladium, cumque attuliſſent, ait: diuidite infantem viuum, & date dimidiam partem vni, & dimidiam partẽ alteri. Dixit autem mulier (cuius filius erat viuus) ad Regem (commoſſa ſunt quippè viſcera eius ſuper filio ſuo) obſecro domine, date illi infantem viuum, & non occidatur: è contrario dicebat illa: nec mihi, nec tibi, ſed diuidatur. Reſpondit Rex, & ait. Date huic infantem viuum, & nõ occidatur: hæc eſt enim mater eius.] hæc ibi, ex quibus elicitur apertiſſimè, quòd docuerunt Innocen. Hoſt. & Abbas antiquus. in c. quia veriſimile, extra de præſumpt. & Panorm. in dicto c. afferte, colum. 3. verſ. Inducitur præterea. dicentes, quòd quando diffinitiua fertur ex pręſumptione violenta, debet Iudex

272 † multum temperare ſententiam, & maximè nè condemnet, niſi rarò & modicè ad pœnam nec pecuniariam, nec corporalẽ; vt colligitur hic ex ſñia Salomonis. licèt. n. ex p̃ſumptione adiudicaret vni mulieri filium, non tñ voluit aliam cõdemnare ad mortem, ad quam iuſtiſſimè erat condemnanda, ſi legitimè fuiſſet probatum contra eam, quòd filium alterius ſurripuiſſet, ſecundum Innocentiũ ibi, quod benè nota. ſubintulit ibidem Panorm. ex his ergo allatis iuribus, & quampluribus ſimilib. non recitatis, breuitatis gratia, probatur præſens ampliatio. Quapropter afferremus ſolùm vnicum, & perpulchrum textum in l. abſentem, in princ. ff. de pœnis. iuncta glo. in verſic. damnari. Nam in dicta l. abſentem. hæc inter alia habentur, videlicet. [Abſentem in criminibus damnari non debere, diuus Adrianus Frontoni reſcripſit. Sed nec de ſuſpitionib. debere aliquem damnari diuus Traianus, Auſidio Seuero reſcripſit. Satius enim eſſe impunitum relinqui facinus nocentẽ, quàm innocentẽ damnari.] hæc ibi, gl. verò arguens pro, & contra: arguit enim per text. in l. ſi qui adulte. C. ad l. Iul. de adulter. Reſpondet dicẽs, ibi fuiſſe præſumptionem iuris, hic hominis, hęc ibi, quaſi dixerit iccirco in caſu dictę l. ſi qui. quis damnatur ex præſumptionibus, quia ibi hac lex ſtatuit, & ſic dicitur præſumptio iuris, & de iure. Sic autem ſcilicet in d. l. abſentem fuit ſermo de hominis tantum præſumptione fundata in præſumptione iuris tantum, cuius præſumptione non poterit homo damnari pœna ordinaria, vt iam in l. finali, C. de probation. niſi euidentiſſimis indicijs à iure approbatis crimen patuerit, cum tunc dicatur præſumptio iuris, & de iure, & tali pacto erit intelligendum quod dixit Panormitanus in dicto cap. afferente, colum. 3. verſic. Inducitur dum poſt pau

loſu-

lo superius per me recensita, infrascriptis fuit visus verbis, videlicet. Dominus Anton. dicit hic posse dici, quod non agebatur ad pœnam, sed pro restitutione filij ciuiliter. Dic tu, quod aut agitur ciuiliter, & regulariter non infligitur pœna, siue ratio procedatur ad sententiam ex præsumptionib. siue, ex alijs legitimis probationibus, vt in c. 2. de ordi. cognat. & in c. 1. de except. & in l. Lucius, ff. de his, qui not. infam. Aut agitur criminaliter, & constat de delicto ex præsumptionibus duntaxat, & tunc si sunt vrgentissimę, poterit infligi ordinaria quantumcunque maxima, vt in d. l. fin. Aut præsumptiones non sunt vrgentissimæ, tamen sunt in tantum violentæ, quod potest ferri sententia ciuiliter, & tunc habet locum iste textus, & secundum earum validitatem Iudex poterit exasperare pœnã. Nec obstante prædictæ interpretationi, sententiæ Panormitani, cum ipse se subscripserit sententiæ Innocentij supra relatæ de se ipso addente, quod non ta bene. Nec rursus obstat, quod ipsemet Panorm. dixit in c. accedens col. 2. in notab. 3. in fi. dicens, quod id, quod dicitur, quod Iudex quando procedit ex præsumptione ad condemnandum debebit mitigare pœnam in sua sententia, quia hoc est solum verum in præsumptione hominis, non autem iuris: & ratio est, quia non ita fallitur sicut præsumptio hominis, cuius sententiam Bossius in sua praxi, tit. de conuictis, num. 29. versic. & pro intelligẽ ria scias, dicens esse communem, quod & Iulius Clarus confirmauit in sua praxi lib. 5. §. fin. quæst. 20. in fin. citans, ac sequens Bossium vbi supra, de quo adhuc infra copiosior erit sermo. Hoc enim non obstat, quoniam ipsi Doctores loquuntur de præsumptione à iure approbata, seu de præsumptione dicta iuris & de iure. vt elicitur apertissimè ex verbis ipsius Bossij ibidem dicentis: & pro intelligentia scias, quod interdum lex præsumit in causa criminali, & super præsumptione disponit, & tunc præsumptio dicitur violentissima, & facit inditium indubitatum, & propter illud deuenitur ad sententiam etiam capitalissimam, vt in l. si qui, C. de adul. & ratio, inquit, est, quia legi res ipsa ex tali præsumptione patet, & ideo debet patere iudicio, vt docet Bal. in d. l. fin. colum. 1. de qua præsumptione iuris, de qua in c. afferte loquitur, seu à iure approbato loquens ipsemet Panorm. latius & clarius in c. quanto, colum. 2. versic. quando enim ius præsumit in tantum. De præsum pt. dixit, quod per præsumptionem iuris, & de iure Iudex procedit ad diffinitiuam sententiam, & contra eum nõ admittitur probatio, & ibidem col. 3. versi. venio nunc ad secundum, scilicet ad præsumptionem hominis, circa finem in versic. quandoque coniecturæ sunt strictissimæ, & vrgentissimæ, & si vtatur voce illa [vrgentissima] non dixit, quod inde Iudex posset deuenire ad sententiam condemnatoriam ad totam pœnam, sed quod inde feratur de delicto contra eum si apertè dixerit, quod non ad ordinariam iungendam pœnam, sed mitiorem procedere possit. Nam ibi infrascriptis præcisis verbis visus fuit, videlicet quandoque coniecturæ sunt strictissimæ, & vrgentissimæ, ita vt vix ipse reus audeat diffiteri delictum, & tunc causatur tanta præsumptio, quod adducit Iudicem ad credulitatem, & fertur sententia contra eum de ipso delicto: ad hoc, c. præterea, de testibus. Hæc ille, cuius verba dicta tam in d. c. afferte, & in dicto cap. accedens quàm hic in cap. quanto, summatim colligendo in vnum dicimus, quòd in dicto cap. afferte loquatur de præsumptione iuris, & de iure: & ideo dixit ex vrgentissimis præsumptionibus posse Iudicem deuenire ad totam pœnam infligendam. Nam si intellexisset de præsumptione hominis si contrarius fuisset postea in dicto cap. accedens asserens quod propter præsumptionem hominis mitigandam esse pœnam, & quod de ipsa locutus fuerit Innocent. & non de præsumptione iuris, seu à iure approbata. Ne ergo inducatur tantus Doctor in contradictionem sui met ipsius, prædicta sunt taliter interpretanda, quod videtur voluisse innuere in d. c. quanto. Cum postquam dixisset, quod contra præsumptionem iuris & de iure non detur probatio, subiunxit, quòd semper contra præsumptionem hominis admittatur probatio, & si ex vrgentissimis possit deueniri ad diffinitiuam condemnatoriam mitiorem, scilicet prout expressè docuerat in d. c. accedens, eo magis quod præsumptioni bus hominis etiam violentissimis nemo poterit condemnari ad ordinariam pœnam, prout supra docuit Gãdinus, quem sequitur Bossius in sua practica crimin. tit. de conuictis, nu. 37. versic. nos loquimur, & apertius docuit Carrerius in sua practi ca crimin. in ca. incip. Circa sextum & vltimum. de quibusdam particulariter, num. 14. vers. & nota etiam quod dixit Socinus in l. non vtique, C. de except. quod ex præsumptione à lege inducta dãnari potest ad mortem, non autem ex præsumptione facti, & ita procedit dictum Innocentij in c. quia verisimile, extra de præsumptione, & ita limitat ipse quod dicitur, quòd ex præsumptionibus non damnatur ad mortem. Nam intelligitur ex præsumptionibus facti, & non iuris, quę liquida dicitur. Item procedit in præsumptione legis liquidanda à Iudice, secus si est liquidata à iure, vt ibidem per Socinum. Hęc ille, qui pro regula indubitata posuit in dicta practica. Idem Carrerius in cap. circa secundum, videlicet de mandante, nu. 19. versic. & clarum est. dicens quod clarum sit, quod ex præsumptionibus quantumcunque violẽtis non potest deuenire ad condemnationem, & pœnam corporalem, & hoc citat alios Doctores. Idem luculentius docuit ipse Carrerius in dicta pract. in cap. incip. & nota doctrinã quam tradit textus in l. qui sententiam nu. 6. 7. 8. & 9. vbi multis auctoritatibus nititur probare, quod nunquam Iudex ex indubitatis pręsumptionibus posset imponere mortis naturalis, vel aliam corporalem, etiam si dictis præsumptionibus, merito mens Iudicis traheretur ad credendum crimen fuisse verè commissum a reo morte puniendum iuxta sancita Legum. Probatur & secũdo pręsens ampliatio Doctorum authoritate. vltra glo. dictorum iurium. nã infrascripti Doctores se subscripserunt pręsenti ampliationi. Innocentius enim Papa Quartus in c. qnia verisimile, in fi. extra de pręsumpt. infrascriptis verbis vtens, nos docuit veritatem pręsentis ampliationis, dicens: Nota tamen quod vbi ex pręsumptionibus proceditur multum debet Iudex temperare sententiam, & maximè ne condemnet, nisi rarò & modicè ad pœnam nec pecuniariam, nec corporalem, quod potes benè colligere ex sententia Salomonis, vt in c. afferte, extra de pręsumptio. Vbi licet ex pręsumptione voluerit adiudicare vni mulieri filium, non tamen aliam voluit condemnare ad mortem, ad quam iustissime erat cõdemnãda, si legitimè esset probatum contra eam, quod

quod filium alterius clàm surripuisset.vt in l.1.& l. fin.C.ad l.Fla.de Plag. Hec omnia ipse Innocent. cuius sententiam ad verbum hic referre iludui, cũ omnes ferè Doctores hanc nostram ampliationẽ amplectentes tanquam veram ad ipsam probandam inter alia citant ipsum Innocentium, in dicto cap.quia verisimile, & fuerunt infrascripti, videlicet. Felinus in cap. qualiter, & quando, el secondo, §. vltimo colum. 7. vers. tertia causa, extra de accusat. & in cap. venerabilis, colum. 4. versic. secundo nota. extra, de exceptione, & in c. tertio loco, extra de proba. & dicto cap. afferte. colum. 3. & 4. vers. nota quarto, & in vers. tertio limita vsq; in finem, qui ibidẽ & infrascriptos secutos fuisse Innocentium retulit & sequutus fuit, & sunt Cardinalis, Io. And. Anto. de Butrio. Imola, & Panor. in dicto cap. Afferte, qui Panor. idipsum docuit in cap. constitutus, extra de testibus in cap. 2. ad medium, extra de cohabit. cler. & mul. in cap. at si clerici. §. de adulterijs, extra de iudic. Idem docuit Speculat. in lib. 2. tit. de præsumptio. §. secundo, incipit species præsumptionum in vers. in summa nota quod vbi. Idem docuit rursus Anton. de Butrio, in cap. quanto, extra de præsumptio. & in cap. accedens, extra de accusatio. & in cap. auditis colum. pen. versic. sed contra prædicta, extra de præscriptio. & in cap. tertio loco, extra de proba. idem docuit Bald. in d. cap. quia verisimile nu. 1. Idem docuit Oldr. in consil. 192. incip. viso diligeter. Item Petrus de Anchara. in reg. semel malus, colum. 10. de reg. iuris in sexto. Idem docuit rursus ipse Bald. in l. fina. C. de probat. & in l. non est verisimile, ante fin. ff. quod metus causa, & in cap. 1. in fine. quibus modis feu. amitt. & in l. eius §. 1. in fine. ff. de restamen. & in consilio suo 220. incip. in quæstione in colum. 2. in tertio volumine, & in l. presbyteri la prima, colum. penult. vers. & adde quod quando. C. de Episco. & Cler. & in l. sciant cuncti ad fin. vers. sexto probatur post Nic. Matt. C. de proba. & in l. fugitiui, colum. 2. vers. si autem non est certum, & ibi Cępolla in vltima charta, & rubri. extra. de officio iud. deleg. col. penult. versi. item dicit quod Principes, & in consil. 250. incipit in quæstione Domini Milani, colum. 2. versic. secundo est videndum in lib. 1. & in consi. 364. incipien. quia quæstio ista, colum 2. vers. præterea, mitiganda est, lib. 3. idem rursus Panorm. docuit in cap. auditis in antepen. col. extra de præscrip. & in capitu. quanto de præsumptio. Idem docuit Pau. de Castro in consil. suo 197. seu 299. seu 192. incipien. visa inquisitione, colum. vltima lib. 1. dicens, quod ad condemnandum ad veram & ordinariam pœnam delicti non sufficiunt argumenta, vel indicia quantumcunque vrgentissima etiam si sint talia, quæ mentem iudicantis adeo coarctẽt, quod aliud credere non possit, & ibi ipse Paulus tradit multa exempla, & addit se propter hoc eu sisse quandam a pęna mortis, & idẽ docuit Alex. in consil. suo 188 incip. & viso processu, in colum. vltima in volum. 7. & in l. 1. colum. 8. vers. ad vnum ta men. ff. de reb. credit. si cert. pet. vbi multa ad hoc adducit. & in suo consi. 15. incip. viso processu inquisitionis formatæ per Potestatem Parmæ, colum, 2. versi. tertio per id quod dicit, lib. 1. & in consi. 115. incip. in causa inquisitionis formatæ cõtra Dominam Helenam, ad finem lib. 3. & in consi. 2. incip. viso processu, post lib. 7. & faciunt quoque ad probationem præsentis nostrę ampliationis dicta per Bal. in l. presbyteri, la prima in pen. col C. de Episcop. & Cleric vbi dixit, quod quando Iudici non liquet de falsitate testis, sed suspicatur de ea, quod tunc debet sententiam temperare cum procedat & sola suspitione, quę suspitio sola non sufficit ad condemnationẽ secũdum Dominicum a Sãcto Geminiano in c. habuisse in primo notabili. dist. 33. idem docuit Ludouicus Romanus in l. 1. §. hoc rescriptum. ff. ad Syll. idem docuit Bartholomeus Cepolla in suis consilijs criminalibus, nam in consil. 6. col. 5. vers. incipit. veritas primi licet possit condemnari, dicens quod licet quis propter præsumptiones vrgentes cõtra ipsum possit condemnari, non tamen ad mortem, quod & probatur communiter per Doctores in d. cap. afferte, qui dicunt, quod vbi ex præsumptionibus proceditur, debet Iudex tẽperare sententiã suam, & maxime ne condemnet nisi rarò, & modicè in temporariam, non corporalem, vt colligitur ex sententia Salomonis, de qua in dicto cap. afferte. Hæc ibi ipse Cœpolla, qui idipsum probat, & aliorum Doctorum sententijs, inter quos est Paulus de Castro in consil. 167. colum. penult. vbi elegantissimè dicit, quod non sufficiunt argumenta quantumcumque vrgentissima, etiam si sint talia, quæ mentem iudicantis adeo coarctent, quòd aliud credere non possit, vt si visus est aliquis exire de domo, vel camera cum gladio sanguinolento, & pallidus, & repertus est ibi homo interfectus. vel probatur, quòd Seius erat inimicus Titij, qui repertus est mortuus, & quòd minatus fuerit illum interficere, & visus est exire de agro cum gladio sanguinolento: non tamen dicunt testes illum vidisse percutere: sed alius, quam ille Seius esse nõ potuerit. Gandinus loco infra citando dixit, quòd omnes Doctores, qui tunc temporis Bononiæ erant, cõsuluerunt, quòd ratione talis præsumptionis solùm nemo possit cõdemnari ad pœnam corporalem, sed solum, ad pœnam pecuniariam, & quòd ita ipse viderit sępe practicari, & addit Pau. de Castro vbi supra, quòd propter talem doctrinã ipse liberauerit quendam a pœna capitali, cõtra quem erant ita fortia & indubitata indicia; quòd animus & intellectus non poterat credere, quòd alius fecisset homicidium, quàm ipse, hæc omnia Cœpolla vbi supra, qui in suo crimin. consil. 27. incipien. requisitus extiti, col. vlt. versic. & ideo cùm dictus Angelus, idipsum breuius repetit: qui idem rursus confirmauit in consil. suo crimin. 34. colum. 2. vers. modò ego habeo doctrinam singularem. qui Cœpolla idipsum ferè ad verbum rursum docuit in consil. suo crimin. 22. incip. quidam rustici Vicentini. colum. pen. in vers. nec obstat auctoritas Ludouici: quod repetijt in suo consil. criminalis 34 incip. si vnquam magnifice domine. col. 19. versi. modò ego habeo doctrinam singularem. & in suo consil. crim. 39. incip. Baptista, colum. 5. vers. & ad mortem condemnare non potuerunt. Idem prorsus docuit Hyppo. de Marsil. in infrascriptis locis, videlicet in sua pract. crim. §. postquam num. 50. vers. tunc nunquam debet sibi. in consi. 7. num. 36. vers. illa est singularis doctrina Innocentij, in consil. 10. num. 14. vers. sed pœna mitior, & in consil. 132. num. 24. vers. nam quando Iudex, & in l. 1. §. Diuus Adrianus, num. 25. vers. ratio est, ff. ad l. Cornel. de sicar. & rursus latius & elegantius, in rubri. C. de probat. a nume. 230. vsque ad nume. 245. exclusiue, & præcipuè in nume. 241. vers.

verſ. & teneas menti, vbi poſt multa, pro & contra præſentem noſtram ſextam ampliationem cõcludendo infraſcriptis præciſis fuit vſus verbis, videlicet. Et teneas menti vnum non omittendũ, videlicet quòd vbi eſſemus in caſu, in quo ex prę ſumptionibus violentis, vel etiam ex indicijs indubitatis poſſet deueniri ad ſententiam condemnatoriam: tunc Iudex nunquam debet reo imponere meram & veram pœnam delicti, ſed minorem. hæc ille, qui ibidem inter aliosq; Doctores recenſitos, hoc ipſum docentes connumerauit Paul. de Caſtro: dicens quòd Pau. de Caſtro in cõſil. ſuo 197. incip. viſa inquiſitione, notãter dixit, quòd ad condemnandum quem ad veram, & ordinariam pœnam delicti non ſufficiunt argumenta vel indicia quantuncumque vrgentiſſima: etiã ſi ſint talia, quæ mentem Iudicis adeo coarctent, quòd aliud credere non poſſit: & ibi ponit quam plura exempla: cuius Pauli ſententię ſe ſubſcripſit ipſe Marſil. vbi ſupra, qui in num. 239. verſic. nec etiã habet obſtare. his verbis vſus fuit, videlicet. Nec etiãm habet obſtare, quòd vehemens opinio, ſeu præſumptio idem operetur quod certitudo: quia illud procedit in ciuilibus, non autem in criminalibus, vbi agitur de vita hominis: & vbi maius eſt periculum, ibi cautius eſt agendum, vt in cap. vbi periculum, de electio. in ſexto, cum ſimilibus, & ideo non obſtantibus prædictis remaneo in opinione Gand. Io. And. Paul. de Caſtro, & aliorum, volentium, quòd ex præſumptionibus violentis, & ex indicijs indubitatis non poſſit, ſine alijs probationibus ſequi ſententia condemnatoria in cauſis criminalibus, ſed tantũ in ciuilibus, hæc ille, qui idipſum rurſus docuit in l. frater tuus, num. 56. in fine. verſ. ſed caſu quo etiam, & in nume. 57. verſ. ratio eſt. C. ad l. Cor. de ſicar. hoc ipſum ipſemet Marſil. quam apertiſſimè & eruditiſſime docuit in l. repeti. a num. 14. verſi. videamus ergo hoc. videlicet an ex indicijs indubitatis poſſit quis ad mortem condemnare. vſque ad num. 19. verſ. ſtante hac ergo concluſione pro uera. Vbi quàm plurimas Doctorum ac iurium auctoritates citauit. vbi reſpondet ad contraria, quæ poſſent afferri aduerſus præſentem ampliationem, & ſi dicat, quòd non ſolùm ad mortem, ſed nec ad pœnam corporalem, poſſet ex huiuſmodi probationibus condemnari. qui Marſil. rurſus idem docuit in ſuo conſil. 132. num. 3. verſ. & adeo eſt hoc verum, dicens quòd ex præſumptiones vehementes in criminalibus non probent per id, quod not. in cap. literas, de præſumpti. c. inſinuatum, de ſimonia, & in cap. excõmunicamus. verſ. damnetur. vbi glo. & Doctor. extra de ſent. & excommun. & habetur per Bald. & Io. de Imo. in l. fin. ff. de hæredib. inſtitu. & per Io. de Ana. in conſi. ſuo 59. incip. viſa inquiſitione, in colum. 2. hæc Marſil. vbi ſupra. Idem docuit Auguſtinus de Arimine in additio. ad Ang. in tracta. de maleficijs in verſ. quod fama publica. & num. 24. verſ. adde tamen, cuius verba ad vnguem referam in probatione limitationis tertiæ præſentis ampliationis, vide ergo ibi. Idem docuit elegantiſſimè Albertus de Gandino in ſuo doctiſſimo tractat. de maleficijs, in rubrica de præſumptionibus, & indicijs indubitatis, num. 12. verſ. ponitur & nonum exemplum, vbi poſt nonnulla tradita exempla de indubitatis exemplis concludit, quòd omnes ſapientes, quos Bononiæ & alibi ipſe vidit, ſemper dixerunt: & ita etiam ipſe vidit conſuetudine obſeruari, quòd propter talia & ſimilia non poſſit quis diffinitiuè in perſonam damnari rationibus & iuribus pro hac parte allegatis in quæſtione ſupra eod. titu. §. quæſtio talis eſt, &c. hæc ille. qui rurſum idẽ docuit in eodem tract. verſic. quod fama publica. nume. 22. verſ. ſed aduerte, quòd Angel. in l. 2. & idẽ videtur implicite docuiſſe Iac. de Bel. Viſu, in ſua pract. crim. tit. de cauſis criminalibus, num. 3. & 4. verſ. alias autem, niſi condemnatus ciuiliter. vbi dixit, quòd niſi condemnatus ciuiliter (ſcilicet in cauſa criminali ciuiliter mota) velit ſtare probationibus productis, & confeſſatis in cauſa ciuili non condemnatur criminaliter ex iiſdem actis: cum in cauſa criminali, & de maiori periculo agatur, ideo in ea clarius, diligentius, & perſpicacius eſt agendum: cùm probationes in cauſa criminali clariores luce meridiana eſſe debeãt, vt in l. ad dictos, circa medium. C. de appellat. Nam quando in cauſa criminali (ſcilicet criminaliter mota) agitur: claræ & lucidæ eſſe debent tam per cõfeſſionem propriam, quam per teſtes idoneos omni exceptione maiores: vt ſic conuictus in obiecto flagitio deprehenſus vix inficiaretur quę commiſit: & iſtud temperamentum antè oculos habere debeãt Iudices criminum, antequam procedant ad ferendas ſententias capitales, vt in l. qui ſententiam. C. de pœnis. & in l. 2. C. de requiren. reis. cũ nihil aliud in iudicijs ſit quærendum, quam iuſtitia, & ideo condemnatus ciuiliter ſuper crimine eſt euocandus, & totum negotium ei explicandũ: & interrogandus an velit ſtare productis & actitatis pro ipſo, & contra ipſum in cauſa illa criminali ciuiliter mota. hæc omnia ipſe Iac. ex quibus elicitur ipſum implicitè ſe ſubſcripſiſſe præſenti noſtræ ampliationi: cùm dixerit neminem condemnandum capitaliter, niſi probationibus luce meridiana clarioribus, quæ quidem non ſunt prę ſumptiones etiam violentiſſimę, vt per alios clarius docetur, cũ ſemper remaneat in ipſis aliquid dubij, vt patet ad ſenſum. vt quam apertiſſimè docuit Matheſil. in ſuo notabili 119. incipien. nota quòd præſumptio violenta, quem ſupra latius retuli. At quoniam quæſtio, de qua loquitur ipſe Gãdinus eſt quotidiana, & doctiſſimè examinata ab ipſo, & ſummopere fauet veritati pręſentis ampliationis. Idcircò operæpretium duxi hic ipſam ad verbum inſerere ad commodum, & vtilitatem pij, ac ſolertis Lectoris. Quæſtio ergo examinata ab ipſo, talis eſt.

Quidam nomine Titius in domo, vel agro reperitur occiſus, vel vulneratus: de malefactore autem non conſtat aliter, niſi quia quidam nomine Seius de dicto maleficio inculpatur contra hunc Titium. Iſta probãtur per teſtes idoneos omni exceptione maiores. Primo, quòd publica vox & fama orta eſt ab idoneis perſonis, quòd dictus Seius dictum maleficium commiſit. Secundò, quòd ipſe erat illius Titij capitalis inimicus. Tertiò, quòd ille Seius viſus fuit ſolus exire domum, vel agrum Titij cum gladio euaginato in manu fugiens, in qua domo vel agro, ille Titius incontinenti repertus eſt occiſus, vel vulneratus. Modò quæritur, nunquid iſta inditia ſimul iuncta, vel mixta, ſint & dici poſſint inditia indubitata; ex quibus poſſit ad condemnationem procedi? Et primò videtur poſſe dici, quòd ſic, triplici ratione. Prima quarum eſt, quia ſicut ſufficit, quòd quis ſit teſtibus

ſuperatus,

superatus, vel propria voce confessus, ad hoc quòd
273 possit capitalis sententia † contra eum proferri,
vt in l. qui sententiam, C. de pœnis, & in l. si quis
C. de Episco. & cler. & in l. 2. C. quom. appell. non
recip. ita eodem modo debebit ex dictis indicijs
contra eum repertis, sententia diffinitiua profer-
ri, cum talia indicia non respuantur a iure vt su-
pra dictum est in titu. præced. & cùm talia iudi-
cia non videantur continere minorem auctorita-
tem, & fidem probatam, quàm testes, vel instru-
menta, vt in l. ad probationem. C. de probat. &
in l. indicia. C. de rei vendicat. item tam testes,
quàm aperta indicia & manifesta æquiparantur,
vt possit sequi sententia diffinitiua, vt in l. vlt. C. de
probat. Secunda ratio, quia quoties circa idem
plura auxilia eiusdem generis ex eodem facto de-
scendentia simul commixta, & iuncta concurrũt,
dicuntur rem perficere, & plenam probationem
adducere, vt in l. a. §. hoc amplius. ff. de excusat.
tuto. & in l. si quis separatim. §. 1. ff. de appella. &
in l. vnica. C. qui nume. tut. sic & a simili supradi-
cta indicia simul coniuncta plenam probationem
274 inducunt. Ideoque singula, † quæ non prosunt,
tamen simul iuncta coadiuuant, vt in Auten. de
fide instrum. §. si verò additum, & §. si verò nullus.
col. 5. & institu. de hæred. institu. §. si plures. & in
cap. præterea, extra de testibus. Tertia ratio est,
quia cùm in qualibet ciuili causa regulariter duę
275 semiplenę probationes † faciunt vnam plenam,
& possit causa ciuilis per indicia, & præsumptio-
nes probari, vt in cap. ex literis, extra de præsum-
ptio. & argum. in l. filium. ff. de his, qui sunt sui,
vel alie. iur. plus tamen valere debent & operari
tria, vel plura auxilia, quàm duo. Nam ratio cõ-
sistit, vt plus tribus, quàm duobus credatur: plu-
ralitati enim standum est, vt in l. maiorem. ff. de
pactis, & in l. 3. §. hæc verba. ff. de testibus, & in l.
quæstionem. in fine. C. de fideicom. ergo per lo-
cum a proportione maiori tria indicia, seu tres se-
miplenę probationes, vnam plenam probationem
poterunt operari. Alioquin facilè, & frequenter
remanerent maleficia impunita, quod in contra-
rium magna ratio suadet, vt in l. item si vnus. §.
pacta. ff. de pactis, & in l. si a reo. § id, quod vul-
gò. ff. de fideiussor. quarta ratio afferri poterit,
quia videmus, quòd duo, vel tria imperfecta,
276 † vnum perfectum constituunt, vt in l. cùm sci-
mus, in principio C. de agric. & censi. quid plu
ra repertur in iure, quòd ipsa principalis causa
criminis per argumenta & præsumptiones digno
scitur, & terminantur, quamquam liquidò deli-
ctum probari non possit, vt in l. non omnes, §. à
Barbaris. ibi. [& si hoc liquidè probari non possit
argumentis, tamen cognoscendum est.] ff. de re
milit. & tamen ibi capitalis causa agebatur, vt cõ
stat per l. desertorem. §. is, qui. ff. eod. titu. & facit
ad hoc in Authen. vt lic. ma. & auiæ. §. illud. E con
tra videtur dicendum, quòd non possit quis ex di
ctis inditijs, & præsumptionibus diffinitiuè dam-
nari, rationibus tribus. Prima quarum est. Quia
cùm in ciuilibus quæstionibus maioribus vna li-
bra auri, non minor, quàm trium testium exiga-
277 tur probatio, † vt in Authen. de fide instrum. §.
oportet. & §. hic dicimus, colum. 6. & not. in l. fin.
C. de rebus cred. si cer. pet. multò fortius in qua
libet criminali causa duæ vel tres præsumptiones,
aut indicia plenam probationem non poterunt o-
perari; sed erit maior numerus testium requiren-
dus, vt possit super crimine sententia diffinitiua
proferri, maximè cùm quælibet causa criminalis
sit, & censeatur maior qualibet pecuniaria, quan
tuncunque sit magna, vt in l. in seruorum, §. fin. ff.
de pœnis. Et licèt in causa ciuili duæ semiplenę
probationes (vt est fama publica, & dictum vnius
testis) vnam plenam probationem adducant, vt
in l. proprietatis. C. de probat. & argum. in l. 3. §.
eiusdem. ff. de testibus. & 4. q. 3. §. item sæpe, &
in cap. præterea, extra de testibus. Tamen in cri
minali causa ex dictis semiplenis probationibus
non erit quis diffinitiuè damnandus: quia in cau
278 sa criminali probationes † debent esse apertis-
simæ, vt in l. fin. C. de probat. strictius enim in eis
proceditur, cùm contra hominis salutem agatur,
vt in l. addictos. C. de appellat. & in cap. veniens,
extra de testibus. Secunda ratio est, quia euiden
tia rei licèt habeatur pro quadam specie probata,
vt in l. si irruptione. §. fina. ff. de regu. iuris. & l. 3.
C. de regul. iur. etiam cùm manifestum, & aper-
tum indicium habeatur aliquem inueniri in cri-
mine, & fore detentum, & captum, arg. in l. 3. &
l. sequenti. ff. de furtis, & manifesta non indigent
probatione, vt in l. 1. in fine. ff. de do. præle. & in l.
exemplo, in fine. 1. resp. ff. de actio. emptio. & ven
ditio. tamen non debet quis talibus inditijs diffi-
nitiuè damnari: quia non eo ipso, quòd quis ca-
ptus inuenitur, de crimine poterit damnari, nisi
aliter de maleficio conuincatur, vt argum. in l. pa-
lam, §. quæ in adulterio ff. de ritu nuptia. & in l.
defensores. C. de defensoribus ciuit. Et ideo si ali
quis inueniatur pro qualicunque crimine captus
ab aliquo, qui coram pluribus testibus extra iudi
cium confiteatur, se illud crimen commisisse; &
quòd ocasione illius criminis captus sit: quam-
uis ista tria contra istum inueniantur probata, sci
licet, quòd sit captus ob illud crimen, & quòd sit
confessus illud crimen commisisse, & quòd ob id
sit captus: tamen licèt ista indicia videantur ap-
parentia: non debet ex illis solis indicijs Iudex il
lum captum diffinitiuè damnare: licèt quæstioni
bus subijci possit, & tormentis, vt not. in l. capite.
in fine. ff. de adulter. & in cap. cùm non ab homi-
ne. extra de iudic. potest etiam & tertia ratio as-
signari, & est hæc. Quoniam ex testibus, instru-
mentis, & ex indicijs indubitatis, non autem ex
præsumptione est diffinitiua sentẽtia proferenda,
vt in l. fina C. de probat. & in l. singuli. C. de accu
satio. in ciuili autem secus, ideo quia in crimina-
libus causis maius periculum vertitur: ideo quia
imminet periculum animæ, vt in Authen. vt iud.
sine quoquo suffra. §. cogitatio. vnde maior est re-
quirenda cautela, vt in l. addictos. C. de appel-
lar. & in l. vbi. C. de fal. & in casibus dubijs, & in-
certis probationibus melius est facinus relinqui
nocentis, quàm innocentem condemnare, vt in l.
absentem, C. quo. appel. non recip. & quia in du-
279 bio pęnę † sunt potius molliendæ, quàm exaspe-
randæ, vt in l. interpretatione, ff. de pœnis. Solu.
Videtur, quòd ex supradictis indicijs possit colli-
gi tantum iuris pręumptio contra prędictum Se-
ium, dum colligitur probatum, quòd erat capita-
lis inimicus occisi, vel vulnerati: & quòd visus fuit
fugere cum gladio de loco pręfato, & quòd publi
ca vox & fama est &c. sed quamuis in causa ciuili
ex iuris tantùm præsumptione possit diffinitiua,
sequi sententia, ex quo in contrariũ non proba-
tur, vt in l. siue possideris. C. de proba. & in l. Quin-
tus

tus Mutins. ff. de donat. inter vir. & vxo. tamen in criminali causa, vel in causa quæstionis prædictæ ex tali præsumptione iuris tantùm, non debebit, vel poterit quis diffinitinè damnari: quia in criminalibus causis interuenire debent, & requiruntur probationes luce clariores, vt in l. fin. C. de probat. & l. qui sententiam. C. de pęnis, & in l. singuli. C. de accusat. quod videtur ea ratione procedere; quia in causis criminalibus perspicacius est consilium adhibendum, quia ibi maius periculum, & detrimentum contingit. Et ideo ex prædictis præsumptionibus non poterit capitaliter condemnari, quia quis ex pręsumptionibus, & mendicatis suffragijs condemnandus non est, sed licet ex ea sola præsumptione, quæ iuris est tantum; aliquis non debeat, vel possit corporaliter diffinitiuè damnari, tamen ex ea sola præsumptione, quæ iuris est, & de iure, & ex quolibet alio indicio indubitato poterit cõtra aliquem diffinitiua formari sententia: hæc omnia vbi supra docuit Gandinus, quæ summopere fauent veritati præsentis ampliationis. Præsenti quoque ampliationi se subscripserunt quoque infrascripti, videlicet Vbertus Locatus in suo tract. iudiciale inquisitorum, in vers. præsumptio, num. 5. vers. nota tamen, quòd quando fert sentẽtiam. Idem docuit Ioannes Milleus in sua praxi crimin. in cap. incip. Ferdinandus Parasitus, nume. 21. & seqnentibus, versi. quamuis autem in causa ciuili. dicens, quòd quamuis in causa ciuili, ex iuris tantum; præsumptione possit diffinitiua sequi sententia, ex quo in contrarium non probatur, vt in l. sine possidetis, C. de probat. tamen in causa criminali, vel quæstionis ex tali præsumptione iuris tantum non poterit diffinitiuè condemnari secundum naturam delicti. Nam vbi proceditur ex præsumptione imponitur minor pęna, cùm possit condemnari ciuiliter, & pecuniariter: & ratio (secundum ipsum Ioannẽ ibidem) est, quia in causis criminalibus est perspicatius consilium, quia ibi maius periculum contingit, vt in l. 1. §. 1. ff. de ventre. inspi. & ideo prædictis indicijs siue præsumptionibus, idem Parasitus (de quo ibi loquitur in terminis) condemnari criminaliter, secundum naturam delicti: quia quis condemnandus non est ex præsumptionibus, & mendicatis suffragijs, vt in l. singuli, & in l. absentes. ff. de pęnis, qui in nu. 26. addidit, quòd vbi proceditur ex pręsumptione, imponitur minor pœna: & ista appellatur probatio præsumptina, vt docet Bald. in l. fin. C. de probatio. & in l. presbyteri, C. de Episcopis & cler. hæc ille. Idem docuit And. Tiraq. in suo tract. de pęnis tẽperandis, causa vigesimaseptima ferè per totam, qui præsenti nostræ ampliationi se subscribens dicit, & alios Doctores (vltra a me supra citatos) infrascriptos, quàm libẽtissime se subscripsisse eidẽ pręsenti ampliationi, & sunt Abbas antiquus, Collec. Cardinalis, Anch. Ant. Imo. Pan. & Felinus in c. afferte, ext. de pręsump. Innoc. Host. & Bal. in c. quia verisimile, extra de pręsump. addẽs ipse Tiraquel. vbi supra. quòd quãquam ille tex. in d. c. afferte, plerisq; nõ videatur istud probare, quia ibi solũ agebatur ad filię restitutionẽ, & nõ ad pœnã corporalẽ: tamen in eã sententiam pleriq; oẽs conueniunt, videlicet Alber. Gand. summę auctoritatis vir, & magnus practicus, testimonio Io. Andreas in additione Specul. titu. de procurat. §. 1. versicu. item, quód causa est crimina. in addi. inci. per hoc videtur. Ipse inquã Alber. in suo tract. malef. tit. de pręsump. & indicijs indubi. ex quib. cõdem. pos. sequi. col. 3. vers. sol. videtur. Idẽ rursus docuit Imo. in l. vlt. ff. de hęre. instit. Idẽ docuit Rom. in l. 1. §. si quis in villa. in fi. ff. ad Senat. Consul. Sylla. Idẽ docuit Franc. Are. in l. eius, qui. §. si cui. ff. de test. Idẽ docuit Barb. in suo consi. 26. inci. illud in mediũ referã, quod prophętæ clariss. col. 7. vers. modò extat solẽnis. li. 2. & in cõs. 23. inci. sapiẽtissimus, dixit Ecclesiastes. col. vlt. vers. & ex illis, li. 2. Idẽ docuit Soc. in repe. l. 1. col. 4. ff. de vulg. & pup. idẽ docuit Ang. in l. 2. ff. de furtis, qui reprehendẽdo Bar. pro eo, ꝙ dixerat, ꝙ ex p̃sumptione aliqua violẽta poterat q̃s criminaliter damnari, ꝙ ipse Ang. negat dicẽs, ꝙ nullus possit crimi
280 naliter dãnari p̃sumptione violẽta † maximè ad mortẽ: sed benè est sufficiẽs indiciũ ad torturam. Idẽ docuit latè Dec. in c. venerabilis. col. 11. cũ sequẽti. ext. de exce. & in c. tertio loco. col. pen. vers. & pro talib. ex̃. de prob. Idẽ docuit Ias. in l. vt vim. col. 3. vers. moneor per illud, ff. de iust. & iu. & in l. 1. col. 5. vers. tu aduerte, licẽt. C. de ser. fug. Idẽ docuit Matth. de Afflict. in constitu. Sicilię. inci. mala noxia. col. 2. Idẽ docuit Frãc. de Aret. in l. eius. §. 1. vers. tertiò dicit. ff. de rest. in c. inter sollicitudines. ext. de purga. can. secũdũ lecturã gl. vlt. quã, & ad hoc notat Alex. in d. l. 1. ff. de reb. cre. si cer. pet. & d. suo cõs. 2. lib. 7. idẽ docuit Ias. in d. l. 1. & in l. vt vim. ff. de inst. & iur. idẽ latissimè ac doctissimè docuit Thomas Grammaticus noster Neapolit. in decisione. 42. incipien. Angelus Pisacane. a nume. 6. vsque in finem, citãs ad hoc text. in capit. inter sollicitudines, extra de purgatio. canon. dicens ita fuisse iudicatũ per magnã Curiam Vicarię Neapolitanę cõtra ipsum Angelũ, cõtra quem fuerant in iudicio probata multa indubitata indicia simul, ac p̃sumptiones ẽt violẽtissimę de homicidio cõmisso: qui tandẽ nõ pęnæ ordinarię homicidij, vtputa, pęnę mortis naturalis, sed pęnę triremiũ p quattuor annos addictus fuit. Vbi ipse Grãmat. idipsum probat multis Doctorũ ibi recẽsitis sententijs, quòd rursus confirmauit in decisione 56. nume. 18. versicu. & sic cum ex defensionibus. Vbi dixit sic, cùm defensionibus inquisiti probatio fisci satis dubia euaserit, in criminalibus motus Iudicis, debet se inclinare in mitiorem partem, vt consuluit Bald. in suo consilio 328. in vltima impressione, volum. 2. subdens, quòd vbi de vita hominis agitur, probationes dubiæ ad mortem inferendam non sufficiunt, sed debent esse luce meridiana clariores. Idem in specie consulendo tenet in suo consilio 314. in 2. volum. & subdit, quòd ideo Iudex maiorem consequitur honorem ex absolutione, quàm ex condemnatione inquisiti, ex quibus omnibus, & eorum singulis concludo (subdit ipse Grammaticus ibidem) quòd vbi ex præsumptionibus etiam violentis quis damnatur, numquam imponi poterit pœna vltimi supplicij, vt dixit singulariter Innocentius in capitulo quia verisimile, extra de pręsumptione, Gandinus in rubrica eodem titulo, Alexander in consilio 116. incipiente. In causa inquisitionis, volumine tertio, & vbi pro crimine imponitur pœna mortis naturalis: tamen vbi non est liquidò probatum, Iudex pœnam minuit. Ita dixit Paris de Puteo in suo tractatu de sindicatione in versiculo culpa. Hæc Grammaticus vbi supra, qui subdit quòd his non

Qq obstantibus

obſtantibus magnæ Curiæ Vicariæ Neap. Iudices
& conſiliarij ſacri conſilij pœnæ vltimi ſupplicij
donauerunt quendam inquiſitum de furto de no-
cte per præſumptiones violentas, & ſi ipſe Gram-
maticus fuiſſet voti illum damnãdum fore ſolùm
pęna triremium ad tempus, ſed quòd illi Iudices
hoc fecerunt nõ ſine onere eorum conſcientię, hęc
Grãmaticus vbi ſupra, qui in ſuo conſi. 13. nu. 36.
& 37. dicens, quòd nemo poſſit damnari ex cõie-
cturis, ſeu præſumptionibus, prout dixit etiã And.
de Iſer. in c. 1. §. de viro. de contro. inueſti. & quod
voluit Bal. in l. 2. C. de his, quæ pęnæ nomi. vbi di-
xit, quòd coniecturę, non ſufficiunt ad pęnæ com-
miſſionẽ. ſequitur Iaſ. de May. in l. ſeruũ fugitiuũ,
col. 4. C. de ſeruis fugit. ſubdens, quòd ẽt violenta
præſumptio in criminalibus non ſufficit ad quem
condemnaudum, hæc omnia Grãmatic. vbi ſupra,
cuius ſententia erit interpretanda de condemna-
tione ad pęnam ordinariã, ſcilicet mortis, ne ſibi
videatur contrarius in ſupra citatis eius verbis, v-
bi dixit, quòd ex talibus pſumptionibus poterit
deueniri ad condemnationem ad pęnã extraor-
dinariam mitiorem pęna ordinaria, vide ibi. Idẽ
docuit Ioannes Lup. in ſua alleg. in materia hęre-
ſis, ſita in repet. c. per veſtras, in fine, ext. de dona.
inter vir. & vxor. Idem docuit Paris de Puteo in
tract. ſindic. in verſ. compo. in paruo volum. & eſt
ſub verbo. Culpa officialis. Idem docuit plenè Ni-
colaus Boetius in ſua deciſione 164. inci. alia in-
ſuper orta fuit. in primo vol. idem docuit Aegi-
dius Boſſius, in ſua praxi crimin. titu. de coniun-
ctis, a num. 34. verſ. in nullo tamen ex ſupradictis
vſque ad nu. 43. incluſiuè, qui peroptimè pręſen-
tem ampliationem probat multis medijs aſſerens
hanc eſſe communem ſententiam Doctorum, &
concludit, dicens in d. nu. 43. & omnibus tritura-
ris, tandem eſt concludendum, quòd nullę præ-
281 ſumptiones † facere poſſent, vt quis ſit capite pu-
niendus, vel afficiendus pęna corporali quinimò,
quòd pęna pecuniaria eſt moderanda. Idem do-
cuit Iulius Clarus in ſua praxi crimin. lib. 5. quę-
ſtio. 20. verſicu. ſcias tamen. Vbi & ad hoc ipſum
probandum citat quamplures Doctores idipſum
ſentientes, & concludit, quòd ipſo vſu ſeruatur,
quòd ex præſumptionibus quantumuis violentis
Iudex, & ſi procedat ad condemnationem rei,
non tamen imponet ei pœnam mortis naturalis,
ſed benè pœnam etiam corporalem, & nunquam
ordinariam, ſed mitiorem, addens, quòd in anno
ſalutis 1557. 2. Ianuarij per Senatum Mediola-
nenſem, fuit ad triremes condemnatus, per de-
cennium quidam Antonius Maria Fayta, qui fue-
rat indicijs indubitatis grauatus de homicidio
commiſſo. Idem docuit Ludouic. Carretius, in
ſua praxi crimina. circa finem, in cap. incipien.
circa ſextum, & vltimum, nume. 14. verſiculo &
nota etiam. Idem docuit Socinus in l. non vti-
que. C. de exceptio. vbi declarat dictum Inno-
centij (ſupra citatum) in capitu. quia veriſimi-
le, extra de præſumptio. dicens, illud procedere
in præſumptione facti, ſeu hominis, non autem
iuris, quæ liquida eſſet: non autem iuris, quæ li-
quidanda eſſet a Iudice, quia etiam tunc proce-
deret Innocentij ſententia. Idem docuit Tho-
mas Ferratius (relatus a dicto Carrerio vbi ſu-
pra.) in ſuo tractatu cautelarum, cautela quin-
ta. Idem docuit Andr. de Iſernia, in capitu. 1.
§. de viro. de contro. inueſtitu. dicens, quòd con-
iecturæ non ſufficiunt ad pœnæ commiſſionem,
prout ipſum retulit & ſequutus fuit Thomas Grã-
maticus in conſilio 13. nume. 37. verſicu. dixit,
Andreas de Iſernia, addens, quòd hoc ipſum do-
cuerit Baldus in l. 2. C. de his, quæ pœnæ nomi-
ne, & Iaſon in l. ſeruum fugitiuum, colum. 4. C.
de ſeruis fugitiuis, ſubdens quòd etiam violen-
ta pręſumptio in criminalibus nõ ſufficit ad quem
condemnandum. Idem rurſus ipſemet Gram-
maticus docuit in ſua deciſione 56. incipien. An-
dreas Beſſa de Neapoli. nume. 21. verſic. ex qui-
bus omnibus, infraſcriptis vtens verbis, videli-
cet. Ex quibus omnibus, & eorum ſingulis con-
cludo, quòd vbi ex præſumptionibus, etiam vio-
lentis quis damnatur, nunquam imponi poterit
pœna vltimi ſupplicij; vt dixit ſingulariter Inno-
centius in capitu. quia veriſimile, extra de pręe-
ſumptio. Gandinus in rubrica, eodem titu. Idem
docuit Alexander in conſilio ſuo 116. incipiente
in cauſa inquiſitionis, volum. 3. Idem docuit Pa-
ris de Puteo noſter Neapolitanus) in ſuo elegan-
tiſſimo tractatu de ſindicatu. verſicu. culpa, per
textum in capitulo circumcelliones, 23. quæſtio.
5. dicens, quòd vbi pro crimine imponitur pœ-
na mortis naturalis; tamen vbi non eſt liquidè
probatum, Iudex pœnam minuit. Idem voluit
Bald. in l. quid ergo. §. pęna grauior. ff. de his, qui
not. infam. & eſt tex. not. in c. inter ſollicitudines,
extra de purgat. cano. Idem docuit Bernardinus
Diaz in ſua praxi crim. can. c. 141. incip. vt autem
curę. Rationem autem quare. dicẽs, Rationẽ autẽ
quare deficiens in purgatione puniatur vt conui-
ctus, colligit Abbas (ex gloſa ibi, in c. inſinuatum,
de ſimonia, quam ẽt allegat ad id in d. c. accedẽs
col. 2. extra de accuſ. videlicet, quòd præſumptio
probabilis orta ex infamia trãſit in violentã, cùm
reus deficit in ſe purgando: & violenta ſufficit ad
condemnationẽ, vt in c. afferte, de præſump. & in
l. indicia. C. de rei vendic. ſed ſalua (inquit ipſe
Diaz) tanti patris pace, hæc rationem videtur bo-
282 na: quia violenta præſumptio † nõ ſufficit ad im-
ponendã pęnam ordinariam delicti: nec hoc pro-
bant iura per eum adducta. Vnde crederẽ, quòd
ratio vera eſt, quia conditores canonum voluerũt
hunc rigorem ſeruare, vt clerici non minus ſtude-
rent in vitanda infamia, & ſuſpitione vehementi,
quàm culpa, propter ſalutẽ Chriſtiani populi, qui
nimis inficitur a pernicioſo exemplo a clericis
habito, conſiderantes, quòd cùm pœna ordina-
ria Canonis contra conuictũ legitima probatio-
ne, non ſit pęna mortis, vel mutilationis mem-
bri, non erat tanti rigoris clericum deficientem
in purgatione haberi pro conuicto, & æquali pę-
na puniri. Ex qua ratione pro vera recepta cre-
derem vnum ſingulare, & non paruipenden-
dum poſſe inferri; quòd in delictis, in quibus
clericus venit degradandus, & Curiæ ſeculari
tradendus, ſi Iudex ſecularis videat clericum
fuiſſe degradatum, & ſibi traditum propter
defectum a purgatione, quòd non poteſt eum
punire pœna ordinaria, qua laicus conuictus
de illo delicto puniretur: cùm ſit verùm,
quòd ſibi traditur non verè, ſed interpretati-
ue conuictus de delicto: & ipſi non liceat iure
Ciuili, vel Regio aliquem pœna ordinaria puni-
re; niſi claris probationibus, ſeu confeſſio-
ne propria conuincatur; niſi in caſu hæreſis,
283 † in quo non licebit ſeculari examinare proceſ-
ſum

sam inquisitoris, vt in cap. vt inquisitionis. §. prohibemus, de hæret. in sexto, & ibi per Doctores, & in cap. 1. extra de officio ordinar. hæc omnia Diaz vbi supra, quibus probatur præsens nostra ampliatio, & consuluitur Iudicibus. Idem docuit Petrus Follerius in sua praxi crimin. tit. de pœnis debitis feriantur, num. 59. versic. insuper aduertendum est.

Probatur & tertiò hac ratione præsens ampliatio, videlicet. Cùm ad diffinitiuam sententiã pronunciandam in causa criminali contra aliquem
284 de iure requirantur probationes † luce meridiana clariores, vt in l. fina. C. de probat. consequens fit, quòd nemo possit de iure puniri pœna ordinaria ex solis præsumptionibus etiam violẽtis, seu vehementibus, vt abundè satis fuit probatum per supra allata hucusque.

Limita primò ea, quæ dicuntur in dicta præcedenti immediata ampliatione; dicendo ipsa non habere locum, quando agitur solùm ad imponendam pœnam pecuniariam, vel paruam corporalem, scilicet fustigationis, vel infra, quoniam tũc
285 præsumptio vehemens † sufficeret ad totalem huiusmodi pœnam de iure infligendam: maximè si talis præsumptio esset approbata a iure, & si nõ in criminalibus. Hæc limitatio probatur triplici medio. Primo enim per argu. in l. 3. §. cognoscit. vers. & quia plerumque. ff. de offic. præfect. vigil. vbi hæc habentur, videlicet. [Et quia plerumque incendia culpa fiunt inhabitantium, aut fustibus castigat eos, qui negligentius ignes habuerunt: Aut seuera interlocutione comminatus, fustium castigatione remittit.] hæc ibi. Dixi probari per arg. in d. §. cognoscit. vers. & quia: quoniam inde apertissimè elicitur, quòd ex culpa præsumpta, poterit quis fustigari, ac per consequens pęna corporali parua puniri. Ad idem facit, quia condemnatus de dolo efficietur infamis, vt in l. 1. §. 1. & l. Athletas. ff. de his, qui not. in fa. & infamia sequitur personam, quocunque illa vadat, vt in l. ea. iuncta glo. ff. de postula. & dolus dicitur maleficium etiam in statutis, secundum Bal. in l. 1. § nũc tractemus, in fine. ff. de tute. & ratio distra. & tamen de dolo quis conuincitur ex coniecturis, vt in cap. 5. de renunciat. in sexto, ibi [dummodo de præmissa fraude appareat saltẽ per aliquas probabiles coniecturas.] Hæc ibi. Idem in l. dolum. C. de dolo malo, vbi hæc habentur, videlicet. [Dolum ex indicijs perspicuis probari conuenit.] hæc ibi. Probatur & secundò Doctorum auctoritate præsens limitatio. Nam Felinus ipsi se subscripsit, in cap. afferte, col. 3. & 4 in vers. nota quarto, & in vers. tertio limita, & latius & apertius in vers. quartò limita, vsque in finem. ext. de præsump. Idẽ docuit Bossius in sua praxi crim. tit. de conuictis, nu. 49. vers. vbi imponitur pęna fustigationis. dicens, quòd non mirũ sit hoc, cùm ita voluerit lex ibi. afferens, ꝙ idipsum docuerit Brunus in tract. de indicijs & tortura, char. 5. col. 1. ad finẽ, idest in q. 4. nu. 15. vers. itẽ limitat pdicta. vbi subdit rõnem dicẽs, hoc esse, q. a ita fuit decisum, ac expressè approbatũ a iure. Quapropter idẽ dicẽdũ erit, de hac limitatione, ꝙ dicet de subsequẽti quarta. Idẽ docuit Aug. de Ari. in addi. ad Ang. in tract. de malef. in vers. ꝙ fama publ. pt ęce. n. 26. vers. item limitarem, vt dixi.

Limita & secũdò dicta in pcedẽti ampliatione
286 in casu assassinij, in quo Iudex † procedere poterit ad pęnã mortis ex psumptionibus, ac probabilibus argumẽtis. Hæc limitatio probata fuit infra à nobis latissimè in tract. de assassinij pęnæ extensione, vide ergo ibi.

Limita tertiò allata in pcedẽti ampliatione, di
287 cẽdo illa nõ habere locũ: qñ Iudex † pcedẽs criminaliter in causa criminali moueret ad sñiam pęnalẽ proferendã, ex psumptionibus violẽtissimis, seu vrgentissimis a iure approbatis, propter taliũ criminum difficillimã pbationẽ, quę cõtingit in probatione criminis adulterij, simonię, heresis, assassinij, sodomię, venenarionis, & similiũ. Nã tũc psumptiones huiusmodi plenè probãt, cũ a iure sint approbatę, ad talia crimina plenè probanda, & tales psumptiones dicẽtur iuris, & nõ hominis, & ꝙ plenè probent ꝙ ẽt ad in iungendã pęnã mortis naturalis, omnes Doctores hoc docuerũt, dum de ipsorũ puniẽdis sigillatim loquunt, vt fecit Iul. Clarus, & alij in suis tractatibus pęnalibus, & vt nos faciemus loco suo, Deo dãte. Nã tũc posset punire criminosum tali pęna ordinaria iuris, nisi cõtrariũ probaret. Hęc limitatio probat triplici medio. Primo. n. per arg. in l. fi. C. de prob. vbi hęc habentur, videlicet. [sciant cũcti accusatores eã rem se deferre in publicã notiorẽ debere (quę munita sit idoneis testibus, vel instructa apertissimis documẽtis, vel indicijs ad probationẽ indubitatis, & luce clarioribus expedita.] hęc ibi. Idẽ probatur per arg. in l. 2. in princ. C. quorũ appel. nõ reci. vbi hęc habẽtur, videlicet [obseruare curabis, nẽ q. s homicidarũ, veneficorũ, maleficorũ, adulterorũ, itẽq; eorũ, qui manifestã violentiã cõmiserũt, argumẽtis cõuictus, testibus superatus, voce etiã propria vitiũ, scelusq; cõtessus, audiat appellãs.] hęc ibi. Idẽ probat per arg. in l. si qui adulterij C. ad l. Iul. de adul. vbi hęc habent, videlicet [si qui adulterij fuerint accusati, & obtẽtu proximitatis, intẽtata depulerint per cõmemorationẽ necessitudinis crimini fidẽ derogãdo, dũ existimar nõ debere credi ꝙ allegatur, vel nõ potuisse cõmitti: hi si postmodũ in nuptias suas, consortiũq; cõuenerint, facinus illud, in quo fuerint accusati, manifesta fide atq; indicijs euidentibus publicabũt. Vnde si qui eiusmodi reperti fuerint, iussimus in eosdẽ seuerissimè vindicari, & veluti cõuictũ facinus cõfessumq; puniri.] hęc ibi. Idẽ probatur per arg. in c. excõmunicamus, el 1. §. fin. vers. si quis. n. ext. de heret. vbi Innocẽtius Tertius his verbis vsus fuit, videlicet. [si quis. n. Episcopus super expurgãdo de sua diœcesi hereticę prauitatis fermẽto, negligens fuerit, vel remissus: cũ id certis inditijs apparuerit, ab Episcopali officio deponat, & in locũ ipsius alter substituat idoneus, qui velit & possit hereticã confundere prauitatẽ.] hęc ibi. Dixi probari pręsentẽ limitationẽ per argumentũ in dictis iuribus, & nõ per d. iura, qm & si ad verbũ, & explicitè in ipsis nõ cõtineat veritas ipsius. benẽ tñ implicitè & secũdũ ipsorũ sñiam, ac mentẽ, eũ ibi fuerit statutũ, ꝙ pęna ordinaria imponatur criminoso, si ipsius crimẽ certis inditijs clarucrit, vt ex ipsis iuribus apertissimè colligit. Probatur & secũdò pręsens limitatio Doctorũ auctoritate. Nã vltra glosas dictarũ iuriũ, infrascripti Doctores se explicitè subscripserũt eidẽ, nã Panormitan. in c. afferte, colum 3. versicu. dic tu, quod aut agitur. extra de prob. infrascriptis vtens verbis, se subscripsit pręsenti limitationi, videlicet Aut agitur ciuiliter, & regulariter non infligitur pœna, siue

Qq 2 proce-

procedatut ad sententiam ex præsumptionibus,
siue ex alijs legitimis probationibus, vt in c.2.
ext.de ord,cogn.& in c.1.de excep.& in l.Lucius,
ff.de his,qui not,infa. aut agitur criminaliter, &
cõstat de delicto ex pręsumptionibus dum taxat;
& tunc aduerte ad validitatẽ præsumptionis. Si
enim sunt vrgentissimæ,tunc potest infligi pęna or
dinaria quantuncunque maxima, vt probatur in
l. sciant cuncti. C.de probat. canonizata in capit,
sciant.2.q.8.& in l. indicia,C.de rei veud,hæc Pa
nor.vbi supra.qui idipsum repetit in d.c.excõmu-
nicamus el 1.col.2. vers.in glo.in vers.condemnen
tur,dicens, & nota,quòd ex violentissima pręsum
ptione quis põt condemnari de grauissimo crimi
ne,& dixi in c.3.de præsumpt.Idem docuit Feli-
nus in d.c.afferte,col.3.in vers.quartò limita,ex-
tra de præsumpt.& quòd Panor.loquatur de prę-
sumptionibus iuris, seu a iure approbatis hic, &
non hominis,patuit per ea quæ ipsemet docuit a-
libi,& relata fuerunt per me in probationem prę-
cedentis ampliationis, cuius est hęc limitatio,vi
de ergo ibi. Idem docuit Innoc.in c.sicut.ext. de
simonia,dicens hoc esse particulare in dictis casi
bus, quia huiusmodi præsumptiones a iure appro
bantur, quod & clarius docuit Iulius Clarus, in
sua praxi,q.20.vers.scias etiam,vbi dixit,quòd in
288 quibusdam casibus,† vt sunt assassiniũ,sodomia,
heresis,simonia,& huiusmodi ex solis pręsumptio
nibus poterit quis cõdemnari ad mortem: & hoc
dixit postquam paulò antę dixerat,quòd in deli-
ctis occultis quando veritas clarius haberi nõ po
test, per præsumptiones quis (vt communiter te-
neri docet Carrer.) cõdemnatur,& subdit quòd
Mediolani hæc opinio seruetur quoad condem-
nationem, sed non ad mortem naturalem, sed ad
triremes àd tẽpus. & re uera hęc sentẽtia ab om
nibus approbatur,eo magis quòd dicta crimina
sunt occulta,& difficillimæ probationis,vt etiam
docet Carrerius in sua practica in cap.incip. cir-
ca quartum,qualiter & quãdo proceditur ad tor-
turam,folio 75,nu.20.vers.in his etiam ad condẽ
nandum. Nec obstat quod docuit Thomas Grã-
maticus noster Neapolitanus in decisionę 42. in
fine, vbi videtur contrarium probasse,dicens, ꝙ
quando quis veniat condemnandus ex inditijs,&
præsumptionibus vehementissimis,& etiã indubi
tatis nõ punietur pęna delicti vera, sed alia mino
ri iudicãtis arbitrio:prout docuit Bal.& Morder-
ni. in l. eius.§.1.ff.de testa.& ibi Franc.de Are.in
vers. tertio dicit,sequitur ẽt Barb.in cõsi.62.post
medium.vers.& quidem Bal.vol.1.Imo.Car.& Fe
linus in d.c.afferte post Siculum,Innoc.in c.sicut,
de simo.Paul.de Castro in consil.197.Abbas,in c,
audiris,extra de præscript.& ibi Felinus. Alberi-
cus de Rosat.in l.indicia.C.de rei vendi.Idem Si-
culus in c.tertio loco, & ibi Felinus,de proba.&
plenè Illustr. Nic. Boerius in sua decisione 164.
hęc dixit Grammatic.vbi sup.addẽs quòd iccircò
magna Curia Vicariæ Neapol. quẽdam Angelum
triremibus deputauerit per quadriennium,eo ꝙ
fuerant probata inditia vrgẽtissima cõtra ipsum,
qui inquisitus fuerat de homicidio cõmisso, & v-
nus testis oculatus deposuerat,& quatuor de indi
tijs,qui viderant eũ euaginato gladio cum socijs
duobus currentem a loco vbi mortuus fuerat ille,
de quo quęrebat.& citat Innocẽtiũ in d. c. sicut,
de simonia,qui solũ dixerat,ꝙ in simonia & hęre
si sufficiãt p̃sumptiones ad condemnandũ,in alijs
verò negotijs probationes luce meridiana clario
res,ex cuius verbis innuit ipse Grammat. ibidẽ se
loquutũ fuisse in alijs casibus, quàm in casibus a
iure approbatis;vt in casu p̃sentis limitationis;
& ideo tradidit nobis exemplum de homicidio;
& quòd non cõtradixerit præsenti limitationi eli
citur quoq; ex his, quæ paulò post referremus ex
ipso doctore; sciendum igitur, ꝙ volens ipsemet
Grãmat.solum de præsumptione hominis, & non
de approbata a iurę loqui,& de pęna inde infligẽ
da,quàm prudentissimè postmodum dixit in vo
to tertio, incip.æterni numinis præsidio, num.2,
vers. item in occultis criminibus, his præcisis ver
bis vtens, videlicet. Item in occultis criminibus,
ex eorum natura, voluti in veneratione, ne dũ ex
iuris dispositione ad torturam, verum etiam ad
condemnationẽ præsumptiones, & cõiecturę suf-
ficerent in locum plenę probationis, vt etiam do
cuerunt Antonius de Butrio, & ceteri in c. tertio
loco,extra de proba. & plenè Iason in l. si quis ex
argentarijs,§. prætor ait.ff.de ædendo. & consu-
luit Alex. in cõs.24.in 2.vol.& ante eum Paul. de
Cast. in cons.278,inci.viso processu. & ideo dixit
Bal.in l.in illa stipulatione si calendis, in fin.ff,de
verb.oblig.ꝙ in oĩbus, in quibus clarę & liquidæ
p̃bationes haberi nõ possunt, sufficit ꝙ Iudex ex
vehementi opinione se informet: & alibi dixit sa-
tis ad propositũ Ang. in d.l.si quis ex argentarijs,
289 ꝙ vbi difficile est probare veritatẽ † facti conie-
cturę habent loco plenę probationis. Hęc oĩa ad
verbũ docuit Grãma.vbi sup. ex quibus patuit ip-
sum se subscripsisse pręsenti limitationi,& iux.ea,
quę in decis.42.vbi sup.dixerat,quasi dicendo, ꝙ
hęc sua sentẽtia loquitur de condemnatione solũ
ad aliquã pęnã mitiorẽ, nõ aũt ordinariã mortis
naturalis, vel alterius,& iccircò dixit,ꝙ habentur
indicia loco plenę probationis in crimine,ꝙ diffi
cile possęt probare,& nõ addidit, posse puniri pę
na ordinaria,nę cõtradiceret sibi in decis.42. vbi
hoc apertissimè docuit,& nos statim retulimus
(vide ibi) & iccircò hic.& in dicta decis.42.cita-
uit Pau.de Cast.qui ad verbũ dixit se inde liberas
se quendã a pęna mortis propter doctrinã Gandi-
ni, supra recitata a me in pręcedenti ampliatio-
nis probatione, ex quibus patet, quòd nõ sufficit
ad imponendã pęnã iuris ordinariã mortis natura
lis difficilitas probationis cũ p̃sumptione violen-
ta,nisi sit illa approbata a iure:& si inde ad pęnã
mitiorẽ possit Iudex deuenire,& ad torturã, vt la
tissimè diximus in d. ampliatione, etsi nõ nege-
mus ꝙ in foro ecclesiastico ad thori separationẽ
vel ad aliã pęnã ciuilem plenè probent d.indicia
indubitata qñ difficile esset alio modo pleniorẽ
ipsa probari, & iccirco ipse Grãmaticũ,vbi supr.
ad hoc innuendũ citauerat tex. in c,Michael.ext.
de filijs presbyter.& in c.pręterea.ext.de testib.v-
bi nõ agitur ad pęna sanguinis. Idẽ docuit Hyp-
poli.de Marsil.in repetitio.rub.C.de prob.n.238.
in vers.& sic ista videtur cõis opinio. vbi infrascri-
ptis vsus fuit verbis, videlicet. Et sic ista videtur
cõis opinio,iustior,& æquior, ꝙ ex dictis indubi-
tatis inditijs,seu ex violẽtis p̃sumptionib. nõ pos-
sit in causa capitali deueniri ad cõdẽnationẽ, seu
ad sñiam diffinitiuã licèt secus sit quoad pęnam
pecuniariam,vt volunt Doctores in dictis locis,
Fatendũ tñ est (inquit Marsil.) ꝙ in delictis, quæ
de sui natura secretè perpetrantur,vt adulterium,
sodomia,simonia, & similia,quæ directè vix pro-
bari

bari possunt: cùm in eis difficillimu sit habere veras probationes; poterit in illis deueniri ad condemnationem ex presumptionibus violentis, & ex indicijs indubitatis, per tex. & per ea quæ ibi habentur per Doctores in l. si quis adulteri. C. de adulter. & in cap ex literis, & in c. illud. & in cap. tertio loco, extra de probat. & in cap. præterea, el secondo de testibus, & in c. afferte, & in c. quia verisimile, extra de præsumpt. & per Bar. & alios in l. 3. ff. de furtis, & in l. capite quinto. ff. de adulter. & per Dominum Paridem de Puteo in suo tract. de sindic. in char. 96. in princ. col. 2. hæc omnia dixit Marsil. vbi supra. ex quibus patuit ipsum docuisse verissimam esse præsentem limitationem, prout elicitur ex verbis ipsius (etsi aliquantulù obscuris) nam postquam ipse docuisset. quòd sibi videatur opinio iustior, æquior, ac verior, quòd ex indubitatis indicijs ac violentis præsumptionibus sequi non possit condemnatio in causis capitalibus: statim subiunxit, quòd tamen in delictis, quæ de sui natura secretè perpetrantur, vt adulterium &c. poterit deueniri ad condemnationem scilicet capitalis sententiæ ex præsumptionibus violentis: in casibus tamē a iure approbatis quod elicitur ex nominatis criminibus, scilicet adulterio, sodomia. & alijs, quorum ordinaria pœna est pœna mortis naturalis, vt omnes docuerunt, & loco suo latius probabitur. Idem docuit Bartol. in l. 3. in principio, ff. de furtis, his verbis vtens, videlicet.
290 Nota ex lege, quòd delictū † dicitur manifestum esse, quando quis deprehenditur in ipso delicto, vel in aliquo actu propinquo ad delictum: ita vides hìc, si deprehenditur quis cum re furtiua, licet non fuerit visus furari, est manifestus fur. Idem dico si aliquis deprehenditur in domo alicuius, vbi pulchra mulier est, certè facit hunc adulterum manifestum. Item si aliquis fuerit visus effugere cum gladio euaginato, & reperitur aliquis mortuus, certe ex hoc est homicidium manifestum quòd talis fecit. hæc ibi. Bar. quū volens nos docere quomodo probetur adulterium, dixit (in l. 2. §. fina. versic. item dicitur hìc probationibus. ff. ad l. Iul. de adulter.) quòd adulterium non possit probari directo aliqua ratione: quia si videres in camera duos, vel in lecto, nescires tamen quid facerent: sed dico, quòd probatur ex præsumptione, vt in cap. præterea, el secondo, extra de testibus, & c. literis, & c. tertio loco, extra de presumptio. & addit ibidem, tenementi prædicta, quasi dixerit, quia vera & necessaria scitu sunt. Idipsum rursus docuit ipse Bart. in l. capite quinto, col. 2. vers. circa legem nostram quæro. ff. de adulter. dicens, quòd probationes sufficientes adulterij sunt, prout glos. hic dicit, & benè, quòd sit inuentus in rebus venereis: quapropter si testis dixerit, quòd eum inuenit in rebus venereis: vt quia inuenit eum in camera solū, vel osculantem, vel tangentem: quia ista sufficiunt ad probationem adulterij: & hoc Canonistæ habent expressius, in cap. præterea, extra de testibus, & in cap. tertio loco, & in cap. literis, extra de præsumptio. hæc Bartol. vbi supra. attamen animaduertat Lector, quòd Bartoli sententia erit limitanda secundum terminos præsentis nostræ limitationis, scilicet in casibus specialibus a iure approbatis, non autem in reliquis, quod eligitur ex mente ipsius collecta ex verbis eius. Nam eo ipso, quòd dixit quòd illa inditia adulterij sufficiant ad probationem adulterij, & quò Canonistæ hoc habeant expressius in dictis c. preterea. c. tertio loco, & in c. literis. vbi non agitur ad penam mortis ac de causa criminali criminaliter mota, sed solùm de causa criminali ciuiliter mota, innuit de ipsa simpliciter loqui: nisi in casibus specialiter, a iure approbatis, vt in casu assassinij & aliorum similium, scilicet criminis læsę maiestatis, in quibus ius specialia statuit, vt latius in sequenti limitatione probatur, & tali pacto etiam erit intelligenda sententia supra relata a nobis Panormitani in dicto cap. afferte, & in dicto cap. excommunicamus, quod & clarius docuit ipsemet Panor. in c. accedens, col. 2. versi. nec obstat primo, num. 6. extra de accus. vbi dixit quod id quod dicitur quod Iudex debet temperare sententiam suam quando procedit ex præsumptione, verū est, si loquamur de presumptione hominis, non autē si loquamur de præsumptione iuris: quia nō ita fallitur sicut presumptio hominis. & hec limitatio probatur per tex. in c. de hoc, ext. de simonia, vbi quis ex præsumptione iuris violēta, quā singularem approbat ibid. Panor. nu. 4. in vers. in glo. fi. in c. insinuatum, extra de simonia, dicens ipse Panor. nota ista gl. quam soleo quotidiè allegare ad reddendā rationem verā quare deficiens in purgatione puniatur vt conuictus: non enim punitur ex præsumptione probabili tantum, quia illa non sufficit ad condemnandum quempiā de crimine, vt in c. literas, extra de presump. hec ibi Panor. ex cuius verbis patet quod id quod dixerat in dicto c. afferte intelligebat loqui de presumptione violentissima approbata a iure, nō aūt de violētissima p̄sumptione hoīs nō approbata ab aliquo iure expresse, de quà p̄sumptione violētissima ꝓbata a iure loquēs Bossius in sua pract. cri. tit. de cōuictis n. 29. vers. & pro intelligētia scias, vbi dixit ꝙ talis p̄sumptio dicatur violētissima & ꝓpter ipsam deuenirī ad sniam capitalissimā, vt in l. si quis. C. de adul. de qua latius dicet in seq. limitatione. Quapropter optimè dixit Matt. Matthes. in suo singulari 119. inci. nota ꝙ p̄sumptio, dicēs,
291 ꝙ & si p̄sumptio † violenta, que secundū ius haberet diceret vim plene ꝓbationis in causa ciuili, nō sufficit ad plenā probationem in causa criminali vt not. Doct. in d. c. afferte, & Innocē. in cap. quia verisimile de præsump. & per hoc vr̄ ꝙ p̄sumptio violenta de nudo cū nuda, de solo cū sola, de qua in c. literis extra de presump. que habet vim ꝓbationis in causa ciuili quoad thori separationē nō sufficeret sola in causa criminali ad condēnādū de adul. vel stupro, vt in l. fi. C. de ꝓba. secus est qn̄ p̄sumptio est violenta approbata a iure, ēt quoad criminalē causā, qa illa sola sufficit, vt ī l. si qui. C. de adul. & in Auth. ibi posita, hec ille, cuius snię se subscripsit Aug. de Ari. loco infra citādo, n. 23. vers. & vide Matthes. Idē apertissime docuit Iulius Clarus ī sua praxi cri. §. vlt. q. 20 vers. scias ēt vbi postquā recēsuisset quāplurimas & varias Doctorū snīas circa q̄stionem, an inditijs indubitatis seu p̄sumptionibus violētis possit quis condēnari ad penā mortis, & cōcluserat ꝙ non, sed ad triremes & ꝙ ita seruaret in practica, subiunxit infra ver. scias ēt aliquos esse casus in qb. de iure cōi ex p̄sūptionib. pōt qs ad mortē cōdēnari, ꝓut est in assassinio, crimine heresis, & ī crimine simonię. hec ille. Idē docuit quoq; Bossius ī sua prac. cri. tit. d̄ cōuictis vbi postq̄ n. 43. ver. tādē est cōcludēdū, dixe

rat quod nullæ præsumptiones facere possunt, vt quis sit capite puniendus, vel afficiendus pœna corporali, in nume.48. versi. vbi enim est, dixit, quod vbi esset sola vehemens probatio, illa non sufficeret etiam in occultis criminibus, vt etiam docuit Decius, quasi diceret nisi in casibus a iure sic declaratis, vt in crimine assassinij, prout ipsum latius retulimus in tractatu nostro de pęna assassinij.vide ibi in declaratione 6.Et quod diximus in terpretando sententiam Panor.in dicto cap. afferte, & Bartol. vbi supra. verum sit expresse doeuit Aug. de Arimi. in addit.ad Angel.in tract.de maleficijs, in versic.quod fama publica præcedente, & clamosa, num.22. versic. sed aduerte quod Angelus in l.2.vbi hoc ipsum quod diximus explicite docuit, his verbis præcisis vtens multum notabilibus, videlicet, sed aduerte quod Angelus, in l. 1. ff. de furt. reprehendit Bart. quia dicit, quod ex præsumptione aliqua violenta nemo pōt damnari criminaliter maxime ad mortem, sed bene est sufficiens inditium ad torturam, & in ea dicit Imola in l. fina.ff de hæredi institu.& Bald. in l. fin.C. de proba. eo magis quod Iudex procedēs ad condemnationem ex præsumptione violenta multum debebit sententias temperare, & idē Augustinus ibidem num.25.vers. limita rem, tamen dicit quod si Iudex ferret sententiam per quandā præsumptionem quam lex expresse approbat in criminalibus, (vt dicebat Matthesil. vbi supra.& alij per l. si quis adulterij. C. de adul.& ita tenet Abbas in cap.accedens, extra de accusat.& Bald. in dicta l. fina.& sic intelligantur dicta Doctorū, maxime dicti Abbatis, in cap.1. colum.3. extra, de inditijs, nec his obstat vt docet idem August. ibidem num.27. versic. item limitabat alio modo Ioannes Andreas, sententia Ioannis And. in additio.ad Specul.in tit.de probat.§.fina.versicu. tertio decimo nisi Iudex, Do. Antonij, & Panormitani, in cap.tertio loco extra de probat, quod rursus clarius Panormitanus docuit, in dicto c. afferte vbi supra, qui omnes dixerunt quod quando Iudex † moueretur ad sententiam pœnale
291 ex præsumptione violentissima, tunc posset pœna ordinaria reum punire, etiā si illa esset maxima, quibus Rom. in l.excipiuntur multum eleganter loquens intelligit de illis inditijs, de quibus est sermo in dicta l. si quis adulterij. C. de adulter. nam exemplum positum a Bart.Pan.& Io. Andr. vbi supra de eo qui visus est fugere cū gladio sanguinolento &cet. nullatenus arguit plenam probationem delicti, cum contingere posset quod ille talis alium occidisset vim vi repellendo cū moderamine inculpatæ tutelæ, qua propter solum faceret inditium ad torturam, & idcirco apparet, quod optima fuerit interpretatio dictorum Doctorum, qui videbantur docuisse, quod ex omni violentissima præsumptione posset subsequi pœna maxima. Nec contra hoc est quod dixit Hyppol.de Marsil.in rubrica.de probat.nu.241.versi. & teneas menti vnum, vbi sequens Paul.de Cast. in suo consi.197.inc.visa inquisitione, dixit quod ad condemnandū quē ad veram & ordinariā pęnam delicti non sufficiunt argumenta vel inditia, quātuncūque vrgentissima, ēt si sint talia quę mētē Iudicis adeo coarctent quod aliud credere nō possit addens ꝙ ibi Pau.de Cast.ibi ponat quamplurima exēpla.hæc ille, cuius sententia nō obstat præsentis limitationis veritati, cum ipse loquatur generaliter de inditijs vrgentissimis homiois, nō autem de approbatis a iure, de quibus paulo ante specialiter locutus fuerat ibidem nu.238.vers. item hanc partem quod sequi non possit condemnatio sequens Augustinum de Ari. & Mattheum, Matthes. vbi supra, hoc expresse docētes per tex. sæpius citatum in dicta l. si quis adulterij. C. de adult.& rursus ibidem in versic. & sic ista videtur communior opinio, vbi infrascriptis verbis præcisis vsus fuit, videlicet & sic ista videtur communior opinio, iustior, & æquior quod ex dictis indubitatis indicijs, seu ex violentis præsumptionibus non possit in causa capitali deueniri ad condēnationē, seu ad sentētiā diffinitiuā, licet secus sit quoad pęnā pecuniariā. Fatendum tamen est quod in delictis quæ de sui natura secretē perpetrantur vt adulterium, simonia & sodomia, & similibus quæ directē vix probari possint, cū in eis difficillimum sit habere veras probationes, poterit in illis deueniri ad condemnationē ex pręsumptionibus violentis & ex inditijs indubitatis, per text. & ea quæ ibi habentur per Doct. in l. si quis adulter.C.de adult. hæc ille, ex cuius verbis ac in simul citationē dictę legis si quis innuit quod id, quod dixerat, quod in criminibus occultis per pręsumptiones violentas possit deueniri ad condēnatioē ad pęnā ordinariā quācunque, intelligebat in casu dictę legis si qui, vel simili, licet approbati a lege, vt patet ad sensum: omnia ergo verba eius supradicta relata in vnum colligendo dicimus ipsum docuisse quod vrgētissimis inditijs seu præsumptionibus a iure specialiter nō approbatis in causa criminali criminaliter mota nō poterit quis puniri tanta pœna ordina ia mortis, vel alia statuta a iure, sed minori, nisi huiusmodi præsumptiones sint specialiter a iure in casibus specialibus approbatis ad plenam probationem faciendam: nam tunc pęna posset ordinaria infligi qualiscunque illa fuerit.Ex quibus etiam resultat veritas interpretationis nostræ, factę circa sententiā Bar.& Panormit.vbi supra Quibus omnibus consonat quod ipsemet Marsil. ibidē docuit, nu.tamen 239.vers. sed sustineudo contrariā opinionē magis communē breuibus docuit probare nitens quod regulariter ex violentis & indubitatis præsumptionibus nemo possit cōdemnari ad sustinendā pęnā ordinatiā a iure indictā dixit, nō obstat d.l. si qui adulteri, quia illi est casus specialis qui loquit in adulterij crimine, quod crimen directē probari nō pōt:eū ergo sit casus specialis, ea tōne ergo contrariū erit in alijs delictis. Hęc oīa Marsi.vbi sup.quibus cōprobatur quoq; verissima nostra limitatio, & ꝙ d. regula approbata a Doct.& iuribus.quod ex pluribus inditijs & cōincturis indubitatis ac pręsumptionibus fiat plena
293 pbatio † locū habēt solū in causis criminalibus ciuiliter motis, vt ad probandū quēpiam manifestū vsurariū, non autē in causis criminalibus criminaliter motis, ēt si essemus in ijs quæ essent difficilis probationis, & hoc ipse docuit in d.rub.C. de prob.a nu.309.vers.vltra prędicta & vltra superius dicta vsq; ad nu.326.exclusiue. vbi ponit exēplū cuiusdā territorij nullo extante instrumento emptionis, aut alterius tituli, quod apertius dixerat in d.rub.n.241.vers.& teneas menti prout sup. retulimus ad verbū, & quod non sufficiant vrgentissima inditia ad damnādū quē pena ordinaria. rursus docuit idē Marsi.in consi.19.nu.14.vers. sed

pęna

pęna mitior, refert & sequitur Pau. de Cast. in cõs. suo 1597. incip. Visa inquisitione. dicẽtem, ꝙ ad condemnandum quẽ ad verã, & ordinariam pœnam delicti non sufficiunt argumenta, vel indicia quantumcunque vrgentissima, etiam si sint talia, quæ mentem iudicantis adeo coarctent, quod aliud credere non possit, & quòd tali ratione liberauerit quendam à morte. Idem docuit Franciscus Brunus in tract. de indicijs, & torturis. in c. incip. Circa quæstionem. num. 7. versic. item adde, ꝙ licet in criminalibus, dicens, ꝙ licet regulariter in criminalibus ex præsumptione deueniri non valet ad condemnationẽ, vt in l. licet Impera. ff. de legatis primo. tamen secus est in criminibus, quæ de sui natura secretè patrantur, vt in adulterio, sodomia, simonia, & similia: ex quo in istis est difficillimum habere claras probationes per id quod habetur in l. si qui adulteri. C. de adult. hæc ille, cuius sententiam intelligas vetam in terminis præsentis limitationis, enim ad hoc ipse citauerit dictam l. si qui adulteri. vbi de speciali casu prouiso, ac punito à lege agitur, vt ex ipsius contextu verborum patet. Ex quibus magis, ac magis comprobatur veritas præsentis limitationis.

Limita quartò ampliationem sextam, dicendo illam non habere locum, quando quis condem-
294 naretur † de crimine in causa criminali, criminaliter mota ex præsumptionibus iuris, & de iure, seu quomodocunque generaliter à iure approbatis, quoniam tunc semper esset imponenda pœna ordinaria à iure statuta, etiam si illa esset pœna mortis naturalis. cùm regulariter non admittatũ probatio contra ipsas præsumptiones. Hæc limitatio probatur ex allatis in probationem præcedentis limitationis: cùm (vt patet ad sensum) veritas istius, & illius ex eadem ratione emanat, vtpura, quia talis probatio per huiusmodi præsumptiones in tantum vera iudicatur à iure, quòd ipsam approbet, & secundum ipsam iudicandum fore statuit. Nihilominus hìc specialiter hæc limitatio probabitur triplici medio. Primò enim per textum apertissimum in l. si quis adulterij. C. ad l. Iul. de adulter. cuius tenorem ad verbum retuli in probationem præcedentis limitationis. Idem probatur per argum. in l. fin. in princ. C. de arbitr. tutelæ vbi hæc habentur, videlicet: Veteris iuris dubitationem sancimus, siquidem tutor, vel curator pro substantia pupilli, vel adulti aliquid vbicunque dixerit, ad maiorem quãtitatem eam reducens, siue pro vtilitate pupilli, vel adulti, siue per suam simplicitatem, siue per aliam quamcunque causam nihil veritati p̃iudicare, sed hoc obtinere, quod ipsius rei inducit natura, & mensura pupillaris, vel adulti ostendit substantiæ. Sin autem inuentario publicè facto res pupillares, vel adulti inscripserit, & ipse per huiusmodi scripturam confessus fuerit ampliorem quantitatem substantiæ, non esse aliud inspiciendũ, nisi hoc, quod inscripserit, & secundum vires eiusdem scripturæ patrimonium pupilli, vel adulti exigi: neque enim sic homo simplex (imò magis stultus) inuenitur, vt in publico inuentario scribi contra se aliquid patiatur.] hæc ibi. Idem probatur per arg. in c. ad id, quod. extra de sponsal. vbi Clemens Tertius infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet: [Ad id, quod per tuas literas intimasti, de quadam Parochiana tua, quam suus Vitricus cuidam Teutonico matrimonialiter copulauit: taliter respondemus, quod quamuis vndecim annos habens, ab initio inuita fuisset ei tradita, & renitens: tamen quia postmodum per annum, & dimidiũ sibi cohabitans, consensisse videtur, ad ipsum est cogenda redire, nec de cætero recipiendi sunt testes, si quos memorata mulier ad probandum, quòd nõ consenserit in eundẽ, nominauerit producendos, cùm mora tanti temporis huiusmodi probationem excludat. Mandamus igitur, vt propter hoc non omittas, quo minus vtrumque compellas ad alterum maritali affectione tractandum, nisi fortè vellent ad Religionem pariter conuolare, pœnitentia eis iniuncta, pro eo, quod ad alienos, & illicitos concubitos vterque transiuit.] hæc ibi. Idem probatur per argum. in c. illud. c. literis. & c. tertio loco. extra de pręsumptio. in quibus apertissimè cauetur, quòd quædam ibi præsumptiones notatæ approbantur à iure in tantum, quòd super illis poterit ferri cõdemnatoria sententia. Dixi probari præsentem limitationem per argum. in dictis iuribus, quoniam etsi ibi ad verbum ipsa non contineatur; cùm hæc limitatio loquatur de crimine criminaliter proposito, & probato per præsumptiones iuris, & de iure: in dictis vero iuribus fit sermo de crimine ciuiliter proposito: Nihilominus idipsum ex illis elicitur, arguendo ab identitate rationis; dicendo, quòd quamuis in causis criminalibus criminaliter intentatis, non possit procedi ad condemnationem ad ordinariam pœnam iuris per non claras probationes, ac per consequens non per præsumptiones, (quæ dicuntur probationes non veræ, sed præsumptæ) iuxta tex. in l. fin. C. de probat. quod est verissimum regulariter, scilicet quando Iudex procederet per præsumptiones hominis, seu facti non approbatas, & acceptatas specialiter à iure. Nihilominus in casu præsentis limitationis fallit hęc regula, cùm huiusmodi probationes præsumptiuę approbari a iure, supposuerimus, ac per consequens hanc virtutẽ ipsæ suscipiant à iure hoc specialiter statuente. Quapropter inde sequitur, ꝙ sicut illa iura decidentia causam criminalem ciuiliter motam roborent sententiam condemnatoriam ad pœnam ordinariam ciuilem ibi expressam. Idem erit omnino iudiciũ de alijs pręsumptionibus approbatis à iure in causis criminalibus, criminaliter motis, quo ad pœnam ordinariam ipsius criminis, prout in d. l. si qui. C. ad l. Iul. de adult. Probatur & secundò Doctorum auctoritate. Nam infrascripti Doctores se subscripserunt præsenti limitationi, videlicet Hostien. in Summa, tit. de præsumptionibus, §. quot eius species. versic. alia iuris, & de iure. dicens, quòd contra hanc præsumptionem non admittatur probatio. Idem docuit Panormitanus in cap. accedens. col. 2 versi. nec obstat primò. nu. 6. extra de accus. vbi notáter dixit, quòd id, quod dicitur: ꝙ Iudex debeat temperare sententiam suam, quando procedit ex præsumptione, verum est, si loquamur de præsumptione hominis: non autem si loquamur de præsumptione iuris: quia non ita fallitur, sicut præsumptio hominis: & quòd hoc probetur per text. in d. c. de hoc. extra de simonia. vbi quis ex præsumptione iuris fuit condemnatus de grauissimo crimine simoniæ. hæc ille. qui in c. is, qui. colum. 1. not. 1. extra de sponsal. dixit, quòd præsum-
295 ptio † iuris, & de iure operatur tantum, quantũ

veritas

veritas in foro iudiciali. Idem docuit Gandinus in ſuo tract.de malef.titu.de præſumptionibus,& indicijs indubitatis, ex quibus cõdemnatio poſſet ſequi.nu. 2. verſic.ſed licèt. dicens, quòd licèt ex ea probatione,quæ iuris eſt tantùm,aliquis nõ debeat, vel poſſit corporaliter diffinitiuè damnari: tamen ex ea ſola præſumptione, quæ iuris eſt, & de iure: & ex quolibet alio indicio indubitato poterit contra aliquem diffinitiua formari ſententia: quia talis præſumptio,quæ iuris eſt, & de iure probationem aliquam in contrarium nõ admittit: cùm legis dicatur eſſe ſententia, vt in l. ſi qui adulteri. C.ad l.Iul.de adulter.& in Authent. vt liceat matri, & auiæ. §. his quorum. colla.8. & not.Azo in Summa. C.de adulterijs. §. ſed & præſumptiones. hæc ille.Gandinus vbi ſupra;pro cuius ſententiæ intelligentia animaduerte tu,ne fallaris, quando ipſe dixit, quòd ex ea ſola præſumptione iuris,& de iure,& ex quolibet alio indicio indubitato poterit contra aliquem diffinitiua formari ſententia: ipſe voluit nos docere, quòd ex quolibet indubitato indicio ſequi poſſit diffinitiua ſententia ad pœnam ordinariam,quoniã aliàs fuiſſet ſibi contrarius in his, quæ ibidem in fine. his verbis vtens,videlicet: Illud tamen in ſumma notandum eſt, quòd omnia prædicta indicia indubitata: nõ adeò indubitata dicuntur: quin aduerſus ea poſſit probari contrarium, præterquàm in caſu illo, vbi eſt iuris, & de iure præſumptio cõtra aliquem de dicto delicto: quoniam nihil eſt adeo indubitatum,quin quandam ſollicitam dubitationem recipiat;vt in Authènt.de tabel.§.ſi verò.col.4.& in l.fin.C.qui ad li.procla non licet.& not.in c.bonæ memoriæ. §.licet:extra de electio. hæc ille.Quapropter patuit verba illa.[Et ex quolibet alio indicio indubitato] ſunt intelligenda copulatiuè cùm ſuperioribus: hoc pacto. Et ex quolibet alio indicio indubitato à iure ſpecialiter approbato: cùm illud fungatur munere præſumptionis iuris,& de iure. Ex his ergo omnibus patuit ipſum Gandinum acceptaſſe tanquam de iure veriſſimam præſentem limitationem. Idem docuit Specul.in lib.2.titul.de præſumpt.num.5. verſic.neceſſaria autem eſt præſumptio. dicens,ꝙ prȩſumptio illa,quam communiter vocant magi-
296 ſtri,iuris & de iure, † inducit probationem, & Iudicem ad pronunciandum, nec recipit probationem in contrarium. hæc ille. Idem docuit Antonius de Butrio in c.vidua.extra de regulari.Idẽ docuit Panormitanus in c.accedens.col.2.in notab.3. in fine.verſic.nec obſtat primò, nu.6. extra de accuſat dicens,quòd id,quod dicitur,quòd Iudex debeat temperare ſnĩam ſuã, quando procedit ex præſumptione,verũ eſt,ſi loquamur de prȩſumptione hominis, non autem ſi loquamur de præſumptione iuris: quia nõ ita fallitur ſicut prȩſumptio hominis. Idem ipſemet Panormitanus apertiùs docuit (prout latiùs ipſum interpretati fuimus in probationem ſextæ ampliationis, cuius quarta eſt hæc limitatio: vide ergo ibi) in c. afferte. col.3. verſic. inducitur præterea. extra de præſumpt. his præciſis verbis vtens,videlicet: Inducitur præterea iſte tex.per Innoc. & Hoſt. infra eo.c.quia veriſimile. & Abba. hic, quòd quando diffinitiua fertur ex præſumptione violenta debet Iudex multum temperare ſententiam,& maximè ne condemnet,niſi raro,& modicè ad pœnam nec pecuniariã,nec corporalẽ,vt colligitur hic ex ſententia Salomonis: licèt enim ex præſumptione adiudicaret vni mulieri filium, non tamen voluit aliam condemnare ad mortem, ad quam iniuſtiſſimè erat condemnanda, ſi legitimè fuiſſet probatum contra eam, quòd filium alterius ſurripuiſſet,ſecundum Innocentium ibi: quod bene nota. Dominus Antonius dicit hic poſſe dici,quòd non agebatur ad pœnam,ſed pro reſtitutione filij ciuiliter. Dic tu (inquit ipſe Panormitanus ibidẽ,) quòd aut agitur ciuiliter,& regulariter non infligitur pœna,ſiue procedatur ad ſententiã ex præſumptionibus, ſiue ex alijs legitimis probationibus,vt in c.2.extra de ordi.cogn.& in c.1.extra de except.& in l.Lucius.ff.de his,qui not.infam.Aut agitur criminaliter, & conſtat de delicto ex præſumptionibus duntaxat: & tunc aduerte ad validitatem præſumptionis. Si enim ſunt vrgentiſſimæ (Adde tu,ex ſupradictis eiuſdem verbis,& ex eiuſdem mente, & hæ fuerint à iure approbatæ.) Tunc poteſt infligi pœna ordinaria,quantumcunque maxima, vt probatur in l.ſciant cuncti. C.de probat: canonizata in c. ſciant cuncti. 2.q.8. & in l.iudicia. C.de rei vendic. Aut præſumptiones nõ ſunt vrgentiſſimæ,tamen ſunt in tantum violentæ, quòd poteſt ferri ſententia ciuiliter: & tunc habet locum iſte tex. Et in ſumma,ſecundum earum validitatem poteſt Iudex exaſperare ſententiã mulctando, vel aliam pœnam infligendo. ad hoc bonus textus in c.literas.extra de præſumpt.hæc ille. Ex cuius verbis patuit ſe ſubſcripſiſſe præſenti limitationi. Idem docuit Auguſtinus de Arimine in Addit.ad Angel.in tract.de malef.in verſ.quòd fama publica.nu.25.verſic.limitarem tamen prædicta. vbi poſtquàm ibidem.nu.25. ſequutus fuiſſet Matthesil.in ſuo not.118.dicentem,quòd prȩſumptio violenta non ſit plena probatio ad condemnandum de adulterio in criminalibus: ſicut nudus cum nuda, ſolus cum ſola. de qua in c. literis. extra de præſumpt.quia ibi agebatur ad ſeparationem matrimonij ciuiliter; ſecus in præſumptione violenta approbata à iure,etiã in cauſa criminali: quia illa ſola ſufficit, vt in l.ſi quis. C.de adult. Adde tamen (inquit ipſe Auguſtinus ibidem) ꝙ ex prȩſumptione violenta, Iudex debet multum temperare ſententiam. & maximè,vt nõ condemnet ad pœnam corporalem. & poſt hæc omnia,ſubdit idem Auguſtinus, ibidem in dicto nu.25.dicens,limitarem tamen prædicta, niſi Iudex ferret ſententiam per quandam præſumptionem,quã lex expreſsè approbat in criminalibus, vt dicebat Matthesil. ſupra, & alij per dictam l.ſi quis adulterij.C.de adult. hæc ille. Idem docuit dictus Mattheus Matthesil. vbi ſupra expreſsè,vt fuit ſupra relatum.Idem docuit Bonifacius de Vitalinis in tract.de malef. tit. de præſumpt. nu.7. verſic. neceſſaria præſumptio. Idem docuit Hyppolitus de Marſilijs in l.repeti.nu.18.verſic.& pro ſupradicta opinione. in fine. ff. de quæſtionibus. vbi volens probare,quòd tex.in d.l.ſi qui adulteri.C.de adulterijs. non aduerſetur quæſtioni deciſæ in noſtra præcedenti ampliatione ſexta,ſcilicet,quòd per indicia indubitata nemo poſſit mortis pœna puniri, cuius præſens limitatio eſt. infraſcriptis prȩciſis verbis vſus fuit,videlicet: Nec huic concluſioni habet obſtare tex. in d.l.ſi adulterij. C. de adulter. qui magis videtur ſtringere contra hanc concluſionem: quia ibi Imperator approbat illud indicium: & præſumptio illa ha-

betur

betur pro plena probatione, ergo. Item nec etiam
obstat alia ratione, quia ille tex. loquitur in adul
terio, & sic in delicto, quod plenè, seu directè, nec
per testes, nec per instrumēta prebari potest: ideo
in eo talia indicia, & præsumptiones habētur pro
indubitatis probationibus, nimirum sic potest se-
qui condemnatio in illo casu: secus autem est in
alijs delictis, quæ plene possunt probari: quia in
illis ex indicijs indubitatis non potest deueniri
ad cōdemnationem, vt supra dictum est hæc Mar-
sil. vbi supra. Ex cuius verbis elicitur, ꝙ per præ-
sumptionem à iure approbatam, quæ aliàs dici-
tur præsumptio iuris, & de iure, poterit quis in ca
297 su in iure expresso puniri † etiam pœna mortis
naturalis. Idem rursus ipsemet docuit Marsilius
in l. 1. §. ad quæstionem, nu. 36. versic. ratio est. ff.
de questio. vbi dixit, quòd cōtra præsumptionem
iuris, & de iure regulariter non admittitur proba
tio, quasi dixerit statim pœna ordinaria execu-
tioni mandabitur: & idem ipsemet Marsil. repe-
tijt in l. 1. §. si quis vltrò, nu. 12. versic. pro quibus
facit. ff. de quæst. quod rursus docuit ipse Marsil.
in suo singulari 116. incip. Presumptio iuris, & de
iure est maximæ importantiæ. Vbi addidit, quòd
condemnatus ex præsumptione iuris, & de iure,
non poterit appellari à tali sententia; quia habe-
tur pro confesso, & conuicto, cui non licebit ap-
pellare à sententia condemnatoria. Idem docuit
in consil. 19. nu. 10. versic facit etiam. ipse Marsil,
dicens, quòd contra præsumptionem iuris, & de
iure, non admittatur probatio, etsi addat, quòd ta
men admissa valeat. Idem eodem modo docuit
Marsil. in suo consi. 1. nu. 77. versic. & facit. dicens,
quòd Antonius (quem ibi sequitur) de Butrio in
c. vidua. de regul. dixit, quòd cōtra probationem
iuris, & de iure, non admittatur regulariter pro-
batio. Idem docuit Iacobus de Bellonisu in sua
Pract. tit. de sententijs criminalibus. nu. 5. vers. sic
est præsumptio iuris, & de iure. dicens, ꝙ contra
ipsam non admittetur probatio aliqua. Idem do-
cuit Franciscus Cremensis in suo singulari 156.
incip. Contra præsumptionem. dicens, quòd con-
tra presumptionem iuris, & de iure, non admitte-
298 tur probatio. † Idem & apertius docuit Aegi-
dius Bossius in sua Praxi crimin. tit. de conuictis,
nu. 29. versic. & pro intelligētia scias, quòd inter-
dum lex præsumit in causa criminali, & super præ
sumptione disponit, & tunc res non habet dubiū,
ꝙ dicitur talis præsumptio violentissima, & quæ
facit indicium indubitatum, propter quod deue-
nitur ad sententiam etiam capitalissimam, vt in l.
si qui. C. de adulter. & ratio est, quia legi ex tali
præsumptione res patet: & ideo etiam debet pa-
tere Iudici, vt declarat Bal. in l. fin. C. de probat,
col. 1. & ita omnes docent. hæc ille. Cuius senten
tiam Iulius Clarus in sua Pract. crimin. quæst. 20.
versi. fin. incip. Item scias. refert & sequitur. idem
docuit Ludouicus Carrerius in sua Praxi crimin,
in tit. quando non admittatur appellatio, in cap.
incip. Quartus casus est. fol. 9. per totum. dixit, ꝙ
quando quis est condemnatus ex præsumptione
iuris, & de iure, cùm tunc habeatur pro conuicto,
& confesso, qui non appellat, prout docuit Bal. in
l. si qui adulterij. in 2. not. & in l. quædam mulier.
ff. famil. hercisc. & ratio est, quia talis præsumptio
non recipit regulariter probationem in contra-
rium: vnde ex tali præsumptione poterit cōdem
pari ad pœnam etiam corporalem, vt in d. l. si qui
adulteri. & docuit Azo in Summa, tit. C. de adul-
ter. §. sed & præsumptio. & docuit quoque Gandi-
nus vbi supra. Quapropter quando à iure com-
muni, vel municipali aliquid presumēte, & illam
præsumptionem approbante in tantum, ꝙ statuat
imponi corporalem pœnam; tunc illa, & nō alia
299 erit imponenda: cùm Iudex † contentus esse de-
beat pœnis à iure statutis, vt docuit Bal. in l. fina.
C. de probat. & Mattheus de Afflicto in Constitu.
Regni. incip. Pœnam eorum. & in alia Constitu.
incip. Hi qui. not. 5. vbi no. illam præsumptionem
inductam à statuto Regio, quòd si aliquis splendi-
dè viuat, & incedit benè vestitus, & nō habet red-
ditus, neque bona, nec pecuniam ex hoc solo dam
nari potest ad tempus ad opus publicum; & sic
ad triremes ad remigandum: cùm præsumatur vi-
uere ex occultis furtis: & sic ex facto lex præsu-
mit, & pœnam corporalem imponit, & ea pœna
puniri debet, cùm à iure statutario statuatur. hæc
omnia Carrerius vbi supra. qui de eadem presum
ptione iuris, & de iure, rursus loquens in eadem
Pract. in c. incip. Circa sextum, & vltimū, de qui-
busdam particulariter. nu. 14. vers. & nota etiam.
quòd dicit Socinus in l. non vtique. C. de except.
vbi dixit, ꝙ dictus Socinus docuerit, quòd ex pre
sumptione à lege inducta quis damnari potest ad
mortem, non autem ex præsumptione facti: & ita
procedat dictum Innocentij in c. quia verisimile.
ita limitat, quod dicitur, quòd ex præsumptioni-
bus quis non damnatur ad mortem: nam intelli
gitur ex præsumptionibus facti, & non iuris, quæ
liquida dicitur, vt per Thom. Ferra. in tract. cau-
tel. cautela 5. Item procedit in præsumptione le-
gis liquidanda à Iudice: secus si est liquida à iu-
re, vt ibidem per Socin. quod nota pro dicta regu
la, vt locum habeat quando proceditur ex presum
pta probatione à lege absque alia probatione fa-
cti. hæc omnia Carrerius vbi supra. Idem docuit
Franciscus Brunus in suo tract. de indicijs, & tor-
tura. in questione quarta, nu. 3. versic. Dixit tamen
Nicolaus de Mata. dicens, ꝙ Nicolaus de Mata.
in l. fin. C. de probat. (quem ibidem retulit Bal.)
quòd indicia indubitata sunt ea, quæ adeo à lege
sunt approbata, ꝙ lex vult per illa fieri condem-
nationem, sicut est exemplum in d. l. si qui adulte-
ri. C. de adulter. & ex quo sunt indubitata legi,
debent esse indubitata Iudici, vt not. in l. si tutor.
C de peri. tut. aliàs Iudex faceret litem suam. qui
Brunus ibid. nu. 15. concludendo addit, dicens. Et
ideo Iudex debet esse contentus finibus pœnarū,
prout sunt scriptæ à iure. Vnde potest dici, ꝙ aut
loquimur in præsumptione iuris, scilicet quando
Iudex vult ferre sententiam per quandam præsum
ptionem, quam lex expresse approbat in crimi-
nalibus: & tunc potest condemnare in pœnā cor-
poralem, vel pecuniariam, prout ius disponit, vt
in dicta l. si qui adulteri. C. de adulter. & ita tenet
Abbas in cap. accedens. extra de accusat. hæc ille
vbi supra. Idem docuit Ioannes Milleus in sua
Praxi crimin. in tract. de indicijs. nu. 92. versic. ex
præsumptione vero iuris, & de iure. dicens, ꝙ ex
tali præsumptione possit cōtra aliquem crimina-
liter sententia diffinitiua: quia talis præsumptio
300 † probationem aliquam non admittit in cōtra-
rium: cùm legis dicatur esse sentētia, vt in l. si qui
adulterij. C. ad l. Iul. de adulter. Idem docuit Eue
rardus in sua Topica iuris. in loco a verisimili,
num. 19. vers. & huius præsumptionis iuris, & de
iure,

iure. dicens, quòd est magni effectus cùm contra talem præsumptionem regulariter non admittatur probatio, ex quo sequitur, quòd ex tali præsumptione, is, contra quem est talis pręsumptio, condemnatur, & (quòd fortius est) condemnatus non appellat : quia habetur pro confesso, & conuicto, qui non appellat, vt in l. 2. C. quorum appel. non recip. ita singulariter dixit Bal. in d. l. si qui adulterij, & multi alij: & ipse Euerardus subintulit ibidem multa exempla excerpta ex vtroque iure. Et quòd contra præsumptionem iuris, & de iure. regulariter non admittatur probatio, docuit quoque Socinus in tract. suo fallentiarum. in regula 314. incip. probatio. Probatur & tertiò pręsens limitatio hac ratione : Cùm enim Iudex dicatur à ius dicendo, eo quòd iudicare teneatur, secundum iura, in tantùm, quòd si quis tulisset sen
301 tentiam † expressè contra iuris dispositionem, & per consequens per errorem iuris, esset nulla: Inde sequitur, quòd iure optimo Iudex poterit aliquem mortis etiam naturalis addicere, si cōtra eum in iudicio sit probata præsumptio iuris, & de iure, in casu, vbi de iure imponenda esset pœna mortis naturalis: cùm Iudicis proprium sit, secundum iuris dispositionem iudicare.

Amplia singulariter dicta in præcedenti quarta
302 limitatione, dicendo, quòd non solùm contra † præsumptionem iuris, & de iure, regulariter non admittatur probatio, verum etiam nec appellatio tam à sententia continente pœnam pecuniariam, quàm pœnam corporis afflictiuam, quæ regulariter nemini denegatur, cùm sit concessa à iure naturæ. Hæc ampliatio probatur triplici medio. Primò enim per argumentum in l. si qui adulterij. in fine. C. ad l. Iul. de adulter. vbi hæc habentur, videlicet : [Vnde si qui eiusmodi reperti fuerint, iussimus in eosdem seuerissimè vindicari: & veluti conuictum facinus, confessumq; puniri.] Dixi probari præsentem ampliationem per argumentum in d. l. si qui adulterij. Nam etsi explicitè, & ad sonitum verborū ibi non fiat mentio de materia præsentis ampliationis : nihilominus bene tamen tacitè hoc docet. Nam ibi fit mentio implicitè de præsumptione iuris, & de iure, vt omnes Doctores testantur: & ex litera ipsa apparet, & ibi Imperator æquiparat reum, contra quem fuit probata huiusmodi præsumptio, confesso, & conuicto, cuius appellatio non admittitur, prout docuit tex. in l. 2. in princ. C. quorum appell. non recip. vbi hæc habentur, videlicet: [Obseruare curabis, ne quis homicidarum, veneficorum, maleficorum, adulterorum, itemque eorum, qui manifestam violentiam commiserunt, argumentis conuictus, testibus superatus, voce etiā propria vitium, scelusq; confessus, audiatur appellans.] hæc ibi. Probatur & secundò Doctorum sententia. Nam infrascripti Doctores se subscripserunt præsenti ampliationi, videlicet Bal. in d. l. si qui adulterij. in not. 2. & in l. quædam mulier. ff. famil. hercis. in Addit. cuius doctrinam sequitur Hyppol. de Marsil. in suo singul. 116. incip. Præsumptio iuris, & de iure. dicens hanc Bal. doctrinam probari dicta l. si qui. iuncta d. l. 2. quod cōfirmauit idem Marsil. in rub. C. de probat. num. 545. versic. teneas menti etiam. Idem docuit Franciscus Brunus in suo tractatu de indicijs, & tortura. in prima par. quæst. 4. in fine. sequens Bal. vbi supra. Idem docuit Ludouicus Carrerius in sua Pract. crimin. titul. quando appellatio non sit admittenda. in c. incip. Quartus casus est. in princ. Idem docuit Nicolaus Euerardus in sua Topica iuris. in loco à verisimili. nu. 19. vers. & huius pręsumptionis iuris, & de iure.

Probatur & tertiò hac ratione, videlicet: Cùm
303 enim (etiam in pœnalibus) de æquiparatis † à iure idem sit habendum, ac faciendum iudicium (iuxta ea, quæ nos diximus, & probauimus in nostro tract. de extensione legum pœnalium, & correctoriarum in quæst. 1. conclus. 3. fallentia quarta, per totum.) Inde sequitur veritas præsentis ampliationis : cùm à dicta l. si qui. in fine. æquiparetur probatio criminum facta per præsumptionem iuris, & de iure, probationi criminum facta per reorum propriam confessionem : & quando ipsi rei fuissent conuicti de aliquo crimine. Quapropter inde apertissimè sequitur, quòd confessi, vel conuicti de crimine, appellatio non admittenda sit à Iudice, eodem met modo, nec appellatio facta à reo condemnato propter præsumptionem iuris, & de iure, vt patet ad sensum :

Limita ea, quæ dicta sunt in quarta limitatione præcedentis immediatè octauæ ampliationis, dicendo non habere locum regulam ibi traditam, quando contra dictam pręsumptionem iuris, &
304 de iure esset † confessio vera, vel ficta ipsius partis, in fauorem cuius fuisset ipsa præsumptio iuris, & de iure probata. Nam tunc non secundum pręsumptionem huiusmodi esset iudicandum; sed secundum talem partis confessionem. Hæc limitatio probatur triplici medio. Primò enim per argumentum in Authent. (iuncta glosa) de æqual. dotis. §. aliud. versic. si autem. iuncta glo. ibidem. in versic. scribat. vbi hæc habentur, videlicet: [Si autem immobilium habens rerum substantiam in rebus mobilibus scribat augumentum, sciat priuilegium non habiturum, nisi in antiqua sola dote, non in figurato existente augumento. Quod enim ab initio factum est, in toto sine suspitione est, quod autem postea machinatum est contra creditores, hoc ipso introducit meditationem, & lædi homines ex dato à uobis dotibus priuilegio, nullo volumus modo : si verò non fuerit debitum contra virum vllū, neque suspicio contra creditores circunuentionis, tunc & in pecunijs, & vt volunt, augumentum fiat ab eis, vtrique tamen augumento sic faciendo, & æqualitatē habēte, vt æquitatem seruemus. Quæ enim erit circunuentionis suspicio viro obligato, nulli existente: & præterea augumentis sine tergiuersatione factis?] hæc ibi. Dixi iuncta glo. ibidem in versic. scribat, quoniā ex vtrisque elicitur veritas pręsentis limitationis, cùm dicta glosa dixerit: scribat, idest dicat se scripsisse, & creditor hoc neget: sed si confitentur creditores, non vtitur priuilegio mulier, secundum Azonem. & idem prorsus elicitur ex Authent. sed iam necesse. C. de donat. propter nupt. Idipsum probatur per argum. in c. 2. extra de purgat. vulgari. vbi Innocentius Tertius his verbis vsus fuit. [Significantibus V. laico, & fratribus eius ad nostram noueris audientiam peruenisse, quòd cùm quidā eos super furti crimine accusaret, cum eo coacti sunt inire duellum, in quo alijs peccatis suis præpedientibus ceciderunt, propter quod per Consules Spoletanos bonis fuerunt proprijs spoliati. Nunc verò furtum apud alios est inuentum, & quòd ipsi fuerint innocentes, est (faciente domino) reuelatum: vnde Consulibus ipsis dedimus

in man-

in mandatis, vt ablata restituant voluerã.] hæc ibi. Dixi probari per argum. in d. c. 2. Nam etsi inibi de alia agatur materia explicitè, bene implicitè ex ipso veritas præsentis limitationis elicitur, cùm nullo dubium sit per sententiam illam virtute duelli emanatam, & executioni mandatã orta fuerit cõtra præsumptionem iuris, & de iure: quæ tamen nõ obstante per Summum Pontificem fuit decretum, vt restituerentur bona amissa per talem sententiam, ac per consequens per dictam præsumptionem contra illos probatam in iudicio, virtute confessionis, seu reuelationis veritatis contrariæ patefactæ, & ex notorietate huiusmodi facti: cùm in iudicio fuerit detecta, seu confessa innocentia illorum, (quæ contrariatur de directo ipsi præsumptioni iuris, & de iure.) patet, quòd contra talem præsumptionem admittatur confessio partis, seu alia notorietas facti, intantum, quòd ipsi præiudicet, ac ipsam inualidet, ac si nunquam fuisset probata contra talem præsumptio iuris, & de iure. Ex his ergo huc usque recensitis habetur, quòd Imperator statuerit, quòd dotis priuilegium non extendatur ad augumentum, quod mulier dicat fecisse in rebus mobilibus, si habuerit res immobiles, quãdo vir eius habeat creditores: quoniam tunc tale augumentum præsumeretur fictitium in fraudem creditorum: & cùm hæc præsumptio approbetur à iure, ac per hoc dicatur præsumptio iuris, & de iure: ideo dixit Glo. dictæ Authẽt. de equal. dotis. in d. §. aliud. in versic. priuilegium, quòd lex noluerit tribuere mulieri tale priuilegium, ne videretur dicere se dotem auxisse animo decipiendi creditores. Quapropter si mulier vellet probare per testes in augumento res mobiles dedisse, non admitteretur eius probatio, quia esset contra præsumptionem iuris, & de iure. Hæc Glo. illa, quasi tacitè diceret, quòd creditores faterentur dictum augumentum esse verum, & non fictitium (etsi ad hoc nullo pacto teneantur) talis probatio resultans ex talium confessionem admitteretur contra huiusmodi præsumptionem iuris, & de iure: eo q talis suspicio cessat, quod & apertissimè & secundò probatur Doctorum auctoritate. Nam idipsum post ipsam glo. docuit Azo in sua Summa, in tit. de donat. ante nupt. nu. 3. versic. hodie verò ex necessitate. vbi his præcisis verbis vsus fuit, videlicet: Hodie verò ex necessitate augetur dos, vel donatio propter nuptias: nam si altera pars præstat augumentum, necesse est quoque alteram partem augumentum celebrare: & siquidem maritus nullos habeat creditores, mulier potest augere dotem in rebus quibuscunque: si verò habeat, quia creditores præiudicium patiuntur propter datam dotem: etiam si anterioris temporis priuilegio sint vallati: & quia maritus, & mulier fraudem excogitando fictè dicerent se fecisse augumentum, quod non fecissent. Ideo dictum est, vt mulier dotem tunc in rebus apparentibus, puta immobilibus, si habeat, augeat. Si enim mulier immobilis substantiæ domina res mobiles in augumento dederit, idest dicatur dedisse, & creditores suspicantur, & dicunt non datum, in hac parte dotis nullo vtetur aduersus creditores alios priuilegio, vt in Authent. de æqualit. dotiom. §. aliud quoque. sed si creditores confiterentur datum: quare nõ vtetur priuilegio mulier? hæc omnia Azo vbi supra. Ex quibus omnibus hucusque allatis in probationem præsentis limitationis infrascripti Doctores statim citandi, asseuerant veram hãc ipsam limitationem. & sunt Bat. sequens Azonẽ, & Cyn. in dicta Authent. sed iam necesse. nu. 3. versic. idem repetens. C. de donat. propter nupt. vbi dixit, quòd cõtra præsumptionem iuris, & de iure, (contra quã regulariter non admittitur probatio) admittitur probatio per confessionem partis, prout etiam docuit Cyn. ac glos. & ideo erit hoc perpetuò notandum, quod rursus docuit in l. 1. lect. 2. nu. 6. C. plus valere quod agitur. & e. addens. hoc intelligi tam de confessione præcedenti sententiæ diffinitiuæ, quam de confessione subsequente ipsam diffinitiuam. Idem rursus docuit Bart. in consil. suo incip. A Domino Cyno, prout ipsum refert, & sequitur Ludouicus Carrerius in sua Praxi crim. in. in princ. in c. incip. Quartus casus est. nu. 3. versi. sub ea etiã ratione. Idem docuit Bal. in rub. extra de præsumpt. nu. 1. & in l. ex hoc iure. ff. de iustitia, & iure. & in Authent. ad hæc. in 4. col. C. de vsuris, & in l. si quis instituatur. 4. ff. sub conditione. ff. de hæred. instit. & in repet. l. admonendi. in fine. ff. de iureiur. Idem docuit Alex. de Imola in l. non est verisimile. ff. quot mer. cau. & in suo consil. 95. lib. 4. Idem docuit Salyc. in l. 1. C. de dolo. idem docuit Paul. de Castr. in cons. 8. incip. Ad primum quæsitum. in fine primi dubij. & in consil. 157. incip. visis, & ponderatis. in col. 1. & in consil. 177. incip. Super primo videtur dicendum. in vltimo dubio. Idem rursus docuit Bal. in l. non ignorat. col. 9. C. qui accusare non poss. & in l. fin. col. pen. versic. ego breuiter. C. famil. herciſ. vbi dixit, quòd licèt lex præsumat hæredem non confitentem inuentarium surripuisse de bonis hæreditatis, vt in Authen. de hære. & fal. §. sancimus. & §. si verò. Tamen si legatarij confiteantur vires hæreditatis non sufficere; euanescet dicta præsumptio, & non tenebitur hæres. Nam in d. §. sancimus. præcipit Imperator, vt hæres faciat inuentarium in adeundo hæreditatem, quod si non faceret, in pœnam transgressionis ipsius statuti, statuit in d. §. si verò. quòd ipse non solùm non possit retinere Falcidiam de ipsa hæreditate: verùm potius tenebitur complete legatarios, & fideicommissarios, licèt putæ substantiæ morientis transcendat mensuram legatorum datio. & hoc statuit Imperator non derogando tamen alteri legi, in qua statuerat, vt hæredes non damnificarentur propter creditores testatorum. hæc Bal. ibi. Idem docuerunt communiter Legistæ reliqui in dicta Auth. sed iam necesse, vt refert Felinus in c. quanto. col. pen. nu. 5. vers. sed fallit primo. extra de præsumpt. asserens ibidem hoc ipsum docuisse Bal. & Salyc. vbi supra. quibus & ipse Felinus se subscripsit. Idipsum Innocentius implicitè in c. quia verisimile. extra de præsumpt. & in c. quia plerique. colum. 1. versic. idem est in eo, qui cõdemnatus est iniustè. extra de immunit. Eccles. etsi omnes ferè Doctores ipsum hoc docuisse ibidem asseuerant. & benè dicant (vt colligitur ex verbis ipsius. Nam ipse Innocentius in d. c. quia verisimile. versic. est autem præsumptio
305 † iuris, & de iure. vbi dicit, q est præsumptio iuris, & de iure, scilicet quando quis aliquid statuit super certo facto, & contra hanc non admittitur probatio, vt in c. is, qui. & c. ad id. extra de sponsal. nisi fama, vel alia circunstantia sit contra eam, vt hic. hæc Innocentius ibi, quæ clariùs rursus confirmauit in d. c. quia plerique.

que. his verbis vtens, videlicet: Idē etiā est in eo,
qui condemnatus est iniustè: quāuis enim si con-
ueniatur, vel aliàs executioni mandetur, sentētia
parere debet, nō tamen iniustè condemnatus te-
netur dare spontè, quod sic probo: quia nunquam
debet aliquid facere, quod fratri suo sit causa pec
cati: frater autem semper peccat recipiendo in-
iustè iudicatum: maximè si victor iniustam sen-
tentiam sciat, vt in c. negligere. 2. q. 7. (Adde tu,
quòd ibi hæc habētur, videlicet: [Negligere cùm
possis, deturbare peruersos, nihil aliud est, quàm
fouere. Nec caret scrupulo societatis occultæ, qui
manifesto facinori desinit obuiare.] hęc ibi.) qui-
dam tamen in legatario dicunt contrarium. Est
autem ea ratio diuersitatis: quia licèt vtrobique
sit tantum delictum de iure ciuili, tamen ius ciui-
le, quod dictum est de Falcidia detrahenda habet
æquitatem: & propter æquitatem facta est lex Fal
cidia: sed quod dicit in re iudicata, & in verbo-
rum obligatione, scilicet quia leges, quæ dant a-
ctionem ad sententiam exequendam; vel ad pe-
tendum quod promissum est spe futuræ numera-
tionis, factæ sunt tantùm propter ignorantiam;
Nam etiam si sciretur quod indebitum esset post
sententiam; puta, quia confiteatur victor senten-
tiam iniquam, vel non numeratam pecuniam, nō
habebit petitionem, vt in c. 2. extra de purgat. vul
gari. hæc omnia Innocentius vbi supra, qui in di-
cto c. 2. dixit, quòd speciale est, vt recedatur à sen
tentia lata propter claritatem superuenientis ca-
sus: quapropter si sententia non est executioni
mandata, excipitur contra eā, vt in l. 1. C. de sent.
& re iudic. Ex his ergo omnibus verbis Innocen-
tij, & ex tex. in d. c. 2. in quo habetur, quod per
confessionē partis receditur à sententia lata con-
tra reum. elicitur apertissimè veritas præsentis li-
mitationis: cùm Innocentium per supradicta vo-
luisse nos docere comprehendatur, quòd etsi re-
gulariter cōtra sententiam, quæ transit in rem iu-
dicatā probatio nō admittetur, cùm faciat ius in-
ter partes, à quo iure appellatio non admittitur,
eo quòd in sui fauorem est præsumptio iuris, &
de iure, vt in c. quo ad consultationem. §. taliter
duximus. extra de sent. & re iudic. nihilominus
dicta sententia irritaretur, si de iniustitia ipsius
per confessionem victoris in iudicio delatam, ac
plene probatam appareret: si ergo contra senten-
tiam, quæ transijt in rem iudicatam, & executio-
306 ni mandatam admittitur probatio † per confes-
sionem victoris, inde sequitur Innocentium per
supradicta docuisse, quòd etsi regulariter contra
præsumptionem iuris, & de iure non admittatur
probatio: Nihilominus hæc regula fallit in proba
tione, quæ fit per confessionem victoris, in cuius
fauorem erat illa præsumptio. & hæc dicta suffi-
ciant ad probandum, quòd Innocentius se subscri
pserit præsenti limitationi, etsi aliquantulum ob-
scurè processerit. Idem docuit Panormitanus in
c. nouit. nu. 20. versic. pro hoc. extra de iudicijs.
dicens, quòd præsumptio iuris, & de iure admit-
tat probationem in contrarium per confessionem
illius, ad cuius validitatem ius præsumit, vt notat
Cynus & alij Doctores in Auth. sed iā necessè. C.
de donat. ante nupt. nam in tantū tunc huiusmodi
probatio admittetur, quòd hac confessione par-
tis (vt supra docuit Innocentius in d. c. quia pleri-
que.) facta, ipsa sententia reuocanda esset. hæc Pa-
normitanus vbi supra. qui idipsum docens in c.
is, qui. num. 5. extra de sponsal. dixit, quòd Cyn. &
communiter Legistæ in dicta Authentic. sed iam
necesse. ponunt dictum notabile, quòd cōtra præ-
sumptionem iuris, & de iure, admittatur proba-
tio in contrarium per confessionem partis, & hoc
dictum esse verum, affirmat ipse ibi, si intelliga-
tur quando ius præsumit in fauorem alterius; tūc
ille confitendo contrarium, tollit præsumptionem
iuris. Vnde bene, & singulariter dixit Innocentius
in c. quia plerique. extra de immun. Eccles. quòd
licèt sententia trāsierit in rem iudicatam, tamen
si pars, pro qua lata est sententia, fatetur eam iniu
stam: debet illa sententia retractari, quod singu-
lariter notabis. hæc Panormitanus vbi supra. qui
idipsum confirmans in d. c. 2. extra de purgat. vul
gari. col. 1. in vers. in glo. ibi propter probabilem
errorem. inter alios sensus, seu modos intelligen-
di dictum textum connumerat casum præsentis
limitationis: & hoc ipse Panormitanus docet in
col. 2. vers. quartus intellectus. & in vers. quintus,
& vltimus. Nam his verbis ibi vsus fuit, videlicet.
Vbicunque causa sententiæ reddit ad nō causam;
nec infringitur effectus sententiæ, debet retracta-
ri comperta veritate. sicut in l. si fullo. ff. de con-
dit. sine causa. vbi dicitur, quod si dedi fulloni pan-
nos lauandos, & ipse eos perdidit, & sic fuit con-
demnatus ad æstimationem, quòd repertis rebus
per dominum, retractatur sententia: quia causa
reddit ad nō causam, nec infringitur effectus sen-
tentiæ: cùm iste habeat bona sua: ita in proposito
illi fuerunt cōdemnati: quia præsumebantur sub-
traxisse illas res: rebus ergo repertis cessat causa,
& accusator nihil perdit: & puto hoc voluisse di-
cere Innocentium hìc, dum dixit, quòd propter
æquitatē casus superuenientis receditur hìc à sen-
tentia, vt in d. l. si fullo. Quintus, & vltimus intel-
lectus potest esse propter notoriam iniustitiā sen-
tentiæ. Nam notoriè tunc constabat de eius iniu-
307 stitia, & notorietas iniustitiæ † reddit senten-
tiam nullam, vt in c. inter cęteras. extra de sent. &
re iudic. & notat Innocentius in c. fraternitatis.
extra de frigidis, & malef. Nam sententia iniusta
tenet propter præsumptionem, quæ præsumptio
cessat vbi notorietas iniustitiæ est in contrarium.
argum. in c. veritate manifesta. distin. 8. pro hoc
facit, quod notat singulariter Innocentius in cap.
quia plerique. extra de immun. Eccles. vbi dicit,
quod si pars, pro qua sententia lata est, cōfiteatur
eam iniustam, quòd debeat retractari: fortiùs er-
go retractanda est, vbi notoriè constat de eius in-
iustitia, & maximè de iure Cannonico: Non enim
debet sustinere quem retinere cum peccato. hæc
omnia Panormitanus vbi supra. qui idipsum rur-
sus docendo in c. fraternitatis. nu. 18. versic. & no-
ta ex hoc. extra de frigidis, & malef. Idem etiam
repetijt ipse Panormitanus in c. 1. nu. 5. vers. vnde
singulariter. extra de concess. præben. & in c. cùm
inter. nu. 8. versic. dico tamen. extra de sent. & re
iudic. & in c. cùm contingat. nu. 10. extra de offic.
deleg. vbi addit hoc semper memoriæ commen-
dandum. Idem docuit Præpositus in c. is, qui fi-
dem. col. 4. versic. aut sumus in his. & in col. 5. vers.
fallit quartò. extra de sponsal. Idem docuit Gemi
nianus in c. ferrum. col. 2. versic. contra præsum-
ptionem iuris, & de iure. distin. 50. Idem docuit
Antonius de Butrio in d. c. quia plerique. col. 5. in
princ. versicul. puta si is, pro quo, sequendo Inno-
centium ibidem. Idem docuit Marianus Socinus

senior

ſenior in c.qualiter, & qñ.cl 1.nu 25.verſ.duode-
cimò ſallit.ext.de accuſ.Idẽ docuit rurſus Ant.de
But.ĩ d.c.is,qui fidẽ.col.2.verſ.aduerte tñ,ꝙ licèt.
308 vbi elegantiſsimè dixit,ꝙ licèt regulariter † præ
ſumptio iuris, & de iure nõ admittat probationẽ
in contrariũ,tñ ſi partes de facto admittãt,& fiat,
illa derogat,vt not.Innoc.in c.fraternitatis.de fri-
gidis,&. maleſ.& addit ibid. ꝙ quædã eſt proba-
tio,quę conſurgit à principio partiũ.& hæc poteſt
eſſe duplex:vna per viã cõfeſsionis:quia partes cõ-
fitẽtur aliter eſſe,q̃ habeat præſumptio iuris,& de
iure.& hìc aduerte,ſi ſum⁹ in materia,in qua cõ-
feſſio poſſit aliquid operari:ita ꝙ ſimus in actu,cu
ius eſſe dependet à ptãte partiũ, & tunc confeſſio
tollit præſumptionẽ iuris,& de iure, vt in Auth.&
ſi neceſſe.C.de donat.ante nupt.& eſt ſingulare di
ctũ Innoc.in c.quia plerique.ext.de immu.Eccleſ.
vbi notabiliter dicit, ꝙ licèt lex fingat ſnĩam, ſeu
præſumit iuſtã,eo ꝙ tranſiuit in rẽ iudicatam,ſi tñ
pars cõfiteretur ſnĩam iniuſtã, ſtatur cõfeſſioni,&
tollit præſumptio iuris,& de iure: qa in talib. pñt
partes ſibi pręiudicare.Si aũt ſumus in materia,in
qua nõ pñt partes ſibi præiudicare,vt quia mrĩmo
nialis,vt in c.ſuper eo.ext.de eo,q cogno. cõſang.
vxo.ſuæ,& tunc confeſſio non tollit vires præſum-
ptionis iuris,& de iure.hæc Ant.vbi ſ.quib.proba-
tur apertiſſimè hæc prima fallentia.Idipſum in in-
fraſcriptis alijs locis rurſus docuit idẽ Ant.videli
cet in c.cùm dilecta.col.4. verſ.qñque ſuper iniu-
ſtitia.ext.de reſcript.& in c.in pñtia.col.4.verſ.ve-
ritas eſt.ex̃.de renũc.& in c.qm̃ cõtra.col.16.verſ.
ſecũdus caſus eſt.ext.de probat.& in c.vidua.ext.
de regularib.Idem docuit Feli.in c.4.col.2.ext.de
p̃ſumpt.in c.qualiter,& qñ.el primo.col.17.nu.36.
verſ.tertiò ſallit d.regula.ext.de accuſ.& in c.quã-
to.col.2. in verſ.fallit primò. ext.de p̃ſumptionib.
Idẽ docuit Imo.in Clem.ſi appellationẽ.nu.8.verſ.
dic,ꝙ quãdoq; ſuper iniuſtitia. de appellationib.
ſequens ſnĩam Innoc.in d.c.quia plerique. Idẽ do-
cuit Rom.(vt retulit Feli.vbi ſ.) in l.ſtipulatio iſta.
§.ſi quis fortè.col.4.ff.de verb.oblig.& in cõſ.350.
incip.In propoſitę cõſultationis.col.antep.idẽ do-
cuit Flor.in l.cũ mutarẽ.col.vlt. ff.fam.herc.& pro
his facit,quia prohibitus probare nõ prohibeť vti
cõfeſſionẽ aduerſarij,vt docuit Feli.vbi ſ.& ĩ rub.
de probat.nu.16.aſſeuerãdo quod ſi ſtatutũ exclu-
deret poſt lapsũ termini probationes,nõ cenſeť au
ferre facultatẽ faciẽdi articulos,vt pars confiteať:
quia nõ dr̃ velle probare,ſed releuari ab onere ꝓ-
bandi.Idẽ docuit Gl.in l.contractib.iu verſ.nullo
mõ.C.de nõ num.pec.idẽ docuit Bal.in d.l.in cõ-
tractib.in q.4.Idẽ docuit Salic.in l.a.C.de dolo.&
rurſum idẽ Sal.Cyn.Bar.& alij Doct. ĩ Auth.ſed iã
neceſſe.C.de donat.ante nup.Imo.in c.cũ dilecta.
col.6.ext.de reſcrip.idẽ docuit latiùs Dec.alios ci
tãs in c.quãto.col.pen.ext.de præſumpt.& in c.qm̃
cõtra.extra de probat. idẽ docuit Hypp. de Marſ.
in ſua Pract.crim.§.ſequiť.nu.11. verſ.vbi dicit,&
in rub.C.de probat.nu.71. verſ.nã cõtra præſum-
ptionẽ, & in l.1.§.ad qõnẽ, nu.36.verſ.rõ eſt,quia
p̃ſumptio,& in §.ſi quis vltro,nu.12.verſ.pro quib.
facit quod voluit.ff.de qõnib.& in ſuo cõſ.1.nu.77.
verſ.& facit quod voluit D.Ant.& latiùs in cõſ.17.
nu.8.verſ.attamen admittitur probatio. Idẽ rurſus
docuerunt Bar.Bal.Paul.de Caſt.& Salyc.in l.ſiue
poſſidetis. C.de probat.Idẽ docuerũt Io.de Imo.
Alex.& Doct. in l.inter ſtipulantẽ, §.p. verſ.ſubdit
tñ Bar.ff.de verb.oblig.idẽ docuit Cœpol.in tract.
ſuo de cautelis,caut.7.& 8.Idẽ rurſus docuit Sali.
in l.1.C.de dolo inducendo,prout ipſe dictũ tex-
tum inducit. Idẽ docuit Euerar.in ſua Topica in
loco à veriſimili,nu.10. verſ.ſecũda limitatio eſt.
Idẽ docuit Maran.in ſuo Speculo in c.incip.Quin
tus actus ſucceſſiue emergens,nu.21.& 22.vbi di-
xit quod cõfeſſio iudicialis ſit tantæ efficaciæ, qđ
habeat vim ſnĩæ, & rei iudicatæ in ciuilib. adeo
quod non expectat aliud, niſi præceptum de ſol-
uendo l.vnica,C.de confeſſis.nam nulla eſt maior
probatio,quàm proprij oris,vt notat Petr.Philip.
Corn.in conſ.44.col.1.in 4.vol.qui rurſus in eod.
vol.in conſ.22.in litera E.dicit quod confeſſio ſu
perat omne probationis genus,inrãtũ quod con-
feſſio infringit oẽs probationes factas per teſtes,
vel inſtr̃a in fauorẽ cõfitentis cõtrariũ, & nunquã
reducunť ad concordiã teſtiũ dicta cũ cõfeſſione
producẽtis ita pulchrè tenet Lud.Rom.ĩ cõſ.391.
in fine:itẽ confeſſio tollit p̃ſumptionẽ iuris, & de
iure.Idẽ docuit Corn.qui ſ.in cõſ.39.col.fin.in li-
tera G,vol.4.& in cõſ.235.in litera C,in vol.3.idẽ
docuit Alex.In l.non eſt veriſimile.ff.qd met.cau.
& ibi ẽt Bar.Hæc Maranta.Idẽ docuit Bar.in ſuo
conſ.incip. A D.Cyno. Idem Paul.de Caſtr.in ſuo
conſ.157. idem docuit Lud.Carrer. in ſua Pract.
crim.in princ.c.incip.Quartus caſus eſt.nu.3.ver-
ſic.ſub eadem rõne. Idem docuit Thom.Grãmat.
noſter Neap.in deciſ.24.nu.1.verſ.cum verba nãr
ratiua. Idẽ docuit Franc.Cremenſis in ſuo ſingu-
lari 156.incip. Contra præſumptionẽ iuris, & de
iure.Idẽ docuit Soci.in reg.314.in prima fallẽtia.
Probatur & tertiò pñs limitatio hac rõne,cũ nul-
la maior probatio dicẽda ſit,iuxta cõem Doctor.
ſnĩam oris confeſſione facta ab ipſa parte,inde pa
tẽtiſſimè ſequiť veritas pñtis limitationis,eo ma-
gis,ꝙ d.regula probeť apertiſſimè per tex.ĩ l.gña-
liter.C.de nõ nu.pec.& ibi p gl.& Doct.& p tex.ĩ
c.p tuas.ex̃.de ꝓbat.& ibi p Gl.& Doct.& docuit
quoq;Hyp.đ Mar.ĩ cõſ.17.n.6.verſ.nã regulã iuris.
Amplia ſinglr̃ d.limitationẽ primã,dicẽdo ipsã
ẽt verificari in cõfeſſione partis aduerſę nõ iurata:
nã cõfeſſio partis aduerſæ,in cuius fauorẽ in iudi
cio fuit probata p̃ſumptio iuris, & de iure, & ipſi
pręualebit.Hæc ampliatio probať Doctorũ aucto
ritate:nam huic ampliationi ſe ſubſcripſerunt in-
fraſcripti Doctores, videlicet Bal.in l.admonen-
di.in fine.ff.de iureiuran.Salyc.in l.1.C.de dolo.
Amplia ſinglr̃ d.limitationẽ primã,dicẽdo ipsã
hẽre locũ nõ ſolũ contra ipſam præſumptionẽ iu-
ris,& de iure,verũ ẽt cõtra ſnĩam inde latã,nã ip-
309 ſa cõfeſsio † partis aduerſę probata in quacunq;
parte iudicij,ẽt poſt ſnĩam obtẽtã p̃ualebit ipſi p̃-
ſumptioni,& inualidat ipsã ſnĩam,ſi ꝓbata fuerit
in iudicio. Hæc ampliatio probať triplici medio.
Primò Doctorũ opin.nã ipsã docuerũt ĩfraſcripti
Doct.videlicet Innoc.ĩ c.vltra tertiã.ex̃.de teſtib.
in fine.dicẽs,qđ ante hos terminos (adde tu) ordi
narios,de quib.locutus ibi fuerat & añ,& poſt per
cõfeſsiones poterit inſtrui cã, & clari⁹ idẽ Inn.do
cuit in c.qa pleriq;.col.1.verſ.idẽ eſt in eo,q con-
dẽnatus eſt iniuſtè.ex̃.de immun.Eccl.cuius for-
malia verba retuli in d.limit.1.cuius eſt hæc am-
pliatio,vide ibi.Idẽ docuit Bal.in d.c.vltra tertiã.
ſequẽs Innoc.& addẽs,qđ in quacunq; parte iudi
cij,imò poſt ſnĩam pñt fieri cõfeſsiones allegat gl.
1.in l.Iulianus.ff.de condit.indeb. & in d.c.vltra
tertiã.& rurſus idẽ Bal.ĩ Auth.ſed nouo iure,vers⁹
finẽ.C.ſi cer.pet.idẽ docuit Hypp.de Marſ.in ſuo
ſing.110.incip.Cõis Doctorũ opi.Idẽ docuit Car.
Zab.in d.c.vltra tertiã. addẽs ſe in facto cõſuluiſ-

ſis,ꝙ publicatis atteſtationib. p̄nt fieri poſitiones
etiam ſuper articulis,ſuper quib.non poſſunt pro-
duci teſtes ad probandū per c.1.de confeſſis.in 6,
& per dictum Innocentij ibi.Idem docuit Feli.in
d.c.vltra tertium. in fine. Idē docuit Lud.Rom.in
l.admonendi.in Authen.char.ff.de iureiur.Idē do
cuit Pan.in c.is,qui.nu.5.ext.de ſpōſ.& in c.a.ex.
de purg.vulg.idē docuerunt & quāplures alij Do-
ctores,vt in probationē dictę limitationis primę,
vide ibi, quia reperies verba præciſa nōnullorum
ex ipſis. Probatur & ſecundò hac rōne, videlicet:
Cum.n.cōis Doctorum opin.ſit,quod cōfeſſio par
tis aduerſæ nō ſit probatio, ſed probationis rele-
uatio,de qua per ſcribētes in c.1.de cōfeſſis.in 6,
per D.Ant.in c.ſi Sacerdos.in princ. ext.de offic.
ord.& per eūdē poſt Innoc.in rub.de probat.& in
c.licet,cauſā.col.6.ext.de probat.vbi & alij Doct,
idipſum ſenſerūt,& in c.in p̄ntia,col.2. ext.de re-
nunc.& per Bal.in c.1.§.ſi vaſallus.col.2.ſi de feu,
fue.contr.inter dom.& agna.& in l.2.§.quod ob-
ſeruari.C.de iuram.calum.per Pau.de Caſt.in l.1.
ff.de confeſſ.& in l.Publia.§.fin.ff.de depoſitis.per
Rom.in d.l.admonendi in char.in 6. & per Felin,
latè in rubr.ext.de probat.col.4. verſ.vlterius ſe-
* cundo loco. cum ergo communis Doctorum ſn̄ia
doceat confeſſionem partis aduerſæ non eſſe pro-
310 bationem,ſed probationis releuatio,† ideſt alia
pars non cogitur aliquid probare in ſui fauorem,
inde ſequitur veritas p̄ntis noſtrę ampliationis,in
qua diximus confeſſionem partis aduerſæ proba-
tā in iudicio prævalere cuilibet præſumptioni iu-
ris,& de iure,necnon & ſn̄iæ inde latæ in fauorē
dictæ partis aduerſæ confitentis iniuſtitiam ſn̄iæ.

Limita ſingulariter dictam primam limitatio-
nē dictæ quartæ limitationis dictæ ſextæ amplia-
tionis concluſionis quintæ,& omnia in ea cōten-
311 ta,dicēdo ipſa ſolū habere locū in materia,† in
qua poſſunt ſibi præiudicare, non aūt in materia,
in qua partes nō poſſunt ſibi præiudicare,vt puta
in materia mr̄imoniali. Hæc limitatio probatur
triplici medio.Primò.n.per arg.in c.ſuper eo.ext.
de eo,qui cogno.conſang.vxor.ſuę.vbi Celeſtinus
Tertius his præciſis verbis vſus fuit,videlicet:[Su
per eo,ꝙ poſtulas vtrum coniugatus,qui ante con
tractum mr̄imonium vxoris ſuæ conſanguineā car
nali cōmixtione cognouit, cùm id fateaī vterq;,
& aliqua pars viciniæ hoc acclamare dicatur, ſit
ab vxore ſua iudicio Eccleſiæ ſeparandus.Tuę fra
ternitati rn̄demus, ꝙ propter eorum confeſſionē
tantùm,vel rumorem viciniæ ſeparari non debēt,
cùm & quandoq; nonnulli inter ſe contra mr̄imo
nium velint concludere, & ad confeſſionē incœ-
ſtus facilè proſilirent, ſi ſuo iudicio crederēt,per
iudicium Eccleſiæ concurrendum. Rumor autem
viciniæ non eſt adeo iudicandus validus,ꝙ niſi ra
tionabiles, & fide dignę probationes accedant,
poſsit bene contractum matrimonium irritari.]
hæc ibi. Dixi probari p̄ntem limitationē per arg.
in d.c.ſuper eo. qm̄ etſi explicitè inibi ſermo non
habeatur de materia p̄ntis limitationis, (vt patet
ad ſenſum) bene tn̄ implicitè cùm luce meridiana
clariùs inde eliciatur nō ſtandum fore cōfeſsioni
partiū in materia, in qua ipſę partes non p̄nt ſibi
pręiudicare (vt diximus) in materia mr̄imoniali:
Nā vt vidimus in d.Canone,cōfeſsio ſola vtriuſq;
partis,ſeu coniugis nō potuit præiudicare ſacra-
mento matrimonij, & vinculis inde incurſis. Idē
probatur per arg.in c.vidua.extra de regular.vbi
hæc habētur, videlicet: [Vidua ſi ſpontè velū cō-
uerſionis (quamuis non ſacrum) ſibi impoſuerit,
& in Eccleſia inter velatas oblationem Deo obtu
lerit, velit nolit ſanctimoniæ habitū vlteriùs de-
bet babere. licèt ſacramento firmare velit, eo te-
nore velamē ſibi impoſuiſſe,vt deponere poſſet.]
hæc ibi. Dixi probari p̄ntem limitationē per arg.
in d.c.vidua. quia etſi inibi expreſsè non agatur
de noſtra materia, benę tn̄ ipſius veritas inde eli-
citur: cùm ex illo habeamus, ꝙ elidi non poſsit
probatum per præſumptionem iuris, & de iure à
confeſsione partis,in cuius fauorem ipſa cōfeſsio
cederet,& ꝙ in d.c.vidua.ſit præſumptio iuris,&
de iure, per ſe patet, qm̄ ius ſtatuit ſtandum fore
præſumptioni illi,quæ orta fuerat cōtra viduam
illā ex aſſumptione talis velaminis, & oblatione
facta Deo: & ꝙ talis confeſsio eſſet in ſui fauorē,
patet,cùm inde ipſa vellet profeſsionem, ac obli-
gationem ibi perpetuò perſeuerandi contractam
non teneri,ex quibus omnibus patuit etiā veritas
p̄ntis limitationis, Probatur Doctorum auctori-
tate: nam Gl.in d.c.ſuper eo.in verſ.confeſsionē.
dixit, ꝙ etſi prima fronte videatur ſtandum fore
confeſsioni partium,cùm confeſſus in iure pro iu
dicato fuerit habendus,vt in l.vnica.C.de confeſ-
ſis.& in l.1.& l.certum.ff.eod.tit.& in c.olim cau
ſam.ext.de cēſibus.Dicas tn̄,ꝙ in caſu iſto nō ſta
tur confeſsioni contra mr̄imonium propter rōnē,
quæ hic in litera redditur.Et ratio eſt,quia contra
312 ſe quiſq; teſtificari † poteſt,pro ſe verò minimè,
vt in §.1.14.q.2.& in l.de ætate.§.1.ff.de inter.act.
Præterea iſte nō confiteatur contra ſe,imò pro ſe,
vnde iure cōi non prodeſt ei talis confeſsio: Nā
iſte petit ſeparari ab vxore:qa dicit ſe cognouiſſe
eius conſanguineā, ſi confiteretur aliquid contra
hoc,propter quod ei pręiudicaretur,tunc videreī
ſtandū ſuæ confeſsioni, ſed vt dixi, ſpeciale eſt in
mr̄imonio;vbi nō creditur viro,vel vxori in præiu
diciū coniugij: ſed ſi confiteatur pro mr̄imonio
contrahendo,bene ſtatur confeſsioni,puta ſi petā
aliquā in vxorem,& ipſa confiteatur mr̄imonium
præiudicatur ei,licèt ipſa nollet me babere: quia
modò directè cōfiteretur contra ſe: ſecus in con-
feſsione,quæ fit quo ad thori ſeparationē propter
adulterium, quia ibi ſtatur confeſsioni,vt in c.ex
literis,ext.de diuortijs. hæc omnia docuit gl.illa
ſingularis. Idē docuit Ant.de But.in c.is,qui fidē.
ext.de ſpōſal in col.2.verſ.quædā eſt probatio.his
pręciſis verbis vtēs,videlicet:Quędā eſt probatio,
q̄ conſurgit à principio,& hæc eſt duplex.Vna per
viā confeſsionis:qa partes confitētur aliter eſſe,q̄
habeat præſumptio iuris,& de iure: & hìc aduer-
te: ſi ſumus in materia,in qua cōfeſsio poſsit ali-
qd operari,ita ꝙ ſimus in actu,cuius eſſe depēdet
à poteſtate partiū,& tunc cōfeſsio tollit præſum
ptionē iuris,& de iure,vt ī Auth.etſi neceſſe. C.de
donat.ante nupt.& eſt ſingulare dictū Innoc.in c.
quia pleriq;.ext.de immu.Eccleſ. vbi notabiliter
dicit,ꝙ licet lex fingat ſn̄iam,ſeu p̄ſumit iuſtā,eo
ꝙ tranſiuit in rem iudicatā, ſi tn̄ pars confiteretur
ſn̄iam iniuſtā,ſtatur eius cōfeſsioni,& tolliī præ-
ſūptio iuris,& de iure: qa in talib. p̄nt ſibi partes
p̄iudicare. Si aūt ſumus in materia,in qua nō p̄nt
partes ſibi p̄iudicare,vt quia mr̄imonialis,vt in c.
ſup eo.ext.de eo,qui cogn.cōſang.vxo.ſuæ,& tūc
cōfeſsio nō tollit vires p̄ſumptionis iuris,& de iu
re.hæc oīa Ant.vbi ſ̄.Idē & latiùs docuit Pan.ī d.
c.ſup eo.col.1.verſ.in gl.1.in fin.nota bn̄ iſtā gl.nā
volens

volens ipſe Panor. inibi tradere nobis normã decidendi omnes quæſtiones incidentes circa valorem confeſſionum coniugum in cauſa matrimoniali, vtitur infraſcripta notatu digniſſima, diſtinctione, videlicet: Aut agitur de matrimonio contrahendo, Aut de iam contracto. Si primò tunc dicetur, ꝙ ſola fama de impedimento ſufficit ad impediendũ matrimoniũ, etiã ſi in ſponſalib. Interueniſſet iuramentũ, tex. eſt not. in c. ſuper eo. ext. de cõſang. & affin. Item ad dictum vnius tettij impeditur mřimonium contrahendum, ſi non interuenit iuramentum, de quo eſt bonus tex. in c. præterea. el ſecondo. ext. de ſponſal. & in c. ſuper eo. ext. de teſtibus, ex quibus duobus c. c. vř inferendum, ꝙ plus probet fama, quàm vnus teſtis: quia (vt dixi) ſola ſama impedit, etiam ſi interuenit iurametum, ſecus in dicto vnius, & hoc regulariter: Nam ſi teſtis omnino integer cõfiteretur hoc impedimentũ, impediretur vtiq; mattimonium, et ſi matrimonium interueuerit. Et rõ eſt, quia vnus teſtis talis nõ minus probat, quàm fama, ad quod facit quod notatur in c. veniens. ext. de teſtibus. & in c. 1. ext. de appell. facit c. ſuper eo. §. 1. extra de teſtibus. vbi vř quaſi caſus, & ſic ad dictum c. præterea. el ſecondo. quod vř prima fronte docuiſſe, contrarium diceuir, ꝙ ille teſtis (de quo ibi agitur) non erat omnino integer, tum quia allegabat turpitudinem ſuam, tum quia deponebat ſine publicatione ſui nominis cõtra. c. 2. ext. de teſtibus. Aut ſponſi confitentur impedimentũ, & puto ſufficere eorum confeſſionem ad impediendum matrimonium, etiã ſi in ſponſalibus interueniſſet iuramentũ. Ratio eſt parentiſſima: quia cùm poſſint ſibi remittere illã obligationem iuratã, vt in c. 2. ext. de ſponſal. præſumptio eſt, ꝙ non confiteãtur falſum. & ſic reſtringitur dictus tex. in d. c. ſuper eo. ext. de ſponſal. vbi agitur de contracto matrimonio, & ſic propriè loquitur. Aut alter ex ſpõſis confitetur impedimentum, & tunc diſtinguẽdum erit tali pacto, videlicet: Aut confitetur ille, qui ſtat contra ſponſalia, & talis confeſſio non ſufficit, quia per ſe non valet, vt in 14. q. 2. in princ. Nã ſi diceretur cõtrarium eſſe verius, facilè diſſoluerentur ſponſalia, cùm appetentes ſeparationẽ confiterentur impedimentum. Aut confitetur is, qui ſtat pro ſponſalibus, & tunc ſufficit eius confeſſio. arg. in c. atteſtationes. & quod notat ibi Hoſt. ext. de deſpõſat. impub. Secundo caſu principali, cùm agitur de matrimonio contracto, tunc tali diſtin
313 ctione vtendum erit, videlicet: Aut † confeſſio tendit ad ſeparationem thori, & valet confeſſio contra confitentem: vnde ſi vxor confitetur adulterium, ſibi præiudicat, vt in c. ex literis. extra de diuortijs. quia per hoc non ſeparatur vinculum matrimoniale. Aut confeſſio fuit ſuper ſubſtantia vinculi matrimonialis, & ſi pro matrimonio valet huiuſmodi confeſſio, dummodo non veniat in præiudicium alterius matrimonij, de quo conſtet, vt legitur in c. 2. ext. de clandeſt. deſponſ. Aut confeſſio fit contra matrimonium, & tunc dicendum, quòd non valeat talis cõfeſſio, etiam cum fama. Et ratio eſt, quia confeſſio de ſe nihil probat, ex quo eſt pro confitentibus: fama enim per ſe nõ ſufficit ad dirimendum matrimonium, vt in c. ſi duo. 36. q. 6. & hoc tenuit hic Antonius, quod ſatis placet, & ſic limita iſtud c. ſi duo. Aut confeſſio fit à coniugibus ſtantibus pro matrimonio. Puta, quia Iudex inquirit ex officio, vel tertius accuſat: & tunc ſi concurrit fama cum confeſſione videtur tex. not. in d. c. ſi duo. quòd debeat ſeparari matrimonium, & hoc voluit iſta gloſa hic, reſpondendo ad contrarium illius c. ſi duo. Abbas tamen hìc dicit diſpoſitionem illius c. proceſſiſſe de iure antiquo, quando prohibitio coniugij extendebatur ad ſeptimum gradum: quia probatio conſanguinitatis non poterat de facili haberi vſque ad illum gradum, ſufficiebat fama
314 † de impedimento conſanguinitatis cum confeſſione coniugum: ſed cùm hodie prohibitio ſit reſtricta ad quartum gradum, vt in c. non debet. extra de conſanguinit. & affinit. debet aliter probari conſanguinitas, prout habetur in c. licet ex quadam. extr. de teſtibus. Dominus Antonius admittit dictum Abbatis, cum agitur de impedimẽto conſanguinitatis: ſed vbi ageretur de alio impedimento clandeſtino: puta de affinitate illicitè cõtracta, putat ſufficere ſamam cum confeſſione coniugum: ſatis hoc dictum vltimum placet: ſed puto, quòd etiam in primo caſu ſufficeret fama cum confeſſione coniugum: non obſtat dicto Abbatis ratio, quia ex quo confeſsio emanat pro ſtantibus pro matrimonio, nec eſt præſumptio colluſionis, ſtandum eſſet confeſsioni etiam ſine fama: quia non eſt præſumptio, quòd quis confiteatur falſum contra ſe, vt in l. fin. C. arbit. tute. Et hoc voluerunt communiter Doctores in dicto c. atteſtationes. & Hoſtienſ. hic: fortiùs ergo valet confeſsio, quando habet concomitantiam ſamæ. Nec obſtat dictum c. licet ex quadam. quia loquitur, quando non adeſt confeſsio coniugum ſtantium pro matrimonio. Ita, quòd indiſtinctè intelligerem dictum c. ſi duo. Aut alter eorum tantùm confitetur contra matrimonium, & tunc ſubdiſtinguendum erit ſic. Aut eſt ille, qui ſtat contra matrimonium, & dicendum, quòd eius confeſsio nõ valet, etiam ſi cõcurrat fama per rationem ſupradictam. Aut confitetur ille, qui ſtat pro matrimonio, & tunc erit dicendum, quòd etiam ſi alleget turpitudinem ſuam (cùm agatur de periculo animæ) audiendus erit, & ipſius confeſsio recipienda, ex quo ſtat pro matrimonio, & cõfiteatur contra ſe, & non inde ſit præſumptio, quòd dicat falſum, vt not. in dicto c. atteſtationes, maximè cùm fama adiuuet ſuam aſſertionem. hæc omnia nos docuit Panormitanus, quæ hìc inſerere ſtudui, tũ quia ſummopere deſeruiunt ad pleniorem intelligentiam præſentis limitationis, cùm etiam quia non alibi ita facilè reperitur hãc materiam confeſsionis coniugum, vel alteri tantũ eorum fuiſſe examinatam. Idem quoque docuit (ſe ſubſcribẽs præſenti limitationi) Nicolaus Euerardus in ſua Topica iuris in loco à veriſimili. nume. 10. verſic. hoc tamen intellige ſanè, dicens hoc ipſum docuiſſe communiter Doctores in dicto cap. is, qui fidem. extra de ſponſalib. & Dominicus Geminianus in cap. ferrum. diſtinct. 50. Panormitanus Idipſum rurſus docuit in dicto cap. vidua. colum. 1. verſic. nota, quòd non ſuper. vbi dixit, ꝙ in depen
315 dentibus à conſcientia, † & ab animo alicuius non ſtatur iuramento illius in contrarium, vbi certa præſumptio extrinſeca coniecturat animũ, vbi agitur de præiudicio tertij. & ita loquatur tex. in dicto c. vidua. hæc ille, cuius dictum veriſsimum eſſe comprobatur: quia agebatur ibi de præiudicio Monaſterij, ac Religioni, quæ ex illius tacita profeſſione acquiſierat ius in perſona, & bonis di-

&æ viduæ. Idem docuit Socinus in tract. fallentiarũ. in reg. 314. fallẽtia septima, in vers. intellige tñ.

Probatur & tertiò hac ratione, Cùm enim (iuxta verbũ Dñi IESV apud Matth. c. 19. vers. 6.) Quod Deus coniungit, homo seperare non debeat: inde elicitur veritas pñtis limitationis, qm̃ si fieret separatio matrimonij, quo ad vinculum ex confessione alterius coniugum; quotidie matrimonia separarentur, cùm maximo scandalo Reipublicæ Christianæ, & dispendio salutis æternæ. Quapropter optimũ fuit in contrariũ à S. Ecclesia statutũ.

Limita & secundò regulam traditam, ꝙ proba-
316 tio nõ admittetur contra præsumptionẽ † iuris, & de iure; dicendo eã locum non habere, qñ probatio fieret per indirectum, vt puta Papa narrans renũciationem beneficij factam in manibus suis, & per eum acceptatam, confert illud, vel cõferri mãdat, Nã his non obstantibus, bene potero probare, ꝙ illud beneficium tempore hmõi cõcessionis factæ à Papa alteri, spectabat ad me; etiam plenum ius in ipso acquisieram, & non spectabat ad cedentem illud in manu ipsius Papæ, vel quòd ipse cedens prius illud cessisset in manu Ordinarij, vel aliqua de causa iusta, ipse cedens fuerat tali beneficio priuatus; & his similia, quæ enarrationem Papæ non perimunt. Quapropter etsi non admittatur probatio, quæ perimat narrationẽ Papæ, vel ipsam falsam ostẽdat; bene tñ admitteretur probatio, per quã (stante narratione) releuaretur probans, vt quã elegantissimè docuit Gl. in Clem. vnica. vers. fecisse narramus. de probat. quam sequuti fuerunt & infrascripti alij Doctor. idipsum sentiẽtes, videlicet Card. Zabar. in d. Clem. col. fi. versic. decimò quæro, & in col. 2. in versic. octauò quæro. vbi se subscripsit sñiæ d. Gl. Pet. de Anch. in d. Clem. col. 1. vers. primò ergo quæro. sequens dictam Gl. Io. de Imo. in d. Clem. col. 3. postquã sequutus fuerat dictam glo. nu. 12. vers. nota secundò, ex glo. vtens infrascriptis apertissimis, videlicet: Nota secundò ex gl. limitationẽ ad id, quod quotidie dicimus, ꝙ contra præsumptionẽ iuris, & de iure non admittitur probatio in contrariũ: quia hoc est verum in probatione directa, per quã perimeretur factũ, & ostenderetur falsum. Sed benè admitteretur probatio indirectè perimens illius effectum in iure, & nota bene hãc limitationem, quia alibi nõ habes, ſm Ant. quod nota pro limitatione eorum, quæ habentur in Auth. sed iam necesse. C. de donat. ante nupt. & in corpore, vnde sumitur præallegata Authent. Idem docuit ipsemet Io. de Imola rursus in c. cùm Ioannes. ext. de fide instrum. Idem docuit Ant. de But. in d. Clem. & in d. c. cum Ioannes. col. 7. vers. secundus casus. & in c. is, qui. col. 2. vers. aduerte in hoc. ext. de sponsal. & in c. vidua. in fine. ext. de regularibus. quẽ Feli. sequitur in d. c. cùm Ioannes. col. 9. nu. 35. vers. secundus casus. dicens, ꝙ quando quis non vult reprobare factum directẽ; sed dicit solemnitatem facti, vel aliud non intercessisse, per quod annihilat factum in iuris effectu, stãte facto: talis. n. auditur cõtra instrũm nõ recipiens de iure, vel statuto probationem in cõtrarium, ſm Ant. & Imo. hic. Hinc est, ꝙ quando lex, vel statutum dicit non admitti probationem in contrariũ; intelligitur de probatione directò contraria, non aũt de illa, per quam remanet elisa intentio aduersarij. hæc Fel. vbi supra. qui idipsum probat alijs Doctorum auctoritatib. & idem repetijt breuiùs in c. quanto. nu. 6. vers. fallit secundò. ext. de præsumpt. Idem docuit Panor. in d. c. is, qui. nu. 5. vers. sed aduerte. & in d. Clem. nu. 3. Idem docuit Gemi. in c. ferrum. col. 2. vers. quædam est probatio. dist. 50. quod & repetijt in c. filij. col. 2. vers. quæro quando dicatur legitimè constare. de hæret. in sexto. vbi ait, ꝙ aut isti non volunt directè probare oppositum, sed volunt probare corruptionem, vel falsitatem illius probationis; ita quòd concludunt illam non esse legitimam probationem: & tunc istud poterunt, quia hic eis non interdicitur illud, quod tamen debet intelligi secundum not. in c. licet causam. ext. de probat. aliàs si diceretur oppositum, daretur materia probandi falsum contra id, quod notatur in c. qualiter, & quando. el secondo. §. debet. extra de accusat. secundum eum. Nota bene istud
317 dictum, quòd licet lex, † vel statutum repellens quem à potestate probandi oppositum eius, quod est probatum in iudicio, non intelligatur repellere à potestate reprobandi probationem, quã probata erat intentio illius in iudicio, quod singulariter nota: quia quotidie statuta repellunt quem à potestate probandi contrarium eius, quod est probatum; quia hic habes qualiter debeat intelligi. hæc Geminianus ibi. qui ibidem in col. fin. vers. sed quæro, an semper admittatur reus, docuit idipsum alijs verbis distinguendo, iuxta sent. Io. Mon. taliter, Aut intentio actoris, & exceptio rei sunt prorsus separatæ: vt puta, si actor petit mutuum, & reus excipit pactum de non petendo, & tunc reus admittitur etiam post fundatam intentionem actoris, vt in l. siquidem. C. de excep. Aut intentio actoris, & rei versatur circa idem, vt hic: quia dicit vnus illum sanæ mentis, alter dicit furiosum. Et tunc si actoris attestationes sunt publicatæ, reus non potest per testes probare contrarium directè, vt etiam patet in c. fraternitatis. ext. de testibus. & pro hoc dicto facit, quod not. Specul. in titul. de teste. §. qualiter, versic. opponitur. & in titul. de except. & repli. §. dicto. versic. nunquid attestationibus publicatis. vbi dicit, secundũ Vincentium, ꝙ attestationibus publicatis potest exce
318 ptio peremptoria † opponi, si sit talis, quòd non destruat principale, quin teneat: secus si diceret, ꝙ testes dixerunt falsum: tunc. n. non audietur; nisi velit testes producere super corruptionẽ, ſm Lapum. hæc Gemin. vbi supra. qui rursus idẽ docuit alijs verbis in c. cupientes. §. ꝙ si per viginti. col. 2. vers. nota, ꝙ vbi ius. de elect. in 6. dicens. Nota, ꝙ vbi ius excludit quẽ à potestate prosequendi causam, si nõ seruauerit certas solemnitates infra certũ terminũ; Nihilominus lapso termino audietur, si vult probare, ꝙ sua causa non erat talis, q̃ includeretur sub illo iure, ꝙ nota: quia istud quotidie põt practicare in statutis. hæc ille. vbi s. Idẽ in effectu docuit Pet. de Anch. in cõs. 270. incip. In primo dubio. vbi dixit, ꝙ stante statuto, ꝙ bona adiudicata creditorib. mercatorum deficientium sint post tẽpus pleno iure sua, & nõ audiant ipsa repetentes, tñ audiret ille, qui diceret, ꝙ bona adiudicata non erant deficientis. hæc ille, sequens glo. ibidem. Idem docuit Socin. in tract. fallentiarum. in fallẽtia 6. reg. 314. Idẽ docuit Euer. in Topica iuris in loco à verisimili. nu. 10. vers. primò fallit.

Limita & tertiò dictam regulam in probatio-
319 ne † admissa, parte aduersa nõ opponente, contra præsumptionem iuris, & de iure, etsi alias de iure non fuisset admittenda, vt docuerunt infra-

scripti

ſcripti Doctores. exemplificantes in ſententia in-
iuſta iam lata, quæ tranſijt in rem iudicatã. Cui à
parte aduerſa fuit oppoſitũ, quòd eſſet iniuſta, &
ambæ partes aſſumpſerunt diſputationem de eius
iniuſtitia, & admiſſa fuit probatio iniuſtitiæ, qm̃
in tali caſu huiuſmodi probatio irritabit valorem
ſentẽtię probata eius iniuſtitia, etſi regulariter ex
ſententia lata exurgat præſumptio iuris, & de iu-
re, in ipſius fauorem, cõtra quam regulariter non
erit admittenda aliqua probatio. Probatur ergo
pręſens limitatio per argum. in c. 1. extra de reſtit.
ſpol. vbi Gregorius Nonus his verbis vſus fuit, vi-
delicet: [Licèt multum & infra. Cõqueſtus eſt no-
bis Philaſius cæcus, eius campum ab Eccleſiæ ho
minibus irrationabiliter occupatum. Quod ſi ita
eſt, quanquam ante omnem contentionẽ poſſeſſio
ei debuerat violenter ablata reſtitui, tñ quia euen
tus Diaconus ipſius Eccleſiæ, conſentiẽte illo con
ſtituit ſe legitimè probaturũ dictum campũ eiuſ-
dem Eccleſię iuris eſſe, veritatem inquire, etſi hoc
probatum fuerit, huic dicendum eſt, vt à ſua inten
tione diſcedat: alioquin res ei ablata reddatur.]
hæc ibi. Dixi probari præſentem limitationẽ per
arg. in d. c. 1. quoniã etſi ibi explicitè non fiat men
tio de materia, & veritate pñtis limitationis, be-
ne tñ implicitè inibi illa probatur, arguendo ab
identitate rationis. Nam ſicut potens aduerſariũ
à probatione iuſtę ablationis rerum illius Philaſij
repellere ante reſtitutionem ſibi factã, eo ipſo, ꝙ
admiſit ad probandum, ſi probauerit iuſtam abla-
tionem, ipſi actori ſilentium ſuper petitione talis
rei imponetur, eodem modo dicendum erit in ca
ſu noſtro, quòd licèt ad probandum cõtra ſenten
tiam, quæ tranſierat in rem iudicatam, ac per con
ſequens contra præſumptionem iuris, & de iure
ex ipſa ſententia inſurgentem, non fuiſſet admit-
tendus ab eo, in cuius fauorẽ lata fuerat ipſa ſnĩa,
tamen ipſa probatio cõtra præſumptionem iuris,
& de iure admiſſa, & ſequuta præualet ipſi præ-
ſumptioni. Idem & eodem modo arguendo pro-
batur, & infraſcriptis alijs iuribus pñs noſtra limi
tatio, videlicet per arg. in c. 2. de accuſat. in ſexto.
vbi Bonifacius Octauus infraſcriptis vſus fuit ver
bis, videlicet: [Si is, cui contra te commiſſa fuerat
ſimpliciter inquiſitio ſuper certis criminibus fa-
cienda, proceſſerit te præſente, nec reclamãte, aut
quicquam ſuper hoc excipiente (infamiæ inquiſi-
tione omiſſa) ad veritatem eorundem criminum
inquirendam, proceſſum huiuſmodi ex eo, quòd
fuit de infamia primitùs inquiſitum, vlteriùs im-
pugnare nequibis.] hæc ibi. Idem probatur per
arg. in c. 1. de accuſ. in ſexto. vbi idem Bonifacius
Octauus his verbis vſus fuit, videlicet: [Poſtquã
corã eo, qui contra te ſuper certis criminibus in-
quiſitor fuerat deputatus, eadẽ crimina fuiſti con
feſſus; fruſtra confeſſionem tuam (quò minus pu-
niaris ex ea, prout iuſtitia ſuadebit) eo prætextu
impugnare contendis, quod ſuper eiſdem crimini
bus non fueras antea diffamatus, vel ꝙ per eundẽ
inquiſitorem capitula ſuper quibus contra te vole
bat inquirere, tibi tradita non fuerunt.] hæc ibi.
Idem & eodem modo probatur & alijs iuribus
infra citãdis (ad idipſum probandum) Doctorum
ſententijs. vide ergo ibi, vltra gloſas dictorum Iu
rium. & Doctorum ibidem: qui idipſum ſentiunt
eodem modo interpretando eorum ſententias,
quo interpretati fuimus dictum textum in d. c. 1.
ext. de reſtit. ſpol. Nihilominus in terminis pñtis
limitationis admiſſa probatio ſequuta præualet
præſumptioni iuris, & de iure exortæ, ex ſnĩa etiã
iniuſtè lata. Et ratio eſt, quam docuit Ant. de Bur.
in c. cùm dilecta. col. 4. verſic. ſed quia Innocẽtius.
extra de reſcriptis. dicens, ꝙ eo ipſo, quòd partes
aſſumpſerunt diſputationem ſuper iuſtitia ſnĩæ, &
Iudici probata eſt iniuſtitia ſnĩæ, & ſibi notoriè
conſtat de iniuſtitia ſnĩæ: & quod dr̃ ſententiam
iniuſtam non retractari, eſt verum, quando non
conſtat notoriè de iniuſtitia ſententiæ, aut in iu-
dicio probatum eſt notorium, vt in c. veſtra. & c.
tua. ext. de cohabit. cler. & mu. retractabitur ergo
ſententia: & ſic licèt præſumptio iuris, & de iure
pro iuſtitia non admittat probationem per ver-
bum [Probationes] eſt verum, ſtante dubio: quia
volens probare per probationes repellitur, ſi ta-
men admittitur per partem, & probabitur; illa
probatio facta tranſibit in notorium, & ſententia
reuocabitur. Nec obſtare poterit primò præſen-
ti limitationi, ꝙ ſententia habeat in ſe notorium:
quia illud eſt notorium præſumptionis, hic noto-
rium probationis, quod eſt potentius. Nec ob-
ſtat ſecundò, quòd ſententia contra ſententiã non
valet, vt contra notoriũ: quia hoc notorium præ-
ſumptionis offuſcatum eſt ex notorio probatio-
nis: illa loquitur quando non eſt probata iniu-
320 ſtitia eius. Nec obſtat tertiò, quòd partes † non
poſſunt renunciare tranſitui in rem iudicatam:
quia illud verum erit, non conſtito de iniuſtitia:
ſecus ſi conſtaret de iniuſtitia: quãuis partis ipſe
trãſigendo, vel exponendo non poſſint à ſententia
recedere, quia vt detur tacita renunciatio vali-
da, oportet, ꝙ actus compromiſſi, vel tranſactio-
nis detur per prius validus, qui non datur ſuper
certo. Idem Antonius in c. is, qui fidem. colum. 2.
verſ. aduerte tamen. extra de ſponſal. dixit, ꝙ con
tra præſumptionem iuris, & de iure non admitti-
tur probatio, ſed ſi admiſſa fuerit, & probata, illa
præualebit tali præſumptioni. Idem probatur au
ctoritate eiuſdẽ Antonij in c. quia plerique. col. 5.
verſ. quicquid ſenſerit Innocentius. extra de im-
mun. Eccleſ. idem docuit Roman. in l. ſi dno. ff. de
acquir. hæredit. qui Romanus in conſ. 215. incip.
Duo ſunt. ſequitur Innocẽtium in c. fraternitatis.
extra de frigidis, & maleſ. idipſum ſentientis. Idẽ
Imo. in c. cùm dilecta. in col. vlt. ext. de reſcriptis.
& rurſum in c. quãto. col. 2. in fin. ext. de præſump.
Idẽ docuit Pan. in c. cùm contingat. nu. 10. verſ. ex
quibus. ext. de offic. deleg. dicens. Ex quibus nota
Theoricam, & ſemper menti tenendã, ꝙ ſi contra
321 pręſumptionẽ † iuris, & de iure, de facto admit-
tatur probatio in contrariũ patiente eo, cuius in-
tereſt, debet à tali præſumptione per probationẽ
contrariã recedi. hæc Pan. qui illud docens in cõſ.
55. verſ. præterea, & vltimò. vbi hæc protulit ver-
ba, videlicet: Præterea, & vltimò. ex quo pars Ser-
teani fuit de facto admiſſa ad probandũ iniquita
tẽ, ſeu nullitatẽ ſnĩæ, & eã probauit: eſt pro ea fe-
renda ſnĩa, ad hoc notabile dictũ Innocentij in c.
conſtitutus. ext. de filijs Presbyter. vbi dicit, quòd
cõuentus poſſeſſorio recuperãdę, nõ debet audiri
ante reſtitutionẽ ſup proprietate, ſi de facto fuit
admiſſus, & eã probauit, debet Iudex pro eo ferre
ſnĩam. Hinc idẽ notanter dixit etiã Innoc. in c. fra
ternitatis. ext. de frigid. & maleſ. & rurſum in c. cũ
dilecta. ext. de reſcript. & in c. cum Bertoldus. ext.
de ſent. & re indic. quod licet poſtquã ſnĩa trãſi-
uit in rem iudicatã nõ debeat audiri pars aduerſa

322 super nullitate sententiæ,† tamen si de facto ad-
missa,& iniquitaté probauit,est retractanda sen-
tentia,non obstante transitu in rem iudicatá,quia
de qua re Iudex cognouit, de ea debet pronun-
ciare, vt in c.cùm super. ext.de causa poss.& pro-
priet.& in l.de qua re,ff.de iudi.hæc Panor, vbi su
pra. Et quidem ferè ad verbum retulit Panormit,
sententiam ipsius Innocentij, vbi supra. Quapro-
pter patuit Innocentium quoque se subscripsisse
pñti fallentiæ. Idem docuit Feli.in c.quáto.col.3.
nu.7.versic.fallit tertiò,extra de præsumpt. Idem
docuit Bal.in l.1.nu.5.versic.nam contra præsum-
ptionem. C.plus valere,&c. Idem docuit Præpo-
sit,in c.is,qui.col.5.versic.fallit secundò,extra de
sponsalibus, idem docuit Io,de Imola,& Docto-
res in d.c.cum dilecta. idem docuerunt Bart,Io,
de Imola,Alexander,& Doctores in l.inter stipu-
lantem.§.1.ff.de verbor.oblig. idem docuit Rom,
in suo consi,550,volum.5.idem docuit Euerardus
in sua Topica iuris in loco à verisimili, nu.10,in
versic. si tamen de facto contra præsump, iuris,&
de iure. vbi se subscripsit citatis Doctoribus, ad-
dens. sit ergo cautus Aduocatus, vt nó permittat
de viribus sententiæ pro domino suo latæ dispu-
tari,nec consentiat,vt articuli in contrarium fiát,
vel probatio aliqua admittatur, sed se opponat,
dicens iam iudicatum esse,& amplius quæri non
oportere,ne ex hoc clientulo suo præiudicium gé
neretur,& si quid in contrarium fiet,appellet.hęc
ille. idem docuit apertissimę Hyppolyt. de Mars,
in sua Pract.crimin.§.sequitur modo quinta quę-
stio,nu.11, versic.attamen probatio admissa, ad-
dens quod Romanus idipsum docuit in c.1. ext,
de restitut,spoliat. vbi habetur,quod licet contra
agentem interdicto recuperandæ non admittatur
exceptio,& probatio dominij,tamen admissa va-
let,& tenet,si non fuit oppositum, Item secúdum
eum facit l.vniuersis, C.de decurionibus. lib.10.
vbi dicit Bar.quod licet Clericus non possit instru
menta conficere,vt in c,sicut. extra de Cleric.vel
Monach.tamen confecta valent,si eis non fuit op
positum. Item pro hac parte adducit Ludouicus
Roman.in consil.215. illam regulam in qua dici-
323 tur, quod multa de iure fieri † non debent, quæ
tamen facta tenent,vt in c.ad Apostolicam,extra
de regular.& in l.1.§.biduum,ff.quando appel.sit,
& in l.1.ff.de ferijs.cum similibus. ita resídet Lu-
douicus Roman.in d.consil.225.incip.Quæ ad pri
mum quæritur.col.2.vbi dicit notabile verbum in
materia nostra.Ad quam faciunt quoque ipse met
Roman.dixit in consil.suo 409.incip.Quo ad pri-
mum propositæ cósultationis,asserens, quod Re-
ligiosi,& maximè Sancti Francisci nó possunt es-
se executores testamenti alicuius,& officium exe
cutoris exercere, nisi à Superiore suo super hoc
habuerint licentiam,vt in c,religiosus.de testam,
in sexto.& in Clem.religiosus.eo,tit. & in Clem,
exiui.de verb.signific.tamen si id,quod voluit te-
stator fuit exequutum per aliquos Religiosos, &
non fuit oppositum, valet quod fecerunt,& dicit,
quod hęc fuit singularis decisio Federici de Senis
in consil.294.seu 393.incip. Factum est tale antę
constitutionem. in fine. hæc Marsilius vbi supra.
qui rursus idipsum docuit in consil.19.nu,10.vers,
facit etiam . nam vbi dixit , quod ad hoc ipsum
probandum facit. nam licet contra agentem pos-
sessorio recuperandæ nó admittatur exceptio do
minij ad impediédam restitutionem possessionis,
tamen si exceptio dominij fuit opposita,& proba
ta,& actor hoc passus fuit,pronunciandum erit su
per dominium,& sic impedietur restitutio posses-
sionis,prout docuit Bar.in l.si quis à se fundum,
C.ad l.Iuliá.de vi,& in l.naturaliter,§.nihil com-
mune. ff.acquir.hęc ipse Marsil. vbi supra. qui &
alia exempla affert ibi. vide ibi per te. Idem do-
cuit Socinus in tract. fallentiarum. in regula 314.
fallentia quarta.incip. Fallit quando quis,nó op-
poneret.addens,quod hoc ipsum docuerit Bal.in
l.certi conditio. §.fin.ff.si certum petatur.

Limita quartò dictam regulam, quando res est
integra,idest antequam proferatur sentétia præ-
textu presumptionis iuris,& de iure,quia tunc po
test probari contrarium. Hinc est,quod valet pro-
324 ductio instrumenti † facta post terminum datú
ad producendum instrumentum,quádo nondum
est cóclusum in causa,vel sententia lata,licet pre-
sumptio iuris,& de iure sit contra non producen
tem lapso termino. hæc limitatio probatur tripli-
ci medio. Primò enim per argumentum in c.ordi
narij locorum, §.quod si fortè, iuncta glo.in vers,
liberè.ext.de offic.ord, & iuncto c.si tibi absenti,
de præben.in sexto. Sciendum ergo,quod in d.§,
quod si fortè.habetur,quod si infra statutum tem-
pus à Superiore ad ostendendam dispensationem
pluralitatis beneficiorum, dispensatio non osten-
deret, statim ille posset huiusmodi beneficia con
ferre. at glo. supradicta ibi dicit, quod etsi infra
tempus statutum non ostendisset ille dispensatio-
né, tamen si illam ostendisset post illud tempus,
sed ante collationem factam à dicto Superiore,&
sic re integra, Quod si is, qui ostendit dispensa-
tionem,non poterit priuari tali beneficio,affertq;
hanc rationem,dicens. Cum enim agatur de iure
acquirendo,quod facilius admitti poterit,& quo
quis facilius priuari poterit , cum dicatur ius ad
rem, & non in re, & tñ quis non poterit priuari
beneficio sibi collato, & non à se acceptato infra
tempus à iure statuto,si consenserit etiam post ta
le tempus decursum, dummodo consenserit ante
collationem alteri factam : cum sit adhuc res illa
integra,vt apertissimè docuit tex.in d.c.si tibi ab-
senti,de præben.in sexto.& ibi per Doctores com
muniter, quantò minus beneficio suo priuandus
erit dictus Clericus,habens ius in re in beneficio
iam acquisito, si post tempus sibi assignatum ad
ostendendam dispensationem , tam ante proui-
sionem, seu collationem de ipso alteri factam,ac
per consequens re integra. Hæc ex supradicta glo.
& citatis iuribus . Sed animaduertendum, quòd
non sine causa dixerim probari præsentem limi-
tationem per argumentum in dictis iuribus.nam
si explicitè,& ad sonum literæ inibi ipsa non repe
riatur, benè tamen implicitè, arguendo ex ipsis
ab identitate rationis,tali pacto, Cum ergo ideo
in d.c.ordinarij.§.quod si fortè fuerit statutum or
dinarium posse conferre beneficio,retento ab eo,
qui infra statutum terminum non præsentauerit
dispensationem : quia inde præsumendum foret
ipsum non canonicè obtinuisse huiusmodi bene-
ficium,& in tantum ius illud hoc præsumit,quod
statuit super ipsam præscriptionem, habendo ip-
sam pro verissima probatione, quod ille iniustè
possideat, etsi nihil dixerit de hoc casu,s,quid fue
rit dicendum,si post elapsum terminum, ante ve-
rò collationem dictam dispensationem ostendis-
set, tamen cum hoc fuerit decisum in d. c. si tibi
absenti,

absenti in casu rei integræ, i. ante collationẽ, quę æquipararari poterit sententiæ diffinitiuæ, quæ transit in rem iudicatam, contra quam regulariter nõ admittitur probatio, & dicta præsumptio, in dicto cap. ordinarij, fuerit iuris & de iure, vt per se patuit, & tamen non admittitur probatio contra dictam præsumptionem quãdo res est integra, i. admittitur probatio innocentię per ostensionem dictæ dispensationis, vt fuit concessum a dicto c. si tibi absenti, in tantum, quod non priuabitur iure sibi acquirendo si consenserit, & ex dicto cap. si tibi absenti, elicitur arguendo a fortiori, idem fore iure acquisito. Inde sequitur quod contra pręsumptionem iuris, & de iure admittendum fore probationem ante sentẽtiam latam super ipsam; ac per cõsequens patuit præsentem limitationem probari dictis iuribus, iuncta supradicta optima glo. prædictis de causis rationi consentaneis. idẽ docuerunt Gemin. in c. ordinarij §. 1. versic. tertio oppono. iuncto versic. & ex his, & versic. glos. super verb. libere colum. 3. vbi se subscripsit supradictę glo. & in verb. sed contra glos. facit Philippus Franc. in dicto cap. ordinarij, col. fina. nume. 5. versic. sed certè pro dicto huius glos. citans etiam Imo. ibid. idem docuit Felinus in cap. quanto. colum. vltima, versi. fallit quarto, extra de pręsumpt. idem docuit Socinus in tractat. fallentiarũ regula 314. fallentia secunda, sequens doctrinã dictę glo. in dicto cap. ordinarij. idem docuit Euerardus in sua Topica iuris in loco a verisimili nume. 10. versi. & potest dari quarta. addens hoc ipsum docuisse Imol. in dicto cap. ordinarij, & pro hoc facere etiam decisionem Rotæ 147. in antiquis incipiente Nota, quod post terminum, & decisionem Rotæ 104. in nonis incipientem Omnes domini, & dicit videndam glo. not. in hac materia in clem. sæpè contingit, versi. non obstante, de verborum significatione. Hæc ille. & quidem idipsum elici videtur, ex dictę glo. mente, & doctrina, etsi nihil dixerit explicitè de materia pręsentis limitationis, cũ dicat, quòd poterit pars præsentare instrumentum etiam post terminum assignatum elapsum, quando ius tertij non fuisset lęsum, puta ex morte testiũ, qui instrumento affuerunt, sed si ius tertij fuisset lęsum ex morte testiũ quibus poterat impugnare instrumentum, tunc nõ pręsentans illud infra tempus statutum, non admittetur amplius ad illud præsentandũ. Hæc glo. illa docuit, ex cuius doctrina idipsum elicitur, vt docuimus interpretando dictã glo. cap. ordinarij. Idem docuit Ludo. Carterius in sua praxi criminali ferè in principio in consi. 8. incip. quartus casus subscribens Felino, vbi supra.

Limita & quintò singulariter limitationẽ quartam ampliationis octauæ, dicendo ipsam non habere locum in probatione notoria, vt puta, per inspectionem oculorum. Nam etsi regulariter con
325 tra præsumptionem † iuris, & de iure non admittatur probatione, tamẽ fallit hęc regula quando posset probari contra ipsam præsumptionem per notorietatem, ac euidentiam facti: nam tunc admittenda erit talis probatio. Hęc limitatio probatur triplici medio. Primo enim per arg. in c. 2. extra de purgat. vulgari. vbi Innocentius Tertius scribens Priori Sancti Sergij Spoletan. infrascriptis verbis vsus fuit, videlicet. [significantibus V. laico & fratribus eius, ad nostram noueris audientiam peruenisse, quòd cùm quidam eos super furti crimine accusaret: cum eo coacti sunt inire duellum: in quo alijs peccatis præpedientibus ceciderunt: propter quod per consules Spoletanos bonis fuerunt proprijs spoliati: nunc verò furtum apud alios est inuentum, & quòd ipsi fuerint innocentes, est (faciente domino) reuelatum: vnde Consulibus ipsis dedimus in mandatis, vt ablata restituant vniuersa.] hæc in dicto c. 2. Dixi probari præsentem limitationem, per argum. in dicto cap. 2. quoniam licèt expressè & ad literam inibi non fiat mentio de materia præsentis limitationis (vt patet ad sensum) nihilominus tacitè & implicitè per dictum textum probatur, veritas præsentis limitationis: cum ex ipso habeatur (arguendo a maiori ad minus affirmatiuè) quòd non solùm notorietatis facti probatio, præiudicet ipsi præsumptioni iuris, & de iure: verum etiã sententiæ diffinitiuæ latæ (quæ iam transierat in rem iudicatam) virtute ipsius præsumptionis iuris & de iure, quę originem duxerat, ex dicto duello inito, & aduersarij eorum victoria inde sequuta, & quodammodo approbata a iure. Idem probatur per argum. in cap. fraternitatis, extra de frigidis & malef. vbi inter alia Innocentius Tertius. his verbis vsus fuit, videlicet. [Fraternitatis tuæ literas recepimus cõtinentes, quòd O. mulier cuidam viro matrimonialiter nupsit, cum quo permultos annos morata, non potuit carnaliter ab ipso cognosci. Licèt autem per Archipresbyterum tuum super hoc fuisset edoctus, tu tamen volens habere certitudinem pleniorem, quasdam matronas suæ parochiæ prouidas & honestas ad tuam pręsentiam euocasti, districtè illis iniungens, sub periculo animarum, vt mulierem ipsam prudenter inspicerent, & perquirerent diligenter, vtrum idonea esset ad viriles amplexus; quæ tandem in fide sua tibi asseruere constanter, quòd eadem nũquam poterat esse mater, aut coniux; tanquam cui naturale deerat instrumentum, vnde inter ipsam & virum diuortiũ celebrasti, mulierem inducens vt ad religionem aliquam se transferret perpetuam continentiam, seruatura, & viro licentiam tribuisti, vt vxorem duceret, quia pater fieri cupiebat. Contigit autem postea, quòd mulier inuenit, qui seras huiusmodi reserauit, & abijciens continẽtiam (quam promisit) G. latori præsentium supernupsit. quãuis igitur semiplenè nobis expresseris, quomodo dicta mulier se promiserat continentiam seruaturam, vtrum videlicet simplici verbo, an voto solemni, vtrumvè ad religionem transierit (vt promisit) an contra promissionem suam in domo remanserit: & qualiter seras illas fecerit reserari, vtrum videlicet artificio Medici, an concubitu viri, seu alio quolibet modo. Nos tamen perspicaciter attẽdentes, quod impedimentum illud nõ erat perpetuum, quod pręter diuinum miraculũ, per opus humanũ absque corporali periculo potuit remoueri: sententiam diuortij per errorem, licèt probabilem, nouimus esse prolatam; cùm pateat ex post facto, quòd ipsa cognoscibilis erat illi, cuius simili commiscetur: & ideo inter ipsam & primum virum dicimus matrimoniũ extitisse, quare inter eam & præfatum G. matrimoniũ nõ esse censemus, eosque præcipimus ad inuicem separari.] hæc inter alia in dicto cap. fraternitatis, ex quibus elicitur, ac comprobatur veritas præsentis limitationis: cùm sicut ex relationibus illarum

larum mulierum testificantium de inualiditate illius ad concubitũ virile orta fuerat præsumptio, quòd matrimonium illud esset nullum : quapropter a dicto Summo Pontifice dicta præsumptio in tantum fuerat approbata per dictam diuortij (etiam quoad vinculum, vt latius ibi habetur) celebrationem: & tamen talis præsumptio iuris, & de iure fuit annullata, adueniente notorietate contraria facti intantum, quòd illa non obstante, fuit iudicatum, secundum ipsum notorium facti. Quapropter patuit veritas præsentis nostræ limitationis, quòd contra præsumptionem iuris, & de
326 iure admittatur probatio, † quando contrarium est notorium: quod in iudicio præualere debebit vt in dicto cap. fraternitatis, & in infrascriptis alijs mox recensendis, quæ iura erunt eodem modo interpretãda, sicut interpretati fuimus supradicta alia: nè superfluis vtamur hic verbis. Probatur ergo præsens limitatio & per argumentum in cap. veritate, cap. qui contempta veritate, cap. consuetudo. dist. 8. in quibus habetur, quòd manifestata veritas amplectenda erit, & non quęcunque consuetudo. Idem probatur per argum. in l. Imperatores Antoninus & Verus. §. quæsitum est, ff. de probatio. vbi hæc habentur, videlicet. [quęsitum est an is in potestate patris sit, & matre mortua intestata, iussu eius hęreditatem matris adire possit, nec obsit professio a matre irata facta ? Respon. veritati locum super fore.] hæc ibi, vbi glo. in vers. super fore, dicit. Quæ veritas probatur ex eo, quòd hìc natus fuit vicinis scientibus : vt in l. si vicini. C. de nuptijs, quasi diceret, & si mater irata denegauerit aliquem esse suum filium, & sic oriretur præsumptio contra illum, tamen iudicandum erit secundum veritatem probatam in iudicio. Idem probatur per argum. in l. inde Neratius, §. si quis hominem viuum. ff. ad l. Aquiliam, vbi hæc habentur, videlicet. [Si quis hominem viuum falso confiteatur occidisse, & postea paratus sit ostendere hominem viuum esse; Iulianus scribit cessare Aquiliam, quamuis confessus sit se occidisse: hoc enim solùm remittere actori cõfessoriam actionẽ, ne necesse habeat docere eum occidisse: cęterum occisum esse hominem a quocũque oportet.] hæc ibi. Dixi probari per argum. in dicto §. quoniam, & si explicitè, & ad corticem literæ inibi non habeatur veritas præsentis limitationis, benè tamen implicitè ex mente ipsius legis hoc ipsum eliciatur, cùm licèt regula sit, quòd confesso nullæ sint partes, nisi in condemnationẽ recipiendam, ac pœnam criminis confessi sustinẽdam, vt latius fuit probatum in allatis in probationem rationis limitationis primę pręcedentis, (vide ibi) nihilominus (vt optimè docuit dictus tex. in dicto §. si quis hominem) contra huiusmodi præsumptionẽ iuris. & de iure ortã ex tali cõfessione admittenda erit probatio per euidentiã, & notorietatem facti contrariam, subijciendo oculis contrarium dictæ præsumptionis. Quapropter meritò, text. in l. confessionibus. ff. de interrogat. act. docuit non standum fore falsis confessionibus, & apertius in l. Si is cuius nomine. in fine, ff. de interrog. act. vbi hæc habentur, videlicet [in totum autem confessiones ita ratæ sunt, si id, quod in confessione venit, & ius, & natura recipere potest] hæc ibi. Idem probatur per argum. in l. 2. ff. de conditio. sine causa, vbi dicitur, quòd si tes pro qua quis soluit æstimationẽ pro eo, quòd ipsam perdiderat, illa inuenta recuperabit, quod soluerat, non obstante condemnatione inde incursa ad illam soluendam: sic ergo in proposito, vt probauimus interpretandos supradicta alia iura. Idem probatur per argum. in c. nuper, §. licet obuiet, extra de Bigamis, vbi Innocentius Tertius, dixit veritatem præferẽdam fore opinioni, ac per consequens præsumptioni iuris, & de iure fundatę super opinionem. Idem probatur per argum. in cap. per tuas, §. nos autem. extra qui filij sint legitimi, vbi Innocentius Tertius, his vsus fuit verbis, videlicet. Nos autem attendentes quòd plus est, quòd in veritate agitur, quàm quod simulatè concipitur.] hæc ibi. quibus eodem modo probatur præsens limitatio, sicut diximus probari supradictis alijs iuribus.

Probatur & secundo præsens limitatio Doctorum auctoritate: sciendum ergo, quòd infrascripti Doctores se subscripserunt præsenti limitationi, videlicet glo. in dicto cap. 2. extra de purgat. vulgari. in versi. restituant infrascriptis vtens verbis, videlicet. Sed qualiter esse potest, quòd retractetur sententia, a qua non fuit appellatum, cũ iam transiuerit in rem iudicatam, licèt veritas aliter se habeat, & iam ex ipsa sententia ius factũ est quantum ad litigantes, vt in c. cùm inter vos, extra de sent. & re iudicata, & per ea, quæ postea emergunt, sententia non retractatur, vt in cap. inter monasterium, & cap. fina. extra de sentent. & re iudi. & talis error detectus sententiam nõ detractet. vt in l. cùm putarem. ff. famil. ercisc. & in l. 1. C. de condit. indebita. Ad hoc dicas, quòd propter probabilem errorẽ benè retractatur sen-
327 tentia, † vt in cap. fraternitatis, extra de frigi. & malef. & cap. 2. 23. q. 1. Et plerumque veritate comperta retractatur sententia, vt in l. si fullo. ff. de cond. sine causa: sic ergo modò apparet, quòd sententia falso lata nullius fuit auctoritatis, & reprobatæ probationis de vtroq; iure : ergo debuit meritò retractari. hæc omnia glo. illa, quæ quãuis explicitè loquatur de notorietate facti contraria sententię latę, modò apparenti, & non de notorietate facti contraria pręsumptioni iuris & de iure, benè tamen implicitè arguendo ex ipsius verbis, de maiori ad minus affirmatiuè, tali pacto. cùm enim admittatur probatio contra sentẽtiam, quę transijt in rem iudicatam per euidentiam, seu notorietatem facti contrariam, in tantum, quòd illa probata præiudicat sententiæ, & ipsam annullat, quanto magis admittenda erit
328 probatio † contra præsumptionem iuris, & de iure per notorietatem facti contrariam, & ipsius vires irritabit, cùm longè minor sit probatio alicuius rei facta per præsumptionem iuris, & de iure, quàm sit probatio, quæ inducitur per sententiam diffinitiuam, quę transiuit in rem iudicatã, cùm nec ab ipsa liceat appellare, vt communis opinio Doctorum semper docuit, vnà cum apertissimo text. in cap. quoad consultationem, extra de sentent. & re iudic. Idem docuit glo. in dicto cap. fraternitatis, in vers. per errorem. vbi inter alia dixit, quòd ex dicto canone habeatur. Primò
329 quòd sententia † lata per errorem (a qua non est appellatũ) reuocatur, si error probabilis postea detegatur, vt in dicto cap. 2. de purgat. vulga. & in dicta l. 2. ff. de condit. sine causa. Secundò quòd sententia per errorem lata contra matrimonium non trãsit in rem iudicatã, quominus possit reuocari

cari

cari quandocumque apparuerit Ecclesiam deceptam fuisse, vt hic patet. hæc ibi glo. illa vbi sup. cuius sententiam interpretando, quemadmodum interpretati fuimus sententiam glosæ, in dicto c. 2. seu cap. significantibus, extra de purgat. vulgari, luce meridiana apparebit ipsam quàm libentissimè se subscripsisse præsenti limitationi. Idem elicitur eodem (tamen modo) ex verbis glosæ, in dicto cap. veritate dicentis, quòd veritas præiudicet opinioni. Idem breuiter docuit glo. fin. in dicta l. indè Neratius, dicens quòd si seruus meus occidisset conseruum suum, & tu confitearis etiam in iudicio, Resp. teneri, nisi possit probari contrarium, hæc glo. illa, cuius sententia erit interpretanda iuxt. supra allatas interpretationes. Idem docuit glo. (implicitè eam interpretando, supradicto modo) in dicto c. nuper. versic. videntur, vbi postquam dixerit hic collige, quòd opi-
330 nio † præfertur veritati: subiungit, verum est, quòd veritas præfertur opinioni: alia casualia sunt: vt (scilicet) opinioni magis stetur, quàm veritati; vel in fauorem cõtrahentium, & odiũ decipientium, vt in l. 3. ff. ad Maced. vel in fauorem prolis, vt in cap. cùm inter. l. extra. qui filij sint legit. vel in fauorem testamentorum, vt in l. 1. C. de testamentis, vel in fauorem sententiarum, vt in c. infamis. §. tria, versic. veruntamen si seruus. 3. q. 7. Idem docuit Innocentius.

SVMMARIVM

1 *Connatus quando sit puniendus.*

CONCLVSIO SEXTA.

1 SEXTA & vltima conclusio sit hæc, Iudex non poterit † de iure aliquē pœna ordinaria statuta, ac indicta in aliqua lege communi, aut municipali pœnam infligente ipso facto conantem vel attentantem perpetrare aliquod crimen: seu pro solo affectu seu conatu: nisi huiusmodi conatus, seu actus prohibitus sub pœna, attentatus fuerit proximus immediatè ipsi delicto completo: & tali pacto meritò cõmuniter tenetur a Doctoribus fore interpretandum text. in l. is, qui cum telo, & l. 1. §. diuus, ff. ad l. Cornel. de sicar. & in l. si quis non dicam. C. de Episco. & Cler. & alij similes text. vt puta, si quis animo occidendi aliquem vulnerauerit, & si non occiderit. Hæc conclusio probatur verissima, auctoritate quàm plurimorum Doctorum, quos recensuit, & sequutus fuit Thomas Grammaticus compatriota noster, in suo elegantissimo consilio criminali 36. nu. 19. addens hanc
* esse communem Doctorum sententiã. Cuius sententiæ postea se subscripsit Iulius Clarus in sua docta ac singulari praxi criminali, lib. 5. quæstio. 92. in versic. scias etiam. Quapropter breuitati studentes, noluimus aliorum Doctorum sentẽtias hic referre. Quæ omnia dicta sufficiant ad dilucidationem præsentis quæstionis quotidianæ ac difficillimæ. Deo gratias.

SVMMARIVM.

1 *Exceptionis natura quæ sit.*
2 *Exceptio est contra regulam, idest contra illud quod in regula continetur.*
3 *Exceptio in casibus non exceptuatis quomodo dicatur firmare regulam, & multipliciter exemplificatur, et probatur.*
4 *Vxor quoad thorum, qua de causa dimitti possit.*
5 *Exceptionis introducta causa, & origo quæ sit.*
6 *Enumeratio quorundam indiuiduorum facta a legato generis eximit speciem, sub qua indiuidua enumerata comprehenduntur.*
7 *Exceptio purgat regulam ab omni iniquitate, & absurditate, & quare.*
8 *Exceptio quod non sit de regula, quomodo intelligatur, cum regulariter oportet, vt exceptio sit de regula, alias non esset exceptio.*
9 *Exceptiones impedire regulam quomodo intelligatur.*
10 *Regulam comprehendere exceptiones vel non, quomodo intelligatur.*
11 *Exceptio quid operetur.*
12 *Regula per quæ verba constituatur.*
13 *Species sicut detrahitur de genere, ita exceptio de regula, & amplias regulam, & quare, & exemplificatur.*
14 *Exceptio non firmat regulam in alijs casibus, qui sub regula non comprehenduntur, & quare, & exemplificatur.*
15 *Exceptio fit ad restringendam regulam, & hoc regulariter, & quare, & exemplificatur.*
16 *Vicarius ex generali mandato sibi ab Episcopo facto, quæ non possit exequi, & quid si ibi sit expressum aliquod requirens speciale mandatum.*
17 *Princeps excipiens vnum casum, in quo noluit tertio præiudicare: an in alijs voluerit præiudicare.*
18 *Exceptio quare debeat esse de regula.*
19 *Exceptionis ex qualitate, an colligatur quid sub regula fuerit comprehensum, et quare, et exemplificatur.*
20 *Dispositio quando non posset habere effectum, quæ inducuntur ad diminutionem operantur effectum.*
21 *Verba generalia generaliter (vt sonant) intelliguntur.*
22 *Exceptio quando non ampliet regulam, & quando ampliet, & quare.*
23 *Exceptio quomodo dicatur esse de regula, & exemplificatur.*
24 *Exceptio facta in vno casu ad simile casum porrigitur.*
25 *Exceptio cuius verba regulæ repugnarent, non firmabit regulam in non exceptuatis, sed nec ipsam ampliabit, aut mutabit vim regulæ, & quare.*
26 *Exceptio non ampliat regulam.*
27 *Exceptio non firmabit regulam in alio casu, etiam dissimili ab alio iure communi excepto, & quare.*
28 *Vxor viro restituenda quando non sit.*
29 *Vxor regulariter dimitti non poterit excepta causa fornicationis.*
30 *Diuortij matrimonij causæ nonnullæ recensentur.*
31 *Ius tradens regulam, & excipiens aliquem casum cum dictione taxatina, an inde excipiantur alij casus.*
32 *Correctio legis ex taxatina dictione non inducitur.*
33 *Lex in qua reperitur dictio taxatina quando extendetur optima distin. per Bar.*
34 *Exceptio facta per dictionem taxatiuam, extendetur ad alium casum, qui in alia parte iuris reperiretur exceptus.*
35 *Statutum disponens in materia iuris, & excipiens duos casus, alias a iure exceptos, non videtur includere alios casus prorsus consimiles a iure exceptos. & quare, multipliciter probatur, etiã si verba taxatina essent geminata.*

36 Exceptio

36 *Exceptio non est sufficiens ad correctionem iuris veteris, seu communis, & quare.*

37 *Exceptio facta per dictionem taxatiuam, extendetur ad alium casum, qui in alia parte iuris tam communis, quàm municipalis reperiretur exceptus.*

38 *Constitutio localis disponens quod ius commune, & iuramentum super ea re præstitum, recipit omnes exceptiones, & limitationes iuris, seu a iure datas in materia in qua disponit, & extendi videtur etiam ad casum fictum, in materia in qua specificè disponit constitutio.*

39 *Constitutio in materia iuris communis aliquos casus a iure exceptos excipiens: in alijs casibus a iure exceptis contrarijs non firmat regulam.*

40 *Statutum disponens in materia iuris recipit omnes interpretationes, exceptiones, & limitationes iuris in illa materia, & sic non comprehendit casus exceptos a iure, & exemplificatur, & hoc quando non agit specificè derogare iuri.*

41 *Statutum disponens in materia iuris verificatur etiam in casu ficto, quando casus fictus est verus, vel ei æquiparatur a iure.*

42 *Exceptio tunc erit amplianda quando aliàs verba exceptionis nihil operarentur.*

43 *Exceptio tunc solum ampliat regulam: quando casus nõ est de comprehensis in regula: & nisi ampliaret regulam, redderetur inutilis, & nihil operaretur.*

44 *Exceptio casus extenditur ad casus similes exceptuatis, etiam si adesset dictio taxatiua in iure excipientes, licet huiusmodi casus non reperirentur alibi in iure communi municipali expressi; propter identitatem rationis.*

45 *Episcopus effectus Monachus ad Episcopatus dignitatẽ non est assumendus regulariter.*

46 *Testes lite non contestata quando recipere liceat, multipliciter exemplificatur.*

47 *Canonici duo deseruientes Episcopo, etiam si sint absentes, obtinere debent fructus suarum præbendarum: qui solum præsentibus dantur; & quare. etiam non obstante statuto in contrarium statuente.*

48 *Donationes lege confectæ in quibus casibus irritentur, & annullandæ sint.*

49 *Exceptio facta in vno casu porrigitur ad similes casus, & quare. & exemplificatur multipliciter.*

50 *Constitutio municipalis disponens regulariter id quod ius: debet recipere omnes limitationes, & interpretationes iuris communis, secus vbi statutũ esset præter vel contra ius, & odiosum, & exemplificatur multipliciter, & peroptimè.*

51 *Extrema quando duo separata ad inuicem ex aliquo accidenti verè connectuntur: tunc dispositum in vno ad reliquum extenditur: dato quòd de illo non fiat mẽtio, & sic limitatur istud dictum, Dictum in vno, in alio negatum.*

52 *Statuti verba dicentis, occidens occidatur quam interpretationem recipiens.*

53 *Satuta etiam pœnalia recipiunt interpretationem restrictiuam secundum ius commune.*

54 *Casus exceptus a regula extenditur ad consimilem casum, etiam si facta sit exceptio per dictionem taxatiuam in ipsa regula.*

55 *Exceptio facta etiam per dictionem taxatiuam extendetur ad alium casum, si in alia parte iuris casus ipse reperitur exceptus, sed si non specificè reperiatur exceptus: tunc in materia fauorabili extendetur, non autem in odiosa, vt exemplificatur.*

56 *Expressum vbi nihil est, totum est generale: sed aliquo expresso clausula generalis includit similia.*

57 *Exceptio casus in materia fauorabili etiam facta a iure municipali extenditur ad casus consimiles: & in materia odiosa ad casus omnino similes, vt in sequenti.*

58 *Exceptio non firmat regulam in casibus maioribus, & grauioribus quam fuerant expressè exceptuati, et quare.*

59 *Mandatarius vel Vicarius an possit exequi negotia grauiora, expressis in mandato, et sua commissione virtute generalitatis, ibi adiecta expressioni causæ requirentis speciale mandatum, et quare.*

60 *Clausula generalis quæ sequitur specialia expressa similia solum includit, et non longe maiora et quare.*

61 *Verborum subsequentium generalitas restringitur solum ad ea quæ sunt similia præcedentibus, et exemplificatur.*

62 *Causarum genera sunt quatuor.*

63 *Clausula generalis adiecta (vbi nulla fit mentio de requirentibus speciale mandatum) post expressionem alicuius causæ, vel personæ, complectitur maiores casus expressis, et exemplificatur.*

64 *Clausulæ quæ assolent apponi in mandato procuratorio declarantur.*

65 *Vicarius generalis, cui facta est commissio generalis, in qua fuit expressum aliquod de requirentibus speciale mandatum, sequuta generali clausula, vt possit facere omnia, quæ ipse Episcopus posset, an possit dispensare in irregularitate incursa, in qua posset ipse Episcopus dispensare.*

De extensione casus excepti in quacunque dispositionis hominis & iuris, ad casum inibi expressè non exceptum.

CVM inter quæstiones quotidianas, difficiles, & scitu necessarias, tam à Iudicibus, quàm ab Aduocatis, in vtroque foro, non infimum locũ dignoscatur obtinere quæstio illa, quæ ex vulgata illa regula videtur ortum habuisse, in qua habetur, Quòd exceptio, in casibus exceptis vitiet regulam, & in non exceptis ipsam firmet. Idcircò operæpretium duximus illam examinare eo faciliori, ac breuiori stilo ac sermonis periodo, quo vti desuper nobis indultum fuerit. Quapropter Lectorem certiorem reddere placuit, nos processu fore per nonnullas conclusiones, limitationes, ac sublimitationes: vt omnia dicenda quàm facillimè ab omnibus percipiantur: & si non negamus materiam præscriptis quæstionis esse intricatissimam propter variam iurium ac Doctorum sententiam.

1 Prima cõclusio sit hæc. exceptionis natura † est in rebus exceptis vitiare regulam. Hæc conclusio probatur triplici medio. Et primò per argum. in l. 1. ff. de regul. iur. Vbi inter alia hæc in fine habentur, videlicet. [Per regulam igitur breuis rerum narratio traditur, & (vt ait Sabinus) quasi causæ coniunctio est: quæ simul cùm in aliquo vitiata est, perdit officium suum.] hæc ibi. Idẽ probatur per argum. in l. in ijs. ff. de legibus. vbi hæc habentur, videlicet. [in ijs, quæ contra rationem

iure

iuris conſtituta ſunt, non poſſumus ſequi regu-
lam iuris.] Idem probatur per argum. in l. ius ſin-
gulare, ff. de legibus. vbi hæc habentur, videlicet.
[Ius ſingulare eſt, quod cõtra tenorem rationis,
propter aliquam vtilitatem, auctoritate conſti-
tuentium introductum eſt.] hæc ibi. Dixi pro-
bari pręſentem concluſionem per argumen. in di-
ctis iuribus; quia, & ſi ad verborum corticem di-
cta noſtra concluſio inibi non contineatur: benè
tamen ſecundum ſententiam, & mentem legiſla-
torum, eo quòd ipſę exceptiones non ſint quo-
dammodo de regula, etſi faciant ipſam deficere,
cuius defectus meritò dicetur vitium: cùm exce-
ptiones regulam ipſam corrumpant, & idcircò
dicebatur in dicta l. 1. in fine, quòd regula perdat
officium ſuum, ſi in aliquo vitiata ſit. Nam in ef-
fectu ſenſus dictorum verborum eſt (vt docuit &
ipſe Decius ibidem num. 19. verſicu. circa ſecun-
2 dum dictum) quod exceptiones ſunt † contra re-
gulam, ideſt, contra illud, quod in regula diſpo-
nitur, vt in dicta l. 1. & in dicta l. in ijs, & ibi Bar.
& Ang. in conſil. 290. incip. Thema eſt, colum. 3.
Probatur præſens concluſio. & ſecundò, per glo-
ſas & Doctores in dictis iuribus, & omnes alios
Doctores ſparſim alibi, cùm ſit hæc concluſio ſe-
cundum communem Doctorum ſententiam, vt
docuit Euerardus (inter alios) in tractatu de lo-
cis Topicis, cap. loc. ab exceptio. ad regu. in prin
cipio. Probatur & tertio ratione iam dicta.

Secunda concluſio exceptio in caſibus non ex-
3 ceptuatis dicitur firmare regulam tali pacto: quia
ſub eius generalitate omnes caſus eiuſdẽ ſpeciei,
ipſa regula includit. Quapropter ſi aliquis caſus
de taliter comprehenſis in regula ſpecialiter exci
piatur, alij remanebunt ſub regula: non autẽ ſic
ſe habet exceptio quoad alios caſus, qui ſub regu
la non comprehenduntur, eo quòd non ſint eiuſ-
dem ſpeciei: quia non faciet exceptio, quòd ad
ipſa ſe regula extendatur, quæ alias ſub regula nõ
includeretur. Attamen negandum non erit, quòd
ſi exceptio facta ſit de eo, quod ſub regula regu-
lariter non comprehenderetur, eo quòd ſpecialis
expreſſio in mandato, aut conceſſione de iure re-
quirebatur: tũc in tali caſu, nè exceptio reddere-
tur ſuperflua & inutilis, ſed vt aliquid operari
poſſit, regulam ipſam ampliari ab exceptione fa-
cta intelligeretur; ad hoc vt ipſa regula in ipſis fir
maretur, vno tamen ex his caſibus ſpeciale man-
datum requirentibus exceptuato, etſi regulari-
ter non expreſſo in ipſis caſibus regula non fir-
maretur: vt in exemplis infra recenſendis aper-
tius patebit: ſciendum igitur, quòd ipſa exempla
partim reperiuntur tradita, ac relata ab infraſcri
ptis iuribus, & partim a Doctoribus. Nos ergo
hìc primùm referremus caſus traditos nobis a iu-
ribus, quibus præſens noſtra concluſio apertiſſi-
mè probatur. Noſtra ergo concluſio exemplifica-
tur in procuratore, cui fuit factum mandatũ ge-
nerale, expreſſo vnico actu requirẽte ſpeciale mã
datum addita clauſula generali: vt poſſit omnia
alia facere etiã ſi aliquod ipſorum requireret ſpe-
ciale mandatum, vt docuit text. apertiſſimus in c.
qui ad agendum, de procura. in ſexto. vbi hæc ha
bentur, videlicet. [Qui ad agendum & defenden
dum, ac generaliter ad omnia etiam ſi manda-
tum exigant ſpeciale, conſtituitur procurator ex
vi generalitatis huiuſmodi ad aliquem articulũ,
in quo ſpeciale mãdatum exigitur, admitti nõ de-
bet; ſed ſi aliquis, vel aliqui de articulis ſpeciale
mandatum exigentibus, ſpecificati fuiſſent, adie-
cta clauſula generali, tunc ad non expreſſos. etiã
admittetur.] hæc ibi. Idem probatur per argum.
in cap. quoniam, extra de coniugio leproſorum,
& in cap. dixit Dominus, & in cap. Apoſtolus di-
cit, & in cap. omnes cauſationes, 32. quæſtio. 7. vbi
habetur, quòd nulla de cauſa (ſecundum diuinũ
4 præceptum) vxor poterit dimitti, † niſi ſolùm ex
cauſa ipſius adulterij, ex quibus elicitur, quòd
exceptione facta a Domino Ieſu (ſcilicet) pro-
pter adulterium, fuerit confirmata regula genera
lis, in qua habetur, quòd dimitti non poſſit vxor:
& ſic ſequitur, quòd nulla alia de cauſa vxor po-
terit dimitti. Quapropter patuit dictam regulam
generalem per dictam exceptionem fuiſſe confir-
matam dictis iuribus ſupra a nobis recenſitis. Idẽ
probatur per text. in l. nam quod liquide. §. fin. ff.
de penu. leg. vbi hæc (in primo reſponſo) haben-
tur, videlicet. [Si cui pœnus legata ſit præter vi-
num; omnis pęnus legata videtur excepto vino.]
hæc ibi. Idem probatur per tex. in l. quæſitum. §.
denique Neratius, verſi. proponebantur. ff. de fun
do inſtructo. vbi hæc habentur, videlicet. [pro-
ponebatur, enim qui legauerat argentum, & ra-
tiones excepiſſe. Nam qui hæc (inquit) excepit,
non poteſt non videri de cęteris rebus, quæ in ea
eſſent, ſenſiſſe.] hæc ibi. Idem probatur per text.
in Authen. de non alien. aut permutan. §. vt autem
lex, vbi hæc habentur, videlicet. [vt autem lex,
ad humanę naturę varietatem, & quod ſemper
venit moderata, per omnia immota permaneat;
(quid enim erit ſtabile inter homines, & ita im-
mobile, vt nulllam patiatur mutationẽ: cùm om-
nes noſter ſtatus ſub perpetuo motu conſiſtat?)
5 neceſſarium † exiſtimauimus, quaſdam exceptio-
nes dare legi cũ multis vigilijs, & ſubtilitate adin
uentas: vt eas habens in auxilio lex nequaquam
moueatur.] hæc ibi. Idem probatur per text. in l.
maritus. C. de procurat. vbi hæc habentur, videli
cet [maritus citra mandatum in rebus vxoris cũ
ſolemni ſatiſdatione, & alia obſeruatione inter-
cedendi liberam habeat facultatem; ne fœminæ
perſequendæ litis obtentu in contumeliam ma-
tronalis pudoris irreuerentes irruant, & conue-
nientibus virorum iudicijs intereſſe cogantur. Sin
autem mandatum ſuſceperint, licèt maritus ſit, id
ſolùm exequi debet, quod procuratio emiſſa pręe-
ſcripſerit.] hæc ibi. Idem probatur per text. in l.
cùm prætor in principio, ff. de iudicijs. vbi hæc ha
bentur, videlicet. [cùm Prætor vnum ex pluribus
iudicare vetat, cęteris id committere videtur.]
hæc ibi. idem probatur per text. in l. Tribunus, §.
cùm aliquis. ff. de militari teſtamento, vbi hæc ha-
bentur, videlicet. [cùm aliquis facto teſtamento,
militare cęperit, id quoque teſtamentum, quod
antequam militare cępit, fecerat aliquo caſu, intel
ligitur militiæ tempore factum: veluti ſi tabulas
inciderit, & legerit teſtamentum, ac rurſus ſuo ſi-
gno ſignauerit. Amplius, & ſi aliquid interleue-
rit, perduxerit, adiecerit, emendauerit. Quod ſi
nihil eorum inciderit teſtamentum eius ad pri-
uilegia militum non pertinebit.] hæc ibi. Idẽ do-
cuit tex. in l. cùm delanionis. §. cui fundum inſtru-
ctum. ff. de fundo inſtructo. vbi hæc habentur, vi-
delicet. [cui fundum inſtructum legauerat, nomi
natim etiam legauit mancipia. Quæſitum eſt, an
reliqua mancipia, quæ non nominaſſet, inſtru-

mento

mento cederent? Cassius ait, respõsum esse, tametsi mancipia instructi fundi sint: tamen videri eos solos legatos esse, qui nominati essent, quod appareret, nõ intellexisse patrem familias, instrumento quoque seruos annumeratos esse.] hæc ibi. Idem probatur per text. in l. 1. in primo resp. ff. de auro, & argento legato. Vbi hæc habentur, videlicet. [si alij vestimenta, alijs vestis muliebris separatim legata sit, detractis mulieribus, & eis assignatis, cui specialiter legata sunt, reliquum alteri debetur. Idem & cùm alteri mundus muliebris, alteri argentum omne legatum est, de argento, quod in mundo esset. Idem si duæ statuæ marmoreæ tibi, & deinde omne marmor legatum esset; præter duas nulla statua marmorea legata est tibi. idem de vrbanis seruis tibi legatis, si mihi dispensator legatus sit.] hæc ibi. Idem quoque procul dubio, & alijs quamplurib us similibus iuribus; quæ longum esset hic ea recensere. Probatur insuper præsens conclusio, & secundo Doctorum auctoritate. Glo. enim in dicto cap. Dominus, dixit quòd inibi sumatur argumentum, quòd qui vnam causam excipit, intelligitur omnes alias inclusisse, vt in l. qui libertatis. ff. de euictio. Idem docuit gl. in Clem. exiui. de Paradiso. §. cùm autem, versic. cùm autem, de verborum significa. vbi dicit. nota de natura termini restrictiui: quia per exclusionem aliquorum, cætera includit: & hoc idem est dicere, quòd aliàs dicimus: quòd exceptio firmat regulam, vt in l. Tribunus. §. fi. ff. de milit. testam. & in cap. Dominus. 32. quæstio. 7. & notat Dy. in rubr. de regul. iur. in sexto in fine. Idẽ docuit gl. in dicta Clem. exiui. §. deinde cum duobus, in versic. deinde, vbi idipsum repetijt, & has glosas in dictis suis ibidem sequutus fuit Cardinalis Zabar. Idem docuit glosa in dicto §. denique. Neratius. in versic. non potest. dicens, sic nota, quòd qui in vno excipit, in cæteris videtur regulam firmare, vt in Authen. de non alien. §. vt autem. Idem docuit glo. in dicto §. vt autem, in versicu. in auxilio. dicens, quòd exceptio etsi remota sit a regula, tamen ipsa lex, vel regula firmatur ab ipsa exceptione. Idem tacitè docuit glo. in d. l. maritus, in vers. solemni. dicens, quòd maritus potest in omnibus defendere vxorem citra mandatum: sed mandato habito super vno, in alijs nõ poterit, & ratio est (secundum eandem glosam) quia in primo non præiudicat mulieri, in secundo sic, hæc glo. illa, ex qua vtique veritas nostræ conclusionis similiter firmatur: cùm idem sit in effectu dicere. Mandato habito super vno, in alijs nõ poterit quam dicere, excepto vno negotio super quo maritus constituitur procurator, eo ipso intelligitur ipsum exclusum in alijs, hæc glosa illa, cui consonat id, quod docuit glo. in dicta l. cùm prætor, in versic. videtur. dicens, quòd id, quod quibusdam prohibetur, alijs conceditur: sic è cõtra, id, quod in vno conceditur in alijs negatur. Idem docuit Bart. in infrascriptis iuribus. Nam in d. l. quæsitum. §. denique. Neratius. dixit, quòd notandus sit ipse text. ex quo habetur, quòd exceptio confirmat regulam: Idem rursus confirmauit in dicta Authen. de non alienan. §. vt autẽ lex, dicens quòd exceptio confirmet regulam in non exceptuatis: quod & rursus confirmauit sub alia forma verborum in dicta l. maritus. in prima interpretatione sua, num. 5. versi. quòd si habuerit mandatũ dicens, quòd eo ipso quòd mulier facit mandatum procuratorem in vna causa tantùm, insurgit præsumptio, quòd ipsa noluit eum esse procuratorem in omnibus, sine eius scientia; quæ præsumptio facit maritum repelli, & quòd ita sit intelligenda d. l. maritus, & idipsum confirmauit in d. l. cùm prætor. dicens, quòd illud, quod quibusdam prohibetur, cæteris videtur esse permissum, † & rursum idipsum docuit ipsemet Bar. sub alijs verbis in d. l. cùm delanionis. §. cui fundum, vbi dixit, quòd enumeratio quorumdam indiuiduorum facta a legato generis eximit speciem, sub qua indiuidua enumerata comprehenduntur: & iterum idipsum repetens in l. Lucius. §. pluribus, nu. 2. ff. ad Senat. Consul. Trebel. dicens, quòd etsi exceptio confirmet regulam in casibus nõ exceptuatis, non tamen eam ampliat, vt porrigatur ad casus, ad quos primo non porrigebatur: & rursus sequens Dy. in rubr. de regul. iur. in sexto, ipse in l. in his. ff. de legibus. dixit, quòd exceptio est, de regula, & non est de regula: est de regula, idest de contentis sub regula. Nam bona exceptio est, quando dico: omnes libri sunt mei, excepto tali libro, sed non est bona exceptio, quando dico, omnes libri sunt mei, excepta domo: quia exceptio non est de contentis sub regula, & quando dicitur quod exceptio non sit de regula, intelligitur, non est de regula, idest, non determinatur secundum regulam: hæc Bart. vbi supra. Idem docuit Bald. in l. 1. §. sed excipiuntur, in fine, ff. de ferijs. dicens, quòd statutum inducat ferias messium, vel vindemiarũ, & procedat vlterius faciendo quasdam exceptiones, nullæ aliæ exceptiones innentę a iure admittentur: sed stabimus præcisè statuto: quia exceptio in quibusdam videtur firmare regulam, & rursus idem Bald. in l. ita nobis pudor. C. ad l. Iul. de adulter. dicens, quòd si statutum mandat exequi instrumẽtum nulla exceptione obstante, nisi solutionis, falsi, & quietationis: tunc nullæ aliæ exceptiones poterunt opponi: quia exceptio firmat regulam. qui Bald. in c. sicut extra de probationibus, num. 3. & 4. infrascriptis notabilibus verbis vsus fuit. dicens, quòd exceptiones purgant regulam ab omni iniquitate, &

6

7 absurditate, † & sicut quædam medicamenta euelluntur de corpore regulæ, & ideo firmant regulã, quia curant eam ab omni calumnia: & quod in quibusdam detrahitur, in cęteris confirmare videtur, vt in l. Tribunus. §. fin. ff. de testam. mili. Item emergentes causas vnica, & vniformi ratione cõplecti: vt in l. non possunt. ff. de legibus. hæc Bal. Idem docuit Dynus in rubrica de regulis iuris in sexto, colum. 4. versic. item, quòd per exceptiones, vbi volens fauere sententiæ Placen. intulit hanc rationem dicens, quia per exceptiones firmatur regula, vt in Authen. de non alien. §. vt autem, qui Dynus subdit & hæc notatu dignissima pro maiori intelligentia veritatis præsentis conclusionis, approbãdo opinionem cuiusdam Ioannis, & Placen. qui prima fronte videbantur sibi ad inuicem aduersari. mihi videtur (inquit ibi Dynus) quòd vtraque opinio contineat veritatem. Nam dicere exceptiones non esse de regula, verũ

8 erit, sic intelligendo, videlicet: non sunt † de regula, idest, non disponuntur secundum regulam: imò quantũ ad eas regula perdit officium suum, vt in l. 1. in fine. ff. de regul. iur. & ratio secundum Dynum est, quia cùm officium regulæ sit coniungere rationes, & in his exceptis non coniungit,

quia

qa aliqua rõ ſuadet cõiunctionẽ vitandã: vt patet
in regula. Quod nullius in bonis eſt, occupanti cõ
cedit: ꝙ fallit in libero hoĩe, & in re ſacra, & in
multis ſimilib. vt not. in l. 1. ff. de rerũ diuiſione. In
his. n. nõ poſſumus ſequi regulã cõem, vt ĩ l. in his,
& in l. ius ſingulare. ff. de legib. & ppea nõ claudũ
tur, ſub regula. Et ita eſt credẽdũ intellexiſſe Ioan.
ſed sũt de regula, i. ſub generalitate verborũ, vt in
regulę traditione expreſſorũ cõtinenẽ: qa ſi regu
la eſt de hoĩe, & exceptio dẽt eſſe de hoĩe, & nõ de
aſino, ſeu capra, ſeu alia ſpecie animalis differẽte
ab hoĩe, differẽtia ſpecifica. Itẽ ſi regula procedit,
de actione reali, nõ rectè ſequitur exceptio in per
ſonali, nec è cõtra. & ita veriſimile eſt intellexiſſe
Placen. ad argumentũ Ioannis põt reſponderi, ꝙ
9 verum eſt, ꝙ exceptiones impediunt regulã, † id-
eſt, impediunt eam coniũgere caſus exceptos, ſed
oſtendunt eam firmã in alijs nõ exceptis: quia v-
bi ſunt plura capitula, quorum effectus eſt diſtin-
ctus, ſi fiat detractio in quibuſdam, videtur cętera
confirmare, vt in l. Tribunus. §. vlt. ff. de teſtamen-
tis. mil. Itẽ verum eſt, ꝙ ſpecies excepta non eſt
ſub genere, & diſpoſitio eius non ſequitur ad di-
ſpoſitionem generis, ſed nihilominus eſt de gene-
re, qualitate verborũ inſpecta, ſicut ſi diceremus,
Omnis homo legit pręter Martinum, qui dormit.
Martinus ſub homine cõtinetur, ſed de eo aliud,
quam de cęteris prædicatur. Hæc Dynus vbi ſup.
cuius ſententiæ ferè ad verbũ ſe ſubſcripſit Bar. in
l. in his. ff. de legib. Idẽ docuit glo. in rub. de reg.
iur. in ſexto, in verſ. ſubtilitaribus tamẽ, & ſi nõ ne
gemus alijs verbis vſam fuiſſe. Nã his verbis ibi
vtitur, videlicet. Regula quoad poteſtatem verbo-
rũ, quæ in ea proferuntur vniuerſaliter, vel saltẽ
indefinitè affirmando, vel negando, cõprehendit
10 exceptiones, aliàs nõ diceretur exceptio, † ſicut ſi
diceremus. Omnis homo currit, excepto equo Ti
tij. Hęc. n. nõ eſt exceptio: quia equus nõ cõprehẽ
debatur ſub illa propoſitione, Oĩs homo: ſed ſi di
ceremus oĩs homo currit, excepto Titio, tũc pro-
pria eſt exceptio, qa propoſitio, oĩs homo, benè
cõprehendebat Titiũ: tollitur ergo Titius virtute
exceptionis, quoad materiã, de qua fit ſermo, vt
ſcilicet dicaẽ, nõ currere, ſic quoad iuris determi
natione exceptio nõ cõprehendiẽ ſub regula: qa
cõtraria rõ; & plus eſt in exceptione, quàm in re-
11 gula. Hoc ergo operatur exceptio, † vt illud, quod
aliàs ſub verbis regulæ cõprehendebatur, ad de-
terminationẽ regulę, exceptionis virtute tollatur.
12 Cõſtituitur. n. regula † per verba, quę de ſui natu
ra omnia cõprehendant; ideſt, per ſigna vniuerſa-
lia affirmatiua, quæ omnia cõprehendunt. Idẽ per
verba negatiua, quæ vniuerſaliter negando exclu
dunt omnia. Itẽ per verba indefinita, quæ ſimplici
ter prolata ęquipollent vniuerſalibus. Et ideo oẽs
regulæ paucis exceptis traduntur per ſigna inde-
finita, affirmatiua, vel negatiua. hæc gl. illa aurea,
cuius ſnĩæ ſe ſubſcripſerunt & infraſcripti Docto.
ibidẽ, videlicet. Io. And. Pet. de Anchar. & Philip.
Frãch. ibidẽ. Idẽ docuit Pan. in c. qm̃ frequẽter, in
princ. nu. 4. verſ. & ex hoc tex. ext. vt lit. nõ cõteſt.
dicens, & ex hoc tex. iuncta glo. nota. ꝙ caſus ex-
cepti firmãt regulã, vt in c. Dñs. 32. q. 7. Idẽ docuit
Fel. in d. c. qm̃ frequẽter, in princ. Idẽ docuit Ge-
min. in c. qui ad agendũ. §. ſed ſi aliquis. verſic. ſed
quęro. de procu. in ſexto. dicẽs, ꝙ qñ requirentia
ſpeciale mandatũ exprimũtur exceptiuè, vt quia
dicit ꝙ poſſit oĩa, quæ dñs põt, excepto, ꝙ non
poſſit iurare de calũnia, vel iuramẽtũ deferre: tũc
(ẽt ſecundũ Lap.) talis procurator oĩa reliqua po-
terit facere: & rõ eſt, qa oportet, ꝙ exceptio ſit de
regula, aliàs non eſſet exceptio. Nam ſicut ſpecies
13 detrahiẽ de genere, ita exceptio † de regula: & ſic
ſub illa cõtineẽ ſicut pars in toto, & nihil ab alio
excipiẽ, niſi ſub eo cõtineaẽ. Itẽ exceptio firmat
regulã, vt in c. dñs, 32. q. 7. in tex. & glo. vnde exci
piens a mandato generali aliquid de requirenti-
bus ſpeciale mandatũ, vẽ permittere, & ſpecifica-
re cęteros ſpeciales caſus. Idẽ docuit Philip. Frãc.
in d. c. qui ad agendũ. §. ſed ſi aliquis. in verſ. quid
aũt ſi ea. vtens ijſdem verbis Geminiani. Idẽ do-
cuit Decius in c. conſultationibus, in fi. verſ. vel ſe
cundò dici poteſt, ext. de offic. iud. deleg. dicẽs,
quòd exceptio facta de eo, quod in regula nõ con
tinetur, regulam ampliare videtur: gratia exem-
pli. Si cõſtituo procuratorem ad omnia, niſi quòd
non poſſit iuramentum deferre, & ſic excipio ca-
ſum requirentem ſpeciale mandatum, certè per
talem exceptionem ampliatur regula, vt procura
tor omnia alia poſſit, in quibus ſpeciale mandatũ
requiritur, vt concludit Dominicus poſt Lapum,
in c. qui ad agendũ, §. 1. de procu. in ſexto, & Alex.
in l. fi. ff. quod quiſque iur. Idem docuit rurſus ip-
ſemet Dec. in c. cùm dilecta. col. 2. verſ. & vlterius
declarando. ext. de confir. vti. vel. inut. his verbis,
videlicet. Cõſiderandũ eſt, quòd exceptio firmat
regulã illa rõne: quia ſub generalitate omnes ca
ſus regula includit: vnde ſi aliqui caſus ſpecialiter
excipiuntur, alij ſub regula remanẽt: ſed quoad a-
lios caſus, qui ſub regula nõ cõprehendunẽ, exce-
ptio nõ firmat regulã, quia nõ facit, ꝙ regula extẽ
datur ad ea, quæ aliàs ſub regula nõ includuntur,
14 † vt eſt tex. not. in l. generali, §. vxori, & ibi Bart.
ff. de vſu fru. leg. Nã in legato generali eorũ, quæ
in domo ſunt, venalia nõ cõprehendunẽ: ſi ergo
teſtator legauit vſumfructũ omnium rerũ, quæ in
domo ſunt, excepto argento, nõ veniunt lanę mer
cis cauſa comparatæ, vt eſt tex. in d. l. generali, §.
vxori, & ſic exceptio facta ibi de argento, licèt cõ
firmet regulã, nõ tñ ampliat, vt ſub illo generali
legato res venales cõprehendanẽ, quæ aliàs nõ cõ
prehendebanẽ in tali legato. & ad idẽ tex. eſt in l.
Lucius. §. Lucius. & ibi Bar. ff. ad Treb. notat Flor.
in l. mora. la 1. §. 1. per illũ tex. ff. de vſu. Abbas Pan.
in conſi. 20. inci. caſus in effectu. in fi. lib. 2. Roma.
in cõſi. 279. inci. circa primũ, col. fi. Signor. in cõſ.
8. inci. q̃ſtio proponiẽ. verſ. ſecũdò p̃mitto. Areti.
in cõſ. 144. inci. viſa, col. 2. Idẽ docuit Alex. in cõſ.
39. inc. viſo ſtatuto, col. 4. li. 4. & in cõſ. 106. inc. vi
ſis. col. 3. li. 5. And. Siculus. in cõſ. 9. col. 3. lib. 1. Idẽ
docuit Maria. Soc. in cõſ. 47. in prin. col. 2. & idem
Corn. Peruſ. in cõſ. 57. lib. 1. & rõ p̃ſentis cõcluſio
13 nis, ſm Dec. vbi ſup. eſt, qa exceptio † eſt facta ad
reſtringendũ regulã, ideo regulr nõ dẽt illã am-
pliare, vt in l. legata inutiliter. ff. de leg. 1. l. mãcip.
ff. de fun. inſt. & in l. ꝙ fauore. C. de legib. & ſic pri
ma pars pñtis cõcluſionis fuit ꝓbata: cũ ſanè ſit
intelligẽda, & dixerimꝰ illã ꝓcedere, qñ exceptio
facta fuiſſet de eo, ꝙ in regula cõtinebaẽ. Nã tũc
exceptio ſatis operaẽ, qa reſtringit ꝓut apertiſſi-
mè loquitur text. in d. l. generaliter. §. vxori, ſed ſi
(vt diximus in ſecunda parte concluſionis præ-
ſentis) exceptio facta fuiſſet de eo, quòd in re-
gula regulariter non comprehendebatur, vt puta
quia ſpecialis expreſſio a iure requirebaẽ, tũc ne
exceptio redderetur ſuperflua, & inutilis, ipſam

exceptionem regulã ampliare intelligetur, vt cõ-
prehendat omnia requirentia speciale expressio-
nem: vt exceptio dici possit de regula, modo su-
pradicto hoc intelligẽdo, exempli gratia,(vt etiã
docuit Decius vbi supra, & Didac.Couarr.in lib.
2.variarum lectionũ c.5.nu.4.vers.quartò si testa-
tor,& Doctores ab ipsis ibi citatis,& hic inferius
a me etiam recensendis) si constituo aliquem in
meum procuratorem ad omnia generaliter faciẽ
da,quæ ego facere possem, etiã si speciale manda
tum requirerent,nullo expresso specialiter,& no-
minatim de his, quæ requirunt speciale manda-
tum; tunc sub tali generali mandato de iure non
comprehenderẽtur ea, quæ speciale mandatũ re-
quirunt, cùm sint diuersæ speciei: vnde auctorita
te talis mandati,sic generaliter concessi,non pos-
set procurator talis exercere requirentia specia-
le mandatum,vt docuit tex.apertissimus,in c.qui
ad agendum, de procur.in sexto,sed si constitue-
rem procuratorem ad omnia peragendum,& ex-
pressè & nominatim excipio vnum,quod requirit
speciale mandatũ,vt puta, vt nõ possit pro me de-
ferre iuramentũ,vel quid simile,certè per talẽ ex-
ceptionẽ regula ampliatur,& non restringitur, cũ
se extendat ad omnia,quæ de iure speciale mãda
tum requirunt,vt luce meridiana clarius docuit
dictus text.in c.qui ad agendũ, §. sed si aliquis, &
docuerunt ibidem Lapus,Geminianus, & Philip-
pus Franch.& Dec.in d.c.cũ dilecta,col.2.& in l.
1.n.29.vers.nã cũ exceptio.ff.de reg.iur.& in alijs
locis mox recẽsendis,& Couarru.vbi sup.& nu.8.
& 9.ꝙ & quàm libentissimè cõclusit Gemin. post
Lapũ in d.c.qui ad agendũ,vna cũ Philip. Frãch.
exẽplificantes quoq; in Vicario generali, alicuius
16 Episcopi,vel Archiepiscopi.Nã dato † ei mãdato
generali ab Episcopo,nihilominus ipsi Episcopo
plura de iure sunt reseruata, quæ sub hoc generali
mãdato nõ cõprehenduntur, sed speciale expres-
sè requirũt,tñ si Episcopus mandatũ generali Vi
cario dederit,excipiẽs solũ collationẽ beneficio-
rũ, seu aliud,ꝙ speciale mandatũ requirunt. Nam
per hãc exceptionẽ cẽsetur generale mandatũ, &
sic per cõsequens ipsa exceptio extẽdit regulã ad
oĩa alia,ẽt si requirunt speciale & expressum mã-
datũ,ac cõmissionem. Idem prorsus docuit frater
Vbertus Locatus,in tract.inscripto p̃iudiciale in-
quisitorũ, in vers. Vicarius Episcopi,nu.5.& huic
decisioni istius exẽpli ẽt se subscripsit Euerard.in
locis Topicis c.3.col.3.ꝙ & latius in limitationi-
bus infra afferendis dicet.Idẽ docuit & Alex.in l.
fi.ff.quòd quisq; iur.& in cõs.215.inci.nec arguen
di sumus,col.8.vers.decimo cõsidero,lib.2.vbi in-
17 quit, ꝙ qñ Princeps † excipit vnũ casum , in quo
noluit tertio præiudicare, ex tali exceptione de-
clarătur intẽtio Principis,ꝙ in alijs voluerit ter-
tio præiudiciũ inferre.Et ratio huius cõclusionis,
quoad secundũ ipsius mẽbrum vr̃, quia exceptio
declarat regulã,vt in l.nã ꝙ.9.fi.ff.de penu.legat.
18 Et exceptio † debet esse de regula:nõ.n.cõuenit,
ꝙ si regula loquat̃ de hoĩe, exceptio fiat de boue
vt notat Bar.in l,1.ff.de reg.iur.& Dyn.in rubr.de
reg.iur.in sexto,ex quo infert̃ notabiliter, ꝙ si in
casu dictę l.generali.§.vxori.ff. de vsufr.leg. fuisset
facta exceptio de aliqua re venali,quę in tali lega
to (vt sup.dictũ est) regulariter nõ cõtinetur. Tñ
virtute talis exceptionis regula generalis legati,
ẽt ad oẽs alias res venales extenderetur, vt exce
ptio aliquid operet̃,arg.in l.si qñ,in princ.de leg.
1.& in c.si Papa,de priuil.in sexto,& per ea, quę
supradicta sunt, & docuit Dec.vbi sup.& in l.1.nu.
26.vers.& ad hoc facit,.ff.de reg.iu.& in d.c.cũ di
lecta,col.2.& Couarru.vbi sup.nu.4.& 6. & Hier.
Cagno.in d.l.1.n.29.quorũ sñia,quia celebris est,
& quęstio pręsens quotidiana, iccircò hic aliquã-
tò longius a me repetet̃. Nã (vt ex prędictis elici-
tur) p̃sens quęstio in secũdo mẽbro p̃sentis cõclu-
sionis insinuata pẽdere dignoscit̃ ex illa eleganti
q̃stione, in qua tradi, & dubitari solet:an ex quali
19 tate exceptionis † colligat̃, quid sub regula com-
prehensum fuerit. Et profectò diligẽtius ea re cõ
siderata, dicendũ est, exceptionẽ, vt ea vera, & ꝓ-
pria sit debere fieri ex cõprehẽsis sub regula, alio-
quin vana exceptio foret, quę nõ p̃dlearet̃ de eo,
ꝙ regula cõprehẽderet: atq; in hunc sensum exce
ptiones dicunt sub regula cõprehẽdi, quẽadmo-
dũ Docto.hucusq; citati,& oẽs cõiter docuerunt.
Quapropter hac rõne perpensa, si testator a lega-
to generali exceperit lanã venalẽ, vel q̃d simile nõ
cõprehensum de iure sub verbis legati generalib.
maximũ signũ erit legatũ ipsum de rebus venalib.
vel alijs rebus, quæ de sui natura sub ipso legato
alias nõ cõprehenderentur, nõ facta specifice, &
expressè huiusmodi exceptione, intelligendũ fo
re, vt vera, & propria sit exceptio lanę venalis, quę
alioquin nõ foret necessaria, nec cõueniens, si le-
gatum ipsum principale venalia minime conti-
neret. Nec isto casu habet obstare, quòd exce-
ptio non debeat regulam ampliare, cùm facta sit
ad istum effectum, quod regula restringatur, vt su
pra dictũ est, quia ex quo aliter exceptio nõ vale-
ret, inducta ad diminutionẽ operantur argumen
tum quando alias dispositio non posset habere lo-
cũ, vt docuit Bar.in l. denique.§. interdum nu.1.
ff.de peculio legato. vbi dixit, quòd quæ inducun
tur ad diminutionem, operãtur augumentũ, quã-
20 do aliàs dispositio † nõ posset habere effectũ, cu-
ius sententiæ, & præsenti nostræ assertioni sum-
moperè fauit ipse text. in dicto §.interdum, cùm
ibi hęc habeãtur, videlicet.[Interdũ etsi nõ sit le-
gatum peculium, sic velut legatum accipitur, id-
que est in huiusmodi specie, quidã seruo liberta-
tem, si rationes reddidisset, dederat, & si hæredi-
bus centũ intulisset. Imperator igitur noster cum
patre rescripsit, peculiũ quidẽ nõ nisi legatũ de-
beri ? verùm (inquiunt) si conditionibus præscri
ptis paruit seruus; testatorem voluisse eum retine
re peculiũ interpretamur : videlicet ex eo, quòd
de peculio eum iusserat centũ inferre.] hæc ibi.&
hæc præsens nostra declaratio sanè erit intelligen
da, scilicet locũ habere, qñ verba regulæ, quæ de-
bẽt ampliari nõ repugnãt: quia generalia sunt, vt
in d.l.generali.§.vxori. & in quæstionibus prædi-
ctis, in quibus loquitur Gemin.& Alex.de Imola
in locis sup.citatis & rursus Alex.ipse & Ias.in l.fi.
ff.quod quisque iuris,& Ioãnes de Imola in l.fi.ff.
a quibus appell. non li. vt latius dicetur in prima
sequẽti limitatione præsentis cõclusionis hinc est,
quòd singulariter dixit Bald. in cap.1. per quos
fiat inuestit. in vsibus feudi, quòd licèt regula sit,
ꝙ Princeps confirmando generaliter priuilegia,
nõ censeat̃ cõfirmare priuilegia, q̃ sunt cõtra ius,
tñ si Princeps cõfirmaret generaliter priuilegia,
& exciperet vnũ, quod esset contra ius (ad hoc vt
exceptio sit bona) talis exceptio facit, vt Prin-
ceps intelligatur confirmasse oĩa alia priuilegia,
quæ essent cõtra ius. quod & cõfirmauit Euerar-
dus

dus in ſuis locis Topicis iuris, in c. locus ab exce
ptione ad regulá, nu. 4. verſ. hinc etiá ſingulariter
addés, ꝙ neque quicquá te moueat auctoritas Pe
tri de Ancha. aſſeuerantis contrariũ in rub. de reg.
iuris in ſexto, quia ad eius motiua patet ſolutio
ex ſupradictis & quidem ipſe Petr. de Anchara.
idipſum docuit in c. 2. col. 2. verſ. quęro Epiſcopus
cõceſſit Vicario ſuo, de officio Vicarij in ſexto, v-
bi nixus fuit probare, ꝙ ſi Epiſcopus ſuo Vicario
generali cõmittat vices ſuas cũ clauſula generali,
exprimẽdo quod poſſit omnia, quę de iure ipſe po
teſt excepta collatione beneficiorũ: (quòd requi-
rit ſpeciale mandatũ, vt in c. fi. de officio Vicarij,
in ſexto) hac cõmiſſione generali nõ obſtãte non
poterit facere aliquod de requirentibus ſpeciale
mandatũ, cui (fateor) ibidẽ ſtipulatũ fuiſſe Philip
pũ Franchũ immemorẽ cõtrariæ ſuę ſententię tra
ditę, in c. qui ad agendũ, de procur. in ſexto, vbi
expreſsè contrariũ docuit ſequens Lapũ, & Gemi
nianum ibidẽ, & ſciendũ ꝙ Decius volẽs reddere
rationẽ, quare ipſe potius aſtipulatus fuerit ſentẽ
tiæ Lapi, & Geminiani, quàm Ancharani, dixit in
l. 1. nu. 29. ff. de reg. iur. Nã cũ exceptio facta ſit de
collatione beneficiorũ, quę eſt de reſeruatis Epi-
ſcopo. vt in c. fi. de officio Vicarij in ſexto, talis ex
ceptio videt̃ ampliare regulá ad omnia alia, quæ
reſeruata ſunt Epiſcopo, quæ verba regulę nõ re-
pugnant, ſed cõueniunt: dũ dicitur, ꝙ omnia cõ-
ceſſit per ſupradicta, ſecundũ Dominicum a San-
cto Geminiano in d. c. qui ad agendũ. Nã qñ ver-
ba cõueniunt, & reſtringuntur propter veriſimilẽ
mentẽ diſponentis, vt in d. c. qui ad agendũ, & in
d. c. fi. de officio Vicarij in ſexto, & excipiatur ca-
ſus, in quo requirat̃ ſpecialis prouiſio: ex tali ex-
ceptione apparet de mẽte diſponẽtis. Ideo verba
21 generalia, † generaliter (vt ſonãt) intelligunt̃: nec
in tali caſu regula ampliatur: ſed potius dicendũ
eſt, ꝙ verba generaliter poſita nõ reſtringũtur, &
ex prædictis colliguntur duæ cõcluſiones. Prima
eſt, ꝙ exceptio nõ ampliat regulá, qñ eſt facta de
22 eo, † quod in regula cõtinetur: vt in d. l. Generali,
§ vxori. Secũda, quòd exceptio ampliat regulá, ſi
facta ſit de eo, quod in regula nõ cõtinetur: quan
do verba regulę cõueniunt, hæc Decius. Adde tu
(cõueniunt exceptioni) ſecundũ mentẽ Decij ibi-
dẽ, tũ quia ibi de exceptione fit ſermo, cùm ex eo
quòd ipſe ſequat̃ Geminianũ, qui hoc expreſsè v-
bi ſup. dixit. Nã ipſe Gemin. poſtquá ſe ſubſcripſe
rat Lapo, in d. c. qui ad agendũ, volẽs reddere ra-
tionẽ d. ſuę & Lapi ſñię, dixit. Ratio eſt, qa opor-
23 tet, ꝙ exceptio † fit de regula, & ſic ſub illa conti
neat̃, ſicut pars in toto, & nihil ab alio excipitur,
niſi ſub eo cõtineat̃. hęc ille: & ſciendũ, ꝙ pręſenti
nr̃ę cõcluſioni, nõ ſolũ Dec. ſe ſubſcripſerit in præ
citatis locis, verũ ẽt in nõnullis infraſcriptis ſuis
cõſilijs. Nã idipſum docuit ipſe in cõſ. 5. n. 4. verſ.
ſecus ergo. his verbis vtẽs, videlicet. ſecus ergo vi
det̃ in dote, pro qua maritus ſe obligauit poſt ceſ-
ſationẽ: qa iſta reſeruata nõ intelligit̃, & ideo re-
manet ſub regula: qa exceptio facta in vno caſu
cõfirmat regulá in caſibus nõ exceptuatis, vt in l.
quęſitũ, §. idẽ reſpõdet. ff. de fun. inſtru. Idẽ ruſus
repetijt in cõſ. 151. col. 5. verſ. nõ obſtat, ꝙ exce-
ptio: dicẽdo. Nõ obſtat, ꝙ exceptio facta in c. fi. Pa
pa, de priui. in ſexto, in caſu hęreſis. cõtra regulá,
quę ibi ponit; vr̃ cõfirmare regulá in caſibus non
exceptuatis, qa illud verũ eſt in alijs caſibus diſſi-
milibus ab exceptuatis: ſecus eſt in ſimilibus, qa
24 exceptio facta in vno, ad ſimilẽ caſum porrigit. vt
notat Abbas per illũ tex. in c. cũ dilecta, ext. de cõ
fir. vti. vel inut. Idẽ repetijt in cõſ. 247. col. 4. in fi.
in verſ. vlterius aduertendũ. Idẽ docuit in cõſ. 381.
col. 1. n. 3. verſ. ex iſto tex. Idẽ rurſus repetijt in cõ-
ſil. 442. col. 2. nu. 14. in verſ. & facit q. dr̃, & deniq;
Idẽ docuit in cõſ. 520. col. 3. nu. 9. verſ. quia exce-
ptio. Idẽ docuit implicitè Spec. in 1. par. tit. de in
tiſd. om. iud. col. 5. nu. 15. in verſ. pręſertim, arguẽ
do ab idẽtitate tõnis. Nã ibi ipſe loquẽdo de Co
mite, & Marchione, an poſſint trãsferre ea, q̃ ſunt
meri, & mixti imperij, infraſcriptis vtit̃ verbis, vi
delicet. Si tñ donauerint aliquá ciuitatẽ, vel ca-
ſtrũ, tũc cũ ipſa vniuerſitate trãſit merũ imperiũ,
niſi excipiat̃: præſertim qũ ſibi retinet exercitiũ,
vel aliud aliquid ſpecialiter, tũc. n. oĩa certè cõce
dere intelligit̃: Hęc ille, quaſi diceret, iccircò hoc
dico, qñ vera, & vulgata eſt regula illa, in qua dr̃,
quòd exceptio firmat regulá in non exceptis: ẽc
ſi exceptio fieret de aliquo ſpecialiter cõcedẽdo.
Idem docuit Couarruuias in lib. 2. variar. reſol.
cap. 5. num. 8. verſ. primum, & in num. 9. verſ. ſe-
cundò celebris per totum, qui in dicto num. 8. re
fert hoc ipſum docuiſſe Alex. in cõſi. 36. col. 2. lib.
6. Idẽ rurſus Alexan. Iaſon, & Claudius in l. fin. ff.
quod quiſque iur. Ludouic. Gozadinus, conſi. 26.
num. 49. Andreas Tiraquel. lib. 1. de retract. in fi.
num. 94. & addit ipſe Couarruuias ibidem, quòd
hæc ſit communis opinio, vt fatentur Hierony-
mus Cagnolus in dicta l. 1. num. 33. ff. de regul.
iur. & Curtius iunior, de ea dubius, in d. l. fi. Idẽ
docuit Panormitanus quoad primum mẽbrum,
cõcluſionis præſentis, in c. 2. not. 1. ext. de cõiug.
leproſo. & in c. cùm dilecta. nu. 7. verſ. & per hunc
limita, ext. de cõfir. vti. vel inut. & Fel. in c. qñ fre-
quẽter. in princ. ext. vt lite non cõteſtata, licet quo
ad ſecundũ mẽbrum ipſius, ipſi cõcluſioni, aduer
ſet̃ ſequẽs Pet. de Anch. in rub. de reg. iur. in ſexto.

Limita præcedentem concluſionem, dicendo
ipſam veram, niſi verba regulæ repugnarent ex-
25 ceptioni † quia tunc exceptio non comprehenſa
ſub regula eſſet notoriè inepta, ac per conſequẽs
præſumenda contra intentionem excipientis, nec
eſſet coniecturæ locus, quoniam tunc non firma-
bit regulam in non exceptis: & exceptio in tali
caſu non ampliabit regulam, nec mutabit vim re
gulæ. Hæc limitatio Doctorum auctoritate pro-
batur. Nam de materia præſentis limitationis,
dignoſcitur loquutum fuiſſe Bald. in l. in his, ff.
de legibus, quando dixit, quòd ſi ſtatuto caueā-
tur, quòd de omni maleficio ſine ſanguine poſſit
fieri concordia, excepta percuſſione quadrelli,
cum ſanguine; ſi fiat concordia de percuſſione li
gni cum ſanguine, non valebit: quia licèt exce-
26 ptio † firmet regulam, non tamen eam ampliat:
vnde cũ regula nihil diſponat de percuſſione ſan-
guinolenta, iſte caſus cenſetur relictus diſpoſitio
ni iuris cõis, & ſic concordia nõ præualebit in præ
iudicium fiſci. Nec mirum, quia hoc caſu exce-
ptio nõ comprehenſa ſub regula eſt notoriè ine-
pta. Ita etiam intelligenda erunt quæ notantur à
Paulo de Caſtro in d. l. in his, quando ibi dixit,
ꝙ ſi ſtatutũ diſponat, ꝙ de omni inſtrumento, cõ
tinente ſummá centũ librarũ, ſoluatur gabella, &
regiſtretur; aliàs non valeat excepto inſtrumẽto
procurationis: valebit nihilominus inſtrumentũ
legitimationis, non ſoluta gabellas, ſecundũ eum:
nec mirum, quia ſtatutũ non poteſt verificari, niſi

in materia reducibili ad certam summam: & sic
exceptio non comprehensa sub regula est notoriè
inepta: quare non est mirū, quòd non ampliat re-
gulam, vt faciat eam extendi vltra terminos eius.
ita etiam intelligendum erit procedere quod no
tauit Ioannes Baptista de Sancto Seuerino in rep.
l.omnes populi: ff.de iust.& iure, vbi dicit se re-
spondisse in quodam casu, dictante statuto, quòd
habentes pacem ab occiso sint securi per decem
annos, quibus exactis soluant omni anno duos so
lidos pro qualibet libra suæ condemnationis: ex-
ceptis furibus, homicidis, & assassinis: quidā con-
demnatus ad penā capitis propter incisam vineā,
habuit pacē: Dubitabatur an debeat gaudere be-
neficio dicti statuti, & dicit se respondisse, quòd
non; quia regula dicti statuti loquitur de condem
natis in pecunia, vel in materia reducibili ad pe-
cuniam; illa autem condemnatio capitis non est
talis, ergo &c. Hęc debet obstare illa exceptio sta
tuti, cùm sit notoriè inepta. Idē docuit (sequens
supradictos Doctores) Euerardus in Topica iuris
cap. locus ab exceptione ad regulam, num.4.per
torum, in cuius fine dixit hoc lore notandum, ac
diligenter memoriæ comendandum, eo quod est
subtile, & quotidianum: & de hoc Doctores variè
& intricatè loquantur. Idē docuit Felinus in cap.
quoniam frequenter, col.2. vers.limita tertio, ex-
tra vt lite non contestata. Idem docuit Decius in
l.1.nu.28.vers. secus si verba regulæ.ff.de reg.iur.
& in c.cū dilecta, col.5. in princ.vers. secus vide-
tur, si verba regulę, ext.de confir.vti.vel. inut. Idē
docuit Couarruuias in lib.2. variar.resol.c.5.n.9.
vers. secundò celebris deducitur, circa finem, se-
quens Paul.de Cast.in d.l.in his.

Limitanda erit & secundò precedens cōclusio,
Prima dicendo ipsam verā, scilicet, quòd exce-
27 ptio † firmet regulā in nō exceptuatis, a iure ali-
quo speciali cōmuni, nisi reperiatur alius casus ēt
dissimilis ab alio iure communi exceptus: Nam
tunc non firmabit illam in talibus ab alio iure ex-
ceptis, ne sequeretur iuris correctio ex exceptio-
ne, quod fieri nō posset. Dixi in nō exceptis ab ali
quo iure speciali; quoniā hic nō est sermo de ex-
ceptione facta ab homine, in aliqua sua cōcessio-
ne, vel prohibitione, cū de hoc satis dictum fuerit
in probationē secundi mēbri præcedentis secūdæ
cōclusionis, eo quòd is, qui aliquā potestatē con-
cedit nihil sibi reseruans de his, quę sibi aliàs re-
seruauerat, excipiens solū vnum, vel duo, vel hu-
iusmodi requirentia speciale mandatū ad illa vi-
ce illius exequenda, addensque clausulam genera
lem vt possit omnia alia quę ipse posset, etiā si re-
quirerent speciale mandatū, omnia concessit: sed
si aliquis Papa, vel Imperator aliquid cōcessit fie-
ri ab aliquo per aliquod speciale ius cōmune, nō
iccircò derogauit alijs iuribus conditis antea, vel
postea ab alijs Pontificibus Summis, vel Impera-
toribus condendis, in quibus quid simile in alijs
casibus exceperunt, vel diuersos alios casus: cur er
go diuersa rō sit inter exceptionē factā a iure cōi
& inter exceptionē factā ab vnomet hoīe: iccir-
cò meritò & nos eandē rōnem differētię animad-
uerrētes, addidimus verba illa in prȩsenti limita-
tione [in nō exceptis a iure aliquo speciali] vt do
ceremus nos in prȩsenti limitatione verbū facere,
solū de exceptione facta a iure cōi, nō aūt ab eodē
met hoīe, rōne iam allata, inx.ea, quę sup. in ꝓba-
tionē dicti secūdi mēbri ꝑcedentis, secundę cōclu

sionis attulimus. Hęc ergo limitatio probaī tripli
ci medio. Nā primo per arg. in Cle. exiui de Para
diso, §. deinde, cū duob. de ver. sign. vbi hęc haben
tur, videlicet [deinde cū duob. tēporibus annota
tis in regula, scilicet a festo Omniū Sanctorū vsq;
ad Natiuitatē Dñi, & maximè quadragesimę, in
quibus ieiunare tenenī, inferatur in eadē regula.
Alijs aūt tēporibus nō teneanī, nisi sexta feria ie-
iunare; & ex hoc voluerunt aliqui dicere, ꝙ dicti
ordinis fratres nō tenent, nisi ex cōdecentia ad
alia ieiunia, q̄ ad ista. Declaramus debere intel-
ligi, eos nō teneri ad ieiuniū alijs tēporibus, prę-
terquā in ieiunijs ab Ecclesia cōstitutis; nō est.n.
verisimile, ꝙ vel institutor regulę, vel ēt cōfirma-
tor absoluere ipsos intenderit a seruādis illis ieiu
nijs, ad quę de cōi statuto Ecclesiæ obliganī cęto
ri Christiani.] hęc ibi. Dixi probari prȩsentē limi
rationē per arg. in d. Clem. quia etsi ad verbū non
contineaī inibi materia prȩsentis limitationis, ni
hilominus ex ipsa bene elicit hęc cōclusio deser-
uiens pñti limitationi, scilicet, ꝙ recurrēdū sit ad
mentē excipientis aliquid per aliquod ius, cuius
mens esse patet, nolle alios casus ab alio iure exce
ptos includere, nisi hoc expressè fieri ꝑcipiat ipse
nouissimus cōditor Canonis, vel legis huiusmodi
posterioris. Idē probaī per arg. in c. literas. §. fin.
ext. de rest. spol. vbi Innoc. III. infrascriptis verbis
vtitur, videlicet [si verò tāta sit viri seuitia, vt mu
lieri trepidāti nō possit sufficiēs securitas proui-
28 deri nō solū nō debet illi restitui, † sed ab eo po-
tius amoueri; alioquin sufficiēti (si fieri pōt) secu-
ritate prouisa, profectò vr̄ coniux antè causę co-
gnitionē restituēda marito.] hęc ibi. Dixi proba
ri præsentē limitationē per arg. in d.c. literas, qm̄
etsi de ipsa limitationis materia ad verbū ibi non
fiat mentio, benè tn̄ ipsius veritas ex ipso canone
elicitur. Cū etsi in c.2. ex. de cōiugio lepro. & in c.
Dñs. 32. q.7. habeaī, ꝙ coniux non possit dimitti,
29 † excepta causa fornicationis; ex quibus iuribus
elicitur regula illa, exceptio firmat regulā in non
exceptuatis: Quapropter videbatur dicēdū, quod
propter seuitiā viri non esset separanda vxor a vi
ro, cū huiusmodi causa nō sit causa fornicationis,
quę solū a Dño Iesu excepta reperit in Sācto Euā
gelio, & recēsetur in c. Dñus. c. Apostolus, & c. om
nes causationes, 32. q.7. & in c. qm̄, ext. de cōiugio
leprosorū. Quapropter deberet exceptio firmare
regulā in oībus alijs casibus nō exceptis. Tamē li
mitāda meritò erit d. exceptio, dicendo ipsam ve
rā, nisi in alio iure reperirenī alij casus similiter
excepti. Idcircò ex d.c. literas, §. fi. iure optimo di
ximus probari prȩsentē nostrā limitationem. Pro
cuius maiori intelligētia, sciendū, ꝙ & alię causę
diuortij celebrandi numeratę in iure cōi reperiū-
tur. Nā etsi in Auth. de nuptijs. §. mitiores itaq;
30 nuptiarū solutiones, quāplurimę † alię causę, qui
bus dimitti licebit viro vxorē suā, enumerent: ni-
hilominus in Auth. vt liceat matri, & auię. §. quia
verò, & §. causas aūt: sigillatim, & seiunctim recē-
sentur causæ pro celebrādo diuortio a viro cōtra
vxorē, & è cōtra, eo ꝙ in d. §. q a verò, infrascriptæ
causę numeraī, qbus viro licebit dimittere vxorē
suā videlicet. Prima est si vxor cōscia sit aliquibus
cogitātib. cōtra Imperiū, & viro suo nō indicaue
rit. Secūda si adulteriū ab ea ꝑpetrarū fuerit, & iu
dicio ꝓbatū. Tertia si vitę viri quomodolibet insi
diata fuerit, vel alijs hoc faciētibus ipsa cōsentiēs
viro suo nō iudicauerit. Quarta si nolēte viro foris

domum

domum manſerit apnd extraneos, ſcilicet ſi cir-
cenſibus, aut theatris, aut amphitheatris inter-
fuerit ad ſpectandum iguorante, aut prohibente
viro, & in d.§.cauſas autem, enumerantur cauſæ,
quibus conceſſum eſt vxori dimittere propriũ vi-
rum: & ſunt hæ, Quarum prima eſt, ſi vir cõtra im
perium, aut ipſe cogitauerit aliquid, aut cogi-
tantibus conſcius non indicauerit Imperio, aut
per ſe, aut per quamcunque perſonã. Secunda ſi
quolibet modo vir inſidiatus fuerit vitæ mulieris,
aut alijs hoc volentibus ſciens non manifeſtaue-
rit vxori, & ſtuderit ſecundum leges vlciſci. Ter-
tia ſi maritus vxoris caſtitati inſidiatus, alijs etiã
eam adulterandam tentauerit tradere. Quarta ſi
vir de adulterio inſcripſerit vxorem, & adulteriũ
non probauerit, ſcilicet ſi vir in domo ſua, in qua
cum ſua coniuge commanet, contemnens eam, cũ
alijs inueniatur in ea domo manens: aut in eadẽ
ciuitate degens, in alia domo cum muliere fre-
quenter manere conuincitur, & ſemel, & ſecũdò
culpatus, aut per ſuos parentes, aut per mulie-
res, aut per aliquas alias fide dignas perſonas
ab huiuſmodi luxuria non abſtinuerit.] hæc
ibi. ex quibus patuit veritas eorum, quę paulò an
tè attulimus in probationem præſentis limitatio-
nis. Probatur & ſecundò Doctorum auctoritate.
Nam glo. idipſum docuit in l. ita nobis cordi pu
dot. verſ. quinquennij. in fi. C. ad l. Iul. de adulter.
vbi poſt multorum aliorum caſuum ſimilium præ
ſcriptionis enumeratione vltra tres exceptos a d.
l. concludens dixit. Dic ergo præter has tres, &
præter alias ſimiles approbatas a iure: vt non ob-
ſtent prædicta iura, quæ contraria hic ſignantur,
lex, glo. illa, ex qua colligitur, quòd exceptio fa-
cta in vno iure non firmet regulam in alijs exce-
ptuatis iuribus. Quod & expreſsè docuit ibi-
dem Bart. dicens nota, quòd hæc lex ſtatuit poſſe
tantum certas exceptiones obijci, & per hoc non
excluduntur aliæ exceptiones legitimæ in corpo-
re iuris incluſæ: vt hæc glo. Idẽ docuit gloſ. in d.
Clem. exiui. §. denique, verſ. deniq; de verb. ſigni-
fica. infraſcriptis vtens verbis, videlicet: licet ex-
ceptio vnius, aliorũ ſit incluſio: quia exceptio fir-
mat regulã. Tamẽ ſi per alia iura de illo erat di-
ſpoſitum, non tollitur illa diſpoſitio: licet enim
hic dicatur, & alijs tẽporibus quã in feſto Omniũ
Sanctorum vſque ad Natiuitatẽ, vel in quadrageſi
ma fratres nõ tenentur ieiunare, niſi ſexta feria:
nõ per hoc includitur quod poſſint nõ ieiunare
ieiunijs ab Eccleſia inſtitutis: eſt ergo tantũ ſen-
ſus, quod ad ieiunia alia extra ſextam feriã nõ te
nentur ex pręcepto regulæ, & ſic non pluſquã alij:
ſed ad ieiunium ſextę ferię tenentur pluſquã alij.
hæc gl. illa ſingularis. idẽ docuit Bar. in l. ſerui no-
mine, nu. 3. ff. de vſucap. & vſurpat. dicẽs, quòd li-
cèt ſit hæc dictio taxatiua, tamen auctoritate al-
terius legis extenditur. Adde tu quod ex his ver-
bis Bar. verbis formalibus (inquam) Pan. in cap.
inter alia, nu. 15. verſ. item adduco. ext. de immu.
eccl. elegantiſſimè elicit ipſum Bar. voluiſſe, quòd
31 ſi vnum ius † ponat regulã, & excipiat aliquẽ ca-
ſum cũ dictione taxatiua, quòd nihilominus ex-
cipiuntur alij caſus, qui reperiuntur excepti in a-
lia parte iuris, hęc Panor. ſequitur Bar. vbi ſupra,
ſed ſi alia lex hoc non diceret, tunc propter ratio
nẽ legis extẽderetur in materia fauorabili, & pia.
Idẽ ipſe Bar. tacitè docuit in l. 3. §. cũ Tirio, nu. 2.
ff. de adimẽ. legatis, dicẽs quòd ex dictione taxa-
32 tiua † non inducatur legis correctio, quaſi dice-
ret aliæ leges remanebunt in ſua virtute, quod &
adhuc apertius idẽ Bar docuit in l. ſi cõſtante, in
9. quęſt. primæ partis princ. nu. 42. in fi. verſ. diſtin
gue ergo quum quæritur. ff. ſoluto matrimonio di
cens, aut lex eſt prolata ſimpliciter, aut in ea ſunt
verba taxatiua. Primo caſu, aut per extenſionẽ in-
duceretur correctio, & non poteſt: vt in Authen.
quas actiones, & in l. pręcipimus, in fi. C. de appel.
aut per extenſionẽ induceretur legũ declaratio,
ſeu diſtinctio, & tunc poteſt fieri, vt hic, & in re-
gula. Quæ propter neceſſitatem, vt ibi notat, aut
33 in ea ſunt verba taxatiua: & tunc, † aut per aliam
legem apparet de extenſione, & extẽdimus, vt in
l. ob æs. C. de prædijs minor. l. ſerui nomine. ff. de
vſucap. & in l contractus. ff. de reg. iur. aut per aliã
legẽ non apparet, & tũc aut lex eſt prolata in caſu
fauorabili, & extenditur, vt in l. illud. C. de ſacro-
ſanct. eccle. aut in caſu odioſo, & tunc non exten-
ditur dicta lex prolata cum taxatiua, vt in l. 2. C.
de patri. qui diſtra. & quod notat Dyn. in regula.
In argumentũ, de regul. iuris, in ſexto: hæc Bart.
vbi ſupra. & quidem verè hoc docuit dictus Dyn.
in dicta regula in argumentũ in fine. Idẽ ipſe Bar.
rurſum ſingulariter docuit in conſi. 130. in cap. in
cauſa, lib. 4. quẽ refert, ac ſequitur Euerardus in
Topica iuris, cap. locus ab exceptione ad regulã.
num. 5. verſ. ſecundò dicta theorica, aſſerens hoc
eſſe notandũ, & ſępe ſe habuiſſe de facto, cũ eſſet
officialis Henrici de Bergis Epiſcopi Cameracen
ſis. Idẽ docuit Cardinalis Zabar. in d. Clem. exiui.
§. deinde, dicens, quòd licèt exceptio vnius, alio-
rũ ſit incluſio, quia exceptio firmat regulam: ta-
mẽ ſi per alia iura de illo erat diſpoſitum, nõ tolli
tur illa diſpoſitio: licèt enim hic dicat [& alijs tẽ-
pòribus quã a feſto Omniũ Sanctorũ vſque ad Na
tiuitatẽ, vel in quadrageſima fratres non tenentur
ieiunare, niſi ſexta feria, non per hoc includi-
tur, quòd poſſint non ieiunare in ieiunijs ab Ec-
cleſia inſtitutis. Eſt ergo tantùm ſenſus: quòd ad
ieiunia alia extra ſextã feriã non tenentur ex prę
cepto regulæ: & ſic non pluſquã alij: ſed ad ieiu-
nium ſextę ferię tenẽtur pluſquã alij, vt in c. fi. ext.
de obſerua. ieiun. Hęc oĩa Cardinalis Zabar. Idem
docuit Apoſtilla. ſuper l. ſerui nomine. ff. de vſuca.
dicẽs, nota gl. ad hoc, ꝙ dictio taxatiua nõ exclu
dit ſimiles caſus, nec extenſionẽ per alia iura. Idẽ
docuit Ioannes de Ana. in c. lator. in fi. ext. de ho
micidio. vbi dixit, quòd licet ſtatutũ diceret, ꝙ
homicida occidatur, niſi faceret cauſa defenſio-
nis neceſſariæ. & ſic exciperet vnũ caſum tantũ:
tamẽ debebat intelligi ſecundũ ius cõmune, & ſic
de homicida culpabili, vt in l. 2. ff. de noxal. act. &
in cap. in noſtra, de iniurijs: & addit dictus Ana.
quòd huius ſententiæ fuerunt Flor. & Salicetus,
& liberauerunt quendam a capitali ſententia.
Idem ſenſerunt multi Doctores, quos recenſet
Alex. in l. ſi ſeuerior. col. 2. C. ex quibus cauſis in-
fa. irrogatur. quos & ipſe ibi ſequutus fuit. Idẽ do
cuit ipſemet Alex. in l. fina. ff. quod quiſque iuris.
Idẽ docuit Panor. in c. cùm dilecta, nume. 8. verſic.
& vide ad prædicta, extra de confir. vti. vel inu-
ti. vbi ſequens ſupradictam doctrinã Bart. dixit,
34 quòd ſi exceptio † eſt facta per dictionẽ taxatiuã,
nihilominus extenditur ad alium caſum, qui in
alia parte iuris reperitur exceptus, vt ibi not. &
videtur probari, in cap. quoniam, in princip. iun-
cta glo. vt lite non conteſt. ſi alibi autem ſpecifi-

çè non excipitur: & tunc per identitatem ratio-
nis extenditur in materia fauorabili, & pia; vt sen
ţit glo. not. in l. illud. C. de sacrosanct. eccles. in ver
sicu. alicuius: secus in materia restringibili, vt
not. in l. 1. C. de patri. qui fil. di. & hoc nota. hæc
Panormitanus vbi supra. qui rursus eadem repe-
tens in dicto cap. quoniam, num. 4. versicu. & ex
hoc tex. dixit, quòd ex illo textu iuncta glo. nota.
quòd casus excepti firmant regulam, vt in c. do-
minus, 32. quæstio. 7. nisi reperiantur in alia par-
te iuris: idem docuit ipsemet Abbas rursum in c.
ad audientiam, num. 2. versi. primò nota. vbi hęc
protulit verba notatu dignissima, videlicet. Pri-
mò nota vnum dictum satis notabile, quòd statu-
35 tum disponens † in materia iuris, & excipiens
duos casus aliàs a iure exceptos, non videtur in-
cludere alios casus prorsus consimiles a iure ex-
ceptos: & hoc ideo, quia ex quo disponitur in
materia iuris, & nõ agit specificè derogare iuri,
recipit omnes limitationes iuris. Nam non resi-
dentes priuantur fructibus, & excipiuntur infir-
mi, & existentes in seruitio Papæ, vel Episcopi;
Statutum verò, de quo hìc, excipiebat solùm duos
casus, nec per hoc excludit tertium casum, imò
intelligitur exceptus, sicut excipitur a iure com-
muni: quod videtur mirabile contra illam regu-
lam, quòd exceptio firmat regulam in casibus nõ
exceptis, vt in cap. Dominus, 32. quæstio. 7. & fa
çit hæc litera optimè in argumentum, quòd sicut
casus exceptus a iure extenditur ad consimilem
casum propter identitatem rationis, & probatur
in cap. cùm dilecta, extra, de confir. vti. vel inut.
notat glo. in l. 1. C. de condit. indebi. ita & casus
exceptus a statuto, vbi disponit statutum in ma-
teria iuris, vt probatur hic. Idem docuit ipsemet
Panormitanus, in cap. inter alia, num. 15. versic.
præterea vbicumque, extra de immuni. eccles. se-
quens Bart. in dicta l. serui nomini. Idem docuit
Felinus in cap. quoniam frequenter, colum. 2. ver
sicu. limita secundò, sequens Cardinalem Zabar.
Pan. & Ana. vbi supra. addens ipse & hæc verba,
videlicet. Et caue, quia circa hoc opus esset mul-
tiloquio: si enim agitur de inducenda fallentia,
ad regulam propter casus expressè a iure positos,
tunc res est clara: sed quando agitur de extenden
do casum exceptuatum ad casum similem, ibi est
maior difficultas; in qua opus est videre, quando
in materia correctoria, vel stricta fiat extensio, de
quo vide regulam negatiuam cum pluribus fallen
tijs, per Imo. in Clem. 1. de elect. per Domin. in c.
1. de tempor. ordin. in sexto, & profundissimè per
Butr. in repe. cap. fin. extra de consuet. & per Imo.
in l. si vero. §. de viro. ff. soluto matri. hæc ille, qui-
bus adde (eruditissime Lector) ea, quæ nos scri-
psimus supra in nostra vnica quæstione de exten-
sione legum pœnalium & correctoriarum: quia
post multas vigilias ibi coacervauimus ferè om-
nia, quæ hucusque Doctores dixerunt de tali ma
teria, & forsan, ni fallor, distinctius: vide ergo
ibi. Præsenti quoque limitationi se subscripsit De-
cius in l. 1. num. 34. versic. & pro vlteriori decla-
ratione. ff. de regulis iuris, dicens hoc esse cla-
rum, quòd exceptiones, quæ factæ reperiuntur
in alio iure, non excludantur per exceptionem fa-
ctam in aliquo alio iure, etiam si exceptio facta
sit per dictionẽ, tantùm, vel duntaxat: quia pro-
pter hoc non tolluntur aliæ exceptiones compre
hensæ per alia iura: quia hoc modo alia iura cor-
rigerrentur, quod non est dicendum, vt notat Bar.
in l. 3. §. cum Titio. ff. de adimen. leg. l. ob æs. C. de
præd. mino. & in l. serui nomine. ff. de vsucapi. &
idem tradit Angel. in l. si hominem. §. in ędilitijs.
ff. de edil. edict. & in l. Paulus. §. hæres rogatus.
versi. & hinc est. ff. de vsufr. & in l. ita nobis. C. de
adulter. Alexand. in l. 2. C. de contract. & in l. 1. §.
per seruum. ff. de acquir. poss. & hoc etiam habet
locum, si verba taxatiua essent geminata, vt tra-
dit Alexan. in consi. 130. incipien. in causa, colum.
3. versic. nec obstat, lib. 4. idem docuit Corsetus
in suis singularibus, versic. extensio incipien. di-
spositio simplex, sequens Bart. in l. serui nomine,
num. 3. ff. de vsucap. & quòd in casibus aliquibus,
in quibus sequeretur correctio alicuius iuris scri
pti: vel absurdum aliquod resultaret: regula non
ampliaretur ad casus ipsos, ratione quorum seque
retur ipsa iuris correctio; probatur Doctorum au
ctoritate hoc ipsum expressè docentium, Bartol.
enim in l. 3. §. cum Titio num. 2. ff. de adimen. le-
gat. dixit quòd ex dictione taxatiua, scilicet, tan
tum, non inducatur legis correctio. Idem aper-
tius docuit Decius in l. 1. num. 31. versicu. & ad
supradicta sequens Alex. in l. fina. ff. quod quisque
iuris. Idem docuit ipsemet Alexand. non solùm
in dicta l. fina. verum etiam in consil. 106. incip.
visis, volum. 1. quem sequitur quoque Euerardus,
in sua eleganti Topica iuris, in capitulo locus ab
exceptione ad regulam, num. 5. addens, quod hoc
sit indubitatum & certum. Idem docuit Couar-
ruuias in libro secundo variar. resolut. cap. 5. nu-
me. 6. versic. quibus astipulatur, quòd regula in
36 casibus exceptis, vbi dixit, quòd † exceptio non
est sufficiens ad correctionem iuris veteris, seu
communis. Probatur & tertio hac ratione præ-
sens nostra secunda limitatio, quã ratione dictus
Couarruuias ibidem subintulit dicens: quia casus
omissus a lege, manet decidendus iux. disposi-
tionem iuris communis, vt in l. comodissimè. ff.
de liber. & posthumis.

Amplianda erit præcedens limitatio, dicendo,
non solùm eam verificari in casu excepto, a iure
communi, ita quòd non possit extendi exceptio
37 † ipsa in alijs casibus, qui similiter reperiuntur,
excepti in alia parte iuris communis, cum in illis
non firmet regulam, verum etiam idem erit dicen
dũ in casu excepto a iure municipali, loquente in
materia iuris cõis, & aliquos casus excipiente ẽt
cõditione taxatiua: cum nec tunc exceptio talis
firmet regulã in nõ exceptis in ipso iure munici-
pali, eoq; illi semper remaneãt excepti, nisi specia
liter fuissent concessi, vt fuit dictũ in dicta limita-
tione pręcedenti de casibus, qui alibi reperiuntur
excepti in alia parte iuris communis. Hæc am-
pliatio probatur apertissime per textum; in cap.
cum dilectus, & in c. ad audientiam ext. de cle. nõ
resid. quorũ canonum tenorem ad verbũ reperies
infra in probationẽ subsequentis tertiæ limitatio
nis. Probatur & secundò Doctorũ auctoritate, An
tonius enim de Butrio hoc ipsum docuit in dicto
capitu. ad audientiam, colum. 1. & 2. his verbis
38 vtens videlicet. Nota quòd constitutio † localis
disponens, quod ius commune, & iuramentum
super eare præstitũ recipit omnes exceptiones, &
limitationes iuris, seu a iure datas in materia, in
qua disponit, & extendi videtur ẽt ad casum fictũ,
in materia in qua specificè disponit constitutio,
hæc tene menti. Nota quod cõstitutio disponens

id quod ius commune, non intelligitur, vt aliquid
addat ad ius, in quantum tertio præiudicium in-
ferretur: imò reſtringitur ad limites iuris. Nota
quod conſtitutio diſponens in materia iuris ali-
quos caſus à iure exceptos excipiens in alijs caſi-
39 bus à iure exceptis, † contra ius non firmat regu-
lam, imò à iure in caſibus omiſſis ſuppletur con-
ſtitutio, vt ſubaudiatur, & conſtitutio recipit ſub-
auditionem iuris. hæc Antonius vbi ſupra, qui idē
dixerat in c.cum dilectus.col.1. verſic.nota quod
ſtatutum, extra de Cler.non reſid. his verbis vtēs,
videlicet: Nota, quod ſtatutum diſponēs id, quod
40 ius, † & ſic in materia iuris omnes interpretatio-
nes, exceptiones, & limitationes iuris in illa reci-
pit, & eſt bonus tex. iſte in materia interpretatio-
nis ſtatutorum: & ſic nota quod ſtatutum diſpo-
nens illud, quod ius non comprehendit in ſe caſus
exceptos à iure in materia iuris, & ſic aliquid nō
comprehendit vltra ius, quòd ex comprehēſione
tertio præiudicium inferretur. Idem docuit Panor
mitanus in c. inter alia.nu.15. verſ.præterea vbi-
cunque, extra de immun. Eccleſ. vbi infraſcriptis
vſus fuit verbis, videlicet: Præterea vbicunque lo-
quitur conſtitutio in materia iuris communis, &
aliquos caſus excepit, non per hoc firmat regulam
in non numeratis contra ius commune antiquū,
imò in caſibus non exceptis ſuppletur à iure com
muni: ad hoc allego tex. in c. ad audientiam, cum
ibi not. de Cler. non reſid. item adduco Gloſ. &
Bart. in l.ſerui nomine. ff. de vſucap. vbi notanter
voluit, quod ſi vnum ius ponit regulā, & excipit
aliquem caſum dictione taxatiua, quod nihilomi
nus excipiuntur alij caſus qui reperiuntur excepti
in alia parte iuris. hæc Panormitanus, qui videtur
per ſupradicta voluiſſe docere, quod ipſe Bar. in-
tellexerit de quolibet iure, etiā municipali, cùm
ad hoc probandum attulerit dicta verba Bar. quæ
prima fronte videntur interpretanda fore de iu-
re communi ſolùm. Idem apertius ipſe Panor. in
d.c.cum dilectus, nu.5. verſ.& nota ex hoc. vbi in-
fraſcripta dixit, videlicet: Et nota ex hoc, & ex
tex. quod conſtitutio diſponens in materia iuris,
non includit in ſe caſum aliàs exceptū à iure com
muni, ſeu caſum fictum à iure communi. Nam de
iure communi eſt, quod non reſidens, fructus non
percipiat, ſed familiaris Papæ excipitur, ſeu cen-
ſetur reſidere; vnde cōſtitutio ſimpliciter dictās,
vt nemo habeat fructus in abſentia, non includit
caſum à iure exceptum, imò verificatur in caſu fi-
cto contra not. in l.3. §. hæc verba. ff. de negot. geſt.
& in c. in noſtra. extra de iniurijs. & hoc ideo eſt,
quia ius in hoc æquiparat caſum verum, & fictū.
Vnde conſtitutio diſponens regulariter id, quod
ius debet recipere omnes interpretationes, & li-
mitationes iuris, quod perpetuò nota. & clariùs
probatur in c.ſequenti, ſecus dic, vbi ſtatutum eſ-
ſet præter, vel contra ius, & odioſum, tunc non ve-
rificabitur in caſu ficto à iure, qui habetur pro ve-
ro, & ſic habes caſum, in quo ſtatutum verificatur
in caſu ficto contra not. in l.3. §. hæc verba. ff. de
negot. geſt. hæc. Panor. vbi ſupra, qui in dicto c. ad
audientiam. not.1. Idem docens dixit, primò no-
ta vnum dictum ſatis notabile, quod ſtatutum di-
ſponens in materia iuris, & excipiens duos caſus
aliàs à iure exceptos, & hoc ideo, quia ex quo di-
ſponitur in materia iuris, & non agit ſpecificè de-
rogare iuri, recipit omnes limitationes iuris. nam
de iure non reſidentes priuantur fructibus, & ex-
cipiuntur infirmi, & exiſtentes in ſeruitio Papæ,
vel Epiſcopi: ſtatutum verò, de quo hic, excipie-
bat ſolum duos caſus, nec per hoc excludit tertiū
caſum, imò intelligitur exceptus ſicut excipitur à
iure communi, quod videtur mirabile contra re-
gulam, quòd exceptio firmat regulam in caſibus non
exceptis, vt in c. Dominus. 32.q.7. & facit hæc li-
tera optimè in argum. quod ſicut caſus exceptus
à iure extenditur ad conſimilem caſum propter
idētitatem rationis, & probatur in c.cum dilecta,
de confirm. vtili, vel inutili, & not. glo. in l.1. C. de
condit. indeb. ita & caſus exceptus à ſtatuto, vbi
diſponit ſtatutum in materia iuris, vt probatur
hic: ſi autem diſponeret contra ius, vel præter, for-
te diceremus oppoſitum: quia caſus expreſsè non
prouiſus in ſtatuto, relinquitur diſpoſitioni iuris
communis. Secundò nota principaliter, & ex tex.
41 [cum abſentes dici non debeant] quod † ſtatu-
tum diſponens in materia iuris verificatur etiam
in caſu ficto, quando caſus fictus eſt verus, vel ei
æquiparatur à iure, quod eſt etiam bene notandū,
& clariùs probatur hic, quam in c. præcedenti: &
aduerte, quod Papa hic non intendit indulgere
Epiſcopo, nec ſtatutum de nouo facere, ſed potius
reſpondit de iure, interpretando ſtatutum, patet
ex verbo [Decernimus] & ex ratione, quam alle-
gat. hæc omnia Panormitanus vbi ſupra, cui aſti-
pulatus fuit Felinus in c. quoniam frequenter. co-
lum.2. verſ. limita ſecundo. extra vt lite non con-
teſtata. Idem docuit Cardinalis Zabarel. & Ioan.
de Ana. in cap. lator. in fine. extra de homicid. &
quamplurimi alij Doctores, quos citat, & ſequi-
tur Alex. in l.ſi ſeuerior. col.2. C. ex quibus cau. in-
fam. irrog. Idem docuit Decius in c.cum dilecta.
col.2. not.5. extra de confir. vtil. vel inutil. ſequens
Panormit. in dicto cap. ad audientiam. & rurſum
idem Decius in l.1. in fine. ff. de regul. iur. qui ſe
ſubſcripſit ſententiæ Panor. in d.c. ad audientiam.
idē docuit Didacus Couarruuias in lib.2. variar.
reſolut. c.5. nu.6. verſic. hæc omnia ſequens Ioan.
Lupum in tract. de donat. inter vir. & vxor. in §.6.
& Panormit. in d.c. ad audientiam.

Limita præcedentem ſecundam limitationem,
42 dicendo ipſam veram, † niſi quando verba exce-
ptionis nihil aliàs operarētur, quia tunc amplian
da eſſet exceptio. hæc limitatio implicitè fuit
probata per ea, quæ fuerunt allata ſupra in pro-
bationem præcedentis ſecundæ concluſionis, cum
Doctores ibi citati docuerint, quod ſi exceptio
fuiſſet facta de eo, quod ſub regula regulariter nō
comprehendebatur, tunc ne exceptio redderetur
ſuperflua, & inutilis, & vti aliquid operaretur, eſ-
ſet dicendum ipſam regulam ab exceptione am-
pliari. hoc ipſum explicitè docuerunt Doctores
infraſcripti, videlicet Decius in c.cùm dilecta. co
lum.3. verſ. vltimò notandum. extra de confir. vti-
li, vel inutili, his verbis vtens, videlicet: Vltimò
notādum, quòd nunquam virtute exceptionis re-
gula ampliatur, ſi correctio iuris ſequeretur, vt eſt
gl. quæ ita intelligitur ſecundum Alex. ibidem in
l.fin. ff. quod quiſque iur. ſed contra hoc facit, quia
vt verba aliquid operentur, argumentum à con-
trario ſenſu colligitur etiam ad correctionem iu
ris, vt notat Alex. poſt Roman. in Authent. ex te-
ſtamento. in princ. iuncta l.1. C. de collat. per illū
tex. ita ergo videretur dicendū in iſto caſu, quan-
do verba exceptionis nihil aliàs operarentur. hæc
ille, vbi ſupra. Cuius dictis conſonant quæ dixit

Eucrardus

Euerardus in sua Topica iur. in c.loc. a) excepti.
ad regulam.nu.5. vers.& sic resolutiuè loquendo,
dicens: & sic resolutiuè loquendo, in vno solo ca-
43 su exceptio ampliat regulam, † scilicet quando
non est de comprehensis sub regula: & nisi am-
pliaret regulam, redderetur inutilis, & nihil ope-
raretur, vt in exemplis supra positis, & similibus,
quod nota. quibus adde, quod hic Doctor loqui-
tur de exemplis per me recẽsitis in probationem
prædictæ secundæ limitationis: cum & ipse ibi-
dem eandem enarret.

Limita tertiò præcedẽtem primam conclusio-
44 nem, dicendo ipsam non habere locum † in casi-
bus similibus ipsis casibus exceptuatis: nam quo
ad ipsos regula non firmatur ab exceptione, imò
potius exceptio ad ipsos extendetur, etiam si ad-
esset dictio taxatiua in iure excipiente, licet etiã
huiusmodi casus nõ reperiantur alibi in iure cõ-
muni, vel municipali expressi propter idẽtitatem
rationis, quando ius municipale disponit in ma-
teria iuris communis. hæc limitatio probatur tri
plici modo. Primò per argumentum in Clem.exi-
ui.§.cum autem natura. de verbor.signific. vbi hæc
habentur, videlicet: [Cum autem natura termini
restrictiui hoc habeat, quod sic excludit ab ipso
extranea, quod cuncta ad ipsum pertinentia inclu
dit.] Dixi per argumẽtum probari, eo quod & si
ad verbum veritas præsentis limitationis inibi nõ
contineatur, bene tamen ex ipso elicitur cùm in-
cludat sub expressè exceptis omnia pertinentia,
idest habentia eandem identitatem rationis, ac
per cõsequens sequitur, quòd casus excepti exten-
dantur ad similes expressè nõ exceptos. Et scien-
dum, quòd hic textus citatur ad hoc ipsum pro-
bandum ab Ana.in cons.56.& Decius, & Cagnol.
in l.1.ff.de reg.iur.nu.36.& 37. hoc multipliciter
probant. Rodericus Xuares in repet. l. Regiæ. de
execut.contract.versic.venio ad secundam partẽ,
prout refert, & eos sequitur Couarruuias in lib.2.
variar.resolut.c.5.nu.6.in fine. Idem probatur per
tex.in c.post translationem.§.verum postulationi.
extra de renunc. vbi Innocentius Tertius comme
morando constitutionem Concilij Constantino-
politani (Adde quòd eius tenor est canonizatus
in c.hoc nequaquam. 7.q.1.) vbi his præcisis ver-
bis vsus fuit, videlicet: [Verùm postulationi hu-
iusmodi videbatur Concilij Constantinopolitani
Capitulum obuiare, in quo statutum est, vt qui-
45 cunque de Pontificali dignitate † ad Monacho-
rum vitam, & pœnitentiæ locum descenderit, ne-
quaquam vlterius ad Pontificatum resurgat. Vn-
de contra dictum Concilium (cùm sit vnum ex
quatuor principalibus, quæ sicut quatuor Euan-
gelia Ecclesia Catholica veneratur) nullatenus vi
debatur eorum postulatio admittenda. Cæterum
speciales quidã casus inueniuntur, in quibus præ-
dicto Concilio, non obstante is, qui vitam Mona-
chalem elegit, rursum potest ad Episcopatum as-
sumi: si enim quisquam persecutionis rabie sæ-
uiẽte, vel præpediente in valetudine corporis, cũ
proficere nequeat in regimine pastorali, de Supe-
rioris auctoritate ad Monasticam vitam descen-
dat: persecutionis, vel ægritudinis impedimento
cessante, ad Episcopalem poterit resurgere digni-
tatem. Item si quis propter litteraturæ defectum
(ne tanquam cœcus cœco ducatum præbeat, locũ
regiminis auctoritate Apostolica deserendo, ad
otium se contulerit Monachale, ac per exercitium
lectionis, scientiæ repererit margaritam, procul-
dubio poterit denuo vocatus à Domino Cathe-
dram reascendere pastoralem. Rursus si quis per
cupiditatem parentum (eo tamen penitus igno-
rante) fuerit Episcopatum adeptus, & hoc com-
perto Episcopatum ipsum de licentia Superioris
dimittens obseruantiam elegerit regularem, & si
ad Episcopatum eundem postmodum redire ne-
queat, iuxta canonicas sanctiones, ad alium tamẽ
poterit licitè reassumi. Quanquam autem in his,
& consimilibus casibus, is qui Episcopatu dimis-
so, Monasticam vitam elegit, resurgere valeat ad
officium pastorale, nihil tamen in his contra præ-
scriptum intelligitur Concilium attentari, quod
in eo loquitur casu, cùm propter aliquod crimen
Episcopatum quis deserens, ad vitam Monasticã
pœnitentiæ causa descendit; & paulò post subdi-
tur ibidem: cùm ergo nobis constare nequiuerit,
ob quã causam prædictus I. Episcopatui olim ces-
serit, mandamus, quatenus si tibi cõstiterit, quòd
propter aliquam ex præmissis causis, seu consimi-
libus idem I. Episcopatui cesserit memorato, tunc
auctoritate nostra (dummodo necessitas, vel vti-
litas id exposcat) licentiam ei tribuas ascenden-
di ad regimen Ecclesiæ fauenti, maximè si verita-
ti subnititur, quòd dictus I. loco tãtummodo ces-
serit memorato, & non ordini, vel etiam dignita-
ti, &c.] hæc ibi inter alia. Ex quibus apertissimè
elicitur veritas præsentis nostræ limitationis, cùm
ibi rememorati regula tradita à Concilio Con-
stantinopolitano, in quo habetur quod Episcopus
ingrediens Religionem sit inhabilis deinceps ad
alium Episcopatum obtinendum, quæ postea re-
gula fuit confirmata à dicto Innocentio Tertio in
d.c. post translationem. necnon declarata inten-
tio ipsius Concilij excipiendo expressè supra ci-
tatos quatuor casus: & ne quis putaret, quòd re-
gula illa vulgatissima, in qua habetur, quod exce-
ptio firmat regulam in non exceptis, ad corticem
verborum esset intelligenda, & quod nõ esset ex-
tendenda ad alios casus similes inibi expressis:
Addidit statim ibidem Papa, quod idem sit di-
cendum in casibus similibus, & hoc bis reperijt
ibidẽ. Primò, in verbis illis. [Quanquam autẽ in
his, & cõsimilibus casibus.] Et secundò ibi. Qua-
tenus si tibi cõstiterit, quod propter aliquam ex
præmissis causis, vel consimilibus. idem probatur
per textum in c.cum dilecta. §. nos igitur. ext.de
confirm.vtili, vel inutili. vbi Innocentius Tertius
infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet: [Nos igi-
tur attendentes, quòd iure sit ciuili statutum, vt quan
46 do periculum testium formidatur, † ne veritas
occultetur, & probãdi copia fortuitis casibus sub-
trahatur, etiam lite non contestata testes valetu-
dinarij & alij, de quibus ex aliqua causa rationa-
bili timetur, ad testimonium admittantur: eius-
dem æquitatis similitudine prouocati prædicta
priuilegia quasi iam nimia vetustate consumpta,
cum fuerint nõ in pergameno, sed in papyro con-
scripta, duximus innouanda.] hæc ibi. Idem do-
cuit textus quam apertissimus in c. quoniam fre-
quenter. extra vt lite nõ contestata. vbi idem In-
nocentius Tertius idipsum statuit apertiùs infra-
scriptis vtens verbis, videlicet: [Quoniã frequen
ter in dubium reuocatur à multis, an lite non con
testata testes recipi valeant, auctoritate præsen-
tium duximus declarandum, regulariter verum
esse, quòd lite non contestata non est ad receptio-
neum

nem testium procedẽdum, nisi forte de morte testium timeatur, vel absentia diuturna, in quibus casibus cum ciuiliter est agendum (ne veritas occultetur, & probationis copia fortuitis casib. subtrahatur) senes, & valetudinarij, & alij testes (de quibus ex aliqua rationabili causa timetur) etiam lite non contestata sunt proculdubio admittendi, siue pars conuenta sit cõtumax, siue sit absens absque malitia, vt conueniri non possit.] hæc ibi. in principio, sed in §. porrò ibidem, idem probatur: nam ibi hæc habentur, videlicet: [Porrò speciales causæ possunt occurrere, in quibus casualiter esset aliud obseruandum, vt verbi gratia, si super alicuius electione, vel copula matrimoniali quæstio moueatur, tunc etenim (ne propter longam moram in spiritualibus, & temporalibus patiatur Ecclesia læsionem, vel viro, siue mulieri fornicationis occasio præbeatur, maximè cum propinquitatis gradus opponitur lege Diuina prohibitus) in huiusmodi casibus (si contumax apparuerit is, in quem fuit actio dirigenda: siue quia peremptoria citatione recepta, venire cõtemnit, siue quia malitiosè seipsum occultat, siue quia impedit ne possit ad eum citatio peruenire) testes lite non contestata sunt meritò admittendi: & nihilominus si de causa liqueat ad diffinitiuam sententiam procedendum.] hæc ibi. Ex quibus elicitur primò, quòd non sine causa dicitur in textu [ciuiliter] quoniam in causa criminali, criminaliter mota, vt docet hic Innocentius (secus si causa esset criminalis tamen ciuiliter fuisset mota, idem Ioan. Andr. & Host. & omnes alij) non reciperentur testes lite non contestata, nisi reus citatus non compareat, & sic sit contumax: nam tunc ipso cõtumace existente, testes recipiuntur etiam non facta litis contestatione, vt docet textus apertissimus in c. veritatis. extra de dolo, & contum. & in quamplurimis alijs iuribus, & ibi per Doctores, & per Gl. in d. c. qm̃ frequenter. vers. ciuiliter elicitur & secundò apertissimè, quòd exceptio facta non firmet regulã in similibus casibus, at potius ad eosdem extendetur: cùm ex mente iuris, vel hominis eliciatur, quòd velint ipsos comprehendi in casibus exceptuatis, & si expresſè illi non fuerint nominati sub facta exceptione, & tertiò, quòd valet argumentum à testibus ad instrumenta, seu priuilegia, cùm æquiparentur, quo ad hoc ipsum, cùm regula de testibus nõ admittendis ante litis contestationem excipiat testes nonnullos, & talis exceptio includat, etiam renouationem priuilegiorum, & similes casus expressis casibus in d. c. quoniam frequenter. Idem probatur per tex. in c. ad audientiam. extra de Cleric. non resid. vbi hæc habentur statuta ab Honorio Tertio, videlicet: [Ad audiẽtiam nostram peruenit, quòd cùm in Meldensi Ecclesia quædam sit constitutio vallata iuramento, & auctoritate Sedis Apostolicæ confirmata, vt Canonici, qui non resident in eadem, suarum priuentur fructibus præbendarum; illis exceptis, quos infirmitas excusaret, siue in Apostolicæ Sedis seruitio contingeret detineri, & infra. Decernimus, vt duo ex Canonicis Ecclesiæ
47 memoratę, in tuo seruitio existẽtes, † suarum fructus integrè percipiant præbendarum, cùm absentes dici non debeant, sed præsentes, qui tecum pro tuo, & ipsius Ecclesiæ seruitio commorãtur.] hæc ibi. Idem probatur per tex. in c. cum dilectus. ext. de Cler. nõ resid. vbi Honorius Tertius idem statuit, declarãs statutum æditum à Capitulo Meten. his verbis, videlicet: Cùm dilectus filius magister Otto, & infra: Mandamus, quatenus non obstante constitutione, quæ contra absentes Canonicos inter vos dicitur emanasse, fructus præbendæ suæ alliguetis eidẽ in nostro seruitio commoranti. Cùm familiares nostri, qui circa nos se obsequiales exhibent vniuersis, minori non debeant prorogatiua gaudere, quàm vestrum singuli, quorum negotia per ipsos sæpiùs promouentur.] hæc ibi. Ex quibus ambobus his Canonibus elicitur apertissimè, ꝙ casus excepti in iure tam communi, quàm municipali extenduntur ad similes, etsi ipsi inibi non sint expressi. Quapropter exceptio in huiusmodi casibus non firmatur, cum illi comprehensi intelligantur in expresſè exceptis, propter identitatem rationis. Nam ecce in d. c. ad audientiam. habetur, quòd in statutario illo iure, etsi expresſè excepti non fuissent non residentes propter famulatum præstandum Episcopo, sed solùm pro seruitio Papæ, vel infirmi, tamẽ de iure intelligendos fore residere, & exceptos illos fuisse tacitè declarauit ibi Honorius Tertius Papa, qui & in d. c. cùm dilectus. declarauit, quòd statutũ illud in quo dicebatur, ꝙ sint illi Canonici excepti à pœna amissionis fructuum suarũ præbendarum, qui actu residerent, sed talis pœna illos inuolueret, qui in Ecclesia non residerẽt, comprehẽderet Canonicos deseruientes Summo Pontifici: cùm reputandi sint residentes, & tacitè similiter exceptos, propter idẽtitatem rationis: Nam & Ecclesiæ seruitio, & vtilitati etiam Consuli assolcat apud summum per huiusmodi Canonicos obsequio ipsius Summi Pontificis addictos. Probatur & secundò præsens limitatio Doctorum auctoritate. Glo. enim in d. c. cùm dilecta. versic. similitudine. dixit, quòd ratio similis æquitatis similia iura suadere videtur, & quòd eadem sit ratio in testibus, & instrumentis, vt in l. in exercendis. C. de fide instrum. & in cap. peruenit. extra de testibus cogen. hæc Glo. illa. quibus addimus, quòd in dicta l. hæc ad verbum probantur, cùm inibi hæc habeantur, videlicet: [In exercendis litibus eandem vim obtinent tam fides instrumentorum, quàm depositio testium.] hæc ibi. Idem & clarius docuit glo. in l. ob æs. C. de prædijs minorum. in versic. alienum. dicens, alienũ tantùm, vel similem causam, vt dotem, vel donationẽ propter nuptias, & huiusmodi. hæc glo. illa, pro cuius intelligentia, sciendum, quòd ipsam præsenti limitationi se subscripsisse probatur ex verbis dictæ l. ob æs. cuius est Glos. Nam ibi hæc habentur, videlicet: [Ob æs alienum tantùm causa cognita Præsidali decreto prædium rusticũ minoris Prouinciale distrahi permittitur.] hæc ibi. Glosa ergo volens declarare, ꝙ & si textus ipse excipiat solùm propter æs alienum tantùm, nihilominus talis exceptio comprehendet aliam similem causam; ad quam ipsa exceptio extendenda erit. Vnde in ipsa simili causa non erit locus axioma illud, seu regula, quòd exceptio firmet regulam in non exceptuatis. cùm exceptio comprehendat similia exceptuatis à regula, etsi expresſè ipsa non fuissent nominata in exceptione facta in iure communi, vel municipali, idcircò (inquã) subdidit, vel similem causam, vt dotem, &c. Idem & ad verbum ferè docuit Bar. in d. l. ob æs. Nam ibi infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet: Hìc dicit ob æs

alienum

alienum tantùm, subaudias, vel similem causam. Nota ergo, quòd licèt in lege sit dictio taxatiua, tñ extenditur ad alios casus similes virtute aliarum legum. Idem Bar. docuit rursus in l.1.nu.11. vers. quero. dicitur hic. ff. de offic. eius, cui man. his verbis vtens, videlicet: Quæro, dicitur hic, ꝙ causa meri imperij potest delegari, si Præses vadit extra Prouinciam. Sed quid si ipse est infirmus, an eodem modo potest delegare? videtur, quòd non per hunc textum. ibi [non aliter.] In contrarium est veritas, secundum nostros Doctores, & Cynum hic in sexta quæst. argum. in l.1. ff. de officio Consulis. Præterea, eadem est ratio in infirmitate, quæ est in recessione Præsidis. hæc ille ibi. Ex quibus habemus, quòd licèt casus exceptuatus fuerit à regula generali de non delegando, qñ Præses egreditur Prouinciam, firmauerit regulã in reliquis casibus non exceptuatis, tamen ex mente Legislatoris elicietur dictam exceptionem fore extendendam ad quemcunque casum similem ipsi excepto. cùm militet eadem ratio, qua mouit Legislatorem ad illum casum excipiendum, quæ proculdubio fuit, vt per se Præses expediret negotia, & per alium quando ipse per se non posset impeditus à rationabili causa. Idem rursum docuit Bart. in l. serui nomine, nu.3. versic. & sic nota. ff. de vsucap. & vsurpa. dicens, quòd licèt hic sit dictio taxatiua, tamen auctoritate alterius legis extenditur. Sed si alia lex hoc non diceret, tunc propter rationem legis extenderetur in materia fauorabili, & pia. & idẽ prorsus docuit in l. si constante. q.9. nu 44. vers. aut in ea sunt. ff. soluto matrimonio. Idem docuit Glo. in l.1. in vers. iudicati. in fine. C. de condit. indeb. dicens: dic ergo hic non ex causa iudicati, scilicet vel simili: nam sufficit si Legislator vnum ponat gratia exempli. Idẽ docuit Glo. bene intellecta, in l. fin. vers. voluerit. C. de reuocan. donat. infrascriptis vtẽs, videlicet: Voluerit, sic ergo quinque sunt: sed quid si donator inops factus nõ alatur: Potest dici eum ad hoc cogi, vel donationem reuocari, licèt non enu meretur hic. argum. in l. alimenta. in princip. & in §.1. ff. de liber. agn. & in l. Diuus, & in l. ingratus. ff. de iure patro. hæc glo. illa, sed notandum, quòd dixi, bene intellecta fuerit, & hoc propter text. in d. l. fin. cuius verba est glo. & concordare debet, & quam interpretari creditur. Nam ibi hæc habentur, videlicet: [Generaliter sancimus omnes do-
48 nationes † lege confectas, firmas, illibatasq; manere, si non Primò, donationis acceptor ingratus circa donatorem inueniatur, ita vt iniurias atroces in eum effundat. Secundò, vel manus impias inferat. Tertiò, vel iacturæ molem ex insidijs suis ingerat, quæ non leuem sensum substantiæ donatoris imponat. Quartò vel vitæ periculũ aliquod intulerit. Quintò, vel quasdam conuentiones siue in scriptis donationi impositas, siue sine scriptis habitas, quas donationis acceptor spopõdit, minimè implere voluerit. Ex his enim tantummodo causis, si fuerint in iudicio dilucidis argumentis cognitionaliter approbatæ, etiam donationes in eos factas euerti concedimus, ne sit cuiquam licentia, & alienas res capere, & frugalitatem irridere donatoris, & ipsum iterum donatorem, suasq; res perdere: & prælatis malis ab ingrato donationis acceptore affici.] hæc ibi inter alia. Ex quibus modo apertissimè elicitur veritas interpretationis nostræ factæ circa sententiam dictæ Glo. Cùm ex ipso textu habeatur, quòd sire rit constituta regula, quòd omnis donatio legitimè facta reuocari non possit, exceptis quinque casibus supradictis, inter quos non reperitur casus exceptus, & dictis quinque additus à glosa, scilicet quando donator in inopiam versus fuerit, & ei donatarius alimenta non præstiterit, asserens idẽ iudicium faciendum, etsi inter illos quinque expressè non fuerit connumeratus: & ratio, quæ gl. mouit alia reddi non potest, nisi ratio similitudinis istius casus, cum casu ingratitudinis in textu expresso, cùm & ingratus donatarius non alimentans in inopia existentem suum donatorem apertissimè comprobetur. Quod nota, quia hanc rationem Doctores non tradiderunt. Idem docuit Alex. de Imola in l. certi cõditio. §. si num. ff. si cer. pet. Idem Angel. Ioan. de Imol. & alij Doctores in l.1. §. si is, qui. ff. ad Trebell. (vt refert Euerardus in Topica iuris, c. loc. ab except. ad regulam.) Idẽ docuit Bal. in d. c. post translationem, nu.3. versic. nota, quòd exceptio. dicẽs. Nota, quòd exceptio
49 † in vno casu porrigitur ad similes casus, vt in versic. quonquam autem. est textus multum notabilis hic. hæc ille. Idem docuit Cardinalis Zabarella, etsi non sic explicitè in dicta Clem. exiui. §. cum autem. vbi postquam dixisset, quòd exceptio firmet regulam. subdit in quarto notab. quòd de æquipollentijs idem iudicium hic, & in §. proximo. ac si apertè dixerit, quod dixi de exceptione, quòd firmet regulam. Idem dicendum erit de æquipolliẽtibus casibus exceptuatis per exceptionem factam, etsi specialiter de ipsis facta non fuisset aliqua mentio in casibus exceptis. Idem docuit expressè Panormitanus in d. c. cum dilecta. nu.6. vers. item nota. dicens, semper tene menti, ꝙ nedum dispositio simplex trahitur ad alium casum ex identitate rationis, sed etiam casus exceptus à regula: Nam Papa hìc casum exceptum in c. quoniam, vt lite non contestata, vt testes recipi possint non seruata iuris solemnitate, trahit ex identitate rationis ad innouationem priuilegij. Et sic per hoc credo, quòd licèt in iure reperiantur tres casus excepti duntaxat, in quibus absentes debent vocari ad Capitulum (de quibus per glo. in c.2. de testibus.) in sexto, ꝙ vocandi erunt in alijs casibus consimilibus, vel arduioris, & per hoc limita id, quod dicitur exceptionem firmare regulam in nõ exceptis, vt in c. Dominus, 32. q.7. procedit enim vt restringatur regula ad casus nõ consimiles exceptis. si autẽ exceptio est facta per dictionem taxatiuam, etsi specificè alibi in iure non excipiatur, nihilominus per identitatem rationis in materia fauorabili, & pia, vt sentit Glo. not. in l. illud. C. de sacrosanc. Eccles. in versic. alicuius. secus in materia restringibili, vt not. in l.1. C. de patr. qui fil. distr. & hoc nota. hæc Panormit. qui idipsum docens in d. c. quoniam frequenter. nu.4. in fine. in versic. & ex hoc tex. dixit, quòd ex illo tex. & glo. notandum erit, quòd casus excepti firmant regulam. 32. q.7. c. Dominus. nisi reperian tur excepti in alia parte iuris, seu sint similes exceptis. & ad hoc habes bonam glo. in l.1. C. de con dit. indebiti. Non enim possunt omnes iuris articuli eadem lege comprehendi, vt in l. nõ possunt. ff. de legibus. hæc Panormit. ibi, qui idipsum docens paulò post in nu.6. vers. quæro. quid sit, si nõ timetur de morte, vel absentia diuturna (post multas auctoritates Doctorum) ipse sequens gl. ibid.

in vers.

. in verſ.ſubtrahatur.Hoſt.Io.Andr.& Ant.de Butr. dicentium, ꝙ non ſolùm in caſibus expreſsè exceptis à d. c, qm frequenter. poſſunt recipi teſtes, ante litis conteſtationem, verum etiam quando adeſt timor, quòd propter moram varient ſidem, ſi de facili poſſent obliuiſci facti ſeriem, quam ſententiam ipſe Panormit. ibidem probans, his verbis vtens, videlicet: Ego ſequor glo. & Hoſt. Moueor, quia eadem ratio eſt, cùm timetur de obliuione, ſicut cùm timetur de morte. Satis enim quo ad partẽ habetur pro mortuo teſtis, cùm negotij oblitus eſt. arg.in c.in apibus, §.ecce.7.q.1. vbi dicit textus, quòd tranſlatus de beneficio habetur pro mortuo quo ad illud beneficiũ, & quo ad ſucceſſorẽ, & maximè hoc dicendum eſt in caſu noſtro, vbi cõſideratur mors duntaxat propter teſtimonium: ſi ergo eadem ratio eſt, ergo eadem debet eſſe iuris diſpoſitio, & maximè cum hoc habeat æquitas. argum.optimum in c.cùm dilecta, extra de confir, vtili, vel inutili. vbi Papa hunc caſum exceptum, (cùm timetur de periculo teſtiũ) extendit, ſeu declarat habere locum, etiam cùm timetur de conſumptione inſtrumentorum, motus ſimili æquitate. Ad hoc bon.gloſ.in l.1. C.de condit.indeb.vbi notabiliter dicit Glo.quòd excepto vno caſu à regula, videntur excepti omnes conſimiles: ſatis enim eſt vnum eſſe exceptum, exempli gratia. hæc Panor. vbi ſupra, qui rurſum idem confirmans (loquẽdo de ſtatutis generaliter aliquid ſtatuentibus conforme, tamen communis iuris diſpoſitioni) in d.c.cùm dilectus, nu.5.verſ. & nota ex hoc, & ex textu his verbis vſus fuit, videlicet: Quòd cõſtitutio diſponens in materia iuris non includit in ſe caſum, aliàs exceptum à iure com muni, ſeu caſum fictum à iure cõmuni. Nam de iure communi eſt, quòd non reſidens, fructus non percipiat, ſed familiaris Papæ excipitur, ſeu cenſetur reſidere: vnde conſtitutio ſimpliciter dictans, vt nemo habeat fructus in abſentia, non includit caſum à iure exceptum, imò verificatur in caſu ficto à iure, qui habetur pro vero. & ſic habes caſum, in quo ſtatutum verificatur in caſu ficto, contra notata in l.3.§.hæc verba. ff.de negot. geſt. & in c.in noſtra, extra de iureiur. & hoc ideo eſt, quia ius in hoc æquiparat caſum verum, & fi-
50 ctum. Vnde conſtitutio † diſponens regulariter id, quod ius debet recipere omnes limitationes, & interpretationes iuris communis, quod perpetuò nota: ſecus dic, vbi ſtatutum eſſet præter, vel contra ius, & odioſum. Tunc non verificabitur in caſu ficto: ſed verba debent intelligi propriè, & in ſuo proprio ſignificatu. & ſic intellige illã l.3. & c. in noſtra. hæc Panormitanus vbi ſupra, qui eadem repetens in c.ad audientiam.nu.2. verſ.primò nota vnum dictum, extra de Cleric.non reſid. infraſcriptis vſus fuit verbis, videlicet: Primò nota vnum dictum ſatis notabile, quòd ſtatutum diſponens in materia iuris, & excipiens duos caſus, aliàs à iure exceptos, non vr̃ excludere alios caſus prorſus cõſimiles à iure exceptos: & hoc ideo, q̃ ex quo diſponitur in materia iuris, & non agit ſpecificè derogare iuri, recipit omnes limitationes iuris. Nam de iure nõ reſidentes priuantur fructibus, & excipiuntur infirmi, & exiſtentes in ſeruitio Papæ, vel Epiſcopi: ſtatutum verò (de quo hìc) excipiebat ſolùm duos caſus, nec per hoc excludit tertium caſum, imò intelligitur exceptus, ſicut excipitur à iure cõmuni. Quod videtur mirabile cõtra regulam illam, quòd exceptio firmat regulam in caſibus nõ exceptis, vt in c.Dominus. 32.q.7. & facit hæc litera optimè in argumentũ, ꝙ ſicut caſus exceptus à iure extenditur ad conſimilem caſum propter identitatẽ rationis: & probatur in c.cùm dilecta, extra de confirm.vtili, vel inutili, & notat glo. in l.1.C.de condit.indeb. ita & caſus exceptus à ſtatuto, vbi diſponit ſtatutum in materia iuris, vt probatur hìc. Si autem diſponeret contra ius, vel præter, fortè diceremus oppoſitum, quia caſus expreſsè non prouiſus in ſtatuto relinquitur diſpoſitioni iuris communis. Secundo nota principaliter ex tex.ibi. [Cùm abſentes dici non debeant,] quòd ſtatutum diſponens in materia iuris, verificatur etiam in caſu ficto, quando caſus fictus eſt verus, vel æquiparatur à iure, quod eſt etiam bene notandum, & clariùs probatur hic, quàm in c.præcedenti. Et aduerte, quia Papa hic non intendit indulgere Epiſcopo, nec ſtatutũ de nouo facere, ſed potius reſpõdit de iure, interpretando ſtatutum, patet ex verſ.decernimus. & ex ratione, quam allegat. hæc Panorm. vbi ſupra. qui idem rurſus docuit breuiter in c.iurauit, extra de probat.nu.3.verſic.& ex hoc nota.vbi dixit, & ex hoc nota, quòd vbi vnum ius venit exceptiuè, ſeu limitatiuè ad communes regulas iuris, fit extenſio illius per identitatem rationis. Iura enim, quæ admittunt teſtes publicatis atteſtationibus, loquuntur, cùm agitur de matrimonio iam contracto, vt in c.ſeries, c.cùm in tua.extra de teſtibus. Nihilominus extenduntur ad ſponſalia, quando ſubeſt ratio peccati, ad hoc tex.not. qui hoc bene probat in c.cùm dilecta, extra de confirm.vtil.vel inutil. Idem Panorm.rurſus docuit in c.cum omnes, num.7.verſ.caſus exceptus, extra de conſtitu. vbi poſt relationem ſententiæ. Ant.de Butr.idem ſentientis; dixit, caſus exceptus à lege debet extendi ex identitate rationis, vt eſt tex.not.in cap. cum dilecta, extra de confir. vtili, vel inutili, quod tene menti. & ſic non ſolùm lex communis extenditur ex identitate rationis, ſed caſus excepti extenduntur. hæc Panormitanus vbi ſupra, qui rurſus idem docens in c.inter alia, nu.15.verſ.præterea, extra de immun.Eccleſ.dixit, quòd vbicunq; loquitur conſtitutio in materia iuris communis, & aliquos caſus excipit, non per hoc firmat regulam in non enumeratis contra ius commune antiquum, imò in caſibus non exceptis ſuppletur à iure communi. Ad hoc allego text.in c.ad audientiam, cum ibi not.extra de Cleric.non reſid. Item adduco Glo.& Bar.in l.ſerui nomine. vbi notãter voluit, quòd ſi vnum ius ponit regulam, & excipit aliquem caſum cum dictione taxatiua, ꝙ nihilominus excipiũtur alij caſus, qui repetiuntur excepti in alia parte iuris. hæc Panormit.vbi ſupra. Idem docuit Ant.de Butr.in c.cùm dilecta, col.3. verſic.nota argumentum, extra de confir.vtili, vel inutili. vbi hoc innuit, dicens. Nota argumentum à ſimili in iure procedere, & quòd hoc voluerit ipſe nos docere in caſu præſentis limitationis, elicitur apertiſſimè ex verbis ipſius c.cùm dilecta.ſupra à nobis recenſitis, cùm per ipſum Canonẽ extendatur exceptio facta in teſtib. nõ admittendis regulariter ante litis conteſtationem, ad innouationem priuilegiorum faciendam propter identitatem rationis, vt ibi docuit Summus Pontifex. Attamen meo iudicio idipſum clariùs docuit rurſus ipſe Antonius in c.tranſlato, col.2. verſic.nota

quar-

quartò. extra de constitut. dicens. Nota quartò,
vnam regulam in materia extensionis. Quando
duo extrema separata ad inuicem ex aliquo acci-
51 denti verè connectuntur, † tunc dispositũ in vno
ad reliquum extenditur, dato, quòd de illo nõ fiat
mentio, & per hoc habes limitationem ad illud:
Dictum in vno, in alio negatum: quia id verum,
nisi tacitum sit per viam rationis, & naturam con
nexorum cum expresso, vel se habeat consequuti-
uè ad expressum. sic limita c. nonne. extra de præ-
sumpt. & l. maritus. C. de procurat. Et aduerte, q̃a
non propterea dicitur comprehendi expresse, sed
intellectiuè. hæc ille. Et quòd voluerit intellige-
re in casu præsentis limitationis, demonstrauit ci
tando dictam l. maritus, in qua habetur, quòd li-
cet maritus possit agere pro vxore, tamen si vxor
ipsius concesserit mandatum procuratorium in
vno, non poterit ipse maritus agere in alijs; cùm
videatur sibi prohibitum tacitè ab vxore. Et ra-
tio talis reddi potest: quia exceptio tam negati-
ua, quàm affirmatiua firmat regulam in non excе-
ptuatis. & idcircò Antonius dixit limitãdam fo-
re dictam l. maritus, quando ratione identitatis
id, quod expresse fuit concessum in vno, & in alio
videtur concessum, si eadem ratio suadeat, ac do-
ceat talem fuisse mentem tale quid concedentis:
& hæc satis sint in probationem præsentis nostræ
interpretationis sententiæ Domini Antonij, cùm
& idipsum quamapertissimè ipse docuerit in cap.
cùm dilectus. & in c. ad audientiam. extra de Cle-
ric. non resid. cuius sententiam ad verbum retuli
in probationem præcedentis ampliationis secun-
dæ limitationis. Vide ergo ibi, eo quòd etsi ipse
ibi loquatur de statuto aliquos casus excipiente
non extendendo ad casus exceptos in alio iure
communi, ita vt non possit exceptio facta in ipso
statuto comprehendere, & casus exceptus à iure
communi, non tñ incongruum erit arguere à for-
tiori, cùm statuta dicantur stricti iuris, & quòd
debeant strictè interpretari, ac per hoc quasi, q̃
includant exceptos casus à iure communi, quod
contingit sic suspicari de exceptione facta in ali-
quo iure particulari communi, eo quòd apertissi-
mè fuit probatum in præced. secunda limitatio-
ne ipsam exceptionem non firmare regulã in alijs
casibus dissimilib. exceptis in alia parte iuris com
munis. Ex his ergo patuit Dominum Antonium
astipulatum fuisse præsenti limitationi. Idem do-
cuit Felinus in c. pastoralis. col. 2. vers. pro quibus
facit. extra de rescriptis. dicens, quòd licèt à iure
sint expressi certi casus, in quibus vocari debent
Canonici absentes, de quibus per glo. in vers. ip-
sorum. in c. 2. de testibus. in sexto, tamen debent
etiam vocari in alijs casibus, vbi est similis ratio.
Idem rursus docuit ipsemet Felinus in c. quoniam
frequenter. col. 2. vers. limita secundò, extra vt li-
te non contesta. sequens Panormitani sententiam
in d. c. ad audientiam. Idem docuit Io. de Anan. &
Cardinalis Zabar. in c. lator. extra de homicid. qui
Ananias. in fine dicti cap. lator. infrascriptis vsus
fuit verbis, videlicet: Vltimò quærit hic Flor. Duo
piscabant in quadam naui, alter eum ligno, in quo
erat ferrum ad detrahendum ramos arborum ob-
stantes: cùm instaret detractioni, casu percussit
socium, & mortuus est, fuit dubitatum an ille te-
neatur, dicit fuisse consultum de facto, quòd non:
dummodo alias adhibuerit diligentiam, quã de-
52 buit. Nec obstant verba statuti, † quæ dicebant,
q̃ homicida occidatur, nisi faceret causa defen-
sionis necessariæ: licèt enim statutum excipiat
vnum casum tantùm, tamen debebat intelligi, se-
cundum ius commune, & sic de homicida culpa-
bili, vt in l. 2. ff. de noxal. & pro hoc facit quod no
tat Salycetus in l. pen. C. ad l. Cornel. de sicar. vbi
reprehendit Butrium, dicentem, quòd statuta nõ
requirunt dolum: & ideo concludit, quòd statu-
53 ta † pœnalia recipiunt interpretationem restri-
ctiuam, secundum ius commune, & pondera be-
ne, quòd istæ duæ auctoritates, videlicet Flor. &
Salyc. sunt sufficientes ad liberandum hominem à
morte, qui commisit homicidium sine dolo, pro
quo etiam facit, quia casus exceptus à regula etiã
cum dictione taxatiua, tãtùm, in simili potest ex-
tendi ex identitate rationis, vt probat tex. glos. &
Bar. in l. ob æs alienum tantùm. C. de prædijs mi-
nor. & in l. illud. C. de sacrosanct. Eccles. per Zen-
zel. & Io. de Lign. in c. statutum, §. cùm verò. de re-
script. in sexto, & probatur optimè in c. ad audien
tiam. extra de Cler. non resid. hæc ille. Idem do-
cuit Decius in l. 1. nu. 32. versic. postremò non est
omittendum & nu. 36. vers. si verò exceptio. ff. de
reg. iur. vbi docuit, quòd exceptio facta in vno ca
su porrigitur ad similem, quando non adesset di-
ctio taxatiua. sed ibidem nu. 35. vers. sed quæritur
an exceptio. dicit, quòd quãdo exceptio facta est
taxatiuè, tunc non porrigitur, seu extenditur ta-
lis exceptio ad similes casus. hæc Decius vbi su-
pra. Qui tamen in c. cùm dilecta, colum. 2. vers. &
hoc etiam ampliatur, extra de confirmat. vtili, vel
inutili id, quod negauit in d. nu. 35. de exceptio-
ne facta cum dictione taxatiua, sequens Panorm.
& alios, affirmauit. Nam postquàm ibid. in col. 1.
vers. quintò noto, dixisset. Quintò noto, quòd ca-
54 sus † exceptus à regula extenditur ad alium ca-
sum similem, vbi supra subintulit. & hoc etiã am-
pliatur si facta sit exceptio per dictionem taxati
uam. Abbas hic dicit, facit quod notat Bar. in l. si
constante. in principio. ff. soluto matrimonio. &
in l. 3. §. cũ Titio. ff. de alimentis legatis. & in pro-
posito in terminis tradit Ang. in l. si hominem. §.
in edilitijs. ff. de edil. ædict. in l. Paulus. §. hæres ro
gatus. vers. & hinc est. ff. de vsu. & in l ita nobis. C.
de adulter. cum similibus. & tradit Alex. & Mo-
derni in l. 1. C. de contratabu. & idem Alex. in d. l.
si constante. in 2. charta, & in consil 130. incip. In
causa. col. 3. lib. 4. hæc ibi Decius, cuius sentẽtiam
commendauit, & sequutus fuit Aegidius Bossius
in sua Praxi crimin. titul. fin. nu. 41. ex quibus pa-
tuit, quòd ipse Decius melius recordatus, corre-
xerit quæ dixerat in dicto nu. 35. Idem rursus ip-
semet Decius docuit in cons. 284. col. 3. nu. 5. vers.
quia exceptio à regula. vbi eadem repetens dixit,
quòd exceptio à regula facta in vno casu ad casum
similem porrigitur, vt in c. cum dilecta. vbi Abb.
extra de confir. vtil. vel inuti. & hoc etiam proce-
dit si facta sit exceptio per dictionem taxatiuam
tantùm, vt not. Abbas in d. c. cum dilecta. & dixi
ibi. hæc ibi, qui Decius eadem repetijt in consil.
151. nu. 6. vers. non obstat. vbi dixit. Non obstat, q̃
exceptio facta in c. si Papa. de casu hæresis contra
regulam, quæ ibi ponitur; videtur confirmare re-
gulam in casibus non exceptuatis: quia illud ve-
rum est in casibus dissimilibus ab exceptuatis: se-
cus est in similibus casibus: quia exceptio facta
in vno ad similem casum porrigitur, vt notat Ab-
bas per illum tex. in c. cùm dilecta. de confir. vtili,
vel

vel inutili, & idem Abbas in cap. iurauit. extra de probat. & hoc etiam procedit, si exceptio facta sit per dictionem taxatiuam, tãtùm, vt notat Bar. in l. si constante. in princip. ff. soluto matrimonio. Idem docuit iterum Decius in c. iurauit. colum. 3. versic. in glo. 1. extra de probat. sequens Panormitanum in dicto cap. cùm dilecta. Idem docuit Antonius Corset. in suis singularibus. in versic. extensio. incip. Dispositio simplex nedum trahitur, vbi inter alia notatu dignissima, dixit, quòd dispositio simplex nedum trahitur ad alium casum ex identitate rationis: sed etiam casus exceptus à regula. textus est elegans, & celebris in c. cum dilecta. extra de confir. vtili, vel inutili. vbi Papa casum exceptum in c. quoniam frequenter. extra vt lite non contest. (& sic non seruata iuris solemnitate) trahit ex identitate rationis, ad innouationem priuilegij: & per hoc limitat regulam, & id, quod dicitur exceptionem firmare regulam in casibus non exceptis, vt in c. Dominus. 32. q. 7. procedit enim talis regula, seu tale dictum, vt restringatur regula ad casus non consimiles exceptis, vt etiam docuit Bart. in l. serui nomine. ff. de vsucap. quem & ipse Corsetus sequitur in suis singularibus, in versic. extensio. incip. Dispositio simplex. & in vers. statutum. incip. Nota vnum dictum satis notabile. vbi supra, asserens ipsum Bar. dixisse, prout verè dixit, & supra retuli, quòd etiam si ex-
55 ceptio † facta fuerit per dictionem taxatiuam, nihilominus extenditur ad alium casum, si in alia parte iuris reperitur exceptus: si autem specificè alibi non excipitur, tunc per identitatem rationis extẽditur in materia fauorabili, & pia, vt sensit Glos. not. in l. illud. C. de sacrosanct. Eccles. in versic. alicuius. secus in materia restringibili. hæc ille. Idem docuit Euerardus in sua Topica iuris, in c. loc. ab except. ad regulam. nu. 5. vers. tertiò dicta Theorica. exceptio firmat regulam. vbi postquàm ad verbum se subscripsit præsenti limitationi, citando quoque & alios Doctor. ad hoc ipsum probandum. attulit pulcherrimam decisionem cuiusdam quæstionis ad hanc ipsam materiam attinentis. his verbis vtens in num. 7. versic. Item per istud vidi, videlicet: Item per istud vidi ego decidi vnam arduam quæstionem ortum sumentem ex tractatu pacis inito inter Serenissimum Imperatorem Maximilianũ ex vna parte, & Flandros eum adhærentibus ex altera, in quo nominatim excipiebantur aliquot, qui non debebant in emenda Imperatori soluenda contribuere, ex eo, quòd sequuti fuerant partes Imperatoris, & cùm fieret executio contra quosdam Flandros specialiter non exceptos, qui etiam sequuti fuerant partes Imperatoris: ipsi se opposuerunt, sustinentes se non teneri, ex eo, quòd ex partibus steterant Imperatoris. Obijciebatur autem contra eosdem, quòd erant Flandri, & sic comprehensi sub regula, nec erant excepti: & exceptio firmat regulam in non exceptis; Sed ipsi replicabant, & dicebant, quòd eadem ratio vigebat in ipsis, quæ in exceptis, & maior: cùm sustinuissent partes Imperatoris, vt excepti, & plura pertulissent damna, quàm alij excepti: & quòd illa fuit mens disponentis, & quòd aliter intelligendo sequeretur absurdum: & dicebant, quòd exceptio firmat regulam in casibus dissimilibus exceptis; sed non in casibus similibus exceptis. Et ita fuit iudicatum in magno Consilio Cæsaris me præsente, quod manda memoriæ addidit ibidem Euerardus. Ex quibus patet ipsum locutum fuisse in terminis præsentis limitationis, prout apertissimè ibi docuit, cùm loquutus fuerit in terminis iuris communis, & municipalis. Idem docuit Couarruuias in secundo libro variarum resolut. cap. 5. nu. 6. versic. hæc omnia eo tendunt, dicens hoc ipsum docuisse Ioannem Lupum in tracta. de donat. inter virum, & vxorem, §. 16. nume. 6. Idem docuit Ioan. Andr. in dicto cap. qui ad agendum. colum. 1. versic. vbi enim nihil de procurat. in sex-
56 to. dicens, quòd vbi nihil est expressum, † totum est generale, sed aliquo expresso clausula generalis includit similia. Idem docuit Philippus Franchus in d. c. qui ad agendum. §. sed si aliquis. dicens, quòd expresso vno casu, in quo requiritur speciale mandatum, adiecta clausula generali, fit tunc extensio ad similes casus non expressos, etiã si in talib. casibus non expressis requiratur specialis expressio, vel speciale mãdatum. Idem docuit Nauarrus in c. 1. §. laboret. nu. 14. versic. pro contraria tamen parte. & in nu. 19. versic. non obstat etiam. de pœnit. distin. 6. Idem docuit Augustinus de Arimine in Addit. tract. Angeli de maleficijs. vers. & ibi caput à scapulis amputetur, nu. 42. versic. tertius casus. in fine. & num. 43. versic. & per consequens exceptio. Idem Paulus Fuscus in singularibus suis in versic. exceptio firmat regulam. Idem Syl. in Summa. vers. alienatio. nu. 12. §. duodecimò præfata forma, circa medium. Idem docuerũt Doctores citati à Domino Carpano in tractatu suo super statuta Mediolanensis ciuitatis, in volum. 1. ad cap. 107. fol. 147. nu. 19. vers. de infrascriptis casibus. versic. contrarium tamen, cuius pręcisa verba reperies in nostra decisione, seu consilio in materia appellationis facto in fauorẽ Magnifici Octauij Boerij, contra asserentes, quòd vigore statuti Genuensis prohibentis appellationem à sententijs diffinitiuis latis à supremis Sindicatoribus. vide ergo omnino ibi: quia innumera reperies scitu dignissima.

Sublimita præcedẽtem tertiam limitationem, dicens ipsam veram in materia pia, & fauorabili: non autem in materia odiosa, & restringibili.
57 † Hæc conclusio probatur Doctorum auctoritate. Bart. enim hoc docuit in l. si constãte. nu. 44. versic. aut in ea sunt verba taxatiua. ff. soluto matrimonio. & in l. serui nomine. num. 3. versic. & sic nota, quòd licèt sit dictio. ff. de vsucap. Idem docuit Panormitanus (sequens Bart. vbi supra.) in c. cùm dilecta. num. 8. versic. & vide ad prædicta notabile dictum Baldi, extra de confirmat. vtili, vel inutili. Idem docuit Decius in c. iurauit. colum. 3. nu. 5. versic. sed addatis. extra de probat. vbi asserit hoc ipsum docuisse. Alex. in dicta l. si constante. in princ. col. 6. versic. Item in quantum. Idem docuit Antonius Corsetus in suis singularibus. in versic. extensio. incip. Dispositio simplex.

Limita dictam sublimitationem vnicam, dicendo ipsam veram, nisi eadem ratio concurreret, & eadem omnino similitudo: quia tunc omnino fieret etiam in materia odiosa extensio: etiam tunc non esset dicenda extensio, sed comprehensio, & expressio quædam tacita. hæc limitatio probatur auctoritate Augustini Beroi in c. cùm dilecta. nu. 12. versic. Item dum Abbas post Bart. in d. l. serui. extra de confir. vtili, vel inutili: necnon quamplurimorum Iurium, & Doctorũ, qui fuerũt citati in

probationem fallentiæ primæ, secundæ, & tertiæ:
& earum limitationũ conclusionis tertię, in tract.
de extensione legum pœnalium correctoriarum,
vide ergo ibi omnino, quia ibi quamplurima sci-
tu dignissima reperies.

Limita & quartò primam conclusionem, dicen
58 do ipsam nõ verificari in casibus maioribus, † &
grauioribus, quam fuerat expresse excepti; quo-
niam ad eos non extendetur exceptio, nec in ip-
sis firmaretur regula, etiã si fuisset facta exceptio
de aliquo casu requirente speciale mãdatum, ad-
dita subsequenter clausula generali, & omnia a-
lia, &c. nisi specialiter de aliquo grauiori expres-
sè fuisset facta mentio in mandato. Quapropter
tã Procurator, quàm Vicarius generalis, vel qui-
cunque mandatarius creatus, cum cõcessione ex-
pressa alicuius actus requirentis speciale manda-
tum attentare non posset expeditionem negotij
grauioris expresso in mandato, ꝙ si attentaret, il-
59 lud esset irritũ, & inane, ac nullius virtutis. † Hæc
limitatio probatur duplici medio. Primò enim
per tex. apertissimum in Clem. 2. de procurat. vbi
Clemens Quintus infrascriptis vsus fuit verbis, vi
delicet: [Non potest Procurator ad agendum, vel
defendendum, iurandumq; de calumnia, & veri-
tate dicẽda, & generaliter ad omnia alia, quæ spe-
ciale mandatum exigunt, constitutus (nisi aliud
super hoc in mandatis habeat) opponere in per-
sonam electi, seu eius, cui est prouisio faciẽda, vel
facta, crimina, vel defectus, cùm sub generalitate
tali grauiora non veniant, vel maiora, quàm in ip
so procuratorio sint expressa.] hæc in dicta Clem.
Idem probatur per tex. in c. sedes Apostolica. ext.
de rescriptis. vbi Innocentius Tertius scribens Se-
noñ. Archiepõ his verbis vsus fuit, videlicet: [Se-
des Apostolica consueuit exhibere se petentibus
liberalem, sed quidam eius gratia, & infra. Nos
igitur volentes eorum malitijs obuiare, decerni-
mus; vt cùm in commissionibus nostris minores,
& viliores personæ solummodo designantur, ma-
iores, & digniores suos sub generali clausula non
intelligantur includi. Sed nec liceat occasione ge
neralitatis huiusmodi multitudinem effrenatã in
iudicium euocare. Nec super maioribus, & gra-
uioribus negotijs audiantur, qui de minoribus, &
leuioribus tantùm faciunt mentionem.] hæc ibi.
Idem probatur & secundò Doctorũ auctoritate.
Glo. n. in d. Clem. non potest. vers. grauiora, volẽs
interpretari dictum Canonẽ, dicit, ꝙ generalitas
adiecta in ꝓcuratorio expressioni causæ requiren
tis speciale mãdatũ nõ includat maiores causas,
tñ non erit negandum, ꝙ si quis constitueretur
procurator ad omnes causas nulla expressa, tunc
in tali mandato includerentur omnes causæ, vt in
l. 1. ff. de procur. Idem glo. in d. c. sedes. in vers. ma-
iores. addens ex Ioãne hanc rationẽ, dicens: quia
aliter proceditur contra maiores, & aliter contra
minores, vt in c. cùm beatus. 45. dist. Idem docuit
Glo. in c. fin. vers. speciale. de procurat. in sexto. di
60 cens, ꝙ illa clausula generalis, † quæ sequitur spe
cialia expressa, similia includit, non longè maio-
ra. Idem docuit Card. Zabar. in d. Clem. sub infe-
rens quamplurima notatu dignissima, quę pro ma
iori intelligentia pñtis limitationis hìc referam.
Sciendũ ergo, ꝙ ibi Cardin. in col. 2. vers. secundò
nota. dixit, ꝙ vbi necessario faciẽda est specifica-
tio alicuius casus, talis non venit sub clausula ge-
nerali, etiã si præcedãt aliqui casus exigẽtes spe-
ciale mandatũ: & in vers. tertiò nota. dixit, ꝙ ver-
61 borum subsequentium generalitas † restringatur
ad ea, quæ sunt similia præcedentibus, & in vers.
dicit Lapus. asserit, ꝙ sicut in mandato non venit
aliquid de positiuis speciale mandatum exigẽti-
bus, nisi eorum aliquid exprimatur, propter iden
titatẽ rationis: & per hoc dicit, ꝙ si sunt expressa
aliqua crimina, vel defectus, sequuta clausula ge-
nerali nõ venient maiora, vel grauiora expressis:
oportet ergo, vt aliquod de maioribus, vel gra-
uioribus exprimatur, & tunc sub generali clausu-
la maiora, & grauiora. hæc omnia Card. vbi su-
pra. Ex quibus probatur pñs limitatio. Idem do-
cuit Petr. de Anchar. in d. Clem. non potest. addẽs
& ipse nonnulla notabilia. Dicit enim, ꝙ quatuor
62 sint genera causarum, † sm̃ Lapum. Nam quędã
dicuntur maximæ, vt causa fidei, vt in c. maiores.
extra de Baptismo. Quædam maiores, sicut causæ
Episcoporum, & maioris dignitatis, vt in c. quã-
uis. de elect. in sexto. Quædam mediæ, vt causæ be
neficiales, & spirituales. Quædam causæ inferio-
res, vt ciuiles, & pecuniariæ. Dixit etiam fore no-
tandum, ꝙ clausula generalis post expressionẽ ca-
suum, qui requirunt speciale mandatum, includit
casus non maiores: & hoc est verum, quando ge-
neralis clausula adiungitur ijs, quæ requirunt spe
63 ciale mandatum, † tunc non extenditur ad maio-
ra, & grauiora: vbi verò de talibus nõ quæramus,
clausula generalis post expressionem alicuius cau
sæ, vel personæ complectitur maiores, vt not. Io.
And. post Innoc. & Doctores in c. sedes. de rescri-
ptis, nisi odium abutentis aliud inducat, vt ibi, &
ita vult glo. P. & clarius Paul. circa finem. Minus
ergo operatur generalitas subsequens post enume
rationem certorum casuum, circa casus, qui exi-
gunt speciale mandatũ, quàm circa alios nõ eius-
dem naturæ. Nam vt dicit Paul. Procurator sim-
pliciter constitutus omnes causas tractare potest,
vt in l. 1. ff. de procurat. & sic expressio non minuit
potestatem ex officio competentem. Et vt ea, quę
supradicti Doctores, & infra statim citandi in fa-
uorem pñtis nostræ limitationis dixerunt breui-
ter perstringendo: Dicimus ipsos concludere tali
pacto, videlicet: Quod aut in mandato procura-
64 torio fuit expressum † vnum negotium non requi
rens speciale mandatum, & tunc sub clausula ge-
nerali sequenti comprehenduntur negotia etiam
maiora (non requirentia tñ speciale mandatum)
expressis, & ita erit intelligenda sententia Inno-
centij in d. c. sedes. aut in procuratorio exprimi-
tur vnus casus requirens speciale mandatum, &
subnectitur clausula generalis, & tunc non ve-
niũt maiores casus expressis, & in hoc casu est in-
telligendus textus in dicta Clementina secunda.
Ratio verò diuersitatis duplex assignatur ab in-
frascriptis Doctoribus. Vna est, quia quando ex-
primitur causa non requirens speciale mandatũ:
tunc materia nõ erit odiosa, sed fauorabilis: & sic
per consequẽs extensio poterit fieri, vt cõplectatur
oĩa, vt puta, fauorabile est, vt quis habeat Procu-
ratorem, l. 1. ff. de procurat. Quapropter tunc man
datum procuratorium continebit, seu extendetur
ad maiora negotia (non tñ requirentia speciale
mandatum) ipsis negotijs expressis in mandato.
Sed quãdo in mãdato procuratorio exprimuntur
negotia, seu casus requirentes speciale mandatũ,
tunc cùm materia, de qua agitur in mandato sit
restrictiua, & odiosa: hinc fit, quòd sub generali-
bus

bus verbis non veniunt illi casus requirentes speciale mandatum, vt ad literam docuit textus in c. qui ad agendum. de procurat. in sexto. Quinimò quotiescunque in mandato exprimuntur tam exceptinè, quàm indultinè, seu concessiuè aliqui casus requirentes speciale mandatum, tunc sub illis non veniunt casus, seu negotia maiora expressis, etiam si subsequatur illa clausula generalis, etsi ipsa negotia, aut casus non contineant periculum il los excipientis, vel concedentis: & hoc elicitur apertissimè ex dicta Clem. 2. & ex verisimili intentione ipsius excipientis, seu cōcedentis, quoniam si illos voluisset concedere, vel excipere, aliquem eiusdem qualitatis excepisset, vel concessisset in mandato: & hoc erit, quoniam est odiosum, quòd comprehendantur isti casus speciales contra intentionem excipientis: & idcircò meritò diximus in comprehensione illorum fieri debere strictam interpretationem, vt nō veniant maiora expressis. & hæc prima ratio affertur ferè in sententia ab omnibus Doctoribus infra citandis. Aliam rationem reddidit Antonius de Butrio in d. c. sedes. col. 2. versic. sed ratio, quam refert quoque, & amplectitur Imola in d. Clemen. 2. & est. Nam vbi agit quis comprehendere casus requirentes speciale mandatum maiores expressis sub clausula generali fatigaret clausula in duobus. Primò in eo, ꝙ comprehendit casus speciales nō expressos. Secundò fatigaretur in comprehendendo maiores expressis. Ideo sufficit, ꝙ operetur in primo absq; eo, ꝙ operetur in secundo, sed quando agitur de comprehendendo casus non requirentes speciale mandatum, tunc comprehendit etiā maiores expressis, quia non fatigatur in cōprehendendo exigentes speciale mandatum, & sic in vno solo fatigatur, quod facilius fit. hæc ille. Subscripserunt verò præsenti limitationi infrascripti Doctores, videlicet Ant. de Butr. in d. Clem. 2. & in d. c. sedes. col. 2. vers. ideo vide. Imol. in d. Clem. 2. col. 5. nu. 18. vers. vnde D. Ant. Pan. in d. Clem. 2. nu. 4. vers. si in procuratorio. & in d. c. sedes, nu. 7. vers. & qā difficilis est intellectus. & in c. cùm tibi. ext. de verbor. signific. Felin. in d. c. sedes. col. 2. vers. clausula generalis. & sequenti. & in col. 8. vers. cōsidera secundò, & sequentibus. extra de rescriptis. sequens supradictos Doctores. Idem docuit Dec. in d. c. sedes. col. 4. nu. 10. versic. in ea, ibi aliàs. sequens supradictam doctrinam Panor. quam asseuerat esse veriorem contraria, & ipsam tuetur contra nonnullos contrarium afferentes. Et animaduertendum, ac memoriæ commendandum summopere est, ꝙ Felinus in d. vers. clausula generalis elicit ex communi Doctorum sn̄ia, ꝙ ex tex. in d. Clem. 2. & d. c. sedes. elicitur hæc optima regula, s. ꝙ clausula generalis sequēs, specialiter præmissa restringitur ad ea, quæ sunt similia expressis, & non ad diuersa: & ꝙ hæc regula habeat locum nedum in rescriptis, verum etiam in mandatis procuratorijs, in compromissis, in contractibus, in vltimis voluntatibus, & quibuscunque materijs. & hoc ipse ibi probat (in diuersis casibus ibi ab eo enumeratis) per diuersas Doctorum decisiones. vide ergo ibi, quia ibi reperies per eum quamplurimas considerationes, & declarationes, quibus limitatur, & ampliatur dicta regula. Idē docuit (quo ad nostrā limitationē) Dn̄icus à S. Geminiano in c. qui ad agendū. §. sed si aliquis. vers. in fine. glo. de procur. in 6. Idē Archid. in d. §. sed si aliquis. vers. sed si admittit. Idem docuit Philip. Franch. in d. §. sed si aliquis. nu. 2. vers. in glo. in vers. non expressos. sequens Ant. de Butrio, & Imolam, vbi supra.

65 Conclusio secunda, & vltima sit. Vicarius generalis, cui facta est commissio † generalis, & in mandato Eps, vel Archiepiscopus (aut quicunque alius Ordinarius alicuius loci) expressit aliquod de illis, quæ requirunt speciale mandatum sequuta generali clausula, vt possit facere omnia alia, q̄ nos possumus (etiam si mandarum exigerent speciale) poterit dispensare in irregularitate incursa, qua posset ipse Eps aliquo iure dispensare, & sic disponere posset circa illa requirentia speciale mandatum. Hæc conclusio probatur per argum. in c. qui ad agendum. de procuratoribus in sexto. & secundò auctoritate infrascriptorum Doctorū. Nam infrascripti Doctores se subscripserunt præsenti conclusioni, videlicet Glo. vlt. in c. licet. de offic. Vicarij. in sexto. arguendo tn̄ ab identitate rationis. Hostiens. in c. significasti. extra de offic. Archid. vbi dixit, ꝙ Vicarius generalis, cui aliquis ex specialibus casibus commissus est, cū clausula generali, subsequente hoc posset: & addit, ꝙ in præsentia tn̄ Episcopi qui commisit generaliter nō deberet hoc attentare sine eius conscientia. & hos duos Doctor. ad verbū secuti fuerūt, videlicet Io. And. in d. c. licet. & ī c. sua nobis. eẋ. de offi. Vicarij. Pan. in d. c. significasti. Ant. de But. in d. c. significasti. Siluest. ī Sūma. vers. Cōfessor. 3. §. 6. nonò quærit. & in vers. Vicarius. §. quarto quærit. particula 3. incip. Tertium sm̄ Glo. in c. licet. Dominicus à S. Gemin. in d. c. licet. col. 3. vers. in fin. Glo. qui addit prædictis, ꝙ hoc intelligatur de æquali, vel minori expressis. Philip. Franch. in d. c. qui ad agendū. vers. sed si aliquis. in princ. & si loquatur in persona Procuratoris habentis gn̄ale mandatum. Et hæc pauca de multis dicta satis sint.

SVMMARIVM.

1 *Scandalum quotuplex sit.*
2 *Scandalum vnde dicatur.*
3 *Responsio ad ruinam spiritualem à quo causetur.*
4 *Scandalum quid sit, & eius diffinitio declaratur.*
5 *Deus solus scrutator est cordium.*
6 *Causa quomodo differat ab occasione.*
7 *Dictum, vel factum vnius, quomodo possit esse causa alterius peccati.*
8 *Scandalum passiuum sine actiuo, exemplificatur.*
9 *Scandalum actiuum in vno, & passiuū in altero, exemplificatur.*
10 *Scandalum actiuum sine passiuo, exemplificatur.*
11 *Scandalum est triplex.*
12 *Opera hominum sunt in duplici differētia, & quæ omittenda sint pro scandalo euitando.*
13 *Iudex pro scandalo pusillorum vitando, an possit alicui multitudini peccātium parcere, puniendo solum eos, qui in crimine perpetrato fuerunt principales.*
14 *Athenienses auctores solum punientes cuiusdam rebellionis cæteris consortibus pepercerunt. Idem Alexander fecit cum Macedonibus, & alij cum alijs.*
15 *Lex humana, vt possit quemquam obligare ad sui obseruantiam, quæ habere debeat.*
16 *Vtilius scādalum nasci permittitur, quàm veritas relinquatur hac regula, quomodo sit interpretanda.*
17 *Veritas est triplex, scilicet bona vita, iustitia, & disciplina: & quid sit vnaquaque earum, & quæ omittenda erit pro scandalo vitando, & quare.*

18 *Acceptio personarum est prohibita.*
19 *Iudex stante scandalo pusillorum, si videbitur ei expedire correctioni multitudinis, & paci vniuersorum, quando poterit parcere delinquentibus aliquibus.*
20 *Periculum scismatis, quando ex excommunicatione aliquorum imminet, tunc excommunicationem ferre non pertinet ad veritatem iustitiæ.*
21 *Iudices videntes expedire bono publico poterunt solũ punire partem magnam ipsius multitudinis, reliqua parte dimissa, & quare.*
22 *Iudex quando pro scandalo pusillorum abstinebit à punitione tam Principis, quàm multitudinis delinquentis, & quare.*
23 *Iudex parcere non debebit multitudini peccanti, quãdo ex ipsius punitione nullum scandalum immineret, sed tunc iuxta iura pœnalia, & criminum perpetratorum qualitatem ipsam punire.*
24 *Pœna producta ad paucos, exemplum inde ad multos peruenit.*
25 *Multitudini peccanti, defendenti delictum, non erit parcendum.*
26 *Multitudini peccanti non esset parcendum, nisi inde speraretur emendatio.*
27 *Multitudini Religiosorum delinquentium non esset parcendum, nisi adesset scandalum; quia tunc esset certiorandus Summus Pontifex.*
28 *Multitudo peccantium non euadet pœnam æternam infligendam à Domino Deo in futuro seculo.*
29 *Damnati non minus ardebunt in igne infernali, quia ibi cum multis ardebunt.*
30 *Gehenna, quis locus sit, & vnde dicatur.*
31 *Multitudo minus sit punienda, etiam cessante scandalo, an sit vera propositio hic examinatur.*
32 *Responsio ad singulas obiectiones factas, ac auctoritates allatas contra præsentem conclusionem.*
33 *Scandalum vtilius nasci permittitur, quàm vt veritas occultetur, quomodo sit intelligendum.*
34 *Iudex quando non tenebitur obedire suo Superiori mandãti sibi exequutionem legum pœnalium contra aliquem criminosum, multipliciter ostenditur.*
35 *Obedire quid subditus teneatur Prælato iniustũ quid præcipienti, etiam si ille sit Summus Pontifex.*
36 *Scandalo pro vitando non licet committere, aut omittere ea, quæ committi, vel omitti non possunt sine peccato mortali.*
37 *Impugnatio verissima præsentis conclusionis.*
38 *Potestati resistens, Dei ordinationi resistit, & quare.*
39 *Responsio ad impugnationem factam præsenti conclusioni, & ad auctoritates ibi allegatas sigillatim.*
40 *Inferiores, in quibus obedire non debeant Superioribus, multipliciter exemplificatur, & probatur.*
41 *Sententia iniusta, quando possit exequutioni mandari sine peccato exequentis, tam in causa ciuili, quàm criminali, & quare.*
42 *Sententiæ iniustæ Iudicis, quãdo quis possit resistere, ac etiã ipsimet Iudici, et in hoc cõuocare alios, remissiuè.*
43 *Appellare quis poterit pro condemnato inuito.*
44 *Rei acquiescentia in criminalibus, an noceat ei, & nonnullis aliis casibus, & quare.*
45 *Iudex quid faciet, si sibi secundò mandetur exequi sententiam iniustam à suo Superiore.*
46 *Papæ iniquo non erit obediendum.*
47 *Papa commisit non duci ad mortem quendam, vt cessaret scandalum populi.*
48 *Cardinali Legato an liceat aliquem morti addicere, & quid contigit Cardinali Host. Bononiæ Legatus, dum esset ibi.*
49 *Papa an possit exequi pœnã mortis, vel ipsã statuere.*
50 *Exemplum de non obediendo mandatis crudelibus.*
51 *Ordinarius quid faciet, quando sibi à Delegato Superioris mandatur exequutio sententiæ iniustæ.*
52 *Iudex in causa criminali quid faciet, si fieret mandatum sibi de exequenda iniusta sententia.*
53 *Grauamen si alicui irreparabile immineret, vt est tortura, vel alia corporalis afflictio ex notoriè iniusto mandato, poterit is mandanti, vel exequenti resistere.*
54 *Papæ, & alteri Principi quando non sit obediendum, luculentissimè traditur.*
55 *Exequutio capitalis sententiæ quando sit differenda, non obstante præcepto Principis.*
56 *Mandatum iniustũ Superioris inferior exequens, quando sit excusandus à pœna ordinaria.*
57 *Mandatarius iniustum homicidium exequens, an aliquo pacto in aliquo casu sit excusandus.*
58 *Mandatis Superioris de iustitia, & iniustitia, an inferior teneatur obtemperare.*
59 *Iudices quantum errent exequentes mandatum iniustum Principum.*
60 *Consiliarij mali, dicuntur deceptores Principum.*
61 *Condemnato ad mortem iniustè, licèt resistere Iudici, & Curiæ, vt euadat. & quare.*
62 *Iudex quid faciet, si sibi præsentetur rescriptum iniustum exequutioni mandandum, & quare.*
63 *Duci belli, an sit parendum etiam in casu, quo mandatarius rem optimè gerat, si non obedierit.*
64 *Mandatum Superioris de aliquo exequenda regulariter, quomodo sit intelligendum.*
65 *Exequutor merus, etsi possit exequi iniustam sententiam mandato Superioris in ciuili causa, non autem in criminali, & quare.*
66 *Iudex si post sententiam latam (ante autem eius exequutionem) reperit ipsum innocentem, quid faciet, & an ipsa sententia in aliquibus casibus possit retractari in criminali causa.*
67 *Iudex exequens mandatum iniustum Principis an possit puniri in sindicatu, & quare non excusetur, infra multipliciter probatur.*
68 *Renuncians cum iuramento iuri, quod habet, vel habere sperat in tali re, quid dicatur renunciasse.*
69 *Exequutor merus, an in causa criminali possit excusari exequens mandatum iniustum.*
70 *Principibus, Superioribus, & Parentibus, in quibus teneamur obedire, & in quibus non, multipliciter ostenditur.*
71 *Principem mandare non posse quemquam torqueri, nõ præcedentibus contra eum indicijs, & quare. quod & multipliciter probatur.*
72 *Rescripta Principum contra iuris dispositionem à Iudicibus sunt repudianda, & quare.*
73 *Iudex post receptum mandatum iniustum exequendũ, cuius temporis spatio supersedebit in eius exequutione, & quid aduertere Prælati debeant in exequutione literarum iniustarum.*
74 *Principes ad quid operandum sint constituti.*
75 *Responsio ad tex. in c. pastoralis. § quia verò. extra de offic. deleg. & eiusdem intellectus quadruplex.*
76 *Exequutor merus poterit exequi sententiam iniustam, quæ transierat in rem iudicatam, & quare.*
77 *Sententia lata contra ius constitutionis, est nulla ipso iure, licèt non sit suspensa appellatione.*
78 *Responsio ad text. in c. quid culpatur. § fin. 23. q. 1. & insimul eiusdem legitimus intellectus.*
79 *Responsio ad text. in l. liber homo. ff. ad l. Aquiliam, & eiusdem intellectus.*

80 *Filius*

De extensione legis pœnalis (quo ad ordinariam pœnã de iure transgressoribus infligendam) ad eos, qui nõ possent illa puniri sine scãdalo certo multorum.

CVm in præcedenti capitulo fuerit probatum, ꝙ in aliquibus casibus Iudex possit punire, iuxta pœnas in iuribus taxatas, homines criminosos, & ne hac de causa aliquis Iudex arbitretur in omni casu sibi licere punire criminosos repertos, iuxta formã iuris, s. præcedẽtibus legitimis probationibus, nullo habito respectu ad scandala, quæ inde possent oriri. Idcircò bono publico, & animarum saluti consulere studentes, summopere inuigilare circa decisionẽ pñtis qõnis operæpretium duximus: eo magis, ꝙ hmõi quæstio sit quotidiana, & scitu necessaria ab oĩbus Prælatis, ac Iudicibus, & præcipuè Ecclesiasticis Deũ ipsum timentibus, & iustitiæ sanctissimo zelo succẽsis, & nihilominus, ꝙ illã fuisse examinatam apud Doctores, (vti exoptabamus) non reperimus. Sciendũ ergo nos processuros fore in discussione pñtis perutilis qõnis more solito p §§. & cõclusiones, & primo examinabĩ.

Quotuplex sit scandalum, & vnde dicatur, & scandalum actiuum, & passiuum quid sit.

Etsi oĩbus ferè perspicuũ sit scãdalum esse du-
1 plex, s. actiuum, & passiuũ, † nihilominus cum me
non fugiat perfectã quidditatẽ ipsorũ paucos pro
comperto habere. idcircò pro maiori intelligẽtia
cõclusionũ afferendarũ præmittendũ visum nobis
fuit in materia pñti nõ incõgruè sermonẽ de vtro-
que. Quapp sciendũ, ꝙ scandalũ, ſm S. Thom. (in
2. 2. q. 43. art. 1. per totũ sequentẽ, ac amplectentẽ
D. Hieron. sñiam super Euãgeliũ apud Matthæum
c. 15. in verbis illis (scis quia Pharisæi audito hoc
verbo scandalizati sunt, &c.) Græcè dr: Nos au-
2 tem † offendiculũ, vel ruinã, vel impactionẽ pedis
possumus dicere. Cõtingit. n. ꝙ quandoq; aliquis
obex ponit alicui in via corporali, cui impingẽs
disponit alicui ad ruinã: & talis obex dr scãdalũ,
& similiter in pcessu vitæ spũalis cõtingit aliquẽ
disponi ad ruinã spũalem per dictum, vel factum
alterius, in quantum scilicet aliquis sua admoni-
tionẽ, vel inductione, aut exemplo alterum trahit
ad peccandum, & hoc propriè dicitur scandalum
actiuum, nihil autem secundum propriam ratio-
3 nem disponit † ad spiritualem ruinam, nisi secu-

dum quòd habet aliquem defectum rectitudinis,
quia id, quod est perfectè rectum magis munit hominem contra casum, quàm ad ruinam inducat; & ideo conuenienter ipse Diuus Hieronymus vbi supra, definiens scandalum dixit, quando legimus (quicunque scãdalizauerit) hoc intelligimus, qui dicto, vel facto occasionem dederit. Vnde meri-
4 tò dicemus, quòd scandalum † sit dictum, vel factum minus rectum, præbens occasionem ruinæ. Dixi (dictum, vel factum) ad differẽtiam actuum interiorum ipsius hominis, ex quibus nemini potest præbere occasionẽ peccandi: cùm cogitationes etiam pessimæ, neminem possint scandalizare, nisi hominibus innotescant per operis exterioris euidenntiã: operis (inquam) euidentiã confor-
5 mẽ affectui ipsi interioris hominis, cũ solus Deus
† sit scrutator cordium, iuxta sñiam Psalmographi in Psalm. 7. vers. 10. & iuxta verbum ipsiusmet Dei per os Ieremiæ Prophetæ (Ieremiæ c. 17. versic. 10.) [Ego Dominus scrutans corda, & probãs renes, qui dò vnicuique iuxta viam suam, & iuxta fructum adinuentionum suarum.] eo quòd ipsa cogitatio sistens (vt diximus) intra fines suos, nõ potest præbere alijs occasionem scandali, cùm nõ proponatur alteri, vt obex disponens ad ruinam, & propter hoc non poterit habere scandali rationem; Diximus [minus rectum] eo quòd habet aliquem rectitudinis defectum, vel quia est secundũ se malum, sicut sunt opera peccatorum, vel quia habet speciem mali, sicut cum quis recumbit in idolo: quamuis enim secundum se non sit peccatum; si aliquis hoc nõ corrupta intentione faciat, tamen quia habet quandam speciem mali, vel similitudinis venerationis idoli, potest alteri præbere occasionem ruinæ: & ideo Apostolus monet, 1. Thessal. c. 5. vers. 22. [ab omni specie mala abstinete vos] & ideo cõuenienter dicitur [minus rectum] vt comprehendantur tam illa, quæ sunt s̃m se peccata, quam illa, quæ habẽt speciem mali; Diximus [præbens occasionem ruinæ] & non diximus causam, quoniã nihil potest esse homini suffi-
6 ciens causa peccati, † (quod est spiritualis ruina) nisi propria voluntas, & ideo dicta, vel facta, vel cõcupita alterius hominis possunt esse solum causa imperfecta aliqualiter inducens ad ruinam; & propter hoc non dicitur in definitione scandali, dans causam ruinæ, sed præbens occasionem ruinæ, quod significat causam imperfectam, & non semper causam per accidens, & tamen nihil prohibet in quibusdam diffinitionibus poni id, quod est s̃m accidens vni, potest per se alteri conuenire, sicut in diffinitione fortunæ ponitur causa per accidens, vt patet 2. Physicorum text. 52. Insuper animaduertendum pro maiori intelligentia præ-
7 dictorum, ꝙ dictum, vel factum alterius potest esse dupliciter alteri causa peccandi: vno modo pro se: alio modo per accidens. Per se quidem, quãdo aliquis suo malo verbo, vel facto intẽdit aliquem inducere ad peccandum, vel etiam (si ipse hoc nõ intẽdat) ipsum factum est tale, quòd de sui ratione habet, quòd sit inductiuum ad peccandum, puta cum aliquis publicè facit peccatum, vel quòd habet similitudinem peccati; & tunc ille, qui huiusmodi actum facit, propriè dat occasionem ruinæ: vnde vocatur scandalum actiuum. Dictum verò, vel factum alterius esse dicitur causam peccati
8 alterius per accidens; quando † etiam præter intentionem operantis, & prçter conditionem operis, aliquis male dispositus ex huiusmodi opere inducitur ad peccandum, puta, cùm aliquis inuidet bonis operibus alterius, & tunc ille, qui facit huiusmodi actum rectum, non dat occasionem ruinæ alterius (quantum in ipso est) sed alius sumit occasionem, secundum illud Apostoli Rom. c. 7. vers. 7. & 8. [Quid autem dicemus? lex peccatũ est, absit. Sed peccatum non cognoui, nisi per legem; nam concupiscentiam nesciebam, nisi lex diceret. Non concupisces; occasione autem accepta, peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiã] & ideo huiusmodi scandalum dicitur passiuum sine actiuo, quia ille, qui rectè agit, quantum est de se, non præbet occasionem ruinæ, quam alter patitur. Quandoq; autem
9 contingit, quòd sit simul scandalum † actiuum in vno, & passiuum in altero, puta, cum ad inductionem vnius, alius peccat; & in tali casu dicimus fuisse actiuum, & passiuum simul diuersimodè consideratum, iuxta qualitates ipsorum in vtroq; concurrentium; quandoque vero est scandalum acti-
10 uum † sine passiuo; puta, cum aliquis aliquid facit de sui natura, inclinans alium ad peccandum, & ad hoc illud facit, tamen inde nullus in talis opere intento cõsentit, vnde nõ sequitur id, quod intenditur ex tali operæ, vel verbo, in scandelizato, virtute, ac ratione ipsius scandalum passi. Ex his omnibus allatis paulò ante elicitur, ꝙ scanda-
11 lum † est triplex, videlicet: Actiuum tantum, passiuum tantum, actiuum & passiuum simul. Scandalum verò passiuum est duplex, aliud dictum scandalum Pusillorum, aliud Pharisæorum, pro quorum maiori intelligentia sciendum, quòd opera
12 nostra † sunt in duplici differentia: nam alia sunt de necessitate salutis, & alia de consilio. His ergo præmissis sciendum erit, iuxta doctrinam Sancti Thomæ, fundatã in Sacro Euangelio (in 2.2. q. 43. artic. 7. in corp. quæst.) quòd ea, quæ sunt nobis necessariò obseruanda de necessitate salutis, nullatenus tenebitur aliquis omittere propter scandalum pusillorum, idest eorum, qui inde scandalum sument ex infirmitate, vel ignorantia, neque propter scãdalum pharisæorum, idest eorum, qui propria sua malitia scandala concitando vellent impedire huiusmodi opera de necessitate salutis facienda: sed ea, quæ nobis non sunt necessaria de necessitate salutis, sed solum de consilio, erunt omittenda omnino, vel occultè facienda, aut saltem differenda durante scandalo pusillorum, qui inde sumerent occationem propriæ ruinæ; & hoc quousque reddita ratione talium operum, scandalum huiusmodi cesset, & de hoc scandalo vitãdo loquebatur Dominus apud Matthæum c. 18. versic. 6. & 7. dicens. [Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundũ maris, væ mundo à scandalis, necesse est enim vt veniant scandala, veruntamen væ homini illi, per quẽ scandalum venit.] & Apostolus, 1. Corinth. c. versic. 12. & 13. dixit. [Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam, in Christo peccatis: quapropter si esca scandalizat fratrem meum, non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem.] hæc ibi. Idem probatur per tex. in c. 1. extra de noui operis nunciatione. infra relato in conclusionis probatione. Ea vero, quæ sunt de consilio, nullatenus sunt omittenda pro

vitando

vitando ſcandalo Phariſęorum dicente Domino apud Matthęum cap. 15. verſicu. 11. 12. 13. & 14. [Non quod intrat in os coinquinat hominem; ſed quod procedit ex ore hoc coinquinat hominem; tunc accedentes Diſcipuli eius dixerunt ei, ſcis, quia Phariſæi audito hoc verbo ſcandalizati ſunt; at ille reſpondens ait, Omnis plantatio, quã non plantauit Pater cęleſtis eradicabitur; ſinitę illos; cęci ſunt, & duces cœcorum: Cœcus autem ſi cęco ducatum præſtet, ambo in foueã cadunt] & hæc dicta ſufficiant pro aliquali notitia totius præſentis materiæ, ex qua colligũtur cõcluſiones.

Prima concluſio ſit iſta. Pro ſcandalo puſillo-
13 rum vitando poteſt Iudex † multitudini peccantium parcere aliquo modo; ſcilicet ſolum puniendo iuxta pęnarum iuridicam taxationem eos, qui fuerunt principales in crimine perpetrato, & hoc pro ſuo ipſorum delicto, & aliorum, & cęteri metu deterreantur; reliquis vero mitiorem pœnam iniungendo, vel etiam parcere ſecundũ qualitatem criminum, & cauſarum: & hoc ſi alias veriſimiliter naſceretur ſcandalũ prædictum, & inde maiora mala ſubſequerentur. Hæc concluſio probatur quatruplici medio. Primo enim iure diuino expreſſo in Sancto Euangelio apud Matthęũ, cap. 18. verſi. 6. & 7. recenſito ad verbum in ſupra allato notabili vnico. Probatur & ſecundo, iure Pontificio, per tex. in cap. latores extra de cleric. excom̃. miniſtr. in quo Alexander Tertius ſcribens Toletano Archiepiſcopo infraſcriptis verbis vſus fuit, videlicet. [latores præſentium nobis intimarunt, quòd tam ipſi, quàm multi alij, poſtquã interdicti, vel excommunicati fuerunt: diuerſa præſumpſerunt officia celebrare, Fraternitati tuę mãdamus, quatenus ſi quadraginta ſolummodo, vel pauciores in his deliquiſſe conſtiterit, omnes in perpetuum ab officio ſacerdotali deponas: ſi verò multitudinem magnam in hoc peccaſſe cognoueris, eos qui magis cauſam delicti eſſe conſtiterit, perpetua depoſitione condemnes, & alios, qui non tantum deliquerunt, ab officio ad tẽpus ſuſpendas, & omnibus pœnitentiam ſecundũ diſcretionem tibi à Deo datam, iniungas] hæc ibi. Idem probatur per argum. in cap. vt conſtitueretur, §. fina. diſtinct. 50. in quo refertur diui Auguſtini ſententia in Epiſtola quinquageſima ad Bonifacium, vbi infraſcripta habẽtur, videlicet [verum in huiuſmodi cauſis, vbi per graues diſſenſionum ſciſſuras non huius, aut illius hominis eſt periculum, ſed populorum ſtrages iacent, detrahendum eſt aliquid ſeueritati, vt maioribus malis ſanandis, charitas ſincera ſubueniat.] hæc ibi. Dixi per arg. dicti canonis probari noſtram concluſionem: quoniam, licèt explicitè concluſio noſtra non contineatur in dicto canone: benè tamen implicitè: Nam non ſine myſterio diuus Auguſtinus nõ dixit, ſtante tali periculo, nemo eſt puniendus, ſed detrahendum eſt aliquid ſeueritati, volens nobis innuere, quòd in tali caſu Iudex mitius debeat punire delinquentes, & non ſeuerè, & æqualiter: vt ex ipſis verbis elicitur. Vnde per cõſequens patet eodem iure probari noſtram cõcluſionem. Idem probatur in cap. ipſa pietas. §. verũ, 23. q. 4. vbi prædicta verba Diui Auguſtini rurſus fuerunt relata. Probatur, & ſecundo Doctorum auctoritate. Nam huic noſtræ concluſioni ſe ſubſcripſerunt infraſcripti Doctores, videlicet Gloſa in dictis iuribus. Innocentius, Ioannes And. Ant. de Butrio, Panormitanus, & Henrichus Boich in dicto cap. latores, Felinus in c. dilectus, el ſecundo, colum. 2. num. 3. in verſi. ſeptimo, niſi in multitudine, extra de ſimonia. Nicolaus Boerius, in tractatu de ſeditioſis, §. ſeptimo & vltimo pręſuppono. And. Tiraquel. in tractatu de pęnis temperandis, aut remittẽdis cauſa 47. nu. 8. & Innocen. in cap. ſanè, extra de tempor. ordin. & Panormitanus, in cap. clericos, de cohabit. cleric. & mulie. & notandum quod And. Tiraq. vbi ſupra, refert antiquitus ſecundum contenta in noſtra concluſione fuiſſe iudicatum. Nam apud Tucydidem libro belli Peloponenſiaci 3. cum Mitylenei aliquando ab Athenienſibus defeciſſent, præcipuos
14 defectionis auctores tantum Athenienſes † morte mulctarunt, in cęteros nihil eſt animaduerſum. Arrianus item, lib. 7. de geſtis Alexãdri ſcriptum reliquit, quo cũ Macedones aliquando ſeditionẽ feciſſent, ſe ſe militiæ ſacramento abſolui petentes. Alexander ſeditionis tantum Auctores numero treſdecim, alijs impunitis, interfici iuſſit; quod & Curtius lib. 9. memoriæ prodidit. Liuius quoque 4. decad. lib. 3. ſcribit M. Acilium Pretorem oppreſſa coniuratione ſeruorum, quæ infeſtã Hetruriam fecerat; principes coniurationis crucibus affixiſſe: alios Dominis reſtituiſſe: & iterum eiuſdem decad. lib. 8. recenſet, quòd cum militũ magna multitudo, auctoribus Albio, Galeno, & Atrio vmbro ſeditionem feciſſent, eos Scipio longa, & elegãti oratione coercuit: his verbis quam tantundem concluſit. Itaque quod ad vos vniuerſos attinet, ſi erroris pœniter: ſatis, ſuperque pœnarum habeo, Albius, Galenus, & Atrius vmber, & cęteri nefariæ ſeditionis auctores ſanguine luent, quod admiſerunt, vobis ſupplicij eorũ ſpectaculum non modo non acerbum, ſed lętum etiam, ſi ſana mens redijt, debet eſſe. hæc ibi. quibus ſimilia exempla referam in probatione concluſionis quintę. Idem exequutum fuiſſe in ciuitate noſtra Neapolitana annis non longè prætėritis tempeſtate quippè noſtra, in punitione quorumdam, qui coadunata multitudine populi interfecerant quendam officialem populi, qui vulgò dicebatur Electus populi de familia Staracẽſi. Nam principaliores ſolum acriter puniti fuerũt, & minus principales mitius, reliquis verò abſolutis. Idem docuit Hyppolitus de Marſilijs in l. ſi in rixa, num. 44. ff. ad l. Cornel. de ſicar. Idẽ docuit Ioannes de Imola, in cap. 1. extra de officio delegari, & hoc probat per dictum text. in cap. latores. Idem docuit Auguſtinus de Arimine in addi. tract. Angeli de maleficijs, in verſic. dicto maleficio ſemper. num. 15. Idem docuit Angelus in l. is, qui opem num. 4. ff. de furtis, dicens, quod caporales factionum, & ſeditionum ciuitatis, puniuntur aſpertimè, reliquis autem auxiliantibus, & fauentibus mitigantur pęnæ. Idem ad verbum docuit Iulius Clarus in ſua praxi criminali, lib. 5. §. fina. quæſtio. 60. in verſic. allegatur etiam plerumque. Probatur & tertiò hac ratione, videlicet: cùm enim in condenda vnaquaque lege ſupponatur legiſlatorem per legem velle, prohibendo, vel concedendo aliquid, conſulere bono publico, quoniam aliàs ipſa lex eſſet iniuſta, & vt talis non induceret obligationem in ſubditis, ad illam obſeruandam: eo quòd legis humanæ vigor
15 dependeat à iuſtitia. Vnde nulla lex † humana erit obligatoria, quãdo ipſi diuinæ legi aduerſa-

retur;

vetur; Indè enim sequitur veritas nostræ conclusionis: quoniam in casu dictę conclusionis cõtrariaretur bono publico obseruantia talis legis, & idcirco Iudex, qui constituitur a legislatore minister legis in casu dicti scandali aliquos mitius puniet, non seruato ad vnguem, & ad verbum præcepto legis, quia tunc licèt faciat contra verba legis, non tamen facit contra mentem legislatoris, vt latius dicemus in quæstione vnica, in qua Deo dante, examinanda erit quæstio. An transgrediẽs mentẽ legis obseruatis verbis ipsius veniat plectẽdus pęna statuta inibi contra illius trangressores.

Attamen licèt sit probata præsens nostra cõclusio multis medijs: Posset tamen quis insurgere cõtra eam, dicendo ipsam falsam, nitens hoc probare per text. in cap. sanè, extra de tempo. ordin. vbi idem Alexander Tertius, infrascriptis verbis vsus fuit, videlicet. [Sanè super eo, quòd moris esse, dũ isti in Ecclesijs quibusdam Scotiæ, & Valliæ in dedicationibus Ecclesiarum, & altarium extra ieiunia quattuor temporum clericos ad sacros ordines promouere, significans, quòd consuetudo illa (vtpotè ecclesiasticæ institutioni inimica) est pęnitus improbanda, & nisi multitudo, & antiqua consuetudo terræ esset, taliter ordinati nõ deberent permitti in susceptis ordinibus ministrare: Nam apud nos sic ordinati deponerentur; & ordinantes priuarentur auctoritate ordinãdi.] hæc ibi. ex quibus videtur elici, quod multitudini sit ignoscẽdum, & nullus eorum pœna indicta à iure puniendus. Ad hoc respondetur, quòd cum idem Pontifex sit auctor dicti cap. latores, & dicti cap. sanè, non erit ambigendum, quòd dictus text. in cap. sanè, non contradicat nostræ conclusioni, quia sic Pontifex ipse cõtradiceret sibi met ipsi, quia prædicta statuerat. Quapropter, vt tale absurdum vitetur, asseuerandum erit, quòd diuersa est ratio vtriusque textus, & sic diuersa decisio Ecclesiæ per eundem Pontificem emanauerit. Nam in dicto cap. sanè, idcircò fuit indultũ peccato multitudinis, quia stante consuetudine (licet improba) transgressio sanctionis pontificiæ, processit ab errore illius multitudinis credentis, sibi licere ordines suscipere extra tempora: ij verò (de quibus sermo habetur in dicto, cap. latores) transgressi fuerant legem Pontificiam ex prę sumptione, vt ex litera dicti Canonis elicitur. Nã ibi dicitur (inter alia) [præsumpserunt celebrare &c.] & iccirco omnes fuissent puniendi pœna ordinaria, nisi obstasset multitudo, quæ sine scandalo puniri non poterat (vt dictum fuit) ex quibus patuit nihil probari per dictum cap. sanè. cõtra nostram conclusionem. Insuper tamen, & secundo posset quis insurgere contra præsentẽ conclusionem afferendo textum, in cap. qui scandalizauerit, extra de regul. iur. vbi canonizata reperitur sententia venerabilis Bedę presbyteri, dicen
16 tis, [vtilius † scandalum nasci permittitur, quàm veritas relinquatur] hæc ibi. Ad hoc taliter respodemus distinguendo de veritate, & dicendo, quòd veritas est triplex, scilicet Primo bonæ vitæ: Secundo iustitiæ: Tertio disciplinæ. Veritas
17 † enim bonæ vitæ circa ea, quæ pertinent necessario ad salutem, vt est obseruatio præceptorum diuinorum, nunquam erit omittenda propter scãdalum passiuum, tam Pharisęorum, quàm pusillorum: circa verò ea, quæ pertinent ad obseruantiam consiliorum (ad quæ facienda consulimur, & non præcipimur, veritas ipsa bonæ vitæ omittenda erit, vt vitetur scãdalum pusillorum, donec ipsi moniti desinant scandalizati. vel dicta veritas occultanda erit, non autem relinquenda erit hæc veritas propter scandalum Pharisęorum, qui ex malitia sumerent huiusmodi scandalum (vt latius diximus supra in vnico §. præsentis quæstionis) & Sanctus Thomas docuit elegantissimè, in 22. q. 43. artic. 7. in corp. quæstionis. Veritas autẽ disciplinæ aliquando omittenda erit propter scandalum, & erit parcendum aliquantulum parti alicui ipsius delinquentis multitudinis, vt in conclusione, vti etiam latius in subsequentibus conclusionibus patebit. Et ratio est, quoniam finis disciplinæ est correctio fraterna: Et doctrinæ veritas vero iustitiæ (vt docet Ioannes de Imola in Clementi. vnica, de immunitate Ecclesiæ colum. 1. in versic. an autem veritas iustitiæ, quæ spectat ad Iudicem) quæ pertinet ad Iudicem est duplex. Nam quædam dicitur veritas iustitiæ naturalis, quæ in lege Diuina, & Euangelio continetur, & hæc propter scandalum non debet omitti: quædã dicitur veritas iustitiæ iuris positiui, & hanc poterit dimittere Iudex propter scandalum, vitandum; cùm & hanc tollere possit consuetudo rationabilis, & præscripta. Veritas etiam disciplinæ poterit ommitti pro scandalo pusillorum vitando, non autem Pharisęorum. Tertiò posset argui contra nostram conclusionem, ipsam probando falsam: eo quòd non debeat in iudicio acceptionem
18 † personarum fieri, iuxta Domini præceptum in Leuit. cap. 19. versic. 15. dicentis [Ne facias quod iniquum est, nec iniustè iudicabis. Non considères personam pauperis, nec honores vultum potentis, iustè iudicia proximo tuo, & tamen per concessa in præsenti conclusione, fieret acceptio personarum in iudicio, cum supponatur eadem specie peccati omnes peccasse: & tamẽ aliqui eorum perpetuo deponi iubentur, aliqui verò ad tẽpus, ex quo palam fit ibi fuisse acceptionem personarum, in iudicio de iure diuino prohibitam. Ad hoc respondetur primo, quod nulla adsit acceptio personarũ tam in nostra cõclusione, quàm in dicto cap. latores, si perspicacius ponderata fuerit verba dicti canonis, & nostræ conclusionis, cum in vtrisque dictum sit, quòd perpetuo deponantur, ac pęnæ de iure statutę subiaceant ij, qui magis causa delicti constiterit fuisse; Si ergo magis causa delicti fuerint, patet quòd non omnes æqualiter peccauerint: secundo respondetur, & hoc alio modo, quòd dictum ius diuinum loquitur de eo, quod fieri debeat regulariter, nõ autem in casu nostrę conclusionis, cùm inibi nulla fiat mentio de scandalo non curando, aut vitando; & sic non militat ipsius decisio in casu nostrę cõclusionis, in qua precipuè habitus fuit respectus ad scandalum pusillorum vitandum, iuxta Dominicum pręceptum apud Mattheum cap. 18. vers. 6. & 7. (de quo latius diximus, in §. vnico pręsentis quęstionis) quod quidem mirandum non erit, cũ quamplurima opera per se sint de sui natura bona, vel indifferentia; quę tamen per accidens ratione alicuius malę circunstantię ipsis operibus adiectæ, euadant mala, ac prohibeantur fieri, vt patet in eleęmosina elargienda, quę non caderet sub consilio, & aliquando sub pręcepto, si bona opera per se, & in sui natura non essent, & tamen fieri ac euadere mala, & prohibita etiã sub mortali,

tali, vel veniali poterit per accidés, si fiat pro aliquo malo sub veniali, vel mortali peccato prohibito: vt omnibus Doctoribus est inconfesso: & latius docuimus in quæstione prima nostri tractatus de vsuris. Ex his ergo patuit veritas nostræ cõclusionis, & debilitas, atque irrationabilitas, vt ita dicam, oppositionum productarum.

19 Secunda conclusio Iudex † stante scandalo pusillorum, si expedire ei videbitur correctioni multitudinis, & paci vniuersorum, punire debebit solùm principales multitudinis peccantis: principales (inquam) qui fuerunt auctores huiusmodi sceleris perpetrati à multitudine, reliquis vero parcere, & hoc quãdo speratur inde correctio eorum futura, quibus venia huiusmodi indulgetur. Hæc conclusio probatur quadruplici medio. Primo enim auctoritate iuris diuini, ac exemplo nobis à Deo optimo maximo exhibito. Quapropter sciendum, quòd hoc scriptum reperitur in sacra pagina (Numeri cap. 25. versic. 1. 2. & 3. videlicet. [Morabatur autem eo tempore in Setim, & fornicatus est populus cum filiabus Moab: quę vocauerunt eos ad sacrificia sua: at illi comederunt, & adorauerunt Deos earum, initiatusque est Israel Belphegor. & iratus Dominus ad Moysem ait. Tolle cunctos Principes populi, & suspende eos contra solem in patibulis, vt auertatur furor meus ab Israel.] Idem in 3. Regum, cap. 18. vbi refertur. [Heliam Domini Prophętam culturam Baal Idoli vindicasse, Sacerdotes, & Prophętas eius interficiendo, morte auctorũ expians peccata imitantium populorum] Probatur & secundò iure positiuo, per tex. in §. sed & hic non suam 23. quæstio. 4. vbi ferè ad verbum prædictæ authoritates iuris diuini referuntur. Idem probatur per argum. in cap. clericos, extra de cohabit. cleric. & mul. in quo Alexander Tertius scribens Archiepiscopo Salernitano infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet, [Clericos in sacris ordinibus cõstitutos, qui publicè tenent concubinas, ad eas abiurandas nolumus à tua fraternitate compelli: ne in eandem fornicationem instinctu diabolicę fraudis redeuntes, periurij reatum incurrant. verum ipsos per suspensionis, & interdicti sententiã debes arctius cogere, vt mulieres ipsas ita à se remoueant, quod de illis sinistra suspitio non possit haberi: & si qui eorum ad ipsas redire, vel alias accipere fortè præsumpserint, in aliquos eorum debes perpetuam excommunicationis sententiã proferre, vt alij eorum exemplo perterriti à similibus arceantur.] hęc ibi. sed notandum quòd diximus probari præsentem conclusionem per arg. in dicto cap. clericos, quoniam licet explicitè nulla fiat mentio de materia nostræ cõclusionis in dicto cap. tamen benè implicitè: cum dicatur ibi. quòd [non omnes excommunicandi sint, qui redierint ad concubinas, sed aliqui eorum] & sic non omnes erunt puniendi, sed principaliores, vt & reliqui eorum exemplo, & pœna perterriti, à similibus arceantur. Probatur & tertiò Doctorum auctoritate. Nam Sanctus Thomas, & Cardinalis à Turre cremata in locis citatis in præcedenti cõclusione se subscripserunt præsenti nostræ conclusioni. Idem sentit Henricus Boich in cap. latores, extra de cler. excommun. mini. Felinus in cap. dilectus, el 2. colum. 2. extra de simonia, Nicolaus Boerius in tracta. de seditiosis, §. septimo, & vltimo præsuppono. Andreas Tiraq. in tract. de pęn. temp. aut remitt. causa 47. num. 8. Panormitanus in cap. clericos, not. 3. extra de cohabit. cleric. & mul. dicens, quod vbi multi sunt concubinarij, non debet Iudex omnes suspendere, aut excommunicare; sed incipere à principalioribus, vt alij eorum exemplo perterriti arceantur; hęc ille. Probatur & quartò hac ratione, videlicet. Cùm pęnarum inflictio non sit propter se expetenda à Iudicibus, sed pro corrigendis subditis; inde sequitur, quod pœnæ infligendæ sint à Iudicibus, vt medicinæ quędam ad cohibenda peccata: & ideo in tantum habent rationem iustitiæ ipsæ pœnæ, in quantum per eas peccata cohibentur: si autẽ per inflictionem pœnarum manifestum sit plura, & maiora peccata sequi: tunc pœnarum inflictio nõ continebitur sub iustitia: & in hoc casu loquitur dinus Augustinus in libro contra Epistolam Par-

20 meniani: quando scilicet excõmunicatione † aliquorum imminet periculum schismatis: quia tunc excommunicationem ferre nõ pertinet ad veritatem iustitię, vt docuit Diuus Thomas in 2. 2. q. 43. artic. 7. in responsione ad primum.

Tertia conclusio. Iudices stante scandalo pusillorum, non poterunt omnem multitudinẽ peccantem punire pœnis à iure statutis, sed si eis vi-

21 debitur † expedire sic bono publico, poterunt solum punire magnam partẽ ipsius multitudinis, (si sine scandalo hoc fieri posset.) reliqua parte dimissa sine punitione. Hęc conclusio probatur quadruplici medio. Primo exemplo iuris diuini. Nã hæc scripta reperiuntur in lib. Exodi, cap. 32. videlicet, quòd [ex populo Israel (cuius multitudo peccauerat adorando vitulum aureum) non tota multitudo peccantium pęna affecta fuerit, ac sentierit: sed solum circa tria milia hominum puniti fuerint; & secundum alios viginti tria milia: reliqui verò ipsius multitudinis non fuerunt puniti de tanto scelere] Idem scriptum est Num. cap. 11. quod [pro murmure Hebræorum aduersus Moysen, & Deum, flentium pro esus carnium defectu, post huiusmodi carnium esum concessum, dum adhuc carnes essent in ore ipsorum Hæbręorum: ecce furor Domini concitatus percussit eos plaga magna nimis.] vnde de hoc Prophęta loquens (Psal. 77. vers. 30. & sequent.) dixit. [transtulit Austrum de Cœlo, & induxit in virtute sua Africum, & pluit super eos carnes, & sicut arenã maris volatilia pennata, & ceciderunt in medio castrorum eorum circa tabernacula eorum, & manducauerunt, & saturati sunt nimis: & desiderium eorum attulit eis, non sunt fraudati à desiderio suo: adhuc escę eorum erant in ore ipsorum, & ira Dei descendit super eos, & occidit pingues eorum.] Probatur & secundò præsens conclusio, iure positiuo per tex. in §. sed & hic non suam, 23. questio. 4. allatum in pręcedenti conclusione. Probatur & tertio Doctorum auctoritate. Infrascripti enim Doctores se subscripserunt pręsenti nostrę conclusioni, videlicet S. Thomas, & Cardinalis de Turre cremata locis supra citatis, quos sequitur Prępositus in cap. vt constitueretur, distinct. 50. colum. 2. Probatur, & quartò ratione allata in pręcedenti conclusione.

Quarta cõclusio. Iudex si sine scandalo pusillo-

22 rum, & ruptura pacis vniuersalis nõ poterit † punire multitudinis peccantis partem, nec principem aliquem, qui aliquod malum fecit sine scandalo, & periculo schismatis, ac totius multidinis

principi

principi fauentis, debet dissimulare tale facinus: nisi fortè peccatum Principis esset tale, quod magis noceret multitudini spiritualiter, aut corporaliter, quàm scandalum ipsum, quod timeretur oriundum ex Principis punitione: quoniam in tali casu Iudex supremus debebit punire ipsum Principem, non obstante tali scandalo multitudinis. Cùm semper maius malum sit vitandum etiā minori ineuitabili contempto. & hoc obseruandum erit tam contra laicos, & clericos malefactores, quàm contra Monachos, cęterosque regulares. Hæc conclusio probatur quadruplici medio. Primo enim exemplo Domini nostri Iesu Christi, (vt habetur apud Lucam, cap.9.vers.52.53.& 54.) [qui cùm misisset nuncios in ciuitatem Samaritanorum ante conspectum suum, illi euntes intrauerunt in dictam ciuitatem Samaritanorum, vt pararent illi; & non receperunt eum: Cùm autem vidissent Discipuli eius Iacobus, & Ioannes, dixerunt, Domine, vis dicamus, vt ignis descendat de Cœlo, & consumat? Et conuersus increpauit illos, dicens, Nescitis cuius spiritus estis, filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. & abierunt in aliud castellum: ex quibus Domini nostri Iesu Christi verbis elicitur, quàm apertissimè, quòd aliquando parcendum sit multitudini: quādo indè speratur correctio ipsius delinquentis, quemadmodū sperabat tunc Dominus Iesus: quod quidem euentus postea docuit: Nam legitur in actibus Apostolorum, cap.8. quòd post resurrectionem Domini ipsi Samaritani receperint fidem: Vbi hæc ad verbum habentur, videlicet [Philippus autem descendens in ciuitatem Samariæ prædicabat illis Christum: intendebant autem turbæ ijs, quæ à Philippo dicebantur vnanimiter audientes & videntes signa, quæ faciebat; Cùm vero credidissent Philippo euangelizanti de Regno Dei, in nomine Domini Iesu Christi baptizabantur viri, ac mulieres. Probatur & secundò præsens conclusio iure Pontificio. Nam in cap. quod Christus, 23.q.4. hæc habentur, dicta à Beato Ambrosio, in libro 7. comentariorum ad cap. 9. Euangelij, apud Lucam, videlicet [quod Christus Discipulos increpauit, quia ignem super eos descendere cupiebant, qui ipsum non receperant: ostenditur nobis non semper in eos, qui peccauerint vindicandum: quia nonnunquam prodest amplius clementia, tibi ad patientiam, lapso ad correctionem: denique Samaritani citius crediderunt, à quibus hoc loco ignis arcetur.] hæc ibi. Idem & clarius habetur in c. non potest, 23.q.4. ex sententia diui Augustini, in libro 3. cap.2. contra Epistolam Parmeniani. vbi hæc habentur, videlicet. [Non potest esse salubris multis correctio, nisi cùm ille corripitur, qui non habet sociam multitudinem: cùm verò idem morbus plurimos occupauerit, nihil aliud bonis restat, quàm dolor & gemitus, vt per illud signum Tau, quo Ezechieli Sancto (vt apud Ezech. cap.9.) reuelauit, vt illęsi euadere ab illorū vastatione mereantur. Reuera si contagio peccandi multitudinem inuaserit diuinæ disciplinæ seuera misericordia, necessaria est. Idem habetur in cap. quoniam, & cap. quotiens, 1.q.7. Nam Hilarius Papa ibi infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. [Quoniā quicquid ab alterutra parte est indicatum, omni videmus peruersitate confusum, temporum necessitate perspecta, hac ratione decernimus ad veniam pertinere, quod gestū est, vt nullus deinceps pręter notitiam, atque consensum Metropolitani ordinetur antistes.] hæc ibi. & in dicto c. quoties, hæc habentur, statuta ab Innocentio in Epistola 22. cap.6. ad Episcopos Macedoniæ scripta, videlicet. [quoties à populis, aut à turba peccatur, quia in omnes propter multitudinem non potest vendicari, inultum solet transire: priora ergo dimittenda (dico) Dei iudicio, & de reliquo maxima sollicitudine præcauendum.] hęc ibi. Idem habetur, in c. commessationes. §. non ergo. distin. 44. vbi infrascripta verba diui Augustini, in Epistola 64. ad Aurelium Episcopum scripta, referuntur, videlicet. [Non ergo asperè (quantum existimo) non duriter, non modo imperioso tollantur ista mala, magis docendo, quàm iubendo, magis monendo, quàm minando, sic enim agendum est cum multitudine peccantium: seueritas autē exercenda est in peccata paucorū.] hæc ibi. quod intelligendum est tam circa punitionem laicorū, & clericorum secularium, quàm Monachorum, & reliquorum regularium: vt specialiter nos docuerunt infrascripti canones & Doctores. Nam in c. in singulis. §. si verò, extra de statu Monach. hoc nos docuit Innocentius Tertius infrascriptis verbis vtens, videlicet. [Si verò in hac nouitate quicquam difficultatis emerserit, quòd per prædictas personas nequeat expediri, ad Apostolicæ Sedis iudicium absque scandalo referatur: cęteris irrefragabiliter obseruatis, quæ concordi fuerint deliberatione prouisa.] hæc ibi. per quæ fuerunt limitata ea, quæ sic generaliter obseruanda præcipiuntur circa correctiones, regularium quorumcunque per Honorium Tertium Papam, & habentur in cap. ea, quæ, §. ipsi etiam visitatores, extra de statu Monach. vbi hæc habentur, videlicet, [Ipsi etiam visitatores Monachos, quos contumaces inuenerint, & rebelles, iuxta modum culpæ vice nostra, regulari censura percellant absq; personarum delectu, non parcendo rebellibus ob suam pertinaciam, vel potentiā amicorum, quin ouem morbidam eijciant ab ouili, ne inficiat sanas oues.] hæc ibi. & quòd hæc omnia iura citata probent nostram conclusionem, quando aliàs sequeretur scandalum, fatentur, ac docent omnes glosæ, & Canonistæ in dictis iuribus, & sic probatur. Tertio præsens conclusio auctoritate Doctorum infrascriptorum, videlicet Sancti Thomæ, Cardinalis à Turre cremata, & Præpositi locis, citatis in prima conclusione, & dicti Cardinalis, in dictis iuribus. Probatur & quartò præsens conclusio infrascriptis rationibus: quarum prima est, quia in multitudine peccante plures sunt ignorantes an licitum, vel illicitum fuerat, id quod tumultuarie, & sine præuia inuestigatione veritatis cōmiserunt, & iccircò si omnes æqualiter punirentur homines illi, qui in leui forsan, vel nulla culpa fuerunt, iniustè vtique grauarentur: secunda est: quia multitudinis rigorosa punitio quàm facillimè scandalum, & rebellionem assolet producere, vt experientia quotidiana nos docet: tertia, quia quàm facillimè homines vniti in culpa, vniri etiam in contemptu legum, & legislatorum, & non sine tumultu, & pacis vniuersalis detrimento deteriores assolent. quarta, quia vnusquisque Iudex inferior in iudicijs decernendis debet se cōformem reddere Deo optimo maximo Iudici supremo, qui peccanti multitudini Sodomitarū, &

Gomor-

Gomorreorum promittere indulgentiam dignatus fuit propter paucos bonos, si in dictis ciuitatibus fuissent reperti. Nam ita scriptum reperitur (in lib. Genes. cap. 18. versic. 22. 23. 24. 26. & 32.) [Abraham adhuc stabat coram Domino, & appropinquans ait; Nunquid perdes iustum cum impio? Si fuerint quinquaginta iusti in ciuitate, peribunt simul? & non parces loco illi propter quinquaginta iustos, si fuerint in eo? Dixitque Dominus ad eum: si inuenero Sodomis quinquaginta iustos in medio ciuitatis, dimittam omni loco propter eos: (& post multa) Obsecro (inquit Abraham) ne irascaris Domine si loquar adhuc semel: quid si inuenti fuerint ibi decem? & dixit, Non delebo propter decem.] Quinta ratio, qua probatur nostra conclusio, est hæc. Cùm vnaquaque lex non habeat rationem, & vim legis (vt docet Sanctus Thomas, in 1.2.q.90. artic.2: & in 1.2.q.96. artic.6.) nisi illa ordinetur ad bonum commune. Nam lex pertinet ad id, quod est principium humanorum actuum, ex eo, quòd est regula, & mensura ipsorum. Vndè oportet, quod cùm lex maximè dicatur secundum ordinem ad bonũ commune, quòd quodcunque aliud præceptum, de particulari opere non habeat rationem legis; nisi secundum ordinem ad bonum commune: & ideò omnis lex ad bonum commune ordinatur, & ad salutem hominum, & in tantũ obtinet vim, & rationem legis. Indè consequens erit, quòd si lex aliqua à dicto bono communi consulendo defecerit, tunc non habebit illa rationem, ac vim obligãdi subditos Legislatoris ad ipsius obseruãtiam: quod & docuit textus in l. nulla iuris. ff. de leg. & Senatusconsul. his verbis vtens, videlicet. [Nulla iuris ratio, aut æquitatis benignitas patitur, vt quę salubriter pro hominum vtilitate introducuntur: & nos interiore interpretatione cõtra ipsorum commodum producamus, ad seueritatẽ.] hæc ibi. At cùm contingat multoties, quòd aliquod statutum in lege aliqua positiua; seu humana obseruari, cõmuni saluti sit vtile, vt in pluribus quod tamen in aliquibus casibus particularibus est maximè nociuum ipsi cõmuni bono, & saluti hominum, indè necessariò sequitur quòd cũ Legislator non possit omnes singulares futuros casus intueri, ac exprimere, proponit legem secundum ea, quę in pluribus & vt frequentius accidũt, ferens intentionem suam ad communem vtilitatem, quod dictum esse verissimum probatur per subsequentes leges, videlicet. per tex. in l. neque leges. ff. de leg. & Senatuscõsulto. vbi hæc habentur, videlicet. [neque leges, neque Senatusconsulta ita scribi possunt, vt omnes casus, qui quandoque inciderint, comprehendantur; sed sufficit ea, quæ plerumque accidunt, contineri.] & in l. non possunt, ff. eo. hæc habentur, videlicet. [Non possunt omnes articuli singulatim, aut legibus, aut Senatusconsultis comprehendi: sed cùm in aliqua causa sententia eorum manifesta est: is, qui iurisdictioni præest, ad similia procedere, atque ita ius dicere debet] & in l. nam. ff. eod. hæc habentur, videlicet. [Nam (vt ait Pedius) quoties lege aliquid vnum, vel alterum introductum est: bona occasio est, cętera, quæ tendunt ad eandem vtilitatem, vel interpretatione, vel certa iurisdictione suppleri.] hæc vbi supra. Ex his ergo omnibus iuribus elicitur, atque docemur, quòd si emerserit casus, in quo obseruatio talis legis, af-ferat detrimentum communi saluti: non erit ipsa lex pro tunc obseruanda, quod & docuit etiam Diuus Thomas in dicta quæstio. 6. artic. 6. subinferendo tale exemplum, videlicet. Si in ciuitate obsessa statuatur lex, quòd portæ ciuitatis maneant clausæ: hoc statutum iussum, vtile est bono communi, vt in pluribus, ne aditus ingrediendi ciuitatem obsessam hostibus illam obsidentibus, pateat. Vnde tunc omnino inuiolabiliter talis legis præceptum erit obseruandum. Si tamen contingat casus, quòd hostes insequantur aliquos ciues (per quos ciuitas conseruatur) maximum vtique detrimentum esset ciuitati, nisi eis portę ciuitatis aperiantur, & ideò in tali casu essent portæ aperiendæ contra verba legis, quamnis non fieret hoc contra mentem Legislatoris (de quo tamen latius dicam in quæst...... & dixi in tracta. de vsur. quæst. vltima, conclusione vltima. & in tractatu de empt. & venditio. circa iura pœnalia extendenda, vel non extendenda) Qui Legislator per talem legem intendebat consulere bono communi: pro quo procurãdo sancita fuit ab ipso huiusmodi lex: & hoc modo possumus, imò & debemus procedere in similibus. Cùm ergo vnusquisque Legislator iura pœnalia sanciens intendat obligare Iudicem ministrum talium iurium ad iudicandum secundum ea pro bono publico consulendo. Indè manifestissimè sequitur ipsum Iudicem non solùm non teneri ad talium legatum, iuxta sonum verborum obseruantiam: imò grauiter erraret, si iudicaret ipse secundum verba earum, in tali casu, compellendo aliquos ad sustinendas pœnas aliquas statutas contra violatores dictarũ legum: si indè (vt diximus in conclusione) ex tali compulsione sequeretur, verisimiliter boni cõmunis pernities, ac detrimentum communitatis. Quapropter ex his omnibus quàm apertissimis documentis: patuit veritas præsentis nostræ conclusionis, diceutis, quòd in casu (inibi proposito) Iudices respectu violationis talium legum pęnalium neminem punire debeant, vt tali pacto consulant bono communi, cuius saluti prospicere intendebat Legislator earum per appositas pœnas, contra ipsarum transgressores.

Quinta conclusio. Multitudini hominum peccanti contra leges pœnales, tam ecclesiasticus Iu-
23 dex, quàm secularis, parcere non debebit, † si indè scandalum nullum timeatur: sed eam puniet secundum eas. Hęc conclusio probatur quadruplici medio. Primò enim, per argum. in iure diuino. Nam hoc videtur nos docere voluisse Deum Omnipotentem exemplo suo (cui Domino, vnusquisque Iudex in iudicijs decernendis tenetur se conformari,) vt docuit Sanctus Thom. in 1.2.q. 108. artic. 4. in respon. ad secundum. Nam ipse Deus Omnipotens (vt habetur in lib. Exodi. cap. 14.) multitudini Aegyptiorum peccantium in persequendo iniustè Hebręos fugientes de Aegypto secundum diuinum mandatum, non pepercit, sed procellis maris rubri eam inuoluẽdo, interfecit. Item Deus (vt in lib. Genesis, cap. 19.) multitudini Sodomitarum habitantium in illis quinque ciuitatibus non pepercit, sed omnes igne sulfureo consumpsit: & hoc iure optimo: vt illud, quod propter eorum scelera contigit ad pęnam, nobis transeat ad exemplum, & salutem, eo quòd indè nullũ scãdalum oriri posse, imò magis maximum profectum posteris Deus ipse optimus maximus, præuiderat.

præuidcrat. Itē Deus aquis diluuij perdidit omnem carnem humanā præter illos paucos saluatos in arca Noe, qui iusti inuenti fuerant a Domino Deo, vt habetur in lib. Genes. cap. 6. & 7. & idem quamsępissimè factum fuisse à Deo iustissimo iudice legitur diuersis in locis sacræ scripturæ: quod hic referre frustratorium fore duxi, nonnullis exceptis. Nam legitur (in Deuter. cap. 13. vers. 12. 13. 14. 15. 16. & 17.) quòd Deus infrascripta statuerit, videlicet. [si audieris in vna Vrbiū, quas Dominus Deus tuus dabit tibi ad habitandum dicentes aliquos: Egressi sunt filij Belial de medio tui, & auerterunt habitatores Vrbis suæ, atque dixerunt. Eamus, & seruiamus dijs alienis, quos ignoratis. Quare sollicitè & diligenter rei veritate perspecta, si inueneris certum esse quod dicitur, & abhominationem hanc opere perpetratam: statim percuties habitatores illius in ore gladij, & delebis eam, omniaque quę in illa sunt vsque ad pecora. Quicquid etiam supellectilis fuerit, congregabis in medio platearum eius, & cum ipsa ciuitate succendes: ita vt vniuersa cousumas Domino Deo tuo: & sit tumultus sempiternus: nō ædificabitur amplius, & nō adhęrebit de illo anathemate quicquam in manu tua: vt auertatur Dominus ab ira furoris sui, & misereatur tui, multiplicetque te sicut iurauit patribus tuis.] hæc ibi. Probatur insuper & secundò præsens conclusio, scilicet, iure positiuo: nam in cap. cùm quisque, 23. q. 4. textus apertissimus est hoc ipsum probās: cùm ibi referatur sententia diui Augustini contra Epistolam Parmeniani, lib. 3. cap. 2. vbi hæc habentur, videlicet. [Cùm quisque fratrum, idest Christianorum intus in ecclesiæ societate constitutorum, in aliquo tali peccato fuerit deprehensus, vt anathemate dignus habeatur, fiat hoc vbi periculum schismatis nullum est, quando ita cuiusque crimen notum est omnibus, & omnibus execrabile apparet: vt vel nullos prorsus, vel non tales habeans defensores, per quos schisma possit contingere, non dormiat seueritas disciplinæ.] hæc ibi. Idem probatur in cap. Apostolicæ, 24. q. 3. in quo Pelagius Papa infrascriptis verbis vsus fuit, videlicet. [Apostolicæ auctoritatis exemplo didicimus, errantium, & in errorem mittentium spiritus tradendos esse satanæ, vt blasphemare dediscant.] hæc ibi. Idem in c. tam sacerdotes, 24. q. 3. Anacletus Papa, infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. [Tam Sacerdotes, quàm reliqui fideles omnes summam curam habere debent de his, qui pereunt: quatenus eorum redargutione, aut corrigantur à peccatis, aut si incorrigibiles apparuerint, ab Ecclesia separentur.] & vt breuius me expediam, dico, quòd idem prorsus habetur in cap. resecandæ, cap. corripiantur. c. ecce autem, cap. illud sane, & in cap. notandum est. 24. q. 3. & idem docemur per text. in cap. quidam verò è contrario, §. fina. 23. q. 4. (in quo referuntur verba diui Augustini, de fide, & operibus, cap. 4. & 5.) vbi hæc habentur, videlicet. [cùm verò eas, per quos Ecclesia regitur adest salua pace potestas disciplinę aduersos improbos, aut nefarios exercendæ: tunc rursus ne socordia, segnitiaque dormiamus: alijs aculeis præceptorū, quæ ad seueritatem coertionis pertinent, excitandi sumus.] Idem habetur per tex. in cap. si quos igitur, & in cap. si ea, 23. q. 4. Nam in dicto c. si quos igitur, diuus Augustinus docet, quòd in correctione malorum Deus placatur, & in dicto cap. si ea, Augustinus dicit, quòd ad iram Deus prouocetur: cum mala puniri differantur: & idem docet Gratianus in §. ecce quòd crimina. 23. q. 4. Probatur idem per tex. in cap. ea, quæ. §. ipsi visitatores, extra de statu monach. cuius verborum seriē in præcedentis conclusionis probationem attuli. Idem probatur per tex. in cap. si audieris, 23. q. 5. in quo refertur sententia diui Cypriani in lib. de exhortatione martirij, cap. 5. his verbis contenta, videlicet. [Si audieris in vna ex ciuitatibus, quas Dominus Deus tuus &c. (vt supra retuli, & concludit dicens.) cuius præcepti, & vigoris memor Mathathias interfecit eum, (vt in 1. Machab cap. 2.) qui ad aram sacrificaturus accesserat. Quod si antè aduentum Christi circa Deum colendum, & Idola spernenda, hæc præcepta seruata sunt: quanto magis post aduentum Christi, seruanda sunt, quando ille veniens non verbis tātùm nos hortatus est, sed & factis.] hæc in dicto canone, ex cuius verbis patet veritas nostræ conclusionis, quòd multitudo possit puniri si sine scādalo possit fieri, Probatur insuper præsens conclusio & tertiò Doctorum auctoritate. Nam infrascripti Doctores quamlibentissimè se subscripserunt præsenti conclusioni, videlicet. Alexand. de Ales in 3. par. sum. q. 41. memb. 3. Sanctus Thomas in 1. 2. quæst. 108. artic. 1. in resp. ad quintū, Cardinalis à Turre cremata in c. infideles, §. hinc etiam, conclusione prima, 23. q. 4. Innocentius in cap. latores, extra de Clerico excommunicato ministr. Antonius de Butrio in dicto cap. latores colum. 2. in vers. glo. secunda, opponit quòd multitudini parcatur, glo. in dicto cap. cùm quisque in vers. vbi periculum, glo. in dicto cap. latores, in versi. multitudinem, glo. in dicto cap. ecce autem, in versi. putredini, Panormitanus in dicto c. latores colum. 1. num. 4. Præpositus in cap. vt constitueretur, distinct. 50. sequens sententiam Diui Thomæ præcitatam & hanc nostram conclusionē communiter esse approbatam docuit Igneus in l. 1. §. rescriptum, num. 13. ff. ad Senatusconsul. Syllania. vt refert Iulius Clarus in sua praxi, lib. 5. §. fin. quæst. 60. in versic. allegatur etiam plerūque, imò & omnes ferè infrascripti Doctores, qui prima fronte videntur aduersari nostræ conclusioni dicendo, quòd regulariter multitudini peccanti parcitur quod vtique si simpliciter verum esset, nostra conclusio falsa esset, vt patet ad sensum; Doctores (inquam) hoc asseuerantes sunt, videlicet Dominicus à Sancto Geminiano in cap. vt constitueretur, distinct. 50. colum. 2. in versic. oppono contra finem text. Henricus Boich in c. qui scandalizauerit, Felinus in cap. dilectus, el secundo, in versi. in glo. 3. extra de simonia, quem citat & sequitur Nicolaus Boerius, in tract. de seditiosis, §. septimo & vltimo, num. 24. Petrus Folletius in sua praxi criminali, in titu. pœnis debitis feriantur, num. 35. Andreas Tiraquel. in tractat. de pœnis, titu. de pœnis tempe. aut remittendis, causa 47. num. 1. Hyppolitus de Marsilijs in l. si in rixa, num. 44. ff. ad l. Cornel. de sicarijs, sed quomodo citati Doctores se subscripserint præsenti conclusioni afferetur, & probabitur paulò post, cùm respondebimus obiectionibus faciendis præsenti conclusioni verissimæ. Probatur igitur insuper nostra conclusio, & quartò hac ratione, videlicet. Cùm enim proprium ministrorum sit exequi pręcepta

ccpta

cepta eorum, quibus deseruire, ac ministrare teneantur aliqua de causa, seu titulo; & Iudices omnes sint ministri iustitię, á qua aliquo modo denominationẽ suscipiunt: ideò φ Iudex dicatur á ius dicẽdo, vt docet tex. in c. forus. §. Iudex dictus, extr. de verb. signif. vbi hęc habentur, videlicet. [Iudex dictus quasi ius dicens populo, siue φ iure disceptet. Iure autẽ disceptare, est iustè iudicare. Non est ergo Iudex, si nõ est in eo iustitia.] ex his ergo sequit̃, φ in tantũ quis dicendus sit Iudex, in quãtum ius dicit, & tũc quis conuincitur ius dicere, cũ secundũ ius iudicat puniẽdo iux. pęnas á iure taxatas, Legũ transgressores, ac è cõtra absoluẽdo Innocentes & repertos immunes á culpa. Quapropter necessariò indè sequi patet Iudices teneri ad infligẽdas pęnas á iure taxatas multitudini volũtariè trãsgrediendi ipsa iura: si ipsius multitudinis punitio fieri possit absq; scandalo pusillorum: quoniã expedit Reipublicę, atq; bono publico, φ delicta nõ remaneãt impunita: vt φ flagitiosę multitudini cedit in pęnã, alijs transeat in exẽplum.

Et si verissima fuerit cõprobata multis medijs præsens nostra conclusio, posset tñ quis insurgere contra ipsam (vt paulò antè annuimus) acclamãdo ipsam falsam, & talẽ probãdo duplici medio. Primò enim per infrascripta iura. Nã prima fronte videtur contrariũ prorsus probari per text. in c. vt constitueretur, in fin. dist. 50. vbi hæc habẽtur, videlicet. [Verũ in huiusmodi causis, vbi per graues dissensionum scissuras, nõ huius, aut illius hominis est periculum, sed populorũ strages iacent, detrahendum est aliquid seueritati, vt maioribus malis sanandis charitas sincera subueniat.] hæc ibi. Ex quibus videtur eliciendum, φ quando hominum multitudo peccauerit, tũc mitius cũ ipsis agendum sit, ac minor pęna singuli homines ipsius multitudinis, puniẽdi sint, quàm si pauci peccassent segregati a multitudine. Idẽ videtur probari per tex. in c. ordinationes, in fi. 9. q. 1. vbi hec habentur, videlicet [Quamuis autẽ misericordię intuitu, magnaq; necessitate cogente hanc in sacris ordinibus dispensationẽ cõstituerimus, nullũ tñ pręiudiciũ sacris canonibus fieri volumus, sed obtineant propriũ robur, & cessante necessitate, illud quoq; cesset, quod pro necessitate factũ est. Vbi enim multorũ strages iacet, ibi subtrahendũ est aliqd seueritati, vt addat̃ amplius charitati.] hęc ibi, ex quibus elici vr̃ rationabilitas impugnationis, cũ ibi dicat tex. φ [Nullũ pręiudiciũ fiat sacris Canonibus si quid fuerat cõtra eorũ ordinationẽ imminẽte necessitate cõcessum, qm̃ vbi multorũ strages iacet] (φ vtiq; sequeretur, si multitudo peccãs debita pęna statuta á sacris Canonibus puniret̃.) ibi [subtrahendũ est aliqd seueritati.] vt mitius talis multitudo puniat̃: si ergo mitius erit multitudo puniẽda, indè sequit̃, φ non fuerit puniẽda ipsa multitudo statutis á iure pęnis ad literã. Idẽ probari vr̃ p tex. in c. ipsa pietas, 23. q. 4. in fi. in quo referunt̃ eadẽ prorsus d. August. verba, quę paulò antè retulimus cõtineri, in c. vt cõstitueret̃, dist. 50. Idẽ apertius vr̃ probari p tex. in c. nõ põt. 23. q. 4. vbi refert̃ snĩa D. August. (in lib. 3. c. 2. cõtra epistolã Parmeniani) vbi hęc habent̃, videlicet [nõ põt esse salubris á multis correptio, nisi cũ ille corripit̃, q nõ habet sociã multitudinẽ: cũ verò plurimos idẽ morbus occupauerit, nihil aliud bonis restat q̃ dolor, & gemitus: vt p illud signũ, φ Ezechieli Sãcto reuelat̃, illęsi ab illorũ vastatione euadere mereant̃. Reuera si cõtagio peccãdi multitudinẽ inuaserit: diuinę disciplinę seuera misericordia necessaria est. Nã consilia separationis & inania sunt, & pernitiosa, atq; sacrilega, qa impia & superba sunt: & plus pturbãt infirmos bonos, q̃ corrigãt animosos malos. Turba aũt iniquorũ cũ facultas est in populis promẽdi sermonẽ, generali obiurgatione feriẽda est: & maximè si occasionẽ atq; opportunitatẽ p̃buerit aliquod flagellũ desuper Dñi, quo eos appareat pro suis meritis vapulare.] hęc ibi. Idẽ probari vr̃ per tex. in c. cõmessationes. dis. 44. vbi inter alia, quę ibi S. August. docuit: sunt infrascripta, videlicet [nõ ergo asperè, quantũ existimo, nõ duriter, nõ modo imperioso ista tollunt̃, magis docẽdo, q̃ iubẽdo: magis monẽdo, q̃ minãdo: sic .n. agendũ est cũ multitudine peccantiũ. Seueritas aũt exercẽda est in peccata paucorũ.] hęc ibi. Idẽ vr̃ probari per tex. in c. quoties á populis, 1. q. 7. vbi Innoc. scribẽs Episcopis Macedoniæ, in Epistola 22. c. 6. infrascriptis verbis vsus fuit, videlicet [quoties á populis, aut a Turba peccat, qa in oẽs pp multitudinẽ nõ põt vindicari, inultũ solet trãsire. Priora ergo dimittẽda dico Dei iudicio, & de reliquo maxima sollicitudine, pręcauendũ.] hęc ibi. Idẽ vr̃ probari per tex. in c. sanè, ext. de temp. ordi. in quo Alexãder III. scribens Episcopo Herfordensi infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. [Sanè super eo, quòd moris esse dixisti in Ecclesijs quibusdã Scotię, & Vallię, in dedicationibus Ecclesiarũ, vel altarium extra ieiunia quattuor Temporũ Clericos ad sacros ordines promouere. Significamus, φ consuetudo illa (vtpotè institutioni ecclesiasticę inimica) est penitus improbanda, & nisi multitudo, & antiqua cõsuetudo terrę esset, taliter ordinati nõ deberẽt permitti in susceptis ordinibus ministrare. Nam apud nos sic ordinari deponerẽtur, & ordinãtes priuarentur auctoritate ordinãdi.] hæc ibi. Idem probat̃ per tex. in c. ex parte tua, ext. de trãsactionibus, in quo Honorius III. infrascriptis verbis vsus fuit, videlicet [Ex parte tua. Poteris ad componẽdũ interponere partes tuas: & interdũ aliqd seueritati detrahere, prout (statu imperij, & excedentiũ multitudine prouida deliberatione pẽsatis) videris expedire.] hæc ibi. Idẽ videtur probari per tex. in c. latores, ext. de cleric. excom. ministr. in quo Alex. III. scribens Toletano Archiepiscopo infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. [Latores pręsentium nobis intimarũt, quòd tam ipsi, quàm multi alij, postquam interdicti, vel excõmunicati fuerũt, diuina pręsumpserũt officia celebrare: & infra. Fraternitati tuę mandamus, quatenus si quadraginta solummodo, vel pauciores in his deliquisse cõstiterit: oẽs in perpetuũ ab officio sacerdotali deponas. Si verò multitudinẽ magnã in hoc peccasse cognoueris, eos, quos magis causam delicti esse constiterit, perpetua depositione cõdemnes, & alios, qui nõ tantũ deliquerũt, ab officio ad tempus suspendas: & omnibus penitentiã secundũ discretionẽ tibi á Deo datam iniungas.] hæc ibi. Hoc idem nititur probare Nicolaus Boerius infrascriptis iuribus ab ipso ibi citatis, videlicet per tex. in c. dilectus filius, el 2. ext. de simonia, in quo Inno. III. scribens Cantuariẽsi Archiepiscopo, infrascriptis vtit̃ verbis, videlicet. [dilectus filius A. nũcius tuus pro parte tua proposuit, φ cùm Cãtuariensem diœcesim visitasset, in Monasterijs, & Religiosis locis pullulasse repere-

eis simoniacam prauitatem, ita quòd in eis multi pretio sunt recepti, qui potius gratis recipi debuissent, imò etiam ad religionis obseruantiam inuitati. Dubitas igitur, an quia multitudo reperitur in causa, seueritati sit aliquid detrahendũ? Nos inquisitioni tuæ taliter respondemus, quòd si aduersus eos, qui labe fuerint huiusmodi maculati, accusatio corã te fuerit canonicè instituta: post quam crimen ordine fuerit iudiciario comprobatum, tam in dantes, quàm in recipientes canonicæ seueritatis exerceas vltionem. Quòd si de hoc tibi per solam inquisitionem constiterit, eos qui per simoniacam prauitatem in locis talibus sunt recepti, ab illis amotos, ad agendam pœnitentiam ad monasteria dirigas arctiora.] hæc ibi. Idẽ Doctor asserit idem probari per text. in l. qui cedem, ff. ad l. Corn. de sicar. & venef. quem etiam citauit Iulius Clarus loco citato, dicens, per hanc legem probari, quòd vbi multitudo peccauit, & ipsius strages sequeretur si puniretur tunc detrahendum esset seueritati, & ideo licèt regulariter auxiliatores, & fauentes delinquenti sint eadem pœna puniendi; si tamen sit multitudo auxiliantiũ, non puniuntur eadẽ pœna: & ita videmus inquit quotidie obseruari: & dicit Angel. in l. is, qui opẽ. num. 4. ff. de furtis, quia principes & caporales factionum, & seditionum ciuitatis puniuntur asperrimè, reliquis autem auxiliantibus, & fauentibus mitigantur pœnæ. hæc ille. Pro cuius maioris dilucidatione nonnulla erunt dicenda paulò post, modò sufficiat referre tenorem dictæ l. qui cedẽ, quæ est penultima, dicti tit. Sciendum ergo quòd hæc ibi habentur, videlicet. [Qui cedem admiserint spontè, dolovè malo, in honore aliquo positi deportari solent; qui secundo gradu sunt, capite puniuntur. Facilius hoc in decuriones fieri potest: sic tamẽ, vt consulto prius principe, & iubente id fiat: nisi fortè tumultus aliter sedari non possit.] hæc ibi. Insuper animaduertendum, quòd contra nostrã conclusionẽ posset quis afferre multa exempla priscorũ: quã multitudini peccãti pepercerũt, principaliores solũ puniẽdo debitis pœnis, & quoniã hoc scitu est dignissimũ, iccircò & hoc ipsum referã. Sciendum igitur quòd Cicero in ea oratione (quę à nostro Iureconsulto citatur in l. Cicero. ff. de pœnis.) pro Aulo Cluentio habita: statuerũt, (inquit) maiores nostri, vt si à multis esset flagitiũ rei militaris admissum, sortitione in quosdam animaduerteretur, vt metus videlicet ad omnes, pœna ad paucos perueniret. Id quod cõprobat qđ scribit Liuius 1. Deca. lib. 2. Appius (inquit) Claudius Consul Centuriones, duplicariosq; qui reliquerant ordines, virgis cæsos, securi percussit. Cętera multitudo sorte decimus quisq; ad suppliciũ lecti. De quo etiã Dionysius Halicarnasseus lib. 5. & Iulius Frõtinus lib. 4. strategematon. c. 1. & eandẽ quoq; decimationẽ fecit M. Crassus apud Appianũ lib. 1. bellorũ ciuiliũ: & Plutarchum in vita ipsius Crassi: vbi tradit hunc morẽ Romanorum, peruetustũ fuisse, qui minorẽ damno ignominiã cõtinet: plurimũq; aspicientibus horrorẽ inijcit. Et Iulius Cęsar nõ semel apud eundẽ Appianum lib. 2. eiusdẽ operis; Et Augustus apud illũ ipsum Illirico, & Antonius apud eundẽ in Parthico; & Plutarchũ in vita ipsius Antonij, & Frontinũ, quo loco sup. citauimus, vbi alios quoq; memorat, qui idẽ fecerũt L. Appianus apud Corneliũ Tacitum lib. 3. At Scipio ex principibus factionis, qui in obsidione Vrbis, cui Loces nomẽ erat, parere illi recusarẽt, cũ eos in mediũ sortitus esset, tres duntaxat mali auctores supplicio affecit, vt tradit Appianus in Lybico, Stoicorũ Romanorũ Princeps Anneus, (vt tradit Senec. lib. 2. de Ira) in singulos inquit, seueritas Imperatoris distinguitur. At necessaria venia est, vbi totus deseruit exercitus. Plutarchus in Scipione Africano scribit, qđ Scipione ipso ægrotante, cũ esset orta inter milites magna seditio, rẽ ipsam Scipio ad consiliũ retulit, cuius maior pars in eos, à quibus initiũ tumultus ortũ erat, animaduertendũ, & reliquis ignoscendũ cen
24 suit. Sic enim fieri posse, vt pœna † ad paucos, exẽplum ad multos perueniret. Idẽ auctor in Crasso ait, Crassum ipsum dũ bellum aduersus Spartacũ gereret, ex his, qui fugam ceperant; quingẽtos fugæ auctores in quinquaginta decurias fuisse partitum, indè ex earũ qualibet vnũ sorte delegisse, quẽ in totius exercitus oculis vltimo affecit supplicio; Peruetustũ sanè (vt ille subdit) Romanorũ puniendi morẽ reuocans. Apud Aegesippũ lib. 5. c. 5. Titus Imperator dicit animaduersione in singulos vsque ad factum promoueri debere, in multitudine verbotenus, nã vsq; ad pœnã istã, vsq; ad correptionẽ. Quod & idẽ retulit Iosephus lib. 6. de bello iudaico, c. 4. inquiens, namque minus hominis animaduersionẽ, vsq; ad factũ promouẽdã putabat, multitudinis verò vsq; ad veniam. Idẽ Aegesippus eodem lib. 5. c. 25. impediuit hoc ait, vindictæ seueritatẽ: quia innumeri reperti sunt tanto furori obnoxij; Ideoque Titus, qui vallare circumfuso exercitu Syros, & Arabes proposuerat, cõtemplatione multitudinis reuocauit sententiã: cuius etiam rei meminit Iosephus lib. 6. de bello iudaico, c. 18. sed & Vegetius de re militari idem tradit. Plato ille Philosophiæ, & Legum peritissimus, à quo maxima pars legum Grecanicarũ manauit; vnde & Romanæ leges ex maxima etiã parte deriuarunt (sicut Liuius lib. 3. & Pomponius noster, in l. 2. ff. de origine iuris verum scripserũt) Plato (inquam) in lib. vltimo de legibus. Si plures ait, ex ciuitate pro consilio, siue auctoritate communi pacẽ inuerint, aut bellũ mouerint, huius rei auctores tantum morte puniri iussit, nulla aliorũ mentione facta, tanquam impunè id sint laturi.

His auctoritatibus, & exẽplis, ac alijs similibus (quę breuitatis gratia omittuntur) nõ obstãtibus (cũ ẽt contrariũ decretũ in similibus negotijs fuisse scriptũ reperiatur, vt fuit probatũ) adhuc verã. Nã quis ignorat Deum ipsum optimũ maximũ, iustissimumq; Iudicẽ multitudini peccanti, aliquando nõ pepercisse? (vltra allatas auctoritates in probationẽ præsentis conclusionis accipe sequentes) Nonne legitur Deuter. c. 7. vers. 1. & 2. Deum pręcepisse filijs Israel multitudini inimicorũ suorũ idolatrarum nõ parcere, quãdo infrascriptis verbis vsus fuit, videlicet. [Cũ verò introduxerit te Dominus Deus tuus in terrã, quam possessurus ingredieris, & deleueris gẽtes multas corãm te, Hethęum, & Gergezeum, & Amorrheum, & Cananeũ, & Phęrezęũ, & Heuęũ, & Iebuseũ septẽ gẽtes multò maioris numeri, q̃ tu es. Et robustiores te, tradideritq; eas D. Deus tuus tibi, pcuties eas vsq; ad internitionẽ. Nõ inibis cũ eis fœdus, nec misereberis earũ.] nõ ne idẽ Dñs multitudini nõ indulgeri pręcepit Sauli, & ipsum Saulẽ trãsgressorẽ hm̃oi diuini præcepti Regno priuauit? Nã legitur hæc verba in lib. 1. Regũ. c. 15. vers. 2. 3. & 23.

& 23. videlicet. [Hęc dicit Dominus exercituum, recensui quęcunq; fecit Amalec Israeli, quomodo restitit ei in via, cùm ascenderet de Aegypto: Nūc ergo vade & percute Amalec, & demolire vniuersa eius, nō parcas ei, & non concupiscas ex rebus ipsius aliquid, sed interfice à viro vsque ad mulierem, & paruulum, atque lactentem; bouem, & ouem: camellum, & asinum.] sed quia Saul non obediuit voci Domini, & pepercit quibusdā, scilicet Agag Regi Amalec, & quibusdā pecoribus, iccircò Deus priuauit eū Regno, & per os Samuelis his verbis vsus fuit in d. vers. 23. [Quoniā quasi peccatum ariolandi est repugnare, & quasi scelus idololatriæ nolle acquiescere. Pro eo ergo quod abiecisti sermonem Domini: abiecit te Dominus ne sis Rex.] & hæc pauca de multis sufficiant. Idē prorsus probatur exemplo antiquorum. Nā legitur (vt ferè omnes Doctores in c. dilectus, el 2. ext. de simonia, & Nicolaus Boerius vbi supra nu. 18. & 19. referunt,) quòd Carthago ciuitas à fundamentis euersa fuit & Aratro subiecta iussu Romani Imperatoris eo, quòd rebellis fuerat: de quo etiam meminit tex. in l. si vsusfructus ciuitati. ff. quibus modis vsusfru. amittitur. vbi glo. idem contigisse Troiæ testatur in vers. Carthago, vnde Bart. refert (in l. aut facta. §. fi. nu. 6. ff. de pęnis. se vidisse sententiam quandam diffinitiuam Imperatoris Henriei, quam dedit contra ciuitatem Brixiæ, quæ fuerat sibi rebellis: in qua dicebat istam ciuitatem esse subijciendam aratro, quam pœnam postea ipse Imperator relaxauit, & ibidem Bartolus nume. 7. dicit Bonifacium Papam propter delicta quorundam templariorum, totum collegium templariorum destrui iussisse: quia erant illi Hæretici, & Felinus in cap. dilectus. el secondo nume. 9. extra de simonia docet per textus in cap. si audieris, 23. quæstio. 5. quòd tota ciuitas propter hæresim poterit comburi. Panormitanus verò in dicto cap. dilectus, nume. 11. dicit, quòd idem legitur de ciuitate Bononiæ, quæ propter eius delictum ex sententia Imperatoris fuit prius destructa, & passa aratrum: sed post ex indulgentia Imperatoris reędificata, vt notatur in prohemio. ff. per glo. in versic. Regijs Vrbibus, §. ne autem tertij. vbi dicitur fuisse readificata per eundem Theodosium Imperatorem iussu Diui Ambrosij Episcopi, quæ ab eodem fuerat destructa propter proditionem: & notandum quòd ciuitas quæ hodie Bononia dicitur ante destructionem non Bononia, sed Felsina vocabatur, vt docuit Plinius in lib. 15. capitulo tertio. His ergo præmissis satisfaciendum erit quæstioni motæ, & insimul ipsius fundamentis, pro quorum maiori dilucidatione nonnulla sunt præmittenda: quorum primum est, quòd Bartolus in l. aut facta, §. finali, nume. 1. ff. de pœnis dicit, quòd propter multitudinem delinquentium pœna aliquando exacerbatur, aliquando minuitur, & hoc sic distinguendum fore: aut delictum est commissum à multis, & hoc constat, & tunc propter multitudinem pœna minuetur, vt in glo. aut delicta non sunt commissa à multis: sed est dubium ne committatur propter multas personas, aptas ad hoc: & tunc exacerbatur pœna. hæc ille, cuius doctrina limitatur vera in casu scandali, & non in casu nostræ conclusionis, & in alijs producendis paulo post referendo doctrinam Felini, & ipsi aliquid addendo. Sciendum & secundò, quòd Felinus in capitulo dilectus, el secondo colum. 2. nume. 3. in versicu. in glo. 3. regulariter, extra de simonia, (quem sequitur Nicolaus Boerius in tractatu de seditiosis, §. septimò, & vltimò præsuppono, nume. 25.) docet, quòd regulariter parci-
15 tur multitudini, † sed fallit primò nisi multitudo defenderet delictum, vt docet Glosa in capitu. commessationes, distinctione 44. & quidem huic doctrinæ summopere fauet textus in l. decurionum. C. de pœnis. Vbi hæc habentur, videlicet [Decurionum filij non debent bestijs subijci: cùmque à populo exclamatum esset, iterum dixerunt. Vanæ voces populi non sunt audiendæ: nec enim vocibus eorum credi oportet, quando aut noxium crimine absolui, aut innocentem condemnari desiderant.] hæc ibi. Idem docuit Henricus Boich, in capitulo qui scandalizauerit, extra de regulis iuris. Dominicus autem à Sancto Geminiano, & Præpositus in dicto capitulo commessationes, se subscribunt sententiæ glosæ ipsius textus præcitati. Idem docuit glosa in capitu. quoties populis, 1. quæstio. 7. & clarius docet textus in capitu. 1. in fine, de pœniten. distinctione 6. vbi inter alia hæc habentur, videlicet. [Et si enim Petrus post lapsum restitutus fuerit, & sæpe lapsis sacerdotibus reddita sit dignitatis potestas, non est tamen necesse, vt hoc omnibus concedatur, quasi ex auctoritate. Inuenitur enim auctoritas, quæ concedit, & quasi imperat: inuenitur alia, quæ minimè concedit, sed vetat: quæ scripturæ non repugnant, sed concordant, si locus & tempus, & modus pœnitentiæ, pacem adhibeant. Cùm enim tot sunt, qui labuntur, vt pristinam dignitatem ex auctoritate defendant, & quasi ausum peccandi sibi faciant, rescindenda est spes ista.] hæc ibi. Vbi glosa in versicu. rescindenda, dicit, sed hoc est, quando peccatum suum defendere volunt ex auctoritate, vel hoc cùm non est scandalum multitudinem puniri. Idem quoque docuit Innocentius in capitu. nisi cum pridem, colum. penultima, in versicu. distinguendum, extra de renunciatione. vbi concludens infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Veritas ergo bonæ vitæ, vel iustitiæ propter scandalum nunquam deserenda est: veritas autem disciplinæ deseri potest propter multitudinem peccantium, & hoc intelligimus, vbi non defendunt errorem, capitu. commessationes. distinctione 44. Si enim defenderent, vel excusarent: tunc nullo modo parcendum esset multitudini, vt in capit. 1. in fine, de pœniten. distinctiō. 6. Antonius de Butrio in capitu. nisi cum pridem, §. pro graui quoque, extra de renunciatio. idem docet, his verbis vtens, videlicet. Veritas disciplinæ potest omitti, propter scandalum, vt si multitudo sit in causa: dum tamen non sint incorrigibiles, capit. commessationes, distinctione 44. & si sunt incorrigibiles, quia volunt defendere malum, quod fecerunt, non est parcendum multitudini etiam propter scandalum, de pęniten. distin. 6. cap. 1. in fine, Panormitanus quoque idem sentijt in dicto c. nisi cùm pridem. §. pro graui, vtens ijsdem verbis, quibus vtitur Antonius de Butrio: Huic primæ limitationi allatę à Felino se subscripsit quoque Andreas Tiraquell. in tracta. de pœnis temper. aut remitt. causa 47. nu. 7. Limitatur insuper & secūdò d. regula, dicēs ꝙ parcatur multitudini, nisi esset delictum maximum; vt docuerunt infra-

ſcripti Doctores, videlicet Dominic. a Sancto Ge
miniano, & Pręposito in c. cōmeſſationes, diſtin.
44. & Fel. in d. c. dilectus, el 2. de ſimonia, & in c.
dilecte in Chriſto, nu. 9. ext. de excep. vbi ſequens
diuum Thom. loco citato dicit, nō eſſe parcendū
26 multitudini † peccanti, niſi indè ſperaretur emen
datio, ſicut Deus nō pepercit Aegyptijs. & ſubſcri
pſit ſe quoq; ibidē pręſenti ſecūdę limitationi, &
latè Lucas de Penna in l. ſiue. C. de exact. & execu.
lib. 12. Idē fatetur Nic. Boer. loco ſup. citato. Idem
And. Tiraq. vbi ſup. nu. 13. & clarius videtur idem
probari auctoritate legis diuinæ, in lib. Geneſ. c.
19. in quo traditur fuiſſe quinque ciuitates com-
buſtas igne ſulfureo de cęlo ſubmiſſo ꝓpter vitiū,
contra naturam: quod & probatur quoq; per tex.
in c. flagitia, 32. q. 7. Limitatur & tertiò ſecundum
ipſum Felinum, & ſupradictos alios, quando mul
27 titudo delinquens eſſet religioſorum: † quoniam
in tali caſu non parceretur ipſi multitudini, ſed
puniretur iuxta taxatas a iure pęnas, & rationē hu
iuſmodi limitationis eſſe aiunt, quòd ex quo ipſi
veniunt contra obſeruantiam religionis eorum ſu
perior non poteſt cum illis diſpenſare, & huic li-
mitationi ſe ſubſcripſerunt vltra citatos vbi ſup.
Goffred. & Hoſtien. in c. ea, quę de ſtatu mona-
chorum, & licèt iſti Doctores non addiderint hāc
clauſulā (ſcilicet) quādo ex punitione talium nō
immineret ſcandalum; tu tamē pie ac eruditiſſi-
me Lector illam omnino addes & memoriæ com
mendabis, quòd ſtante ſcādalo multitudo religio
ſorum non poterit puniri pęnis taxatis, ſed de hoc
certiorādus eſſet Summus Pontifex, vt docuit tex,
in c. in ſingulis, §. ſi verò, ext. de ſtatu monachorū,
cuius tenorē ad verbum paulò antè retuli in pro-
bationem concluſionis pręcedentis immediatè,
videlicet. Quartę limitatur inſuper & quartò d. re
gula quoad pœnam gehennę in alia vita; quoniam
illam quis meretur a Deo poſt hanc miſeram pere
grinationem pro mortali culpa non diluta & de-
lera ſaluberrimis aquis penitentię. Vnde multitu
28 do † peccātium nō euadet pęnā ſuorum peccato
rum infligendam à Deo, vt docet vir Sāctiſſimus,
& iuris diuini, & canonici eruditiſſimus Archie-
piſcopus Flor. in 2. par. 3. par. princi. tit. 30. c. 1. &
glo. in c. denique, diſt. 4. & ibi per Doctores, pro
quo eſt notabilis tex. in c. multi, in fi. 2. q. 2. in quo
refertur ſententia diui Auguſtini in homilia de pę
nitentia, quæ eſt 50. c. 12. his verbis contenta. [nō
ergo illi, quos monemus agere penitentiam, quę-
rant ſibi comites ad ſupplicium, nec gaudeant,
29 quia plures inuenerint. Non enim propterea † mi
nus ardebunt, quia cum multis ardebūt.] hęc ibi.
Idem elicitur ex text. in c. flagitia. 32. q. 7, in quo
refertur ſententia diui Auguſtini, in lib. 3. confeſ-
ſionum, c. 8. his verbis contenta, videlicet. [Flagi
tia, quæ ſunt contra naturā, vbique, & ſemper de-
teſtanda, atque punienda ſunt; qualia Sodomi-
tarum fuerunt. Quæ ſi omnes gentes facerent: eo-
dem criminis reatu diuina lege tenerentur: quæ
non ſic fecit homines, vt ſe illo vterentur modo]
hæc ibi. Hinc illud Hieronymi ad Auſinum, non
incongruè conuenit huic limitationi. Nam in-
fraſcriptis vſum fuiſſe Hieronymum verbis enar-
ratur, videlicet. Peccantium multitudo non pa-
rit errori patrocinium, & ad Occeanum ſcribens
dixit. Sic vnum tuere, vt plures accuſare videa-
ris: & quem ratione non poſſis, ſocietate peccan-
tium defendas; & rurſus idem Sanctus alibi ſcri-
bens ad quendam iuuenem, qui virginem corru-
perat, nec tibi, ait, de multitudine peccantium
blandiaris, & dicas, Hoc ſolus non egi, multos
habeo ſocios, ſed recogita quòd multitudinem
ſociorum impunitatem non facit criminum: &
in Sodoma, & Gomorra & in totis quinque ci-
uitatibus innumerabiles vtique habitabant: ſed
ecce omnes pariter qui libidinosè corpora ſua
tractauerunt, imbribus igneis conflagrati ſunt,
ſolus autem Lotb de illo ineuitabili incendio ef-
fugit, quia ab illa turpitudine ſe præſtiterat alie-
num; hæc Sanctus Hieronymus (vt refert An-
dreas Tiraquellus vbi ſupra) ſed animaduerten-
dum quòd pœna infernalis (cui iudicio Dei ſub-
iacebit multitudo peccantium mortaliter, &
ſuam culpam non delentium ſaluberrimo lauacro
pœnitentiæ) non ſine cauſa dicatur Gehenna: pro
cuius maiori intelligentia memoriæ ſunt commen
danda ea, quæ docuit Archidiaconus in c. deniq;
colum. 2. in verſicu. in eadem gloſ. in fine adde,
infraſcriptis verbis vtens, videlicet. Scias quòd
30 Gehenna † (ſicut dicit Iſidorus) locus eſt ignis
& ſulfuris, quem appellari putant a valle idolis
conſecrata, quæ eſt iuxta muros Hyeruſalem, re-
pleta olim cadaueribus mortuorum; ibi enim
Hebræi filios ſuos immolabant demonijs: & appel-
latur locus ille Gehēnon, ideſt, vallis emon: quod
eſt vallis filiorum emon. Et eſt duplex Gehenna,
ſcilicet caloris, & frigoris. dicitur autē Gehen-
na à Ge, quod eſt terra, & ennos, quod eſt pro-
fundum: quia infernus eſt in profundo terræ: vel
dicitur Gehenna à Ge, quod eſt terra, & ennos,
quod eſt habitare, inde Gehenna dicitur habita-
tio terræ, quia infernus eſt in corde terræ, ſecun-
dum Poll. hæc omnia Archidiaconus vbi ſupra.
Limitatur inſuper & quintò, quòd dicta regula
non habeat locum in delicto committendo, ſed
ſolùm in commiſſo: vt docuit Bartolus in l. aut fa-
cta. §. non nunquam, nume. 1. ff. de pœnis, quem
ſequuntur Felinus, & Nicolaus Boerius, vbi ſu-
pra. Limitatur & ſextò, niſi ceſſaret ſcandalum;
quoniam ſcandalo ceſſante & multitudo poſſet pu
niri vt docuerunt Fel. & Nicol. Boer. vbi ſup. vltra
Docto. citatos in probatione pręſentis noſtrę cō
cluſionis, & hęc eſt veriſſima limitatio, & ſi An-
drec Tiraq. vbi ſup. nu. 14. nō placeat, eo quòd di
cat etiā ſcandalo ceſſante, multitudini ſit parcen-
31 dum, † ſcilicet, vt cū ea mitius agatur in pœnis,
hoc nititur probare duplici modo. Primo rōne,
his verbis vtens, videlicet. Sed certè ego in ea ſum
ſententia, vel citra periculū ſcādali, vt cū multitu
dine mitius ſit agendū, ea rōne motus, quòd iura
de ea re loquentia magis cauſantur ꝙ in punitio-
ne multitudinis ſtrages multorū iaceat, quam ꝙ
ſcandali periculū timeatur, vt omnibus videre li-
cet: inſuper & hoc probat auctoritate Gloſę in c.
denique, diſt. 4. dicens, In quia planè ſootētia eſt &
glo. in c. denique ſacerdotes, diſtinct. 4. in verſic.
venia dum alterum ab altero diſtinguens, dicit
ignoſcendum eſſe propter multitudinem, vel ſcan
dalum: ſuſtinenda enim eſſe crimina ratione
ſcandali, & ratione multitudinis, & pro vtro-
que iura ſeparata aduocat. hæc ille. At cùm huic
ſententiæ ſint tot iura, Doctores, & rationes ſu-
pra citata: icciricò ipſa ſententia nō obſtat noſtrę
concluſioni, & huic ſextæ limitationi. Septimò li-
mitatur dicta regula, ꝙ mitiùs ſit punienda mul-
titudo peccantium, quando inter ipſam mul-

titudinem

eitudinem non essent aliqui, qui fuerint principaliores criminis auctores: quia tunc etsi mitiùs esset agendum cum multitudine, nõ tamen esset detrahendum seueritati cum talibus principalioribus, vt probauimus in conclusione prima præsentis quæstionis.

His ergo necessariò præmissis Deo dante satisfaciemus singulis obiectionibus factis cõtra præ-
32 sentem conclusionem, † vt luce meridiana clariùs veritas nostræ conclusionis elucescat.

Ad tex. in c. vt constitueretur. §. fin. distinct. 50. quamfacillima erit respõsio, dicendo dictum Canonem loqui in casu, in quo imminet scandalum: nostra verò conclusio agit de casu, in quo cessat scandalum, vt ex contextu verborum ipsius conclusionis apparet apertissimè, & quòd dictus tex. in cap. vt constitueretur fiat sermo de imminente scandalo ex ponderatione tenoris verborum ipsius patefiet: cùm ibi dicatur: [Vbi pergraues dissentionum scissuras per quas populorum strages iacent detrahendum est aliquid seueritati.] per quæ verba patet veritas nostræ responsionis, & diuersitas ipsius tex. & nostræ conclusionis: cùm ergo dictus Canon non loquatur in materia proposita in nostra cõclusione, inde sequitur per ipsum nostram conclusionem non labefactari.

Ad tex. in c. ordinationes. in fine. 9. q. 1. respondetur idem quod supra diximus, cùm eandẽ verborum seriem contineat tex. ille. & addimus adhuc, quòd imò dicto tex. roboratur nostra conclusio, eo quòd ibi præcipiatur seruari sacros Canones, cessante necessitate cogente ad ipsos non obseruandos, cùm supra probauerimus nostrá conclusionem fulciri iuris Diuini, & Pontificij auctoritate. Quapropter per dictam clausulá subsequentem in d. c. ordinationes, videlicet. Vbi enim multorum strages &c. patet ibi Legislatorem docere nos voluisse, quòd sacros canones obseruare teneamur cessante necessitate transgrediẽdi eos, sed ipsa suborta, vt puta, vt occurratur scandalo: quòd tunc licebit ipsos ad literam nõ obseruare, cùm tunc charitas (quæ semper intendatur per sacros Canones contrarium suggerat, iux. vulgatissimum illud axioma. Necessitas non habet legem.

Ad tex. in c. ipsa pietas, 23. q. 4. cùm eadem ipse tex. doceat, quæ in dictis duobus iuribus: continentur, iccircò prorsus eadẽ ei cõpetit responsio.

Ad tex. in c. non potest, 23. q. 4. ex verbis ipsiusmet patet responsio dicendo, quòd dictus tex. loquatur quando ex punitione multitudinis peccantis immineat scandalũ pusillorũ quod ex cõtextu verborum patebit. Nã ibi inter alia hæc habẽtur, videlicet. [Nã cõsilia separationis, & inania sunt, & perniciosa, atq; sacrilega: quia impia, & superba sunt, & plus perturbant infirmos bonos, quàm corrigant animosos malos.] hæc ibi, ex quibus patuit veritas nostrę sesponsionis.

Ad tex. in c. commessationes, dist. 44. dicendũ, ꝙ ipse tex. loquatur vbi timetur scandalum, quod elicitur ex ipsiusmet verbis. Nã ibi inter alia dicuntur hæc, videlicet. [quòd peccata multitudinis non sint tollenda per minas, & modum imperiosum, & si seueritas sit exercẽda in peccata paucorum.] hęc enim non aduersantur pręsenti nostrę cõclusioni. Si benè ponderentur studiosè perlegenti dictũ canonẽ: eo ꝙ ibi fiat mentio à diuo Augustino de extirpãda praua cõsuetudine exorta in multitudine populorum, qui vacare assueuit cõuiuijs, & cõmessationibus diebus festiuis, cũ quàm difficillimè prauę cõsuetudines, seu corruptelę euelli possint, & potius quadã lõganimitate. q̃ rigore: cum credant huiusmodi populi id fieri in honorẽ Dei, & Sãctorum, & ipsi ex ignorantia peccent; & scandalũ pusillorũ incitaretur, si cũ eis asperè haberetur in talium prohibitione: & quis enim ignoret omnes teneri ad obuiandum scandalo pusillorũ, vt latius in vnico notabili pręsentis quæstionis fuit probatum.

Ad tex. in c. quoties à populis. 1. q. 7. patet respõsio ex verbis ipsiusmet dicẽtis. [quia in oẽs propter multitudinẽ nõ põt vindicari (subaudi vt in pluribus sine scãdalo) inultũ solet trãsire, & iccircò nihil ex ipso habetur cõtra nostrã conclusionẽ.

Ad tex. in c. sane, ext. de tẽp. ordi. latius fuit respõsum sup. in respõsione allata cõtra obiectionẽ factã cõtra primã cõclusionẽ pñtis c. vide ergo ibi

Ad tex. in c. ex parte tua, ex. de trãsactionibus, dicimus, ꝙ ex cõtextu verborũ ipsius patet Summũ Pontificẽ Honoriũ, scilicet Tertiũ, respexisse, ad euitandũ scãdalũ, si quod oriri potuisset in materia trãsactionis, ꝙ innuitur per verba illa. [Et interdũ aliqd seueritati detrahere] quod nõ simpliciter dixit, sed addidit conditionẽ seruandã, videlicet. [prout statu imperij, & excedentiũ multitudine, prouida deliberatione pensatis videris expedire.] & hęc dixit ipse summus Põtifex: cùm sciret Reipublicę expedire, ꝙ potius detraheretur seueritati in puniendo multitudinẽ peccantem, quàm ex punitione seuera scandala orirẽtur in Republica, vt patet ad sensum.

Ad tex. in c. latores, ext. de excom. minist. respõdetur (inquã, cum oĩbus ferè canonistis citatis in probationẽ pręsentis nostrę cõclusionis.) ꝙ scãdali ratio ibi habita fuit à Sũmo Põtifice. Nã si oẽs clerici ac Sacerdotes (ibi citati celebrassent in loco interdicto, fuissent ab ordinibus depositi (vt merebãtur) ntũ esset scandalũ nõ paruũ in illa ciuitate: cũ cessassent diuina officia, & administrationes sacramentorũ, in maximũ scandalũ addetrimentũ salutis multorũ, illius populi innocẽtis, qui ratione peccatorũ nõ suorũ frustrarentur tot bonis spiritualibus, vt ẽt latius fatentur Doctores in d. c. latores.

Ad tex. in c. dilectus, el s. ext. de simonia. & insimul ad. l. qui cedẽ. ff. ad l. Corn. de sicar. respondetur, admirãs quare sit citatus hic canon à pręcitatis Doctoribus cõtra nostrã cõclusionẽ, cũ potius ipsi nostrę cõclusioni opituletũ, quàm aduersetur, vt ex cõtextu verborũ ipsius luce clarius patet: eo ꝙ ibi requisitus Papa, an prętextu multitudinis, seueritati sit detrahendũ: respõdit quòd [si huiusmodi excessus fuissent deducti in iudicio per viã accusationis nequaquã esset seueritati detrahendũ, sed si per viã inquisitioni secus.] quod quidẽ nõ fuit cõcessum intuitu multitudinis peccantis, sed quia tũc tẽporis semper mitius de iure canonĩ cõ puniebatur repertus criminosus per viã inquisitionis, quàm per viã accusationis, vt oẽs Docto. fatentur. Hodie verò cũ procedatur per viã inquisitionis ferè in oĩbus negotijs, & via inquisitionis effecta sit via ordinaria, de huiũsmõdi distinctione nulla tñ habẽda erit. Quapropter d. tex. cõprobat summopere fauere nrę cõclusioni, & nullatenus ipsi aduersari: & iccirco miror ipsum Nic. Boeriũ citasse d. canonem in tutelã impugnationis: poterit tñ & saluari dictus Doctor, dicẽdo ipsum

nullatenus loquutum fuisse in casu nostræ conclusionis, cùm & ipse sequutus fuerit Felinum, & asseuerauerit vbi sup. fallere dictam regulam de parcẽdo multitudini quando ex punitione ipsius nullum sequeretur scandalum. Quapropter possemus asserere ipsum citasse dictum canonem, quia ab alijs fuisset citatus, & tempore quo differentia inter modum procedendi per viam accusationis, & inquisitionis vigebat, & quod idem videatur dicendum de text. in l. penul. ff. ad l. Cornel. de sica. & venef. quem ibidem citat, rationi consentaneũ est, cùm proculdubio si ipse Doctor vnà cũ Iulio Claro celeberrimo practichista ac eruditissimo criminalista perlegisset dictum tex. in d. l. penult. seu l. qui cedem. nunquam dixissent ex illa elici, ac probari quòd vbi multitudo peccauit, & si ipsa puniretur, & ipsius strages sequeretur tunc esset detrahendum seueritati, eo quòd totum oppositum in d. l. qui cedem haberi, luce meridiana clarius contextum verborum ipsius legis perlegenti patebit, cùm ibi indulgeatur solùm acceleratio punitionis criminosi pro tumultu sedando etiam inconsulto Principe, licèt regulariter, nemo puniendus veniret inconsulto Principe: nec aliquo pacto audiendi erunt gratis dicentes, & sine aliquo fundamento, quòd pro sedando scandalo sint innocentes puniendi, vt pessimus ille, & miserrimus Pilatus fecit, vt etiam docuit Glo. in l. decurionum, in versic. audiendę, C. de pęnis. scienter cruci affigendum, & tradendum voluntati Iudęorum fore D. Iesum Christum Saluatorem nostrum pro sedando tumultu Iudęorũ, adiudicando quod vtique vtroque iure quàm apertissimè docemur, iux. omnium Doctorum sentẽtiam: & iux. ea, quæ scripta reperiuntur in sacra Scriptura. Nã Propheta hoc protestatus fuit quando, Psal. 57. vers. 2. dixit [rectè iudicate filij hominum] & rursus Psal. 81. versic. 2. [Vsquequo iudicatis iniquitatem] Zach. c. 7. vers. 9. [Hæc ait Dominus exercituum, dicẽs, iudicium verum iudicate, & misericordiã, & miserationes vnusquisque facit cũ fratre suo.] & Prouer. c. 24. vers. 11. & 12. [Erue eos, qui ducũtur ad mortem; & qui trahuntur ad interitum liberare ne cesses, si dixeris, vires non suppetunt: qui inspector est cordis ipse intelligit, & seruatorem animę tuę nihil fallit, redderęque homini iux. opera sua.] & Apostolus Rom. c. 1. vers. vltimo. Digni (inquit) sunt morte non solũ qui faciunt talia, sed etiã qui cõsentiunt facientibus, vbi dicit glo. cõsentire est tacere, cùm possis redarguere: & breuiter de hoc eodẽ sunt infrascripti canones, videlicet. c. error, c. quod enim prodest, c. cõsentire, dist. 83. & c. notũ sit. in fi. 2. q. 1. Nã in iure ciuili reperitur text. hoc apertissimè statuens in l. decurionũ, C. de pęnis. cuius tenorẽ verborũ sup. retuli dum aliorum probationem primæ limitationis regulæ in qua dicitur, quòd multitudini regulariter parcit, & idẽ prorsus elicitur ex tex. in c. qui scandalizauerit, ext. de reg. iur. vbi hęc habentur, videlicet.
33 † [Vtilius scandalũ nasci permittitur, quàm veritas relinquatur.] Nã virtute huius canonis ac mẽtem interpretans Innocẽtius Quartus, in c. officij, ext. de pęniten. & remis. infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. hac in taciturnitate nõ perit veritas iustitiæ, quia nõ pertinent ad hanc mulierem iudicare; quia Iudex nõ est, sed tantùm accusatrix, vel denunciatrix: auctoritas autẽ prędicta loquitur, quòd ille, ad quẽ pertinet ex officio dicere veritatẽ, & tacere iustitiã, vt sunt testes, & Iudices, illi propter nullũ scandalũ dimittãt quin iustitia iudicẽt, & veritatẽ dicant: & idẽ est de alijs cõsimilibus personis. hæc ille, quem sequitur ibidem Pan. & per hæc omnia patuit etiam responsio a dictũ tex. in l. penul. supracitatam.

Ex his ergo omnibus allatis patuit veritas nostrę conclusionis, & quòd omnes Doctores sup. citati contra nostram conclusionẽ nihil contra nos probauerint per allata iura, si attamen meo quidẽ iudicio omnes prędictos Doctores pręter And. Tiraquel. loquutos fuisse in casu, quo ex punitione multitudinis oriretur seditio, & scandalũ, ratione cuius detrahendũ esset vtique seueritati, & parcendum multitudini, vt & nos asseruimus & probauimus in pręcedentibus cõclusionibus, hanc salubrem & necessaria scitu materiã absoluẽtes procedẽdo per distinctiones nõnullas gradatim, iux. ordinẽ conclusionum ipsarum, & hoc peregimus & prosequemur adhùc, Deo annuente: cuius ope freti hoc mare magnum & spatiosum manibus ingressi fuimus. Ad exempla verò allata respondeo quàm facillimè dicendo, quòd non exẽplis aliorũ in iudicijs decernendis vtendum erit, sed legibus; vt docuit textus in l. nemo Iudex, C. de sententia & interlocutoria. vbi inter alia hæc habentur, videlicet. [Non enim, si quid non benè dirimatur, hoc in aliorum iudicum vitium extendi oportet, cùm non exemplis, sed legibus iudicandum sit.] hæc ibi.

Sexta conclusio. Iudex tam ecclesiasticus, quàm
34 secularis, cui dirigitur † aliquod mandatũ a Summo Pontifice, Imperatore, seu à quocumque suo superiore pro aliquo negotio expediẽdo, ac peragendo, seu exequendo iux. sanctiones pontificias, aut imperatorias, vel secundum quęcunque statuta, consuetudines, seu alia quęcunque iura humana pœnalia corporis afflictiua ipse Iudex tenebitur dictum mandatum humiliter, & reuerenter acceptare: sed si compererit, ac animaduerterit probabiliter, quòd illud exequutioni mandando scandalum pusillorum indè orietur, vel alia ratio ipsum compellet ad non statim perficiendum contenta in mandato sibi directo a tali superiore præcipiente, vt puta quia mandatum est iniustum, quòd recepto mandato ipse Iudex inibi cõtenta ad literam exequatur: poterit, & tenebitur tali mandato non obstante, illud non exequi: sed statim ipsum mandantem humiliter, & rationabiliter certiorem reddere de dicto scandalo indè sequendo, & expectare (supersedendo in talis exequutione mandati) donec aliud sibi rursus intimetur, ac mandetur à dicto suo superiore: & hoc toties agere tenebitur, quousque vel superior reuocauerit tale mandatum irrationabile, ac iniustum, vel cesset ratio scandali supradicti, aut iniustitiæ, quoniam si illud exequeretur vltra mortale peccatum, incurreret pœnam extraordinariam, arbitrio superiorum, non autem ordinariã iniunctam per leges positiuas, si talis metus sibi inde incuteretur talia delicta exequentibus eum talis metus mortis incursus eum excuset nõ à toto, sed à tanto, de quo tamen latius quoque sermo erit habendus, in conclusione 3. cap. . . . . vide ergo ibi vltra hic allata: in responsione ad impugnationẽ præsentis conclusionis. Hæc conclusio probatur quadruplici medio: Primo enim per argum. in iure diuino. Nam Dominus Iesus Christus. (Matt.

cap. 18.

cap. 18. versic. 6. & 7.) præcipiendo suis fidelibus vt abstinerent a scandalo pusillorum his verbis vsus fuit, videlicet. [Qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis, qui in me credunt, expedit ei, vt suspendatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Vę mundo à scandalis: necesse est enim vt veniant scandala; veruntamen vę homini illi, per quem scandalum venit.] Dixi probari nostram conclusionem, per argumen. in iure diuino: quoniam & si explicitè omnia verba nostrę cōclusionis nō cōtineātur in dictis Sancti Euangelij verbis; benè tamen implicitè: cùm ex ipsis verbis eliciatur, quòd mortem mereatur scandalizans pusillos, & incurrat ęternū vę: quæ vtique verba denotant fuisse prohibitum iure diuino cooperari in scandalo pusillorū: quod vtique contingeret si Iudex non obstante scandalo exequeretur mandatum scandalizatiuum pusillorum, ad se à superiore suo directum. Probatur & secundò iure positiuo, per tex. in cap. cùm teneamur, ext. de pręben. & digni. in quo Alex. III. infrascriptis verbis approbauit nostrā conclusionē, videlicet. [Cùm teneamur, & infra. Si mandatum nostrum pro alicuius prouisione receperis, qui aliud beneficium habeat, de quo valeat sustentari: nisi fortè in literis ipsis de hoc mentio habeatur: ut si non pōt ei sine scā dalo prouideri, ęquanimiter sustinemus, si pro eo, mandatū nostrum, nō duxeris exequendū.] hec ibi. Idē probatur per tex. in c. nihil prodest. ext. de pręscrip. vbi ex Registro Beati Gregorij Papę hęc habentur, videlicet. [nihil prodest, & infra nihil cū scandalo, nihil cū forali strepitu vobiscum nos velle de causis pauperū diffinire, vobis scripsisse meminimus.] hęc ibi. Idē probatur per tex. in c. 2. §. super eo, ext. de nou. ope. nunc. vbi inter alia Innocētius III. scribēs Archiepiscopo Cātuariensi infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet [ab his tñ, quę sine peccato mortali committi possunt, pariter & dimitti, sit pro scandalo tollēdo cessandū, & eis etiā pro vitādo scandalo insistendum. Vnde Apostolus (1. Corint. c. 8. versic. 13.) ait [Si scandalizatur frater, non comedam carnes in æternum.] & Dominus in Euangelio (Matthæi c. 18. vers. 6. & 7.) contra eos, qui scandali præstant materiam. [Væ (inquit) homini illi, per quem scandalum venit.] Et licèt maiorum scandalum sit vitandum, vitandum est etiam scandalum pusillorum, iuxta testimonium veritatis. [Qui scandalizauerit, inquit, vnum de pusillis istis, qui in me credūt, &c.] hæc ibi. Probatur insuper nostra conclusio, quo ad clausulam illā contentam in ipsamet cōclusione, videlicet: [Vel alia ratio ipsum compellet ad non exequendum mandatum Superioris.] Probatur, inquam, per tex. in c. si quando. extra de rescriptis. vbi hæc habentur ab Alexandro III. scribente Archiepō Rauen. videlicet: [Si quādo aliqua tuæ fraternitati dirigimus, quæ animum tuum exasperare videntur, turbari non debes, & infra. Qualitatem negotij, pro quo tibi scribitur, diligentèr considerās, aut mandatum nostrum reuerenter adimpleas, aut per literas tuas, quare adimplere non possis, rationabilem causam prætendas: quia patienter sustinebimus, si non feceris quod praua nobis fuerit insinuatione sugestum.] hæc ibi. Idem probatur per argumentum in Clem. vnica. de immunit. Eccles. vbi hæc habentur inter alia, videlicet: [Quoniam ex constitutione Bonifacij Papæ Octaui prædecessoris nostri, quæ incipit, Clericis laicos, & ex declaratione, seu declarationibus ex illa postmodum subsequutis, nonnulla scandala, magna pericula, & incommoda grauia sint secuta, & ampliora sequi (nisi celeri remedio succurratur) præsumitur verisimiliter in futurū. Nos de consilio fratrum nostrorum constitutionem, & declarationem, seu declarationes prædictas, & quicquid ex eis sequutum est, vel ob eas, penitus reuocamus, & eas haberi volumus pro infectis. hæc ibi inter alia. Dixi probari per argum. in d. Clem. quoniā etsi præsens conclusio explicitè non probetur verbis ipsius constitutionis, bene tñ implicitè, cùm in illa habeatur, ꝙ ratio irritationis illius c. Clericis. fuerit, vt sic obuiaretur scādalis: vnde inde sequitur, ꝙ quando scandali causa esset aliquod Decretum Pontificis, illud tale esset irritandum, & non obseruandum. Probatur quoque nostra conclusio per tex. in l. nemo Iudex. C. de sent. & interlocut. omn. iud. vbi hæc habentur, videlicet: [Nemo Iudex, vel arbiter existimet, neque consultationes, quas non ritè iudicatas esse putauerit, sequendum: & multò magis sententias eminentissimorum Præfectorum, vel aliorum procerū. (Non enim si quid non bene dirimatur, hoc in aliorum Iudicum vitium extendi oportet, cùm non exemplis, sed legibus iudicandum sit) neq; si cognitionales sint, amplissimæ Præfecturę, vel alicuius maximi Magistratus prolatæ sentētiæ: sed omnes Iudices nostros veritatem, & legum, & iustitiæ vestigia sequi sancimus.] hæc ibi. Et ꝙ pro scandalo vitando nō sit parendum Principum decretis, probatur per argumentum apertissimum in l. qui cedem. ff. ad l. Corn. de sicar. & venefi. vbi hæc habentur, videlicet: [Qui cedem admiserint spontè, dolovè malo, in honore aliquo positi deportari solent, qui secundo gradu sunt, capite puniunt. Facilius hoc in Decuriones fieri pōt, sic tñ, vt & cōsulto prius Principe, & iubēte id fiat, nisi fortè tumultus aliter sedari non possit.] hæc ibi. Dixi probari nostram conclusionē per arg. in d. l. & nō per dictam l. quoniam etsi explicitè nulla mentio fiat in d. l. de materia nostræ conclusionis, bene tamen implicitè, cùm ex ipsa habeatur, quòd Imperator ipse statuerit, ꝙ suæ legi (quā statuit huiusmodi criminosos puniendos fore, non tamen antequàm ipse certioretur de tali pœna imponenda) propter tumultum sedandum (si quis oriretur propter ipsius obseruantiam) non obtemperetur. Idem probatur per argumentum in l. si vindicari. C. de pœnis. vbi hæc habentur, videlicet: [Si vindicari in aliquos seueriùs contra nostram consuetudinem pro causæ intuitu iusserimus: nolumus statim eos, aut subire pœnam, aut excipere sententiam: sed per dies triginta super statu eorum sors, & fortuna suspensa sit: Reos sanè excipiat, vinciatque custodia, & excubijs solertibus vigilanter obseruet. hæc ibi. Dixi probari nostrā conclusionem per argumentū in d. l. quoniam, licèt explicitè non probentur omnia proposita in nostra conclusione per dictam l. bene tamen implicitè, cùm ibi præcipiatur non statim obtemperandum fore præceptis Imperatoris aliquem seueriùs puniri præcipientis, donec status eiusdem damnati per triginta dies fuerit suspensus, quasi dicat ibi Imperator, donec transacto calore iracundiæ decernatur id, quod exegerit iustitia. Idē probatur per argumentum in c. cùm apud Thessalonicam,

falonicam, 11.q.3.vbi hęc habentur, excerpta ex libro 11. Historiæ Ecclesiasticæ Rufini.c.18. videlicet: [Cùm apud Thessalonicam seditione exorta, quidam vir ex militaribus impetu fuisset populi furentis extinctus, Theodosius repentini nuncij atrocitate succensus, ad Ludos Circenses inuitari populum, eiq; ex improuiso circumfundi milites, atque obtruncari passim, vt quisque occurrisset, gladio iubet: & vindictam dari non crimini, sed furori, ob hoc cum à Sacerdotibus Italiæ argueretur, agnouit delictum, culpamque cum lachrymis professus, publicam pœnitentiam in conspectu totius Ecclesiæ egit, & in hoc sibi tempus adscriptum absque regali fastigio patienter impleuit. Quibus omnibus illud mirabiliter adiecit, lege sanxit in posterum, vt sententiæ Principum super animaduersione prolatæ, in diem vigesimum ab executoribus differentur, quo locus misericordiæ, vel, si res tulisset, pœnitentiæ nó periret.] hęc ibi. Dixi probari per argumentum in d.c. ratione superiùs dicta. Sciēdum quoque, quòd præsens conclusio videtur quoque probari per arg. in l.2. C.de sepulchro violato. & in l.seruos. C.ad l.Iul. de vi publ. quarum seriem verborum reperies ad verbum relatam infra in c.3. probationem conclusionis tertiæ. vide ibi. Probatur & tertiò Doctorum auctoritate (vnà cū infrascriptis alijs Glosis, & Doctoribus.) Nam Glo.in d.c.cum teneamur.in versic.si non potest.infrascriptis verbis se subscripsit præsenti conclusioni, videlicet: Argumétum est, id solùm fieri posse, quod commodè, & de iure fit etiam sine scandalo: & sic propter scandalum quandoq; receditur à iure: Item Glo. in d.c.nihil prodest in versic.nihil cum scandalo. dicit, quòd propter scandalum desistendum est à iure suo: & sic Dominus cùm sciret nó debere se soluere tributum, tamen propter scādalum vitandum, soluit: & Apostolus ne aliquem scandalizaret proprijs manibus victum sibi quærebat. Item Glo.in d.c.2. in versic.pro scandalo tollendo. dicit, ius relaxatur propter scandalum, & etiam matrimonium impeditur propter scandalum. Item Glo.in d.c.si quando.in versic.quia patienter. dicit, q̄ non teneamur adimplere mandatum Prælati, si causa reddatur. & eadem glo.in vers.si non feceris. dixit: Nec immeritò, quia vbi etiam per consultationem rescribit Imperator, non vult suā responsionem sequendā esse, si quis non rectè responsum putauerit, vt in l.nemo. C.de sent.& interloc.omnium Iudicum. Item Innocentius Quartus in c.inquisitioni. extra de sent. excom. infrascriptis verbis notatu dignissimis se subscripsit præsenti nostræ cōclusioni, videlicet: Quòd si Abbas, vel alius Prælatus præciperet Monacho, vel subdito suo, q̄ celebraret præsente illo, quem scit indubitanter aliquo prædictorum modorum esse excommunicatum, sed Abbas, & alij nesciunt, quòd celebrabit: sed protestetur saltem illi, quem nouit excommunicatum, quòd non intendit orare, nec cōicare cum excōmunicato, sed cū alijs: sed si preciperet ei, quòd cum eo solo celebraret, nō debet

35 obedire, † quia peccatum est, vt in c.sacris. extra de his, quæ vi, metusvè causa fiūt. Sed quid si mortale peccatum non præcipiat, sed alias iniustum, videlicet: Quòd det alicui sine causa libros suos, vel domum, & si nō dederit sit excommunicatus, nunquid dare tenetur? Respondeo, non: sed aget cum Superiore, vt absoluatur: & ille, qui cōsuluit ei, quòd non satisfaciat, non incidit in Canonem excommunicationis maioris: quia non communicat crimini, quia non est crimen, si non obedit, in minorem tamen excommunicationem, bene incidit ipse consiliator: quia eam seruare debet, etiā si sit iniusta, 11.q.1.c.1. Sed quid si Papa iniustum præcipiat, qui Superiorem nō habet, (cum quo agi possit?) potest dici, quòd si de spiritualibus, vel ecclesiasticis personis aliquid præcipit etiam iniustum, illud seruandum est: quia nemini licet de eius factis iudicare, vt in c.si Papa.distin. 40.& c.cuncta. & multis alijs.c.19.q.3. nisi mandatum hæresim contineret: quia tunc esset peccatum, vel nisi ex præcepto iniusto vehementer præsumeretur statutum Ecclesiæ turbari, vel etiā fortè alia mala ventura essent: quia tunc peccat obediendo. cum debeat futura mala præcauere, non iuuare. hæc omnia Innocētius vbi supra, quorum seriem ad verbum hic referre studui, quia summopere fauent veritati non tantum præsentis nostræ conclusionis, verum etiam subsequentis immediate. Item, idem Innocentius eadem videtur annuisse in c.nisi cum pridem.col.3. in versic.nec credimus.extra de renunc. his verbis vtens, videlicet: Nec credimus, quòd propter scandalum dimittatur veritas iustitiæ naturalis, quòd esset si furi non præciperetur, quòd emendaret furtum, vel si adulter cum adultera dimitterentur per sententiam, & sic de alijs, quæ contra nouum, & vetus testamentum præciparentur. Secus autem dicendum est in his, quæ sunt de iustitia positiua. Nam in his ex iusta causa ille, qui legem, vel Canonem condidit, propter scandalum, vel aliam iustā causam contrarium mandare potest, & etiam in certis casibus contrarium statuitur. hæc ille. Cuius sententiam amplexatus fuit Ant.de Butrio in d.c. nisi cum pridem. §.pro magno scandalo. qui Ant. in d.c. cùm teneamur. in fine. infrascriptis vtitur verbis, videlicet: Nota, quòd propter scandalum vitandum receditur a iure communi, & rescriptū Apostolicum non mandatur executioni. hæc ibi. qui idem confirmat in d.c. si quando. his verbis, videlicet: Nota secundò, quòd subditus mandato Superioris obedire debet, nisi subsit causa, quam allegare debet. Nota tertiò, quòd quis non dicitur contrauenire mandato Superioris, si motus iusta causa illi non obedit. hæc ille. Item Panor. in c.accepimus. nu.2. extra de fide instrum. dicens. Ego in Papa dico obediendum, etiam si mandatum sit durum, cùm ex certa scientia præcipiat, vt in cap.memoriam.distin.19. dummodo non contineat peccatum, vel scandalum inde timeatur. in d.c.cùm teneamur. idem sentit, & in d.c.si quando.nu.2.infrascriptis notabilibus verbis se subscripsit præsenti cōclusioni, videlicet: Nota secundò, quòd vbi præceptum Principis, vel Superioris prima fronte deuiat ab honestate, non tenetur subditus immediatè parere: sed potest allegare, quare parere non debeat. Nec ex ista dilatione debet Princeps turbari, & ex hoc textu notabiliter colligitur, quòd officialis, vel alius, cui Princeps per literas suas aliquid mandat, potest non parere, & rescribere Principi, & expectare secundam iussionem: quia quandoque Princeps per nimiam importunitatem, vel per surreptionem, vel nimiam occupationem concedit nō concedenda. hæc ibi. & in vers.ex quo. ibidem infrascriptis vtitur verbis, videlicet: Ex quo infertur, quòd Princeps mā-

dat

det aliquid, ex cuius executione præsumitur scandalum venire in ciuitate, non deberet subditus parere. hæc ille. Item Panor. in d.c.2. extra de noui oper. nunc. nu.7. infrascriptis vtitur verbis, videlicet: Vltimò nota, & tene menti tex. in versic. super eo. vbi possunt colligi duæ regulæ. Prima, quòd pro scandalo vitando, non debet quis ea committere, vel ommittere, per quæ incidit in peccatum mortale. Secunda regula est, quòd pro scandalo
36 euitando † debet seueritas iuris remitti, vel ea, quæ possunt remitti, vel committi sine peccato mortali, & quòd peccat non obuians scandalo proximorum, cui potest obuiare sine peccato. hæc ille ibi. Henricus Boich in c. qui scandalizauerit. extra de regul. iur. his verbis se subscripsit præsenti cóclusioni, videlicet: Et veritas iuris positiui, quã quidem lator Canonum potest deserere, & debet, vt scandalum euitet, & ex causa temperare, & contrarium statuere, vt in d.Clem. quoniam. de immunit. Eccles. & hoc propter scandalum dimittitur. & idem dicitur de veritate pœnarum, quæ propter scandalum omittitur in casu, quo non cadit compositio, vel compensatio. Idem fatetur Cardinalis Zabarella, Petrus de Anchar. & Ioan. de Imola in d.Clem. vnica. de immunit. Eccles. & Felinus in d.c. nihil cum scãdalo. nu.9. Idem probat elegãssitimè Didacus Couarruias super regulam peccatum. de reg. iur. in sexto. in prima par. relect. nu.5.8. Octauò quàm iure naturali, Thomas Grammaticus noster Neapolitanus in consil.45. no.3. sed latiùs nostram conclusionem probauit luculentiùs in voto trigesimosecundo, per totum. Idem docuit Hyppolitus de Marsilijs multis medijs in l.1. in princ. nu.121. & 122. etsi in fine addiderit hæc, videlicet: Fateor tamen, quòd vbi immineret periculum vitæ, nisi quis obediret, & exequeretur mandatum iniustum, quòd tunc excusatur, illud exequendo, secundum Bal. in c.1. §. iniuria. in vlt. col. de pace iuram. firm. quem refert, & sequitur Dominus Alex. in l. liber homo. ff. ad l. Aquiliã. hæc ille, cui respondendum erit, prout in quæst. sequenti conclus.3. respondebimus, concordando ipsum, & Bald. Bar. & alios Doctores cum nostra conclusione. vide ibi ergo Bart. in l. iuste possidet. ff. de acquir. vel amitten. poss. Idem docuit Bossius in sua Practica, tit. de homicidio. nu. 98. vsque ad 103. Syluest. in vers. adulterium, §.1. in fine. & animaduertendum, quòd præsens conclusio videt confirmari auctoritate infrascriptorum Doctorum, qui vnica voce (in locis infra citandis) dixerint, quòd Officiales non punientes insequentes Cardinales, iuxta decisionem c. fœlicis. de pœnis. in sexto. quando verò delinquentes essent adeo potentes, vel tanta multitudo, quòd ipsi Officiales eos punire non possent sine graui scandalo, vt puta, quia ipsi delinquentes se armis defenderent contra Officiales ipsos, vel loci difficultate se protegunt, non incidunt in excommunicationem latam contra non punientes tales sacrilegos, nec ciuitas (si subsit eadem causa) subiacebit inde interdicto indicto in tali Canone: & hoc ipsum ipsi Doctores hanc sententiam probant verbis eiusdẽ Canonis in fine appositis, & sunt hæc, videlicet: [Facultas ei affuerit.] & ratio huiusmodi decisionis (iudicio meo) veræ, quam ibi ipsi afferunt est; quia in casu scandali, rationabili iudicio, non dicitur facultas adesse, si non adest sine scandalo. Doctores verò citati hoc asserentes sunt infrascripti, videlicet Archid. in d.c. felicis. col.8. in vers. quid. n. si excedẽtes. Io. And. in d.c. felicis. in fine. col.5. in vers. Archidiaconus ait cessare pœnam quando. Petrus de Anchar. in d.c. felicis. col. 5. in vers. vigesimò nota, quòd in fine dicitur. Geminianus in d.c. felicis. colum. pen. in vers. quid si exercentes. & Felin. in c. nihil prodest. in vers. vigesimoquintò, si populus. extra de præscriptionibus. & Philippus Frãchus hoc magis explicitè docuit in d.c. felicis. §. quapropter. nu.4. infrascriptis verbis, videlicet: Quintò nota, à contrario sensu, quòd à pœna, quæ imponitur ratione negligẽtiæ, excusat impotentia, seu difficultas; puta, si delictum puniri non potest propter potentiam facientis, vel multitudinem delinquentium, vel graue scandalũ, vt quia armis se defendunt, vel loci difficultate se protegunt, quod nota: quia facit ad quæstionem de villa, vel Officiali obligato capere malefactorem, vt excusetur si capere non potest supradictis interuenientibus. de quo per Bar. in l. 1. §. occisorum. ff. ad simil. quod not. in c. cupientes. §. cæterum. de elect. in sexto. hæc ille. Probatur & quartò hac ratione præsens conclusio. Cùm aliquid facere, quod de directo charitati aduersetur, sit peccatũ mortale. At cùm mortaliter peccare nobis sit inhibitum sub pœna interitus æterni ab ipsomet Deo omnipotente, omniumque viuorum, & mortuorum iudicum Iudice, Domino directo, & legitimo omnium rerum, ac Rege regum, & Domino dominantium, cuius mandatis omnes homines multifariè, multisque modis, & causis tenentur. Indè apertissimè elucet veritas nostræ conclusionis, eo quòd (vt patet ad sensum) obtemperare Deo ipsi omnium Principum, Principi præcipienti vitandum fore à nobis scandalum pusillorum vnusquisque homo tenetur (iuxta sententiam eiusdem Domini IESV, dicentis apud Matthæum c.18. vers.6. & 7. supra relatam ad verbum) quàm obediendo cuiuscunque supremi hominis nostri Superioris, ac Principis mandato, dictum scandalum pusillorum excitare. Consequentia patet, quoniam nemo tenetur obedire alicui etiã supremo Superiori in eo, quod ipse inferior sine peccato perficere non potest: cùm obstet sibi præceptum maioris virtutis in contrarium, iuxta ea, quæ habentur in lib. Act. Apostolorum, cap.5. vers.29. videlicet: [Obedire oportet magis Deo, quàm hominibus.] Ex quibus omnibus luce meridiana splendidius patuit veritas præsentis nostræ conclusionis.

37 Attamen contra nostram conclusionem † posset quis insurgere, dicendo ipsam falsam, quo ad vltimam eius particulam, scilicet in qua dicitur, quòd Iudex Ecclesiasticus, vel secularis inferior nõ teneatur executioni mandare præceptum Superioris sui, quando huiusmodi mandatum esset expressè iniustum, & hoc posset quis probare quadruplici medio. Primò. n. iure Diuino. Secundò iure Põtificio. Tertiò Doctorum auctoritate. Et quartò ratione irrefragabili. Dixi iure Diuino: Nam (vt habetur in lib. Deuter. c.17. vers.12. & 13.) Deus per os Moysis infrascriptis verbis vsus fuit, videlicet: [Qui autem superbierit, nolens obedire Sacerdotis imperio, qui eo tempore ministrat Domino Deo tuo: ex decreto Iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel. Cunctusque populus audiens timebit, vt nullus deinceps intumescat superbia.] & in 1. Regum c.15. vers.23. hæc habentur,

tur,

tur, videlicet: [Quoniam quasi peccatum ariolandi est, repugnare, & quasi scelus idolatriæ, nolle acquiescere.] hoc idẽ videtur probare verbis Domini Iesu in Sancto Euangelio apud Matthæum c.23. vers.2. & 3. [Super Cathedram Moysi sederunt Scribæ, & Pharisæi: omnia ergo quæcunque dixerint vobis, seruate, & facite: secundum opera verò eorum nolite facere: dicunt enim, & non faciunt:] & rursus Dominus nos idem docuit apud Lucam c.10. vers.16. loquens de obedientia præstanda mandatis nostrorum Superiorum, his verbis, videlicet: [Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Qui autem me spernit, spernit eum, qui misit me.] Idem docuit Apostolorũ Princeps in sua prima Epistola c.2. vers.13. dicẽs. [Subiecti igitur estote omni humanæ creaturę ꝑ Deum, siue Regi, quasi præcedenti, siue Ducibus, tanquam ab eo missis, ad vindictam malefactorũ, laudem verò bonorũ: serui subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis, & modestis, sed etiam discolis. Idem prorsus docuit Apostolus Paulus scribens ad Hebræos, c.fin. versic.17. dicens. [Obedite Præpositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, vt cũ gaudio hoc faciãt, & non gementes: hoc enim non expedit vobis.], & rursus idem Apostolus scribens ad Romanos c.13. vers.1.2.& 5. hoc idem nos docuit alijs verbis. Nam dixit. [Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Nõ est enim potestas, nisi à Deo, quæ autem sunt, à Deo ordinata sunt. Itaq;
38 qui resistit potestati, † Dei ordinationi resistit. Qui autem resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Ideoq́ue necessitate subditi estote: non solùm propter iram, sed etiam propter cõscientiã.] Idem videtur probari & secundò auctoritate iuris Pontificij. Nam hoc expressè videtur præcepisse Innocentius Tertius Papa, & habetur in c. pastoralis. §. quia verò. extra de officio & pote. delegati, vbi hæc habentur, videlicet: [Quia verò sæpe contingit, quòd executio sententiæ Ordinario demandatur, quæsiuisti, an si ipsam iniustam esse cognouerit, debeat eam executioni mandare, an sit ei potiùs subsistendum? Attendentes itaque, quòd non cognitio, sed executio tantum demandatur eidem: respondemus, quòd cùm Ordinarius teneatur obsequi delegato, & si sciat sententiam illam iniustam, exequi nihilominus tenetur eandem, nisi apud eum efficere possit, vt ab hoc onere ipsum absoluat.] hæc omnia ad verbum habentur in dicto Canone, ex cuius tenore videtur impugnationem allatam contra nostram conclusionem fuisse legitimam. cùm ex ipso textu eliciatur apertissimè, quòd Iudex inferior teneatur parere iniusto mãdato Superioris sui, eo ꝙ ibi dicatur, quòd Ordinarius obedire teneatur delegato præcipienti executionem iniustæ sententiæ, & tamen quis ignorat, quòd hoc modo cooperaretur ipse Ordinarius peccato iniustè aliquem iudicandi, vel puniendi. Idem videtur probari per arg. in c. quid culpatur. §. fina. 23. q.1. vbi referuntur quæ dixit Diuus Augustinus contra Manicheos, in lib. 22. contra Faustum c.74. & 75. in hæc verba, videlicet: Sed si humana cupiditate bellum geritur, non nocet Sanctis, in quos non habet quisquam potestatem, nisi desuper datam. Non enim est potestas, nisi à Deo, siue iubente, siue sinente. Ergo vir iustus, si fortè sub rege homine etiam sacrilego militet, rectè potest illo iubente bellare, si vice pacis ordinem seruans, quod sibi iubetur, vel non esse contra Dei præceptum, certum est, vel vtrum sit, certum non est: ita vt fortasse reum faciat Regem iniquitas imperandi, innocentem autem militem ostendat ordo seruiendi.] hæc ibi. Idem & clariùs videtur probari per arg. in l. liber homo. la seconda. ff. ad l. Aquiliam, vbi hæc habentur, videlicet: [Liber homo si iussu alterius damnum iniuria dedit, actio legis Aquiliæ cum eo est, qui iussit, si modò ius imperandi adfuit, cum eo agendum est, qui fecit.] hæc ibi. Dixi per arg. in d. l. quoniã ex ipsa elicitur, quòd iussus damnum inferre ab eo, cui ipse iussus obedire tenebat, excusatur à pœna, & punietur is, qui tale quid iussit: sic ergo in proposito videtur dicendum in casu proposito in conclusionis præsentis impugnatione, in qua fuit dictum inferiorem Iudicem sententiam iniustam executioni sibi demandatam à suo Superiore exequi debere. Probari videtur idem per arg. in Authent. vt nulli Iudicum, §. & hoc verò iubemus. vbi hæc habentur, videlicet: [Et hoc verò iubemus obseruari ab omni administratore, vt si contigerit in scriptis nostram iussionẽ fieri ad aliquem Iudicẽ, & inter ea iste quiescat ab administratione: is, qui post illum susceperit dignitatem, accipiat eam, & insinuet: & si quidem priuata est causa, & implere eã, & assequi, quemadmodum ad eum promeruit rescriptum. Si verò huiusmodi in scriptis iussio publicum respicit, inquirat eam: & siquidem non lędatur fiscus, quæ in ea comprehensa sunt, adimpleat: si verò ad læsionem est fisci; nihil super ea omnino agi: nunciare verò nobis primum, vt secunda nostra fiat de hoc iussio.] hæc ibi. Ex quibus videtur patere ibi arg. à fortiori. Nam si ibi Imperator iubet supersederi in executione sui rescripti inuenti præiudicare fisco solùm vsque ad secundam suam iussionẽ, quantò magis voluit tacitè innuere, quòd idem solùm expectandũ sit in rescriptis lędentibus iura particularium. Idem & apertius videtur rursus insinuari, scilicet quòd etsi Iudex recepto mandato iniusto supersedere possit in eius executione vsq; ad secundum mãdatum, saltem, tunc ipso recepto tenebitur illud executioni mandare absq; vlla mora, prout docuit etiam tex. in Authent. de mandatis Principum. §. deinde competens est. vbi ad verbũ hæc habentur, videlicet: [Deinde competens est, te etiam hinc venientes, siue ex magisteriano, siue ex quolibet foro, non permittere lædere, nec superexigere subiectos nostros. Sed si quis adierit, tale aliquid quæstus: hoc & exequi, & indemnitatem ei procurari, & neque permittere alicui præcepta cuiuscunque fori, hæc videlicet, quæ solemniter diriguntur, formarum aquæ causa, & portuum, & itinerum sternendorum, & imaginũ, & murorum, & domuum destructionis tanquam in publico factæ, & aliorum talium damnificare nostros subiectos. Non enim volumus, nec per talem causam vllum eis inferri damnum. Ipse verò omnium horum prouidebis sine damno omni gestum, si quis autem, cui tale aliquid iussum est, veniat, omnino non respicias eum, nisi sacram nostram Pragmaticam ostendat formã pro hoc scriptam, tunc suscipiens quidem talem formam, non autem aliquid agens ex ea ante, ꝙ ad nos nunciãs secundã nostram præceptionẽ suscipias.] hęc ibi. Ex quibus (vt dixi) vr̃ elici impugnationem præ-

sentis

sentis conclusionis cùm præceperit Imperator nō exequi suum mandatum factum contra iura, nisi secundò hoc præcipiat: ergo, si secundò hoc idē præcipiat, inferior Iudex debebit ipsum omnino perficere. Quod conforme est illud, quod præceptum fuit in Concilio Triburiensi, c. 30. cui interfuit quoque Rex Arnolfus, & refertur tam à Buchardo in lib. 1. c. 220. & habetur in c. in memoriam, distin. 19. vbi in principio hæc habentur, videlicet: [In memoriam Beati Petri Apostoli honoremus Sanctam Romanam Ecclesiam, & Apostolicam Sedem, vt quæ nobis sacerdotalis mater est dignitatis, esse debet Ecclesiasticæ magistra rationis. Quare seruanda est cum mansuetudine humilitas, vt licèt vix ferendum ab illa sancta Sede imponatur iugum, tamen feramus, & pia deuotione toleremus.] hæc ibi. Idem habetur in c. sic omnes. dist. 19. vbi Agatho Papa infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet: [Sic omnes apostolicæ Sedis sanctiones accipiendæ sunt, tanquam ipsius Diui Petri voce firmatæ sint.] Idē præcepit Stephanus Quintus Papa, & habetur in c. enimuero. dist. 19. his verbis, videlicet: [Enimuero, quia in speculū, & exemplum S. Romana Ecclesia, cui nos Christus præesse voluit, proposita est; ab oībus quicquid statuit, quicquid ordinat, perpetuò, & irrefragabiliter obseruandum est.] Idē & clariùs statuit Gregorius Quartus, & habetur in c. nulli fas. distin. 19. his verbis vtens, videlicet: [Nulli fas est velle, vel posse transgredi Apostolicæ Sedis præcepta, nec nostræ dispositionis ministerium, quod vestram sequi oportet charitatem. Sit ergo ruinæ suæ dolore prostratus, quisquis apostolicis voluerit contraire decretis, nec locum deinceps inter Sacerdotes habeat, sed extorris à sancto ministerio fiat, nec de eius iudicio quisquam postea curam habeat, quoniam iam damnatus à sancta, & apostolica Ecclesia, ac auctoritate sua de inobedientia, atque præsumptione à quoquam esse non dubitatur: quia maioris excommunicationis dejectione est abijciendus, cui sanctæ Ecclesiæ commissa fuerit disciplina, qui non solùm præfatæ sanctæ Ecclesiæ iussionibus parere debuit, sed etiam alijs ne præterirent, insinuare. Sitq; alienus à Diuinis, & Pontificalibus officijs, qui noluit præceptis apostolicis obtemperare.] hæc ibi ad verbū. Ex quibus omnibus vr̄ apertissimis documentis probatam fuisse impugnationem præsentis conclusionis, ac per consequens, quòd vnusquisq; Iudex teneatur præceptis Summi Pontificis etiam iniustis obtemperare, & sic etiā in casu præsentis conclusionis, & quòd Iudex, vel Officialis, aut Potestas, qui in officio sibi commisso non paruit mandato Superioris ex quacunque parte, veniat puniendus quamapertissimè docuit Imperator in l. 1. in fine. C. de officio Præfecti Prætorio Africæ. infrascriptis verbis, videlicet: [Nam si aliquis ex quacunq; parte ausus fuerit iussiones nostras excedere, & nō festinauerit cum Dei timore eas seruare, non solùm dignitatis, aut substantiæ periculum sustinebit, sed etiam vltimo supplicio subiacebit.] hæc ibi ad verbum. Idem videtur probari per argum. in l. 1. C. vt dignitatum ordo seruetur. lib. 12. vbi hæc habentur. [Si quis indebitum sibi locum vsurpauerit nulla se ignorantia defendat: sitque planè sacrilegij reus, qui Diuina præcepta neglexerit.] Diuina præcepta appellat ibi Imperator dictum preceptum, de non occupando alterius dignitatis locum, vt docet ibidē Glo. in versu diuina. Idē probari videtur apertissimè per text. in c. 2. extra de maior. & obedientia. vbi Gregorius Papa infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet: [Si quis venerit contra decretum Episcopi ab Ecclesia abijciatur in libro Regum legitur. Qui non obedierit Principi, morte moriatur. Et in Concilio Aghatensi, quòd anathematizetur.] hæc ibi. Idem probatur per tex. in c. omnis anima. ext. de censibus. vbi hæc habentur, videlicet: [Omnis anima sublimioribus potestatibus subdita sit, & infra. & vos subditi esse debetis.] Idem habetur in c. quisquis præceptis. 14. q. 1. vbi hæc habentur, videlicet: [Quisquis preceptis nō obtemperat; reus est, & debitor pœnæ. Præcepto Domini non obedire peccatum est: consilio si vti nolueris, minus boni adipisceris, non mali aliquid perpetrabis. Quod præcipitur, imperatur: quod imperatur, necesse est fieri, si non fiat, pœnam habet. vbi consilium datur, offerentis arbitrium est, vbi preceptū, necessitas est seruientis.] hæc ibi. Ex his ergo omnibus iuribus allatis videtur summopere probatum fuisse, q. Iudex inferior exequi teneatur mandatum penale iniustum sui Superioris. Idem probari videtur & tertiò Doctorum auctoritate. Bar. enim in l. is, cui bonis. nu. 8. ff. de verbor. oblig. dixit, quòd venire contra preceptum Superioris est peccatum mortale: quia qui non obedit Principi, morte moriatur, vt extra de maior. & obed. c. 2. & intelligitur Principi siue ecclesiastico, siue seculari, vt ibi notatur. hęc ille, qui & in d. Authent. vt nulli Iudicum. §. hoc verò, nu. 2. dixit, secundò nota, quòd præceptum factum contra vtilitatem publicam non valet, nisi secunda iussio emanauerit, vt hic in tex. hæc ibi. qui Bar. rursus idem confirmauit in Authent. de mandatis Principum. §. deinde competens, nu. 1. infrascriptis verbis vtens, videlicet: Et nota, quòd Iudices præcepta Superiorum, quę emanant contra ius, vel vtilitatem publicam non debent suscipere, vel executioni mandare, nisi secunda emanauerit iussio, vt hic, & not. C. si contra ius, vel vtilit. publicam. l. fin. quod inducit Glo. contra miseros Prælatos, sed de hoc an liceat reclamare literis Papæ, vel Principis, Dixi supra Authent. vt determinatus sit numerus. §. dudum quidem. Ex his ergo videtur prima fronte elici, quòd Bart. docuerit esse obediendum præceptis Superiorum, quæ sunt contra ius, aut publicam vtilitatem, si secundò idipsum præcipiatur executio ipsorum à Superioribus: & sic videtur se subscripsisse impugnationi præsentis cōclusionis. Glo. quoq; vr̄ se subscripsisse ipsi impugnationi in infrascriptis iuribus. Nam Glo. in d. c. pastoralis. §. quia verò. in versic. & si sciat. inter alia dixit: & expone, & si sciat illam sententiam latam iniustā, idest contra ius litigatoris latam, quia super hoc nullam habet cognitionem: ideo dicit, etsi non cognitio, sed executio, &c. vnde illam debet tantùm simpliciter mādare executioni: secus si sciat illam nullam, vt si esset lata auctoritate falsarum literarum, vt in c. super eo. extra de falsarijs. Vnde Iudex delegatus non habuit iurisdictionem. hæc glo. illa. Idem videtur docuisse Glo. in dicto cap. quid culpatur. in versic. iniquitas. dicens, hic habes, quòd licèt Dominus peccet præcipiendo, tamen subditus nō peccat obediendo. hæc illa glo. si ergo subditus non peccat obediendo, & exequendo præceptum illud, quod sibi præcipitur à

Supe-

Superiore, qui eo quòd illud præcepit, peccat. Inde sequi videtur falsitas cõclusionis, & veritas impugnationis defendi auctoritate Glosæ prædictę. Glo. quoque in Auth. vt nulli Iudicum. §. & hoc verò. in vers. iussio videtur se subscripsisse præsenti impugnationi, dicens. Non enim facile contra publicam vtilitatem concedendum est rescriptum: ideoq; secunda iussio exigitur, vt hic: quia melius deliberatur, quàm si sit vna tantùm. hæc ibi, quasi dicêret Glos. si verò secunda iussio Superioris emanauerit contra publicam vtilitatem; statim erit id executioni mandandum.

39 His ergo non obstantibus, † adhuc asseueramus præsentem nostram cõclusionem sextam fuisse, & esse verissimam: cùm in ea dixerimus obediendũ non esse iniustis præceptis pœnalibus (& vt latius ibi) vt patuit per iura inibi allata. Quapropter superest modò iuribus, ac Doctorum sentẽtijs in fauorem impugnationis ipsius respondere. Idcircò dicimus, quòd nostræ conclusioni non obstãt ipsa iura, & vt gradatim procedamus. Primò, respondebo ad sentẽtias excerptas ex iure Diuino, supra enumeratas, ꝙ omnes illæ sano modo sunt intelligendæ, scilicet vt nostris Superioribus morem geramus in ijs, quæ non contrariantur præceptis ipsius Dei omnipotentis: & sic respondero fas sit nobis nostris Superioribus aliquid contra legem Dei præcipientibus, prout responderunt Princeps Apostolorum, & Apostoli, quãdo arguebantur à Iudæis, quòd ipsi transgressi fuissent præceptum suorum Principum, prædicando Dominum IESVM Iudæis. Nam in lib. Actuum Apostolorum. c. 5. vers. 28. & 29. hæc ad verbum habentur, videlicet: [Præcipiendo, pręcipimus vobis, ne doceretis in nomine isto, & ecce replestis Ierusalem doctrina vestra, & vultis inducere super nos sanguinem hominis istius. Respondens autem Petrus, & Apostoli, obedire oportet Deo magis, q̃ hominibus.] Quis enim ignoret, quòd exequẽtes præcepta manifestè iniusta cooperentur in peccatis talia præcipientium contra legem Diuinã, dicente Domino IESV (apud Matthæum, c. 19. versic. 17.) [Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.] & rursus Deus pręceperit per os Salomonis. (Prouerb. c. 24. versic. 11. & 12.) dicens. [Erue eos, qui trahuntur ad interitum laborare ne cesses, si dixeris, vires nõ suppetunt, qui inspector est cordis ipse intelligit, & seruatorem animæ tuæ nihil fallit, reddetq; homini, iuxta opera sua.] & in lib. Ecclesiastici, c. 4. vers. 9. dicens. [Libera eum, qui iniuriam patitur, de manu superbi, & non auidè feras in anima tua.] & per os Ieremiæ Prophetæ. Ierem. c. 22. versic. 3. audiamus quomodo hoc ipsum Iudicibus præceperit Deus dicens. [Hæc dicit Dominus, facite iudicium, & iustitiam: & liberare vi oppressum de manu calũniatoris, & aduenam, & pupillum, & viduam nolite contristare, neque opprimatis iniquè: & sanguinem innocentem ne effundaris in loco isto.] Idẽ probatur verbis Dei per os Moysis in lib. Deuter. c. 23. versic. 2. & 7. Nam hæc inter alia ibi dicuntur, videlicet: [Nec in iudicio plurimorum acquiesces sententiæ, vt à vero deuies. Insontem, & iustum non occides; quia auersor impium. His ergo oraculis, Diuinisq; mandatis decet Iudices inferiores magis obedire, quàm hominum Superiorum quorumcunque iussis, quod quidem nos quoque docuit Diuus Augustinus, & refertur in c. non semper malum. & c. si Dominus. 11. q. 3. Nam in d. c. non semper malum. hæc ad verbum habentur, videlicet: [Non semper malum est non obedire: cùm enim Dominus iubet ea, quæ sunt contraria Deo, tunc ei obediendum nõ est.] & in d. c. si Dominus. hæc habentur, videlicet: [Si Dominus ea iubet, quæ non sunt aduersa Scripturis sanctis su-
40 bijciat seruus dño. Si verò cõtraria pcepit, † magis obediat spiritus, q̃ corporis dño. Si bonũ est, quod præcipit Imperator, & Præses; iubentis obsequere voluntati: si verò malum, rñde ei illud. de Actib. Apostolorũ. [Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus.] hoc ipsum de seruis intelligamus apud dominos, & de vxoribus apud viros, & de filijs apud parentes, quod in illis tantum debeant dominis, viris, parentibus esse subiecti, quæ contra Dei mandata non veniunt.] hæc in dicto Canone, quibus similia docuit Diuus Ambrosius, & habetur in c. Iulianus. 11. q. 3. vbi hæc habẽtur, videlicet: [Iulianus Imperator, quamuis esset apostata, habuit tñ sub se Christianos milites, quibus cùm dicebat, producite aciẽ pro defensione Reipublicæ, obediebant ei, cùm autem diceret eis, producite arma in Christianos: tunc cognoscebãt Imperatorem cœli.] Idem docuit Fabianus Papa in epistola 2. scripta omnibus Episcopis, qui omnipotentem Deum metuit, nec contra Euangelium, nec contra Apostolos, nec contra Prophetas, vel Sanctorum Patrum instituta aliquid vllo modo consentit.] Idem docuit Nicolaus Papa, & habetur in c. ita corporis. 11. q. 3. vbi hæc habentur, videlicet: [Ita corporis tui cedere motibus consensisti, & relaxatis voluptatum habenis temetipsum in lacum miseriæ, & in lutũ fęcis prohibitum deiecisti, vt qui positus fueras ad gubernationem populorum, effectus sis ruina multorũ. Probat hoc Thiegnaldi, & Gunthalij dudum Episcoporum legitimus casus, qui pro eo, quòd te minime competenter erudierunt; quinimò quia præuaricationem tuam tegere argumẽtis suis, & sub quadam iustitię specie fucatis quibusdam exquisitis adinuentionibus æquitatem obruere studuerunt; nostra sunt apostolica deposita auctoritate, & ab omni Episcopatus regimine regulariter sequestrati.] Idem latiùs, & dilucidiùs docuit Augustinus in sermone sexto de verbis Domini, & habetur in c. qui resistit. 11. q. 3. vbi hæc habentur, videlicet: [Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Sed quid si illud iubeat, quod non debeas facere? Hic sanè contemne potestatem, timendo potestatem. Ipsos humanarum legum gradus aduertite. Si aliquid iusserit curator, nonne faciendũ est? Tamen si contra Proconsul iubeat, non vtique contemnis potestati, sed eligis maiori seruire. Nec huic debet minor irasci, si maior prælata est. Rursus si aliquid ipse Procõsul iubeat, & aliud iubeat Imperator, nunquid dubitatur illo contento, illi esse seruiendum? Ergo si aliud Imperator, & aliud Deus, quid iudicatis? Solue tributum, esto mihi in obsequium: rectè, sed non in idolio. In idolio prohibet. Quis prohibet? maior potestas. Da veniam, tu carcerem, ille gehennam minatur. Hic iam tibi assumẽda est fides tua tãquam scutum, in quo possis omnia ignita iacula inimici extinguere.] hæc omnia in dictis iuribus, quibus simile docuit Zozimus Papa, & habetur in c. contra statuta. 25. q. 1. vbi hæc habentur, videlicet: Contra statuta Patrum cõdere aliquid,

vt;

vel mutare, nec huius quidem Sedis poteſt auctoritas. Apud nos. o. in conuulſis radicibus viuit antiquitas, cui decreta patrum ſanxere reuerētiā.] Idem docuit Hilarius Papa 1 & habetur in c. nulli fas ſit. 25. q. 1. vbi hęc habentur, videlicet. [Nulli fas ſit ſine ſtatus ſui periculo, vel diuinas conſtitutiones, vel Apoſtolicæ ſedis decreta temerare: quia nos potentiſſimi Sacerdotis adminiſtramus officia, taliū tranſgreſſionum culpa reſpiciet, ſi io cauſis Dei deſides fuerimus inuenti: quia meminimus quod timere debemus, qualiter comminetur Deus negligentia Sacerdotum, ſiquidem reatu maiori delinquit, q̄ potiori honore pfruitur, & grauiora facit vitia peccatorū ſublimitas peccaotiū.] Idē probať per text. in c. ſunt quidam, 25. q. 1. vbi hęc ad verbū hñtur, videlicet. [Sunt quidā dicentes Romano Pōtifici ſp licuiſſe nouas condere leges. Qđ & nos nō ſolū nō negamus, ſed valde affirmamus. Sciendū verò ſūmopere eſt: q̄a inde nouas leges cōdere pōt, vñ Euāgeliſtę aliq̄d, & Prophetę nequāq̄ dixerūt. Vbi verò apte dñs, vel eius Apoſtoli, & eos ſequētes S. Patres ſñaliter aliquid diffinierūt, ibi nō nouā legē Romanus Pōtifex dare; ſed potius qđ pdicatū, vſq; ad aīam, & ſanguinē confirmare dēt. Si. n. qđ docuerunt Apoſtoli, & Prophetæ, deſtruere (qđ abſit) niteret, nō ſñiam dare, ſed magis errore cōuinceret. Sed hoc pcul ſit ab eis, qui ſp Dñi Eccleſiā contra luporū inſidias optimè cuſtodierūt.] hæc in d. Canone. Ex his ergo oīb. allatis patuit: ꝙ non tm̄ de iure Diuino, verum ēt de iure poſitiuo quiſq; Iudex nō dēt exeq mandatū iniuſtū pęnale ſibi indictū a quocunque ſuo Superiore, ne ſit miniſter iniq̄tatis: & tranſgrediať pceptū Diuinū prohibens aliquē iniuſtè lædere. Idē & tertiò pbatur Doct. maximę auctoritatis: Sciendū igiť, ꝙ huic verę aſſertioni, & reſpōſioni factę ad impugnationē propoſitā contra pſentē concluſionē ſe ſubſcripſerut infraſcripti Docto. Nā Innocētius Papa IIII. in c. paſtoralis. §. q̄a verò. ext. de offic. delegati. in verſ. iniuſtā. in executorib. infraſcriptis vſus fuit verbis, videlicet in executorib. criminaliū cauſarū ſi ſcirent quēquā iniuſtè damnatū: nō conſulerē eis, ꝙ in perſonā condēnati, licèt alij cōtradicāt. hęc ille, qui idem docuit in c. ad aures. nu. 1. ext. de tēpo. ordin. dicēs Superiori pcipienti aliqđ malū ext. iudiciū nō fore parendū, obediendū verè ſi dubitetur, an illud ſit nec ne malū, aut boaū. q̄a tunc excuſaretur á peccato pp bonū obedientiæ, vt in c. quid culpať, 23. q. 1. Nec cōtra hanc Innocentij ſñiam eſt id, qđ ipſe Innoc. dixit in c. 1. ext. de offic. ordio. nu. 2. ꝙ ſi vnus Epiſcopus ferret ſententiam, alius non exequatur, ſi ſcit eam iniuſtam: quia in bono tantum debent ſuum auxilium impendere. c. penult. & vlt. diſt. 10. & intelligitur hoc quando ſine iudicio, id eſt, de mandato extraiudiciale petit aliquem lędi per Regē, & iniuſtè: nam ſi in iudicio condemnatū petat caſtigari p Regē: facere dēt hoc: & eſt excōicandus niſi faciat: nec eſt eius inquirere, an ſit iuſta ſñia, nec nè, & per oīa ita dicā in Rege, qđ in ſubditis. de hoc notať ſup. in c. paſtoralis. §. vlt. & c. cū iure. de offic. delegati. hęc ille, ex cuius verbis q̄ apertiſſimè elicitur, ꝙ ipſe loquať Innoc. hìc de Rege vel alio Iudice nolēte exequi ſñiam condemnati in iudicio ciuiliter: qđ ēt docuerat in d. c. paſtoralis. §. quia vero: vbi ſolum negauerat hoc in cauſa criminali, & tali pacto eſt quoque interpretanda ſñia Antonij de Butr. in d. c. 1. ext. de officio ordinarij, col. 1. in verſ. puto, ꝙ ſecularis concludens, ꝙ aut delegans, & delegatus ſunt pares, aut diſpares: ſi pares, & nemo eorū altero maior, vt in duob. Eccleſiaſticis, vel in duob. ſecularibus, aut diſpares delegantis præcepto iniuſto extraiudiciali obedire non tenebitur delegatus, & eodē modo præcepto iniuſto in iudicialib. qñ de eodē crimine poſſet cognoſcere ēt ipſe Iudex ſecularis, quia tunc non tenebitur exequi illud: ſecus ſi talis criminis cognitio ſolum ſpectaret ad Eccleſiaſticum, & ratio eſt: qm̄ ipſe ſecularis, qñ poſſet & ipſe cognoſcere de tali crimine, non teneretur ſtare proceſſui facto per Eccleſiaſticū, ſed hæc omnioo intellige, qñ proceditur ciuiliter de crimine, non aūt criminaliter, aliàs Antonius ſibimet contradicere, vt ex ſupradictis patuit, qđ non eſt ſuſpicandum de tanto Doctore, cuius ſñiæ aſtipulatus fuit Ioan. And. in d. c. paſtoralis. col. 3. in verſ. ſed quid ſi criminaliter. Idē docuit D. Anto. de But. io d. §. quia verò. col. 4. in verſ. tertium dubiū Gloſæ. infraſcriptis verbis vtens, videlicet. Tertium dubiū Gloſę: oppone & videtur, quòd non debeat executor exequi mandatum iniuſtum, nec iniquum, quia euidenter iniquo non eſt obediendum. Tolle mentem Gloſæ. Quoddam eſt mandatum iniquum, & quo ad Iudicem, & quoad Iudicem mandantem, & quo ad partem contra quam ē quia ei ſit iniuſtitia euidens, tam ex parte Iudicis, q̄ ex parte partis: & dic ꝙ non eſt exequendū: Quoddā eſt mandatum iniquum, ſeu iniuſtum quoad partem, non quoad Iudicem: vt qñ ſñia iniuſta tranſiuit in rem iudicatam, vel quia pars non appellauit, vel lapſa ſunt tempora: vel etiam bis eſt appellatum: & tunc cùm nō ſit iniquum quoad Iudicē: licèt mandatum ſit iniuſtū: quia habet iuſtitiam quo ad partē: quia ſñia non eſt iuſta quo ad Iudicem debet adimpleri: q̄a de rigore iuris, vt ſit litiū finis hoc mandatū eſt iuſtū: & quia iniuſtitia reſpectu partis purgatur eo ꝙ pars acquieuit, vel ter appellauit hoc operante iuris rigore, vt ſit finis litiū, vt in l. fi. ff. de condit. ob turp. cauſam, dicit tñ Glo. (& hoc aduerte) ꝙ ſi Iudex per iniuriā damnauerit, ꝙ poterit puniri ad intereſſe partis, vt Inſtitu. de oblig. quę ex quaſi delicto. in princ. & probatur in l. ſi filius. ff. de iudi. hæc ille ibi: quæ oīa ſunt intelligenda in cauſa ciuili non autem criminali: Nam poſt multa alia in fine ipſius § in verſ. poſt Glo. loquens quid ſit dicendum in cauſa criminali: refert Innocentij ſententiam ſupradictam addens, quòd idem ſenſit Archid. in c. qui reſiſtit, 11. q. 3. & concludens ipſe Anton. vtitur his verbis ibi, videlicet. Vnde debet Iudex in criminalibus ex faciliori cauſa differre executionem ex ea ratione: quia non eſt reuocabilis, hæc ille. Idem docuit Panormitanus in d. §. quia verò. nu. 2. infraſcriptis verbis vtens, videlicet. Itē nota, ꝙ quis debet parere mandato Superioris, licèt ſciat illud iniuſtū: hoc tñ non eſt abſolutè verum: nam ſi eſt contra Deum, & bonos mores non debet quis parere Superiori, ſed potius Deo, qui mādat oppoſitū: vt in c. qui reſiſtit, & c. Iulianus. & c. ſi Dñs. 11. q. 3. de quo per Innoc. in c. ad aures. de temporib. ordin. & iſtum textū intellige, qñ

41 ſententia † erat iniuſta, tñ aliàs tenebat, quia erat contra ius litigatoris, vel quia tranſierat in rē iudicatā, quia nō fuerat ab ea appellatū: vnde hæc ſñia eſt ſolùm iniuſta ex parte pronunciantis, ſed ex iuris diſpoſitione tenet, & eſt executioni mandanda, vt ſit litiū finis, & de hoc eſt Gloſa magiſtra hìc. & vidi quod dixi in d. c. ſi quando. eo. tit.

(Adde tu, ꝙ ibi peroptimè docet ipse Pan. qñ qs
possit resistere sñiæ Iudicis iniustæ, ac ipsimet Iu-
42 dici, † & in hoc cōuocare alios. vide ergo ibi.) An
autē hoc habeat locum in causa criminali, vbi sñia
est corporis afflictiua, vt si mādatarius sciat sñiam
iniustā, teneatur illam exequi? Innoc. dicit, ꝙ non
cōsulcret, ꝙ talē sñiam mādaret executioni, & no
ta hoc dictū, pro quo facit, ꝙ tacitus cōsensus par
tis nō habuit purgare vitium sñiæ: quia nemo est
dñs membrorum suorū, vt in l. liber homo. ff. ad l.
Aquil. & in c. cōtingit. el 2. ex̄. de sent. excom. hinc
43 est, ꝙ pro cōdemnato † inuito potest tertius appel
lare, vt in l. non tm̄. ff. de appellat. & 2. q. 6. in Sum-
ma, & est optima limitatio ad istū tex. hæc oīa nō
tatu dignissima fuerunt dicta à Pan. vbi s̄. cui asti-
pulatur Felin. in d. §. quia verò. in princ. his verbis
44 vtens, videlicet: † Acquiesciētia rei nō nocet reo
in criminalib. & sic limitat̄ iste text. hoc dicit hic
Abbas, ꝙ iste tex. fallit in criminali, qa nemo est
dñs membrorū suorū. qui Fel. rursus ibid. col. 2. in
vers. executor merus. dicit, ꝙ executor merus nul
lā exceptionē admittit. Fallit primò exceptio sit
notoria. Secundò fallit in exceptione excōicatio-
nis. Tertiò fallit in causa criminali, vt hic per Inn.
vt s̄. dixi plenè. Fallit quartò, qñ coram executore
mero proponeret̄ exceptio ex causa rōnabili no-
uiter orta. Quintò fallit in exceptione falsitatis re
scripti. hæc ibi. & quāuis nōnulli Doctores (vt fuit
Hyppol. de Mars. in sua Pract. crim. §. opportune.
nu. 10.) dicant ipsum Felinum se subscripsisse sñiæ
Bar. in l. à Diuo Pio. §. sñiam. in 2. col. ff. de sent. &
re iudic. quod quidem nec ipse Bar. inibi, nec Fel.
in c. consanguinei. in 1. col. extra de sent. & re iu-
dicata. licèt, vt supra retulimus ipse alibi dixerit,
ꝙ Iudex inferior executioni mādare teneatur in-
iustā sñiam sui Superioris, si secundò hoc sibi man
detur. Felin. tñ in d. c. consanguinei. solùm retulit
sñiam ipsius Bartoli, & nonnullorum aliorū, ipse
subintulit hæc verba in col. 2. nu. 6. videlicet: Qñ
45 autem consulet Iudex † conscientiæ vidēs execu-
tionē omnino iniustā, dixi alias in c. pastoralis. §.
quia vero. extra de offic. delegati. dando remedia
Theologorum, & maximè Girardi de Odone in
2. Ethic. vbi vult inter alia, ꝙ potius cedat officio,
quā exequatur. hæc Fel. vbi s̄. Ex quibus patuit ip
sum se subscripsisse nostræ cōclusioni, & nō impu-
gnationi allatæ contra ipsam, quod iam latius lu-
culētius, atq; apertius docuerat idē Fel. in c. quæ
in Ecclesiar. col. 21. in vers. limita quartò. extra de
constitutionib. vbi infrascriptis vtitur verbis, vi-
delicet: Limita quartò, nisi ex mandato Principis
timeretur scandalum futurum, seu turbatio Chri-
stianitatis, vel magnum peccatū: quia nō est Prin
cipi obediendum: nec præsumitur legitima causa
secundum D. Abbatem hic, allegat Innoc. in c. in-
quisitioni. ext. de sent. excom. vbi in hoc posuit no
tabile dictum, de quo fiat mentio in c. si qñ. extra
de rescriptis. vbi idem Feli. in §. supersederi. col. 1.
in vers per istum tex. vbi dicit. Per istum tex. dixit
Io. And. in c. ad honorē. ex̄. de auctor. & vsu pallij,
ꝙ non obstante plenitudine potestatis (quæ est in
Papa) non est obediendum ei peccato imminēte.
Per istū tex. dixit Host. in c. proposuit. ext. de con
46 cess. preb. ꝙ omnes tenent̄ obedire Papę † quicqd
pcipiat, nisi sequi possit peccatū, & ibi Abbas, vlt.
col. per istū tex. dixit Bal. c. 2. in fi. de rescrip. si Pa
pa mādat confirmari sñiam, nō intelligitur leuato
velo, sed causa cognita, & potest infirmari, si infir
manda est: secus si mādatur executio, dūmodo sit
aperta, per diffinitiuā, quæ trāsiuit in rē iudic. per
istū tex. inferri pōt ad casum, q Romę occurrit Io.
Papæ XXIII. qui cū iussisset quendā Romanū de-
capitari. Et ille adeo clamasset, ob id Papā esse ir-
regularē, ꝙ Populus Romanus de irregularitate
47 scādalizabat̄, † fuit iussu Papæ liberatus, vt refert
Paris de Puteo in lib. de sindic. f. 32. sed re vera iste
casus lōgè antea euenerat Hostiēsi, dū esset Lega-
48 tus Bononię: vbi reus cōdēnatus, † petēs, vt dimit
teret̄, priùs Legatū alloqui de re ardua, cū nihil ar
duā dixisset, turbatus Legatus, dixit, ducat̄ ad iu-
stitiā. Illo aūt clamāte multis esse irregularis. Rñ-
dit Legatus: maledicat̄ q te docuit, eumq; remis-
sū ad carceros, postea liberauit. Ita narrat Io. de
Lign. in c. sñiam. in fi. ne Cler. vel Monach. dicēs se
hoc audisse à D. Paulo, dū legebat, & fundant̄ ista
dicta in c. ex literis. ex̄. de excessib. Prælat. & ī d. c.
sñiam. vbi Prælati nō imponūt proprio ore cōtra
personā specialē iudicium sanguinis. Vnde dicit
49 Bal. in c. 2. in fi. ex̄. de maior. & obed. quod † Papa
pōt imponere pœnā mortis statuēdo, sed nō exe-
quēdo sm̄ Innoc. & si pprijs manib. Papa occide
ret aliquem fieret statim irregularis, ꝙ dicit valde
notādū. Et ad excusationē supersedēris executio-
ni iniusti mādari, vide ꝙ de Petronio Rom. in sup-
plemēto Chronicarū lib 6 f. 8. retuli infrascripta.
eo. tit. c. cū dilecta, & est sciēdū, ꝙ in col. 11. §. am-
plia priuiò, in vers. & legit̄ de Petronio infrascri-
pta intulit, & legit̄ de Petronio, quē cū Gaius Ca-
ligula Imp. Legatū misisset in Syriā cū mādato de
50 debellādis Iudæis simulachra † sua recusantib. vi-
dēs innumerabilē stragē futurā ob eorū fixā perti
naciā, rescripsit Imp. imminere Rom. Imperio gra
uē infamiā, si mandatū adimpleret. Ob qđ Gaius
ei rescripsit, vt ppria manu se occideret, vt disce-
rēt oēs, nō esse Imperatorū mādata paruipēdēda.
hæc ille ibi. qui in d. §. supersederi. col. 2. in vers. p
tāto. infrascripta subintulit, videlicet: Pro tāto di
xit Bal. in Proœm. Decret. col. 4. ꝙ si Papa scribit
pro intruso, nō est ei vllo modo obediēdū. & idē
Abb. in c. cū teneamur. ex̄. de præben. dicēs, ꝙ Pa-
pa nō possit pcipere cōtra legē Dei. c. sunt quidā.
25. q. 5. Sed Deus pcipit malū vitādū; ergo in hoc
ei parendū nō erit, qa nō dedit Petro facultatē fa
ciēdi de peccato non peccatū, vt in c. 1. dist. 40. ad
hæc bonus tex. in c. Iulianus. cū seq. 2. q. 3. bona gl.
in c. pastoralis. in vers cōsona. ex̄. de fide instr. hęc
oīa Fel. vbi s̄. ex quib. patuit ipsum se subscripsisse
pñti nīæ cōclusioni, & rñsioni factæ ad impugna-
tionē allatā cōtra ipsam cōclusionē. Idē & elegan
tissimè docuit Andr. Barb. in d. §. qa vero. col. 2. in
vers. nota cōsiliū, ꝙ à lege datur. vbi infrascriptis
vsus fuit verbis, videlicet: Nota consiliū, ꝙ à lege
51 dat̄ † Ordinario, qñ mādat̄ sibi executio sñiæ per
delegatū, quā scit esse iniustā: qa dēt instare apud
delegatū, vt eū ab onere releuet, nō tñ est absolutè
verū, ꝙ debeat parere Superiori: qa si tale mādа-
tū est cōtra Deū, & bonos mores, tūc nō est parē-
dū Superiori, sed potius Deo, q oppositū mādat,
vt ī c. q resistit. c. si dñs. & c. Iulianus. 11. q. 3. de quo
per Innoc. in c. ad aures. & pcedit iste tex. qñ sñia
erat iniusta, sed tenebat: quia erat contra ius liti-
gatorū, & transiuerat in rem iudicatā, & ab ea nō
fuerat appellatum: nam talis sñia est solùm iniu-
sta ex parte pronunciantis, sed ex dispositione iu-
ris tenet, & est exequēda. hæc ibi Barbat. qui ibid.
col. 6. in vers. in eadem Glo. ibi deponat conscien
tiā. infrascriptis vtitur verbis, videlicet: Et dr̄ tunc
deponere conscientiā, si credat se cum bona con-

scientia

ſcientia poſſe iudicare ſm allegata, & probata. licèt habeat conſcientiã in contrarium tanquã priuata perſona: & hoc procedit in cauſa ciuili, ſm Innoc. ſecus in criminali, ſm eum. vbi de maiori præiudicio agitur: quia tunc nõ debet contra conſcientiam (quam habet, vt priuatus homo) iudicare. Ideo dicit Innoc. ꝙ non conſuleret alicui in criminali damnare aliquem contra conſciẽtiam, nec ꝙ in pernitiem condemnati faceret executionem, quando ſciret ſententiam eſſe iniuſtam. arg. c. cùm miniſter. 23. q. 5. Idẽ tenet Archid. in c. qui reſiſtit. 11. q. 3. Vnde Iudex debet in criminalibus
52 ex faciliori cauſa differre executionem, † ex ea ratione, quia executio non eſſet reuocabilis, vt dicit Paulus de Leaz. in Clem. 1. de ſent. & re iudic. licèt quidam cõtra Innoc. per c. quid culpatur. 23. q. 1. & per l. liber homo. ff. ad l. Aquil. ſed poteſt dici, ꝙ illa iura loquuntur in caſu dubij, in quo quis debet obedire Superiori, nõ autem in caſu certo, vbi quis ſciret ſententiam eſſe iniuſtã in cauſa criminali, vt inferiùs dicetur. hæc omnia Barbatius vbi ſupra. qui ibid. pertractat peroptimè referendo ferè omnes ſententias Doctorum prędeceſſorũ ſuorum ſuper quæſtionem, an Iudex teneatur iudicare ſm allegata, & probata contra propriã ſuã conſcientiam, quæ quidem quæſt. in eod. c. paſtoralis. à reliquis quoq; pertractatur. vide ergo ibi ſi ipſam reperire, ac examinare volueris: nã hìc nõ viſum fuit examinare, ne egredi voluiſſe materiã aſſumptam viderer. Idem docuit Archid. in c. qui reſiſtit. 11. q. 3. infraſcriptis verbis vtẽs, videlicet: Dici conſueuit, ꝙ in executionibus criminalium cauſarum ſi ſciret quempiam iniuſtè damnatum, non eſt ei conſulendum, ꝙ in perſonam condemnari pœnã imponeret, licet quidam contradicãt, ſed in ciuilibus: ſecus vbi eſt iniuſta ſententia ex cauſa, vel animo: ſed non ea ordine, in rem tranſiuit iudicatam. arg. contra. ſupra eod. c. non enim. diſt. 50. c. ſi quis præpoſtera. 23. q. 1. c. quid culpatur. ſed illa locum habent extra iudicium à præceptis iniquis, & iniuſtis, ſi autẽ ſnĩa ſit iniuſta, quia lata à nõ ſuo Iudice, vel per falſas literas, vel aliàs ſubiaceat retractationi per appellationem, vel in integrum reſtitutionem, vel ſupplicationem non exequetur Superior, vel per ſentẽtiam, ſm Innoc. quod dic, vt plenè notatur, extra de offic. delegati. c. paſtoralis. §. quia verò. qui Archid. in c. adminiſtratores, 23. q. 5. ſequitur ſententiam Innocentij in c. 1. extra de offic. ordin. ſupra per me relatã. Idem docuit Dominicus à S Geminiano in d. c. qui reſiſtit. dicẽs. Nota, ꝙ iniquo mandato nõ eſt obediendum, ſed totis viribus reſiſtendum, maximè quando eſt contra Deũ. Philippus Decius hoc ipſum docuit. Nam in l. & ſi nihil. ff. de regul. iur. nu. 2. ſequens Bal. in l. addictos. col. 2. C. de epiſcop. audien. dicit, ꝙ exceptio innocentiæ nunquã excluſa videtur, & ꝙ nunquam Iudex debet exequi ſententiam capitalem, ſi videt illam eſſe iniuſtã. Innoc. in c. paſtoralis. §. quia verò. extra de offic. delegati. hæc ille ibi, qui idem apertiùs, & elegantius docuit in c. ſi quando. per totum, extra de reſcriptis. vbi hoc idem probauit quamplurimis auctoritatibus, & rationibus, cõcludens in nu. 2. his verbis, videlicet: Et concluſio, & regula ſupra firmata per illum textum videtur procedere in Iudice, qui cauſæ cognitionem adhibere debet: ſecus videtur in executore, qui ſententiam etiam iniuſtam exequi debet. cap. paſtoralis, §. quia verò. de offic. delegati. in c. ſi quando. eod. tit. Et hoc intelligitur, niſi cauſa eſſet criminalis corporis afflictiua, vt notat Abbas poſt Innoc. in d. c. paſtoralis. §. quia verò. & maximè hoc videtur habere locum, quando cõſtaret de innocentia, quo caſu omnino ſuperſedendum eſt. l. 1. §. fina. vbi Bart. ff. de quæſt. circa finem. in verſ. item nota. Bal. in l. 1. circa finẽ. C. de confeſſis, vbi allegat Innoc. in c. 2. per illum tex. de pur. & vulg. & notat etiã Bal. in l. addictos, circa finem. C. de epiſc. audien. hęc omnia Decius vbi ſupra. Idem videtur docuiſſe Auguſtinum Beroum in c. ſignificaſti. nu. 14. in verſ. vltimò noto.
53 ext. de offic. deleg. dicens, ꝙ mandato † notoriè iniuſto is, contra quem fuit factum, iuſtè poterit reſiſtere, quando inde ſibi grauamen irreparabile immineret, vt eſt tortura, vel alia corporalis afflictio, vt docuerunt ſupradicti: quia tunc eſſet ipſo iure nullum, vt omnes Doctores ferè ſupradicti quoque docuerunt, & etiam paulò poſt citandi: tam in d. c. ſignificaſti. quàm in c. ſi quando. de offic. deleg. Cyn. & Bal. in l. 1. C. de vi. & rurſus Bal. in l. 4. in 7. q. ff. de iuſt. & iure. & Alex. in conſ. 144. in 2. vol. in 1. col. Qui Auguſt. rurſus idẽ apertiùs docuit in c. quæ in Eccleſ. nu. 193. in verſ. quartò limitant. ext. de conſtitu. vbi ſubſcribens ſe ſentẽtiæ Innocentij in c. inquiſitioni. extra de ſent. excom. Abbatis, & Feli. in d. c. quæ in Eccleſiarum. infraſcriptis verbis ſe ſubſcripſit noſtrę concluſioni, videlicet: Quartò limitant Moderni hìc concluſionem communem non procedere, quãdo Princeps in reſcribendo, vel concedendo aliquid cõtra ius poſitiuum, poſſet magnum ſcandalum inferre, ſeu turbatio ſtatus Eccleſiaſtici, & Chriſtianitatis ex eo reſultaret, aut graue peccatum: Nam tunc non præſumeretur ex iuſta cauſa factum, neq; valeret. arg. eorum, quæ voluit Abbas hìc, &c. Sed aduertendum hanc limitationem conuenire his, quæ in ſecundo capite dicta ſunt. Ex identitate ñ rationis poſſumus illã huic tertio adaptare: quia ſcandala ſemper abſq; diſtinctione ſunt euitãda. c. nihil cum ſcandalo. & ibi plenè notatur. ext. de pręſcript. & ſciendu, ꝙ in d. a. capite ſuper idẽ c. nu. 155. infraſcriptis vtitur verbis, videlicet: Nã ſicut Princeps faciendo legẽ iniuſtã, nihil faceret: quia pro lege nõ ſeruaretur, vt in c. erit autẽ lex. diſt. 3. & in l. 3. ff. de legib. ita ſine iuſta cã mihi, vel alteri iniuſtitiã facere nõ põt, me ipſum re mea priuando. arg. c. ex ore. ext. de priuilegijs. l. meminerint. C. vnde vi. Præterea, Princeps poteſtatẽ quã hẽt, à Deo habuit, vt in Authẽt. quo Epos: ſed Deus illi ptãtem peccãdi nõ dedit, vt in c. Imperatores. 11. q. 3. ergo nec poteſtatẽ auferendi rẽ meã, & alteri cũ mala fide dãdi: quia ſic peccaret. hæc ille. quaſi diceret ꝑ ſupradicta verba ſ. in nu. 193. dixi, ꝙ id, qđ fit à Principe, ex quo reſultat ſcandalũ, vel graue peccatũ, nõ eſt validũ: ergo idẽ tacitè dixit de iniuſta eius ſnĩa, aut iniuſto mãdato, cũ inde graue peccatum reſultet, maximè in criminalibus. & hoc ipſe probauit: qm̃ cùm ipſe Princeps obtinuerit poteſtatẽ ferendi ſnĩam, ac mandatum iniungẽdi, ac ſi in huiuſmodi exercitio ſit Dei Delegatus: At à Deo Princeps nõ habuit ptãtẽ aliquid faciẽdi cũ peccato: ergo inde ſequit̃, ꝙ quicqd ipſe mãdauerit fieri ꝑ ſnĩam iniuſtã, aut mãdatũ iniuſtũ, erit nullũ, & ꝓ nihili ducẽdũ tanq̃ procedẽs à mãdatario egrediẽte fines mãdati, vt docuit tex. in c. prudẽtiã. §. in hoc caſu. ex̃. de offic. deleg. cùm alijs innumeris Iuribus. & hæc dicta ſint pro in-

terpretatione opinionis dicti August. Idē docuit
Marianus Soci.in c.qualiter,& quando. el secon-
do.nu.1123.his verbis vtēs,videlicet;Nam vt di-
cit Innoc. in c.pastoralis.ext. de offic.deleg. nun-
quam executor pœnę corporalis,debet illam exe-
qui,quando videt illam iniustam. Quinimò sicut
per amicos,& beniuolos condemnari potest resi-
sti Officiali iniustè exequenti (vt infra dicam in
duabus quęstionibus sequētibus) fortiùs potest ip
se hanc executionem iniustæ sententiæ nolle face
re.Vnde procedit quod statim dixi,quādo miles,
vel socius, aut similis executor esset in dubio ; se-
cus si expressè cognosceret illam iniustam,& non
exequendam (vt dicā infra quæstione centesima:
Item secus si essent tales Officiales, qui tenentur
ad consulendū,sed essent absentes ; quia tales nō
tenerentur,vt in l.1.in princ.ff.de magi.cōue.ibi,
qui præsentes fuerunt.&c. & ibi glo hæc fuerunt
notabilia verba Bart.in similibus terminis in tra-
cta.represalium,2.q.6.quæst.princ. Debent igitur
tales Officiales si sunt præsentes omnino contra-
dicere, & protestari, & talia facere describere in
actis ; non tamen est necessarium ipsis appellare,
si Potestas, vel Præses,non obstante protestatione
faciat iniustitiam,vt singulariter notat Io.And.in
simili.in c.cùm omnes,extra de constitu. & c.fin.
extra de rebus Eccles.non alien.& c.2.extra de lo
cato.hæc ille, qui ibid.q.100.nu.1141. idem ferè
ad verbum docuit,addens, ꝙ aliàs Iudices,asses-
sores, & reliqui facerent litem suā, qui Marianus
rursum idem docuit in c.vniuersitatis,nu.3.4.16.
& 17.ext.de sent.excom. Nā in nu.3.& 4.dicit,ꝙ
54 etiā Principi † aliquid iniustè præcipienti,& con
tra Deum non est obtemperandum,nec etiam Pa
pæ,si malum, vel scandalum sit inde futurum, di-
cam in c.inquisitioni,de sent.excom.tradit Bart.
in l.non solùm.§.si mandato,ff.de iniurijs.& in d.
nu.16.& 17.in fine.Glo. dic (inquit) quasi sentiat
Glo.quòd executor ad sententiam, tenetur illam
exequi,etiam si sciat iniustam, quia imputet sibi,
qui non appellauit: secus in extraiudiciali : quia
non debet obedire,si mādatum est iniustum. hæc
ille, quæ sunt intelligēda in causa ciuili solùm,nō
autem in criminali,quando esset imponenda pœ-
na corporis afflictiua, quoniā aliàs sibi esset con-
trarius,quod nō est putandum, cùm hoc videatur
supra expressisse, sequendo sentētiam Innocentij,
cuius sententiam rursus sequutus fuit in c.inquisi
tioni,nu.8.circa finem,extra de sententia excom.
Idem prorsus docuit Henricus Boich in c.ex par-
te.nu.7.extra de officio delegati.vbi dicit non es-
se verum id, quod aliqui dicunt, quòd si consta-
ret, quòd Princeps præciperet aliquem interfici
sine causa, quòd esset sibi obediendum, vt patet
11.q.3.c.nō semper.c.si dominus, c.Iulianus.& c.
qui resistit.& in c.ad aures.extra de temp.ordin.
sed si vero causa esset dubia de iniustitia,tunc es-
set ei obediendum, hæc ille. Idem docuit Carre-
rius in sua Præct.crimin.fol.323.nu.110. vt refert
Raym.Ficus in Thesauro commun.opinio.in ver-
55 sic. executio. dicens, quòd executio † capitalis
differenda esset,quando Officialis (cui à Principe
mandatum esset aliquem decapitari, vel suspen-
di) videret illud mandatum Principis esse iniu-
stum: nam tunc debebit Principi rescribere.Idem
docuit Iulius Clarus in sua Pract.crimin. q.97. in
vers.Item est differenda executio.vbi remittit Le-
ctorem ad ea,quę ipsemet docuit ibidem in q.60.
vers.solet dubitari.vbi inter alia,infrascriptis ver-
bis vtitur,videlicet: Ex hoc etiam infertur, quòd
si Miles,vel Collateralis Prætoris de eius manda-
to aliquem decapitari fecerit iniustè, excusatur
(prout aliàs iudicatum fuisse in facti contingen-
tia) vt refert Catald.de sindic.q.120,scias etiam,
quòd hac conclusio intelligenda est, vt procedat
in delictis leuibus:nam in delictis atrocibus man
datum Superioris nunquam excusat. & est com-
munis opinio,dicit Iason in consil.136.post med.
lib.1.intellige,quo ad hoc,vt in totum non punia-
tur,sed benè excusat,vt mitiùs puniatur etiam in
atrocioribus.ita sentit Glo.in l.a,in gl,1.C.de se-
pulchro violato,quam Doctores communiter ap-
probant,vt attestatur Didacus Couarruuias super
quarto Decretalium.fol.46,nu.7.in fine.Hæc autē
de plano procedunt in mandato Superioris,sim-
pliciter loqūēdo,sed si esset vir potens,& seuerus,
erga eos,quibus mandare potest,fortè esset excu-
56 sandus, † qui de eius mandato aliquod delictum
committeret,non quidē à tota pœna, sed mitiùs,
& citra mortem puniendus,prout reperio in facti
contingentia seruasse curiam Neapolitanam,quæ
condemnauit ad triremes quendam famulum,qui
de mandato cuiusdā domini viri potentis opere,
& sermone; apposuit cuidam Comitissæ fragmen
ta lapidis adamantini in quadam cratera,&c. vt
refert Grammat.voto 38. hæc ille. Ex his ergo pa
tuit ipsum confirmasse nostram cōclusionem;cùm
non contradixerit supradictis Doctorum senten-
tijs,etsi paulò post tanquam laicus, & compatiēs
fragilitati humanę subdiderit id,quod prima frō
te videtur prædictis contrarium his verbis vtens,
videlicet: Sed quid in Principe, vel Dño,si man-
det alicui,vt alium occidat sub comminatione,ꝙ
nisi exequatur, ipsum occidi faciet, nunquid hoc
57 casu mandatarius † excusabitur? Respon.ꝙ de iu
re ciuili excusatur, & est communis opinio,vt at-
testatur Corset.in vers.metus, in suis singul.in sin
gulari.incip.An operatur timor,quem refert Pra-
ctica Carrerij.fol.422.nu.174.Taeg. in Pract.cri-
min.c.10.nu.36.videtur.n.hoc quodāmodo face-
re ad sui necessariam defensionem,ne scilicet,ip-
se occidatur. Idemq; si princeps mandet Officia-
li,vt aliquem sine processu suspendi faciat,poterit
Officialis tale mandatum exequi licitè, & sine pec
cato, & ad hoc allegatur decisio (ym, quā dicit
esse cōiter approbatam. Cagnol in d.l.velle non
creditur.nu.10.ff.de reg.iur.Reperio tñ,ꝙ Practi-
ca Carrerij.f.323.nu.110.dicit, ꝙ imò cōtrarium
communiter concluditur, s.ꝙ nullo modo debet
Officialis exequi tale mandatum iniustum,sed su
persedere, & principi rescribere, maximè si prin-
ceps motus fuerit iracundia,quam opinionem di
cit etiā videri magis cōmunem. Taeg. in d.c.10.
nu.38.sed certè ego nō darem (inquit ipse Iulius
Clarus ibidem) amico meo tale consiliū, & mul
tò magis quando princeps est iratus,ne ei contin
geret id,quod cōtigit prætori Varisij,de quo men
tionē facit Bossius in tit.de homic.nu.98. in fine.
hæc oia Iul.Clar. vbi s̄. Sed animaduertendū est,
ꝙ in cōclus.3.quæst.vnicæ infra afferēdæ de exten.
pœn.leg.ad eos,qui peccāt pp metū eis illatū.per
totū,attuli quāplurima iura,ac Doct.snias, quib.
probatur,ꝙ etsi metus mortis excuset perpetrātē
contra præcepta Diuina à parte pœnæ tempora-
lis: ita vt nō possit pœna ordinaria puniri pro ta-
li crimine,tamen non excusatur ne veniat iuridi-

cè pœna extraordinaria temporali puniri, & pœ-
na æterna, ſi ſine pœnitentia dicti peccati, ac do-
lore Diuinæ offenſæ inde incurſæ ex hac vita ſub-
traheretur. Vide ergo ibi: quia forſitan alibi hanc
quæſtionem, ita plenè ſolutam tot tantis oraculis
non inuenies. Ponderanda inſuper ſunt verba ip-
ſius Iulij Clari: nam primò non dixit ipſe, ꝙ occi-
dens aliquē mandato Principis ſibi minãtis aliàs
mortem, non peccet: ſed ꝙ de iure ciuili excuſa-
retur, ſm Corſetum, & nihil addit de ſuo, & tñ in
probatione dictæ tertiæ concluſionis noſtræ per-
multa iura ibi allatas probauimus omnino talem
homicidam pro tali crimine pœna extraordina-
ria puniēdum fore etiam de iure ciuili. Secundò,
qñ dixit, ꝙ officialis licitè, & ſine peccato poſſet
tale iniuſtum mandatum Principis exequi, ſtatim
ſubintulit deciſionem Cyni, quaſi diceret, Cynus
hoc docuit, & ꝙ noluerit ipſe ſtare dictæ deciſio-
ni patuit, eo ꝙ ſtatim ſubintulit ſententiam Car-
rerij, & Taeg. dicentium, ꝙ contrarium commu-
niter concludatur, ſcilicet ꝙ nullo modo debeat
officialis exequi tale mandatum iniuſtum, & eo-
rum ſententiam non reprobauit, quamuis ſubin-
tulerit, quòd tale conſilium ſiue amico ipſe non
daret, quaſi diceret: ego (vt homo ſecularis) non
conſulerem meo amico, vt non exequeretur tale
mandatum, ſi inde eſſet puniendus pœna capitali,
nunquam autē (vt Chriſtianus) affirmare præſum
pſit talis mãdati executorē non tranſgredi ius Di
uinum, & Pontificium, & nō peccare, animaduer-
tens, ꝙ proculdubio talis executor peccaret gra-
uiter tanquam voluntarius (etſi voluntate condi-
tionata) cooperator exiſtēs in tali homicidio per-
petrando. Et tertiò, ꝙ id, quod dixit ipſe Iulius
Clarus ne contingat ei, vt Prætori Variſij, vt refert
Boſſius, &c. Ex his enim verbis patuit etiam, ꝙ Iu
lius Clarus loquatur de caſu dubio, quando ſcili-
cet dubium eſt, an iniuſtum, vel iuſtum ſit huiuſ-
modi Principis mandatum, quod vtique elicitur
ex verbis ipſius Doctoris, cùm poſt relationē de-
ciſionis Cyni dicentis, (ꝙ quando Princeps man
dat officiali, vt aliquem ſine proceſſu ſuſpendi fa-
ciat, poterit tale mandatum exequi licitè, & ſine
peccato.) Subdiderit, ꝙ ipſe non cōſuleret amico
ſuo conſilium, ꝙ non obediat tali mandato, maxi
mè quando Princeps eſſet iratus, ne ei cōtingeret
id, quod Boſſius refert contigiſſe Prætori Variſij,
ex quibus verbis elicitur ipſum loqui, quando ſu-
mus in dubio, an mandatum ſit iniuſtum, nec ne:
cùm in tali caſu omnia iura, & Doctores doceãt
58 eſſe obediendum † mandatis noſtrorum Superio
rum negantes hoc nobis licere in caſu, quãdo cer
ti ſumus de iniuſtitia, in caſu propoſito in noſtra
concluſione, eo magis, ꝙ Boſſius a dicto Iulio Cla
ro citatus hoc ſpecialiter docuerit (vt paulo poſt
referam ad verbum.) Nam dixit, ꝙ quãdo Iudex
bene conſiderando qualitatē condemnati, & alias
circunſtantias facti magis inclinat, ꝙ mandatum
ſit iuſtum, & hæc dicta pro dilucidatione ſenten-
tiæ ipſius Iulij Clari, ne quis forſan ſuſpicaretur
tm̃ Doctorē Chriſtianum voluiſſe Iudicē exequi
poſſe mandatū euidentiſſimè iniuſtū; & coopera-
ri peccato Principis, & ſic ꝙ quis vt mortē euitet,
licitè poſſit cooperari peccato mortali Principis
ſui, & potius obtemperare mandato Principis, q̃
Dei Optimi Maximi, quod quidem etiã nefas eſ-
ſet, nō ſolum docere, ac prædicare, verum etiã co-
gitare, vt patet ad ſenſum. Idem docuit Paris de
Puteo noſter Neapolitanus in tract. de ſindicatu
pluribus in locis. Nam in tit. de exceſſibus conſi-
liariorum in verſ. excedunt etiam ſi Princeps. vbi
59 his verbis vtitur, videlicet: Excedunt etiam † ſi
quid Princeps ex iracundia, vel mala informatio-
ne reſcribat contra ius, ſi illud exequantur: quia
non debēt exequi, ſed reſcribere Principi. l. ſi vin-
dicari. C. de pœnis. qui textus eſt canonizatus in
c. cùm apud Theſſalonicam. 11. quæſt. 3. vbi gloſ.
Hi enim Conſiliarij debent eſſe iuſti, & viri opti-
mi, ac eorum ſtipendijs contenti, & non extende-
re manus ad iniquitatem, aliàs expelluntur. Ioan.
Andr. in c. quanto. de iureiuran. vbi Papa appellat
60 malos Conſiliarios, † deceptores Regum. hæc ille
ibi. Qui ibidem ſub tit. reſiſtentia. col. 3. in verſ. li
cèt Iuriſtæ, & duobus ſequentib. verbis, infraſcri-
ptis vſus fuit verbis, videlicet: Licèt Iuriſtæ dicãt
contrarium in Regula. Culpa caret, & in rubrica.
non eſt ſine culpa, qui dicit hoc verum eſſe etiã in
capto à malis Iudicibus, & in condemnato cōtra
61 iuſtitiã, quia licet tunc reſiſtere condemnãti, † vt
non ducatur ad mortem: quia tale iudicium eſt ſi-
mile violentiæ latronum, & ſicut licet reſiſtere la-
tronibus, ſic licet reſiſtere malis Principibus, ſm
D. Lucã in l. prohibitum eſt. C. de iure fiſci. lib. 10.
Et adde, ꝙ Iudex poteſt reſiſtere literis Principis
continentibus iniuſtitiam. l. reſcriptis. C. de preci
bus Imper. offer. & in Authen. vt debitus ſit nume
rus Cler. in princ. Et ſi Iudici præſentetur reſcri-
ptum cōtra ius debet ſuperſedere, & Principi re-
ſcribere, vt not. in l. ſi quando. C. de reſcriptis. &
in l. ſi vindicari. C. de pœnis. Officiales poteſtatis
62 † debent reſiſtere ſibi iniuſtè facienti, vt in l. om-
nes. C. de decurion. lib. 10. vbi gl. dicit, ꝙ tenetur,
ſi cogitat Iudicem malam proferre ſententiam, &
quòd ſubditi debent reſiſtere Prælato malè agēti,
hæc ille. qui rurſus idem confirmauit ibid. in tit.
de tortura. in c. incip. Mandauit Rex. in princ vbi
dictus Paris arguit pro, & contra, & vltimo loco
infraſcriptis verbis vtitur, videlicet: In cōtrarium
videtur: nam quando Princeps aliquid iracundia
ſeueriùs vindicari iubet præter conſuetudinē, vel
contra ius, non ſtatim Iudex id exequi debet, ſed
Principi reſcribet, & ſuperſedebit. tex. ſingularis
in l. ſi vindicari. C. de pęnis. qui eſt canonizatus in
c. apud Theſſalonicam. 12. q. 2. vbi glo. & facit tex.
in Authent. de mandatis Principum. §. ſi quis au-
tem. vbi eſt tex. notabilis, ꝙ ſi quis venerit cum li
teris Principis contra ius, vel contra ſolitam for-
mã nō debet Iudex ſtatim exequi, ſed debet Prin
cipi reſcribere, vbi glo. exclamat contra miſeros
Prælatos, qui timent in tantum literas Papæ, vt nō
audeant declinare in cōtrarium, idem habetur in
Auth. vt nulli Iudicum. in §. & hoc verò iubemus.
vbi tex. ꝙ debet expectari ſecunda iuſſio, quia per
eam meliùs deliberatur, quàm per primam, ſecun
dum Glo. ibi. ſic ergo Iudices debēt in talibus ma
turè agere, quia aliquãdo Princeps iracundia mo
tus, vel malè informatus reſcribit, & tunc Officia-
lis debet bene cuſtodire reum, & reſcribere per
text. in d. l. ſi vindicari. hæc ille ibi. Ex cuius ver-
bis elicitur apertiſſimè ipſum Doctorē ſe ſubſcri-
pſiſſe præſenti noſtræ concluſioni, & reſponſioni
factæ ad obiectionem cōtra ipſam allatam. Idem
docuit Boſſius in ſua pract. crimin. in titul. de ho-
micidio. nu. 98. & 102. vbi poſt multa docuit: pri-
mò, quòd ſi Iudex eſſet dubius, an iuſtè, vel iniu-
ſtè Princeps aliquid mandaret, mandatum excu-

fatet. sic intelligo (inquit ipse Bossius) Cynum in l. rescripta. C. si contra ius, vel vtilit. public. qui dicit, quòd si Princeps mandat officiali, vt aliquem suspendat, sine peccato id fit per officialem, quod dictum latè tenet Felinus in c. quæ in Ecclesiatū. de constitut. col. 18. vers. limita nonò. (sed dictu, quòd Felinus hoc non docuit, sed loco supra per me citato, vide ibi.) & text. in dicta l. si vindicari. hoc clarè sentit, & glos. in dicto c. apud Thessalonicam. Curt. in consil. 49. col. 21. vbi loquitur etiā in quæstione nostra, & quando non apparet, quòd in Principe desit causa, sed sumus in dubio. Intelligo tamen (inquit Bossius ibidem hanc conclusionem, quādo Iudex ipse bene considerādo qualitatem personæ, & cætera omnia, magis inclinat, vt mādatū sit iustum, quàm aliter, & hoc per tex. in d. c. si quando. de rescriptis. quem bene vide, aliter arbitror, quòd debeat rescribere, vel differre, iuxta dictum c. si quando. & dicta l. si vindicari. & debet inclinari, quòd mandatum sit iustum, quando est instructus, virum esse malæ conditionis, & manu promptum: si verò est integer vitæ, & nullo modo potest sibi in mentē venire, vt mereatur mortem, debet inclinare animum suum, ꝙ mandatum sit iniustum. Ex prædictis fortè non malè egit Dux Galeatius Sfortia, qui suspendi fecit Prætorem Varisij, eo quia nō fecerat statim suspendi quendam hominem, quem Dux ipse iusserat ei, vt suspendi faceret. hæc omnia docuit Bossius vbi supra, in d. nu. 98, sed in nu. 102. dicit, ꝙ Iudex non simpliciter, quando est dubius debeat exequi, sed vlteriùs considerare qualitatem personæ, & negotij, & inclinare animum suum, vt rerū conditio requirit. Adde, quòd licèt non sit parendum præcepto Principis iniusto, tamen est paren-
63 dum Duci belli: † dato, quòd non parendo rem optimè gerat mādatarius, aliàs ei imponitur pœna capitis, vt in l. 2. §. in bello. ff. de re militari. qđ apud Romanos seruauit Papyrius Dictator contra Fabium, vt refert Valerius Maximus in cap. de militari disciplina. lib. 2. & Flor. in l. 3. §. sed si qs. ff. finiū regun. hæc omnia Bossius vbi supra ad verbum. ex quibus clarè patuit ipsum se subscripsisse præsenti nostræ conclusioni. Idem docuit Hyppolitus de Marsilijs in sua Pract. crimin. §. opportunè, nu. 10. sequens Philippum Decium in l. & si nihil. ff. de reg. iur. & Felin. in locis supra per me citatis, qui Doctores explicitè se subscripserunt nostræ conclusioni, & responsioni factæ dictæ impugnationi ipsius, vide ibi. Idem docuit ipsemet Hyppolitus in suo singulari 328. incip. Multi sunt Iudices. vbi inter alia his verbis vsus fuit, videlicet: Multi sunt Iudices committentes errores, & aliquod iniustum, qui postea volūt se excusare sub prætextu mādati Superioris, sed verè talis clipeus sibi nō prodest in aliquo: eo quia mandatum Su-
64 perioris, † factum alicui, vt aliquid faciat, intelligitur tamen cum causæ cognitione, & seruatis seruandis, secundum Bald. in c. 2. in vlt. col. extra de rescriptis. vbi dixit, quòd si Papa mandat sententiam confirmari, quòd hoc non intelligitur velo leuato, sed causa cognita; quia iudicium non procedit sine causæ cognitione, de quo ibi latiùs per eum, quod dictum pro notabili refert, & sequitur Philippus Decius in consil. suo 175. incip. In causa falsitatis. in col. 6. nu. 3. vbi ad hoc etiam allegat Bart. in l. præscriptione. C. si contra ius, vel vtilit. ego etiam pro hoc dicto, vltra Decium, adduco Paulum de Castro in l. 1. C. de execut. rei iudic. hæc ille, vbi supra. qui Hyppolitus idem rursum docuit in suo singulari 349. incip. In his, in quib. circa medium. in versic. & ideo. vbi infrascriptis vsus fuit verbis. videlicet: Et ideo tene menti, ꝙ licèt merus executor habeat conscientiam suā contra sententiam, quam debet exequi, cùm videat il-
65 lam iniquam, † tamen tenetur illā exequi, vt volunt Doctores in c. pastoralis. §. quia verò. & in c. præterea. de offic. delegati. & in l. si vt proponas. & in l. executorem. vbi per Glos. & Bal. C. de execut. rei iudicatæ. Tamen hoc fallit in causa criminali, in qua tractatur de pœna corporali, quia in talibus causis merus executor non debet exequi sententiam iniustā contra conscientiam suā, quia damnum tale est irreparabile, ita notanter dixit Innocent. in c. pastoralis. §. quia verò. extra de offic. delegati, quod dictū refert, & sequitur Iason, si minus. in 7. col. in princ. Institu. de actio. ad quod etiam allegat Paulum de Leaz. & Petrum de Anchar. in Clem. 1. de sent. & re iudic. & Bal. in l. addictos. C. de episcopali audien. pro quo etiā optimè faciunt dicta per D. Nellum in tract. suo bannitorum in 4. part. primi temporis, in 5. q. incip. Quintò quæro, &c. in vers. ego vero. &c. vbi notanter loquitur. hæc omnia Hyppolitus de Marsil. vbi supra. qui ferè omnia prædicta retulit, & cōfirmauit in l. si quis vltro, nu. 75. 76. 77. & 78. ff. de quæstionibus, in quo nu. 78. addidit prædictis, animaduertendum summopere fore, ꝙ licèt dictus tex. in d. l. si quis vltro. dicat, ꝙ quando aliquis est condemnatus, & appareat postea ante executionē condemnationis ipsum fore innocentem, ꝙ tunc Iu-
66 dex † debet supersedere, non tamen potest ipsum reum liberare, sed debet Principi rescribere, cui spectat liberatio in tali casu, & non ad ipsum Iudicem. Attamen aliqui casus sunt, in quibus retractari potest sententia lata in causa criminali etiā post decennium, etiā absq; Principis consultatione, vel gratia. Qui verò hi casus sint, ibidem tradidit subsequēter ipse Hyppolitus. vide ergo ibi. Idem Hyppolitus latiùs, & apertiùs docuit in l. 1. in princ. nu. 121. & 122. ff. ad l. Cornel. de sicar. his verbis vtens, videlicet: Et hanc legem bene notēt Superiores facientes mādata Magistratibus, vt talem mori faciant, nō obstātibus aliquibus in contrarium facientibus: quia tales Superiores tenentur in foro conscientiæ, & etiā pœna huius legis, & similiter Rectores, seu Iudices exequentes talia mandata, si iniusta sunt, tenētur hac lege, si ille talis de iure non debebat mori, nec excusantur prætextu illius mandati: quoniā mandatum iniustum Superioris non excusat subditum exequentem il-
67 lud, quando est iniustum, † (& post multas auctoritates Legum, & Doctorum ibi allatas, quarum quamplurimas supra ego recensui.) Idem Hyppolitus ibidem in dicto num. 122. infrascriptis vtitur verbis, videlicet; Nec haberet excusare Iudicem, vel Officialem in sindicatu, si ipsi dicerent, secutus sum mandatum iniustum Superioris, quia erā eius subditus, & tenebar illi obedire, tum ratione subiectionis, tum etiam ratione iuramenti, quod feci in manibus suis, de obediendo ei. Quia (inquit Hyppolitus) respondeo, ꝙ ista eum non releuant, quia potius debet renunciare officio, quàm facere iniustitiam, secūdum Theologos, quos refert, & sequitur Dominus Felinus in c. consanguinei, col. 1. in fine, ext. de sent. & re iud. de quo dixi

in

in l. 1. §. . . . . col. 16. ff. de quæstionibus. Adde tu
quòd in d. §. à nu. 22. vsque ad nu. 31. inclusiuè vbi
docet, ac probat multis medijs quòd quis nõ est
68 periurus, † si nõ seruat quòd seruare iurauit, hoc
faciens ex noua causa insurgente, vt puta, quis re-
nunciat cum iuramento iuri, quod habet, vel ha-
bere sperat in tali re: intelligitur, quod habere
sperat ex causa de præterito, non autem ex causa
de futuro nouiter superueniente: quia nõ obstan-
te tali renunciatione poterit petere ius sibi de no
uo super tali re: quod quidem memoriæ est im-
primendum, & nunquam obliuioni tradendum:
cùm in materia iuramenti sit optima doctrina,
pro multis quæstionibus absoluendis: eò magis,
quòd ibi varias alias quæstiones eiusdem speciei
recenset ipse Hyppolitus, & corroborat solutionẽ
ipsarum auctoritate Legum, ac Doctorum. Vide
ergo ibi latius. sequitur modò Hyppolitus in di-
cto num. 122. dicens. Nec obstat iuramentum fa-
ctum per ipsum Magistratum de obediendo Supe
riori: quia respondeo, tale iuramentum intelligi-
tur de licitis & honestis, vt habetur in cap. quan-
to, & cap. ad nostram, el secundo, & in cap. quin-
tauallis, extra de iure iurando, & in l. si libertus,
ita iurauerit. ff. de operis libertorum. Fateor ta-
men, quòd vbi immineret periculum vitæ, nisi
quis obediret, & exequeretur mandatum iniustũ,
quòd tunc excusatur illud exequendo, secundum
Bal. in c. 1. §. iniuria. in vltima col. de pace. quem
refert & sequitur Alexan. in l. liber homo. ff. ad l.
Aquil. hæc omnia Hyppolitus de Marsilijs, sed ani
maduertendum quòd ipse Hyppolitus non inten
dit nos docere, quòd tali mandato iniusto obse-
quens ne ipse occidatur, excusetur à tota pœna,
delicti indè perpetrari, sed à tanta, scilicet ab or
dinaria pœna: ita vt solùm puniri possit pœna ex-
traordinaria, & quòd talis fuerit mens, & inten-
tio ipsius quàm facillimè, elicitur ex dictis ipsius
supra per me ad verbum relatis, & primò, quia a-
lias sibimet esset contrarius: cùm ibidem paulò
antè in num. 121. dixerit, quòd non solùm magi-
stratus & superiores mandantes vt talem mori fa-
ciant, non obstantibus aliquibus in contrariũ fa-
cientibus teneantur in foro conscientiæ, & pœna
dictæ l. 1. ff. ad l. Cornel. de sicar. & similiter recto-
res, seu Iudices exequentes talia mandata (si in-
iusta sunt, tenentur hac lege: si ille talis de iure nõ
debebat mori, nec excusantur prætextu illius mã
dati, quoniam mandatum iniustum superioris,
non excusat subditum exequentem illud, quando
est iniustum: ne ergo dicamus tantum Doctorem
in vnamet colum. sibi fuisse contrarium, dicendũ
erit quòd in dicto nu. 121. loquutus fuerit de pœ-
na extraordinaria inde sibi imponenda, a qua ra-
tione talis mandati non excusabitur, & quòd in
num. 122. loquutus fuerit de pœna ordinaria sibi
non imponenda, quando dixit, Fateor tamen &c,
cùm paulò ante, in eodem num. 122. dixerit. Nec
habet excusare Iudicem, aut officialem in sindi-
catu; si ipsi dicerent, secutus sum mandatum in-
iustum, superioris, &c. Secũdò idẽ elicitur ex ver-
bis illis ipsiusmet (sequentis Innocentium in di-
cto cap. Pastoralis.) dicentis in suo singulari 349.
69 Tamen hoc fallit in causa criminali, † in qua tra-
ctatur de pœna corporali, quia in talibus causis
merus executor non debet exequi sententiam in-
iustam contra cõscientiam, quia damnum tale est
irreparabile: si ergo ipse dixit, quòd in causis cri-
minalibus executor non debet exequi sentẽtiam
iniustam contra consciẽtiam: indè sequitur, quòd
debeat puniri saltem pœna extraordinaria, cùm
potius debuerit vitam propriam postponere ob-
seruantiæ Diuini præcepti, quod indè trãsgredi-
tur, vt sæpius fuit probatum in hac quæstione. ex
his ergo patuit quòd nostræ conclusioni non re-
fragatus fuerit Hyppolit. eò magis & tertio quòd
ad hoc probandum citauerit Bald. qui tamen in l.
seruos. C. ad l. Iuliam de vi publica explicitè do-
cuit (vt etiam & verba ipsius legis sonant ad lite
ram) in tali casu mitiori pœna puniendum fore
eum, qui timore mortis vitandæ obtemperat suo
domino. Idẽ loculentissimè docuit quoque And.
Tiraquel. in tracta. de pœnis temperandis, aut re-
mittendis. causa trigesimaquarta per totum. Nã
inter multa, quæ ibi docuit, ac probauit varijs
medijs (quæ breuitati studens non referam) in-
frascriptis vsus fuit verbis, colligendo eius dicta
in vnum, videlicet. Licet in grauioribus non sit
70 contra ius obediendum mandato Principis, † Do
mini, Parentis, Magistratus, vel alterius superio-
ris, quem potest etiam iure timere: mitius tamẽ
puniendus est, qui id fecerit, quàm qui vlito, suo-
que consilio idipsum perpetrarit, text. est in l. ser
uos, & ibi Bald. & Salyc. C. ad l. Iuliam de vi pu-
blica. & in l. 2. & ibi glo. Fab. & Doctores, C. de se
pul. violato, & illos duos textus ad hoc egregios
appellat Socinus (si is est) in tracta. fallentiarũ,
reg. 202. & ita voluit glo. in l. ad ea, ff. de regul.
iuris, & in d. l. seruos, & glo. in l. 2. §. 1. in versi. ob-
temperare, ff. de noxa. actio. Idque comprobatur
etiam illustri exemplo (inquit ipse Andreas Tira-
quell. vbi supra.) Nã cùm Marcus Claudius cliẽs
Appij Claudij decem viri iussu ipsius virgineã in
seruitutem asseruisset: quo facilius Appius ea po-
tiretur (vt scribitur in l. 2. §. & cùm placuisset. ff.
de origine iuris) obidque ipse Appius in carce-
rem coniectus sibi mortem consciuisset, bonaque
ipsius fuissent publicata: Marco Claudio vltima
pœna remissa, exilium tantùm est indictum. hæc
omnia And. Tiraq. vbi supra. Idem docuit & no-
ster Neapolitanus eruditissimus Thomas Gram-
maticus in consil. 45. nu. 38. & 39. his verbis vtẽs,
videlicet. Ita legibus, & canonibus expressum est,
(vt inquit Petrus de Anchar. in consil. 313. incip.
nisi legibus, & dicitur in specie de Theodosio Im
peratore, in cap. apud Thessalonicam, 11. q. 3. qui
propterea fecit. l. si vendicari, C. de pœnis. & di-
cit Martinus Laud. in tit. de Consil. princi. vers. 6.
vt consiliarij maximè notẽt, quòd si Princeps ira-
cundia motus absque causæ cognitione mandaue
rit crudeles vindictas contra subditos alicui Iudi
ci, non debet permittere executionem vsque ad
triginta dies: vt interim cesset ipsius Principis ira-
cundia: per tex. mirabilem in d. l. si vindicari, qui
tex. dicit quòd esset auro pingendus: & simile di
cit de Papa, quando aliquid irrationabile man-
dat, nam debet ei rescribi, c. si quando, extra de
rescriptis, & tex. cum glo. in §. deinde in Authen.
de mandatis Principum, colum. 3. vbi inuehit cõ-
tra miseros prælatos, qui in tãtum timent literas
Papæ, vt non audeant illis contradicere, licèt in-
iustis, & est similis glo. in §. fina. in Authen. vt de-
terminatus sit numerus clericorum, in versic. con-
tradicere. Idem sequitur Paris in tracta. Syndica
tus, in titu. de excessibus consiliariorum in 5. car.
& car. 89. in cap. incip. Mandauit Rex. hæc omnia
ipse

ipse Grammaticus: qui rursus idem luculentius docuit in voto 32. incip. succedente homicidio: dum huiusmodi iniustum mandatum exequi precipiretur à Protege Regni Neapolitani sibi iudici criminali Magnæ Curiæ Vicariæ: & quoniam do Aiilimis medijs nostram conclusionem, & responsionem allatam cōtra impugnationem ipsius conclusionis probat esse verissimam: & ferè omnia eiusdē verba essent tenacissimè memoriæ commendanda ab inferioribus Iudicibus, ne sibi mentiatur iniquitas, icccircò ad verbum ipsa referre studebo. Quapropter sciendum, quòd ipse Doctor in dicto voto 32. nume. 5. in versicu. quibus non obstantibus, & sequentibus numeris vsque ad finem ipsius voti infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Quibus non obstantibus, respondi suæ Illustrissimæ dominationi (scilicet Cardinali Columnæ, tunc Proregi Regni Neapolitani qui sibi iusserat vt de mandato regio torqueret Dominum Paulū Pudericum nobilem, contra quem nulla vrgebāt inditia: qui Prorex dixit quoque ei quòd ipse habebat conscientiam informatā, quòd dictus Paulus interfuisset homicidio perpetrato in personā Comitis Policastri) benè esse, vt de prædictis cōsuleret Consilium collaterale sibi datum à Cæsarea Maiestate; cum prima facie mihi videbatur, id nullatenus de iure subsistere posse: vt non subsistētibus inditijs, & præsertim legitimis Princeps possit mandare, vt homo bonæ famæ torqueri possit, dum de crimine quouis inquiritur: cūm ita in specie tenuerit Andreas de Isernia (Euangelista, & magnus fiscalis in Regno) in constitutionibus Regni. Prosequentes sub rubrica de pugna sublata. Et licèt possit Princeps ex causa excedere modū; quod Iudex facere non potest (vt testatum idem Andreas in constitutione Regni. Inquisitionibus in fine) tamen non intelligitur in his, quæ sunt de iure diuino, seu naturali: ex quo ipse Princeps ligatur iure gentium, vel naturali: prout dicunt omnes in cap. 1. extra de probat. & idem Andr. in prędicta constitutione Regni. Prosequentes in fine, vbi in specie tenet hoc Principem ipsum minimè
71 mandare posse † de potestate ordinaria: & si id faceret de potestate absoluta sine causa, malè faceret, quia excederet suā potestatem: ex quo est Rex à regendo secundum iustitiam, vt in cap. Regum, 23. q. 5. Idem dicit And. in cap. 1. de pace tenenda: & insuper considerare debet Rex quòd est homo, & Deo subiectus: & si sua potestate contra iura excedit, parum regnabit: vt quotidie experientia comperimus, & idem quod And. vt supra refert, & sequitur Afflictus noster Neapolitanus, in dicta constitutione. Prosequentes; & in alia cōstitutione incipi. Dira, & dura. Vbi plus subdit, quòd tempore Regis Federici Aragonei, dum sua Maiestas affectasset quendam nobilem torqueri, auctoritate regia: & ipsum interrogasset, an id facere posset, respōdit, id minimè facere posse absque legitimis inditijs pro præfata decisione Andreæ: & insuper subdit, quòd boni consiliarij principis semper debent dicere principi veritatem, & non quod ipsi principi placitum est, moderatè tamen: vt dicit Apostolus, (2. Timoth. c. 2.) versi. 24. & 25. [Seruum autem Domini non oportet litigare, sed mansuetum esse ad omnes, docibilem, patientem. Cum modestia corripientem eos, qui resistunt veritati. &c.] Indè dicitur Exodi, c. 24. Non declinabit Iudex à veritate propter conniudices votantes propter veritatem, & ibi dicit Nicolaus de Lyra. Sanctum est præhonorare veritatem: vt dicitur 1. Ethic. & ideo dicebat Bald. in l. Emilius. secunda carta. ff. de minoribus. Magnus est Cæsar; sed maior est Ratio, & Veritas (adde tu quòd nunquam potui reperire dictam sententiam Exodi: recensitam à Grammatico, etsi in sensu consimilia verba inuenerim in dicto lib. Exodi, cap. 23. versic. 2. & 7. videlicet. [Nec in iudicio, plurimorum acquiesces sententiæ, vt à vero devies. Insontem, & iustum non occides, quia auersor impium.]) Sequitur Grammaticus vbi supra. Et pro præmissorum corroboratione addu-
72 co quod dicimus in simili de rescripto Papæ, † & Imperatoris, quæ essent obtenta contra iuris dispositionem. Nam debent talia rescripta ab omnibus iudicibus refutari, vt in l. rescripta. C. de precibus Imperatori offerendis, & ita legibus, & canonibus expressum est, dixit Petrus de Ancha. in consil. 313. incip. In Christi nomine. Amen. Nisi legibus, & in quantum absorbent ius tertij præsumuntur per importunitatem obtenta, & ideo nulla sunt, vt in l. 2. C. de petitio. bonorum subla. lib. decimo, l. quoties, C. de precibus imperatori offerendis. Nam omnes assistentes in officio debent suo superiori resistere, si iniustè agat, & ideo princeps aliquando per iracundiam, aut aliter inaduertenter ordinat, seu iubet: quod demum sibi dolet fuisse executum, vt dicit Pontanus in suo tra cta. de obedien. lib. 4. in rubrica. An parendum sit decreto, quod iniustum videtur: vbi refert plures Principes antiquos, & modernos in iracundia quosdam iussisse interfici, quos postea desiderauerunt. Et latè decidi tur in cap. si quando, secundo notabili, extra de rescriptis. Et dicitur in specie de Theodosio Imperatore. in cap. apud Thessalonicam, 11. q. 3. & dicit Martinus de Laud. in tracta. Principum in sexto versic. quòd consiliarij maximè notent: quòd si princeps iracundia motus sine causæ cognitione mandauerit crudeles vindictas contra subditos alicui Iudici, non debet permittere executionē vsque ad triginta dies. (vt docet text. in l. si vindicari. C. de pœnis.) vt in-
73 terim cesset iracundia Principis, † & simile dicit de Papa, quando aliquid irrationabile mandat; nam debet eidem rescribi. c. si quando, de rescriptis, & etiam de prædictis est bonus textus cum glo. in §. deinde. In Authen. de mandatis principum, col. 3. vbi glo inuehit contra miseros prelatos, qui in tantum timent literas Papæ seu Imperatoris (vt licèt) iniustas, non audeant illis contradicere, & est similis glo. in §. fina. in Authen. vt determinatus sit numerus clericorum, col. 1. in versic. contradicere. Et ideo dixit pulchrè Ioannes de Cur. Crem. in cap. quamuis, distinctio. 21.
74 in quarta colum. quòd Principes sunt † constituti ad hoc, quòd bonum procurent subditis: & si aliter faciunt abnuuntur principatu: & talis primatus, siue principatus, seu dominatus introductus fuit à Christo Apostolis: (apud Matthenm, cap. 20. versi. 26.) [Non ita erit inter vos, sed quicumque voluerit inter vos maior fieri, sit vester minister.] Vnde Beatus Chrisostomus super Mattheum pertractans hoc verbum: ita inquit Principes mundi, ita fiunt vt dominarentur minoribus suis, & ministrent eis quæcumque acceperūt à Christo: Nec obstabunt præallegatis dicta Cyni vbi sup. in d. l. rescripta, ex quo illa procedunt, quando

quando Princeps cum cõſilio conſiliariorũ ſuorũ,
& procerum proceſſit ad ita mandandũ, ſeu dicen
dum: ſecus autem ſi de ſeipſo tantùm illud man-
dauit, ſeu fecit. ita in ſpecie voluit Bald. in l. hu-
manum. C. de legibus, & refert, ac ſequitur Ex-
cellens Doctor Ioannes Igne. Aurelianenſis, in
quæſtione illa. An Rex Franciæ recognoſcat Im-
peratorem, col. 48. (& poſt multa dictus Gram-
maticus ibidem num. 25. infraſcriptis vtitur ver-
bis, videlicet. Concludendo dico, minimè dici
poſſe officialem non bene facere, ſi pro honore re
gio non exequitur ipſius regentis mandatum. Di-
xit pulchrè Bald. in l. fin. C. de negot. geſtis, & cõ
ſuluit Alex. de Imola in conſil. 106. in 2. carta, in ſe
cundo volumine, & eſt tex. in cap. cùm teneamur,
de præben. vbi cauetur, quòd ſi iuſta cauſa ſubeſt
non adimplendi mandatum ſuperioris, æquani-
miter ſuperior debet ſuſtinere, ibi. ſi pro eo man-
datum noſtrum non duxeris exequendum; & ſic
replicando multa Illuſtriſſimo Domino iterum
multa ex præmiſſis breuiter tangendo patienter
tolerauit: ac ſe iuſtitiæ remiſit: eundem Magni-
ficum Paulum eodem die excarcerauit, ac fecit
cum comitiua nobilium, ac magnatum ad eius do
mum aſſociari, & non abſque exacreſcentia amo-
ris, ac beneuolentiæ erga me, aſſerendo me opti-
mè præſciuiſſe ſuæ indignatæ voluntati obſiſtere:
& furorẽ executionis iuſtitiæ pro beneficio Rei-
publicæ temperare. Hæc omnia dicuntur à Tho-
ma Grammat. noſtro Neapolitano ad verbum,
hic referre ſtudui: vt indè diſcant Principes &
Conſiliarij quid ſit ſibi faciendum in ſimilibus ca
ſibus: ne ambobus mentiatur iniquitas, ſibi in
graue vtrorum ſalutis, ac honoris detrimentum.
& hæc allata ſufficiant ad reſponſionem aucto-
ritatis iuris diuini allatæ contra noſtram conclu-
ſionem. Reſtat modò vt Deo ipſo optimo maxi-
mo duce, reſpondeamus reliquis auctoritatibus
adductis contra noſtram concluſionem, procedẽ-
do gradatim ordine, quo illę fuerunt ſupra citatę,
ac recenſitæ. Quapropter primò erit nobis reſpõ
dendum iuribus allatis, & ſecundò Doctorum ſen
tentijs, vt inde luce meridiana clarius veritas no
ſtræ concluſionis, & falſitas impugnationis elu-
ceſcat.

Ad textum ergo in cap. Paſtoralis, §. quia verò,
extra de officio deleg. reſpondemus ipſum nõ ob
75 ſtare concluſioni noſtræ, † & caſui in ipſa deci-
ſio. Primò, quoniam nos ibi loquuti fuimus (vt pa
tet ipſam perlegenti) in cauſa criminali, vbi veni-
ret imponenda pœna corporis afflictiua, tex. ve-
rò prædictus loquitur in cauſa ciuili, vt omnes
quoque Doctores ſupra citati docuerunt, & ratio
diuerſitatis eſt patentiſſima quoniam in cauſa ci
uili vnaqueque ſententia eſt retractabilis, non au
tem ſic dici poterit de cauſa criminali, vt patet
ad ſenſum. Secundò, quoniam noſtra concluſio lo
quitur de mandato iniuſto extraiudiciali, in quo
omnes vnica voce dicunt non eſſe obediendũ ta-
le quid mandanti, vt ſupra citati Doctores docue
runt. Tertiò, cùm nemo ſit membrorum ſuorum
dominus, quod non ſic dicitur de bonis tempo-
ralibus. Vnde etiam condẽnato criminaliter in-
uito etiam extraneus poterit appellare à ſenten-
tia iniuſta: non autem ſic dicitur de condemnato
ciuiliter: de quo fit ſolùm mentio in dicto §. quia
verò, vt omnes Doctores ſupra citati docuerunt.
Quartò dictus textus à Doctoribus intelligitur de
ſententia, quæ tranſiuit in rem iudicatam ex ne-
gligentia condemnati ciuiliter, & ſic contra ius
tertij: non autem erat iniuſta ex parte Iudicis iu-
dicantis contra ius conſtitutionis: nam in tali ca-
76 ſu ipſe merus executor † tenebitur ipſam execu-
tioni mandare, eò quòd ſic fuit decretum in pę-
nam negligentium, vt docuit tex. in cap. cùm in-
ter vos, §. quamuis fortè, in verſic. attendentes ta
men, ext. de ſent. & re iudic. his verbis, videlicet
[Attendentes tamen, quòd quantum ad litigan-
tes ipſos, ius ex ſententia factum fuit, poſtquam
in rem tranſijt iudicatam, etiam ſi contra ius liti-
gatoris lata fuiſſet: cùm contra ius conſtitutionis
77 † expreſsè lata non fuerit.] hæc ibi inter alia. &
quòd ſententia lata contra conſtitutionem ſit nul
la, vltra ſupradictum canonem eſt text. in cap. 1.
extra eo. hoc docens his verbis, videlicet. [ſen-
tentia contra leges, canonesvè prolata, licèt non
ſit appellatione ſuſpenſa, non poteſt tamen ſubſi-
ſtere ipſo iure.] hæc ibi. At cum in caſu conclu-
ſionis noſtræ tam mãdatum extraiudiciale, quàm
ſententia, ſeu mandatum iudiciale, ædirum cõ-
tra contenta in dicta noſtra concluſione, ſit ex-
preſsè contra ius diuinum, naturale, canonicũ,
& ciuile: indè ſequitur, quòd nullo iure ſubſiſtat:
ac per conſequens patuit quòd tex. in dicto §. quia
vero, non loquatur in caſu noſtræ concluſionis, &
ſic ipſi non fuit aduerſatus. eò magis quòd tex. in
cap. de cætero, extra de ſentent. & re iudicata. do-
cuit infraſcripta, quibus etiam corroboratur ve-
ritas præſentis noſtræ concluſionis. Nam ibi Ale-
xand. Tertius Papa infraſcriptis vſus fuit verbis,
videlicet. [De cętero noueris, quòd ſi ſententiã
à nobis latam præcipimus per aliquem executio-
ni mandari, & fraus interuenerit, non eſt facultas
executori de toto negotio cognoſcendi: ſed de-
ferri quæſtiones, quæ inciderint, ad ſedem Apo-
ſtolicam.] hæc ibi. per quæ ſummopere probatur
verus intellectus per nos relatus circa dictum, §.
quia verò, & hunc intellectum quadruplicem me
moriæ comẽda; quia forſan alibi non reperies.

Ad text. in cap. quid culpatur, §. fina. 23. quæſt.
78 1. quàm facillima † erit reſponſio (iuxta intelle-
ctum omnium ferè Doctorum ſupra citatorum)
quòd dictus textus loquitur in bellis dubijs de iu
ſtitia, quando ſcilicet ſubditus bellum gerit ad-
uerſus aliquem propter imperium ſui domini,
quoniam & ſi forſan ipſe dominus peccet bellige-
rando aliqua de cauſa, ipſe ſubditus ignorans de
iniuſtitia belli non peccat, quod non eſt in caſu
propoſitæ concluſionis noſtræ: cùm loquatur de
eo qui ſcit iniuſtum eſſe mandatum & contra le-
gem Dei, non autem de eo, qui dubitat, quoniã
tunc non peccaret propter bonum obedientiæ:
cùm non ſit inferioris inquirere de vitæ, & man-
dati ſui ſuperioris iuſtitia, iuxta illud Prouer. cap.
25. verſic. 27. [ſicut qui mel multum comedit, nõ
eſt ei bonum: ſic qui ſcrutator eſt Maieſtatis, op-
primetur à gloria.]

Ad tex. in l. liber homo. ff. ad l. Aquiliam. dici-
79 tur, † nihil contra noſtram concluſionem ex ipſa
elici poſſe, cùm & nos dixerimus executorem ta-
lem propter tale mandatũ excuſandum fore à pę-
na ordinaria, de qua loquitur & textus ipſe in d. l.
liber homo, non autem ab extraordinaria, cùm
ibidem nec verbum quidem fiat de ipſa, quaſi an-
nuens, quòd licèt ibi dicatur, quòd excuſetur à
pęna ordinaria: cùm contra eum non conceda-
tur

tur actio legis Aquiliæ (quæ est pœna ordinaria)
non icirco erit omnino immunis à tanta seu ali-
quali pœna; seu mitiori, prout eleganter pollea
docuit textus in l. seruos. C. ad l. Iul. de vi publi.
vel priuata, cuius verborum seriem ad vnguem re-
tuli vnà cum alijs iuribus idem docentibus sup.
in probationem præsentis conclusionis. Nam fal-
sa esset talis propositio, si ita generaliter esset in-
telligenda vt docuit gl. & Bar. in d. l. liber homo,
tali notatu dignissima distinctione vtentes, vide-
licet. Quædam sunt, in quibus omnino parere de-
80 bet filius † patri, vel seruus Domino. Vt ea, in qui-
bus nullum delictū versatur. Alia sunt, in quibus
non cogitur parere filius, vel seruus, vel ciuis ma-
gistratui, si tamen pareat excusatur, vt in actione
legis Aquiliæ, & interdicto quòd vi, aut clam.
Alia sunt, in quibus omnino parere non debent,
vt in atrocioribus; in quibus si pareant, vterque
tenetur: hæc illi Doctores, ex quibus patuit veri-
tas prædictæ nostræ interpretationis. Vnde conse
quens est, quòd nec dictus tex. in d. l. liber homo,
la secunda, obstet nostræ conclusioni.
Ad tex. in Authent. vt nulli iudicum, §. & hoc ve
81 rò iubemus. † Respondetur quòd dicta lex loqui-
tur in causa ciuili, & in rescripto, seu mandato
agente contra aliquem ciuiliter, vt colligitur ex
verbis ipsius, ibi. [Si verò huiusmodi in scriptis
iussio publicum respicit, inquirat eam: & si qui-
dem non lædatur fiscus, quæ in ea comprehensa
sunt, adimpleat. Si verò ad læsionem est fisci, ni-
hil super ea omnino agi: nunciare verò nobis pri
mum, vt secunda nostra de hoc fiat iussio.] patet
ergo nostræ interpretationis veritas, eò quòd ne-
mo sit, qui ignoret quod contra fiscum nunquam
proceditur criminaliter, sed solùm ciuiliter. In
nostra verò conclusione agitur de mandati, aut
sententiæ criminalis executione: non autem ciui
lis, vt ex litera ipsa conclusionis patet: inter quæ
maximam esse differentiam auctoritate Docto-
rum (qui paulò antè in confirmationem veritatis
responsionis factæ ad dictam impugnationem fue
runt citati) paruit. Quapropter patuit quoque per
dictum text. in dicto §. & hoc verò, nihil proba-
ri contra nostram conclusionem: & quòd hoc sit
verum, ponderemus obsecro quod dixit gl. ibidē
in versicu. aut præcipientem, in fine. & Bart. ibidē
num. 2. Nam ambo his verbis inibi vsi fuerunt, vi
82 delicet. Nota, quòd præceptum † factum contra
publicam vtilitatem, non valet, nisi secunda ius-
sio emanauerit. hæc illi: ex quibus patuit nostræ
interpretationis supra allatæ veritas.
Ad text. in Authen. de mandatis Principum. §.
deinde competens est, eadem prorsus competit
responsio, quæ ad dictum §. & hoc verò iubemus,
cùm vt ex contextu verborum luce meridiana cla
83 rius elucescat † ibi fieri verbum de causa ciuili,
& non criminali. Nam ibi dicitur. [Neque per-
mittere alicui præcepta cuiuscumque fori, hæc
videlicet, quæ solemniter diriguntur, formarum
aquæ causa, & portuum, & itinerum sternendo-
rum, & imaginum & murorum, &c. Quapropter
icirco Bar. ad probandam suam sententiā (pau-
lò antè immediatè relatam in dicto §. & hoc ve-
rò iubemus.) citauit dictum §. deinde competēs.
& se subscripsit glo. dicti §. deinde competens est.
in versic. nuncians, exclamanti & vteuri his for-
malibus verbis, videlicet. Et hoc est contra mise-
ros prælatos, qui timent in tantum literas Domi-
ni Papæ, vt non audeant reclamare: quod facere
non debent: nec per hoc deseruiunt legi: imò ser
uiunt, & propter hoc Papæ, vel Principi: vt C. de
appellat. l. fin. in fine. hæc glo. illa, ex quibus om-
nibus patuit dictus tex. in d. §. dei.. de competēs,
nullatenus aduersari nostræ præsenti cōclusioni.
84 Ad text. in cap. in memoriam, † dist. 19. facilli-
ma erit responsio, dicendo, quòd nihil statuerit
contra nostram conclusionem: cùm inibi non di-
catur quòd quis teneatur obedire duro præcepto
Sedis Apostolicæ continente peccatum mortale,
& præcipienre contrariari diuino præcepto, sed
quòd sit tali sedi obediendum, etiam si præcepe-
rit id, quod à nostra sensualitate reputatur iugum
vix ferendum, quod & nos nunquam negauimus,
nec (Deo dante) negabimus cùm id eliciatur ex
verbis illis, ibi insertis. [esse debet ecclesiasticæ
magistra rationis.] & quis nesciat, quòd id (quod
absit) quod præciperetur à Sede Apostolica con-
tra domini præceptum, non prodeset ab ecclesia-
stica ratione, imò esset irrationabile: & sic patuit
quòd nec d. tex. contrariatur nostræ conclusioni.
85 Ad text. in cap. sic omnes, † c. enimuero. & c.
nulli fas, distinctio. 19. respondetur idem, quod
fuit responsum ad text. in cap. in memoriam, cùm
eadē militet ratio, vt patebit ipsos canones perle-
genti, eo magis quod in responsionem auctorita-
tis extractæ ex iure diuino (quæ fauere videbatur
impugnationi præsentis conclusionis) multa iura
pontificia, & canonizata fuerunt allata, quibus
fuit plenè probatum nō esse obtemperandum ali-
cui principi contra præceptum Dei aliquid præci
pienti. Vide ergo latius ibi.
86 Ad text. in l. 1. in fine. † C. de officio præfecti,
prætorio Africæ: ex verbis ipsius legis elicitur re-
sponsio: nam cùm ibi dicatur [& non festinaue-
rit cum Dei timore eas seruare] patet dictam le-
gem non aduersari nostræ conclusioni, cùm iussio
nes imperatorias seruandas fore cum Dei timo-
re; ac per consequens ipsas non seruandas: si ti-
mor Dei ipsas non seruandas fore suaserit, quan-
do scilicet, huiusmodi iussiones sunt contra Dei
præcepta, quod & non asserimus, in nostra con-
clusione.
Ad tex. in l. 1. C. vt dignitatū ordo seruetur, lib.
87 12. † quàm facillima quoque erit responsio, di-
cendo, quòd ex ipsa nihil prorsus elici possit con-
tra nostram conclusionem: Nam licèt ibi dicatur
[sitque planè sacrilegij reus, qui diuina præcepta
neglexerit.] & glo. dicat, præcepta imperatoris,
ibi appellari diuina præcepta: tamen animaduer-
tendum quòd ibi sermo fiat de eo, qui locum sibi
indebitum vsurpauerit, vt ex contextu verborum
ipsius legis colligitur, quod quidem & tacitè in-
nuitur in nostra conclusione cùm ibi dicatur non
esse obediendum mandatis princip. iniustis con
tra legem Dei: Nam quis ignorat, quòd is dicen
dus sit locum sibi indebitum vsurpare, qui con-
tempto diuino mandato, mandatis princip. mo-
rem gerit: sicut etiam dicendus erit vnusquisque
Princeps aliquid præcipiens contra præceptum di
uinum, tacitè innuēs se esse Dei superiorem, cùm
sit ipse puluis & cinis: ille autē omnium opifex,
& Dominus, à quo Princeps vnusquisque princi-
patum obtinuit. Ex his ergo patuit dictam legem
non aduersari præsenti conclusioni.
88 Ad tex. in cap. 2. extra de maior. & obed. † per
allata in responsionem ad auctoritatē excerptam
ex

ex iure dinino fuit latius responsum, hic ergo solùm dicam quòd dicta auctoritas libri Regum allata in dicto cap. 2. in qua hæc habentur, in lib. Regum legitur. [Qui non obedierit Principi morte moriatur.] reuera non reperitur in libris Regum, sed eorum sensus, alijs verbis quasi æquipollentibus benè reperitur in libro Deuter. cap. 17. versic. 9. 10. 11. & 12. expressus his verbis, videlicet. [Veniensque ad Sacerdotes Leuitici generis, & ad Iudicem, qui fuerit illo tẽpore; quęresque ab eis, qui iudicabunt tibi iudicij veritatem? Et facies quodcunque dixerint, qui præsunt loco, quem elegerit Dominus, & docuerint te iuxta legem eius. Sequerisque sententiã eorum, nec declinabis ad dexteram, neque ad sinistram, Qui autem superbierit, nolens obedire Sacerdotis Imperio, qui ex tempore ministrat Domino Deo tuo, & ex decreto Iudicis morietur homo ille, & auferes malum de Israel.] hæc ibi habentur ad verbũ, ex quibus quàm facillimè colligitur, quòd mortis pœna erit afficiendus vnusquisque per contumaciam non obediens Principũ mandatis, solum quando illa sunt conformia legi diuinæ, cum per ipsum Deum Reges regnent, & sint in terris quasi eius Vicarij, seu delegati ad iustè iudicandos omnes sibi subditos. Arguendo ergo modò a contrario sensu ex ipsa auctoritate, colligitur nõ fore puniendum eum qui, vt obseruaret diuina mandata, transgreditur iussa Principum, vt tot sanctos fecisse sacra Scriptura testatur.

89 Ad text. in cap. omnis Anima. † extra de censibus, & in cap. quisquis præceptis 14. q. 1. responsio colligitur per allata contra auctoritates legis diuinæ, qua impugnatio præsentis conclusionis videbatur foueri, & ex allatis paulò antè; quoniã dicti canones verificantur solum in præceptis (nobis factis à Principibus, ac alijs nostris superioribus) conformibus præceptis diuinis: non aduersantibus ipsi. Cũ nos oporteat potius Deo, quam hominibus obedire, vt per allata hucusque abundantissimè fuit probatum.

90 Ad Bart. in l. is, cui bonis, † num. 8. ff. de verb. obligat. dicentem quòd non obediens præcepto superioris mortaliter peccat, iuxta tex. in cap. 2. extra de maior. & obedien. Nam qui principi nõ obedit, morte moriatur: facilis erit responsio, dicendo in hoc ipsum Bart. totius se subscripsisse nostræ conclusioni, cùm ex dictis verbis ipsius elici, quòd tunc non obedire præceptis Principum erit mortale peccatũ, & morte puniendum fore, quãdo aliquod superioris mandatum conforme pręceptis dininis subditus non exequitur: secus autem si illud aduersetur diuinis præceptis, quæ semper præponenda sunt mandatis quorumcunque superiorum. Nã esset ridiculosum satis asserere subditum mortaliter peccare trãsgrediendo iussa hominum iubentium transgredi legem diuinã: cùm peccatum mortale iuxta Diuum Augustinum, (quem omnes Theologos) sit dictum, factum, vel concupitum contra legem Dei æternam. Ex his ergo patuit Bart. in d. l. non aduersatum fuisse nostræ conclusioni, imò opitulatum fuisse, vt patuit.

Ad Bart. in Authent. vt nulli iudicum. §. & hoc vero, dicentem quòd subditus teneatur obedire Principi aliquid mandanti contra publicam vtilitatem quando secundò hoc pręceperit, respondetur text. illum loqui in causa ciuili, & non criminali, vt probauimus supra respondendo ad ipsum textum. & sic nihil contra nostram conclusionem docuit ibi Bar. quoniam loquebatur in casu dicti §. & non in alio casu.

Ad Bart. in Authen. de mandatis principum. §. deinde competens, nu. 1. idem repetentem, quòd paulò ante in dicto §. & hoc verò, iccirco ei competit supradicta responsio: eò magis quòd sequẽs Glosam ibi. dicit ipsam exclamare contra miseros prælatos, sed de hoc, an liceat litteris Papæ, vel Principis. dixi supra in Authent. vt determinatus sit cler. §. dudum quidem. Vbi ipse Bart. vsus fuit infrascriptis verbis in num. 5. in versic. quarto nota ibi. ex hoc quidem, quòd licitum est non
91 obedire literis Imperialib. vel Papalibus, † quod glo. intelligit, tunc verum quando non constat esse Imperiales, vel Papales: aliàs sic, sed certè ego dico, quòd si constat esse litteras Papales, vel Imperiales licitum est eis non obedire, si rationabilis redditur causa. text. est in cap. si quando, ext. de rescriptis, & cap. cùm teneamur, extra de prębendis, hæc ille vbi supra. Idem & clarius docuit ipsemet Bart. in l. non solùm, §. si mandato, nu. 6. ff. de iniurijs, & famosis libellis. his verbis vtens, videlicet. Quando mandatarius prætendit excu-
92 sationem, quia habebat necesse parere, † hoc est verum in leuibus, secus in grauioribus, vt in l. liber homo. ff. ad l. Aquil. & quod ibi not. & l. seruus. ff. de actio. & obligatio. hæc ille, qui idem cõfirmauit in l. quoniam. C. de appellationibus. nume. 3. vbi infrascriptis verbis vsus fuit, videlicet. Nota quòd officiales debẽt resistere rectori, quando malè fecit. sicut subditus prælato. hæc ibi. Idẽ docuit apertius in d. l. seruos. C. ad l. Iul. de vi publi. his verbis vtens, videlicet. [Serui violentiam committentes, vltimo supplicio puniuntur: si ex præcepto domini fecerunt in metallum damnantur: aliæ personæ viles si violentiam committunt, legitimè puniuntur: punitur & Iudex, qui de hoc crimine iudicare neglexit, hæc ille. ex quibus omnibus apertissimè patuit ipsum Bart. nunquam docuisse contra nostram conclusionem.

93 Ad glo. in cap. pastoralis, §. quia verò, † in vers. & si sciat, dupliciter respondetur. Primò quoniã, cùm text. ibi loquatur in causa ciuili, nos in criminali, iccireò nihil facit, aut probat contra nostram conclusionem, vt etiam Doctores citati cõtra impugnationem conclusionis docuerunt, cùm à diuersis non pòssit fieri illatio. Secundò dicitur quòd imò ex verbis ipsius glo. elicitur quoque veritas nostræ conclusionis, cùm se ipsi conclusioni, tacitè subscripserit. Nam vbi supra inter alia: infrascriptis verbis vtitur, videlicet. Et expone, etsi sciat illam sententiam latam iniustam, idest, contra ius litigatoris latam: quia super hoc nullam habet cognitionem; & ideo dicit, & si non cognitio, sed executio &c. Vnde debet tantùm simpliciter mandare eam executioni: secus si sciat illam nullam: vt si esset lata auctoritate falsatum literarum, vt in cap. super eo, extra de falsarijs. Vnde Iudex delegatus non habuit iurisdictionem: hæc ibi, ex quibus (arguendo à simili) elicitur quòd quando sententia lata à Principe est nulla, tunc illam exequi non poterit Iudex inferior; & tamen quis dubitabit nullam appellandam fore senten-
94 tiam, † qua aliquis condemnatur criminaliter iniustè, cùm tunc sententia dicatur nulla, quotiens continet intollerabilem errorem: vt in cap. per tuas, §. nos igitur, extra de sentent. excommu. vbi glo.

glo.& Doctores in versic. intollerabilem errorem
95 † dicunt, ꝙ intollerabilis error possit dici quodlibet peccatum: vt si excommunicet ideo, quia nõ vult furare; vel quia non ducit ei, aliquam meretricem, vel quia non est inobediens suo prælato: nam talis sententia nulla est, nec aliquam obligationem inducit de iure, aut de facto, vel si sententia pronunciatur contra ius scriptum, vt sup. probauimus per text. in c. 1. & in cap. cùm inter vos, §. quamuis forte, in versic. attendentes tamen, extra de senten. & re iudi. quorum canonum seriem verborum retuli ad verbum supra in responsione ad tex. in c. pastoralis. §. quia verò, de officio delegati. ex his omnibus patet dictam glo. non aduersari, imò opitulari præsenti nostræ cõclusioni.

96 Ad glo. in cap. quid culpatur, † in versic. iniquitas, 23. quæstio. 1. fuit responsum supra cùm responsum dedimus ipsi canoni, cap. quid culpatur, cùm inibi loquatur diuus Augustinus in mandatis, de quorum iustitia meritò quis dubitat: & nõ de mandatis apertè iniustis: & eodem modo erit interpretanda sententia ipsius glo. in dicto cap. vt docent quoque ibidem omnes.

97 Ad glo. in Authent. vt nulli iudicum, † §. & hoc verò, in versic. iussio. dicentem quòd licèt non facilè concedendum sit rescriptum cõtra publicam vtilitatem: ideoque secunda iussio exigitur vt hic, quia melius deliberatur, quàm si sit vna tantùm. Respondetur, prout fuit respõsum verbis ipsius §. & hoc vide ibi. hic ergo solùm dicam breuiter dictam glosam interpretandam fore iuxta terminos dicti text. in quo luce meridiana clarius elucet ipsum loqui in causa & rescripto ciuili, & non in rescripto criminali, & sic nõ loquitur in casu proposito in nostra conclusione.

Ex his ergo omnibus allatis in fauorem præsentis conclusionis, & ad confutationem impugnationis in medium supra productæ contra præsentem hanc nostram conclusio. duo patentissimè eliciuntur, quorum primum est, veritas ipsius conclusionis: secundum verò est, quòd quàm pessimè agant inferiores Iudices tam obedientes mandatis iniustis agentibus de pœna corporis afflictiua contra subditos, quàm exequentes sententias criminales iniustas, præponentes mandato hominũ mandatis Diuinis: quos monere non desistam eos vltra diuinam offensam, & indè reatum æternæ pœnæ incurrerere: verum etiam & non posse absolui in foro conscientiæ, nisi præuia totius interesse quod domus & familia talium, contra quos executi fuerunt iniustum mandatum, vel sententiam corporis afflictiuam. Hæc non quòd indè rei effecti sunt in foro iudiciali pęnę extraordinarię: cui de iure subiacebunt: & meritò, cùm leges diuinas, & humanas transgressi fuerint, vt sic saltem timore pœnæ vnusquisque de cætero à tali impietate abstinere studeat.

Septima conclusio Iudex tam laicus, quàm ecclesiasticus, cui Papa, Imperator, vel quicunque
98 alius Superior ipsiusmet Iudices præcipit † ei aliquid exequi iuxta formam iuris positiui tam Pontificij, quàm Imperatorij, vel statutarij nõ obstante scandalo pusillorum indè verisimiliter, excitando, non tenebitur ei obedire statim, vt fuerat sibi præceptum: sed exequutionem talis præcepti tenebitur prorogare vsque ad tempus, in quo tale scandalum euenturum indè non timeretur: quoniam si tali pręcepto obtemperaret, peccaret mortaliter obediẽdo sit magis hominibus, quàm ipsi Deo, cuius præceptum de vitando scandalo pusillorum (Matth. cap. 18. versic. 6. & 7.) tacitè contemnit, ipsum non obseruando. Hęc cõclusio probatur quadruplici medio. Primò enim iure diuino in dicto textu Sancti Euangelij apud Matth, c. 18. versic. 6. & 7. cuius seriem ad verbum retuli supra in probationẽ præcedentis conclusionis. Probatur & secundò per argum. in cap. quæ ad perpetuam vtilitatem, 25. q. 1. vbi recensetur sententia Leonis Papæ scribentis ad Anatolium Episcopũ in Epistola 51. infrascriptis verbis contenta, videlicet. [Quæ ad perpetuam vtilitatem generaliter instituta sunt, nulla communicatione varientur, nec ad priuatum trahantur commodum, quę ad bonum commune sunt præfixa: sed manentibus terminis, quos constituerunt Patres: nemo iniustè vsurpet alienum: sed intra fines proprios, atque legitimos (prout quis valuerit) in latitudine se exerceat charitatis. hæc ille. hæc ibi. Dixi probari præsentem conclusionem per argum. in dicto cap. quoniam. licèt ad verbum conclusio nostra non probetur explicitè, & secundum sonum verborum ipsius canonis, benè tamen implicitè probatur: cùm ibi duo habeantur nostram cõclusionem probãtia: quorum primum illud est: [Quæ ad perpetuam &c.] Nam nemo rationabiliter poterit dubitare, ad perpetuam vtilitatem fuisse sancita iura allata in probationem præcedentis conclusionis, ex quibus haberi, ac elici probauimus Iudicem nullo pacto debere exequi pœnalia iura stante scandalo pusillorum, cùm indè emanet vtilitas publica. Secundum verò est illud [in latitudine se exerceat charitatis] Equidem credo omnes animaduertere Summũ Pontificem, vel alium quemcunque Principem, aut Prælatum aliquid exequi mandantem, non obstante pusillorum scandalo: non se exercere in latitudine charitatis, per cuius præceptum præcipimur vtilitatem, ac commodum commune semper præmittendũ fore vtilitati, aut commodo priuato, & per consequens scandalo huiusmodi obuiare, iuxta præcitatũ Domini Iesu præceptum apud Matth. cap. 18. vers. 6. & 7. prout omnes sacri Theologi docent, & Papa Innocentius Tertius, & habetur in cap. 2. extra de noui ope. nunciat. & in præcedentis conclusionis probationem, fuit probatum ex contextu verborum, quibus ibi ipse vtitur. Item præsens conclusio. probatur per argumentum in c. nulli fas. 25. quæstio. 1. vbi refertur sententia Hilarij Papæ in Synodo Romana, c. 1. his verbis contenta, videlicet. [Nulli fas sit sine status sui periculo, vel diuinas constitutiones; vel Apostolicæ Sedis temerare: quia nos, qui potentissimi Sacerdotis administramus officia, talium transgressionum culpa respiciet, si in causis Dei desides fuerimus inuenti: quia meminimus quod timere debemus: qualiter comminetur Deus negligentiæ Sacerdotũ: siquidem reatu maiori delinquit, qui potiori honore perfruitur, & grauiora facit vitia peccatorũ sublimitas peccantium.] hæc in dicto canone. Dixi probari nostram conclusionem per argumentum in dicto cap. nulli fas sit, quia licèt veritas ipsius conclusionis in dicto canone expressè ad verbum non habeatur: benè tamen ex ipso elicitur: Cùm ibi Papa fateatur sibi non licere temerare decreta Apostolicę Sedis, & ꝙ Sedes Apostolica decreuerit nihil exequendum cum scandalo pusillorum,

multis

multis iuribus fuit probatum in præcedenti conclusione. Idem probatur per argumentum in capitulo violatores, vigesimaquinta. quæstione prima. Vbi Damasus infrascripta statuit, dicens. [Violatores Canonum voluntarij grauiter à sanctis Patribus, & à sancto Spiritu (instinctu cuius, & dono dictari sunt) damnantur: quoniam blasphemare Spiritum
99 Sanctum non incongruè videntur, † qui contra eosdem sacros Canones, non necessitate compulsi, sed libenter (vt præmissum est) aliquid aut proteruè agunt, aut loqui præsumunt, aut facere volentibus spontè consentiunt. Talis enim præsumptio manifestè vnum genus est blasphemantium spiritum Sanctum; quia (vt iam prælibatum est) contra eum agit, cuius nutu, & gratia Sancti Canones, ædicti sunt.] Hæc ibi. Dixi probari nostram conclusionem per argumentum in dicto capitulo violatores, quoniam licet explicitè series conclusionis non contineatur in dicto Canone: benè tamen sensus, & intentio Legislatoris: cùm ex ipso quàm apertissimè eliciatur, quòd non solùm Iudex in iudicando, non poterit licitè sine causa, & voluntariè Canones præcipientes non mandanda exequutioni fore iura pœnalia. Si indè immineret scandalum pusillorum: sed nec consentire transgredi illos mandantibus: sine causa. Idem probatur & apertius per argumentum in capitulo, contra statuta, vigesimaquinta, quæstione prima; in quo refertur sententia Zozimi Papæ, infrascriptis verbis vtentis, videlicet. [Contra statuta patrum condere aliquid, vel mutare, nec huius quidem sedis potest auctoritas. Apud nos enim inconuulsis radicibus viuit antiquitas; cui decreta Patrum sanxere reuerentiam.] Hæc ibi. Idem & apertius & nostra conclusio, ad hùc probatur per argumentum in capitulo, sunt quidam, vigesimaquinta quæstione prima. Vbi refertur Vrbanum Papam infrascripta statuisse, videlicet. [Sunt quidam dicentes Romano Pontifici semper licuisse nouas condere leges: quod & nos non solùm non negamus, sed etiam valde affirmamus. Sciendum verò summoperè est, quia indè nouas leges
100 condere potest, † Vndè Euangelistæ aliquid, vel Prophetæ nequaquam dixerunt. Vbi verò apertè Dominus, vel eius Apostoli, & eos sequentes Sancti Patres sententialiter aliquid definierunt: ibi non nouam legem Romanus Pontifex dare, sed potius quod prædicatum est vsque ad animam, & sanguinem confirmare debet. Si enim quod docuerunt Apostoli, & Prophetæ destruere (quod absit) niteretur: non sententiam dare, sed magis errare conuinceretur: sed hoc procul sit ab eis, qui semper Domini Ecclesiam contra Luporum insidias optimè custodierunt.] hæc ibi. Dixi nostram probari conclusionem per argumentum in dicto capitulo, sunt quidam, quia licèt ad verbum per ipsum non probetur conclusio nostra. Benè tamen eiusdem veritas ex ipsius verbis elicitur. Cùm luce meridiana clariùs ex ipso habeatur, quòd non liceat Summo Pontifici, leges condere, circa ea, quæ Sancti Euangelistæ, ac Apostoli, & sequentes dixerunt: & vbi apertè Dominus aliquid sententialiter dixit. Indè sequitur quòd nullatenus Summus Pontifex, vel quicunque Princeps poterit aliquid statuere, vel præcipere. Vnde scandalum oriri verisimiliter posset: cùm hoc fuerit specialiter prohibitum a Domino Iesu in Sancto Euangelio, nec non & inhibitum fuerit à Summis Pontificibus, vt fuit supra probatum paulo antè. Si ergo Papa, & alij Principes hoc præcipere non possunt, indè consequens fit, quòd Iudices inferiores præcipientibus sibi Papa, & alijs Principibus, quòd procedant, iudicent, ac exequutioni mandent iura pœnalia non obstante scandalo pusillorum, obtemperare non teneantur, at potius illis respondere illud Actuum, capitulo quinto, versiculo vigesimonono. [Obedire oportet magis Deo, quàm hominibus.] Si compellerentur ipsi inferiores Iudices ad aliquos criminosos puniendos, iuxta iura pœnalia, non obstante scandalo, probabiliter imminente: Idem probatur per argumentum in capitulo, Ideo permittente Domino, vigesimaquinta quæstione prima. Vbi refertur sententia Leonis Papæ Quarti, vtentis infrascriptis verbis, videlicet. [Ideo permittente Domino Pastores hominum sumus effecti, vt quòd patres nostri siue in Sanctis Canonibus, siue in mundanis affixere legibus, excedere minimè debeamus. Contra eorum quippè saluberrima agimus instituta, si quod ipsi diuino statuerunt Consulto, intactum non conseruamus.] Hæc ibi. Dixi probari nostram conclusionem per argumen. in d. cap. Ideo permittente Domino. cum per hunc Canonem habeamus, quòd non debeat Summus Pontifex aliquid agere, seu præcipere contra statuta sacrorum Canonum: inde sequitur probatio nostræ conclusionis, cum per multa iura producta in probationem præcedentis conclusionis fuerit probatum, quòd pro vitando pusillorum scandalo, non sint exequutioni mandanda iura pœnalia: & eodem ferè modo probatur præsens nostra conclusio per argumentum in capitulo, Qui omnipotentem Deum, 11. q. 3. in quo recésetur secunda Epistola Fabiani Papæ scripta ad oẽs Episcopos, hoc verborum tenore, videlicet. [Qui Omnipotentẽ Deum metuit, nec contra Euangelium, nec contra Apostolos, nec contra Prophetas, vel contra Sanctorum Patrum instituta aliquid vllo modo agere consentit.] Idem probatur per argumentum in capitulo, Qui resistit Potestati. vndecima quæstione tertia, in quo refertur Diui Augustini sententia in sermone sexto de verbis Domini, infrascriptis verbis, videlicet, [Qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit.] sed quid si illud iubet, quod non debeas facere? Hic sanè contemne potestatem, timendo potestatem: ipsos humanarum legum gradum aduertite: si aliquid iusserit Curator, nonne faciendum est? Tamen si contra Proconsul iubeat, non vtique contemnis Potestatem, sed eligis maiori seruire. Nec hinc debet minor irasci, si maior præ-

iatú est. Rursus si aliquid ipse Proconsul iu-
beat, & aliud iubeat Imperator; Nunquid
dubitatur, illo contempto, illi esse seruien-
dum? Ergo si aliud Imperator, & aliud
Deus, quid iudicatis? Solue tributum, e-
sto mihi in obsequium, recte; sed non in
idolio; in idolio prohibet. Quis prohibet?
maior potestas. Da veniam; tu carcerem, il-
le gehennam minatur.] Hæc ibi. Idem pro-
batur per argumentum in capitulo non sem-
per, vndecima quæstione tertia. Vbi regi-
stratur sententia Diui Augustini vtentis, his
verbis, videlicet. [Non semper malum est,
non obedire præcepto; cùm enim Dominus
iubet ea, quæ sunt contraria Deo; tunc ei
obediendum non est.] Idem per argumen-
tum in capitulo si Dominus, vndecima quæ-
stione tertia. Vbi registratur sententia Diui
Hieronymi in Epistola ad Titum, capitulo
secundo, versiculo, Serui Dominis suis subditi,
his verbis contenta, videlicet. [Si Domi-
nus ea iubet, quæ non sunt aduersa scriptu-
ris sanctis, subijciatur seruus Domino. Si ve-
rò contraria præcipit, magis obediat spiri-
tus, quàm corporis Domino. Si bonum est,
quod præcipit Imperator, & Præses, iuben-
tis obsequere voluntati; Si verò malum: re-
sponde ei ilud de Actibus Apostolorum (Actu;
capitulo quinto.) [Obedire oportet Deo ma
gis, quàm hominibus.] Hoc ipsum & de ser-
uis intelligamus apud Dominos, & de vxo-
ribus apud viros, & de filijs apud parentes;
quòd in illis tantum debeant Dominis, Vi-
101 ris, parentibus esse subiecti, † quæ contra
Dei mandata non veniunt.] Hæc ibi. Idem
probatur per argumentum in capitulo Iulia-
nus Imperator, vndecima quæstione tertia.
Vbi refertur sententia Diui Ambrosij Episco-
pi, his verbis contenta, videlicet. [Iulianus
Imperator, quamuis esset apostata, habuit
tamen sub se Christianos milites: quibus cùm
dicebat, producite aciem pro defensione Rei-
publicæ, obediebant ei; cùm autem diceret
eis, producite arma in Christianos, tunc co-
gnoscebant Imperatorem Cœli.] hæc ibi. Idem
probatur per argumentum in capitulo Impe-
ratores, vndecima quæstione tertia. Vbi re-
censetur sententia Diui Augustini, scribentis
Donatistis, in Epistola 166. His verbis conten-
ta, videlicet. [Imperatores, si in errore essent,
(quod absit,) pro errore suo contra verita-
tem leges darent, per quas iusti & probaren-
tur, & coronarentur, non faciendo quod il-
li iuberent; quia Deus prohiberet. Sicut ius-
serat Nabuchodonosor, vt aurea statua ado-
raretur: quod qui facere noluerunt, Deo ta-
lia prohibenti placuerunt. Quando autem Im
peratores veritatem tenent, pro ipsa contra
errorem iubent, quod quisquis contempserit,
ipse sibi iudicium acquirit. Nam & inter ho-
mines pœnas luit, & apud Deum sortem non
habebit; quia hoc facere noluit, quod ei
per cor Regis ipsa veritas iussit; sicut ipse Na-
buchodonosor, postea miraculo salutis trium
puerorum commotus, atque mutatus pro ve-
ritate contra errorem, edictum proposuit, vt
quicunque blasphemarent Deum Sidrac, Mi-
sac, & Abdenago, in interitum irent, & do-
mus eorum in dispersionem. Iulianus extitit
infidelis Imperator. Nonne extitit Apostata,
iniquus, idolatra? Milites Christiani seruie-
runt Imperatori infideli. Vbi veniebatur ad
causam Christi, non agnoscebant, nisi illum,
qui in Cœlo erat. Quando volebat, vt idola
colerent, vt turificarent, præponebant illi
Deum. Quando autem dicebat, producite a-
ciem, ite contra illam gentem; statim ob-
temperabant; Distinguebant Dominum æter-
num à Domino temporali, & tamen subdi-
ti erant propter Dominum æternum, Domi-
no temporali.] Hæc ibi. Idem probatur per
argumentum in capitulo quid ergo mirum, vn-
decima quæstione tertia. Vbi reperitur cano-
nizata sententia Diui Gregorij Papæ in libro
35. Moralium in Iob, capitulo duodecimo.
His verbis contenta, videlicet. [Sciendum
verò est, quòd nunquam per obedientiam ma
lum fieri, aliquando autem per obedientiam
debet bonum, quod agitur, intermitti. Ne-
que enim in Paradiso arbor mala extitit:
quam Deus homini ne contingeret, interdixit;
sed vt melius per obedientiæ meritum homo
benè conditus cresceret; dignum fuerat, vt
hunc etiam à bono prohiberet: quatenus tan-
to verius hoc, quod ageret, virtus esset; quan-
tò, & à bono cessans auctori suo se subditum
humiliùs exhiberet.] Hæc ibi. Idem proba-
tur per argumentum in capitulo, qui consen-
tit, vndecima quæstione tertia. Vbi senten-
tia Isidori recensetur, his verbis contenta,
102 videlicet. [Qui consentit † peccantibus, &
defendit delinquentem, maledictus erit apud
Deum.] Hæc ibi inter alia. Idem probatur
per argumentum in capitulo error, distinctio-
ne octuagesimatertia. Vbi refertur sententia
Innocentij Papæ, his verbis, videlicet. [Er-
103 ror, † cui non resistitur, approbatur; & ve-
ritas, cùm minimè defensatur, opprimitur.
Negligere quippe cùm possis deturpare per-
uersos, nihil aliud est, quàm souere. Nec
caret scrupulo societatis occultæ, qui ma-
nifesto facinori desinit obuiare.] Hæc ibi.
Idem probatur per argumentum in capitulo,
quid enim prodest, distinctione octuagesima-
tertia. Vbi Pius Papa in Epistola prima, ad
omnes Christi fideles scripta, infrascriptis v-
titur verbis, videlicet. [Quid enim prodest
illi, suo errore non pollui, qui consensum præ-
stat erranti?] Hæc ibi. Et notandum, quòd
iccircò dixi probari nostram conclusionem,
per argumentum in dictis iuribus, in quibus
prohibetur consentire alienæ iniquitati, vel
non obuiare, cùm quis possit, alieno peccato;
quoniam per se patet Iudicem, cui præcipi-
tur exequutio pœnalium legum, non obstan-
te scandalo indè omnino futuro, consentire
malo, si morem gesserit tali præcepto: cùm
ipsum præceptum sit contra prædictum Di-
uinum præceptum, in quo præcipimur scan-
dalum pusillorum vitare. Idem probatur
per argumentum in capitulo si is, qui præ-
est, vndecima quæstione tertia. Vbi refer-
tur sententia Isidori, his verbis conten-
ta, videlicet. [Si is, qui præest, fecerit,
aut

aut cuiquam, quod à Domino prohibitum est, facere iusserit; vel, quod præceptum est, præterierit, aut præterire mandauerit; Sancti Pauli Apostoli ei sententia ingerenda est, dicentis: (Galat. capitulo primo, versiculo octauo.) [Etiam si nos, aut Angelus de Cœlo Euangelizauerit vobis, præterquam quod vobis Euangelizauimus, anathema sit.] Si quis prohibet vobis, quod à Domino præceptum est, vel rursus imperat fieri, quod Dominus prohibet; execrabilis sit omnibus, qui diligunt Deum. Is, qui præest, si præter voluntatem Dei, vel præter quod in Sacris scripturis euidenter præcipit, vel dicit aliquid, vel imperat; tanquam falsus testis Dei, aut sacrilegus habeatur.] Hæc ibi. Dixi probari nostram conclusionem: per argumentum in dicto capitulo si is, qui præest. quia licet nihil habeatur explicitè in dicto Canone de materia nostræ conclusionis; bene tamen implicitè; cum ex ipso eliciatur apertissimè: Iudicem inferiorem non teneri obedire Superiori præcipienti indicandum fore, non obstante scandalo pusillorum: cum contrarium Deus præceperit, vt sæpius fuit probatum. Probatur insuper per argumentum in l. & si non cognitio. C. si contra ius, vel vtilitatem publicam &c. vbi hæc habentur, videlicet. [Et si non cognitio, sed exequutio, de veritate precum inquiri oporteat: vt si fraus interuenerit, de omni negotio cognoscatur.] Hæc ibi. Dixi probari nostram conclusionem per argumentum in dicta l. quia. licet explicitè, & ad verbum per ipsam non probetur nostra conclusio, benè tamen implicitè, arguendo à simili tali pacto, sicut enim si exequutio sententiæ alicuius negotij, & non ipsius cognitio alicui fuerit delegata, non erit ipsius exequutio mandanda exequutioni: antequam pateat veritas precum: sic & exequutio pœn. quæcunque delegata, contra quencunque antequam facta fuerit inuestigatio de iustitia ipsius. Idem probatur per argumentum in Authentica de mandatis Principum, §. deinde competens est, in fine, in versiculo si quis autem. vbi hæc habentur, videlicet. [Si quis autem, cui tale aliquid iussum est, veniat. omnino non respicias eum, nisi sacram nostram pragmaticam ostendat formam pro hoc scriptam: tunc suscipiens quidem talem formam, non autem aliquid agens (scilicet contra vtilitatem publicam, aut ius tertij, de quibus paulò antè ibidem sermo erat, ex ea antequam ad nos nunciatis secundam præceptionem nostram suscipias.] Hæc ibi. Dixi probari per argumentum, in dicta l. rationem allatam paulo ante à nobis. Idem probatur per argumentum in Authentica, vt determinatus sit numerus Clericorum. §. in alijs autem omnibus Ecclesijs. vbi inter alia Iustinianus Imperator infrascriptis vtitur verbis, videlicet. [Nosque ipsi cauemus tale aliquid agere: & ordinandos abbreuiamus: nullusque nostrorum Iudicum tale aliquid agat, nostram formidans legem, & licentia sit Beatissimo Archiepiscopo, & Patriarchæ huius Regiæ Ciuitatis ordinationi contradicere; licet iussio de Palatio veniat.] Hæc ibi. Idem probatur & clarius per argumentum in l. omnes, C. si contra ius, vel vtilitatem publicam. vbi hæc habentur,

videlicet [Omnes cuiuscunque maioris, vel minoris administrationis vniuersæ nostræ Reipublicæ Iudices monemus, vt nullum rescriptum,
104 † nullam pragmaticam, sanctionem, nullam sacram annotationem, quæ generali iuri, vel vtilitati publicæ aduersa esse videatur, in disceptatione cuiuslibet litigij, patiantur proferri; sed generales sacras Constitutiones modis omnibus non dubitent obseruandas.] Hæc ibi. Ex bis ergo iuribus allatis probara fuit veritas nostræ conclusionis. Probatur insuper & præsens conclusio secundò Doctorum auctoritate, Sanctus Thomas se subscripsit præsenti conclusioni in secunda secundæ, quæstione 104. articulo quinto. vbi affert illud Act. Aposto. capitulo quinto. [Obedire oportet magis Deo, quàm hominibus.] Vndè concludit, quod quando alicui præcipitur à suo Superiore id, quod fieri Deus prohibuerat, non erit ei obediendum: & idem Sanctus, secunda secundæ, quæstione quadragesima tertia, articulo secundo, docet, quòd contra charitatem faciat (ex qua vnusquisque, tenetur consulere saluti sui proximi.) qui agit aliquid, ex quo sequitur scandalum. Item Innocentius videlicet Quartus, in capitulo Inquisitionis, extra de sententia excommunicationis, cuius sententiam ad verbum retuli, supra in probationem præcedentis conclusionis, cuius sententiam ad verbum refert, & sequitur Hostiensis, Ioannes Andreas, Antonius de Butrio, Panormitanus, Felinus, & Marianus Socinus, in dicto capitulo inquisitionis, extra de sententia excommunicationis. Panormitanus item in capitulo cum teneamur, numero secundo, in versiculo circa hoc nihil scribitur. extra de præbendis, quem ibidem numero quarto, sequitur Decius. Item Felinus in capitulo nihil prodest, columna secunda, in versiculo trigessimo, propter scandalum, extra de præscriptionibus. Vbi dixit hoc idem tenere Cardinalem, in consilio nonagesimooctauo, incipiente. Papa viuit. & rursus idem Felinus in capitulo si quando, §. supersederi, per totum, extra de rescriptis, qui & peroptimè probat nostram conclusionem esse veram. Item Baldus quoque se subscripsit præsenti conclusioni: in Proœmio libro Decretalium, numero decimoquarto. bis notabilibus verbis, videlicet. Dicit Collectarius, quòd quando Papa scribit de plenitudine potestatis, nihil potest opponi, quod annihilet gratiam: vt in capitulo cum dilecta, de rescriptis, sed certè immo potest opponi ius gentium, si tale est, cuius transgressio crimen inducat, vt notat Cynus, C. de precibus Imperatorum offerendarum, l. restrip. & capitulo si contra ius, vel vtilitatem publicam in fine: & si Papa scriberet pro intruso non est (leuato velo) ei obediendum, & glosa acclamans vocat miseros Prelatos illos, qui obediunt Papæ iniusta præcipienti: debent enim suspendere, donec significent Papæ. Hæc ille. Item glosa quoque omnium iurium citatorum, se subscripserunt præsenti nostræ conclusioni, & Doctores ibidem eo modo eorum sententias accipiendo, ac interpretando vt fecimus citca ipsa iura. Sed specialius nostræ conclusioni se subscripsit glosa notab. in capitulo pastoralis,

in versiculo & si sciat, extra de officio delegati, quæ inter alia infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Item nota, quòd non semper obediendum est Iudici, si euidenter iniquum est mãdatum ipsius, siue contra ius. Item glosa, in capitulo sacerdotes in versiculo agant, secunda quæstione septima, dicit, quòd si prælati sunt hæretici, vel excommunicati: vel non seruant Canones, vel simoniaci, vel notorij fornicatores, tunc potest recedi ab eis ante sententiam: in alio crimine ante sententiam non est recedendum, glo. in dicta Authentica: vt determinatus sit numerus clerico. in versicu. contradicere, infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Nota argum, pro Episcopo, vel Prælato, quòd liceat ei reclàmare literis D. Papæ, vt c. si contra ius, vel vtilitatem publicam, l. & si legibus, sed potest dici, quod hic non à Principe, sed ab alio nomine Principis erant missæ. Si autem constat literas esse Principis, recipiendæ sunt, sed secunda iussio debet expectari; vt C. de mandatis Principum, d.c. & Authentica, de mandatis Principum, §. deinde competens est. Item glo. in l. omnes, C. si contra ius, vel vtilitatem publicam, apertius se subscripsit præsenti conclusioni in versicu. generali iuri. his verbis. Et di
105 stingue, quia si rescriptum † est contra ius Dei, vel Euangeliorum non valet, vt in l. Magistratus, ff. de arbitris. Si verò contra ius humanum, scilicet contra ius naturale, vel gentium, non valet: vt si petam quod res alterius mihi dentur; nam dominia rerum sunt de iure gentium, vt in l. ex hoc. ff. de iustitia, & iure; & tunc non valet, cum sint prædicta iura immutabilia, vt institu. de iure naturali, gentium, & ciuili. §. penultimo, fallit tamen ratione delictorum, vt per totum titulum, de bonis damnatorum. Item ratione publicæ vtilitatis, vt in l. si quis sepulcrum circa principium, ff. de Religio. Si verò est rescriptum contra ius ciuile, vtputa circa actiones, quæ sunt de iure ciuili. Subdistinguendum erit, si vt illæ prorsus tollantur, non valet, si vt differantur valet. hæc omnia docuit dicta notab. glosa, cui se subscripsit (ipsam interpretando.) Bartolus ibidem. Item glosa in alio in Authentica de mandatis Principum, §. deinde competens, in versiculo nuncians. infrascriptis verbis se subscripsit præsenti conclusioni, videlicet. Et hoc est contra miseros prælatos, qui timent in tantum litteras D. Papæ, vt non audeant reclamare; quod facere non debent, vt hic; nec per hoc deseruiunt legi, immò seruiunt, & propter hoc Papæ, vel Principibus, vt in l. finali, in fine. C. de appellationibus. Item glosa, in l. quoniam, la secunda. C. de appellationibus, in versiculo restiterit. infrascriptis verbis vtens, videlicet. Item nota quòd subditi debent resistere prælatis, si quid iniustè agant: & instituere eos, quid agere debeant. Bartolus quoque se subscripsit præsenti conclusioni, in Authentica; vt determinatus sit numerus clerie, in versiculo quartò nota ibi, ex hoc quidem. Vbi infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Licitum est non obedire litteris Imperialibus, vel Papalibus; quod glosa intelligit tunc verum, quando non constat esse Imperiales, vel Papales; alias sic. Sed certè ego dico, quòd si constat esse litteras Papales,
106 † vel Imperiales, licitum est eis non obedire si ratio… [illegible] reducitur causa, textus est in capitulo si quando, extra de rescriptis, & capitulo cùm teneamur, extra de præbendis. hæc Bartolus vbi supra. qui in Authentica, de mandatis Principum. §. deinde competens, numero primo, ait, & nota quod Iudices præcepta superiorum (quæ emanant contra ius, vel vtilitatem publicam) non debent suscipere, vel executioni mandare, nisi secunda emanauerit iussio, vt hic. & C. si contra ius, vel vtilitatem publi. l. finali, quod inducit glosa, contra miseros Prælatos. Hæc ille. Sciendum insuper, quod præsenti nostræ conclusioni, etiam se subscripsit Petrus de Ancharano, infrascriptis verbis vtens, Nam ex text. in capitulo si quando, extra de rescriptis. elicitur, & docet in consilio 391. incipiente præmitto pro clariori, insurgens contra quandam declarationem Papæ dicentis; qualiter fuerat animus suus reseruare, &cet. Quia tanquam iniqua, & contraria iuri erat refutanda, per legem quotiens. C. de precibus Imperatorum offerendarum, maximè quia tollebat ius alteri quæsitum, vt in l. penultima. C. de decurionibus, libro decimo. Vbi dicitur, quòd statuere iterum super iam firmatis, non est proponere remedium æquitatis, sed calumniam præteritis inuenire, hæc ibi ille. qui & in consilio 235. incipiente per prædicta subtiliter, ad finem, quòd si res aliter se habet quàm præsupponat mens rescripti, est supersedendum, etiam si contineat excommunicationem latæ sententiæ, quia tacita conditio si preces &cetera. Tenet eam in suspenso. Cardinalis quoque Zabarella, in consilio 147. incipiente Dominus noster papa. ad finem, virtute dicti capituli si quando. ait, quòd vbi agitur de grauissimo damno tertij, vel de malo futuro, vel de scandalo, tollerat Papa, vt supersedeatur. allegat textus in capitulo & si illa, prima quæstione septima. Idem Cardinalis in consilio 105. incipiente. Quæsitum sæpè fuit à me, in sexto dubio dicit, quòd stante scismate, non est obediendum præceptis Papæ nutritiuis scismatis. Ioannes Andreas infrascriptis verbis vtens in capitulo ad honorem, extra de Auctoritate, & vsu pallij; in versiculo in peccato tamen: se subscripsisse præsenti conclusioni, videlicet. In peccato tamen si de ipso liquet, non tenetur aliquis Papæ obedire, Hostiensis, quoque in capitulo proposuit, extra de concessione præbenda dixit, quòd ratione dicti capituli si quando, quòd omnes tenentur obedire Papæ quicquid præcipiat, nisi sequi possit peccatum. Didacus etiam Couarruias præsenti se subscripsit conclusioni, quam multis rationibus & auctoritatibus probauit verissimam esse. Idem docuit rursus Decius in consilio centesimoquinquagesimo primo, columna tertia, versiculo, tamen vbi scandalum imminet. vbi plurima notatu dignissima affert, quærendo in quibus casibus Concilium generale possit iudicare de Papa, & cuius auctoritate tunc congregabitur. Probatur & quartò, hac scilicet ratione, præsens conclusio. Cùm vnusquisque homo multis & grauissimis de causis (quas hic recensere incongruum esset) teneatur magis Dei præceptis obtemperare, quàm mandatis hominum morem gerere, vt fuit probatum; & cùm Deus præceperit

(quantum

(quantum in illis esset) omnibus hominibus vitare scandalum pusillorum: vt apud Matth. capitu. 18. versicu. 6. & 7. Indè consequens fit, quòd Iudices inferiores debeant contempto, seu non executo mandato Summi Pōtificis, Imperatoris, & cuiuscunque alterius sui Superioris sibi mandantis, quòd non obstante scandalo pusillorum puniant delinquentes, iuxta pœnalia iura: tum ratione prædicta, tum etiam quia Papa non potest aliquid præcipere contra legem Dei, cùm (vt docuit Panormitanus in capitulo cùm teneamur, extra de præbendis, & latius per iura supra allata probatum fuit) Dominus Iesus non tradiderit Diuo Petro, & eius successoribus potestatem ad destructionem ecclesiæ, sed ad ædificationem, nec dedit potestatem faciendi de peccato ex prohibito iure diuino, non peccatum; & sine causa licitum: At Deus (vt probauimus) præcepit vitandum fore scandalum: inde sequitur, ipsum Papam hoc præcipere non posse de iure, quòd si de facto præciperet, non esset ei obediendum, auctoritatibus supra allatis, eò magis, quòd & ipse Summus Pontifex ad seruanda præcepta iuris diuini teneatur, si ingredi vitam concupierit iuxta domini sententiam. [Si vis ad vitam ingredi serua mandata.] & ad seruandas leges Pontificias teneatur de honestate (vt communiter dicunt Doctores) & probatur per textum in capitulo proposuit, extra de concessio. præbend. quamuis Gelasius Papa (vt habetur in capitu. 1. 25. quæstio. 1.) dixerit ipsum oportere præ cæteris Canones obseruare: & ratio est, quoniam ipse Summus Pontifex habet circa suas leges eandem auctoritatem, quam Imperator circa suas: & tamen Imperator (in l. Princeps. ff. de legibus, & Senatusconsult. dixit, quòd [Princeps solutus sit legibus] loquendo de necessitate, quod & clarius docuit (loquens de honestate) Institut. Quibus modis testamentum infirmetur, in fine, dicens. [Licèt enim inquiunt, legibus soluti simus: attamen legibus viuimus] quod & adhùc clarius docuit ipsemet Imperator. in l. digna vox. C. de legibus, & constitut. infrascriptis verbis vtens, videlicet. [Digna vox est maiestate regnantis, legibus alligatum se Principem profiteri. Adeo de auctoritate huius, nostra pendet auctoritas: & reuera maius imperio est, submittere legibus principatum: & oraculo præsentis ædicti, quod nobis licere non patimur, alij indicamus.] hæc ille tex. docuit, ex his ergo omnibus patuit veritas nostræ conclusionis.

107 Octaua cōclusio Iudex, † cui præcipitur à quocunque Superiore etiam Papa, & Imperatore sub aliqua pœna (puta, excommunicationis, vel cuiuscunque alterius pœnæ temporalis, aut spiritualis statim incurrenda) executioni mandare iura pœnalia in aliquem criminosum iudiciario ordine repertum, non obstante pusillorum scandalo inde euenturo: si nō obedierit huiusmodi mandato iniusto, non iccircò incidet in huiusmodi pœnas: & si teneatur quàm primum poterit certiorem facere huiusmodi superiorē, quòd scandalo tali imminente, eius iussa facere non potuerit, assignandoque rationem quare eius imperio statim non morem gesserit. Hæc conclusio probatur triplici medio. Primò enim per argumentum in capitu. si quando, extra de rescriptis. vbi hæc habentur, videlicet. [Si quando aliqua tuæ fraternitati dirigimus, quæ animum tuum exasperare videntur, turbari non debes. Qualitatem negotij, pro quo tibi scribitur, diligenter considerans, aut mandatum nostrum reuerenter adimpleas: aut per litteras tuas, quare adimplere non possis, rationabilem causam prætendas: quia patienter sustinebimus si non feceris, quod praua nobis fuerit insinuatione suggestum.] hæc ibi. Dixi probari nostram conclusionem per argumentum in capitulo si quando, & non per textum in dicto capitulo si quando, quoniam licèt conclusio nostra per dictum textum ad verbum non probetur: non tamen negari poterit, quin eius veritas eliciatur ex dicto Canone: Nam ex ipso habetur, quòd Papa nolit statim executioni mandari suum mandatum, si executioni ipsius obstet rationabilis causa. At quoniam rationabilis causa est (vt patet ad sensum) si inde oriretur scandalum pusillorum (quod vitandum fore ab omnibus, ipse Dominus Iesus præcepit vniuersis hominibus apud Matth. cap. 18. versicu. 6. & 7. vt sæpius probauimus.) Indè ergo sequitur nostram conclusionem probari per argumentum in dicto capitulo si quando. Idem probatur per argumentum in capitulo per tuas, §. nos igitur, extra de sententia excommunicationis. Vbi Innocentius Tertius scribens Senonensi Archiepiscopo infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. [Nos igitur, credimus distinguendum, vtrum quis proponat se post appellationem legitimam interpositam, excommunicatione fuisse notatum, vel in forma excommunicationis intollerabilem errorem fuisse patenter expressum: in quibus casibus ad probationem eorum, etiam si absolutionem non petat, debet admitti.] hæc ibi. Dixi probari nostram conclusionem per argumentum in dicto Canone: quoniam licèt verba nostræ conclusionis in dicto Canone, ad verbum minime contineantur: tamen verum est dicere ex ipsis elici: cùm iuxta interpretationem glos. & Doctorum ibidem in versicu. intollerabilem errorem.) Intollerabilis error dici potest quodlibet peccatum: vt puta, si quis excommunicet aliquem, eo quòd furari nolit, vel quia non ducit ei aliquam meretricem, vel quia non est inobediens suo prælato: vel si quis præcipiat suis subditis sub tali pœna lata sententia aliquod impossibile, vel turpe fieri: quia in his, & similibus casibus talis sententia est nulla, nec aliquam obligationem inducit de facto, vel de iure: & ratio fundatissima, & verissima est: quia, vt quis incidat in excommunicationem maiorem propter transgressionem alicuius legis præcipientis, sui obseruantiam, sub pœna excommunicationis lata sententia, necessariò requiritur, vt ille talis mortaliter peccet, & sit huiusmodi peccatum, peccatum contumaciæ, vt omnes Doctores tum Theologi, cùm Canonistæ, & summularij docent. Cùm ergo Iudex non mandans executioni mandatum huiusmodi (vt Deo obediat contrarium præcipienti, nullatenus peccati alicuius macula se fœdauerit. Indè consequens est talem Iudicem hac de causa nullam incurrere sententiam excommunicationis. Vndè patet probari nostram conclusionem per dictum Canonem: eò magis quòd huiusmodi sententia excommunicationis sit nulla; cùm contineat intollerabilem

errorem expressum in ipsa, eò ipso quòd ipsa fulminetur, si transgredi præceptum diuinum de vitando scandalo pusillorum Iudex noluerit dicendo nisi exequutus fuerit iura pœnalia non obstante scandalo. Si ergo dicta sententia, seu mandatum est nullius valoris;inde sequitur,quòd nec illud parit in conscientia obligationem exequendi id, quod in dicto mandato præcipitur sub illa pœna:quod quàm elegantissimè ex verbis dicti Canonis elicitur: & specialiter ex verbis illis, videlicet. [In quibus casibus ad probationem eorum etiam si absolutionem non petat, debet admitti.] ac si apertè dixisset Summus Pontifex ibi. Nam si ita esse constaret absolutione à tali fulminata excommunicatione huiusmodi homo non indigeret: & licèt regulariter excõmunicatus prius debeat absolui, quàm audiri de aliquo grauamine ab ipso prætenso:nihilominus si in forma excommunicationis talis error expressus fuerit, per se pateret, illum taliter excommunicatum:non incidisse in excommunicationem, & ratio potentissima etiam est: quoniam nemo in hoc negotio sit excommunicatori subiectus: ac per consequens excommunicatio sit nulla,cùm de essentia excommunicationis requiratur etiã vt ipsa lata sit cõtra subditum,iuxta sententiam Alexandri Tertij, Registratam in cap. quod autem. extra de pœnitent.& remissio.dicentis quod [Nemo à non suo Iudice possit legari, aut absolui] quod & confirmatum fuit in Sacro Concilio Tridentino , in Sessio.14. de reformatione,capitu. 7. his verbis, videlicet. [Quoniam igitur natura, & ratio iudicij illud exposcit, vt sententia in subditos dũtaxat ferantur]Inde sequitur veritas nostræ conclusionis & applicationis dicti Canonis, ad eius probationem : cum vnusquisque Deo sit subditus, & ratione ipsius præcepti Prælatis, & Superioribus,quibus cum ; vt docuit Dominus Iesus, quando dixit apud Mattheum cap. 23. versicu.2. [Super Cathedram Moysi sederunt scribæ & Pharisei, quæcunque ergo dicunt, facite, quæ verò faciunt facere nolite.] & Apostolus eius Roma. capitu.13. versicu. 2. [Qui potestati resistit,Dei ordinationi resistit: qui autem resistunt, ipsi sibi damnationẽ acquirunt] & Dominus Iesus apud Lucam capitu. 10. versicu.16. qui vos audit, me audit, & qui vos spernit me spernit, qui autem me spernit, spernit eum, qui misit me: ex his ergo oraculis, & his similibus probatur, quod homo, non est alteri huiusmodi subditus ratione solum ipsiusmet hominis de per se considerati ; sed respectu Dei [per quem Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt, & Principes imperant, & potentes decernunt iustitiam, vt docuit sapiens Prouer. cap.8. versicu.15. & 16. quod fatetur Propheta Psalm. 65. versicu.10. [Imposuisti homines super cap.nostra] quapropter patuit sententiam excommunicationis, vel quodcunque mandatum cuiuscunque Superioris (de quo sermo habetur in nostra conclusione) esse nullius virtutis,ac vigoris,cum multipliciter fuerit probatũ,supra nos teneri obedire potius Deo,quàm hominibus,nec non & prælatos non habere potestatem præcipiendi contra Dei præceptum. Concludendo ergo dico, quod stante scandalo pusillorum oriundo ex executione mãdati cuiuscunque prælati, aut Superioris ; nullus Iudex tenebitur dictum mandatum exequi, nec inde incurreret

quis excommunicationis sententiam in ipso fulminatam. Sed notandum quod id, quod retuli ex dicta glo. in dicto cap. per tuas, §. nos igitur expressius docet, textus in cap. venerabilibus, §. potest quoque Archiepiscopus,de sententia excommunicationis in sexto. vbi hæc habentur, videlicet. [Potest Archiepiscopus quoque beneficium absolutionis iuxta formã ecclesiæ non nunquam impendere ad cautelam , vtpotè si asseritur in excommunicationis sententia intollerabilem errorem fuisse patenter expressum, idest, aliquid sub vi præcepti, vel mandati apertè in ea cõtineri, quod communiter vel in suo genere est peccatum: veluti, si dicat forte aliquis se à Suffraganeo excommunicatum fuisse pro eo quod eleemosinam pauperi tribuebat, vel quia faciebat aliquid aliud, quod in se bonum est: aut quia non operabatur id, quod suo actu illicitum est, & prauum:& Suffraganeus ipse asserat, quod pro digna, & rationabili causa, vel pro conseruanda , vel exequenda iustitia hoc illi prohibuisset, vel etiam iniunxisset: Nam tunc Archiepiscopus ad cautelam absoluere potest eum] Hæc ibi.Ex quibus elicitur quoque veritas præsentis nostræ conclusionis. Quapropter meritò dicemus nostram hanc conclusionem probari per argum. in dicto cap. venerabilibus, §. potest tum quia infrascripti Doctores ex dicto text. eliciunt, quòd ex-
108 communicationis sententia † cõtinens in se expressum intollerabilem errorem, est ipso iure nulla ac per consequens quod non formidanda, nec executioni mandandum id, quod per ipsam fieri mandatur, & Doctores hoc dicentes sunt Archidiaconus in dicto §. potest gl. in dicto cap. venerabilibus, in versicu. absoluere. Petrus de Anchara. ibidem colum. 5. in versicu. quinto nota, Geminianus ibidem colum.8. in versicu. quæro, an talis sententia Philippus Franchus in dicto capitu. venerabilibus, §. potest, nume.3. Felinus in dicto cap. per tuas nume.5. in versicu. in glos. in versicu. intollerabilem errorem dicens : Nota quod quando sententia continet in se aliquid peccatum quod condemnatus noluit facere, est ipso iure nulla, textus est in cap. venerabilibus. §. penultimo, eodem titulo in sexto. Idem docet tacitè Ioannes Andreas in dicto capitu. per tuas, & in cap. ita quorundam, columna secunda, extra de Iudeis, vbi dixit quod quãdo sententia excommunicationis est ipso iure nulla, nullum producit effectum, & id probat per textum in capitulo cum ad quorundam, extra de excessibus prælatorũ, cuius verba paulo post referam. & Marian.Socinus in capitu. perpendimus, nume.189. & 192.extra de sentent.excõmunicationis,& glo. notabilis in c. præsentia in versicu. ad cautelam. de sent.excom.in sexto,quam omnes Doctores ibi sequuntur, & eius doctrinam tanquam verã amplectuntur.Panorm.in d.c.per tuas, nu.15. ext.de sent.excommuni. his verbis vtens,videlicet. Conclude dictam Glo.& Doctores hic aliqua addendo,quod aut sententia excommunicationis continet in se peccatum manifestum,vt puta quia excommunicat,quia non facit furtum, vel quia facit eleemosynam, vel quid simile,& excommunicatio est nulla.tex.est hodie clarus in c.clarus, in c.venerabilibus, in §.vltimo, eod.titu.lib.6.Idem quoque ad verbum docuit Antonius de Butrio in d.c.per tuas, col.4. in princ.Hostiensis in summa

tit.

cit. de ſententia excõmunicationis, §. & qualiter
hæc abſol. in verſic. & poteſt dici intollerabilis er-
ror. Idem docuerunt omnes ſummularij in verſ.
excommunicatio. Idem probatur per argumentũ
in c. fin. ext. de cõditionibus appoſitis, &c. in quo
Gregorius Nonus infraſcriptis vtitur verbis, vi-
delicet. [Si conditiones contra ſubſtantiam con-
iugij inſerantur, puta, ſi alter dicat alteri contra-
ho tecum, ſi generationem prolis euites, vel do-
nec inueniam aliam honore, ſeu facultatibus di-
tiorem: aut ſi pro quæſtu adulterãdam te tradas:
matrimonialis contractus quantumcunque ſit fa-
uorabilis, caret effectu: licet aliæ conditiones ap-
109 poſitæ in matrimonio, † ſi turpes, aut impoſſibi
les fuerint, debeant propter eius fauorem, pro nõ
adiectis haberi.] hæc ibi. Dixi probari noſtrã con
cluſionem per arg. in d. c. fin. quoniam licet expli
citè tenor noſtræ concluſionis ad verbum nõ pro-
betur per dictum text. in d. c. fin. benè tamen im-
plicitè: cùm ex ipſo quàm facillimè eliciatur; eo
quòd duo euidentiſſimè ex ipſo Canone habean-
tur: quorum primum eſt, quòd conditio appoſita
(de iure Diuino prohibita) contractui matrimo-
nij faciat ipſum nullum. Secundum verò eſt, quòd
conditiones turpes, & impoſſibiles adiectæ con-
tractui matrimonij, non faciunt illud nullum: ſed
quòd dictæ conditiones habendæ erunt pro non
adiectis. Cùm ergo (vt ſupponitur, & in noſtra cõ-
cluſione expreſſum fuit) Summus Põtifex, vel alij
Prælati, aut Superiores ſupremi mãdato facto Iu-
dicibus circa puniendos maleficos aliquos pœnis
a iure ſtatutis, apponant conditionem, ſeu clauſu-
lam illam, ſcilicet. (Non obſtante ſcandalo puſil-
lorum ex tali punitione prouenturo) aduerſantem
iuri Diuino, Pontificio, & Imperatorio (vt fuit p-
batum ſupra non bis) eo quòd prædictis iuribus
prohibeamur aliquid facere, cum ſcandalo puſil-
lorum. Inde ſequitur apertiſſimè tale mandatum,
cum tali clauſula eſſe ex hac parte nullius momen
ti, ac valoris: quemadmodum dicitur in d. c. fi. eſ-
ſe contractum matrimonij celebratum ſub condi
tione, ꝙ mulier ipſa matrimonio copulãda, adul
teretur (cùm & adulterari ſit prohibitum a iure
Diuino, Põtificio, & Ciuili; & quoniam turpe, ac
a ratione longè alienum eſt, quòd ſupremi Iudi-
ces in ſuis mandatis talem clauſulam (Nõ obſtan
te ſcandalo puſillorum) inſerant: cùm indè videan
tur ipſos velle aduerſari præceptis prædictis, &
bono publico, cui ex officio conſulere ſemper te-
nentur: Inde ergo conſequens ſit, quòd dicta clau-
ſula. (Non obſtante ſcandalo puſillorum) vt tur-
pis habenda ſit pro non adiecta: deueniendo ergo
à primo ad vltimum, dicimus, ꝙ ſi dictum man-
datum cum tali clauſula (tanquam aduerſans iuri
Diuino) ſit nullum, & tanquam turpe ſit alicuius
valoris, reiecta tamen illa clauſula adiecta: conclu
dimus indè luce meridiana clariùs ſequi veritatẽ
noſtræ concluſionis, & ipſam probari per arg. in
d. c. fin. & quòd Iudices inferiores non teneantur
obedire dicto mandato reſpectu dictæ clauſulæ
Non obſtante, &c. & per conſequens quòd nõ ob-
ſequentes dicto mandato nullam pœnã indè in-
currant: ac ſi dictum mandatum nunquam ipſis
indictum fuiſſet rationibus ſupra allatis. Idẽ pro-
batur per arg. in c. fin. ext. de pactis. in quo Grego
rius Nonus infraſcriptis vtitur verbis, videlicet.
[Pactiones factæ a vobis (vt audiuimus) pro qui-
buſdam ſpiritualibus obtinendis: cùm in huiuſmo
110 di omnis pactio † omniſque conuentio debeat
omnino ceſſare, nullius penitus ſunt momenti:
quod etiam de alijs eſt dicendum, quæ obſeruatę
vergunt in animæ detrimentum. Nam iuxta legi-
timas ſanctiones pactum turpe, vel res turpis, aut
impoſſibilis de iure, vel de facto, nullam obliga-
tionem inducit.] hæc in dicto Canone. Dixi pro-
bari noſtram concluſionem per arg. in d. c. fin. qm̃
etſi nulla habeatur explicitè mentio in dicto Ca-
none de materia noſtræ concluſionis, bene tamen
ex ipſo elicitur: cũ ex dicto Canone tria ſcitu di-
gna habeantur. Primum quorum eſt, quòd con-
111 uentio † de aliquid ſoluẽdo pro ſpiritualib. ob-
tinendis ſit nullius momenti. Secundum quòd
112 quodcunque pactum † turpe, aut de re turpi, vel
impoſſibili impoſſibilitate facti, aut iuris, ſit nul-
lius valoris. Tertium, quòd quodcunque pactum
vergens in animæ detrimẽtum ſit nullius momen
ti. At quoniam mandatum de puniendis crimino-
ſis. (Non obſtante ſcandalo puſillorum vergit in
animæ tam mandantis, & mandatarij, quam di-
ctorum puſillorum) (vt patet ad ſenſum) & eſt de
re turpi, & impoſſibili, impoſſibilitate iuris, ideſt,
de re, quæ de iure, & ſine peccato (ſtante Diuina
prohibitione) fieri non poteſt. Indè ſequitur (ar-
guendo ab identitate rationis) quòd ſicut tale pa-
ctum prædictis de cauſis eſt nullius momenti, nul
lamque inducens obligationem ad ſui obſeruan-
tiam, eodem modo, & mandatum Põtificium, vel
Imperatorium (de quo ſermo habetur in præſen-
ti concluſione) ſit nullius virtutis, nullamque obli
gationem ad ſui obſeruantiam inducat, & ratio
eſt in promptu, ſcilicet quia ipſius mandati (vt di-
ximus) executio vergit in animæ ipſius mandan-
tarij, & puſillorum detrimentum, ac pernitiem.

Idem probatur per argum. in Authen. vt nulli iu-
dicum. §. & hoc verò iubemus. In fine. in verſ. ſi ve
rò. vbi hæc habentur, videlicet. [Si verò, & præce-
pta cuiuſlibet Iudicis ſint, & priuſquam inſinuen-
tur hæc, aut præcipientem, aut ad quem precepta
facta ſunt contigerit remoueri de cingulo: ſic qui
factus fuerit Iudex, hæc ſuſcipiat, & exigat, ſi le-
gitimè facta ſunt: ſi verò contra legem, aut contra
publicum facta ſunt hæc, pro non ſcriptis eſſe iu-
bemus.] hæc ibi. Quapropter meritò dixi probari
noſtram concluſionem per arg. in dicta Authent.
cùm ex præceptis in ipſa contẽtis eliciatur, quòd
dicta clauſula. (Non obſtante, &c.) in mandato
Pontificio, vel Imperatorio inſerta, ſit habenda
pro non ſcripta: eo quòd illa ſit contra bonum pu
blicum, legem Diuinam, & Pontificiam, vt ſępe
fuit probatum ſupra, & ſic ſtante ſcandalo nullate
nus tenebitur Iudex punire in caſu ſcandali iuxta
iura pœnalia criminoſos. Idem probatur per ar-
gum. in l. nemo Iudex. C. de ſent. & interlocu. vbi
hæc habentur, ſtatuta ab Imperatore Iuſtiniano
videlicet. [Nemo Iudex, vel arbiter exiſtimet,
neque conſultationes, quas non ritè iudicatas eſſe
putauerit ſequendum: & multo magis ſententias
eminentiſſimorum Præfectorum, vel aliorum pro-
113 cerum † (Non enim ſi quid non benè dirimatur,
hoc in aliorum iudicium, vitium oſtẽdi oportet,
cùm non exemplis, ſed legibus iudicandum ſit.)
neque ſi cognitionales ſint ampliſſimæ præfectu-
ræ, vel alicuius maximi Magiſtratus prolatæ ſen-
tentiæ: ſed omnes Iudices noſtros veritatem, &
legum, & iuſtitiæ ſequi veſtigia, ſancimus.] hæc
in d. l. nemo, ex qua etiam elicitur non incongruè

veritas

veritas præsentis nostræ conclusionis, cum ex ipsa l.nemo habeamus, quòd Iudea non debeat eae qui mandata superiorum suorum, quæ non ritè facta fuisse putauerit: sic ergo in proposito, cùm Iudex merito indicare debeat mandatum huiusmodi de puniendo criminosos aliquos (Nõ obstante scandalo) indè futuro non fuisse ritè factum, eo q sit factum contra legem Diuinam, Pontificiam, & Imperatoriam: iccircò nec executioni mandare illud debeat, nisi transacto articulo scandali, quod indè rationabiliter timeretur. Idem probatur per argumentum in c.cùm ad quorundam, ext. de excessibus Prælatorum, vbi recensetur sententia Clementis Tertij his verbis cõtenta, videlicet. [Cùm ad quorundam, & infra. Ideoque discretioni vestræ Apostolica auctoritate concedimus, vt si Ecclesiarum Prælati numerum euectionis, & personarum in Lateranensi Concilio constitutum (cùm Ecclesias visitant) eacedere fortè præsumpserint, & pro illis procurationem exegerint, liberum sit vobis auctoritate Apostolica eam denegate, etsi propter noc in Ecclesias vestras, vel clericos aliquam sententiam promulgauerint, ipsam decernimus non tenere.] hæc ibi. Diai ex hoc textu probari veritatem nostræ conclusionis arguendo ab identitate rationis. Nam sicut excommunicationis sententia lata cõtra priuilegium alicui concessum est ipso iure nulla, cùm desit in hoc iurisdictio sic, & excommunicatio lata contra præceptũ Dei, cùm nulli adsit potestas aliquid præcipiendi contra præceptum Dei (vt sæpius fuit probatum) militare eandẽ rationem peculiariter in casu pręsentis conclusionis. Nec non & nostra conclusio videtur probari per apertissimum arg. in c.inquisitioni. ext. de sententia eacommunicationis, vbi hæc habentur statuta ab Innocentio Papa Tertio, videlicet. [Inquisitioni tuæ respondentes credimus distinguendum. Vtrum alter coniugum pro certo sciat impedimẽtum coniugij propter quod sine peccato mortali non valeat carnale commercium exercere, quamuis illud apud Ecclesiam ꝓbare nõ possit: an non sciat pro certo, sed credat, in primo casu debet potius eacommunicationis sententiam humiliter sustinere, quàm per carnale commercium peccatum operari mortale. hæc ibi inter alia. Diai probari nostram cõclusionem per argum. in d.c.inquisitioni, arguendo a maioritate rationis. Nam si ibi dicitur, quòd potius quis debet sustinere excommunicationem validam, q̃ committere mortale, indè sequitur apertissimè a fortiori arguendo veritas nostræ conclusionis, cùm huiusmodi fulminata excõmunicatio sit nulla, eo quòd contineat in se eapressum intolerabilem errorem, præcipiendo sub tali pęna id, quod exequi non possit sine mortali peccato, vt sæpius fuit probatum.

Et licèt possent & alia quamplurima iura idipsum probantia in fauorẽ nostræ conclusionis afferri: nihilominus cùm per allata hucusque iã patuerit veritas nostræ conclusionis, me transferam ad recitandas Doctorum sententias, quibus firmatur, ac probatur quoque nostræ cõclusionis veritas. Probatur ergo & secundò nostra conclusio Doctorum infrascriptorũ auctoritate. Glo. enim in d.c.si quando. in versic. quia patienter. dixit, q ea dicta c. eliciatur quòd non teneamur adimplere mandatum Prælati, si causa reddatur. Glo. in d. c.per tuas. §.nos igitur. in vers. intollerabilem errorem, quàm libentissimè se subscripsit præsenti conclusioni, vt paulò antè probauimus in declarationem dicti c.per tuas. referendo eius sententiã ad verbum. Glosæ omnes aliæ dictorum iurium citatorum idipsum sentiunt iuxta eapositionẽ, quã supra tradidimus. Innocentius in c.inquisitionis, nu.3. ext. de sent. excom. cuius sententiam ad verbum supra in probationẽ sextæ conclusionis attuli, vbi formalia ipsius verba reperies: ea cuius verbis, inquam, elicitur apertissimè ipsum se subscripsisse præsenti conclusioni, licèt de ipsa explicitè non agat, & quòd hoc sentierit Innocentius per dicta verba, videtur probari ex hoc, quoniã duo ea ipsis eliciuntur simul, & semel. Primum quorũ est, quòd Summus Pontifea non possit præcipere alicui ea ex quibus scandalum, vel alia mala orirentur. Secundum quòd Papę prædicta præcipienti obediens peccaret, & a contrario sensu arguendo, quòd non obediens ei in talibus non peccaret. hæc ex Innocentio, ex cuius verbis sic arguimus. Si ergo per Innocentium habemus, quòd talia præcepta nemo teneatur adimplere. Indè euidentissimè sequitur, quòd si tali præcepto fuisset addita fulminatio eacommunicationis, eadem prorsus ratione non obediens tali præcepto non incideret in excommunicationem latam contra ipsum Iudicem inferiorem non obedientem tali præcepto (vt supponitur in conclusione,) & ratio
114 est, quoniam excommunicationis † sententia (vt sit valida) necessariò duo copulatiue supponit. Primum est, quòd in eius latore adsit iurisdictio, seu legitima potestas eacommunicandi, seu illud tale pręceptum auctoritas præcipiendi sub tali pœna statim incurrenda. & hoc ex parte excommunicantis: Secundum, seu alterum, ex parte causæ, propter quam excommunicationis vinculo quis innodandus erit, & hoc est solum peccatum mortale non quodcunque, sed peccatum mortale contumaciæ: vt omnes Doctores vnanimiter docent, elicientes hoc ex Sancto Euangelio apud Matth. c.18. vers.15.16. & 17. dicente Domino Iesu. [Si autem peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te, & ipsum solum: si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit: adhibe tecum adhuc vnu, vel duos: vt in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum. Quòd si non audierit eos, dic Ecclesiæ: si autem Ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus. Cum ergo in casu præsentis nostræ conclusionis vtrumque deficiat secundum sententiã Innocentij, & omnium aliorum Doctorum. Indè sequitur quòd Innocentius ipse loco citato tacitè nostræ conclusioni (loquenti de eacõmunicatione fulminata) se subscripserit, & quòd ambo deficiãt probabitur quàm facillimè. Nam primum ipsorũ per se patet, cùm Papa (vt latiùs fuit probatum supra) non habeat potestatem præcipiendi contra præceptum Domini nostri Iesu Christi, cuius ipse in terris est Vicarius, eo quòd sit mandatarij, seu Vicarij transgredi limites mandari eius cuius est Vicarius, seu mandatarius: quod, si quis præsumeret huiusmodi per talem mandatarium, seu Vicarium attentata essent nullius virtutis, ac valoris (vt docuit textus in c.cũ dilecta. ext. de rescriptis, in c.cùm in veteri lege. ext. de elect. in c.venerabili. ext. de officio delegati. & in l. diligenter igitur. ff. mandati, vel contra) & quòd desit in tali Iudice nolente exequi huiusmodi mandatum iniu-

stum

ttum contumacia peccatum patet ad sensum: cũ nullum contumaciæ peccatum argui, aut reperiri possit in eo, qui non paret mandato eius, qui in tali re speciali sibi præcipere non potest. Cùm ergo Summo Pontifici, vel Imperatori, vel cuicunque supremo Principi sit delegata potestas in terris a Deo Optimo Maximo supra homines, eos non eximendo ab obtemperando Diuinis suis pceptis, nec eis dederit potestatem præcipiendi hominibus sibi temporaliter subditis contra præcepta sua; indè sequitur, quòd si ipsi talia præcipiũt, tanquam transgredientibus fines mandati Diuini, & delegatæ potestatis sibi traditæ a Deo non erit ipsis obediendum, nec aliqua eorum sententia vinculũ aliquod inducet, vt per allata patuit. Ex his omnibus ergo patuit Innocentium se tacitè subscripsisse præsenti nostræ conclusioni, & hoc ipsum clariùs elicitur per ea, quæ ipse dixit in d. c. per tuas. nu. 2. super vers. intollerabilem, dicens, quòd intollerabilis error est, si mandauit aliquod peccatum, item si mandaret contra ius, & quia textus ibi est apertissimus, patet ipsum Innocentium non frustra prædicta dixisse, sed potius docere voluisse, quòd sententia continens intollerabilem errorem expressum esset nulla; si ergo talis sententia est nulla, indè sequitur nemini indè præiudicialem esse, aut nocibilẽ, iuxta illud Philosophi dicentis, de nihilo, nihil fit. Antonius de Butr. etiam se subscripsit, & Ipse præsenti conclusioni in d. c. si quando, in vers. Nota tertiò, dicẽs, quòd quis non dicatur contrauenire mandato Superioris, si motus iusta causa illi non obedit, & rursus idem replicat in d. c. per tuas, §. nos igitur. col. 4. in versic. Nota Glosam. dicens, Nota glosam, & tene ipsam menti; quia causa euidẽter iniusta reddit sententiam nullam, Idem si sit impossibilis, vel turpis, Idem si sententia contineat aliquid sub vi præcepti, quod in se sit peccatum; vt quòd eleemosynam non faciat, vel quòd non faciat aliud, quod in se est bonũ, vel quòd hominem occidat; sufficit ergo (inquit Antonius de Butr. vbi supra,) quòd in suo genere sententia ostendat iniquitatẽ in se euidentem, vt sit nulla: dato, quòd posset casualiter excusari: & hoc expressum est in cap. venerabilibus, §. vltimo, de sententia excommunicationis præsenti quoque cõclusioni se subscripsit. Glo. in capitulo præsenti. in versiculo ad cautelam. de sententia excommunicationis, cui enumeranti vndecim casus, in quibus sententia excommunicationis dicatur nulla, omnes Doctores ibidem vnico consensu astipulantur. Innocentius Quartus Papa in d. c. cùm ad quorundam. dicit sententiam excommunicationis nullam esse, quando ipsa fulminaretur expresè contra id, quo a Superiore excommunicantis fuisset concessum; quia contineret intollerabilem errorem: vnde implicitè denuo se subscripsit præsenti conclusioni. Idem faciunt omnes Doctores. ibidem Panormitanus quoque nostræ se subscripsit cõclusioni expresè, & ad verbum in d. c. si quando, ext. de rescriptis, nu. 2. per totum, quem sequens Decius in d. c. si quando, nu. 4. & 5. infrascriptis vtitur verbis, videlicet successiuè Abbas quærit. An habeat locus iste textus, si mandet Papa aliquod fieri sub pœna excommunicationis, quam incurrat ipso facto, si non paruerit, & ex dictis eius duæ conclusiones colligũtur. Prima est, quòd si dubitatur de mente Papæ, supersedere potest, & rescribere: qa hoc facit iure permittente, vt hic. Vnde licèt dicatur, districtè præcipiẽdo mandamus, potest tamen ex iusta causa supersederi, vt notat Bald. in c. cùm teneamur, de præbendis, & alij hic, & ratio prædictorum omnium videtur, quia qua ratione Superior, q scribit, deceptus videtur in facto principali circa informationem, ita pariter in clausulis accessorijs. & prædicta conclusio procedit, qñ est dubium de voluntate (prout Abbas loquitur) secus si constaret: quia tunc parendum est mandato, licèt durum sit. vt in c. in memoria. distin. 9. sed hoc limitatur, vt in sequenti conclusione dicã. Secunda conclusio Abbatis est, quòd si timetur de scandalo, vel si mandatum continet hæresim, vel peccatum, non est Papæ obediendum, vt est dictũ notabile Innocentij in c. inquisitioni. ext. de sent. excommunicationis, quod hic Abbas refert, & p hoc infert ipse Abbas in d. c. inquisitioni, ꝙ Cardinales non tenentur obedire Papam, etiam si illos excommunicaret, quando Concilium impediretur, & idem Abbas in c. cũ teneamur. de preben. vbi concludit non esse obediendum isto casu, quamuis in mandato, siue præcepto dictum sit, nõ obstante scandalo; & idem Abbas in c. significauit, col. 2. de offic. ordin. dicit, quòd in ista conclusione est defectus potestatis, in prima est defectus voluntatis: hæc Decius vbi supra. ex quibus patuit ipsum se subscripsisse præsenti conclusioni, & reliqui Doctores citati in probationem præcedentis conclusionis: ex quibus omnibus patuit, quàm apertissimè excommunicationis sententiam fulminatam etiam a Papa contra Iudices, nisi procederent ad puniendos aliquos criminosos, debitas de iure pœnas eis iniungendo non obstante scandalo inde futuro, esse ipso iure nullam, ratione erroris intollerabilis in ea expressi: ac per consequens non formidandam, cum nullum possit producere ex se effectum. vt elicitur ex text. in d. c. ad quorundam, extra de excessibus Prælatorum, & expresè docuit Ioannes And. vt paulò ante retulimus recitando ipsius verba: quem sequitur Marianus Socinus in c. sacris, nu. 11. ext. de sent. excommunicationis, qui & notanter dicit in cap. per tuas, nu. 19. ext. de sent. excommunicationis. Quæritur quid si ipsemet excommunicatus contemnit preceptum excommunicationis, & sententiam eo quòd induceret eum ad peccandum. Sol. dic, quòd talis nulla pena punitur, immo debet illam contemnere, vt in c. inquisitioni. infra eod. & idem Doctor. paulo ante ibidem nu. 18. dixerat citans ad hoc Host. In summa. eo. tit. §. quis sit effectus, vers. quòd qualiter quis. dicitur non seruare hoc idem confirmauit. Probatur & quartò præsens conclusio ratione allata in precedẽtis conclusionis probationem.

114 Nona & vltima conclusio. Episcopus † & vnusquisque Iudex tam laicus, Ecclesiasticus, aut Prælatus, & administrator cuiuscunque Ecclesiæ pro scandalo pusillorum vitando poterit tuta cõsciencia, immo tenebitur aliquo tempore (infra quod speratur exactio, ac solutio, seu restitutio bonorũ Ecclesiasticorum iniustè ab aliquo possessorum facienda suæ Ecclesiæ sine scandalo pusillorum) differre petitionem, seu exactionem bonorum ipsorum Ecclesiasticorum suæ Ecclesiæ: quæ ab aliquibus detenta sine tali scandalo exigi non possent: & hoc verum esse dicitur non solum quando possessores iniusti paterentur pusillorum scandalum,

lum; verum etiam quando possessores iniusti paterentur scandalum Pharisęorum: & indè ratione ipsorum probabiliter timeretur subsequi scandalum etiã pusillorum in alijs ipsorum sequaces: & sic schisma, & seditio populi sequeretur probabiliter, vt puta, si ex repetitione taliũ bonorum, vel iurium Ecclesiasticorũ vsurpatorum a Principe, ipse Princeps incurreret scandalum Phariseorũ, & ratione talis scandali, subditi ipsius incurrerẽt scandalum pusillorum adhærendo suo Principi, schisma suscitando, & alia maiora mala temporalia, aut spiritualia futura procurando, quia in his casibus poterunt prædicti immo & tenebuntur huiusmodi bonorum, ac iurium Ecclesiasticorum repetitionem, seu exactionem differre vsque ad tempus illud, in quo talis exactio probabiliter fieri poterit sine periculo talis scandali futuri: Hæc conclusio probatur quatruplici medio. Primò.n. per argum. in iure Diuino: nam hæc conclusio elicitur ex sententia Domini nostri Iesu Christi (recensita apud Mattheum c.5. versic.39. 40. & 41.) dicentis. [Ego autem dico vobis non resistere malo; sed si quis te percusserit in dexteram maxillã
315 tuam † præbe illi & alteram: & ei, qui vult tecũ in iudicio contendere, & tunicam tuam tollere, dimitte ei & pallium, & quicunque te angariauerit mille passus, vade cum illo alia duo] hæc ibi, quam Domini Iesu sententiam interpretãs Diuus Thomas (in 2.2. q.43. artic. 8. in responsione ad quartum iuxta sententiam Diui Augustini in lib. 1. de sermone Domini in monte. c.34. 35. & 36. tomo 4.) dicit fore intelligendum huiusmodi præceptum secundum præparationem animi (vt scilicet homo sit paratus priùs pati iniuriã, vel fraudem, quàm iudicium subire, si hoc expediat. hæc illi Sancti: & quòd in casu nostræ cõclusionis expediat pati hanc fraudem, vt euitetur scandalum pusillorum (quod vitandum omnino fore præcepit ipsemet Dominus Iesus apud Mattheum. c. 18. versic. 6. & 7. sępius supra citatum) per se patet cũ ad hoc obligemur præcepto Diuino, ac de necessitate salutis. Ex his ergo patuit, quòd nostra conclusio probetur dicto iure Diuino, sicut & hac alia Domini Iesu sentẽtia, ac opere, hoc idem nos Dominum Iesum docuisse refert Sanctus Euangelista (dicens quòd licèt ipse Dominus sciret se nõ teneri ad soluendum tributum, tamen soluere illud voluit pro scandalo pusillorum vitando) vt habetur apud Matthęum, cap. 17. versic. 24. 25. 26. & 27. Nam hæc ibi scripta reperiuntur, videlicet. [Et cùm venissent Capharnaum, accesserunt, qui Didrachma accipiebant ad Petrum, & dixerunt ei, Magister vester non soluit Didrachma? ait, etiam. Et cùm intrassent in domum, pręuenit eum Iesus dicens: Quid tibi videtur Simon? Reges terræ a quibus accipiunt tributum, vel censum a filijs suis, an ab alienis? & ille dixit, ab alienis: dixit illi Iesus: ergo liberi sunt filij: vt autẽ non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum, eum piscem, qui primus ascenderit tolle, & aperto ore eius inuenies staterem: illum sumẽs da eis pro me, & te.] hæc ibi. Ex quibus Domini Iesu verbis, & facto ipso quàm apertissimè veritas nostræ conclusionis elicitur. Cum indè probetur pro vi-
316 tando scandalo pusillorum † nos teneri soluere id, ad quod de iure aliàs non tenemur, & sic priuari bonis proprijs, ac iure nostro ad tempus: ac per consequens arguendo à cõtrario sensu ex ijsdem Domini verbis, & opere elicitur nos teneri non repetere id quod nobis, vel Ecclesijs nostris debetur vsquequo occasio scandali cessauerit, cũ Dominus Iesus sponsus totius Ecclesiæ ita facere nos docuerit: ac tacitè præceperit iuxta illud, omnis Christi actio est nostra instructio. Probatur insuper & secundò nostra conclusio auctoritate iuris positiui per textum in c. nihil prodest. ext. de præscriptionibus, vbi recensentur illa verba, quibus vsus fuit Beatus Gregorius Pontifex, & reperiuntur scripta in registro eiusdem Diui Gregorij lib. 2. c. 96. Epistola 57.) videlicet. [Nihil cum scandalo, nihil cum forali strepitu vobiscum nos velle de causis pauperum diffinire, vobis scripsisse meminimus] hæc ibi: pro quorum verborũ maiori intelligentia sciendum, quòd hæc verba scripsit Diuus Gregorius ad quandam Dominam nomine Italiam Patriciam, quæ occupauerat partẽ patrimonij Beati Petri: Quapropter Beatus Gregorius scripsit ei, vt dimitteret patrimonium illud, & ipsa ei rescripserat, quòd ipsa parata erat facere rationem, & Papa Gregorius secũdò mandauit eidem, quòd nihil cum scandalo, nihil cum strepitu iudicij volebat de causis pauperum diffinire: Vltimò cùm illa adhuc non dimitteret bona pauperum, reducit eidem Dominæ ad memoriam qualiter olim scripserat sibi dicens [quòd taciturnitas, & patientia sua non faciet præiudiciũ successoribus suis in rebus pauperum.] hæc ibi. Idem probatur per argumentum in c. suscepimus. §. verum. ext. de homic. volunt. vel casuali, in quo recensentur verba Alexandri Tertij dicentis [Vnumquenque post tunicam relinquere pallium, & rerum sustinere iacturam, quam pro conseruãdis vilibus rebus, & transitorijs, tam acriter in alias exardescere: cùm hoc sit contra mansuetudinem Ecclesiasticam.] Dixi probari præsentem conclusionem per argum. in d. c. suscepimus, quoniam licèt explicitè, & ad verbum pręsens conclusio non probetur dictis verbis ipsius Canonis: benè tamẽ implicitè, cùm eius veritas eliciatur ex ipsis: eo quòd indè habeatur, quòd exardescere acriter in alios pro conseruãdis rebus temporalibus sit contra Ecclesiasticam mansuetudinem; quod quidem contingeret, si non obstante scandalo pusillorum repeterentur bona, & iura Ecclesiarum, nemo est, qui non aduertat, vti Panormitanus eruditissimus Doctor (loco paulò post citando) animaduertit. Idem probatur per argum. in c. quando ergo, 2 s. q. 3. in quo Canone canonizata reperitur sentẽtia Diui Hieronymi in Amos Propheta, c. 5. circa medium his verbis contenta, videlicet. [Quando ergo vir Ecclesiasticus, & prudens, atque intelligens
317 † multas impietates in ea, quæ vocatur domus Dei esse cognouerit: & non solùm multas, sed & fortes, & quæ opprimere possint iustitiam: & in tantùm Doctorum rabiem processisse, vt accipiãt pretium in iudicio, & omnia pro muneribus faciant, pauperes quoque diuident in portis, & audire contemnant: taceat in illo tempore, ne det sanctũ canibus, & ne mittat margaritas ante porcos, qui conuersi conculcent eas: & imitentur Hieremiam dicentem. Solus sedebam, quia amaritudine repletus sum, & illud in Psalmo 149. singulariter sum ego donec transeam.] hęc ibi. Dixi probari per argumentum in d. c. quando ergo, quoniam ex ipso elicitur Prælatum debere patienter sustinere impietates fieri, quando sine scandalo

cis

eis occurrere non possit. Idem probatur per text. in c. 2. §. super eo. ext. de noui ope. nunc. vbi refertur sententia Innocentij Tertij his verbis contenta, videlicet. [Super eo quoque non sufficimus admirari, quòd cùm viri Religiosi Monachi Cantuarieñ. qui omnia dimiserunt pro Christo, tot laboribus, & periculis personas, & res non dubitauerunt frequenter exponere, (quod nō fecissent, nisi cognoscerent præmissa respicere in graue Cantuarieñ. Ecclesiæ detrimentum.) Tu saltem pro vitando tam graui scandalo proximorum ab huiusmodi etiam tibi prohibitis non cessasti: cùm sacræ Scripturæ testimonio debueras didicisse, quòd licèt opera illa, quæ sine mortali peccato ommitti non possunt, non sunt pro vitando scandalo dimittenda: nec ea debeant pro scandalo vitando committi, quæ sine mortali peccato committi nō pñt ab his rñ, quę sine mortali peccato committi pñt, pariter & dimitti, sit pro scandalo vitando cessandum, & eis etiam pro vitando scandalo insistendum. Vnde Apostolus [Si scandalizatur frater, nō comedam carnes in æternum.] Et Dominus in Euangelio contra eos, qui scandali præstant materiam: [Væ (inquit) homini illi, per quem scãdalum venit. &c.] Et licèt maiorum scandalum sit vitandum, vitandum est etiam pusillorum, iuxta testimonium veritatis: [Qui scandalizauerit (inquit) vnum de pusillis istis, qui in me credũt, &c.] Finis ergo his taliter a te imponatur, quòd præteritæ contradictionis rebellio, per virtutẽ sequentis obedientiæ valeat expiari.] hæc ibi. Ex quibus quàm apertissimè elicitur veritas nostræ conclusionis, cùm reprehendatur Episcopus ille, qui cum scandalo pusillorum volebat fundare Ecclesiam quandam, & Canonicatum in solio dictorũ Monachorum ipsis inuitis: a quo opere pro huiusmodi scandalo vitando debuisset etiam cessare, si solium fuisset suum, & ibi ædificare non fuisset sibi aliquo iure prohibitum, quod innuere videntur verba illa [ab huiusmodi etiam tibi prohibitis] quasi voluisset Papa arguere à fortiori (vt ex contextu prædictorum verborum patẽtissimè elicitur.) Probatur & tertiò Doctorum infrascriptorum auctoritate. Alexan. enim de Ales in 2. par. q. 69. memb. 6. artic. 3. §. 1. circa finem in vers. si verò quæritur de scandalo generali infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Si verò quæratur de scandalo generali passiuo potest responderi, aut ex dimissione repetitionis non læditur libertas Ecclesiæ spiritualis; & tunc dimittendum est quod suum est, propter scandalum generale: hæc ille, ex quibus veritas nostræ conclusionis apertissimè probatur: Sanctus Thomas & ipse se subscripsit præsenti cōclusioni in 2. 2. q. 43. art. 8. in responsione ad quintum dicens. Scandalum, quod vitabat Apostolus 1. Corint. c. 9. seminans spiritualia, non accipiens stipendia temporalia, ne offendiculum daret Euãgelio Christi: ex ignorantia procedebat gentiliũ, qui hoc non consueuerãt: & ideo ad tempus abstinendum erat, vt priùs instruerẽtur hoc esse debitum. Et ex simili causa Ecclesia abstinet à decimis exigendis in terris, in quibus non est consuetum decimas soluere. hæc ille Sanctus, vbi supra, nec contra nostram conclusionem est id, quod ipsemet Sanctus ibidem in corpore dicti artic. 8. dixerat infrascriptis vtens verbis, videlicet circa temporalia bona distinguendum est. Aut enim sunt nostra, aut sunt nobis ad conseruandum pro alijs commissa: sicut bona Ecclesiæ committuntur Prælatis, & bona communia quibuscunque Reipublicæ Rectoribus: & talium conseruatio, sicut & depositorum imminet ijs, quibus sunt cōmissa ex necessitate. Et ideo non sunt propter scãdalum dimittenda, sicut nec alia, quæ sunt de necessitate salutis. hæc ille ibi, quæ quidem nullatenus nostræ conclusioni aduersantur si benè librentur: quoniam in nostra conclusione non diximus propter scandalum pusillorum vitãdum, tales personas teneri ad talia bona dimittenda omnino, & ad nunquam repetenda, sed ad non statim repetenda, stante scandalo prædicto pusillorum, sed q teneantur ad ipsa bona repetenda transacto dicto scandalo, postquam edocti fuissent de irrationabilitate eorum scandali, & quòd de nostra conclusione ibi non sit locutus Sanctus Thomas, elicitur ex verbis eiusdem paulò antè relatis, & clarius ex sententia eiusdem Diui Thomę paulò post recitãda, & Cardinalis Caietani ibidem interpretantis eiusdem Sãcti verba prædicta. Quapropter patet, quòd dictus Sanctus Thomas vbi supra voluerit docere, quæ debeat regulariter facere Prælatus pro bonis suæ Ecclesiæ exigendis. & Rector Reipublicæ pro bonis suæ fidei creditis: quod & nos negamus, nec aliquod verbum de hoc factum fuit in nostra conclusione. Sciendum ergo, quòd Diuus Thomas clarius se subscribẽs præsenti conclusioni in 4. sent. dist. 38. q. 2. artic. 3. quodl. 3. infrascriptis vtitur verbis, videlicet, sed de iusta repetitione rerum temporalium propter scandalum passiuum vitandum dimittenda: est distinguendum: quia quandoque licitè non potest dimittere quin repetat sine præiudicio alterius: vt cùm quis gerit curam rei alienæ, siue communitatis, siue alterius priuatæ personæ, & tunc peccaret desistendo a petitione, nisi de consensu illius, aut nisi timeret maius periculum imminere, quàm sit damnum illius rei. hæc ille Sãctus ibi, qui expressius hoc ipsum docuisse comprobatur in 1. 2. q. 96. artic. 4. his verbis vtens, videlicet. Quia sicut Augustinus dicit (in lib. 1. de libero arbitrio. c. 5. parum a principio tom. 1.) lex esse non videtur, quæ iusta non fuerit, vnde tales leges non obligãt in foro conscientiæ, nisi fortè propter vitandum scandalum, vel turbationem, propter quod etiam homo iuri suo debet cedere, secundum illud Matthei c. 5. [Qui angariauerit te mille passus, vade cum eo alia duo, & qui abstulerit tibi tunicam, da ei & pallium.] hæc ille Sanctus, cuius Dominicæ sententiæ interpretationem factam a Diuo Augustino, & eodem Diuo Thoma paulò ante retuli ad verbum. in principio probationis præsentis conclusionis. Vide ergo ibi. Ex quibus patuit ipsum Sanctum astipulatum fuisse præsenti nostræ cōclusioni, quod & fassus quoque fuit Cardinalis Caietanus in commentarijs 2. 2. q. 43. art. 8. cuius quidem sententiam, cum summopere memoriæ commendandam fore a Prælatis, & probet nostram conclusionem, mihi visum fuerit, icciro hìc ad verbum eam referre studui. Sciendum ergo, quòd ibi hanc protulit sententiam his uerbis contentã, videlicet. In eadem parte eiusdem articuli. Caueatur hæc sententia, scilicet quòd Prælati tenẽtur ad temporalia Ecclesiæ bona de necessitate salutis, &c. velamen fiat auaritiæ personarum Ecclesiasticarum. Et sub hoc peccatum, pauperes sine misericordia vexent repetendo bona Ecclesiæ post-

posito

& ad ſemper. Præcepta verò affirmatiua inducunt homines ad actus virtutũ. Actus aũt virtutum nõ quolibet modo fieri debent, ſed obſeruatis circũſtantijs, quæ requirunt ad hoc, ꝙ actus aliquis dici poſſit virtuoſus, vt. ſ. fiat vbi debet, & qñ debet, & ſm quòd debet. Et quia diſpoſitio eorum, quæ ſunt ad finem, attenditur ſecundum rationem finis: in iſtis circunſtantijs virtuoſi actus præcipuè attendenda eſt ratio finis, quæ eſt bonum virtutis. Si ergo ſit aliqua talis ommiſſio alicuius circunſtantiæ circa virtuoſum actum, quæ totaliter tollat bonum virtutis. hic actus contrariatur præcepto: ſi autem ſit defectus alicuius circunſtantiæ circa virtuoſum actum, qui non totaliter tollat bonum virtutis: licèt non perfectè attingat ad bonũ virtutis, non eſt contra præceptum. hęc ille Sanctus. Quapp patuit, ꝙ cùm repetitio bonorum Eccleſiaſticorum (vt ẽt docuit Caietanus loco paulò ante citato) ſit actus virtutis, & comprehendat ſub pręcepto affirmatiuo: indè conſequens ſit, vt non obliget aliquem, niſi concurrentibus circũſtantijs debitis, ex quib. dicta repetitio efficiatur actus virtutis: ac per conſequens, ꝙ nõ obliget ſtante ſcandalo puſillorum, ſed ſolũ illo tranſacto. & hoc eſt, quod intendebat nos docere Paludanus dicendo, ꝙ talia bona ſint repetenda ſaluis debitis circunſtantijs, ſcilicet ex quibus actus ipſe repetendi dicta bona efficiatur actus virtutis. Cùm ergo in terminis noſtræ concluſionis pareat, quòd repetitio talium bonorum ſtante ſcandalo puſillorum a Deo prohibito ſit actus vitioſus, & non virtutis. indè ſequitur nemini fuiſſe pręceptam huiuſmodi repetitionem in tali caſu, cùm non poſſit comprehendi ſub præcepto affirmatiuo, ſub quo ſolum actus virtutis, & actus a Deo approbatus, ac conceſſus comprehenditur. Ex quibus omnibus patet apertiſſimè Alexander de Ales Diuum Thomam, Scotum, Riccardum, Paludanum vnà cum ſequacibus ſuis ſe ſubſcripſiſſe præſenti noſtræ concluſioni. Gloſa quoque in dicto capitulo nihil. in verſic. nihil. his verbis ſe ſubſcripſiſſe præſenti concluſioni videtur, ſcilicet argumentum, quòd propter ſcandalum deſiſtendum eſt a iure ſuo, Glo. quoque in d. c. quando ergo. in verſ. quando, dicens, quòd ex hoc c. elicitur argumẽtum, ꝙ non nocet taciturnitas, quando non prodeſt contradictio. hæc ibi. & cùm contradictio repetendi excitet ſcandalum puſillorum (vt ſupponitur) & excitatio ſcandali ſit iure Diuino prohibita: indè ſequitur, quòd huiuſmodi contradictio repetendi dicta bona in caſu ſcandali fieri non debeat, & quòd in tali caſu tacenti vſque ad opportunum tempus taciturnitas non noceat, ac ſubindè conſequens ſit, vt dicta Glo. ſe ſubſcripſerit præſenti noſtrę concluſioni, Panorm. verò explicitè, & ferè ad litteram ſe ſubſcripſit pręſenti concluſioni in dicto c. nihil prodeſt. nu. 4. in verſic. quoad ſecundum. infraſcriptis verbis vtens, videlicet. Quo ad ſecundum dicerem, quòd ſi Prælatus veriſimiliter arbitratur, ꝙ ad tempus differendo recuperabit rem ſuam ſine litigio, non peccat ſuperſedendo. arg. in c. quando, 11. q. 3. hinc Apoſtolus. [Redimentes (inquit) tempus quia dies mali ſunt.] hæc ille Doctor. Didacus autem Couaruuias in regula iuris. Peccatum non dimittitur in prima par. relect. nu. 6. in verſ. nono a ſupradictis deducitur vera interpretatio textus in c. nihil cum ſcãdalo. ext. de præſcriptionibus, qui Doctor ad verbum ſe ſubſcripſit præſenti noſtræ concluſioni, qui idẽ docet ſi immineret ſcandalum malitioſum, ſeu Phariſeorum, ſi ex expectata repetitione bonorũ Eccleſiaſticorum ſperaret Prælatus bona illa recuperare. Felinus verò ſequitur ſentẽtiam Diui Thomæ vbi ſupra, ac per conſequens ſe ſubſcripſit præſenti concluſioni in d. c. nihil prodeſt. in verſ. trigeſimotertiò. & vltimò. Addens & hæc notabilia, videlicet, cuius dictum intellige, quãdo ex reſiſtentia, quæ fieret legi iniuſtæ reſultaret maius ſcãdalum, & maius malum, vt dicit Glo. Nicolai. in d. c. 5. Matthei: dat exemplum in Eccleſia, quę non repetit in terris, in quibus non conſueuerunt dari propter ſcandalum euitandum. Vnde prælegit læſionem talis damni ad euitandum periculũ maioris mali. Et ſi hoc facit Eccleſia, multò fortius debet facere vna ſingularis perſona ſecundum illam Glo. quam nota in hoc exemplo de decimis applicabili ad multa, quę Eccleſia tolerat. hęc omnia ad verbum ſunt Felini vbi ſupra, vbi enumerat 33. ſpecialia ad euitandũ ſcandalũ contra regulas iuris. ibi per te vide, qm̃ hic ea recenſere minus cõgruum eſſe putaui (licet ſciam eſſe notatu digniſſima) habita rõne tituli p̃ſentis q̃onis, ne viderer egredi rem aggreſſam. Probatur inſuper & quartò hac rõne, pręſens noſtra cõcluſio, videlicet. Cũ. n. nullus Pręlatus teneatur pro conſulendo bono tẽporali ſuæ Eccleſiæ ſalutis ꝓprię aĩæ pernitiẽ incurrere tranſgrediendo Diuinũ p̄ceptũ. iux. illud Dñi Ieſu apud Mattheũ. c. 19. verſ. 17. [Si vis ad vitã ingredi, ſerua mandata.] & illud apud eundem Mattheũ. c. 16. verſ. 26. [Quid. n. prodeſt homini, ſi mundũ vniuerſum lucretur, aĩæ verò ſuæ detrimẽtum patiat̃? aut quã dabit homo cõmutationem pro aĩa ſua.] Indè conſequens erit, ꝙ veriſſima ſit nr̃a concluſio, eo ꝙ aliqd facere cũ ſcandalo puſillorũ ſit graue peccatũ, & a Dño Deo prohibitum apud Matth. c. 18. verſ. 6. & 7. vt ſępius fuit dictũ, & probatum inſimul. Quo ergo ſtãte mortali peccato Pręlatus incurreret maximũ ſalutis detrimẽtum dicente Dño per os Ezechielis Prophetæ. c. 18. verſ. 21. [Aĩa, quę peccauerit ipſa moriet̃.] Cũ ergo tale quid repetere cũ ſcandalo puſillorũ Prælatis oĩb. ſit prohibitũ ſub tam incurrẽda in graui pęna a Dño Ieſu ſpõſo Sanctę Eccleſię, ac directo Dño bonorũ Eccleſiaſticorũ impoſita, vt patet ad ſenſum (cùm eiuſdem Dñi Ieſu intuitu, & amore illa a fidelib. donata, ac legata fuerint Eccleſijs.) Conſequẽs ſit grauiter errare Prælatos miniſtros Eccleſiarum, & ipſius Dñi Ieſu, non ſeruando contenta in noſtra concluſione, cùm tali pacto tranſgredi fines mandati ipſius Domini Ieſu (cuius ſunt miniſtri, & mandatarij) comprobentur, aliquid repetentes, cum puſillorum ſcandalo.

Et q̃uis noſtra hęc cõcluſio fuerit multis medijs comprobata veriſſima. Nihilominus poſſet qs inſurgendo contra eam probare ipſam falſam triplici medio, eo ꝙ ommiſſio repetitionis bonorũ Eccleſiaſticorũ ſit peccatum mortale, ad quod euitandum omnes tenentur de neceſſitate ſalutis a quo incurrendo non excuſatur aliquis propter ſcandalum aliquod ipſorum, qui bona eccleſiaſtica iniuſtè detinent, quod (vltra auctoritates paulò poſt afferendas) ſuo exemplo nos docuit Diuus Thomas Cantuarienſis Archiepiſcopus, qui potius exilium, totq́ue perſecutiones in propria, & in conſanguineorum, ac affinium perſona, atque mortem ipſam æquanimiter ſuſtinere voluit;

quàm à bonorum, ac iurium Ecclesiæ suæ repe-
titione cessare: animaduertendo ad hoc se teneri
sub præcepto Diuino, ac pœna peccati mortalis
aliàs incurrenda. Quapropter tali exemplo muni
tus contra nostram conclusionem posset quis (vt
diximus) triplici iaculo ipsam aggredi; & primò
per textum in c. in canonibus 16. q. 1. in quo recen
setur sententia Symmachi Papæ, his verbis con-
tenta, videlicet. [Valde iniquum, & ingens sa-
crilegium est, vt quæcunque, vel pro remedio
peccatorum, vel salute, vel requie animarum
suarum vnusquisque venerabili Ecclesiæ contu-
lerit, ab his à quibus hæc maximè seruari con-
uenit, idest Christianis, & Deum timentibus ho-
minibus, & super omnia à Principibus, & primis
regionum in aliud transferri. Iniquum esse cense-
mus, vt custodes potius cartarum, quàm defenso-
res rerum creditarum (vt præceptum est) iudice-
mur.] hæc ibi, inter alia habentur. Ex quibus vi-
detur colligi Prælatos mortaliter peccare, si tm̃
sint custodes cartarum, scilicet instrumentorum,
quorum virtute retinent Ecclesiæ dominia, ac iu-
ra sibi collata, & illis solùm cõtenti nõ se exhibẽt
peruigiles custodes ipsorũ iurium Ecclesiastico-
rum, illa non repetendo. Idem vr̃ probari per de-
cretũ sacri Concil. Trident. in sess. 22. de reform. c.
11. [in quo excõicationis Sũmo Pontifici reserua
tæ mucrone feriunt oẽs cuiuscunq; dignitatis lai-
ci, & clerici occupantes bona Ecclesiastica, vel oc
cupantib. consentientes: etsi tales, clerici sint, ipso
iure sint priuati beneficijs illucusq; obtẽtis, & ad
alia obtinenda sint inhabiles, & a suorũ ordinum
exequutione (ẽt post prædictorũ satisfactionẽ, &
absolutionẽ) arbitrio Ordinarij sint suspensi:] sed
notandũ ꝙ dictã impugnationem nostræ conclu-
sionis probari d. Canone iccircò dixi: qm̃ consen
tire videñt occupantib. bona, & iura Ecclesiastica
non repetentes ea. Secundò eadẽ impugnatio ꝓ-
bari vr̃ auctoritate diui Thome in 2. 2. q. 43. art. 8.
infrascriptis verbis vtentis, videlicet. Sed contra
est, ꝙ B. Thomas Cantuariensis repetijt res Eccle
siarũ, cum scandalo Regis. Respondeo dicendũ, ꝙ
circa tẽporalia bona distinguendũ est. Aut. n. sunt
nr̃a: Aut sunt nobis ad conseruandũ pro alijs com
missa: sicut bona Ecclesiæ committuntur Prælatis,
& bona cõia quibuscunq; Reipublicæ Rectorib.
& talium conseruatio (sicut depositorũ) imminet
ijs, quib. sunt commissa ex necessitate. & ideo nõ
sunt ꝑ scandalum dimittenda, sicut nec alia, quæ
sunt de necessitate salutis. hæc ille Sanctus eadem
impugnatio nostræ cõclusionis probari vr̃, & hac
rõne, videlicet vt euitentur nonnulla absurda, quę
orirentur indè, si cõclusio esset vera, & amplecten
da. Primũ quorum est, videlicet. Si essent dimittẽ-
da bona, ac iura Ecclesiastica iniustè ea occupan-
tibus pro vitando imminente scandalo eorum se-
queretur hæc absurda. Primum quorum est, ꝙ om
nia ferè Ecclesiastica bona, ac iura ab improbis fu
rib. impunè posset quam facillimè depredari. Se-
cundum laxarentur habere impijs, vt in dies tali
occasione sumpta peiores euaderent, latrocinijs,
ac sacrilegijs operam nauando, quorum tñ fomes
restringitur eo ipso, ꝙ sciunt ab ijs eadem repeti
posse, nec non & ab ijs ẽt quocumque titulo trãsla
ta fuerint, nisi illi essent bonæ fidei possessores, &
iam stante bona fide præscripsissent contra veros
dños, vel Ecclesias ipsas, vt habetur per iura sub ti
tulo de præscriptionib. contenta. Tertiũ, ꝙ Præla
ti, seu quęcunq; personæ Ecclesiasticæ infirmi, &
non ita perfectè mortificati, & ad cęlestia bona
possidenda anhelantes, quàm facillimè despera-
rent, si crederent sibi non licere repetere bona tẽ-
poralia, (quibus vtcunque sustentantur) de manu
iniustè rapientium ea, qñ scandalum ipsorũ indè
immineret, eo magis, ꝙ temporalia bona fuerunt
Ecclesijs a fidelibus relicta, ac legata ad susten-
tationem personarum Ecclesiasticarum deser-
uientium in ipsis Ecclesijs, & ad eorum solamen
ac consolationem, quod videtur innuisse Salomo
nem in Canticis Canticorum, c. 2. versic. 6. dicen-
do [Leua ei' sub capite meo, & dextera illius am
plexabitur me.] Nam vt docuit Alexander de
Ales in 3. par. q. 10. memb. 2. in respõsione ad quar
tum, Per leuam designantur ista inferiora, quæ no
mine terræ designantur in sacra Scriptura. Per
dexteram verò Cœlum, & cęlestia. Quod quidem
altius perpendens Bonifacius Octauus consulens
bono publico, & priuato. Nam volens consulere
(inquam) bono publico statuit id, ratione cuius
delicta non remanent impunita; bono priuato
consuluit statuendo id, ex quo bonum priuatum
souetur, & libido perturbandi bonos, & pacificos
restringeretur, & timoratæ conscientiæ Prælato-
rum consuleretur, & hoc fecit quando constitu-
tionem infrascriptam edidit in c. Prælatis. de ho
mic. in sexto, infrascriptis verbis vtens. [Prælatis,
vel clericis quibuscunque, qui de laicis suis male-
factoribus quærelam penes secularem Iudicẽ de-
ponentes petunt emendam sibi fieri, & prouido-
ri ne contra eos talia de cętero præsumãtur, pro-
127 testando † expresse, quòd ad vindictam, seu pę-
nam sanguinis non intendunt imputari non de-
bet, quamuis aliàs in tali casu de iure debeat pœ
na sanguinis irrogari: si Iudex mortem illis infe-
rat, iustitia exigente. Alioquin si Prælati, aut cle-
rici propter metum huiusmodi, quia Iudex ad pœ
nam sanguinis posset procedere de suis malefa-
ctoribus taliter conqueri non auderent, daretur
plerique materia trucidandi eosdem, & ipsorum
bona liberè depredandi.] hæc ibi. Quartum absur
dum, quod indè oriretur, est, quòd zelus iustitiæ
absorberetur, quod quidem maximum esset ma-
lum, eo magis, quòd zelari iustitiam omnibus li-
ceat, & sit opus in se meritorium, vt nos docuit
Dominus Iesus in Euangelio apud Mattheum. c.
5. versic. 10. dicens [Beati qui persecutionem patiun
tur propter iustitiam, quoniam ipsorum est Re-
gnum Cœlorum.] & paulò antè iam dixerat ipse
Dominus Iesus, scilicet in versic. 6. [Beati, qui
esuriunt, & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi satura-
buntur.] quo quidem sancto zelo iustitiæ agita-
tus, Sanctus Thomas Archiepiscopus Cantuarien
sis, repetijt bona Ecclesiæ suæ à Rege illo Anglo-
rum: nec eius, & eum sequentium palliuum scan-
dalum indè euenturum à repetendo bona, & iura
Ecclesiæ per ipsum iniustè occupata à dicta repe-
titione compescuit, qui quidem Sanctus Thomas
quasi alter Phinees (vt in libro Numeri cap. 25.
habetur) qui zelo iustitiæ ductus perfodiendo in-
terfecit virum Israelitam coeuntem cum Madia-
nitide gentili propter transgressionem Diuini prę
cepti factam a dicto viro Israelita, & tamen ipse
Phinees animaduertere poterat illos perituros
fore in anima, & in corpore, eo quòd in ipso a-
ctu peccati mortalis interficiebat illos. Ex his,
& similibus igitur videtur probatam fuisse con-
clusio-

fuisse conclusionem falsam, & impugnationem ipsius veram, & veris fundamentis innixam: ac per consequens, quod repetitio bonorum, ac iurium Ecclesiasticorum procurari debeat, non obstante scandalo possidentium ea iniustè. Quintum & vltimū absurdū, quòd oriretur si vera esset conclusio, est, quòd pax Ecclesiæ temporalis (quæ vtique summoperè appetenda est) propter pacem spiritualē, quæ ex ea sequi assolet, per quam vacat Ecclesia ipsa legi Dei, & Diuinis obsequijs perturbaretur, & tamen quis ignorat exoptandam fore ab omnibus Christi fidelibus dictam pacem, cùm pro ea obtinenda a Deo orandum nobis fore monuerit ipse Propheta Psal. 121. vers. 6. dicens [Rogate quę ad pacem sunt Hyerusalem, & abundantia diligētibus te.] Ex his ergo omnibus allatis hucusque contra nostram conclusionem videtur eliciendū fore, quòd ipsa non fuerit vera, ac per consequēs nec amplectenda, immo potius contemnenda.

His verò contra nostram conclusionem allatis nō obstantibus, adhuc, & meritò dicimus nostrā conclusionem fuisse, & esse verissimā: nec per adducta aliquid probari contra ipsam, vt elicitur quod apertissimè tum ex dictis supra in probationē ipsiusmet nostræ conclusionis (enim ibi tacitè fuerit responsum omnibus obiectionibus factis: tum ēt, quia ex allatis in probationem impugnationis (si benè ipsa librata fuerint:) nihil aliud elicitur, quod concessio, vel voluntaria dimissio bonorum, ac iurium Ecclesiasticorum in manu illorum, qui ea iniustè occupauerant, fit prohibita, & iniqua: & pro scandalo phariseorum vitando postquam patienter aliquod tempus fuerit expectata eorū conuersio, & emendatio, quod liceat ipso non obstante repetere bona, ac iura Ecclesiastica: quod nos nūquam negauimus in allatis hucusque. imò expressè asseuerauimus, dum interpretati fuimus sententiam Diui Thomæ, & Riccardi afferentium exēplum de Sancto Thoma Archiepiscopo Cātuarien si, cùm iccircò laudetur de repetitione bonorum, ac iurium Ecclesiasticorum: quia iam expectauerat patienter restitutionem ipsorum faciendā per Regem Angliæ post tot præces pro hoc obtinendo emissas, & rationes redditas dictę repetitionis: post quas rationabiliter desperauerat de restitutione facienda sibi post expectationem alterius temporis: quę omnia non fuerunt supposita in terminis nostræ conclusionis, immo his cōtraria: scilicet quòd per dilationem repetitionis ipsorum bonorum cessaret scandalum pusillorum, & quòd paulò post repetitio fieri posset sine scandalo tali, & cum pace vniuersali. & per hæc patet responsio ad impugnationem nostrę conclusionis, & ad eius fundamenta, quibus inniti, ac probari videtur prima fronte ipsamet impugnatio. & sic Deo Optimo Maximo fauente absoluimus præsentem quæstionem quotidianam, & memoriæ commendandam ab omnibus Prælatis, & iudicibus, munus suum iustè exequi exoptantibus.

SVMMARIVM.

1 *Pęnarum genera in sui prima diuisione dicuntur esse duo, & quæ, & earum species enarratur.*

2 *Pęnarum species, quæ antiquitus erant in vsu, & modo recesserunt ab Aula, hic enarrantur, & adduntur nonnullæ, quæ in locum ipsarum fuerunt subrogatæ.*

3 *Delicta, seu crimina assolent committi altero ex quattuor modis.*

4 *Aborsum, seu abortum procurans de iure communi venit puniendus indistinctè pęna mortis.*

5 *Aborsus vnde dicatur.*

6 *Aborsus in quo differat ab abortu propriè loquendo.*

7 *Iudicibus ritè, & rectè volentibus punire pęnis debitis procurantes abortum, quid eos ponderare, & inquirere opus sit.*

8 *Organizatio corporis humani quot dierum circulo in vtero fiat tam loquendo de maribus, quàm de fęminis, & erit memorię imprimendum.*

9 *Organizatione Corporis Domini nostri Iesu Christi nō fuit seruatus ordo supradictas naturalis. & quare.*

10 *Infans vnusquisque in vtero existens, quomodo paulatim formetur quoad ipsiusmet augmentum, alio modo & doctrina elegantiori traditur.*

11 *Mulier procurans abortum proprij fętus ipso sequuto plectenda erit pęna mortis.*

12 *Auus occidens nepotem, qua pœna venit puniendus. & quare.*

13 *Præparans mortem ipsa sequuta iis, qui comprehēdentur appellatione parricidij qua pęna sint puniendi.*

14 *Impugnatur verissima supradicta nostra conclusiō multis medijs.*

15 *Responsio ad auctoritatem iuris Diuini in lib. Exodi c. 21. & eius vera interpretatio.*

16 *Responsio ad leges Imperatorias contra nostram conclusionem allatas, et earum vera interpretatio, & ad Manaclem responsio.*

17 *Mulieri infirmæ quādo licebit procurare aborsum proprij fœtus inanimati.*

18 *Mulier prægnans si dando operam rei licitæ abortum patiatur, non subiacebit supradictæ pęnæ, & exemplificatur. & quare.*

19 *Conscij omnes cooperantes in procuratione aborti, si consanguinei sint eadem pęna qua ipsa puerpera: si verò extranei pęna l. Cornel. de siccar. plectendi erunt, & quare.*

20 *Fictio requirit extrema habilia, scilicet in genere suo, et non in casu illo, de quo loquimur, & quare. & exemplificatur.*

21 *Puniendus quando quis sit pro sola scientia criminis committendi, si illud non reuelauerit. & quare.*

22 *Sciens delictum aliquod committendum, & non reuelans, eo quis non poterat ipsum probare de iure, in nullo casu veniret puniendus.*

23 *Extraneus tacens parricidium committendum, ipso postea sequuto, quare veniat puniendus maiori pęna, quàm si ipse proprijs manibus patrē illius occidisset.*

24 *Crimine parricidij præstans opem per factam remotam punitur, vt principalis, & quare. & multipliciter exemplificatur.*

25 *Mandator tam primus, quàm secundus homicidij eadē pęna punietur.*

26 *Adulteram prægnantem cui, & quando impunè erit licitum occidere de iure ciuili, & quare.*

27 *Deprehensus cum adultera in adulterio quis sit dicendus a marito, vel a patre, vt marito, vel patri liceat eos occidere, & non alijs, et quare.*

28 *Adulterij præludia quæ sint.*

29 *Articulanda, et quæ necessariò probanda sint pro liberatione patris, vel mariti interficientis filiam, vel vxorem adulteram.*

30 *Incontinenti aliquid facere quando quis dicatur loquendo de re, quam alicui facere incontinenti liceret, & non in alio tempore.*

De pœnis in genere, & in specie.

Vtrum pœna ordinaria statuta contra procurantes aborsum extendatur ad licitè percutientes, vel interficientes puerperas, ex quibus sequatur aborsus,ac mors fœti existentis in vtero ipsius prægnantis percussæ.

QVAMVIS pęnarum genera,& multiplicia sint,tamen in sui prima di
1 uisione dicuntur esse duo, † Nam aliæ pęnæ dicũtur corporales,aliæ non corporales.Corporalium autem pęnarum duæ sunt species, nã aliquæ dicuntur capitales, aliæ verò non capitales. Corporalium pęnarum verò (secundum modernum vsum loquendi) duæ sunt species;nam aliquæ pęnæ corporales dicuntur illę, quæ inferunt mortem naturalem: aliquæ autem citra mortem. Genera verò pęnarum per quas mors naturalis imponitur multa sunt,videlicet. Pęna parricidij,pęna ignis,laquei,seu furcarum,gladij,seu amputationis capitis. Pęnæ verò corporales citra mortẽ sũt,videlicet pęna amputationis alicuius mẽbri, pęna triremiũ, fustigationis, relegationis, deportationis,exilij,torturę,degradationis,& aliarum nonnullarum,de quibus latius infra sermo erit sigillatim. Attamen si distinctius voluerimus procedere dicemus,quòd pęnarum alia dicitur Diuina,alia humana: Humana verò pęna alia dicitur iudicialis, & introducta de iure Canonico, seu Pontificio,alia iudicialis,& introducta de iure ciuili,seu Imperatorio; pęnæ verò iudiciales introductę de iure ciuili,seu Imperatorio sunt octo:seu altero ex octo modis infligi contingit,Primò,cõfiscando omnia bona,vel partem ipsorum.Secundò,mulctando.Tertiò,carceri perpetuo mãcipando.Quartò,torquendo in pęnam alicuius paruuli delicti.Quintò,fustigando.Sextò,pęna talionis plectendo.Septimò,infamem declarando per sententiam,Octauò,exilio,vel relegationis adicẽdo. Nonò, seruituti perpetuæ, vel temporariæ subijciendo.Decimò,membrum abscindendo. Vndecimò,triremibus perpetuò, vel ad tempus damnando.Duodecimò, capitis obtrũcationi subdendo.Tertiodecimò,igne comburendo.

Animaduertendum tñ, ꝙ multæ aliæ species pę-
2 narum erant antiquitus in vsu,† q̃ modo recesserunt ab aula curiali. Quapp etsi a iure cõi impositæ certis quibusdam criminibus reperiantur: & sunt,videlicet.Prima damnatio ad bestias. Secunda,Præcipitatio de saxo Tarpeio, vel alio simili, Tertia,Interdictio aquæ, & ignis,Quartò, Damnatio ad metallum,siue ad opus metalli.Quinta, Deportatio.Et ne allucinemur arbitrantes, quòd loco dictarum pęnarum non successerint alię,quę vsu ipso Curiarum fuerint receptæ. Sciendum,ꝙ vt etiam docuit Iulius Clarus in sua praxi crimin.quæst.67.

Primò loco pœnę damnationis ad bestias successit decapitatio naturalis, vt dicunt Ang.in l.1. §.legis Corneliæ.num.1.ff.ad l.Cornel. de siccar. quem sequitur Marsil. in l.prima, §. penultimo, num.3.

num.3. verſ. & ſubdit ipſe Angelus. ff. ad l. Cornel. de ſicar. & Carrerius in ſua praxi titu. Pro homicidio, incip. Circa ſecundum iuxta legem Moyſi. numero quinto, verſic. Angel. in d. l. 3. §. fin. ff. de ſicar. vbi dixit.

Secundò loco pęnę pręcipitàtionis nulla alia ſucceſſit, eo q̃ fuerit ſublata ab ipſomet iure Imperatorio, ſcilicet per text. in l. ſi diutino. in fine. ff. de pęnis. vbi hæc habētur, videlicet. [Nō poteſt quis ſic damnari, vt de ſaxo præcipitętur.] hæc ibi, quā conſtitutionem ipſa conſuetudo, & vſus curialis approbauit. vt teſtatur Iulius Clarus in ſua praxi crim. q. 67. verſ. item præcipitatio.

Tertiò loco interdictionis aquæ, & ignis annis elapſis ſucceſſerat deportatio, vt docet textus in l. peculatus pœna. ff. ad leg. Iul. pecu. vbi dicitur [Peculatus pœna, aquę & ignis interdictionem, in quam hodie ſucceſſit, deportatio cōtinet.] hęc inter alia ibi. Dixi annis elapſis, quia hæc noſtra tempeſtate nec deportatio eſt in vſu, vt docuit idē Iulius vbi ſupra, & paulò inferius dicemus latius & probabimus.

Quartò damnatio ad metallum, ſeu ad opus metalli, & ipſa receſſit ab aula curiali hodie. Nā etiam in foro ſeculari ipſa non eſt in vſu, vt docuit Mātua in l. tranſigere. poſt nu. 5. C. de tranſactio. cuius pœnæ loco hodie ſolent rei damnari ad triremes perpetuò, vel ad tempus, vt docuerunt Iulius Clarus vbi ſupra, & Capitius in deciſione ſacri conſil. 104. & 153. num. 3. quem ſequitur Ludouicus Carrerius in ſua praxi crim. in cap. incipien. Circa quartum & vltimum, num. 8. verſic. multoties verò ſolent. quos etiam retulit Apoſtilla ad Afflictum ſuper tertia par. conſtit. regni, ſub numero quinto. Idem docuit Milleus in ſua praxi in tract. pœnarum citra mortem, num. 3. verſ. prima pęna eſt.

Quintò eſt ſeruitus, attamen dicit Iulius Clarus vbi ſupra, q̃ iſtę pęnę per quas imponitur perpetua ſeruitus (iuxta doctrinam Bal. in l. incredibile. num. 3. C. de pęnis.) hodie non ſunt in vſu, & loco earum ſucceſſit pęna carceris perpetui: addit tamen ipſe Iulius, quòd hoc de iure Canonico poſſet procedere: ſed de iure ciuili magis ſibi placet, quòd ſucceſſerit pœna triremium. Attamen Ang. in l. 1. C. de pęnis: quòd poteſt quis damnari ad operandum Reipub. in perpetuum, & ſubdit ſe vidiſſe Romæ quendam damnatū ad perpetuò exercendum officium carnificis damnatorum: etſi Iulius addat ſe nunquam vidiſſe in practica fieri huiuſmodi condemnationes.

Sextò. Deportatio apud leges digeſtorum, & Codicis frequentiſſimè impoſita reperitur: tamē poſt multam diſcuſſionem, & varias Doctorū ſententias relatas a Iulio Claro in ſua praxi crim. quæſt. 67. verſ. deportatio etiam. concludit, quòd circa hoc, an ſcilicet, ſit in vſu necne, & quæ pęna loco eius ſubrogetur nō poterit dari certa doctrina, ſed vbi non eſt in vſu, Iudex poſſet imponere aliam pęnam citra mortem, conſiderata qualitate delictorum, & delinquentium.

Relegationis etiam pœna iure veteri frequentiſſimè imponebatur, huius autem loco hodie in foro ciuili imponitur exilium, ſiue confinatio, ſed ſecundum Canones, etſi ſecundum aliquos non ſit in vſu, tamen contrarium ſeruatur in curijs, eo quòd imponatur pœna exilij loco relegationis. Et hæc ſatis ſint pro ſimplici informatione pœnarum introductarum de iure ciuili. Tranſeamus modò ad enarranda genera pœnarum, quæ ſunt introductæ de iure Canonico.

Sciendum ergo, quòd pœnæ iudiciales introductæ de iure Canonico ſunt in triplici differentia (vt docuit Hoſtienſis in ſumma. §. quot ſint ſpecies. ſub titu. de pœnis.) Nam aliæ dicuntur perſonales tantùm, aliæ reales, in odium tamen perſonarum, & aliæ mixtæ.

Pœnæ verò perſonales tantùm ſunt excommunicatio, ſuſpenſio, interdictum particulare, depoſitio, infamia, detruſio, incarcerario, fuſtigatio, characteris impreſſio, ſeruitus priuilegij clericalis denudatio, curiæ ſeculari facta expoſitio, & (impropriè aliquatenus loquendo) irregularitas, nam etſi a Doctoribus nuncupetur impedimentum Canonicum, quo quis impeditur ab aſſequutione, & exequutione Sacramenti Ordinis, quod aliquando incurritur ſine propria culpa, quæ videtur requiri regulariter ad incurrendam pœnam: tamen quia ſæpe incurritur propter præcedentem culpam, vt puta, propter celebrationem in excommunicatione, vel propter cooperationē iniuſtam in homicidio. De his ergo pœnarum ſpeciebus ſermo prolixior infra loco ſuo, & gradatim habebitur, vt peroptimè docuit Hoſtienſis in ſumma, vbi ſupra.

Pœnæ autem reales in odium tamen perſonarum inductæ a iure Canonico ſunt, Beneficij priuatio, vel ſuſpenſio omnium bonorum, confiſcatio, pecuniæ mulctatio. iuxta ſententiam Hoſtienſis vbi ſupra.

Pœnæ autem mixtæ introductæ de iure Canonico dicuntur illæ, quæ partim ſunt perſonales, & partim reales eo quòd participāt de vtriſque, & ſunt infraſcriptæ, videlicet. Relegatio, ſeu exilium perſonalis, interdictum generale alicuius terræ, abſolutio vaſallorum a fidelitate iuris patronatus priuatio. Reliquiarum extractio de aliqua Eccleſia, & multæ aliæ, de quibus latius loco ſuo, cùm de raptoribus, hæreticis, ſciſmaticis, & alijs huiuſmodi criminoſis erunt infligendæ. Hoc etiam Hoſt. docuit vbi ſupra.

Pœnæ verò introductę de iure Diuino exequendæ in iudicio forenſi dicuntur illę, prout docuit Albericus de Roſatis in ſuo dictionario vtriuſque iuris, in verſ. pęna.

5 Pręmitto quoque quòd crimina † ſeu delicta pro quibus veniunt pœnæ imponendæ altero ex his quattuor modis, videlicet facto, dicto, conſilio, & ſcriptura: ſeu facto proprio mandato conſilio, vel auxilio, & ſcriptura, ideſt teſtificando falſum propter quod quis occiditur. Veniamus autem ad concluſiones.

4 Prima concluſio ſit. Aborſum † ſeu abortum procurans venit puniendus pœna mortis, vt docere videtur textus in l. Cicero. ff. de pęnis: ſed an hoc ſit ſimpliciter, ac indiſtinctè verum examinandum erit vna cum ethimologia vocabuli, vt ad veritatem deciſionis præſentis quęſtionis pertingere poſſimus. Sciendum ergo, quòd Abor-
5 ſus † eſt nomen verbale, ſeu participale deſcendens a verbo abordior, quod eſt compoſitum a præpoſitione ab, & verbo ordior, ordiris, quod denotat texere: Quapropter hic terminis aborſus methaforicè ſumptus, denotat extinctionem, ſeu interitum fęti in corpore matris cōcepti, antequam ordita, ſeu texta, vel organizata fuiſſent

membra ipſius infantuli, ſeu feti concepti in vtero matris ſuæ in primis menſibus eius conceptionis. Hinc memoriæ comendandum eſt, quòd etſi communiter, ac paſſim Doctores indiſtinctè his terminis vtuntur vſurpantes pro abortu aborſum, & è côtra: nihilominus propriè loquentes, vt decet, in materia ſtricta, vt eſt pœnalis, ipſi termini inter ſe ſummoperè differant, eo quòd aborſus
6 † denotat (vti diximus) extractionem feti mortui in corpore matris exiſtẽtis factam in primis diebus huiuſmodi conceptionis ipſius: Abortus verò poſtquam organizatum fuerat corpus, & infuſa a Deo anima rationalis: & hoc patet etiam ex ethimologia ipſius vocabuli, ſcilicet abortus: cũ deſcendat à verbo aborior, ideſt anterior, ideſt poſtquam corpus feti fuerat organizatum, & animatum anima rationali, ante tamen eius ortum, ſeu antequam fuerat in hanc lucem editus a natura, extinctum fuit. Vnde animaduertere debent
7 Iudices † in puniendis procurantibus aborſum, vel abortum, cum verè nunquam procurans aborſum propriè loquendo dici poſſit homicidium commiſiſſe, benè tamen procurans abortum. Quapropter inſpiciendum eſt corpuſculum feti: Nam ſi organizatum apparet, proculdubio tunc homicidium fuit perpetratum, & per conſequens pœna homicidij plectendus erit, qui ipſum procurauit: ſed ſi non appareret organizatum, tunc proculdubio non veniret puniendus pœna homicidij ordinaria: ſed ſi corpuſculum non reperitetur, tunc ſtandum eſſet depoſitioni teſtium deponentium de tempore conceptionis, ſeu de die quo venter mulieris huiuſmodi apparuit tumidum: ſic computandum eſſet (iudicio mulierum hanc experientiam habentium) a die quo ipſis videtur intumeſcere ventrem puerperæ, ſeu concipientis, vſque ad diem perpetrati aborti, vt ſic apparere poſſit, an talis mulier, vel alter qui procurauit abortum veniat plectendus pœna homicidij, necnè: Attamen pro maiori intelligentia noſtræ deciſionis mox probandæ, erit animaduertendum,
8 quòd organizatio † corporis humani fit ſecundum Medicos, ac Phyſicos circulo horum dietũ, diuerſo tamen modo in organizatione maſculorum, & fœminarum. Nam poſt maris fœmineq́ue carnalem commixtionem, ac conceptionem, ſemen virile a matrice mulieris receptum, ac retentum lactis, aut ſpumæ formam accipit ſpatio ſex dierum: poſt vero alios tres dies, ideſt nono die a die conceptionis incipit formatio linearum, ſeu veſicularum ex ipſo lacte, ſeu ſemine virili: & poſt alios ſex dies, ideſt in decima quinta die, a die conceptionis oĩa prædicta accipiunt formam ſanguinis. ac in ipſum ſanguinem conuertuntur: poſt autem duodecim alios dies, ideſt vigeſima ſeptima die a die conceptionis illa ſanguinitas, ſeu totus ille ſanguis in carnem conſolidatur, & extenditur humiditas nuchæ. At poſt alios nouem dies, ideſt in trigeſima ſexta die a die conceptionis ſeparatur caput ab humeris, ita vt demũ poſt alios quattuor dies, ideſt in quadrageſima die a die conceptionis computando ſingula feti membra ſigillatim poſſunt diſcerni: tunc ſit organizato corpore infantuli infunditur anima rationalis a Deo Optimo Maximo, poſt quam infuſionem ſi quis puerperam abortiri fecerit dicendus erit verus homicida, vt communiter dicunt Doctores, ſed an per conſequens veniat puniendus omnibus pœnis, quibus ſubiacent cęteri homicidæ in ſubſequentibus concluſionibus patebit. Et animaduertendum, quòd ſupradictum ſpatium dictum in organizatione virorum ſolùm habet locum, non autem fœminarum, cùm circa ipſam varia reperiatur Phyſicorum ſententia. Nam alij aſſeruerũt, quòd anima rationalis infundatur in ipſis poſt quadraginta quinque dies, ac per côſequens organizatio corpuſculi ipſarum fiet ſpatio quadraginta quinque dierum, alij poſt octoginta dies computandos a die conceptionis. Attamen quicquid ſit, ſufficiet nobis pro certo ſcire, quòd organizato corpuſculo anima rationalis ſtatim infundatur, & tunc incipiet fętus ille dici homo, & non antea, ac per conſequens tunc procurans abortum dicendus erit homicida propriè, & non antea, & in hoc concordant omnes Doctores infra citãdi in præſentis caſus deciſione: & notandum, ꝙ ſupradictus ordo organizationis ſeruatus a natura ordinariè fuit ſemper, præterquam in organizatione corporis Domini noſtri Ieſu Chriſti. Nã vt docuit (inter alios ſacros Theologos) Diuus Thomas Aquinas in 3. par. q. 33. art. 2, in corp. articuli, & in reſp. ad tertium huiuſmodi modus, ſeu ordo naturalis organizationis in corporis Domi-
9 ni nr̃i Ieſu organizatione † nõ fuit ſeruatus. Nam organizatio ipſius Sanctiſſimi Corporis in vtero Sanctiſſimæ Matris ſuę perfectè inſimul in eodem primo inſtanti Conceptionis ſuæ fuit facta, & hoc propter infinitatem virtutis agentis, ſcilicet Dei Omnipotentis. Sciendum eſt inſuper, ꝙ traditur a Paulo Ghirlãdo (in tract. de ſortilegijs in c. 13. in princip. Decimotertio proſequendo materiam poculorum in verſ. deinde ponit, qui tract. eſt infra tractatus criminales) notabilis, & pulchra doctrina circa partus genituram, formationẽ, & augumentum, & de illius ortu. Dicit enim ꝙ vnuſquiſque
10 † infans a principio ſuæ creationis; dum primò incipit generari, vſque ad diem ſui ortus recipit fomentum, & influẽtiam ab omnibus ſeptem Planetis, quorum vnuſquiſque ſingulo menſe ſui ſyderis gratiã naturaliter operatur in ipſo infante in ipſo vtero matris iacente, ſecundum quam paulatim infans recipit augumentum, ita ꝙ deuenit ad perfectionem ſuam, & venit ad lucem. Primo. n. menſe regnat Saturnus, qui eſt frigidus, & ſiccus, & inimicus vitæ humanæ, quæ conſiſtit in calido, & humido, & iſtius ſyderis, ſeu planetę natura eſt, ſperma viri de recenti effluxum in ventré matris, quod adhuc liquidum eſt vnà cum ſpermate mulieris inſimul coagulare, & inſpiſſare, ita ꝙ poſſit recipere formã, & adeo fortiter illud perſtringit coagulando, ꝙ reducit illud tanquam in maſſam paſtæ, quo ſic in vnum coagulato, fit paulatim extenſio, & formatur primò caput, deinde alia mẽbra, adeo ꝙ trigeſimo die completo côiter infans ſolet habere formã ſuam perfectam. Secundo menſe venit Iupiter, qui eſt calidus, & humidus amicus vitæ humanæ, & inimicus mortis, & infantem ipſum, quem formatum reperijt, extendit, & auget, quos verò inuenit nondum eſſe bene formatos, illorum formas complet mirabili gratia & fortuna, quod euenire ſolet, quandoque propter debilitatem matris, & hinc eſt, ꝙ mulieres iſtæ ſolẽt côiter ſecundo menſe ſentire infantẽ in vtero cômoueri. Tertio mẽſe Mars ſuccedit, q eſt calidus, & ſiccus vt ignis, & iſte ſimiliter fert opem augumẽto partus, illas humiditates, quas reperit ex re-

ſiduis

fiduis fyderis Iouis deficcat, & incumbit augumento pueri. Quarto deinde mense venit Venus, quæ est frigida, & humida vt aqua, & ipsa similiter temperat superfluas caliditates ignitas præcedentis fyderis. Quinto mense fuccedit Mercurius. Sexto fol. Septimo Luna & vnumquodque fydus procedit proportionabiliter fecundum eius naturam in augumentum ipsius infantis. Completo igitur feptimo menfe curfus iste fydereus reuertitur iterum ad primum, quod Saturnus, qui regnat, & operatur octauo menfe. Deinde ad Iouem, qui venit nono menfe, postea ad Martem, qui decimo menfe venit: & fic de fingulis fucceffiue. Et hinc est, quòd infans, qui nafcitur feptimo menfe viuit: eo quia nafcitur fub fydere Lunę vitæ humanæ compatibili: & quia tunc infans dicitur effe perfectus, ex quo participauit de natura & qualitatibus omnium feptem fyderum, fiue planetarum, fi nafcitur illo feptimo menfe, dum Luna dominatur, viuit, & quàm plures reperiuntur qui nati funt feptimo menfe, & viuunt. Si verò octauo menfe veniret in lucem, perraro, vel nunquam viuit. Ratio est, quia venit fub fydere Saturni maligno, & multum contrario vitæ hominis, ex quo (vt dictum fuit) est frigidus, & ficcus habet conformitatem cum morte. Illi igitur, qui fub isto fydere veniunt in lucem adeò grauiter vulnerantur, & præmuntur istius fyderis malignitate, & frigiditate, quòd necesse est, vt pereant. Hi verò, qui nono menfe veniunt in lucem, prout maior pars venit: omnes communiter viuunt, & crefcunt, ex quo fub Ioue cæteris benigniore fydere, & humanæ vitæ conferuatore oriuntur: de quo magis quàm de alijs natura lætatur. Hæc licèt prima fronte videantur effe materiam noftram. Tamen quia funt delectabilis intelligentię, faltem pro iunioribus hic referre, ac inferere perplacuit...

Secunda ergo conclufio fit hæc. Mulier procu-
31 rans † abortum fœti proprij animati anima rationali fumendo aliquod remedium ad hoc procurandum, vel fe percutiendo, vel quid fimile faciendo, intendens talem abortum procurare, ipfo abortu fequuto, plectenda erit legis Pompeæ de parricid. cùm fuerit matricida: ac per confequẽs, pœna mortis violentæ de iure ciuili punienda erit, pœna fcilicet infra relata in recitatione l. pœna parricidij. ff. ad l. Pompe. de parricid. Hęc conclufio probatur triplici medio. Primò enim per text. in l. 1. §. fed & mater, ff. ad l. Pompe. de parricid. Vbi hæc ad verbum habentur, videlicet [Sed & mater, quæ filium, filiamvè occiderit, hu-
32 ius legis pœna afficitur, & auus, † qui nepotem occiderit.] hæc ibi. & paulò ante dixerat textus quòd talis pœna legis Cornel. de ficat. puniendus veniret, quæ vtique est pœna mortis, vt ex. l. 1. §. legis Corneliæ, de ficcar. & l. 3. ff. ad l. Corn. de ficcar. colligitur: prout expressè docuerunt infrafcripti Doctores citandi in probationem præfentis conclufionis. Idem probatur per argum. in l. penul. C. de penis. Vbi hæc habentur, videlicet. [Si quis necādi infantis piaculum aggreffus, aggreffavè fit, fciat fe capitali fupplicio effe puniendum.] hæc ibi. Dixi probari præfentem conclufionem per argumentum in d. l. pen. quoniam & fi ad literam ibi non fiat fpecialis mentio de infante animato anima rationali in vtero matris adhuc exiftente; nec de infante iam nato, tamen cùm feuera (vt fuit probatum) vterque verè dicatur homo, & nulla fit in hoc fpecialis differentia inter vtrũque, inde neceffariò fequitur, quòd mulier per abortum à fe procuratum occidat infantem ipfum, qui erat in fuo vtero, vltimo fupplicio merito fit addicenda. cùm & ipfam occidiffe hominem conuincatur: & quòd huiufmodi mulier verè homicidium perpetrauerit, docuit quoque Papa Stephanus Quintus fcribens Huberto Epifcopo Moguntino, & habetur in cap. confuluisti, in fine, 2. q. 4. Vbi hæc habentur, videlicet [Quia fi ille, qui conceptum in vtero per abortum deleuerit, homicida eft.] Probatur quoque præfens conclufio per text. in cap. Moyfes, 32. q. 2. Vbi reperitur canonizata fententia Diui Augustini, in lib. quæftio. veter. & noui teftam. cap. 23. His verbis vtentis, videlicet. [Moyfes tradidit: fi quis percufferit mulierem in vtero habentem, & abortierit, fi formatum fuerit, det animā pro anima: fi autē informatum fuerit, mulctetur pecunia, vt probaret non effe animam ante formā.] Hæc ibi. Probatur infuper præfens conclufio per text. in l. vnica. C. de ijs qui parentes, vel liberos occiderunt. Vbi hæc habentur, videlicet [Si quis parentis, aut filij, aut omnino affectionis eius, qui
33 nuncupatione parricidij continetur, † fata præparauerit, fiue clam, fiue palam id enixus fuerit, pœna parricidij puniatur, & neque gladio, neque ignibus, neque vlli alij folemni pęnæ fubiugetur, fed infutus culeo cum cane, & gallo gallinaceo, & vipera, & fimia: & inter eas ferales anguftias comprehenfus ferpentium contubernijs mifceatur, & vt regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel in amnem proijciatur, vt omni elemento vfu viuus carere incipiat, & ei Cœlum fuperftiti, terra mortuo auferatur.] hæc in d. l. vnica. Probatur infuper noftra conclufio per text. in l. fi quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pęnis. Vbi hæc habentur, videlicet. [Qui abortionis, aut amatorium poculum dant, etfi dolo non faciant, tamen quia mali exempli res eft, humiliores in metallum dānantur, honeftiores in infulā, amiffa parte bonorum, relegantur, quòd fi eo mulier, aut homo perierit, fummo fupplicio afficiuntur.] hæc in dicto §. qui abortionis, & quod hæc talis mulier pœna legali homicidij veniat punienda, probatur per argumentum in cap. fi aliquis, extra de homic. Vbi hæc habentur, videlicet. [Si aliquis caufa explendæ libidinis, vel odij meditatione, homini, aut mulieri aliquid fecerit, vel ad potandum dederit, vt nō poffit generare, aut cōcipere, vel nafci foboles, vt homicida teneatur.] hæc ibi. Idem probatur per text. in l. pœna parricidij. ff. ad l. Pompeianam, de parricid. vbi hæc habentur, videlicet [Pęna parricidij more maiorum hæc inftituta eft, vt parricida virgis fanguineis verberatus, deinde in culeo infuatur cum cane, gallo gallinaceo, vipera & fimia; deinde in mare profundum culeus iactetur: hoc ita fi mare proximum fit: alioquin beftijs fubijciatur fecundum Diui Adriani cõftitutionem. Qui alias perfonas occiderint præter patrē, & matrē, & auum & auiam, quos more maiorum puniri fupra diximus: capitis pęna plectuntur, aut vltimo fupplicio mactentur.] hæc in dicta l.

Probatur infuper præfens conclufio, per tex. in §. alia deinde lex. inftitu. de publ. iudicijs. vbi hęc habentur, videlicet. [Alia deinde lex afperrimum crimen

ćrimen noua pœna persequitur, quæ Pompeia de parricidijs vocatur, qua cauetur, vt si quis parentis, aut filij, aut omnino affinitatis eius, quę nuncupatione parentum continetur, fata præparauerit: siue clàm, siue palàm, id ausus fuerit, nec non is, cuius dolo malo id factum est, vel conscius criminis extiterit, licèt extraneus sit, pœna parricidij puniatur: & neque gladio, neque ignibus, neq; vlli alij solemni pęnæ subijciatur, sed insutus culeo cum cane, & gallo gallinaceo, vipera, & simia: & inter eas ferales angustias comprehensus, secundum quod regionis qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel in amnem proijciatur: vt omni elementorum vsu viuus carere incipiat: & ei Cęlum superstiti, & terra mortuo auferatur. Si quis autē alias cognatione, vel affinitate cōiunctas sibi personas necauerit, pęnas legis Cornel. de siccarijs, sustinebit.] hæc ibi. Probatur insuper & secundò præsens conclusio Doctorum auctoritate, glosa enim hoc ipsum docuit in infrascriptis iuribus, & verbis, videlicet in d. l. 1. ff. ad l. Pompe. de parricid. in versic. pœna, & in versic. filium, glo. in d. l. penult. in versicu. si quis infantis, glo. in d. cap. consuluisti, 2. q. 4. in versicu. per abortum, glo. in dicto cap. Moyses, versic. det animam, glo. in d. l. vnica, versic. solemni pœnæ, glo. in dicto cap. si aliquis, versic. vt homicida. glo. in d. l. pœna parricidij, versic. supplicio, glo. in l. diuus, versic. exilium. ff. de extraordin. crimin. Idem sentijt Bart. in infrascriptis locis, videlicet in consil. 23. vol. 2. in versic. capio nunc secundum textum, in d. l. 1. in fine. ff. ad l. Pompe. de parrici. & in l. diuus, ff. de extraord. crimi. dicens, quòd quando fœtus erat animatus anima rationali, tunc mulier procurans abortum, ipso sequuto, venit plectenda pœna legis Pompeiæ de parricid. Idem docuit Innocentius in cap. sicut ex literarum, extra de homicid. Idem docuit Holl1ensis in summa in titu. de homicidio, §. quid sit homicidium, versicu. in hoc. Idem docuit Felinus in dicto cap. sicut ex litterarum. Idem Ana. in dicto cap. sicut ex litterarum, & in consil. 1. suo. Idem docuit Barbat. in consi. 23. in secundo dubio, lib. 2. Idem docuit Decius, in consil. 535. Idem Panormitan. in cap. si aliquis versic. nota secundo, & in cap. sicut ex litterarum, versicu. nota secundo, extra de homicid. quos sequuntur ibidem reliqui canonistæ. Idem prorsus docuit Angel. in tracta. de maleficijs, in versicu. & ex interuallo dictus Titius. num. 10. versic. quid si quis faciat. Idem docuit Augustinus de Arimine in addit. dicti versic. & ex interuallo, versicu. tu autem in hac materia, asserens Bal. quoque docuisse, in l. Diuus. ff. de extraordi. crimin. quòd dicta mulier veniat punienda pœna non legis Cornel. de siccar. sed pœna legis Pompeiæ de parricidijs. Idem docuit Bartholomeus Cępolla in suo consil. 36. incip. in casu isto. col. 3. versi. & similiter non obstat. Idem docuit Hyppolitus de Marsilijs, in l. si mulierem, in versicu. nota dictum. ff. ad l. Cornel. de siccar. addens, quòd hæc sint notanda contra istas improbissimas mulieres, quæ stuprum cōmittunt & adulterium, & consentiūt, sed prægnantes quærunt omni via, & omni conatu facere abortiuum, ne pariendo filium viuum, vituperentur, & ab affinibus suis interficiantur, vel acriter percutiantur, vt sæpe euenit in facto. Idem docuit rursus Bal. & Angelus in l. pen. C. ad l. Cornel. de siccar. Idem docuit Egidius Bossius in sua praxi crimin. titu. de homic. num. 5. versic. mulier tamen. Idem docuit Paulus Ghirlandus, in tracta. de sortilegijs cap. incip. decimotertiò prosequendo materiam poculorum, num. 6. versicu. si igitur post dictum tēpus, asserens quòd talis mulier punienda sit vt matricida, & legis Pompeiæ de parricidis. Idem docuit Iulius Clarus, in sua praxi crimin. quæst. 68. versicu. abortum procurans, asserens quòd hæc sit communis opinio Doctorum. Idem docuit Hyppol Bonacoss. in suo thesauro commu. opinio. Idem docuit Lancellotus, in lib. 4. institu. iuris canon. titu. de homic. §. pen. & in sua met ibidem glo. versi. vt homicida.

Probatur & tertiò præsens nostra cōclusio hac ratione. Cùm omnia iura, & Doctores semper meritò proclamauerint & protestati sint, quòd homicida quod fecit, aspectet, & Deus ipse optimus maximus præceperit Exodi, c. 22. versi. 18. [quòd malefici non patiantur viuere.] & rursus in libro Exodi, cap. 21. versic. 12. [Qui percusserit hominem volens occidere, morte moriatur.] Inde patefit veritas præsentis nostræ conclusionis, in qua diximus mortis pœna puniendam fore mulierē, quæ quocunque medio procurauit, effectu sequuto, abortū fęti animati anima rationali: eo quòd non possit negari, quòd dictus fętus dicatur verè homo: vt patet ad sensum, cuius signum euidentissimum est, quoniam fętus huiusmodi nihil habet minus de anima rationali, quàm cęteri homines nati, nec anima rationalis per eius ortum augeatur, nec eius rationabilitas, nisi quoad eius vsum tantùm. Quamuis verissima fuerit comprobata nostra conclusio tot oraculis. Posset tamen
14 cōntra ipsam quis insurgere, † asseuerando eam falsam, eo quod aduersetur iuri diuino, imperatorio, ac sententijs Doctorum, nec non & rationi ipsi. Primò afferendo sententiam Dei Omnipotentis in lib. Exodi, cap. 21. versicu. 22. & 23. Vbi hæc habentur, videlicet. [Si rixati fuerint viri, & percusserit quis mulierem prægnantem, & abortiuum quidem fecerit, sed ipsa vixerit, subiacebit damno quantum maritus mulieris expetierit, & arbitri iudicauerint. Sin autem mors eius fuerit subsequuta, reddet animam prò anima.] Ex hac ergo auctoritate sacrę Scripturæ videretur dicendum, quòd solum is, qui abortum procurauit, & ex abortu procurato ac sequuto, subsequuta morte prægnantis debeat mortis pęnam pati; & non alij procurantes abortum. Idem & clarius videtur probari iure Imperatorio, seu Ciuili. Nam in l. Diuus. ff. de extraordin. crimi. hæc habentur, videlicet. [Diuus Seuerus, & Antoninus rescripserunt ea, quę data opera partum abegerit, à Præside in temporale exilium dandam. Indignum enim videri, impunè eam maritum liberis fraudasse.] hæc ibi: si ergo huiusmodi mulier pro abortu procurato, etiam ipso sequuto exilij temporalis pęna plectenda veniat de iure: inde sequitur, quòd non sit pro tali crimine morte afficienda, ac per consequens patebit falsitas præsentis conclusionis, in qua fuit conclusum ipsam, mortis pęna afficiēda. Idem prorsus habetur in l. si mulierem, ff. ad l. Cornel. de siccar. Vbi hæc habentur, videlicet. [Si mulierē visceribus suis vim intulisse, quò partum suum abigeret, cōstiterit; eam in exilium Præses prouinciæ exiget.] hęc ibi. Idem probatur per text. in l. Cicero, §. sed etsi, ff. de pęnis. Vbi hęc habentur, videlicet. [Sed & si qua visceribus suis

poſt diuortium, quòd prægnans fuit, vlm lutulerit, nè lam inimico marito filium procrearet, vt temporali exilio coerceatur ab optimis Imperatoribus noſtris reſcriptum eſt.] hæc ibi. Idem videtur probari per text. in d. l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. Probaturi videtur dicta impugnatio, & ſecundò Doctorum auctoritate falſam fuiſſe dictam primam conclusionem, eo quòd Manuel à Soarez in theſauro commun. opinio. verſic. abortus, nixus fuit probare ipſam falſam eſſe, etſi loquatur expreſsè de ipſa muliere prægnante, ac abortum, tam fœti animati, quàm inanimati, nō ſequuta morte prægnantis, & ſic procurante, generaliter de omni percutiente prægnantem, licet ex ipſius percuſſione fuerit ſequutus abortus. Dicit ergo ipſe, quòd longè verius ſit atque æquius, quòd huiuſmodi perſona punienda ſit pœna mortis eo quòd hoc doceat fons iuris, iuſtitiæque omnis Sacroſancta diuini Moyſis lex Exodi. c. 21. cuius ſententia ab Accurſio in l. Diuus, ff. de extraordi. crimin. in aliud omnino contrarium eius, quod præcipit, perperam accepta, nihil aliud verè ſancit, quàm vt qui grauida muliere percuſſa, abortum intulerint, mulcta arbitraria puniantur, niſi pernities ipſius mulieris inſequuta ſit, alioquin ſi non ſolùm ſpes hominis, ſed mater vera homo è medio auferatur, vitam pro vita, oculum pro oculo, dentem pro dente, &c. pendi iubet. (& addit ipſe Manuel vbi ſupra.) Et hoc etiam ſi diligentius inſpiciatur, iiſdem fermè verbis, quoad mortis pœnam conſtituit. l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis, ff. de pœnis, prout per l. ſi mulierem, ff. ad l. Cornel. de ſiccar. & per dictam l. Diuus, ff. de extraordi. crimin. Nec non aſſerit dictus Doctor, quòd huic ſententiæ aſtipulatus fuerit elegāter Alex. poſt Bald. in l. quod dicitur, num. 4. ff. de liber. & poſthum. Probatur & tertiò, præſens impugnatio hac ratione, videlicet. Cum pena vltimi ſupplicij ſit maxima pœnarum, iuxta illud axioma vulgatiſſimum, in quo dicitur quòd mors ſit vltimum terribilium, & pœna pœnarum, & in pœnis facienda ſit reſtrictio, & non eſtenſio, vt in cap. in pœnis, de regul. iur. in ſexto, eo magis quòd ex dictis iuribus citatis contra concluſionem præſentem apertiſſime elicitur ac probatur dictam mulierem facientem abortum nō plectendam fore alia pœna, quàm pœna exilij, vel ſimili, & non maiori, vt eſt pœna mortis.

His in contrarium non obſtantibus adhùc aſſeueramus præſentem noſtram concluſionem veriſſimam eſſe: & ad ſingulas auctoritates allatas in contrarium, ſigillatim reſpondebimus (Deo dante.)

Ad auctoritatem ergo ſumptam ex lib. Exodi. cap. 21. verſicu. 22. & 23. quam facillimè erit re-
15 ſponſio, † dicendo ipſam fore intelligendam de abortu fœti inanimati anima rationali, non autem de abortu fœti animati, quod & elicitur ex verbis ipſius domini. Nam conſultò non addidit ibi. [Et abortiuum fecerit] fœti animati, ne ſibi vtique contradiceret, eo quòd paulò antè ibidem verſicu. 12. dixerat. [Qui percuſſerit hominē volens occidere, morte moriatur.] at hæc fœdiſſima mulierum (de qua eſt ſermo) iccircò percuſſit ſemetipſam vel aliquo alio medio, ſcilicet medicina, percuſſit corpus fœti, vt ipſum occideret: ſequuta ergo eius morte, vt ſuppoſuimus, mori debebit. Nec rurſus obſtare poſſunt præſenti reſponſioni verba ibi ſequentia, videlicet. [Sin autem mors prægnantis ſequuta fuerit, reddet animam pro anima.] quaſi voluiſſet Deus auctorem aborti animati fœti, non occidendum, niſi ſequuta fuerit mors prægnantis: quoniam alias tacitè innuiſſet hoc abſurdiſſimū: quòd ſi ipſa prægnās ſemet ipſam percuſſiſſet, etiam ſi ſequutus fuiſſet abortus fœti animati, nulli pœnæ ſubijcienda foret: cùm de qualitate pœnæ, quæ in hoc caſu iniungenda eſſet tam ſceleſtæ mulieri ibi Deus iuſtiſſimus Iudex nullam mentionem fecerit: ac per hoc mulier, quæ contra propria viſcera impijſſimè non pertimuit inſurgere immunis à pœna fieret: quod quàm ſit abſurdiſſimum, omnes ſanæ mētis animaduertere poſſunt: cùm inde ſequeretur, quòd qui magis peccaſſet, minori pœna puniretur, quàm is, qui minus peccaſſet, vt ſunt extranei procurantes aborſum. Ad hoc accedit, quòd qui procurat abortum fœti animati verè hominē interficit, ac per conſequens pœna ordinaria homicidij puniendus de iure veniti quapropter ex hucuſque allatis patuit textum ibi locutum fuiſſe de pœna iniungenda ei, qui procuraſſet abortum fœti inanimati, qui regulariter non debebit (vt latius infra patebit ex aſſerendis infra ampliationibus, limitationibus, ac reliquis concluſionibus, ſubſequentibus.)

16 Ad leges Imperatorias † contra præſentem noſtram concluſionem allatas facilior erit reſponſio. Cùm cōmuniter omnes Doctores citati ad probandam ipſam concluſionem in dictis iuribus interpretentur illas loqui de procurante abortum fœti inanimati: quorum quidem ſentētiam veriſſimam eſſe per ſe patet: eo quòd alias dictæ leges aduerſarentur legibus adductis in fauorem præſentis noſtræ concluſionis, quod eſſet abſurdum ſuſpicari, eò magis quòd contra iuſtitiam æqualiter punirentur pro inæquali crimine, quod non eſſe rationi conſentaneum neminē fugere poteſt.

Ad ſententiam Manuelis Soarez inſurgentis, contra noſtram concluſionem quàm facillimè reſponſio elicitur ex allatis hucuſque: cùm & ipſe ſit ſingularis, nulliq́ue vero fundamēto innixa, vt patuit ex dictis.

Limita primò dicta in præcedenti concluſione dicendo, ipſam non habere locum in muliere infirma, quæ conſilio Medicorum ſumpſit medicinam aliquam, vel quid ſimile fecit, ex quo fecit abortum etiā fœtus inanimati: in quo alias mox fuiſſet moritura, & ipſo ſequuto abortu omnino
17 ſuper viſſura: † quoniam in tali caſu nullo pacto veniret aliqua pœna punienda: tunc quia ceſſat omnis dolus præſumptus, ſeu ſuppoſitus, & ſaluatur perſona eius, quæ iam erat in mundo perfecta creatura, etſi indè impediatur ne homo naſcatur. Hæc limitatio probatur. primò iuribus citatis in dicta concluſione à contrario ſenſu arguēdo: cùm ibi ſemper ſupponetur dolus, qui in caſu noſtro ceſſat. eò magis quòd delicta diſtinguātur voluntate, & per ſe patet quòd dicta abortum faciens, nollet abortum ſi fieri poſſet, & ad hoc vſa fuerit ipſa, & Medicus omni cura, & dictus abortus procuratus per ipſam non per ſe, ſed per accidens, vt patet ad ſenſum. Probatur & ſecundò eademmet limitatio ad verbū auctoritate Doctorum. Nam Felinus hoc ipſum docuit in cap. ſi aliquis, extr. de homic. & Simon Brixi. in Clem. 1. de homic. Vbi hoc diſputando tenuit. Idē docuit

Ludouicus

Ludouicus Carrerius in sua praxi crimin. in capitulo incip. sextò quæro, num. 42. versicu. limita vt per Felinum, sequens supradictos Doctores.

Limita secundò dictam secundam conclusionem, dicendo ipsam non habere locum in muliere, quam aliquis aggreditur, vt iniustè eam percutiat, vel occidat, vel opprimat; si ipsa vim vi repellendo volens proprij corporis, vel honoris indénitati prospicere defendendo se, abortiatur: cùm in tali casu nullo pacto sit imputandum homicidium inde sequutum, proprium fœtum animatū, anima rationali decoratum abortiēdo, ac ipsum extinguendo. Hæc limitatio probatur triplici medio. Primò enim per argu. in Clem. vnica. de homicid. vbi hæc habentur, videlicet. [Si furiosus, aut infans, seu dormiens hominem mutilet, vel occidat, nullam ex hoc irregularitatem incurrit: & idem de illo censemus, qui mortem aliquā vitare non valens suum occidit, vel mutilat inuasorem.] hæc ibi. Dixi probari præsentem limitationem per argumentum in dicta Clem. quoniam ibi adest ratio arguendi à maiori ad minus affirmatiuè, sic dicendo. Si licebit prægnanti hominē insurgentem contra se vim vi repellendo occidere sine timore alicuius pęnę incurrendæ. Quantò magis licebit prægnanti insurgere contra inuadentē se, & si per accidens indè sequeretur abortus fœti animati, & nondum nati in mundo. Idem probatur per argum. in l. 1. C. vnde vi: eodem modo arguendo. Nam ibi, hæc habentur, videlicet. [Rectè possidenti ad defendendam possessionē, quam sine vitio tenebat, inculpatæ tutelæ moderatione illatam vim propulsare licet.] hæc ibi. & si alijs medijs possemus probare præsentem limitationem: tamen quia latiùs dicitur de ea in supra citatis iuribus.

Amplia primò singulariter dictam conclusio-
19 nem, † dicendo: quòd dicta pęna parricidij (qua diximus fore puniendam mulierē, quæ cum effectu sequuto, voluntariè per se procurauerat abortum proprij fœti animati, vim faciendo proprijs visceribus) veniant etiam puniendi omnes conscij tam nefandissimi criminis, ipsi cooperando illa sciente aliquo pacto, etiam extranei: quamuis si ipsi extranei per se, tale quid fecissent alia de causa non cooperando tali nephariæ mulieri minori pœna, scilicet solùm pœna legis Cornelię de siccar. venissent puniendi. Hæc conclusio probatur triplici medio. Primò enim per apertissimum textum in l. vtrum. ff. ad l. Pompe. de parricid. vbi hæc habentur, videlicet. [Vtrum qui occiderint parentes, an etiam conscij pęna parricidij afficiātur quæri potest, & ait Mecianus etiam conscios eadem pœna afficiendos non solum parricidas. Proinde conscij etiam extranei eadem pœna afficiendi sunt.] hæc ibi. Idem probatur per text. in l. si sciente. ff. ad l. Pompe. de parricid. vbi hæc habentur, videlicet. [Si sciente creditore ad scelus committendum pecunia sit subministrata: vt puta, si ad veneni mali comparationem, vel etiam vt latronibus, aggressoribusque daretur, qui patrem interficerent, parricidij pęna tenebitur: quique quæsierint pecuniam, quique eorum ita crediderint, aut à quo ita cauerint.] hæc ibi. Idem & clarius cauetur in §. alia deinde. institu. de publi. iudi. vbi hæc habentur, videlicet. [Alia deinde lex asperrimum crimen noua pœna persequitur: quæ Pompeia de parricidijs vocatur, qua cauetur, vt si quis parentis, aut filij, aut omnino affinitatis eius, quæ nuncupatione parentum cōtinetur, fata præparauerit, siue clam, siue palam id ausus fuerit: nec non is, cuius dolo malo id factum est, vel conscius criminis extitit, licèt extraneus sit, pœna parricidij puniatur: & neque gladio, neque ignibus, neque vlli aliæ solemni pœnæ subijciatur: sed insutus culeo cū cane & gallo gallinaceo, vipera, & simia, & inter eas ferales angustias comprehensus, secundum quod regionibus qualitas tulerit, vel in vicinum mare, vel in amnem proijciatur: vt omni elementorum vsu viuus carere incipiat, & ei Cœlum superstiti, & terra mortuo auferatur.] hæc ibi. Probatur & secundò Doctorum auctoritate præsens ampliatio. Nam glosa in dicta l. vtrum, in versic. conscij, & versic. afficiendi sunt, dixit quòd participes in tali parricidio puniendi erunt tali parricidij, & ij qui solùm illud sciebant eo quòd hi tales ex sola scientia non punirentur: quoniam tales extranei cooperatores in parricidio maiori pœna afficientur, quàm si ipsi propria manu hominem non sibi consanguineum occidissent: cùm tunc punirentur solùm pœna simplicis mortis statutæ per l. Cornel. de sicar. Idem docuit & apertius glo. in dicto §. alia, in versi. parentis, in versic. continetur, in versicu. extraneus. Nam ipsa glo. vbi supra concludit, quòd appellatione parentum, respectu quorum parricidij crimen incurritur, veniunt parentes (idest) ascendentes, & filij vsque in infinitū, nec non & collaterales: vt sunt fratres consobrini, patrueles, & proximiores eis. Idē affines quidam, vt vxor, nurus, gener, vitricus, priuignus, socer, & etiam patronus, vt in l. 1. l. sed sciente, & l. cum pater. ff. ad l. Pompe. de parricid. Idem docuit Bart. in d. l. vtrum. dicens, quòd & si regulariter qui per alium faciat per se ipsum facere videatur, ac per consequens hic extraneus cooperator in parricidio non videatur prima fronte puniendus pœna parricidij, eo quòd si ipse per se perpetrasset tale homicidium illius, quod per parentes ipsius fecit ipsis cooperando nullo pacto veniret puniendus pęna parricidij, sed solùm pœna l. Cornel. de siccar. quæ longè minor est. tamen reuera pœna parricidij veniet puniendus: & ratio est, quoniam & si in fictionibus, seu in casu ficto, sicut in casu nostro requirantur extrema habilia, vt habetur in l. 2. C. de inoffic. donat. & probatur etiam in l. huic scripturæ. ff. ad l. Aquil. Tamen animad-
20 uertendum, quòd fictio † requirit extrema habilia scilicet, in genere suo, nō in casu illo, de quo loquimur: sufficit ergo quòd qui mandauit hoc, vel fuerat conscius, potuit cōmittere parricidiū in genere in parentes, & ex hac regula, ac decisione præsentis quæstionis, ad idipsum confirmandum, subdit: quòd in tantùm est ipsa regula vera, quòd si popularis mandasset nobili, quòd faciat homicidium, vel ei præstet auxilium, punietur ex tali mandato pœna, qua punietur nobilis tale homicidium exequens, vel ipsi opem præstans: vt elicitur ex d. l. vtrū. & ratio est, quia inspicitur qualitas, quæ est in faciente, nō qualitas, quæ est in auxiliante vel in mandante. Pro cuius maiori intelligentia summopere deseruiunt quæ ipsemet docuit Bar. in l. is qui opem, colum. 2. versic. quid ergo dicemus, ff. de furtis: nec non & quàm plurima alia notatu dignissima, quę attuli in probationem conclusionis tertiæ, & eius ampliationis in tract.

de

de pœna infligenda mandanti aliquod delictum
fieri. Vide ergo ibi. Notandum tamen secundum
ipsummet Bart. in d.l. vtrum, colum. 2. versic. solue
21 quòd licet regulariter, † quis non erit puniendus
pro sola scientia alicuius criminis perperrandi,
tamen quando maleficium esset committendum
contra personam, cuius potestati ille talis sciens
est subiectus, tunc (quia reuelare tenebitur) ex
sola scientia non reuelata punietur, vt est seruus
sciens de morte domini sui, vt docet text. in l. 1. §.
occisorum, ff. ad Senatusconsul. Sylla. vbi rursus ea-
dem ipse Bart. repetijt. & vt filius sciens de mor-
te patri inferenda, vt in l. 2. ff. ad l. Pompe. de par-
ricid. & vt vasallus si fuit sciens de morte domi-
ni sui. Idem dicitur de eo, qui sciuit de turbatio-
ne ciuitatis, vel proditione, & de eo qui sciuit
maleficium faciendum fore in Principem suum.
In reliquis casibus nemo tenetur ad pœnam pro
sola scientia, nisi cooperetur in tali maleficio fa-
cto. hæc Bart. idem docuit Hyppol. de Marsil. in
d.l. vtrum, sequens ibidem Bar. in omnibus dictis
suis, præterquam in illo, quod dixit, quòd inibi
sup. enumeratis casibus qui punitur pro sola scien
tia: cuius dictum ipse limitat ibidem, & latius in
suo singulari 164. incipiente. nemo debet, ad hoc
ipsum probandum afferens quàm plurimas Docto
rum sententias, concludendo quòd de iure in nul
lo casu veniat quis puniẽdus si non reuelat deli-
22 ctum, † quod sciebat committendum ab aliquo,
quando id probare nõ poterat: & quòd ideo in-
iusta erit punitio taliũ. Vide ergo latius per eum,
quia multa notatu dignissima attulit ibi ex mul-
tis collegit ad idipsum probandum, quæ tamen
hìc non inseram, ne rem aggressam præterire vi-
dear, hoc tantùm dixi, vt animaduerterem pium
Lectorem, ac Iudicem, ne fallatur doctrina Bar.
& Deo rationem reddat de iniusta morte subdi-
torum. Addit etiam ibidem ipse Hyppol. de Mar
sil. ibidem num. 4. versic. modò redeundo ad tex.
23 dicens, quòd extraneus tacens † parricidium cõ-
mittendum, si sequutum fuerit, punietur maiori
pœna, qua ipse puniretur si proprijs manibus pa-
trem illius occidisset: quia non puniretur pœna
simplicis homicidij, idest pœna l. Corn. de sica.
sed pœna l. Pompe. de parricid. quæ vtique maior
est, vt fuit probatum per allatas leges hìc. Idem
confirmauit ipsemet Marsil. in d.l. si sciente. Nam
concordans Bald. cum ipsius legis dispositione,
cui videbatur aduersari Bald. doctrina in l. Iudi-
ces, C. ad l. Iul. pecul. vbi dixerat, quòd opem fe-
rens maleficio punitur eadem pœna, qua punitur
delinquens, si tamen opem tulerit per actum pro-
ximum facto: vt puta, si assistat facienti: sed si fer-
ret opem per actum remotum, tunc mitius puni-
retur. Pro cuius concordia Marsil. dixit, quòd di-
ctus textus in d.l. si sciente. non obstet doctrinæ
Bald. cùm loquatur in parricidio, & sic in crimine
24 enormissimo, † quod delictum est adeo exosum
iuri, quòd cõceditur, scilicet quòd præstans opẽ
in eo per factum remotũ punitur, vt principalis.
Sed secus esset in alijs criminibus non ita odio-
sis, & enormibus, de quibus loquitur Bald. in d.l.
Iudices. Addit & hæc notatu dignissima ipse Mar
sil. ibidem, num. 3. & 4. dicens. Vlterius Angel. hìc
exponit istum text. in versicu. [Quique] in pro-
xenetis, & in mediatoribus, & in nuncijs portan
tibus ambasciatas prò committendis maleficijs
parricidij, vt tales teneãtur de auxilio, & fauore,
& sic puniantur pœna parricidij, & dicit etiã An
gel. quòd qui mutuant pecuniam, vt emantur ar-
ma pro maleficio committendo teneantur de au-
xilio: quod ego intelligo de simplici auxilio in a-
lijs delictis, sed in hoc punitur eadem pęna pro-
pter atrocitatem delicti. Quapropter sciendum,
quòd nuncius sciẽter portans litteras homicidij,
tenetur pęna homicidij. Ita not. dixit Cynus in l.
non ideo minus, C. de accusat. & Bald. allegans
Cynum in l. 1. §. ne autem, in colum. 5. C. de cadu.
tollend. & idem etiam voluit Bar. in l. 1. §. incidit,
versic. vltimo nota, ff. ad Senat. consult. Turpil. di-
cens contra nuncios, per quos fiunt isti tractatus
maleficiorũ: vt puniantur, & sic est casus pro glo.
quæ dicit, nota argum. contra proxenetas, vt l. si
sciente, ff. de parricid. Idem rursus docuit ipsemet
Hyppol. de Marsil. in suo singulari 181. incipient.
mandans fieri homicidium: addens quòd Bal. in
dicta l. 1. §. ne autem, dixerit quòd non solùm is,
25 qui † mandat Titio, vt faceret homicidium, pę-
nam incurret homicidij, verùm etiam & Titius si
nõ ipse illud exequutus fuisset, sed mãdasset Seio,
& sic de singulis, quòd omnes punirentur pœna
homicidij, & ad hoc allegat tex. singul. in l. si ego,
ff. quod vi aut clam. Idem docuit Salyc. in l. non
ideo minus. C. de accusati. in antepen. colum. ver-
sicu. viso de mandãte, quæro quid de nuncio. Idẽ
docuit Paulus Ghirlandus in tracta. de sortilegijs
in cap. incip. decimotertiò quæro, num. 6. versicu.
si igitur post dictum tempus. Idem docuit Augu-
stinus de Arimine in addit. ad Angel. in tracta. de
malef. in vers. & ex interuallo dictus Titius, nu. 10.
in fine, versicu. secus si esset pater.

Probatur tertiò & hac ratione, cùm iuxta Apo
stoli sententiam, Rom. cap. 1. versicu. fina. dicentis
[Qui talia agunt, digni sunt morte non solùm qui
ea faciunt, sed etiã qui consentiunt facientibus.]
indè sequitur quòd omnes cooperãtes dolosè ma
tri facienti abortum fœti animati eadem pœna
parricidij puniantur cum tali impia matre.

Limita singulariter primam ampliationẽ con-
clusionis primæ, dicendo non fore puniendũ pa-
trem pœna prædicta tam legitimum & naturalẽ,
quàm naturalem tantùm interficiẽtem filiam (in
sua potestate existentem) naturalem prægnantem
26 † nec patrem adoptiuum in articulo adulterij re-
pertam filiã in domo propria, licèt ipsa filia ibi
non habitet, vel in domo generi sui solùm & non
alibi & licebit etiam filiam familias marito vxo
rem suam repertam in adulterio in domo propria
ipsius mariti, solùm & non etiam in domo patris
illius, sui soceri. etiã si dicta mulier esset prægnãs,
& hoc etiã si ipsi procul dubio cognouissent, dum
modo illam occiderint in continenti, idest non dĩ
uertendo ad alia, etiam si statim fugientem inse-
quuti repertam occiderint. Hæc conclusio proba-
tur triplici medio. Primo enim per argumentum
in l. patri. & tribus alijs legibus sequentibus, ff. ad
l. Iul. de adult. Nam in d.l. patri. hæc habentur, vi
delicet. [Patri datur ius occidendi adulterum si-
mul cum filia, quam in potestate habet. Itaque ne
mo alius ex parentibus idem iure faciat, sed nec
filius familias pater.] hæc in d.l. patri, & in d.l.
sequenti, scilicet in l. sic eueniet. hæc habentur, vi-
delicet. [Sic eueniet, vt nec pater, nec auus possint
occidere; nec immeritò: in sua enim potestate nõ
videtur habere, qui nõ est suæ potestatis.] hæc ibi.
& in l. sequenti, scilicet in l. nec in ea. hæc haben-
tur,

tur, videlicet, [Nec in ea lege naturalis pater ab adoptiuo separatur. In accusatione viduæ filiæ nõ habet pater ius præcipuum; ius occidendi patri, conceditur domi suæ, licèt ibi filia non habitet, vel in domo generi. Sed domus & pro domicilio accipienda est, vt in l. Corn. de iniur. sed qui occidere potest adulterum, multò magis contumelia poterit iure afficere. Ideo autem patri non marito mulierem, & omnem adulterũ permissum est occidere, quòd plerunque pietas paterni nominis consilium pro liberis capit, cæterum mariti calor, & impetus facilè sequientis fuit refrenandus.] hæc ibi. Idem confirmatur in subsequenti l. quod ait lex. Vbi hæc habentur, videlicet. [Quod ait lex, cùm filia adulterum deprehenderit, nõ otiosum videtur: Voluit enim ita demum hanc potestatem patri competere, si in ipsa turpitudine filiam de adulterio deprehẽdat. Labeo quoque ita probat, & Pomponius scribit in ipsis rebus veneris deprehensum occidi. Et hoc est, quod Solon, & Draco dicunt. Sufficit patri si eo tempore habeat in potestate, quo occidit, non quo in matrimonium collocauit. Finge enim postea redactam in potestatem, quare non vbicumque deprehẽdit pater, permittitur ei occidere, sed domi suæ, generivè sui tantum? Illa ratio redditur, quia maiorem iniuriam putauit Legislator, quòd in domum patris, aut mariti ausa fuerit filia adulterum inducere. Sed si pater alibi habitet, habeat autem & aliam domum, in qua non habitet, deprehensam illo, vbi non habitat, occidere non poterit. Quod ait lex, incontinenti filiam occidat; Sic erit accipiendum, nè occiso hodie adultero reseruet, & post dies filiam occidat, vel contra. Debet enim propè vno ictu, & vno impetu vtrunque occidere æquali ira aduersus vtrumque sumpta. Quòd si nõ affectauit, sed dum adulterum occidit, profugit filia, & interpositis horis apprehensa est à patre, qui persequebatur: incontinenti videbitur occidisse.] hæc ibi. & quòd liceat quoque marito in propria domo occidere vxorem adulteram, & adulterum sine incursu pœnæ mortis, docuit tex. in l. nihil interest. ff. ad l. Iul. de adult. vbi hæc habentur, videlicet [Nihil interest, adulteram filiam, prius pater occiderit, an non; dum vtrumque occidat. Nam si alterum occidit, lege Cornelia reus erit. Quod si altero occiso, alter vulneratus fuerit, verbis quidem legis non liberatur, sed Diuus Marcus, & Comodus rescripserunt impunitatem ei concedi: quia licèt interempto adultero mulier superuixerit post tam grauia vulnera, quæ ei pater inflixerat magis fato, quàm voluntate eius seruata est: quia lex parẽ in eo, qui deprehensi sunt, indignationem exigit, & seueritatem requirit.] hæc ibi. Idẽ habetur per argumentum in l. si adulterium. §. Imperatores. ff. ad l. Iul. de adulter. Vbi hæc habentur, videlicet [Imperatores Marcus Antonius, & Commodus filius rescripserunt. Si maritus vxorem in adulterio deprehensam, impetu tactus doloris interfecerit, non vtique legis Corneliæ de siccarijs pœnam excipiet. Nam & Diuus Pius in hæc verba rescripsit Apollonio: Ei, qui vxorem suam in adulterio deprehẽsam occidisse se non negat, vltimũ supplicium remitti potest. cùm sit difficillimum iustum dolorẽ temperare: & magis quia plus fecerit, quàm quia se vindicare non debuerit, puniendus sit. Sufficit igitur, si humili loco sit, in opus perpetuum eum tradi: si quidem honestior, in insulã relegari.] hæc ibi. Dixi probari præsentem limitationem per argumentum in dictis iuribus. Quoniam licèt ad verbum non probetur cùm nulla inibi facta fuerit mentio de abortum procurantis pœna, de qua in ipsa fit mentio: benè tamen ex ipsis iuribus elicitur veritas præsentis limitationis. cùm in dictis casibus concedatur impunè patri interficere filiam, & marito vxorem sine incursu pœnæ mortis, quoniam concesso principali, concessum subauditur accessorium; eo quòd regula sit, quòd accessorium sequatur naturam sui principalis. Quapropter concessa occisione matris simpliciter concessum eodem modo per accidens intelligatur, & occisio fœti existentis in vtero matris adulteræ: cùm inde sequatur necessario; vt patet ad sensum. Probatur & secundò Doctorum sententia præsens conclusio. glosa enim in d. l. si adulterium. § Imperatores, versicu. relegari dicit, quòd occidens vxorem prædictam, puniendus sit pœna relegationis. Idẽ docuit Bar. in d. l. quod ait lex. in versicu. quærit glos. nam sequens doctrinam glo. in eadem lege. versi. in ipsis rebus dicentis, qui sunt res veneris, antecedentia ipsum scelus, videlicet. locus constitutus, conuiuia, bascia, & tactus. Vnde versus, *Visus, et alloquium, tactus, post oscula, factum.* Addit autem Bart. vbi supra, quòd vbi est statutum, quòd liceat viro occidere adulterum deprehensum cum vxo-
27 re, † certè intelligitur deprehensus, si reperitetur cum vxore in camera in istis rebus veneris. Item nota ista talia præparatoria veneris: quia per ista verisimilia probatur adulterium: hæc Bart. vbi supra, cuius sententiæ astipulatur Angel. in tract. de malefi. versic. *Che hai adulterato la mia donna.* nu. 1. versic. an patri liceat, dicens quòd patri liceat impune occidere adulterum, dum plura copulatiuè simul cõcurrant, alias autem si ei aliquid deficit, non licet impunè. Primò quòd filiam reperiat in actu veneris, quia post actum perfectũ, quod intelligitur postquam ad alios actus extraneos adulter, & adultera diuerterũt, arg. not. in l. cõtinuus, ff. de verbor. obligat. & in l. si duobus, in princ. ff. de duobus reis, sibi non liceret, & intelligitur in actu veneris, non tantum si actualiter sit nudus
28 † cum nuda in actu carnali venereo: sed etiam si eum reperiat in præludijs, vt solus cum sola in camera, cum verbis blandis lasciuis, vel cum basijs, vel cum tactu mamillarum, quoniam ista omnia sunt adulteri præludia, vt not. glo. & Bar. in l. 1. ff. de extraord. crim. & hoc in laicis, non autem in clericis, eo quòd illa non creduntur in clerico esse adulterio præludia. Secundò requiritur etiam copulatiuè, quòd reperiat adulterum in actu veneris in domo propria, vel in domo generi: nam reperiendo alibi, non possit occidere, & intellige in domo propria vel conducta, dummodo eam inhabitet: nam si pater, vel gener haberet plures domos, & in vna, in qua pater, vel gener nõ habitet, reperiat filiam adulterantem, non posset impunè eam occidere: vt in d. l. nec in ea, & ibi per glo. & Bar. Tertiò requiritur quòd filiã & adulterum pariter, & simul interficiat: & intelligas, quod filiã possit occidere, quãuis sit prægnans, vt not. Bart. in l. Imperatores, la seconda, ff. de statu homin. & etiã intelligo simul vel vno impetu, vel vno ictu, vel prius filiam, & postea adulterum, vt in l. nihil, ff. de adult. vel pariter intelligitur, quod & filiam, & adulterum, non adulterum tantum interficiat,

vt

vt in l. patri, & ibi glosa. ff. de adulterijs. Et bene nota, quòd si adulterum interficeret, filiam verò solum vulneraret, eidem non licet impune, nisi taliter vulneraret, quod verisimile est, ipsam mori debere, quia si ei grauia vulnera intulerit, licet postea euadat, patri non imputatur, inspicias solum in patre indignationem, & seueritatem, quia si istis etiam in filiam vsus fuit occidendo adulterum, licet filia vulnerata euadat, non tenetur pater, vt est casus in dicta l. nihil. Quartò requiritur, vt filiam habeat in potestate, aliàs eam emancipatam, vel in aui potestate existentem, tunc patri non licet occidere, vt in dicta l. patri, & in dicta l. sic euenit, ff. ad l. Iuliam, de adulterijs. Quintò requiritur, quod sit patris, non autem matris filia, & sic non conceditur alijs parentibus; sed solum patri. Sextò requiritur, quod tempore homicidij pater eam habeat in potestate: licet tempore matrimonij fuisset in aui potestate: vt in dicta l. quod ait lex. versiculo ergo sufficit patri. Septimo requiritur, quod sit nupta, nam si esset vidua, non credo quòd ista patri permitteretur, præ cæteris: quoniam per adulterium commissum per filiam viduam, ipse non habet ius præcipuum, vt alijs extraneis præferatur in accusando, vt est casus in l. nec in ea, secundo responso, ff. ad l. Iuliam de adulterijs: ergo multò minus, quòd occidat habebit ius præcipuum: quia si denegetur principium in accusatione, quod est minus, ergò fortius non conceditur occidere, quod est maius. sed aliàs etiam marito non conceditur, ergo nec patri in filia vidua. Et aduertas, quod non sit differentia, inter patrem legitimum, & naturalem, vel legitimum tantum, maximè hodie, quando erat de descendentibus, vt in dicta l. nec ea, in principio, & ibi glosa: quæ omnia erunt notanda, vt

29 scias articulare, quæ necessaria † sunt ad probandum pro euasione patrisfamilias interficientis adulterum. & dicitur interficere incontinenti, & in domo sua, vel generi, si inuentos in actu venereo, & in domo patris, vel generi, vt est textus in dicta l. quod ait lex, & ibi Bartolus, hæc omnia docuit Angelus vbi supra. cui astipulatus fuit ferè per omnia Augustinus de Arimine ibidem in addit, versiculo tu autem in hac materia, qui addidit, quod quoad prægnantem posse occidi. idem docuerunt Cynus, Baldus, & Angelus in dicta l. Imperatores, ff. de statu hominum. Addit quoque, & hoc memoriæ commendandum, dicens. Quinimò fortius dico, quòd si filia fugisset in quoddam castrum, quod fortasse fuisset mariti, & pater staret per sex menses ad præparandum se continuè, vt filiam occideret, quod pater dicetur in-

30 continenti † fecisse, & hoc per elegantem doctrinam Vgotionis, quam tradit in 1. distinctio. §. ius naturale, de qua fecit magnum festum Bald. in l. fina. C. de his qui à non domina. vbi habetur, quod licet vim vi repellere incontinenti, vt in l. 1. C. vnde vi. l. vt vim, ff. de iustitia, & iure. Tamen incontinenti dicitur fieri, si alteri, qui expulit me, erat potens, & ego ad præparandum me steti, per sex menses, vt illum potentem expellerem, nec huic conclusioni, obest textui, in dicto

31 §. quod ait lex, † in principio, vbi habetur, quod si pater occidit adulterum vna die, & alia die vult filiam occidere, & occidit: quod pater incidit in l. Cornel. de siccarijs. Quia respondeo, quòd illum textum, debemus intelligere quando pater potuit occidere filiam & noluit, quia illam iram deposuit, secus in casu nostro, quia semper voluit, & nunquam potuit. hæc ille Augustinus, & benè. quibus ambobus astipulatur in omnibus Hyppolit. de Marsilijs, in l. vnica, nu. 1. & 2. C. de raptu virgi. & latius in l. patre, vel marito, in prima columna, ff. de quæstionibus, sed quia liceat patri, vel marito occidere vxorem, vel filiam prægnantem, docnit ipsemet Hyppolitus in l. edictum, nume. 23. versiculo scias tamen, ff. de quæstionibus, addens, quod idem docuerit Ioannes de Anania, in capitulo intelleximus, extra de his, qui filios occidunt. Ipse tamen videtur astipulatum fuisse sententiæ Bald. in dicta l. Imperator. dicentis, quòd imò in tali casu pater debeat puniri non in totum, sed pro excessu quia partus erat innocens & nullam merebatur pœnam. Addens, quod ista opinio Baldi, sibi videatur æquior, quoad ius Diuinum, & humanum. Hæc Hyppolitus de Marsilijs, vbi supra. qui & in l. patre, vel marito, numero quarto, versiculo, sed an liceat, ff. de quæstionibus dicit, quòd & si Aug. vbi supra in tractatu de maleficijs dixerit, quod patri non liceat occidere stuprantem filiam, sicut adulterantem: tamen Panormitanus in capitulo veniens, el secondo, extra de sponsalibus. contrarium tenuit, & ita docuit. & sciendum quòd de eadem materia loquens rursus Bartolus, in dicta l. quod ait lex, §. quod ait lex. tradit optimam theoricam, dicens. Nota quòd in maleficijs dicitur inconti-

32 nenti fieri, † quod sit vno impetu, licet duret per horas illa rixa. Secundo nota, quod inspicitur initium quoad locum, & quoad tempus. Nam vides hic, quod patri permittitur occidere in domo sua tantum, vel generi sui, vt in l. nec in ea lege, §. ins occidendi, ff. ad l. Iuliam de adulterijs. Item incontinenti tantùm licet occidere: & tamen hic habes, quòd si illo fugiente per horas alibi interficiatur, videtur in illo loco, & illo tunc, idest, illo tempore interfectus. Addit ibidem quoque & hanc regulam, peroptimam, dicens, quando initium, & finis alicuius operis est prohibitus, tunc inspicitur, quoad pœnam infligendam, finis, & non principium, vt docet textus in l. illud, in fine, ff. ad l. Aquiliam. Adde tu, quod Bartolus sequitur hic sermonem de homicidio facto incontinenti, scilicet, vulnera sigillatim, nullo spatio interiacente, infligendo: non autem de eo, qui primo vulnerauit, & postea post aliquod spatium occidit: quoniam tunc de vtroque punietur, & idcirco non citauit ad hoc dictam l. illud, tali pacto, vt in l. illud, §. finali, sed in l. illud, in fine, quoniam in dicto §. habentur ambo casus, sed de primo ibi posito, non loquebatur ipse. Nam ibi hæc habentur, videlicet. [Si idem eundem seruum vulnerauerit, postea deinde etiam occiderit, tenebitur & de vulnerato, & de occiso: duo enim sunt delicta: aliter atque si quis vno impetu, pluribus vulneribus, aliquem occiderit, tunc enim vna erit actio de occiso.] Hæc ibi. quæ summopere deseruiunt, tam ad declaratio-

nem prædictæ doctrinæ ipsius Bartoli, cùm e-
tiam ad dilucidationem præsentis conclusio-
nis. Addit ibidem Bartolus, quod talis consi-
deratio, seu ponderatio est introducta a iure in
fauorem rei, ne de vtroque puniatur: quando su-
mus in facto opere in instanti, cuius principium,
33 alicuius facti est licitum, † & habet causam in se
annexam, licitam: & si finis ipsius de per se con-
siderato, quantum in sui natura est illicitus, ac à
iure prohibitus; tunc non finis, sed principium
ipsius inspicitur, ac ponderatur; vt apertissimè
colligitur ex textu in dicta l. quod ait, §. quod
ait lex. Pro hoc facit optimè (secundum Barto-
lum, vbi supra.) textus in l. qui cum maior, §. 1.
ff. de bonis liber. & hoc facit ad multa. Pone
quidam cepit aliquam personam in platea,
34 † & portauit extra plateam, & ibi percussit eum,
an puniatur tanquam percutiens in platea: iste
textus facit quòd sic, tamen in contrarium est ve
ritas, vt apparet ex prædictis. Idem si aliquis
insultaret alium in platea, & fugaret eum, vsque
extra plateam, & ibi eum percuteret, non per-
cuteret in platea. Sed pone alium casum. Caue-
tur statuto huius ciuitatis: quòd quis possit of-
fendere alium ingredientem in possessioné suam,
in ipsa possessione sine pœna: modò aggredior
illum ingredientem possessionem meam, & illum
fugientem prosequor extra possessionem meam,
& ibi eum percutio: certè licitè percutio, seu
occido, vt hic: & ratio est, quia initium fuit li-
citum. hæc omnia Bartolus, vbi supra. quæ sunt
memoriæ imprimenda, nostram conclusionem ta
citè approbauit. idem Bartolus quoque in dicto
§. imperatores, dicendo, quòd vtile erit ipsum
memoriæ commendare. Idem verò expressè do-
cuit ipse Bartolus, in l. Imperator, la seconda,
versiculo quæro an filiam in actu, ff. de statu ho-
minum, vbi sequens Guil. dixit, quòd pater pos-
sit impunè occidere filiam prægnantem inuen-
tam in actu veneris illicito, & ratio secundum v-
trosque est, quia impetus, seu dolor accerrimus
patris eum excusat, licèt filia sit prægnãs; eo quòd
in tali opere attendatur factum solùm, & non iu-
ris ordo. hæc ille, cuius sententiæ addi posset,
quod paulò ante diximus, quòd hoc icciteò li-
cebit, quia est per accidens: accidit enim quòd
filia illa meretrix sit prægnans: cùm ergo liceat
talem filiam occidere, quod est per se conside-
randum in hoc facto, cùm sit quid principale,
& concessum à iure: nihil refert, quòd tali di-
gna morte, sit prægnans, nec ne: eò quòd per
se pateat, quòd concesso principali, concessum
subauditur & accessorium coniunctum suo prin-
cipali, & sine quo illud exequi non possit. Qua-
propter concessa à lege occisione talis mulieris,
& sine interitu fœti illa occidi non possit, intel-
ligitur concessam & extinctionem fœti quoque,
vt non videatur frustra fuisse concessam talis mu-
lieris occisionem à iure factam: quod & patet
ad sensum. Idem docuit Baldus in dicta l. Im-
perator, la seconda, in prima lectione, nume-
ro tertio, dicens, quòd mitius puniatur, tamen
propter mortem innocentis punietur, indè se-
quutam, argumentum in l. Cicero, ff. de pœnis.
l. si adulterium, §. fratres, ff. ad l. Iuliam, de a-
dulterijs, & in l. Gracchus. C. de adulterijs,
Gulielmus, & Cynus; autem in dicta l. Impera-
tor. dicunt, quòd puniri non debeant in aliquo:
quod ipse ibidem Baldus, non credit verum;
quia videtur excedere modum: quapropter in-
dè sequitur, quòd si in aliquo casu non excesse-
rit modum; non veniat puniendus. & addidit e-
tiam ibi, quòd idem erit dicendum, si quis oc-
ciderit prægnantem, quando statutum permit-
teret impunè occidi bannitum: quoniam occi-
dens mulierem prægnantem bannitum, non pu-
nietur: quia lex habet locum vbi proceditur per
viam inquisitionis, & quòd ita docuerunt Gu-
lielmus & Cynus, in dicta l. Imperator, quem
refert Baldus ibidem in secunda lectura. Idem
docuit Augustinus de Arimine, in additione su-
per Angelum in tractatu de maleficijs, numero
vndecimo, versiculo limita tamen hoc. Idem
quoque expressè de prægnante docuit Felinus,
in capitulo si verò, el primo, extra de senten-
tia excommunicationis. In glosa, & Ioannes de
Arno: in Epitome tertia, incipiente: si maritus,
quos Carrerius in sua praxi criminali, capitulo
incipiente Nonò excusatur, numero nono, ver-
siculo extende etiam ad vxorem prægnantem;
qui ibi loquitur de patre & marito paulò ante
ibidem, numero octauo; ipsemet Carrerius,
Idem docuit Bartolus, in l. Imperator, la se-
conda, (sequens Guilielmum,) ff. de statu homi-
num.

Probatur & tertiò ratione iam paulò antè al-
lata in corroborationem rationis allatæ à Bart,
vbi supra.

Et si verissima fuerit comprobata præsens no-
stra conclusio; tot auctoritatibus munita: Pos-
35 set tamen contra ipsam quis insurgere, † muni-
tus triplici clipeo. Arguendo à simili: eo quòd
præcipiatur iudicibus, ministrisque iustitiæ non
solùm non exequi sententiam capitalem, contra
prægnantem, & ipsam non torquere, verùm e-
tiam abstinere ab exequutione huiusmodi ca-
pitalis sententiæ post partum, si non reperire-
tur mulier, quæ lac ministrare posset infantu-
lo suo. nec torqueri poterit nisi post quadra-
ginta dies, à die partus computando: sic ergo
arguo, si Ministris iustitiæ non licebit prædicta
exequi auctoritate legis fultis, ne puerulus ille
innocens per abortum, vel defectum lactis pe-
reat, quanto minus viro vel patri adulteræ præ-
gnantis licebit ipsam interficere: cùm hoc cer-
tissimum sit, quòd morte ipsius prægnantis ex-
tinguatur, ac pereat fœtus ille animatus, ac per
consequens homo iam effectus sine sua culpa. &
36 quòd Iudicibus prægnantem morti tradere † non
liceat, nisi post partum, probatur apertissimè per
textum in l. prægnantis, ff. de pœnis. Vbi hæc
habentur, videlicet. [Prægnantis mulieris con-
sumendæ damnatæ, pœna differtur quoad pa-
riat. Ego quidem, & ne quæstio de ea habea-
tur, scio obseruari, quandiu prægnans est.]
Hæc ibi. Idem docuit Bartolus, in dicta l, præ-
gnantis, prout iacet in impugnatione facta,
Idem quoque docuerunt Canonistæ & Crimina-
listæ, de quorum numero est Ioannes de Ana-
nia, in capitulo intelleximus, extra de his, qui
occiderit filios, & alij, quos enumerat, & sequi-
tur Marsilius in dicta l, Edictum, numero deci-
moseptimo, decimooctauo, decimonono, & vi-
gesimo; ff. de quæstio.

His non obstantibus adhùc asseueramus veris-
simam fuisse limitationem præsentem nostram,

& ad

37 & ad text. in d.l. prægnantis,† & ad Doctores supradictos facile erit responsum, dicendo quòd sicut regulariter occidens hominem pœna capitali, legis Corneliæ de ficcarijs, puniendus erit, & tamen fallit hæc regula in occidente ho-
38 minem vim vi repellendo, † cum moderamine inculpatæ tutelæ: & hoc quia sicut rationi consonum est abstinere ab homicidio iniusto, æquè rationabile est cohibere audaciam & temeritatem homicidarum, quæ vtique ex tali lege coarcetur, scientes quòd impunè occidentur si insurgerent contra alios: ita dicimus in casu nostro, eo quòd rationi consentaneum summopere fuit, vt Legislator compatiens iusto dolori patris, & mariti talem impunitatem promittendo ipsis cohiberet fœdissimas mulieres ab adulterijs, & ratio fuit prima. Quia qui tale quid viderit in filia, vel vxore tanta iracundia meritò repentina accenditur, vt ferè impossibile ei fuerit ipsam intra se reprimere, cuius rationabili iræ compatiens, concessit Imperator impunitatem occidenti in adulterio filiam, vel vxorem: Secunda ratio est, vt tali mortis timore perterritæ mulieres reprimerent effrenatam suam concupiscentiam, ac libidinem: & abstinerent à tali crimine: & sic consuleretur proli certitudini, & miseri viri non compellerentur aliorum filios alere, ac hæredes suos instituere contra ipsorum met voluntatem.

Amplia primo præcedentem limitationem, dicendo ipsam locum etiam obtinere in filio pa-
39 tris, vel mariti † ipsius adulteræ, qui de mandato speciali occideret ipsam adulteram prægnantem repertam in adulterio. Nam ipse nullo pacto veniet puniendus pœna l. Corneliæ de ficcarijs, vel l. Pompeiam de Parricidijs, sicut & patrem eius impunè occidere illam posse probauimus in præcedenti.

Hæc ampliatio probatur per argumentum in l. cùm scimus, in fine. §. in omnibus. C. de agricolis & censitis, libro decimo. Vbi dicitur, quòd
40 [filius computatur inter membra † patris, cùm sit quodammodo pars corporis patris longè sit, quapropter etiam si pater à fundo, ibi filio remanente dicatur adesse & patrem, neque abesse à fundo.] Dixi probari præsentem ampliationem per argumentum in dicto §. quia & si in cortice verborum, ipsius non appareat probatio præsentis ampliationis, benè tamen probatur secundum ipsius sententiam, & mentem Legislatoris, sic arguendo. Cùm ex ipso textu habeatur, quòd filius sit pars corporis patris, & patri licet ipsam prægnantem occidere, impunè (quoad pœnam iuris ciuilis.) Et per se pateat, quòd pars corporis humani contineatur in corpore, cùm corpus constet ex suis partibus, seu membris, sicut continentur partes in toto, & totum in suis partibus. Inde ergo sequitur, quòd sicut patri in casibus enarratis in præcedenti limitatione impunè licet filiam prægnantem adulteram occidere, ita & filio ipsius de mandato
41 † speciali ipsius patris: & loquimur de filio patris adulteræ, non de filio tantum matris adulteræ, & latius & communiter Doctores citandi docuerunt, tum quia in talem filium non habeat plenam iurisdictionem, cùm etiam alias non militaret ratio prædicta, eo quòd non possit dici pars corporis patris. Idem & apertius probatur per textum in l. Gracchus, C. ad l. Iuliam de adulterijs. Vbi hæc habentur, videlicet. [Gracchus, quem Numerius in adulterio noctu deprehensum interfecit, si eius conditionis fuit, vt per legem Iuliam impunè occidi poterit: quod legitimè factum est, nullam pœnam meretur. Idemque filijs eius, qui patri paruerunt, præstandum est.] Hæc ibi. Idem probatur & secundò Doctorum sententia. Nam Bartolus in l. non solum, §. si mandato, columna secunda, versiculo circa primum dic. ff. de iniurijs, tradit hanc regulam, dicens, quòd quando illud, quod mandatur non est licitum, nisi cer-
42 tæ personæ, eius priuilegio,† vt puta, maritus potest occidere adulterum vilem inuentum cum vxore: certè cùm hoc sit ex priuilegio concesso personæ, non potest hoc mandare alteri, nisi fortè filijs suis, vt in l. Gracchus, C. ad l. Iuliam de adulterijs. Probatur & secundò præsens ampliatio, Doctorum auctoritate. Nam infrascripti Doctores, se ei subscripserunt, videlicet. Glosa in dicta l. Gracchus, in versiculo, occidi,
43 dixit, quòd pater † quemlibet occidit in rebus venereis deprehensum, & in sua, & generi domo, dummodo & filiam occidat, vel per eum nō stet, vt in l. patri. & tribus legibus sequētibus, ff. ad l. Iuliam de adulterijs, & in versiculo præstandum est. Eadem glosa (loquens de filijs.) ait, sic ergo, parent in atrocioribus. Sed hoc ideo, quia patri est hoc permissum, aliàs contra, vt in l. ad ea, ff. de regulis iuris, hæc glosa illa. Idem tacitè docuit glosa in dicto §. illud, versiculo illud asserens, quòd filius dicatur pars corporis patris. Idem magis explicitè, & ad verbum docuerunt infrascripti Doctores, videlicet. Angelus in tractatu de maleficijs, in versiculo *Che hai adulterato la mia donna*. numero vigesimoquarto, versiculo quid si pater. Idem docuit Hyppolitus de Marsilijs in repetitione l. vnicæ, C. de raptu virginum, numero quarto; versiculo quod tamen non habet locum in filijs, Idem rursus docuit ipsemet Marsilius in consilio suo decimosexto, columna vigesimaquarta; numero quadragesimoseptimo, & quadragesimooctauo, & idipsum rursus docuit ipsemet Marsilius in suo singulari 448. incipiente. Habens potestatem. Idem docuit Iacobus de Bello visu, in sua praxi iudiciaria in rubrica de lenonibus, numero vigesimo, & vigesimo primo; versiculo octauò, quod permittitur, & versiculo decimo, quòd soli patri, & filijs. Idem docuit Salycetus, in dicta l. Gracchus, in principio, & in vltima columna. Idem docuit Felinus, in capitulo. Si verò, el primo, in prima columna; extra de sententia excommunicationis: Idem rursus docuit prædictus Hyppolitus in suo singulari quadringentesimo quadragesimo octauo; incipiente. Habens potestatem à lege. Vbi tradidit hanc regulam à Doctoribus approba-
44 tam, quòd etsi habens potestatem à lege, † vel statuto vindicandi se in aliquo casu non possit, impunè alteri talem vindictam exequi demandare poterit: tamen si pater habuerit hanc potestatem poterit hoc demandare proprijs filijs, & ratio est in promptu (vt latius paulò post dicemus: scilicet, quia pater & filius censentur vna met persona. Idem docuit Ludouic. Carrerius in sua practica criminali, in cap. incipien,

Circa tertium, de cauſis excuſantibus mandantem, numero quadrageſimo, verſiculo Decimotertiò excuſatur, & ſi ipſe non loquatur ſpecialiter de filio mandatario, ſed de quolibet mandatario aliquid agente quod facere liceurat mandatori. Qui Carrerius rurſus ſpecialius loquens in ſua ptaxi, in capitulo incipiente. Octauò excuſatur, numero decimotertio, verſiculo, Sed quid ſi pater. concludir, quòd pater hoc poſſet demandare proprio filio, & vterque excuſaretur à pœna homicidij in tali caſu, de quo eſt ſermo, Et rurſus idem Carrerius ibidem in capitulo incipiente. Nonò excuſatur maritus, numero ſeptimo, octauo, & nono; docuit, aſſerens, quòd etiam per conſtitutionem Regni Neapolitani, incipiente. Si maritus, libro tertio: hoc ipſum facere licebit. Idem docuit Didacus Couarruuias ſuper quarto Decretalium, folio 140. nnmero quinto, & hanc eſſe Doctorum communem opinionem atteſtatur Antonius Gomeſius, ſuper l. 80. Tauri. numero 61. Idem docuit Iulius Clarus, in ſua praxi criminali, quæſtione ſexageſima, verſiculo ſolet dubitari, in fine. Vbi dixit, quòd excuſetur etiam ex mandato ille, qui delictum commiſit, quando mandatum factum fuit à perſona, quæ illud idem delictum poterat impunè committere, & poteſt poni exemplum, in eo, qui de mandato patris interficit filiam deprehenſam in adulterio. Et licèt aliqui dixeriut hoc non habere locum, niſi in illis perſonis, quibus poteſt imperari, prout eſt in filijs, & in ſeruis: Nihilominus communiter tenetur in contrarium, vt dicit Cœpolla in conſilio criminali quarto, columna prima, ſubdens etiam, quòd ita obtinuit in facti contingentia. hæc Iulius vbi ſupra, qui idipſum confirmauit rurſum in eadem practica, §. homicidium, verſiculo dubium eſt. Addens quòd hoc poſſit demandari alijs, quàm filijs, & ſeruetur in practica, prout in facti contingentia ipſe reperit iudicaſſe Curiam Neapolitanam, teſte Afflicto, ſuper tertia parte conſtitutio. Regni, Rubrica quadrageſimaſexta, numero quarto. quem refert Carrerius in ſua practica, ſecundum quam ſe obtinuiſſe atteſtatur Cœpolla, in tractatu de ſeruitute vrbanorum, capitulo vigeſimotertio. circa finem. Idem docuit Paulus de Caſtro in l. refectionis gratia, ff. communi. prædiorum, vt refert Marſilius in ſuo ſingulari 175. incipiente. Conceſſo vno, circa finem. aſſerens illum docuiſſe, quòd in caſibus, in quibus poteſt facere vindictam in perſonam alicuius, quòd hoc poterit etiam fieri facere per alium, & ille talis hoc faciens non punietur. Idem docuit Cœpolla in dicto ſuo conſilio criminali quarto, columna ſeptima, verſic. ſecundo ſimiliter ſequens dictum Pauli, in d. l. refectionis gratia.

Probatur & tertiò ratione hac irrefragabili, 45 videlicet. Cùm pater & filius cenſeantur † eademmet perſona, vt in dicta l. cùm ſimus. Inde ſequitur, quòd ſicut in caſibus enarratis, in concluſione fuit explicitè probatum patri, & marito, per ſe ipſos licere occidere filiam, & vxorem prægnantem repertam in adulterio, eodem modo ibi implicitè, & hic explicitè fuit probatum licere filijs illas occidere, hoc mandantibus patribus ipſorum, & ipſarum filiarum, vel vxorum dictorum patrum ſuorum, & quod vere computentur vna met perſona, pater & filius, vlta ſupradicta, hoc ipſum docuerunt infraſcripta iura, & Doctores ſtatim citandi in probationem nonnullarum notatu digniſſimarum quæſtionum, quarum deciſio fundatur in allata noſtra ratione. Sciendum ergo quòd idipſum docuit textus, in §. ei verò, qui inſtituta de inutili ſtipulatione. Vbi hæc habentur, videlicet. [Ei verò, qui iuri tuo ſubiectus eſt, ſi ſtipulatus ſis, tibi acquiris: quia vox tua tanquàm filij ſit, ſicuti & filij vox, tanquàm tua intelligitur in ijs rebus, quæ tibi acquiri poſſunt.] Hæc ibi. Idem habetur in l. finali, in fine. C. de impuberis, & alijs &cæt. Vbi dicitur, quòd natura pater & filius eadem eſſe perſona penè intelligantur. Idem docuit Speculator in titulo de teſte, §. primo, in columna ſecnnda, verſiculo, item quòd eſt parens. Nam ideo dixit Dominus Marianus Socinus, in conſilio ſuo quinquageſimotertio incipiente. Magnifice Capitanee: quòd non dicatur liber relaxatus de carceribus, quando cogitur filium relinquere in carceribus pro obſide; & facit quod dixit Ludouicus Romanus, in l. 1. ff. de in ius vocando, vt eant. Vbi inquit, quòd etiam vbi eſt electa induſtria perſonæ, poteſt quis ſeruire per filium; allegat l. ſciendum. §. legati, ff. de legatis primo. Et dixit quoque Innocentius, in capitulo cùm locum, in principio, extra de 46 ſponſalibus, quòd metus † alterius, quàm eius, qui contrahit, impedit matrimonium; Vt ſi pater timet mortem, vel captiuitatem ſibi imminere: & prupter hoc filia conſentit nuptijs, quas pater pro ea contraxit. Vel etiam ipſa, hoc timore, vel alio ſimili ducta contrahit, non valet mattimonium: argumentum eius, quod è conuerſo dicitur de patre, quia iuſtus metus 47 † eſt in eo, ſi timet ſtuprum, vel ſeruitutem filiorum, vt in l. iſti quidem, ff. quod metus cauſa. Et dixit Baldus in l. ſi ea lege, in columna octaua. C. de conditione ob cauſam, quòd prohibitus alienare in potentiorem, poteſt alienare in filium, quamuis potentiorem. allegat gloſa in l. ſi ita. §. ea lege, ff. de verborum obligatione. Et facit etiam. Nam ſicut non valet confeſſio facta metu tormentorum, vt habetur in l. 1. in principio, ff. de quæſtionibus, & ibi per Doctores, & per Baldum in l. 2. in fine, ff. quorum appellatione, & eſt textus, & ibi Baldus, & Doctores, in l. nec ſi volens. C. de liberali cauſa, & ſpecialiter dixit de hoc eodem, Marſilius in l. vnica, numero nono, verſiculo, & facit etiam, nam ſicut. C. de raptu virginum, & in ſuo ſingulari tricenteſimo vigeſimonono, incipiente. Plures ſunt. Vbi enumerat plures caſus, in quibus confeſſio non valet. Ita ſimiliter non valet confeſſio ob metum torquendi filium ſecundum Doctores poſt gloſam, in capitulo afferte, & ibi ſpecialiter docuit Panormitanus. in columna ſecunda, verſiculo nota quòd licet, ſequens ſententiam Vincentij. Idem aſſeruit Felinus in dicto capitulo afferte, in columna prima, & in capitulo, ſi verò, in columna prima; verſiculo limita, extra de ſententia excommunicationis. Et adde Angel. in l. 1. §. ſi pater, el ſecondo, per illum textum, ff. ad Sylla. vbi dixir, quòd vaſallus, qui nō iuuat patrem domini ſui ita

priuatur

priuatur feudo, sicut si non iuuasset dominum. Et facit singulare verbum Andreæ de Isernia post glosam in capitulo 1. in principio, in fine versicu-li. 61. quibus modis feud. constitui potest. Vbi dixit, quòd feudum simpliciter receptum, intelligitur receptum pro se, & filijs suis masculis, licet in inuestitura de nullo hærede sit facta mentio: & idem dicit esse in emphyteosi: quod dicit esse notandum, & mente tenendum: & idem etiam dicit ipse Baldus in fine. & ipse Andr. in cap. 1. quibus cau. feud. ammittend. & Alexander in consilio suo 18. incipiente, Attentis, &c. in 2. colum. in volum. 5. de quo etiam per Alexand. latè in l. qui Romæ, §. duo fratres, in colum. 31. versicu. sed circa hoc, ff. de verborum obligatione. Et per Iasonem in l. 2. colum. 76. in fine. ff. de iure emphyteosis, pro quo dicto faciunt optimè quæ habentur in l. cùm accutissimi. C. de fideicommissis, & in l. cùm auus, ff. de conditione & demonstratione, & l. si vnquam, ff. de reuocanda donatione. Et dixit notanter Albericus de Rosate. in l. eum, qui probabilem. C. de Episcopis & Clericis: per illum textum, quòd si filius verberat patrem, & si pater stupret filiam; nec ille filius, nec ille pater præsumitur. Et in tantùm est verum, quòd pater & filius dicuntur vna met persona, quòd Angel. in tractatu de maleficijs, versicu. & dictus Titius se defendendo, nume. 30. versicu. quæro, sicut potest. dixit, quòd sicut potest quis semetipsum defendere, ita & filium, vt docuit Baldus in l. 1. C. vnde vi, in versicu. expedita est glosa, &c. dicit, quòd Doctores dicunt, quòd pater potest defendere filium, per l. isti quidem, ff. quod metus causa, quod ipse Baldus intelligit, siue filius legitimus, siue illegitimus; quia natura communis est, vt l. nos accusare. §. finali, ff. de accusatio. nec potest constitutio naturam immutare, & sic siue sit in potestate, siue non: & sic mater poterit etiam impunè defendere filium, vt in l. quia mater, ff. de in ius vocando, & eodem modo è conuerso Baldus in dicta l. 1. dixit, quòd filius impunè defendere patrem, & matrem: quod & placuit Angelum, ibidem in nume. 31. Et ad hoc ipsum facit quod docuit Cæpolla in consilio 55. incipiente, vnus filiorum, colum. 4. versic. dixi tertiò, quòd debet admitti. Vbi dicit, quòd in tantum dicatur vna met persona pater & filius, propter quod voluit lex, naturalis patrem debere filium alere, vt in l. 1. §. si fleat, C. de rei vxor. actio. & in Authentica, vt lice. matri & auiæ. §. sin autem, & vt filius debeat succurrere patri, vt in l. cùm ratio, C. de bonis damnandis. Et è conuerso voluit filium debere alere patrem, vt in l. si quis, §. liberis, in principio & in §. si impubes, ff. de liberis agnoscendis, & in l. 1. C. de alendis liberis, & voluit lex quòd pater succedat filio, vt in l. nam & si parentibus, ff. de inofficioso testamento. Nam quicquid acquirit filius, acquirit patri, vt in l. placet, ff. de acquirenda hæreditate, quod hodie limitatur quoad vsumfructum tantùm, remanente proprietate apud filium, vt in l. cùm oportet, & l. cùm non solùm, in principio. C. de bonis quæ liberis, & è conuerso, filius dicitur habere quodammodo dominium in bonis paternis, vt in l. in suis, ff. de posthumis, & liberis, ff. de liberis & posthumis. Et tenetur filius patrem offensum adiuuare. Et si esset in periculo pater ne occidatur: & filius negligit ipsum adiuuare, tanquam occisor tenetur pœna paricidij, vt in l. vtrum, ff. ad l. Pompeiam de parricidijs. Quia qui potuit hominem à morte liberare, & non liberauit, ipsum occidit, vt in capitu. sicut dignum, extra de homicidijs, & facit l. item mella. §. si alius, ff. ad l. Aquiliam. Ex his ergo omnibus patuit, quòd maxima cum ratione diximus filium mandante patre posse impunè interficere sororem, vel matrem etiam prægnantem repertam in adulterio in domo habitationis patris sui, vel mariti.

Amplia secundò dictam primam limitationem, dicendo non tantùm posse impunè maritum, patrem, & filium prægnantis repertæ in adulterio, occidere ipsam adulteram prægnantem repertam in adulterio, verum etiam extra-
48 neos vel consangnineos † dictorum, si fuissent conuocati à dictis patre, marito, & filio in supradictis casibus ad occidendum ipsam adulteram & adulterum repertum in adulterio, sine quorum ope illi non potuissent talem vindictam à iure sibi indultam exequi sine euidenti suo periculo, stante illa regula iuris vulgatissima, in qua habetur, quòd concesso vno, omnia concessa videntur, per quæ deuenitur ad illud, & quòd accessorium naturam sui principalis sequatur. Hæc ergo conclusio probatur triplici medio. Primò enim per argumentum in l. cui iurisdictio, ff. de iurisdictione omnium iudicum. Vbi hæc habentur, videlicet. [Cui iurisdictio data est, ea quoque concessa esse videtur, sine quibus iurisdictio explicari non potuit.] Hæc ibi. Idem probatur per argumentum, in l. 3. §. qui habet, ff. de seruitute rusticorum prædiorum. Vbi hæc habentur, videlicet. [Qui habet haustum, iter quoque habetur ad hauriendum. Et (vt Neratius, ait libro tertio, membranarum) siue ei ius hauriendi & adeundi cessum sit, vtrumque habebit, siue tantùm hauriendi inesse & aditum: siue tantùm adeundi ad fontem, inesse & haustum: hæc de haustu ex fonte priuato. Ad flumen autem publicum, idem Neratius eodem libro scribit, iter debere cedi, haustum non oportere, & si quis tantùm haustum cesserit, nihil eum agere.] Hæc in dicto §. Idem probatur per argumentum in l. si venditor, ff. de Religiosis, & sumpti. funerum. Vbi hæc habentur, videlicet. [Si venditor fundi exceperit locum sepulchri, ad hoc; vt ipse, posterique eius illo inferantur, si via vti prohibeatur, vt mortuum suum inferat, agere potest. Videtur enim etiam hoc exceptum inter ementem, & vendentem, vt ei per fundum sepulturæ causa ei liceret.] hæc ibi. Idem probatur per argumentum in l. vtimur, ff. de sepulchro violato. Vbi hæc habentur, videlicet. [Vtimur eo iure, vt dominis fundorum, in quibus sepulchra fecerint, etiam post venditos adeundorum sepulchrorum sit ius. legibus namque prædiorum vendendorum cauetur, vt ad sepulchra, quæ in fundis sunt, iter ei, aditus, ambitus faciendi sit.] hæc ibi. Idem probatur per argumentum in l. qui fundum, la prima, §. in lege fundi, ff. de contrahenda emptione. Vbi hæc habentur, videlicet, [In lege fundi aquam, accessuram, dixit. quærebatur, an etiam iter aquæ accessisset? Respondit, sibi videri, id

actum esse, & ideo iter quoque venditorem tradere oportere.] hæc ibi. Idem probatur per arg. inc. accessorium, de regul. iuris in sexto. vbi hæc habentur, videlicet. [Accessorium naturam sequi congrui sui principalis.] hæc ibi. Idem probatur per argumentum in cap. si super gratia. de officio Iud. deleg. in sexto. Vbi Bonifacius Octauus his verbis vsus fuit, videlicet. [Si super gratia cuiquã ab Apostolica Sede facta executores fuerint deputati: æquum esse censemus, vt sicut ipsa gratia (licet nondum sit in eius executione processus) morte non perimitur concedentis, sic nec etiam re integra perimatur executoribus data potestas; quam veluti prædictæ gratiæ accessorium, naturam sequi congruit principalis. Nec gratiam eandem vel reddi quandoque omnino inutilem, vel ipsius effectum in tempus longius (cum illius dispendio, cui facta exitit) differri contingat.] hæc ibi. Idem probatur & apertius per argumentum in l. refectionis gratia, §. si per tunm, ff. communium prædiorum. vbi hæc habentur, videlicet, [Si per tuum fundum ius mihi est aquam riuo ducere; tacitè hæc iura sequuntur; vt reficere mihi riuum liceat, vt adire quàm proximè possim ad reficiendum eum ego, fabrique mei: item vt spatium relinquat mihi dominus fundi, qua dextra, & sinistra ad riuum adeam, & quo terram, limum, lapidem, arenam, calcem iacere possem.] hæc ibi. Idem quoque probatur per argumentum in l. veteres, ff. de itinere, actuque priuato. Vbi hæc habentur, videlicet. [Veteres nominatim adijciebant, vt ea quoque, quæ ad refectionem vtilia essent, apportanti vis non fieret, quod superuacuum est; quoniam qui apportare non patitur ea, sine quibus refici iter non possit, vim facere videtur, quominus reficiatur.] hæc ibi. sed animaduertendum, quòd quamuis quampluribus alijs iuris, idipsum docentibus, potuissemus vti ad probandam præsentem ampliationem, tamen breuitatis gratia, eadem missa faciam, certiorem faciens Lectorem, quòd non sine mysterio, dixi probari præsentem ampliationem per argumentum in dictis iuribus, & non per dicta iura: quoniam & si sciam expressè in dictis iuribus nullam fieri mentionem de materia præsentis ampliationis, tamen non negabo idipsum ex illis elici; cùm apertissimè ex ipsis duæ eliciantur regulæ iuris verissimæ, quæ si fuerint benè libratæ, illas insimul coincidere vnusquisque animaduertet. Prima quarum est, quòd concesso vno, omnia insimul concessa videntur, per quæ deuenitur ad illud tale concessum, nè talis concessio sit vana, ac frustratoria; quod esset absonum, ex qua prima regula elicitur veritas præsentis, ampliationis, eo quòd si falsa ipsa esset, sequeretur, & falsitas ipsius regulæ, scilicet, quoniam si patri vel marito, aut filio (quibus diximus à iure fuisse indultam facultatem in terminis dictæ limitationis primæ, ampliationis primæ, conclusionis primæ, occidere impunè adulterã sororé, vel matrẽ, vxoré, aut filiam.) non liceret congregare amicos ad opem sibi impendendam in tali opere exp[...]ndo à iure sibi concesso; sequeretur quòd hæc a iure sibi concessa facultas (quàm sæpissimè frustraretur sine debito: cùm, vt patet ad sensum huiusmodi adulteri ingredientes ad adulteras, assoleant incedere bene lorieati, varijs armis accincti, & associati ab alijs, & inde alterum, ex his malis huiusmodi patribus, maritis, vel filijs vt in plurimum incurrerent (si soli vellent adulterum & adulteram insimul occidere) scilicet, aut ipsi ibidem interficerentur, aut dum insimul vtrumque non posset occidere, alterum occideret solum, altero euadente incolume ipse miser exequutor iustitiæ veniret de iure puniendus pœna mortis per l. Cornel. de siccarijs, prout latius fuit supra probatum per allata iura, & specialiter per textum in l. patri, & in l. nihil interest, ff. ad l. Corneliam de siccarijs, quamuis, quoad euadendam mortem sufficiat etiam, dummodo grauiter vulnerauerit alterum, quem perfectè nõ potuisset occidere, nec non si repertam adulteram maritus, cui diximus licere occidere, occiderit solam adulteram, pœna exilij solùm puniendus erit, vt docuit textus in l. si adulterium §. Imperatores Marcus & Antoninus, ff. ad l. Iuliam de adulterijs: Secunda verò regula, quæ ex dictis iuribus elicitur est, quòd accessorium sequitur naturam sui principalis, ac per consequẽs concesso vel prohibito eo, quod est principale, concessum vel prohibitum eo ipso intelligitur accessorium, ex qua etiam regula veritas præsentis ampliationis elicitur. Nam per se patet accessorium esse videtur id sine quo illud quod principaliter est concessum, non posset expediri, vt patuit per supradicta.

Idem probatur per argumentum in capitu. pręterea, extra de officio delegat. vbi supra. Alexander Tertius scribens Archiepiscopo Senonensi, infrascriptis verbis vsus fuit, videlicet. [Præterea super hoc quòd nos consulere voluisti vtrum liceat Iudici delegato non ordinario cogere contumacem vt veniat, aut damnare si non veniat, hoc tibi authoritate præsentium innotescat, quòd postquam ei causa licet simpliciter delegatur satis probatur nostra auctoritate partes compellere, & etiam contumaces seueritate Ecclesiastica, etiam si litteræ commissionis id non contineant, aut partes mandatum nostrum non habeant, vt accedant. Quia ex eo quòd causa sibi committitur super omnibus, quæ ad causam ipsam spectare noscuntur plenariam recipit potestatem.] Hæc ibi. Dixi probari præsentem nostram ampliationem, per argumentum in dicto capitulo præterea, quoniam etiam si prius s nulla mentio inibi fiat expressè & explicitè de materia præsentis ampliationis, nihilominus benè implicitè probat ipsam, cum ex ipso Canone habea-
49 mus, quod per facultatem generaliter delegatam alicui circa aliquod faciendum comprehendatur inibi delegata potestas faciendi etiam omnia, ibi non expressa, sine quibus dictum negotium delegatum non posset sortiri suum effectum ac eius expeditionem. Arguendo ergo a simili cum a iure patri & marito, & filio eorum ex mandato speciali ipsorum fuerit indultum impune exequi negotium occisionis adulteræ, & adulteri (prout latius supra) & in hoc videantur delegati a iure, a quo per rale indultum fuere delegati Iudices, ac ministri iustitiæ, si ipsi auxilio aliorum in tali exequenda delegatione indiguerit tam ipsi, quàm auxiliarores erunt iudicandi ministri, ac delegati a iure, & a iustitia & eximendi ab omni pœna tali actui, aliàs de iure infligenda, at potius præmio digni. Idem probatur,

batur, & secundo Doctorum authoritate, nam infrascripti Doct. se subscripserût præsenti ampliationi, videlicet Glo. in d.l. refectionis, in versic. sequuntur, dicens quod ex illa l. eliciatur quod cui aliquid conceditur, & ea sine quibus id esse non potest concessa intelliguntur. Idem docuit Bar. in d.l. cui iurisdictio dicens, quòd hoc clarum est, q cui delegatur iurisdictio videntur omnia delegari, sine quibus iurisdictio expediri non potest, qui Bart. rursus & latius id ipsum probat in l. ambitiosa, col. 5. vers. secunda regula est, ff. de decr. ab ordin. fac. cuius sententiæ per omnia se subscripsit Decius in d.l. cui iurisdictio, per totum concedês quòd delegatus possit ea facere, sine quibus iurisdictio expediri non posset, & addit ibidem in colum. 2. uers. & ita reperio, quòd Bal. hic col. 2. expressè tenet dum inquit, quòd in tali delegatione continetur omne sine quo expressum commode explicari non potest, & facit text. in cap. præterea, ext. de offic. deleg. ex his ergo patet quòd Bar. Decius, & Bal. tacitè etsi non expressè se subscripserunt præsenti ampliationi eo tamen modo quo diximus prædictum Canonem in c. præterea. hoc ipsum docuisse. Idem proculdubio implicitè docuerunt omnes Canonistæ in d.c. præterea. inter quos est Innocêtius qui dixit quod concesso principali conceditur accessoriû, vt in d.l. cui iurisdictio, & prohibito aliquo, prohibetur omne id per quod peruenitur ad illud, & Panorm. ibidem col. 1. vers. vltimo nota, vbi dixit quod vno commisso omnia videtur cômissa, sine quibus illud explicari non valet, & adhoc quotidie allegatur dictum c. præterea, & addit, quòd delegatus virtute delegationis eligere possit sibi nuncium, & constituere sibi officiales, & punire nuncium si facit falsam relationem, & testes coram eo delinquentes si impediunt eius officium. Hæc Panormitanus. Idê docuit ad verbum multis auctoritatibus Hyppolitus de Marsil. in l vnica. C. de raptu virg. nu. 11. per totum. in vers. & circa illud, quod dixi proximè afferens, quòd idipsum docuerit Oldra. in consi. suo 11. incip. Thema tale est, & in consi. 27. incip. Thema est. Nam in d. consi. 11. dixit, quòd si est concessum priuilegium cuidam hospitali pauperum, quòd de prouentibus, & redditibus, qui expenduntur in vsus pauperum non soluatur decima, quòd etiam de prouêtibus, & redditibus, qui expenduntur in vsus illorum, qui hospitali præsunt, & hospitali deseruiunt, nô debebit solui decima: quia sine talibus seruientibus pauperes illi viuere non possent: ad quod probandum allegauit plura iura, de quibus ibi per eum; quod dictum & alia ad hoc propositum facientia refert Iason in d.l. 2. col. 1. ff. de iurisdict. omn. iudi. Idem docuit Felinus in c. causam quæ. in col. 1. & 2. ext. de sent. & re iudic. & in c. quam sit, circa princip. ext. de Iudæis. & in c. super litteris. col. 13. extr. de rescript. & in terminis præsentis ampliationis, scilicet q ille cui permittitur vindicta in aliquo casu possit vocare, & secum ducere amicos, & attines ad illã faciendam: & taliter vocati non puniantur, sicut non punitur principalis, elegantissimè, & expressè docuit Pau. de Castro. in d l. refectionis gratia,. per illum textum. in verbis illis. [Ego fabrique mei, &c.] Vbi dicit, quòd illud, quod facere possum per me, possum facere per ministros meos ad hoc necessarios: & illis resistens videtur mihi resistere. & respondet ad contraria addens ipse Pau. quòd hoc ipsum tenuerit Iac. de Butr. in d.l. refectionis graria. Idem rursus Pau. docuit in l. raptores. in col. 2. C. de episcop. & cler. Et rursum idem Pau. docuit in l. iniustum. circa finem. ff. de seruit. vrban. præd. & quòd idem docuerit Bal. in l. 1. col. antepen. vers. sed quid dicemus. statutum permittit, &c. C. vnde vi. & rursum ipse Bal. in c. de cetero. ext. de sent. & re iudic. & rursum ipse Bal. in c. si in colum, 2. ext. de iuramento calumniæ. Vbi notãter dixit, quòd si aliquis ex forma statuti potest se propria auctoritate vindicare, poterit secû adhiberc socios, & complices, sine quibus verisimiliter non posset rutè peragere tale factum, quia cui conceditur aliquid, videtur concedi etiam cum familiaribus, & amicis, sine quibus id facere non posset. Idem rursus ipse Bal. in l. 1. col. 16. versic. sed quid si vbi guerra. C. vnde vi. vbi dixit, q si guerra est licita côfederati, & amici possunt interesse per not. in d. §. cûm igitur. l. 3. ff. de vi, & vi armata, cûm alijs ibi per eû allegatis. & ibi idê tenet Bal. in l. vt vim, col. 4. in princ. vers. sed an, & vbi est licita defensio. ff. de iustitia, & iure, vbi tenet, quòd vbi est licita defensio in vltimo possunt conuocari amici, & priuatæ personæ ad vlciscendum, quia si in principali non habet necem maleficijs: ergo nec in sequacibus, vel associantibus, quia sunt accessorij ad actum permissum hęc Bal. vbi supra, & quòd idem docuerit Ioânes de Ana. in c. fin. col. 2. vers. vltimo, pro ampliori. ext. de rapto. Et addidit ibidem in fine, quòd per ista, & alia dixi, quòd cum quidã paterfamilias nocturno tempore sensisset fures in domo sua asportantes bona sua surrexerit de lecto, & vocauit vicinos, vt irent secum, vt caperet fures, vel saltem bona sua eriperent de manibus eorum. Qui paterfamilias cum dictis vicinis euntes post dictos fures eos inuenerunt, qui fures inuenti cęperunt admenare cum armis contra dictum patremfamilias, & contra dictos vicinos, qui finaliter interfecerût dictos fures. Dixi, quòd dicti vicini erant immunes a pœna homicidij, sicut & ipse paterfamilias principalis, cuius erant bona. hæc sunt præcisa verba dicti Hyppol. vbi supra. Qui rursus ferè omnia eadem recensuit in suo singulari 175. incip. Concesso vno, Vbi addidit prædictis, q idipsum docuerit Petr. de Anch. in c. 1. ext. quod met. caus. & Ioannes de Ana. in c. 2. in vltimis verbis. ext. de homicidio. & Felinus in c. quæ in Ecclesiarum, colum. 4. versic. cęterum. ext. de constitu. & Paris de Puteo in suo tract. syndic. in 41. carta, versic. familiaris. Hæc omnia ipse Hyppol. in dicto suo singulari 175. Idem docuit Bartholomeus Cepolla in suo consi. 4. incip. Visa querela. colum. 7. versic. secundo similiter, seu sequaces. Vbi infrascriptis verbis vtitur, videlicet. Sequaces non debent condemnari, quia si fuit licitum Bonaenturæ intrare domum suam etiam per vim armata manu: videtur etiam fuisse licitum ducere socios, sine quibus non potuisset commodè intrare in domum suam; maximè si Nicolaus voluisset resistere; & pro hoc est tex. in l. refectionis gratia, ff. commu. prædior. vbi inter alia dicitur, fabrique mei, & quod ibi singulariter notat Paul. de Castro qui dixit per illum textum, quòd illud, quod facere possum per me, facere possum per ministros meos ad hoc necessarios: & si resisteres illis, videteris mihi resistere. & addit, quòd est argumentû, quòd si ex forma statuti licitum est alicui vindictã sumere

mere de aliquo, qui ipsum offendit, quòd tale statutum valet ad refrenanda maleficia, quia facit priuatum ministrum Reipublicæ. vt in l. 1. C. qñ. li. vni. sibi ius vin. & tunc tibi erit licitum congregare amicos, qui ipsum iuuent ad hoc, & quòd illi iuuantes tum non punientur, sicut nec ipse principalis etiam si tales cōgregati essent extranei, & non filij ipsius congregantis, vt etiam docuit Iac. Butr. in d. l. refectionis. quorum sententiam ipse Bartho. Cępol. sequens, addit ibidem dicens, & hanc partem ipse teneo esse veram, per quā aliàs obtinui in Ciuitate Veronæ. Vbi statutum est, qp si frater reperiat aliquem malè conuersantem cū sorore, possit ipsum impunè occidere, quòd vnus, qui reperierat quendam in camera cubiculari cū sorore cum armis, & cōuocauit amicos armatos, & occidit illum: licèt statutum loquatur de fratre, tamen debet etiam extendi ad amicos cōgregatos, sine quibus tutè non potuisset occidere illum repertum cum sorore. Et ita per totam curiā Veronæ fuit iudicatum, & idem in effectu tenet Pau. de Castro in l. raptores. col. 2. C. de episco. & cleri. allegans etiam notata in l. 3. §. cum igitur. ff. de vi, & vi armata, & addit ipse Cępolla. vbi supra, quòd licet circa hæc multa possent adduci, tamen quia illa est veritas, breuitatis causa istis ero contentus. Idem quoque ad verbum docuit Ludo. Carrerius in sua praxi crim. in cap. incip. Nonò excusatur maritus. num. 27. vers. & nota vnum quod dixit. Vbi sequens supra relatas sententias Cępollæ, & Marsil. docuit & ipse quòd liceat congregare amicos & vtrosque occidere, & tam ipse congregans, quàm congregati ad occidendos adulteros vtrosque in actu adulterij, vel post persequutionem eorū statim facta (vt supra latius fuit dictum) erunt immunes a pœna homicidij. & dixerat ipse Carrerius in nu. 18. eiusdem capituli:

Probatur & tertiò præsens ampliatio hactēnus prætacta in enucleatione legum, & canonum allatorum in fauorem ipsius. Ratio ergo est: Ne indè pater, maritus, & filius, quibus diximus in supradictis casibus licere interficere adulteram etiā prægnantem volentes munere ministrorum iustitiæ (virtute indulti a iure sibi concessi) fungi subiaceant discrimini propriæ salutis: cùm ex tali facto consulatur etiam bono communi, quod ex tali homicidio, vel parricidio procedit, cuius gratia, & ipse leges Imperatoriæ hanc facultatem prædictis indulserunt. Nam si eis non liceret socios, seu amicos sibi in tali exequendo opere associari, q̃ sæpissimè volentes adulteros interficere ipsi miseri interempti remanerent, contra mentem talium iurium. Quapropter conuincitur optimè dixisse Paulum de Castro in d. l. refectionis gratia (quem retulit, & sequutus fuit Cępolla in dicto suo cons. crim. 4. col. 7. vers. & subdit, quòd est arg.) quòd in tali casu ipsa lex concedendo alicui sumere vindictam de tali suo malefactore facit ipsum priuatum esse ministrum Reipublicæ. vt in l. 1. C. quādo lic. vni. si. iu. vi.

Amplia & tertiò supradictam primam limitationem præcedentem, dicendo, quòd omnes su-
50 pradictis quos diximus, & probauimus † posse
impunè occidere prægnantem repertam in adulterio, per se ipsos poterunt hoc ipsum demandare alijs etiam extraneis etiam mediante pecunia. Quapropter huiusmodi mandatores, & mandatarij etiam sequuto homicidio non veniunt puniendi pœna homicidij. Hæc ampliatio probatur auctoritate Doctorum. Nam infrascripti Doctores ipsam docuerunt, videlicet Bald. Salic. & Pau. de Castro in l. Gracchus. C. ad l. Iul. de adulte. & consuluit Bar. vt refert Anchar. in c. 1. in fine. vers. hic potest. ext. de constitu. Idem videtur sentijsse Alexan. in addit. ad Bar. & in l. non solum. §. si mandato. col. 2. vers. sed quæro quando quis excusatur ratione causæ, ff. de iniurijs. Vbi post recitatas nonnullorum Doctorum sententias cōtrarium tenentium: asserit præsenti limitationi se subscripsisse Pau. de Castro etiam in l. si cum dotem. §. transgrediamur, ff. solu. matrim. Et Ludo. Rom. in l. 3. §. si mari. ff. ad Syll. & in l. 1. §. fin. in addit. ff. de oper. no. nunc. Dixi ipsum Alex. se subscripsisse præsenti ampliationi, quia post talium sententiarum relationem nihil attulit in ipsarum impugnationem. Idem latius & apertius docuit Ludo. Carrerius in sua praxi crim. in cap. incip. Circa tertium, de causis excusantibus mandantem, nu. 40. versic. decimotertiò excusatur. vbi dixit, quòd excusatur mandans delictum, quotiescunque potuit per se illud facere, & occidere. & hoc quo ad mandatores, sed quoad mandatarios quoscunque etiam extraneos loquens ibidem in cap. incip. Sequitur ex quibus causis excusetur mandatarius, num. 20. vers. item excusatur etiam mandatarius. asserens, quòd si ex forma statuti, aut iure communi mandans excusaretur, tunc & ipse mandatarius excusabitur a pœna eadem, vt docuit Pau. de Castro in l. refectionis gratia. ff. commu. prædiorum. & in l. raptores, C. de episco. audi. Idem Carrerius rursus idipsum specialius in eadem praxi. in cap. incip. Nonò excusatur maritus, nu. 11. versic. sed an stante dicta constitutione asserit quòd etsi Ang. in tract. de malef. in versic. *che hai adulterata la mia donna*. in duplici loco teneat, quòd extraneis non possit demandari occisio adulterorū a patre marito, sed solum proprio filio illorum. Tamē in contingentia facti refert Mattheus de Afflicto in constitutione si maritus. & in constitu. pacis cultum, casu 15. obseruatam fuisse doctrinam Bal. in dicta l. Gracchus, quòd alteri, quàm filio poterat hoc demandari etiam pecuniam ei dando, vt occideret, & sic per assassinium: Idem docuit (secundum Carrer. vbi supra) Ioannes de Arnono. in singulari 85. incip. per Constit. Regni. An possit alteri cedi ius vindicandi, & tunc vterque maritus mandans, & mandatarius excusatur, quod nota, inquit ibidem Carrerius, vbi supra. Idē & latius, ac clarius docuit Iulius Clarus in sua praxi crim. in §. homicidium. vers. dubium est, nunquid possit, vel maritus alteri demandare, vt adulterum in domo sua deprehensum (in casibus tamen, quibus de iure licitè occidi potest) interficiat, ipse Iulius post relatas nonnullorum Doctorum sententias tenentiū, quòd non, & subdit dicens. Quinimò multi renuorunt, quòd poterit alijs etiam quàm filio id mandare. Et hæc opinio seruatur in practica, prout in facti contingentia reperio iudicasse Curiam Neapo. teste Afflicto super tertia parte constitu. Regni. rubr. 46. nu. 4. quem refert pract. Carrerij fol. 445. num. 240. secundum quam se etiam in facto obtinuisse attestatur Cepolla. in tract. de serui: verba. cap. 23. circa finem. hæc Iul. Clar. vbi supra, qui eadem repetens in eadem praxi. q. 60. versic. solet dubitari. circa finem. versic. excusatur, vbi infrascriptis præcisè verbis vtitur, videlicet. Excusatur etiam

etiam

etiam ex mandato ille, qui delictum commisit, quando mandatum factum fuit a persona, quæ illud idem delictum poterat impunè committere. Et potest poni exemplum in eo, qui de mandato patris interficit filiam deprehēsam in adulterio. Et licet aliqui dixerint hoc non habere locū, nisi in illis personis, quibus potest imperari, prout est in filijs, & in seruis: nihilominus communiter tenetur contrarium: vt dicit Cepoll. in consi. crimin. 4. col. 1. subdens, quòd ita obtinuit in facti contingentia, prout illum refert practica Carrerij fol. 325. nu. 113. hæc ille.

51 Secunda conclusio, quæcunque prægnās,† quæ voluntariè sumendo aliquam medicinam procurat abortum fęti inanimati rationali anima, mota, vt aliquam pecuniam, vel quid tale lucretur, punietur pœna legis Cornel. de sicar. scilicet pœna mortis, etsi non pœna parricidij. Hæc conclusio triplici medio. Primò enim per text. in l. Cicero. ff. de pęnis. Vbi hæc habentur, videlicet. [Cicero in oratione pro A. Cluentio. Habito scripsit; Milesiam quandam mulierem, cùm esset in Asia, quòd ab hæredibus secundis accepta pecunia partum sibi medicamentis ipsa abegisset: rei capitalis esse damnatam.] hæc ibi. Et notandum, quòd peroptimè ex his verbis Doctores eliciunt, quòd dictæ capitali penæ subiaceat dicta procuratrix aborti, etiam si fętus non fuisset animatus, cùm inibi nulla fiat specialis mentio de animatione, vel inanimatione fœti, & ratio hoc ipsū suadeat, vt dicta auaritia sic impia, qua mouetur talis mulier ad vendendum corpus proprij fęti, aggrauet delictum ipsius procurantis dictum abortum: cū aliàs in tali casu, quando fętus non erat animatus anima rationali, punienda erit solum tali pœna. Probatur, & secundò auctoritate Doctorum, Nam Bart. in l. Diuus. ff. de extraord. crim. dixit quòd mulier, quæ propter pecuniam lucrandam procurasset abortum fęti etiam inanimati punietur pœna mortis, vt in d. l. Cicero. non autem pęna parricidij, nisi fuisset fętus animatus anima rationali, vt in l. 1. ff. ad l. Pompe. de parricidio. Idē docuit Panormitanus in c. sicut ex litterarum. colum. 2. vers. in Glo. ibi similiter. Idem docuit Ioānes de Ana. & reliquus cursus Canonistarum in d. c. sicut ex litterarum, & est communis opinio Doctorum fundata super decisione, & auctoritate d. l. Cicero. Idem docuit Augustinus de Arimine in additione ad Ang. in tract. suo de maleficijs in vers. & ex interuallo dictus Titius. nu. 10. vers. tu autem in hac materia. Idem docuit Hyppo. de Marsil. in l. si mulierem. nuni. 1. ff. ad l. Cornel. de siccar. asserēs idipsum docuisse Ang. in d. l. Diu9. ff. de extraordi. crim. idem docuit Paulus Ghirlandus. in suo tract. de sacrilegijs. cap. incip. Decimotertio prosequendo materiam, nu. 2. versic. item tenet, nu. 6. vers. si igitur post dictum tēpus. Idem docuit Ludo. Carrerius in sua praxi crimin. cap. incip. Sextò quæro, quia supra dictum est. de occidentibus se manibus proprijs. nu. 41. versic. & an & quando mulier faciens abortum, asserens hoc ipsum docuisse etiam Felinum in c. si aliquis de homic. & Ioannem de Ana. in consi. suo primo, & post eū Bolog. & alios Doctores post Bal. in l. quod dicitur. ff. de liber. & posthu. & Alber. in l. qui de vtero. ff. de statu homi. Idē docuit Aegidius Bossius in sua praxi crim. titu. de homicidio. nu. 6. versic. veritas iudicio meo. in fine. Idem probatur & tertiò ratione iam dicta, quandoquidem merito pœna mortis punienda venit tanta impietas auaritiæ igne succensæ mulieris insurgentis contra propria viscera.

Tertia conclusio, mulier quæ ex alia causa, q̄
52 ex pecuniæ lucro † poculo sumpto voluntariè, vel alio medicamine, vel aliud faciēs ad hoc vt abortū fęti sequatur, si fętus non erat adhuc animatus anima rationali, quod & cognosci poterit ex organizatione corporis ipsius, vel non organizatione venit solùm punienda pœna exilij. Hæc conclusio probatur triplici medio. Primò enim per text. in l. Diuus. ff. de extraordi. crimin. vbi hæc habentur, videlicet. [Diuus Seuerus, & Antoninus rescripserunt, ea quæ data opera partum abegerit, à Præside in temporale exilium dandam. Indignum enim impunè eam maritū liberis fraudasse.] hæc in d. l. Diuus. Idem habetur in l. Cicero. §. sed & si qua, ff. de pœnis. vbi hæc habentur, videlicet. [Sed & si qua visceribus suis post diuortium, ꝙ prægnans fuit, vim intulerit, ne iam inimico marito filium procrearet, vt temporali exilio coerceatur ab optimis Imperatoribus nostris rescriptū est.] hæc ibi. Idem probatur per textum in l. si mulierē, ff. ad l. Cornl. de siccar. vbi hæc habētur, videlicet. [Si mulierem visceribus suis vim intulisse, quo partum suum abigere constiterit, eam in exiliū præses Prouinciæ exiget.] hæc in d. l. si mulierem. Probatur & secundò sententia Doctorum presens cōclusio. Glosæ enim in dictis iuribus idipsum docuerunt. Idem docuit Bart. in d. l. Diuus, dicens: At mulier procurauit abortum antequam partus esset animatus, & procedit hæc lex, & infra in l. si mulierem. ff. ad l. Corn. de sicar. quod intellige, nisi hoc fecisset per pecuniam, quia tunc puniretur capite. Idem docuit Panormitanus, & reliqui Canonistæ in c. sicut ex litterarum. ext. de homic. Idem docuit Ang. Aret. in suo tract. de maleficijs in vers. ex interuallo dictus Titius, nu. 10. versic. quid si quis faciat. & idipsum confirmauit Augustinus de Arimine ibidem. in versic. Tu autem in hac matersa. Idem docuit Hyppol. de Marsilijs in l. si mulierem, nu. 1. vers. Nota dictum in summario, ff. ad l. Corne. de siccar. Idem docuit Pau. Ghirlandus. in suo tract. de sortilegijs, in c. incip. Decimotertiò prosequendo materiam, nu. 1. vers. secundo verò casu. Idem docuit Ludo. Carrerius f. 100. in cap. incip. Sextò quæritur, quia supra dictū est de occidentibus. nu. 41. Idem docuerunt Panormitanus, & reliqui Canonistæ in cap. sicut ex litterarum. ext. de homicidio. Idem docuit Iulius Clarus in sua praxi crim. q. 68. in princ. dicens hāc esse communem Doctorum opinionē, vt docuit Blanc. in pract. crimin. fol. 79. nu. 33.

Probatur & tertiò hac ratione præsens conclusio. Cum enim dicta mulier, propriè loquendo, procurando abortum fœti inanimati, verè homicidium non committet, inde sequitur, quòd pęna homicidij non veniat punienda, sed mitiori, & hæc est pęna exilij.

Quarta conclusio omnes qui porrigendo medi
53 cinas, † & quodcunque aliud faciendo ad hoc, vt prægnans (postquam sciuisset ipsam esse prægnantem) abortiatur: quando fętus esset animatus anima rationali, quacunque de causa (præterquam vim vi repellendo cum moderamine) moueatur ipsa prægnante inuita, vel nesciente: si sequatur talis abortus omnino erunt pęna mortis puniendi,

di. Diximus inuita, vel ignorante ipsa prægnante, ad differentiam ampliationis primæ præcedentis primæ conclusionis, vbi loquuti fuimus de cooperantibus mulieri procurāti abortum fœti animati, & de ipsius pœna: de quo vide ibi latius. Hæc conclusio probatur duplici medio. Primò enim per text. in l. si quis necandi. C. ad l. Cornel. de siccar vbi hæc habentur, videlicet. [Si quis necandi infantis piaculum aggressus, aggressavè sit, sciat se capitali supplicio esse puniendum.] hæc ibi. Idē habetur in l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis. Vbi hæc habentur, videlicet. [Qui abortionis, aut amatorium poculum dant, etsi dolo non faciant, tamen quia mali exempli res est, humiliores in metallum damnantur, honestiores in insulā, amissa parte bonorum, relegantur, quòd si mulier, aut homo perierit summo supplicio afficiuntur.] hæc ibi. Idem probatur & secundò Doctorum sententia. Nam præsenti conclusioni ad verbum se subscripserunt infrascripti Doctores, videlicet Glo. 1. in d. l. si quis necandi, dicens, quod huiusmodi pœnæ mortis subijcitur talis procurās mortem infantis tam nati, quàm existentis in vtero matris. Idem docuit Bar. in l. 3. §. adiectio. ff. ad l. Cornel. de siccar. Idem docuit Glo. Panorm. & reliqui Canonistæ in c. sicut ex litterarum. ext. de homic. Idem docuit Ang. in tract. malef. in vers. & ex interuallo dictus Titius. nu. 10. vers. quid si qs faciat. & ibidem Augustinus de Arim. in addit. ad ipsum Ang. in vers. Tu autem in hac materia. Idē docuit Bartholomeus Cępolla in suo cōsi. crimin. 37. col. penult. versic. nec obstat prædictis. l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœnis, vbi apertissimè dixit, quòd dictus textus probat, quòd euentus mortis inspiciatur etiam quantum ad imponendam pœnam mortis, licèt non præcesserit dolus, & animus occidēdi, sed præcesserit solùm culpa: quia textus ibi dum dicit. [Etsi dolum non faciunt] referri debet ad eos, qui dant poculū amatorium, vt puniatur pœna, de qua ibi: licèt non dederit dolo, & animo occidendi, sed explendæ libidinis causa, vt dicit textus in c. si quis non causa. extr. de homic. non autem refertur ad eos, qui dederunt poculum abortionis causa, qui tales nō possunt illud dare, nisi dolo, & animo occidendi saltem fetum, qui est in vtero, ex quo dant abortionis causa. Ideo textus ibi dum subdit [quòd si eo poculo perierit mulier, aut homo (scilicet nōdum natus) qui erat in vtero, summo supplicio debent affici.] intelligi debet de eo, qui dederit poculum abortionis causa, quia talis habuit animū occidendi hominem, qui erat in vtero. Ideo punitur pœna vltimi supplicij, si mulierem occiderit, licèt non habuit animum illam occidendi. Nō autem ibi debet intelligi de eo, qui dedit poculū amatorium, quia talis non habuit animum occidendi mulierem, nec hominem, qui erat in vtero mulieris, ideo non punitur vltimo supplicio propter euentum mortis, licèt fuerit in culpa dandi ipsum poculum amatoriū, & licèt ipsa culpa fuisset lata: tamen quia lata culpa non æquiparatur dolo, quantum ad imponendum pœnam mortis ex lege Cornel. de siccar. vt in l. lege Cornelia. ff. ad l. Cornel. de siccar. & hic est verus sensus dicti §. qui abortionis (secundum ipsum Cepoll.) qui hoc ibidem probat hac ratione, dicens, quod aliàs contradiceret l. 1. eo. titu. & alijs iuribus, qui dicunt, quòd culpa etiam lata non æquipatatur dolo in criminalibus, & præsertim, quando agitur de imponenda pœna mortis, & contradiceret etiam communi sententiæ scribentium, quæ est, quòd quando homicidium committeretur sine dolo, & animo occidendi, mitius agitur cum committente, quàm si committeret ipsum dolo. hæc omnia sunt ipsius Bartholomei Cępollæ: quæ summoperè sunt memoriæ retinenda pro vera intelligentia dicti §. qui abortionis, & pro veritate præsentis conclusionis. Idem docuit Hyppo. de Marsil. in d. l. si quis necandi, nu. 6. versic. vlterius nota ex hoc textu. sequēs Iac. de Butr. & Ang. ibidem, & Glo. primam d. l. si quis necandi. dixit, quòd si quis percutit dolosè mulierem prægnantem, quæ ex tali percussione sequutus fuit abortus, debet puniri pęna l. Cornel. de siccar. scilicet vltimi supplicij: vt habetur in d. l. si quis necandi; Quapropter ipse Hyppo. elicit ex d. l. si quis necandi. quòd ita puniendus veniat occidens infantem non natum, sicut occidens iam natum. & hoc de iure communi. Sed quid dicendum sit secundum ius municipale, paulò post dicam in sequenti limitationis præsentis cōclusionis. Idem docuit Pau. Ghirlan. in tract. suo de sortilegijs cap. incip. Duodecimo igitur nunc quæro per totum. Idem docuit Ludo. Carrerius in sua praxi crim. in cap. incip. Sextò quæro, quia supra dictum est de occidentibus per se manibus proprijs nu. 36. vers. sed obstare videtur in præmissis. text. in l. 3. §. ea tamen adiectio. Idem docuit Pan. in c. si aliquis. in vers. sed quaritur, quid si. ext. de homic. dicens, quod dans poculum amatorium grauiter punitur. etsi sequatur inde mors (licet contentionē) tenebitur de homicidio.

Probatur & tertiò præsens cōclusio hac ratione, videlicet, cùm iuxta Domini Iesus doctrinam apud Matth. cap. 7. in qua mensura mensi fumus remetietur nobis, & apud Matth. c. 16. qui gladio ferat, gladio pereat, & in lib. Exodi cap. 22. pręcipiat Deus maleficos non siuēdos fore viuere, inde sequitur, quod meritò qui procurarūt abortum fęti animati occidendo ipsos innocentes fętus, & ipsi occidantur.

54 Etsi verissima † sit præsens nostra conclusio tot tantisque auctoritatibus probata. Tamen posset quis insurgere contra ipsam, afferendo text. in l. 3. in principio, & in §. adiectio. ff. ad l. Corn. de siccarijs, & arguendo a fortiori, seu a maiori ad minus negatiuè. Nam ibi hæc habentur, videlicet. [Eiusdem legis Corneliæ de siccarijs, & veneficis capite quinto, qui malum venenum necandi hominis causa fecerit, vel vendiderit, vel habuerit plectitur. Eiusdem legis Corneliæ pœna afficitur, qui in publicum mala medicamenta vendiderit, vel hominis necandi causa habuerit. Adiectio autē ista veneni mali ostendit esse quædam, & non mala venena: ergo nomen medium est, & tam id, quod ad sanandum, quàm id quod ad occidendum paratum est, continet. sed & id, quod amatorium appellatur. sed hoc solùm notatur in ea lege, quod hominis necandi causam habet. Sed & ex Senatusconsulto relegari iussa est ea, quæ non quidem malo animo, sed malo exemplo medicamentum ad conceptionem dedit, ex quo ea, quæ acceperat decessit.] hæc ibi. Ex quibus elicitur dictum argumentū a maiori ad minus negatiuè, quod est fortissimum sic dicendo, si præbens medicinā ad conceptionem assequendam non veniat punienda pęna mortis, quamuis ex tali medicinę sumptione

sequuta

sequuta sit mors ipsius mulieris illa sumentis? quanto magis non veniret puniendus pœna mortis is, qui poculum amatorium, vel abortionis tradidit prægnanti si sequuta non fuerit mors illius, sed solum feti animati existentis in vtero dictæ prægnantis per sequutum abortum illius? Quapropter videretur potius dicendum, quòd nō debeat pœna mortis puniri dictus propinator huiusmodi poculi?

55 Ad quod respōdebimus tripliciter † ipsius eliciendo ex doctrina supra citatorum Doctorum. Prima responsio elicitur ex doctrina Bartho. Cępollæ in præcitato consil. crim. 37. dicentis, quòd nullum est discrimen inter text. in d. §. qui abortionis. & inter dictum text. in d. l. eiusdem. §. adiectio. referendo tamen singula singulis. Nam de duobus casibus ibi fit mentio. Primò de propinante poculum amatorium, & secundò de ministrante poculum abortionis. De primo loquendo ipse textus dixit[etsi dolo non faciant, tamen quia mali exempli res est, humiliores in metallum dānantur, honestiores in insulam amissa parte bonorum relegantur.]de secundo verò scilicet de ministrāte poculum abortionis loquitur, quando subintulit dicēs, [quòd si mulier aut homo perierit, summo supplicio afficiuntur.] Quapropter ex verbis ipsius textus elicitur nullam esse differentiam inter dicta iura, cùm in d. §. adiectio. nulla fiat mentio de ministrante poculum abortionis, sed solū de ministrante poculum conceptionis futuræ, & in ambobus iuribus supponitur id fieri sine dolo, idest non vt indè ex tali poculo sumpto periret mulier illa huiusmodi poculum sumens, & icircò nihil mirum si mandantur solùm puniri pœna relegationis. Non autem eadem ratio militat in secundo casu, scilicet in porrigēte poculum abortionis, cùm semper supponatur dolus in eo, cùm sciuerit, quòd ipso sumpto a prægnante alterum istorum omnino euentutum foret, aut mors ipsius prægnantis, & per consequens & feti in vtero illius existentis: aut extinctio feti morientis ex ipso abortu sequuto: ad cuius euidentiam Imperator ibi addidit, quòd si inde sequuta fuisset mors ipsius mulieris, aut hominis talis propinando tale poculum vltimo supplicio donetur: acsi apertè dixerit scio, quòd fętus animatus anima rationali verus sit homo, & icircò si ex tali sumpto poculo dolosè tradito, scilicet cùm animo prostrandi prægnantem vna cum filio, vel saltem eum animo procurandi aborsum, (qui animus ex tali propinatione animaduertitur apertissimè) solum hominis, scilicet feti animati vltimo supplicio puniatur. Ex his ergo habuimus concordiam dictorum iurium, quæ prima facie videbantur aduersari sibi inuicem, nec non & verum intellectum dicti §. abortionis, secundum Cępollam vbi supra. Secunda respōsio est Bar. in dicto §. adiectio. & Hyppo. de Marsil. in eodem §. adiectio. nu. 3. vers. expeditis notabilibus. Dixit, quòd argueret ibi Bartolus contra illum text. de dicta l. si quis aliquid. §. abortionis. ff. de pęnis. vbi dicitur, quòd ille, qui dedit poculum amatorium tenetur hac lege, & punitur vltimo supplicio: sed hic dicitur, quòd mitiori pęna puniatur. ergo Sol. quòd hic a principio dedit medicamentum causa conceptionis, & causa rei licitę, sed ibi dedit cā abortionis, & sic causa rei illicitę & sic non obstat. hæc Hypp. quæ eadem prius dicta fuerant a Bar. ibidem. Ex quibus elicimus & alium intellectum dicti §. qui abortionis, vt scilicet ipse procedat, & probet præsentem nostram conclusionem; eo quòd dictæ legis dispositio voluit vltimo supplicio puniri eo quod ex opera illicita sequuta fuit mors. etiam in d. §. adiectio fuit minorata pœna etiam morte sequuta propter operam licitam, cui incumbuerat illa mulier propinando poculum ad procurandā conceptionem: Tertia responsio est (vt latius docuit Pau. Ghirlan. in suo pulchro, ac eleganti tract. de sortilegijs (qui est reconditus inter tractatus criminales diuersorum in c. incip. Duodecimò igitur nunc quęro,) quòd in casu de quo agitur in d. §. qui abortionis. vterque habebat animum occidendi: vnus occidendi infantem in vtero matris, & sic est homicida corporalis. Alter autem, qui dedit poculum amatoriū, ex quo illud dedit causa fornicandi, & peccandi eum ea, dicitur homicida spiritualis, quia illo peccato mortali occidit animam. vt in c. quæris. de consecrat. dist. 4. & in c. noli. de pęnit. dist. 1. & in c. si aliquis. ext. de homic. ex quo igitur vterque homicida est, tam in ipsa traditione, quàm in proposito: ergo videbatur, quòd vterque contentus in d. §. qui abortionis, idest propinator poculi amatorij, & propinator poculi abortionis, attamen ista responsio non videtur veris legum fundamentis inniti, cùm iure aliquo non reperiatur cautum aliquē pœna mortis temporalis, seu corporalis puniendum fore ꝑ quolibet peccato mortali in se, vel in alia persona perpetrato, sicut pro homicidio dolosè perpetrato, nisi in casibus in iure specialiter expressis, tamen hæc tertia respōsio (si ipsa benè ponderetur) summopere fauet sententiæ Cępollæ, quam retuli in prima responsione. Datur & quarta responsio secundum ipsummet Paulum vbi supra, sed antequam ad ipsam recensendam deueniamus, nōnulla pro illius maiori intelligentia erunt præmittenda. Quapropter sciendum fore expediet, quòd in hac materia poculorū, duo sunt principaliter considerand a, quæ præcedunt casum mortis. Primum est, quod considerari debet compositio, secūdum verò traditio. sed in compositione consideranda est causa, propter quam venenum ipsum componitur, & fit. Aut enim fit causa occidendi hominē, aut non. Primo casu erit locus pęnæ legis Cornel. de siccar. idest mortis. Secundo verò non. vt in d. §. adiectio. In traditione verò duo alia sunt consideranda, scilicet causa proxima, & immediata, quæ respicit principium, idest principalem intentionem ipsius tradentis. Item causa mediata, & finalis, quæ respicit finem actus, ad quē tendit animus illius, qui tradidit: si cuim proxima causa, & principalis intentio tradentis tendebat ad occidendum: nulli dubium est, quòd tradens tenetur pęna illius legis Cornel. de siccar. idest mortis, vt in l. 1. §. Diuus. & in l. 3. in princ. & in l. in lege Cornelia. ff. ad l. Cornel. de siccar. etiam quòd mors sequuta non fuerit. vt in l. 1. in princ. & in l. is qui cum telo. C. ad l. Cornel. de siccar. Si verò non habuit animum occidendi: tunc consideranda est illa causa remota, & finalis intentio, siue vltimus effectus rei, ad quem traduntur ipsa pocula. Aut enim traduntur ad bonum, & honestum finem, scilicet conceptionis, vel sanitatis, & iudicantur bona, & honesta. & tunc quis excusatur a pœna capitali, etiam morte sequuta, sed alia mitiori pœna punitur. vt habetur in d. l. 3. §. adiectio. in fine. Aut

finalis

finalis intentiò, & vltimus eius effectus tendebat ad turpe,& ad illicitum,sicut est in poculo amatorio,cuius effectus est libidinis apprehensio, & illicitus mulieris concubitus. vt habetur in l.eorū. in princ.C.de malef.& Matth. & isto casu nō excusatur propter principalem eius intentionem,siue causam proximam,scilicet quòd non habuerit animum occidendi,sed attenditur magis illa causa fiualis,& vltimus effectus,ad quem venena tendebant,& ideo indubitanter punitur pœna vltimi supplicij . vt docet textus in d.l.si quis aliquid . §. qui abortionis.ff.de pœnis. vbi est casus in terminis,vt etiam docuerunt Bar.& Hyppol.de Marsil. in d.§.adiectio , & ratio est(secundum ipsosmet Bar.Hyppol. & Pau. Ghirlan. locis paulò antè citatis)quia is, qui propinauit poculum amatoriū, vel abortionis,dabat operam rei illicitæ, & ideo non videtur excusandus a pœna ordinaria legis Cornel.de siccar.ipso facto incursa porrigendo tales poculos: cùm inde sequuta mors feti solùm, vel matris prægnantis,ac subinde per consequens & fęti dicto porrigendi huiusmodi poculū sit imputanda, & sic tale homicidium inde sequutū dicendum erit dolosum eo quòd illud intēderit,etsi non in se,tamen bene in sua causa: cùm nulla necessitate compulsus tradidit illum poculum ipsi mulieri,ex cuius sumptione sequutum est homicidium,scilicet ipsius prægnantis sumentis , & fęti ipsius in eius vtero existentis, vel saltem illius fęti animati,quorum mortem poterat euitare non ministrando huiusmodi poculū.& ratio est, quia talis tenetur etiam de casu fortuito, qui præter spem, & intentionem inopinatè prouenit . vt est casus in c.fin.de homic.in sexto , vbi hæc habentur,videlicet.[Is,qui mandat verberari, licet expressè inhibeat,ne occidatur vllatenus, vel membro aliquo mutiletur, irregularis efficitur,si mandatarius fines mandati excedens mutilet,vel occidat.Cum mandando in culpa fuerit, & hoc euenire debuerit cogitare.]hæc in d.c.is , qui mandat.Ex his ergo allatis patuit, quòd illorum venenorum(de quibus in d.l.3.§.adiectio.nō est omnimoda similitudo quoad omnia , sed solum quo ad primas causas respectu compositionis, & traditionis,in eo,quòd in vtrunque deficit animus occidendi,& hoc quoad poculum conceptionis, & poculum amatorium:non autē est similitudo quo ad poculum abortionis,cum in ipso conficiendo, simul & tradendo semper supponatur animus dolosus occidendi saltem fetum existentem in vtero prægnantis sumentis illum . Sed quo ad vltimum effectum , & causam finalē ipsius traditionis sunt dissimilia:vt supra fuit dictum;quia ea,quæ fiunt ad sanandum, & concipiēdum habent honestum, & laudabilem finem.vt in l.eorum. C.de Malef.& Matth.& in d.l.3.in princip. ea verò quæ fiunt ad amandum, & flectendum, habent turpem , & illicitum finē , vt in d.l.eorum. in princ.Quapropter subintulit ipse Paulus Ghirlan. vbi supra.col. pen. vers.postremò,vt me expediam,quòd in hac quęstione vtendum erit hac distinctione, videlicet. Aut nos loquimur de poculo abortionis,seu amatorio ; & tunc , aut ex illius assumptione ille, qui assumpsit perijt,aut non . Priori casu ille,qui dedit,& si dolo non dederit,tamen punietur vltimo supplicio propter malum exemplum,suppleas ru, & propter turpitudinem finalis intentionis , & ita intelligitur textus in d.§.qui abortionis . Vbi est casus. Aut non fuit mors sequuta , & isto casu humiliores in metallum perpetuo damnantur:honestiores verò propter malum exemplum confiscata dimidia parte bonorum suorum,in insulam perpetuo relegantur , secundum dicit textus cum Glo.in d.§.qui abortionis. hæc ibi Paulus . Cuius quidem sententia intelligenda et it cum grano salis,& secundum mentem ipsius potius quàm secūdum corticem verborum,quibus vsus fuit. Nā id, quod ipse dixit,quòd si quis dedit poculum amatorium,vel abortionis prægnāti,& quæ assumpsit ipsum perijt , tunc porrigens illum punietur vltimo supplicio extendenda erit talis sententia etiā quando sequuta fuit solum mors fęti animati per abortum , cùm & ipse videatur etiam sumpsisse, eo quòd nutriatur ex cibis sumptis a matre prægnante,& sicut viuit, ac nutritur cibis bonis subministratis sibi mediante cibo bono sumpto a sua matre,sic è contra morietur cibis malis sibi subministratis mediāte ipso cibo malo sumpto a matre sua. Quapropter apparet,quòd sic intelligēdo sententiam ipsius Pauli:& eius opinio concordabitur,cum sententia Barthol.Cępol.supra recensita: illam ampliando etiam in porrectione dolosè facta poculi amatorij, si inde sequuta fuerit abortus intentus a porrigente saltem in sua causa,si nō in se,cum dederit operam rei illicitæ. Quarta responsio etiam addi prædictis potetit,secundum ipsummet Pau.Ghitlan.vbi supra,nu.13.in versic. post hæc alio modo considerani. Vbi dicit, quòd possit alio modo vltra prædictos responderi ad contrarietatem, quæ insurgit ex d.§.qui abortionis , dicendo , quòd non mirum si puniatur per dictum §.qui abortionis pœna mortis is,qui porrexit poculum amatorium,eo quòd ibi supponatur huiusmodi venenum in ipso poculo propinatum fuisse compositum arte magica per sortilegū, seu maleficum,qui illud demonis instructione, & suffragio interueniēte composuerat.sed in §.adiectio,supponitur poculum conceptionis compositum fuisse arte naturali, scilicet Medicorum peritia,scilicet nulla interueniente superstitione. Ars enim ipsa Malefica , & Mathematica est valde reprobata, & vndique damnata, & per consequens opera, quæ ipsi malefici faciunt,siue ad amorem, siue ad occisionem,vel egritudinem,sunt damnata:nec minori pœna puniuntur, quàm pœna mortis, prout annuit textus in l.eorum,in principio , C.de Malef.& Mathe. vbi ponitur vterque casus, & vnica est vtrinsque decisio,& pęna:ea verò quę dicuntur in d.§.qui abortionis . debent intelligi, & interpretari ſm terminos d.l.eorum. in princ. ideo atrocius puniuntur ibi,q̄ in d.§.adiectio.pp superstitionē illius damnatissimæ artis, & secundum istam declarationē ille text.in d.§.qui abortionis non vr̄ esse ita exorbitans a iure cōi, immo ſm ius commune regulatur . Ad text.autē in d.§. adiectio. potest dupliciter respōderi.Primò,quia decisio illius text.& pęna de qua ibi,non adiūgitur pro poculo amatorio , sed conceptionis , quæ sunt diuersa quo ad vltimum effectum , vt supradictum fuit. ergo debent diuerso iure censeri . vt in l.Papinianus exuli. ff. de minor. si aliter enim euenit casus,quàm ipse opinabatur, sibi imputetur, qui dedit poculum amatorium per modum superstitiosum, quia ex quo a principio dabat operam rei illicitæ : ex hoc enim non caret culpa. Ideo tenetur etiam de casu fortuito.vt in c.fin.de homic.

homic. in sexto, vbi hæc habentur, videlicet. [Is, qui mandat aliquē verberari, licèt expressè inhibeat, ne occidatur vllatenus, vel membro aliquo mutiletur, irregularis efficitur si mādatarius fines mandati excedens mutilet, vel occidat. Cum mandando in culpa fuerit, & hoc euenire posse debuerit cogitare.] hæc in d.c. fin. venena igitur de quibus loquitur textus in d. §. adiectio. non fuerunt facta per sortilegium, siue maleficum per modū superstitiosū, sed arte naturali hominis, & peritia Medicorum, sicut fiunt, & componuntur venena sanatiua medicinarum: quod patet, quia in vtroq; titulo fit mentio de venenis, scilicet in titulo l. Cornel. de siccar. ff. & C. & in titu. de Malefic. & Matth. C. sed in titu. l. Corn. de siccar. fit mentio, & tractatur de venenis naturalibus, quę hominis ingenio, & peritia Medicorum fiunt absq; aliqua superstitione, siue demonis inuocatione tacita, vel expressa, prout est venenum sanatiuum, quod miscetur in medelis ad sanandum corpora egrotantium. vt in l. 1. & in l. 3. in principio, ff. ad l. Cornel. de siccar. venena verò de quibus loquitur titulus, & iura. C. de Malefi. & Mathe. sunt illa, quæ fiunt per sortilegos, magos, maleficos, aut negromanticos, & similes ope, & suffragio demonis: ad quæ illius inuocatio diuersis precibus tacitè, vel expressè semper interuenit, vt in l. multi. & in l. etsi excepta. C. de Malef. & Mathe. Addit insuper post hæc ipse Paulus vbi supra, quód etsi hæc responsio sit subtilis, tamen non videtur admodum bona, cum videatur quodamodo diuinari ad talem mentem. §. qui abortionis. Et hæc dicta satis sint quo ad responsiones proponēdas pro concordia l. 3. §. adiectio. ff. ad l. Cornel. de siccar. & l. si quis aliquid, §. qui abortionis.

Amplia dictam quartam conclusionem, dicēdo ipsam non solum verificari (vt fuit probatum) in pęna imposita de iure communi, verum etiam in pęna imposita de iure municipali, seu statutario

56 Nam pęna statuta † contra homicidas pro homicidio sponte perpetrato locū hēt in eo, qui voluntariè iniusta de causa procurauit abortū fęti animati, si tñ pœna illa statuta esset conformis iuris cōis dispositioni. Non aūt si difformis aliquo mō esset. Hæc ampliatio ꝓbatur medijs q̄plurimis notatu dignissimis, allatis in probatione ampliationis vnicę cōclusionis tertiæ tract. de pena mādantis aliquod delictum perpetrari. Vide ergo oino ibi, quia reccōciliantur oīa iura, & Doct. qui circa decisionem illius difficilis qōnis in qua quæritur. An mandans fieri aliquod scelus comprehēdatur in statuto pęnali loquente in personā, s. si quis occiderit, & hmōi, ita ꝙ possit legitimè puniri pęna ipsa a statuto indicta. Vide ergo ibi, quia omnia ibi recensita, & reposita deseruiunt veritati pñtis nostræ ampliationis, eo ꝙ sicut aliquib. videbatur mandantē non comprehendi in tali statu, cū fictè dicatur facere, & statutū sit strictè interpretandum, & in proposito suo significatu, & nō extēdendū sit ad fictū, sic & iu pñti casu nōnullis vr, ꝙ fetus animatus nō possit propriè dici homo, nisi post egressus ab vtero, cùm possit impediri a tali ingressu, vt latius paulò post dicetur. & qm ibi iā fuit probatum abundè satis, ꝙ statuta conformia dispositioni iuris cōis recipiant eandē interpretationem, q̄ ipsum ius cōe, & per allata hucusque iam fuit probatū, ꝙ de iure cōi procurans abortū fęti animati dicatur verè homicida, & ideo de homicidij pœna, scilicet mortis veniat puniendus, vt per supra adducta patuit, quibus assipulat⁹ fuit Angel. & Salycetus in l. si quis necandi causa. C. ad l. Cornel. de siccar. (prout refert Marsil. ibidē) dicens, ꝙ quando quis mulierem prægnantem, & aliquis eā percutiat, & inde abortiatur illa, ꝙ puniretur pęna statuti puniētis homicidiū, si fęt⁹ erat animatus aīa rationali, cū talis percussor sit in dolo percutiendo pregnantem, & sic incidet in penā statuti, cùm habuerit animum occidendi fętum.

De Iudice, & iudicio multiplicią; eius Specie.

Acturus in præsenti tractatu de persona Iudicis circa quem in nostra iam edita praxis Canonica criminali breuitatis gratia, quamplurimas quęstiones scitu non solum dignissimas, verum etiā necessarijssimas silentio pertransiuimus, alijs grauiorib. negotijs præpediti. Cum verò ad præsens essemus aliquantisper a tali onere liberati Diuina ope adiuti operæpretium duximus nonnullorum nostrorum grauissimorum patrum precib. victi de illis verbum facientes in præsenti tractatu examinare, & acutissima lima (Deo duce) exarare nonnullas præcipuas quæstiones de illis disputando ad partes, more tamen Canonistarum: vt veritas decisionis ipsarum hic afferenda luce meridiana clarius omnibus Iudicibus Ecclesiasticis, & Secularibus, atque causarum criminalium patronis innotescat, procedemusque in illarum decisione per nonnullos §§. conclusiones, ampliationes, limitationes, ac fallentias, vt moris est. Vt facilitas examinis, ac lectionis alliciat Lectores, & ipsorum insimul memoriæ consulatur, cum tradenda sint in dictis §. §. quamplurima notatu dignissima in enucleationem vniuscuiusque termini principalis afferendi in decisione vniuscuiusque quæstionis.

Iudex quid sit?

§ Primus.

SVMMARIVM.

1 *Iudex est ius quoddam animatum, & mediator, & quare, & in quibus.*

2 *Iudex est vir bonus iuris dicendi, & equitatis peritus, ad id muneris publica auctoritate vocatus.*

3 *Iudex dici non potest, qui non incepit vti iurisdictione.*

4 *Iudex quis esse desinit post diffinitiuam sententiam, siue bona, siue mala illa sit.*

CVM diuersimodè diuersisque modis diffinitio, seu descriptio istius termini, seu vocis [Iudex] a iuribus, & Doctoribus oobis tradatur operępretium duximus ipsarum duas præcipuas per nos repertas hic

recensere cum subscriptione nominum auctorum talium diffinitionum: Sciendum ergo primo, q
1 hæc vox [Iudex] † hoc modo describatur ab Aristotele in lib.5.& hic c.4.videlicet. [Iudex est ius quoddam animatum, & mediator,] & q hæc diffinitio sit bona, elicitur ex his, quæ afferenda erũt in subsequenti §.in quo probandum erit, q Iudex denominetur a ius dicendo, quod cùm animaduertisset Aristoteles, non sufficit sibi dicere Iudicem esse quoddam ius animatum, sed addidit (& mediatorem) & merito, cum Iudex sit mediator, ac medius inter actorem, & reum quousque insimul ad concordiam reuocati fuerint, necnon inter iura, & ipsorum transgressores, vt digna pena eorum temeritatem animaduertat, ac puniat: vt proferat de vtroque quicquid ius inanimatũ statuerit: prout nos docuit text. in l.1.§.inde quæritur apud Celsum.ff.de oper.no.nunc. vbi hæc habentur, videlicet. [Quid enim aliud agebat Prætor, quàm vt controuersias eorũ dirimeret, a quibus si spõte recesserint, debebit id ratũ habere.] hęc ibi, quod & docuit postea Specul.in lib.4.tit. de homic.nu.7.in vers.nulla sunt, quod tamen intelligit verum Glo.in d.l.1.in vers.dirimeret, dicens in ciuilibus, non autem in criminalib. Nam agit tunc Pretor, vt reo pęnam imponat, quando ingeritur pęna sanguinis. vt l.transigere, C.de trãsact. vbi hęc habentur, videlicet. [Transigere, vel pacisci de crimine capitali, excepto adultero ꝓhibitum non est. In alijs autem publicis criminibus, quę sanguinis pęnam non ingerunt transigere non licet citra falsi accusationem,] & dicitur (citra falsi accusationem.) Quia vt docet ibidem Glo. etiam non licebit. Ex his ergo omnib. colligitur, q d.l.1.locum habet solùm in causa Ciuili, non autem in omni causa criminali. & hęc allata sufficiant in declarationem primæ diffinitionis istius termini [Iudex] tradite ab Aristotele. Secundo modo hęc vox [Iudex] describitur a Glaudio Canriuncula in libro nono de officio Iudicis, tali
2 pacto [Iudex † est vir bonus iuris dicendi, & equitatis peritus, ad id muneris publica auctoritate vocatus.] & q etiam hæc secunda descriptio sit bona, quàm facillime probari poterit, eo q ibi dicatur eum esse Iudicẽ, qui publica auctoritate vocatus ius dicit; idest is, qui iurisdictione sibi concessa aliquo iure ordinario, s. vel delegato vtit in ius dicendo, quę quidem comprobatur vera, tum quia tex.in l.1. C.vt in possess.legat. loquendo de Iudice: ipsum sic voluit appellare describẽdo eius munus proprium, dicens. [Eum esse Iudicem, qui iuri dicendo pręest.] hæc ibi. Probatur insuper ratione supradicta. Secunda descriptio: Nempè, q
3 ex illa eliciatur, q Iudex † dici quis nõ possit, antequam vti incohauerit iurisdictione, vt docuerunt nonnulla iura, de quorum numero est text.in c.relatum, & c.Gratum.ext.de offic.deleg.& in c. pastoralis.in fine.ext.de rescriptis, & ibi per omnes Doctores, & Specul.in lib.2.tit.de remissionibus, §.videndum restat qualiter, in vers.sed nec Iudex.nu.10. Nec quis dicẽdus erit Iudex post diffinitiuam sententiam bonã, aut malam. vt docuit text.in l.Iudex.ff.de sent.& re iudi.vbi hæc habentur, videlicet. [Iudex posteaquam sententiã dixit,
4 Iudex esse † definit, & hoc iure vtimur, vt Iudex, qui semel, vel pluris, vel minoris condẽnauit, amplius corrigere sententiam suam non possit, semel enim bene, aut male functus est officio suo.] hæc ibi, quæ sunt intelligenda iuxt. doctriuam Glo.& Doctorum ibidem de sententia diffinitiua, & non de sententia interlocutoria.

Iudex vnde dicatur;

§. Secundus.

SVMMARIVM.

1 *Iudex dicitur a ius dicendo, & quare.*
2 *Iudex carens iustitia est indignus tali nomine.*
3 *Iustitia quid sit.*
4 *Iudex debet iudicare secundum iura.*
5 *Iudices qui sint indigni tali nomine.*
6 *Iudices in iudicando quid vitare debeant.*
7 *Iudicem fieri quis desiderare non debet.*

1 IVDEX aũt † dr̃ a ius dicendo, quasi ius dicens populo, siue q iure disceptet. Ius aũt disceptare est iustè iudicare. Quapp meritò nemo erit dicendus Iudex, si non sit in eo iustitia, vt docuit text.in c.forus.ex. de verbor.signif.& in c.iustũm est bellũ.23.q.2.& ibi per Doctores, Cum ergo ille tm̃ Iudex sit dicẽdus in quo est iustitia, inde necessariò sequitur
2 † Neminem appellandum (propriè loquendo) fore Iudicem, nisi eum, qui ius suum vnicuique tri-
3 buit. Et ratio est patentissima, quoniã iustitia † est constans, & perpetua voluntas ius suum vnicuiq; tribuendi. Vt docuit text.in l.iustitia.ff.de iust.& iure.& in §.1.Institu.titu.de iust.& iure. Quapropter patuit apertissimè Iudicem dici, seu denomi-
4 nari a ius dicendo † eo, q eum oporteat iudicare secundum sancita, ac decreta a iure: prout etiã docuit S.Thom.in 2.2.q.60.art.1. Sed animaduertendum erit, quòd ex iam dictis sequitur quoque neminem appellandum fore Iudicẽ, qui(dum iudicat) declinat a iustitia; sequitur etiam, quòd sint illi omnes iniusti Iudices dicendi, ac per consequens non Iudices, qui sunt acceptores personarũ in iudicio, non attendentes merita causarum, sed
5 merita, seu statum personarum, muneraque litem contestantium: paruipendentes ponderare quid ratio dictet, sed solum quid voluntas affectet: non animaduertere studentes qu d lex sanciant, sed
6 quid mens cupida exoptet, † non inclinant se ad iustitiam, sed iustitiam ad eorum prauum animũ trahere nituntur, pauperum causas cum mora negligunt, diuitum causis expediendis accuratissimè insistunt, in illis rigorem ostendere affectant, in istis mansuetudinem dispensant: illos cum difficultate respiciunt, istos fauorabiliter tractant, Illos negligenter audiunt; istis attentas præstate aures curant: Quapropter sententiam Sancti Augustini proferre de illis possumus, docẽdo eos lucrum habere in Arca, & damnum in conscientia, pecuniam captare, & habere animam captiuam, de quibus tamen latius sermo habetur per Sacros Theologos, cùm de peccato Iudicũm personas accipientium verborum faciunt. Concludens tamen (monendo Iudices) eosdem obsecro, vt dignos se opere efficiant non verbo, tamen tan
7 to nobili nomine † ponderantes quid eos docuerit Ecclesiasticus in capitulo septimo, versiculo sexto, dicens. [Noli quærere fieri Iudex, nisi valeas virtute irrũpere iniquitates, ne fictè exti-

mescas

meſcas fatiem potentis, & ponas ſcandalum in agilitate tua.] Sed hoc hodie obturatis auribus audiunt homines, ſed ipſi viderint in die iudicij, quid eis dicturus erit ſupremus omnium Iudex Deus, quem nullum latet ſecretum.

Iudex quotuplex ſit?

§ Tertius.

SVMMARIVM.

1 *Iudicis ordinarij prima diffinitio.*
2 *Papa dicitur Ordinarius ſingulorum.*
3 *Iudices ordinarij qui dicantur quo ad Eccleſiaſticos.*
4 *Iudices ordinarij quo ad laicos qui dicantur.*
5 *Iudices maximi ſuper Illuſtres, qui dicantur quo ad Eccleſiaſticos.*
6 *Patriarcha a Primate, an differat.*
7 *Patriarchis, quæ priuilegia ſint indulta.*
8 *Pallium quod tribuitur Patriarchis a Papa quid denotet.*
9 *Iudices maximi, & ſuper Illuſtres, quoad laicos, qui dicantur.*
10 *Iudices magni, & illuſtres quo ad Eccleſiaſticos, qui dicantur.*
11 *Primas, Archiepiſcopus, & Metropolitanus ſunt nomina ſynonima.*
12 *Iudices magni, & illuſtres quoad laicos qui dicantur.*
13 *Præfectus prætorij quis dicatur, & quibus priuilegijs fruatur.*
14 *Iudices medij, & ſpectabiles quoad perſonas Eccleſiaſticas, qui dicantur.*
15 *Epiſcopi quare aliquando dicantur ſummi Sacerdotes.*
16 *Epiſcopi ſunt Vicarij Apoſtolorum.*
17 *Iudices medij ſpectabiles, & illuſtres quo ad laicos, qui dicantur, et de quibus cognoſcant.*
18 *Iudices minimi, et clariſſimi quo ad perſonas Eccleſiaſticas qui dicantur.*
19 *Iudices minimi, et clariſſimi quo ad laicos qui dicantur.*
20 *Iudices infimi quo ad Eccleſiaſticos qui dicantur.*
21 *Iudices infimi quo ad laicos qui dicantur.*
22 *Iudex delegatus quid ſit ſecundum Goffredum.*
23 *Iudex delegatus a Principe, delegare poteſt principiũ, medium, et finem cauſæ ſibi commiſſæ, etiam diuiſim.*
24 *Iudex delegatus et tertiò quis dici poſſit.*
25 *Iudex delegatus, cui iniungitur, vt aliquod negotium perſonaliter exequeretur, quando poſſit ſubdelegare.*
26 *Iudex delegatus, et quartò quis dicatur ſecundum Hoſtienſem.*
27 *Iudex delegatus a Papa quando ſit Epiſcopo loci ordinario ſuperior, vt poſſit ipſum punire.*
28 *Iudex delegatus ſecundum Bal. quis ſit.*
29 *Iudex delegatus ab eo, qui de iure delegare non poterat iuriſdictione caret, et factum per eum pro infecto habetur, ac per conſequens a ſua ſententia appellare non erit neceſſe.*
30 *Iudex ordinarius poterit reuocare ad ſe iuriſdictionem iam delegatam alteri, et quare.*
31 *Auditor quotupliciter ſumatur.*
32 *Iudex Auditor quis dicatur, et an ab eo appelletur.*
33 *Auditoris ſacri Palatij officium quale ſit.*
34 *Iudex aſſeſſor dictus quis dicatur.*
35 *Arbitrer Iudex quis dicatur.*
36 *Arbitri ſententiæ, quando ſtetur.*
37 *Arbiter debet ſeruare iuris ordinem.*
38 *Arbitrator Iudex quis dicatur.*

CVm paſſim ius tum Ciuile, cũ Pontificium mentionem faciat de maioribus & minoribus Iudicibus, vt apparet in l. ſolent. §. finali, & in l. & ideo, ff. de offic. Proconſul. & in cap. cauſa. extra de in integrum reſtitut. operæpretium duxi de quotuplici differentia iudicium in præſenti §. agere. Quapropter memoriæ commendandum erit, quòd Iudicũ alij ſunt Ordinarij, alij delegati, alij Auditores, alij aſſeſſores, alij Arbitri, alij Arbitratores. Iudicum verò Ordinariorum ſecundum alij dicuntur maximi, alij magni, alij medij, alij minores, alijque infimi dicuntur: His ergo præmiſſis de vnaquaq; Iudicum ſpecie ſigillatim hic erit differendũ, procedendo gradatim, vt facilius veritas aſſerendorum memoriæ commendetur: & primo circa Iudicem ordinarium.

1 Iudex ordinarius dicitur is, † qui iure ſuo, vel
Principis beneficio vniuerſaliter in aliqua Pro-
uincia, vel Diœceſis iuriſdictionem exercere po-
2 teſt, & licet Summus Pontifex † dicatur Ordina-
rius ſingulorum hominũ. vt in c. cum nobis olim.
ext. de elect. in c. antiqua. extr. de priuilegijs, &
3 in c. cuncta, 9. q. 2. Tamen Iudex ordinarius † ap-
pellatur (loquendo quo ad Eccleſiaſticos) Primas,
ſeu Patriarcha, Archiepiſcopus, & alij inferiores
Prælati exempti, qui habent iuriſdictionẽ a Sum-
mo Pontifice, vt elicitur ex text. in c. ordinarij, &
c. cum Epiſcopus. de officio ordinarij in ſexto, &
ex cap. duo, ext. de offic. ordin. quod & peroptimè
docuit Speculat. in libro ſecundo, titu. de offic. or
din. in principio. Panormitanus, & Felinus in c.
poſt ceſſionem. extra de probationibus. Qui Spe-
culator vbi ſupra addidit dicens. Idem in ciuili-
bus. Iudices ordinarij enim (quo ad laicos) ſunt
Duces, Marchiones, Comites, & huiuſmodi, qui
4 habent † totalem iuriſdictionem vnius, vel plu-
rium Prouinciarum vnius Ciuitatis, vel plurium
ab Imperatore, vel ab alio ſupremo Domino ali-
cuius Regni ſuperiorem non recognoſcentis.
Etſi principaliori quodamodo Summus Pon-
tifex, Imperator, & Rex dicuntur meritò Iudices
5 † maximi, ac ſuperilluſtres perſonæ, cum reliqui
ab ipſis videantur dependere reliquo pacto, vt in
cap. duo. diſtin. 96. innuit Galaſius Papa. Nihilo-
minus (loquendo de Eccleſiaſticis perſonis, pro-
ut etiam docuit Speculat. in libro primo, titu. de
iuriſdictione omnium iudicum, §. primo, inci-
pien. Expedito tract. de iudicijs, in verſiculo ſe-
cundum Canones etiam dico, quòd Legati a la-
tere, Patriarchæ, ſeu Primates poſſunt appellari
Iudices maximi ſuperilluſtres, & hi poſſunt dici
ſuperilluſtres: quia præcedunt, & ſuperiores ſunt,
quo ad dignitatem ſuam Archiepiſcopis, qui &
illuſtres dicuntur, & Iudices magni, vt ſubſequen
ter probabitur. Animaduertendum erit tamen, quod
non ſine rationabili cauſa paulò ante diximus; Pa
6 triarchę, ſeu Primates, † quaſi ęquiparando vtroſ-
que, quaſi inſimul nomina ſint ſynonima, nam ic-
circo hoc dixi, quia licet differãt nomine dictæ vo
ces non tñ re, & poteſtate, vt vr̃ docuiſſe Anacletũ

Papam in c.1.dist.99.cum ibi inter alia, iofrascri-
ptis verbis vsus fuerit, videlicet. [oostros Patriar-
chas, vel Primates, qui vnam formam tenent, licèt
diuersa sint nomina.] hæc ibi. respondetur ꝙ licet
quoad quędam particularia idem sit Patriarcha,
qui Primas, & è conuerso. Verumtamen Patriar-
chæ maioris sunt dignitatis, & iurisdictionis; Nā
hoc nos docuit Innocentius Tertius in Concilio
generali, & habetur in c.antiqua. ext. de priuile-
gijs infrascriptis verbis vtens, videlicet. [Antiqua
Patriarchalium sedium priuilegia renouātes San
cta vniuersali Synodo approbāte sancimus, vt post
Romanam Ecclesiam (quæ disponente Domino)
super omnes alias ordinarię potestatis obtinent
principatum, vtpote Mater vniuersorum Christi
fidelium, & Magistra) Constātinopolitana primū:
Secundum Alexandrina: Antiochena Tertiū: Hie
rosolomitana Quartum locum obtineant; Seruata
cuilibet propria dignitate: ita ꝙ postquam An-
7 tistites † earum a Romano Pontifice receperint
pallium (quod est plenitudinis officij Pontificalis
insignie) præstito sibi fidelitatis, & obedientiæ iu-
ramento licenter, & ipsi suis suffraganeis pallium
8 largiantur, † recipientes pro se professionem Ca-
nonicam, & pro Romana Ecclesia spōsionem obe
dientiæ ob eisdem. Dominicæ verò Crucis vexillū
ante se faciant vbiq; deferri, nisi in vrbe Romana,
& vbicunque Summus Pōtifex præsens extiterit,
aut eius Legatus, vtens insignijs Apostolicæ digni
tatis. In omnib. autem Prouincijs eorundem iuris-
dictioni subiectis, ad eos, cùm necesse fuerit pro-
uocetur; saluis appellationib. ad Sedem Aposto-
licam interpositis: quib. est ab omnib. humiliter
deferendum.] hęc ibi: Ex quibus patet, ꝙ Primas,
& Patriarcha (quo ad quid nominis) conueniant.
Non tñ quo ad quid rei: nam Archiepiscopus, &
Primas dicitur inferior dignitate ipso Patriar-
cha, vt omnib. est inconfesso. In foro Ecclesiastico
Iudices igitur maximi super Illustres dicentur, nō
tñ Summus Pontifex, verum etiam Legati, & Pa-
triarchæ: sicut & quo ad laicale iudicium, & forū,
9 maximi Iudices, & super Illustres dicuntur † non
solum Imperatores, & Regea, verum etiam Consu
les, & Patricij, sicut sunt Principes, eos vocat pa-
tres arg. in §. filius, Institu. Quibus modis ius pa.
por. sol. vbi inter alia hæc habenē, videlicet. [Quis
enim patiatur patrem quidem posse per emanci-
pationis modū potestatis suæ nexib. filiū libera-
re; imperatoriam aūt excelsitudinem non valere
eum, quem sibi patrem elegit ab aliena eximere
potestate.] hęc ibi. Hoc idem probatur per text. in
l. 3. C. vbi Sena. vel Cla. & per alia iura allata, eaq;
citata ad hoc a Specul. in lib. 1. titu. de iurisdict.
omn. iudic. §. prædicto incipien. Expedito tracta-
tu. in versic. item Patricius, nu. 2. Iudices verò ma
10 gni dicuntur, & Illustres, † & quo ad Ecclesiasti-
cos sunt Primates, seu Metropolitani, seu Archie
piscopi. & hæc tria nomina sunt synonima Archie
11 piscopus vtroque nomine prædicto, scilicet † Pri-
mas, & Metropolitanus assolet appellari: sed quo
ad laicas personas. Iudices magni, & Illustres, &
super spectabiles dicuntur, & sunt Præfectus præ-
torio orientis, & illirici, Præfectus Africanus, Pręę
12 fectus vrbis, & Quæstor, † qui præerat libris prin
cipalibus legeodis, de quibus fit aliqualis mentio
in Authent. Anteriorum. §. illud. sub titu. de ap-
pellationibus, & docet Specular. vbi supra. Item
magni Iudices dicuntur Senatores, vt in l. fin. ff.
de Senatoribus. & in l. præcipimus. C. de appella-
tionibus, & in l. raptores, C. de Episcopis, & cle-
ricis. Item Comes donationum, quæ fiunt in Cu-
ria Principis dicitur Iudex magnus. vt in l. finali,
§. nec sibi aliquis, in fine. C. de assessoribus. Et no-
tandum (secundum Specular. vbi supra) quòd se-
cundum quosdam Præfectus prætorij est, qui im-
mediatè subest Principi preest omnibus iodici-
bus alijs, & excellentior est Magistratib. omni-
13 bus: & hic trina priuilegij specialitate lętał. † Pri
mò, quia ab eo non appellatur. Secundò, quia mi
nores contra eius sententiam non restituuntur. vt
in l. vnica. io fine, ff. de offic. Pręfect. pretorij, nisi a
Principe: vt in l. in causę. & in l. fin. ff. de minor. Ter
tiò quia potest condere leges, & constitutiones,
vt in l. normam, C. de offic. Præfecti prætoris. & in
l. non ambigitur, ff. de legib. & constitut. Iudices
14 verò medij, † qui & spectabiles dicuntur, quo ad
personas Ecclesiasticas, sunt Episcopi, vt nititur
probare Specul. vbi sup. in vers. alij sunt Episcopi,
sed nec obstat, ꝙ aliquando vocātur ipsi Episcopi
summi Sacerdotes, Primò, quia illud nomen sibi
competere dignoscitur, habito solum respectu ad
excellentiā ordinis, seu dignitatis, & non iurisdi-
15 ctionis. Secundò dicūtur summi Sacerdotes † re-
spectu suorum inferiorum, quam interpretationē
esse amplectendam Innoc. Papa Tertius nos do-
cuit, & habetur in c. vnico, §. per frontis. ext. de sa-
cra vnct. infrascriptis vtens verbis, videlicet. [Per
frontis Chrismationem manus impositio designa
tur: quæ alio nomine dicitur cōfirmatio, quia per
eam Spiritussanctus ad augumentum datur, & ro-
bur: vnde cùm cęteras nationes simplex Sacerdos,
vel Presbiter valeat exhibere, hanc non nisi sum-
16 mus Sacerdos, idest Episcopus debet conferre,
quia de solis Apostolis legitur (quorum Vicarij
sunt Episcopi) ꝙ per manus impositionē Spiritū-
sanctum dabant: quemadmodum Actuum Aposto
lorum lectio manifestat.] hæc ibi inter alia. ex q-
bus patuit veritas nostrę interpretationis traditę
superius. Quoad laicos verò dicendum erit, ꝙ Iu
17 dices medij, † qui & spectabiles, seu illustres dicū
tur, sunt infrascripti, videlicet. Magistri militū, vt
docet text. in l. 1. & 2. C. de offic. Magistri militū.
Prętores, vbi docet text. in Authen. de appellat. &
intra, quæ tempora, §. illud, n. in tertio. in vers. si-
miliq; modo quoties. vbi infrascripta habentur; vi
delicet. [Similiq; modo quoties in Asiana Diœce
si, vel Pontica tale aliquid emerserit vsq; ad prædi
ctam quantitatem librarū auri, appellationes ad
viros spectabiles Comites fortè, vel Proconsules,
vel Prætores, vel Moderatores, quibus specialiter
easdem lites peragendas deputauimus remittan-
tur.] hæc ubi inter alia. Item Præfectus vigilum,
vt docet text. in l. 3. in princ. ff. de offic. Præfecti vi
gilum. his verbis vtens, videlicet. [Nā salutē Rei-
publicę tueri nulli magis credidit cōuenire, nec
aliū sufficere, & rei, q̄ Cęsarem, itaq; septē cohor-
tes opportunis locis constituit, vt binas regiones
vrbis vnaqueq; cohors tueatur, præpositis eis Tri-
bunis, & super oēs spectabili viro, qui Præfectus
vigilum appellatur. Cognoscit Prefectus vigilum
de incendiarijs, effractoribus, furib. raptoribus,
receptatoribus, nisi si qua tam atrox, tanquam fa
mosa sit psona, vt Prefecto vrbis remittał.] hęc ibi
inter alia. Itē Proconsul, vt habeł io d. Auth. de ap
pell. cuius verba sup. retuli. Itē Præfectus Augusta
lis, vt in l. vnica. C. de priuatis carcerib. inhibēdis,
vbi

vbi habetur quòd [Præfectus Augustalis spectabilis vltimo supplicio adiudicabit habentes priuatos carceres, si per inquisitionē hoc reperiet quomodocunque, & idem dicitur de Præfecto Aegypti] & prædicta omnia probantur per textum in cap. anteriorum legum, secunda quæstione sexta, §. similique modo. & §. illo videlicet, obseruando, item Vicarius, & dux dicuntur Iudices spectabiles. vt in d.c. anteriorum legum, & in l. raptores virginum. §. si autem. C. de Episcopis, & clericis, in qua conceditur ius iudicandi, & vltimo supplicio damnandi. Raptores viduarum, ac Virginum Deo dedicatarum) Iudices verò minimi, qui di-
18 cuntur, † & clarissimi, quo ad personas Ecclesiasticas dici possunt Archidiaconi, & Archipresbiteri in huiusmodi dignitatibus constituti, & per electionem creati, quia habent iurisdictionem. vt ex c. cùm ab Ecclesiarum, ext. de officio ordinarij elicitur: quod & multis alijs iuribus probat Specul. vbi supra, & in versic. alij Archidiaconi, & Archipresbiteri: loquendo vero de laicis, dico quòd
19 Iudices minimi † & clarissimi dicuntur infrascripti, videlicet, Præses Prouinciæ. vt in l. vnica. C. de priuatis carceribus. in qua clarissimi vocantur. Iu-
20 dices verò in fine, † quo ad Ecclesiasticas personas dicūtur Rectores Ecclesiarum, vt docet idem Specul. vbi supra in vers. alij Rectores Ecclesiarū, qui possunt Parrochianos suos excōmunicare de iure communi, vt per text. in c. cùm ab Ecclesiarum, ext. de officio ordinarij. hodie tamen Episcopi ipsis hoc munus interdicunt, vnde in foro fori nullam regularirer iurisdictionem habent, & sic nec dici proprie loquendo poterunt Iudices: vt omnibus Doctoribus est inconfesso, & quotidie practicatur, nisi sibi specialiter hoc munus indulgeatur ab Episcopis Ordinarijs: reliquis verò Iu-
21 dices infimi † (quo ad laicos) dicuntur infrascripti, videlicet, Defensores Ciuitatum, vel locorum, & Magistratus municipales, qui non possunt cognoscere vltra summam trigentorum solidorum, vt habetur in Authent. de defens. ciuit. §. audient. & in l. fin. ff. de iurisdict. omn. iudic. Item pedanei Iudices, vt puta, qui non possunt cognoscere, nisi de paruis, & in duobus aureis punire, vt in l. fin. C. de pedan. Iudi. & 2. q. 6. §. diffinitiua: omnes ergo prænominati Iudices, dicuntur Ordinarij, & merum Imperium habent, præter infimos Iudices, vt docet Specul. in lib. 1. titu. de iurisdict. om. iudic. §. 1. col. 3. in vers. prædicti omnes Ordinarij, & hoc adduxisse, ac prælibasse sufficiat quo ad aliqualem cognitionem acquirendam de ipso Iudice ordinario, cùm in subsequentibus capitulis copiosior sermo sit habendus de ipsius cōditionibus, & facultatibus.
22 Iudex autem delegatus † is, dicitur, qui ex alterius commissione alicuius causę recipit iudicialē cognitionem, vt docuisse videtur Innocentiū III. & habetur in c. super quæstionum. §. nos autē statuimus. ext. de offic. Iudicis delegati, & eidem ferè elicitur ex omnib. legib. tituli, ff. de offic. eius, cui mandata est iurisdictio. & huic descriptioni delegati se subscripsit Specul. in lib. 1. tit. de offic.
23 Iudicis delegati. §. delegatus est is. † Secundū verò Goffream in sua summa. tit. de offic. & potestate Iudicis deleg. in princ. Iudex delegatus est is, cui vel à Summo Pontifice, vel ab Ordinario, vel à delegato Principis causa cōmittitur. Nam & subdelegatus, delegatus est, dicitur autē subdelegatus respectu delegati. Item is, cui principium causæ, vel medium cōmittitur, etsi Iudex propriè dici non posset, vt in c. super quęstionū. §. porrò ext. de offic. iudic. delegati. Delegatus tñ est, cui delegari potest principium, medium, & finis. vt in d. c. super quæstionum. §. intentionis. in quo Innocentius III. infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Intentionis igitur nostrę fuit sicut ex tenore cōstitutionis præmissæ potest liquido deprehendi, φ vt iudicialis anctoritas liberius valeat exerceri delegatus a nobis licitè possit, & principium, & finē, & medium causæ sibi cōmissę, non solum coniunctim, sed & diuisim alij delegare non obstante, φ dr, φ Iudex debet cognoscere, p se ipsum in principio, in medio, & in fine, cum antequam ferat sententiam, vniuersa quę acta sunt in iudicio, inuestigare debeat diligenter.] hęc ibi, vbi idem per
25 Doctores docetur. Itē Iudex † delegatus dici pōt is, cui executiō, vel ministerium aliquod demandatur: nam non sua, sed authoritate delegata exequitur id, quod sibi mandarur. vt in c. fin. §. penult. ext. de offic. delegati, in quo Gregorius IX. infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Is aūt cui iniungitur
26 † vt personaliter negotium exequatur, (dummodo partes consentiant) hoc alijs delegare. Pręter quam si inquisitionē fieri, vel Ecclesijs de Prælatis, vel alijs ministris prouideri mādaremus: Cū his casib. omnib. industriam ac fidē personæ (cui cōmitrimus, eligete videamur. Iudex delegatus (sm Host. in summa titu. eo. §. quid sit delegatus)
27 † est is, cui causa cōmittitur terminanda, vel exequenda, vices delegantis repræsentans, & in iurisdictione propriū nihil habens. ut in l. 1. in fi. §. fin. ff. de officio eius, cui mandata est iurisdictio, vbi hęc habentur, videlicet. [Qui mandatam iurisdictionē suscepit proprium nihil habet, sed eius, qui mandauit, iurisdictione vtitur.] hęc ibi. Idē probatur per text in c. sanè quia. ext. de offic. iud. delegat. vbi Alex. III. scribens Carnotensi Episcopo infrascriptis vtitur verbis, videlicet, cap. tue qōni duximus respondendum, φ Iudex a nobis delega-
28 tus † vices nostras gerit: vnde in causa illa superior est, & maior illis, quorum causam cępit terminandam. Ideoque si Episcopus, vel alia persona, quæ non sit de iurisdictione illius, in causa, quam ei delegamus, rebellis, aut contumax fuerit, secundum qualitatem facti poterit, vel interdicti, vel suspensionis sententia a Iudice delegato compelli. Ita quòd Iudex (secundum negotium qualitatem, temperatè procedens Episcopo, vel ingressum Ecclesię, vel Sacerdotale officium interdicat, aut etiam terram illius, quæ ad iurisdictionem suam pertinet specialiter interdicto supponat.] hæc ibi. Sciendum insuper quòd Ioannes Andr. & Panormitanus in rubrica titu. de officio Iudicis delegati se subscripserunt omnibus prædictorum Doctorum diffinitionibus traditis, & per me hic recensitis. Dominus autem Antonius de Butrio in eadem rubrica amplectitur diffinitionem Iudicis delegati traditam ab Hostiensi, & a Guglielmo, Specul. vbi supra relatam.
29 Iudex delegatus † secundum Baldum in eadem rubrica numero vndecimo, est is, cui Ordinarius causam delegauit, vt elicitur ex textu. in l. eum, qui iudicare, ff. de iurisdictione omn. iudicum, vbi hæc habentur, videlicet. [Eum, qui iudicare iubet, Magistratum esse oportet. Magistratus autem, vel qui in potestate aliqua

Bbb 3 sunt,

cet. [Arbitrum autem non eſſe cogendum
ſententiam dicere, niſi compromiſſum interuene-
rit. Et quod ait Prætor, pœna compromiſſa, ac-
cipere nos debemus, non tantum ſi vtrinque pę-
na nummaria; ſed ſi alia res vice pœna; ſi quis ar
bitri ſententiæ non ſteterit, promiſſa ſit; & ita
Pomponius ſcribit] hæc ibi. Eſt igitur arbiter
Iudex, quem eligunt partes ad cognoſcẽdum de
quæſtione aliqua, vel lite; & ſic ſumitur ſuper re
litigioſa (vt docet Specul. vbi ſupra) & in re cer-
ta, vt de ea cognoſcat: vt extra, de arbitris per
38 totum, hic Iudex † debet iuris ordinem ſeruare,
vt in l. 1. ff. de arbitris, & ſit ſemper cum pœna ſti
pulatione, vt in dicta l. litigatores, & ſtatur eius
ſententiæ, ſiue æqua ſit, ſiue iniqua; vt fuit proba
tum pauló ante.

Arbitrator Iudex (vt docet ibidem Specul.) eſt amicabilis compoſitor, nec ſumitur ſuper re litigioſa, vel vt cognoſcat de iuſtitia cauſæ ordine iudiciario, ſed vt pacificet, & quod certum eſt diuidat: vt in ſocietate (quam certum eſt feciſſe contractum) ſed eligitur, vt det cuilibet certam ſuam partem, quæ ipſum ex ſocietate contingit, vt in l. ſocietatem, §. arbitrorũ ff. pro ſocio. Vbi hæc habentur, videlicet. [Arbitrorum enim genera duo ſunt: vnum homini, vt ſiue æquum, ſiue iniquum, parere debeamus; quod obſeruatur, cùm ex compromiſſo ad arbitrium itum eſt: alterum eiuſmodi, vt ad boni viri arbitriũ redigi debeat, ſi nominatim perſona ſit comprehenſa, cuius arbitratu fiat] hæc ibi. & hic talis arbitrator non tenetur iuris ordinem obſeruare, nec ſtatur eius ſententiæ ſi ſit iniqua, ſed reducitur ad arbitrium boni viri, vt in dicto §. arbitriorum. Idem probatur per argum. in cap. quintauallis, extra de iureiurando, in quo Innocentius Tertius ſcribens Alatrino Epiſcopo infraſcriptis vtitur verbis, videlicet. [Quintauallis noſtris auribus intimauit, quòd pro offenſa, quam filiæ ipſius alijs mulieribus irrogarant, quòd earum mandato pareret, præſtitit iuramentum: quæ tale illi ſub debito iuramenti dedere mandatum: quod ſi quando filij, aut vxor illius aliquod factum, vel verbum contumelioſum mulieribus illis obijcerent, idem filios, & filias exhęredaret, & à ſe propriam remoueret vxorem. Quo circa mandamus, quatenus cùm licitum fuerit iuramentum, ſed mandatum illicitum: prędictis, vt reuocent mandatum illud iniũgas: alioquin eum ad mandati illius obſeruationem denuncies non teneri,] hæc ibi. Et dixi prædictam deſcriptionem probari per argumentum in dicto cap. quintauallis, quia licet et ad verbum id ibi, non probetur, benè tamen arguendo, à fortiori, ſic argumentando: ſi quis iuramenti vigore, non aſtringitur obſeruare id, quod ſibi mãdatum fuit in quẽ licèt ſimpliciter curaſſet obſeruare, quod cum ſibi præciperetur: multo minus tenebitur ſtare iniquæ ſententiæ arbitratoris cùm de ipſa obſeruanda, ille talis non iurаſſet (vt ſupponitur.) Nonnulla alia notatu digna de arbitro & arbitratore, vide apud Specul. locis citatis ſupra. Et hęc dicta ſufficiant breuiter de quotuplicitate iudicum, & qualitate vniuſcuiuſque eorum ſigillatim pro aliquali notitia terminorum, quibus vt opus erit, nobis in examinatione propoſitæ quæſtionis dilucidabimus.

Iudicium quotuplex ſit, & quotupliciter ſumatur, & quando ſumatur hìc ſcilicet, quo ad materiam, quæ pertractatur.

§. Quartus.

SVMMARIVM.

1 *Iudicium temerarium dupliciter, conſiderari poterit.*
2 *Iudicium temerarium ex parte iudicantis, eſt in triplici differentia: quid ſit vnumquodque eorum.*
3 *Iudicium ex parte rei iudicatę ſit tripliciter, & eſſe probabiturum probatur.*
4 *Iudicium temerarium vanum ac peſſimum vitium eſſe probatur.*
5 *Suſpitio quid ſit, ex quibus contingat in nobis oriri.*
6 *Malitia quid ſit.*
7 *Senes quare dicantur malitioſi.*
8 *Suſpicionis gradus eſt triplex, & in quo differat vnuſquiſque eorum a reliquis.*
9 *Suſpicari malum de proximo quando ſit peccatum mortale traditur regula optima.*
10 *Suſpitio in quo differat a iudicio temerario.*
11 *Iudex ex ſuſpitione procedens ad condemnandum aliquem, mortaliter peccat.*
12 *Iudicium ordinatum ſecundum legem Dei quotuplex ſit.*
13 *Iudicium correctionis in quibus fieri concedatur de iure, quod decem modis diffiniatur a Theologis hæc vox, iudicium.*
14 *Iudex vnde dicatur.*
15 *Ius eſt obiectum Iuſtitiæ.*
16 *Iuditium importat ſecundum nominis ſui primam impoſitionem: determinationem iuſti.*
17 *Iudicium ſecundum nominis ſui, ſecundam impoſitionem importat rectam determinationem in omnibus,*
18 *Ad iudicium rectum de vnaquaque re proferendum, duo requiruntur.*
19 *Iudicium tertio modo ſumptum ſecundũ iacobum de Valentia dicitur actus Iudicis.*
20 *Iudicis actus eſt duplex.*
21 *Legem interpretari eſt eius, cuius eſt condere.*
22 *Iudicium ſumitur quoque pro quacunque certa notitia.*
23 *Iudicium ſumitur pro certa apprehenſione intellectuali, ac per conſequens pro diffinitiua cognitione, & quare.*
24 *Iudicium ſumitur quoque pro aliquo vero complexo.*
25 *Iudicium dicitur quoque dictamen intellectus practici conſonum iuſtitiæ.*
26 *Iudicium dicitur quoque determinatio certa tã de pręmijs, ſupplicijſque reddendis vnicuique, quàm de alijs veritatibus practicis.*
27 *Iudicium a Canoniſtis ſumitur primò pro iuriſdictione.*
28 *Iudicium ſecundo ſumitur pro diſcretione.*
29 *Iudicium tertio ſumitur pro ſententia.*
30 *Iudicium quarto ſumitur pro inſtantia.*
31 *Iudicium quinto ſummitur pro actione.*
32 *Iudicium ſexto ſumitur pro lite.*
33 *Iudicium ſeptimo ſumitur pro authoritate.*
34 *Iudicium octauo ſumitur pro foro.*
35 *Iudicium nono ſumitur pro arbitrio.*

36 *Iudicium*

36 *Iudicium decimo sumitur pro vltima voluntate.*

37 *Iudicium vndecimo summitur pro quæstione.*

38 *Iudicium duodecimo sumitur pro discussione, seu iuris dispositione.*

39 *Iudicium decimotertio sumitur pro potestate iudicandi,*

40 *Iudicium decimoquarto sumitur pro peruitie, seu damnatione.*

41 *Iudicium decimoquinto sumitur pro pœna debita pro peccatis actualibus.*

42 *Iudicium decimosexto sumitur pro processu iudiciali.*

43 *Iudicia publica sunt in duplici differentia, & quæ iudicia publica dicantur capitalia, & quæ nō capitalia, quæ ciuilia, & quæ criminalia.*

44 *Iudicium aliquod vt dici possit legitimum triplici conditione constare debet.*

SERMONEM habiturus de quotuplicitate & quidditate termini huius, scilicet iudicium, cū animaduerteremus aliter sumi a Sacris Theologis (dum loquuntur de iudicio remerario) & aliter a Canonistis, loquendo de modo procedendi in iudicio ecclesiastico vel seculari, eo quod sit vox æquiuoca conueniens in nomine cum multis rebus; in ratione autem substantiæ differant, vt proprium est æquiuocorum, vt docet Arist. in primo cap. ante prædicamentorum, icciro operæpretium duxi hic prius de ipsa voce loqui, iux. sensum, qui apud sacros Theologos communiter habetur, & deinceps de ipso, prout sumitur à Canonistis: sciendū igitur, quod iudicium (quo homo assoler alium hominem iudicare, est duplex; quorum alterū dicitur iudicium temerarium : alterum verò, dicitur iudicium ordinatum secundum legem Dei.
1 Iudicium autem temerarium † poterit considerari dupliciter (scilicet) ex parte ipsius iudicantis, & ex parte rei iudicatæ (vt docer Alexand. de Ales in 3. par. quæst. 40. memb. 1.) ex parte enim
2 ipsius iudicantis, iudicium † temerarium est triplex, seu tribus modis contingit fieri, scilicet primo per vsurpationem. secundo per indignationem: & tertio per ignorantiam. De iudicio temerario per vsurpationem loquebatur Dominus Iesus, vt docet Glosa super illud domini verbum apud Mattheum, cap. 7. (Nolite iudicare, & non iudicabimini) (Nolite coudemnare, & non condemnabimini) vbi ipsa met glosa addidit hāc vocem, scilicet temerariè, ac si aperte dicta glosa Dominū Iesum intendisse talia proferre. scilicet Nolite temerariè iudicare, & non iudicabimini à Deo: Nolite condemnare temerariè aliquem, & non condemnabimini. a Deo ad pœnas luendas pro tale temeritate.

Iudicium enim remerarium est quando hi, quibus nō est commissum iudicant, secundum quem modum dixit dominus Augustinus, iuxta illud Apostoli ad Romanum, cap. 14. vers. 4. [Tu quis es, qui iudicas alienum seruum.] Noluit inquit, Augustinus hominem ab homine iudicare extraordinarie, vsurpatoque iudicio dixi. Secundo(iudicium temerarium per indignitatem) quod dicitur illud, de quo loquutus fuit Apostolus quando dixit. [Propter quod inexcusabilis es ò homo, omnis, qui iudicas, in quo enim iudicas alterum, te ipsum condemnas, eandem enim agis, quæ iudicas) & Dominus noster Iesus Christus de hoc eodē iudicio loquebatur apud Mattheū, cap. 7. vers. 3. quando dicebat, [Quid autem vides festucā in oculo fratris tui, & trabem in oculo tuo non vides? aut quomodo dicis fratri tuo, frater sine eijciam festucam de oculo tuo: & ecce trabs in oculo tuo. Hyppocrita eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui.] Dixi tertiò, iudicium temerarium per ignorantiam, de quo arguit Daniel filios Israel dicens, vt in lib. Danielis cap. 13. [Sic fatui filij Israel non iudicantes, neque quod verum est, cognoscentes, condemnastis filiā Israe
3 lis.] His ergo tribus modis temerarium † est iudicium ex parte indicantis. Ex parte vero rei iudicatæ iudicium (similiter, temerarium fieri contingit tribus modis. Primo, cum iudicatur aliqua persona, quo ad euentum futurum) secundò, cùm iudicatum intentio alicuius. Tertio, cùm iudicatur factum occultum alicuius. & quod sit prohibitum iudicare aliquem quoad euentum futurum, probatur sententia Domini dicentis apud Ioannem cap. 7. [Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate] Quapropter Glosa (super illa Domini verba) [Nolite iudicare (vt apud Mattheum cap. 7. versic. 1.) & non iudicabimini] dixit. Nescimus qualis futurus sit, qui nunc apparet malus, de cuius correctione desperare, temerarium iudicium est: Et quod sit nobis prohibitum iudicare de intentione proximi, probatur eadem domini sententia [nolite iudicare &c.] De quo iudicio temerario dixit Diuus Augustinus in lib. 2. contra Manicheos, quòd per illa verba [nolite iudicare] nihil aliud nobis fuerit à Domino præceptum, nisi vt ea facta, quæ dubium est, quo animo fiant, in meliorem partem interpretemur: quod enim scriptū est (apud Mattheum cap. 7. versic. 16.) [A fructibus eorum cognoscetis eos] de manifestis dictum est, quæ non possunt bono animo fieri. Sunt quædam facta media, quæ ignoramus, quo animo fiant, quia malo animo & bono fieri possunt: de quibus temerarium est iudicare, maxime vt condemnemus: vnde Apostolus dicebat ad Rom. cap. 14. versicu. 3.) [Is qui manducat, non manducantem non sperant, & qui non manducar manducantem nō iudicet. Tu quis es, qui iudicas alienum seruum. Domino suo stat, aut cadir.] Et quòd hoc sit pessimum vitium. Sanctus Ioaunes Chrisostomus docet dicens: Sunt aliqui, qui de omnibus male iudicant, dicunt enim, si quis studet, & vacat humilitati, hyppocrita est; si recreationi, gulosus est: si patientiæ, timidus est: si iustitiæ, impatiens est: Si simplicitati fatuus est: Si prudentiæ, malitiosus est: Si maturitati, flegmaticus est: si iocunditati, dissolutus est: si religioni, singularis est: si societati, secularis est: si silentio, & paci, dissimulator est: si aliorum correctioni, præsumptuosus est: si instat orationibus & vigilijs, indiscretus est: si dormitioni, somnolentus est: si prædicationi & aliorum saluti, appetitor laudis est: si adulari renuit dicitur quod superbus est. Hæc ille sanctus, ex quibus procul dubio paret, quam vanum, & pes-
4 simum vitium sit iudicium † temerariū circa intentionem aliquod opus indifferens operantis, vel de sui natura opus bonum; contra quos inuehit idem Sanctus Ioannes Chrisostomus super illud Matth. cap. 7. [Nolite iudicare] in sua Homilia

milia 17. in operę imperfecto. in principio dicés.
Dominus hoc mãdato non prohibet Chriſtianos
ex beneuolentia alios corripere, ſed ne per iactã-
tiã iuſtitiæ ſuæ Chriſtiani Chriſtianos deſpiciãt,
& ſolis plerumque ſuſpicionibus odientes certos
& cõdemnantes, pro cuius ſententiæ alicuius ſe-
cundi modi maiori intelligentia animaduertere
nobis opus erit: quòd circa iudicium temerariũ
ratione intentionis iudicatæ, infraſcripta notabi
lia docuit Tullius (quem ſequitur Sanctus Tho-
mas in 2.2.q.60.artic.3. videlicet, quod ſuſpicio
5 dicatur † opinio mali ex leuibus inditijs proce-
dens: quæ quidem ſuſpicio contigit in nobis oriri
ex tribus modis, vt docet Sanctus Thomas ibidẽ
vno modo, ex hoc, quòd aliquis ex ſe ipſo eſt ma
lus, & ex hoc ipſo (quaſi conſcius ſuæ malitiæ) fa
ciliter de alijs opinatur. malum ſecundum illud
Eccleſiaſtes, cap. 10. verſic. 3. dicentis, [Sed & in
via ſtultus ambulans (cùm ipſe inſipiens ſit) om-
nes ſtultos exiſtimat.] Alio modo, prouenit ex
hoc, quòd aliquis malè afficitur adulterum, cum
cuim aliquis contemnit, vel odit aliquem, aut
iraſcitur vel inuidet ei, ex leuibus ſignis opina-
tur mala de ipſo, quia vnuſquiſque faciliter cre-
dit eſſe in alio quod ipſe appetit. Tertio modo
prouenit ex longa experientia. Vnde Philoſo-
phus dixit, in lib. 2. Rhetor. c. 13. de ſenibus, quod
6 ipſi ſenes ſunt malitioſi; malitia † verò eſt in peio
rem partẽ cuncta ſuſpicari: ſuſpitioſi enim ſunt,
7 quoniam increduli; increduli verò, † quoniã ex-
perti: primæ autem duæ ſuſpitionis cauſæ mani-
feſtè pertinent ad peruerſitatem affectus: Tertia
verò cauſa (ſcilicet) ex longa experientia, di-
minuit rationem ſuſpitionis, in quantum expe-
rientia ad certitudinem proficit, quæ eſt contra
rationẽ ſuſpenſionis: & ideo ſuſpitio vitiũ quod-
dam importat, & quãto magis procedit ſuſpitio,
tanto magis eſt vitioſa. Quapropter memorię co
mendare expedit: quod triplex eſt gradus ſuſpi-
8 tionis † Primus quidem gradus eſt, vt homo ex le
niotibus indicijs de bonitate alicuius dubitare
incipiat, & hoc eſt veniale, & leue peccatũ: per-
tinet enim ad tentationem humanam, ſine qua
vita iſta non ducitur, vt habetur in glo. ex Augu-
ſtino Tract. 9. ſuper Ioannem, ſuper illud 1. Co-
rinth. cap. 4. Nolite antè tempus iudicare. Hæc
de ptimo gradu Sanctus Thomas, vbi ſupra. Pro
quorum maiori intelligentia ſciendum, quòd So-
tus in lib. 3. de iuſtitia & iure, quæſt. 4. artic. 3. co-
lum. 2. dicit, quod Diuus Thomas ſub hoc primo
gradu incluſit duos gradus virtualiter. Nam pri-
mus gradus ſuſpitionis, diſtinctius procedendo;
erit dubietas, dum ſcilicet animus pendulus eſt
neutri parti contraditionis aſſenſum perhibens,
vt puta, ſi anceps hæreas, an proximus tuus ali-
quo ſordeſcat crimine, nullum tamen proferens
aſſenſum affirmatiuum, aut negatiuum, quare gra
dus hic non eo attigit, vt ſit iudicium temerariũ
quoniam nullum ſecum affert iudiciũ. Secundus
gradus eſt ſuſpitio, quæ eſt aſſenſus vnius partis
contraditionis cũ formidine alterius, quam Dia-
lectici cum Philoſopho appellant opinionem: du
bitamus enim certum aſtrorum numerum: de
quo minime ſuſpicamur. Secundus ergo gradus
ſuſpitionis, ſecũdum Sanctum Thomam vbi ſupra,
& tertius ſecundum Sotum eſt (quem ſic deſcribit
vbi ſupra Sanctus Thomas) cùm aliquis pro certo
malitiam alterius æſtimat ex leuibus indicijs: &
ſi ſit de aliquo graui, eſt peccatũ mortale, in quã-
9 tum non eſt ſine contemptu proximi. † Vnde prę-
dicta gloſa ibidem ſubdit. Si ergò ſuſpitiones vita
re non poſſumus, quia homines ſumus, iudicia ta
men (ideſt) diffinitiuas, firmaſque ſentẽtias cõ-
tinere debemus. hæc ille Sanctus vbi ſupra. Caie
tanus autem in Commentarijs, in citato loco, 2.
2.q.60. artic. 3. docet nos debere ponderare ver-
ba prædicta ipſius diui Thomæ. Nam re vera, vt
etiam innuit Sotus vbi ſupra, datur & aliud me
dium inter ipſum primum, & ſecundum gradum
ſuſpitionis, de quo nihil dixit explicitè ipſe San-
ctus, quamuis bene implicitè. Quapropter ani-
maduertendum, quòd maxima differentia eſt in-
10 ter iudicium temerarium, & ſuſpitionem. † Nam
(vt docet quoque Alexander de Ales in 2. parte,
quæſt. 117. titu. de iudicio ſuſpitionis membro pri
mo.) Suſpitio non eſt iudicium, ſecundum quòd
ſuſpitio dicitur acceptio vnius partis cum formi-
dine alterius: iudicium autem eſt ſentẽtia firma-
ta. verba ergo Diui Thomæ, videlicet. [Pro cer
to malitiam alterius ex leuibus inditijs.] Poſſunt
ſiquidem dupliciter intelligi, vt docet Caietan.
vbi ſupra. Primo pro credulitate vnius partis cum
aliqua tamen hæſitatione admixta. Secundo pro
aſſertiua determinatione, verbi gratia: Video Iu
uenem cum inhoneſta muliere euntem, & credo
in mente mea illos ſimul velle peccare: atque hoc
tanquam verum exiſtimans pertranſeo, vel admi
ror, ſumque ita in mente mea diſpoſitus: vt ſi ego
interrogarem me ipſum, an iſta æſtimatio mea ſit
apud me adeo vera & certa, quin etiam credam,
quòd fortè falſa eſt æſtimatio iſta, reſponderem,
quòd fortè falſa eſt; verũtamen mihi hic videtur?
in tali caſu hæc credulitas, ſeu ſuſpitio diceretur
firma, non ſimpliciter, ſed hæſitationi admixta.
Si autẽ eſſem ſic diſpoſitus, quòd reſponderem,
quòd mea extimatio eſt vera & certa: vt nullius
dubitationi locus ſit, tunc eſt aſſertiua determina
ta. Senſus ergo dictorum verborum diui Thomæ
non accipit æſtimationem pro certo primo mo-
do: Secundo modo, quòd quam facillime proba-
tur, & elicitur ex verbis ipſius met Sancti Docto-
ris ſuam ſententiam nitentis probare auctorita-
tẽ Gloſæ ſuper illud 1. Corinth. cap. 4. [Nolite
ante tempus iudicare] & dicentis, ſi ſuſpiciones
vitare non poſſumus, quia homines ſumus: iudi-
cia tamen, ideſt diffinitiuas, firmaſque ſenten-
tias continere debemus. ex quibus patet ipſum
Sanctum Doctorem non locutum fuiſſe nõ de pri-
mo membro ſuſpitionis, ſed de ſecundo: Tertius
gradus ſuſpitionis ſecundum Sanctum Thomam
vbi ſupra. eſt, cũ aliquis Iudex ex ſuſpitione pro-
cedit ad aliquem condemnandum, & hac directè
ad iniuſtitiam pertinet: Vnde eſt peccatum mor-
tale. Hæc ille. Ex his omnibus patuit, quòd iudi
11 cium temerarium ex parte rei iudicatæ. † Secun-
do modo, ideſt quo ad intentionem alicuius ali-
quid facientis, tunc ſolum erit cum peccato mor
tale, quando erit de re graui firmam definiendo
ſententiam ſine hæſitationis admixtione: Venia-
le autem, cum admixtione talis hæſitationis: mor
tale etiam erit, quando hoc fiet in iudicio forenſi
procedendo ad condemnationem alicuius ex ſo-
la ſuſpitione, vt latius infra probabitur. Et hæc di
cta ſufficiant quoad intentionem operantis ali-
quid, ſeu quo ad iudicium (ex parte rei) ſecundo
modo ſumptum. Modo ſupereſt aliqua aſſerer-
de

de tertio modo, scilicet de iudicio facto de ali-
quo opere oculto ipsi iudicanti. De quo breuiter
dicitur idem, quod fuit dictum de secundo mo-
do; cùm idem prorsus sit, & ijsdem modis probe
tur: habito ergo sermone de iudicio temerario,
merito loquemur de iudicio ordinato secúdum
legem Dei. Cùm dixerimus supra iudicium diui-
di (in prima hic diuisione) in iudicium temera-
rium, & in iudicium ordinatum secundum legẽ
Dei. Quapropter sciendum erit quod hoc iudiciũ
(in sui prima diuisione) diuiditur (vt docet Alex.
de Ales. in 3.par.quæst.14. membro primo, in iu-
dicium discretionis, & in iudicium correctionis.
12 Iudicium † autem discretionis conceditur homi
nibus solum in manifestis, & certis. Vnde Apollo
lus 1.Corint.2. [Spiritualis homo iudicat omnia
13 & ipse a nemine iudicatur.] Iudicium verò † corre
ctionis conceditur prælatis, in conuictis, vel cõ-
fessis. de quo in Psal.2.vers.10. [Erudimini qui iu
dicatis terram.] Et de hoc iudicij genere inten
dimus agere in præsenti quæstione. Quapropter
sciendũ, quod sumitur à Doctoribus hæc vox iu-
dicium, atque diffinitur tam a Sacris Theologis,
quàm a Canonistis. Et idcircò operæpretiũ duxi
ipsius quidditatẽ à Doctoribus diuersimodè tra-
ditam hic recensere pro maiori intelligentia ea-
rum, quæ afferenda erunt in conclusionibus præ-
sentis quæstionis. Quapropter memoriæ commẽ-
dandũ erit, quòd à Sacris Theologis nouem mo-
dis sumptum hæc vox [Iudicium] reperitur. Nã
primo sumitur pro actu Iudicis, in quantum Iu-
14 dex est. Iudex † autem dicitur, quasi ius dicens.
15 Ius autem dicitur obiectum iustitiæ. † Et ideo iu
dicium importat secundum nominis primam im-
positionem, diffinitionem vel determinationem
16 iusti, vel iuris: † quod autẽ aliquibus bene diffi-
niant aliquid in operibus virtuosis, propriè pro-
cedit ex habitu virtuosis, sicut castus rectè deter
minat ea, quæ pertinent ad castitatem: & ideo
iudicium, quod importat rectam determinatio-
nem eius, quod est iustum, propriè pertinet ad
iustitiã, propter quod Philosophus dixit (in lib.
quinto. Ethic. cap. 4.) quòd homines ad Iudicem
confugiunt, sicut ad quandam iustitiam animatã.
hæc Sanctus Thom. (in 2.2.q.60. artic. primo in
17 corp. articuli.] Secundo hoc nomen iudiciũ † am
pliatum est ad significandam rectam determina-
tionem in quibuscunque rebus, tam in speculati-
uis, quàm in practicis: In omnibus tamen ad re-
ctum iudicium proferendũ duo requirũtur, quo-
rum vnum est ipsa virtus proferentis iudicium, &
sic iudicium est actus rationis. Dicere enim, vel
diffinire aliquid, rationis est: Aliud autem est di-
spositio iudicantis, ex qua habet idoneitatem ad
rectè iudicandum: & sic in ijs, quæ pertinent ad
18 Iustitiam: iudicium † procedit ex iustitia. Sic er-
go iudicium est quidam actus iustitiæ, sicut incli
nantis ad rectè iudicandum: prudentiæ autem si-
cut iudicium proferẽtis. Hæc Diuus Thomas vbi
supra, in respons. ad primum. Tertiò iudicium
19 † dicitur actus Iudicis secundum Iacobum de Va
lentia in expositione Psalmi 49. pro cuius notitia
secũdum quod actus Iudicis potest dici duplex,
20 † quia aut iudicat Iudex secundum leges: aut
punit transgressores legum, & præmiat obserua-
tores legum: Primum dicitur iudicium discretio-
nis, in quantum Iudex interpretatur, & declarat
difficultates, & ænigmata legis, & discernit inter
ea, quia eiusdem est condere legem, & interpreta
21 ri † legem, vt docet textus, in l.1. & in l. fina. C. de
legibus. Secundum iudicium, dicitur iudicium
examinationis, in quantum Iudex examinat ob-
seruatores & præuaricatores legum: & punit, aut
præmiat secundum vniuscuiusque merita, aut de-
merita, tribuens vnicuique quod sibi debetur.
22 Quartò, iudicium † sumitur pro quacunque cer-
ta notitia: & hoc modo sumptũ dicit Scotus (in
4. sent. distinct. 47. quæst. prima articulo primo.)
quod iudicium hoc modo sumptum, dicetur sen-
sus etiam distinctè, apprehendens obiectum, vel
distinguens obiectum ab obiecto vbi requiritur
fortè magis distincta apprehensio. Vnde Philoso
phus (in lib. 2. de Anima dixit) sensus communis
iudicare de sensibilibus diuersorum sensuum, vt
23 docet Scotus vbi supra. Quintò, iudicium † dici-
tur certa apprehensio intellectualis etiam quæ-
cunque, & hoc modo diffinitiua cognitio de ali-
quo, potest dici iudicium de veritate illius, iuxta
illud primi Ethic. cap. 3. vnusquisque benè iudi-
cat quæ cognoscit; & hic est bonus Iudex, vt do-
cet Scotus vbi supra. Sextò, iudicium dicitur verũ
24 † aliquod complexum, quia secundum Diuum
Augustinum, 3. de lib. arbit. (vt docet Scotus vbi
supra.) Nullus iudicat de regulis æternis, sed se-
cundum eas de alijs: ergo iudicium est certa ap-
prehensio de aliquo per aliud: nam omne verum
complexum apprehenditur esse verum per aliud:
quia si est immediatum, adhuc iudicatur verum
per actiones terminorum, secundum Philosophũ
primo posteriorum, dicentem. Principia cognosci
mus in quãtum terminos cognoscimus. Septimò,
25 iudicium dicitur dictamen † intellectus practici
consonum iustitiæ: iustitia autem non respicit spe
culabilia, sed operabilia, vt docet Scotus vbi su-
pra. Octauò, secundum Scotum vbi supra, Iudi-
26 cium dicitur † determinatio certa tam de præ-
mijs, vel supplicijs reddendis: quàm de alijs ve-
ritatibus practicis. Nonò, iudicium dicetur secun
dum Scotum vbi supra, completa & authentica
27 determinatio † reddendi alicui secundum meri-
ta sua: completa inquam determinatio, quia in-
cludit determinationem firmam intellectus, &
determinationẽ voluntatis efficacem, hoc est, vo-
luntatis potentis, & intendentis, secundum de-
terminationem intellectus, & determinationem
voluntatis perducere ad effectum iudicium dici-
tur etiam authentica determinatio: quoniam sen
tentia lata a Iudice non suo, est nullius valoris, &
ita in cap. quod autem, extra de pœnitent. & re-
miss. His ergo modis, seu diffinitionibus ipsius iu-
dicij enumeratis secundum Theologos, superest
modò, vt consequenter recẽseamur quotupliciter
sumatur iudicium apud Canonistas, ac iuris pe-
ritos reliquos. Quapropter sciendum erit, quòd
28 iudicium † apud tales. Primò sumitur pro iurisdi
ctione: nam iudicium prius dicebatur inquisitio;
Vnde & authores iudiciorum, Præpositi quæsto-
res, vel quæsitores vocantur, vt docet text. in cap.
Forus, extra de verborum significatione. Secundò
29 pro discretione, † vt in l. cùm prætor, §. non autem
quidam enim, ff. de iudicijs, vbi hæc habentur, vi-
delicet. [Quidam enim lege impediuntur, ne Iu-
dices sint, quidam moribus, quidam natura. Na-
tura vt surdus, mutus, & perpetuò furiosus, & im
pubes; quia iudicio carent: idest discretione.]
30 Tertio pro sententia, † vt in l. 1. C. de re iudicata.
vbi

vbi dicitur [Rebus quidẽ iudicatis standum est, idest sententię standum est.] Quartò pro instãtia
31 † vt causa trienuij, vt in l. properandum, perto
32 tum. C. de iudicijs. Quintò pro actione, † vt iudicium familiæ ereiscundæ, vel communi diuidẽdo: vt institu. de officio iudicum. §. si familiæ, &
33 §. fina. Sextò, pro lite, † & controuersia; vt iudicium pendet super hæreditate, vt in l. 1. secundo
34 respon. ff. ad Treb. Septimò pro auctoritate, † vt negocia ecclesiastica, non sunt disponenda laicorum iudicio, idest auctoritate, vt habetur in capitu. decernimus, extra de iudicijs. Octa-
35 † uò, pro foro, † vt causa iuris patronatus definiri debet Ecclesiastico iudicio, idest foro Ecclesiastico, vt in cap. quinto extra de iudicijs. Nonò
36 pro arbitrio, † vt in l. arbitrio, ff. qui satisdare cogantur. Si enim arbiter est Iudex, ergo & arbitrium erit dicendum quoque iudicium. Decimò
37 pro vltima † voluntate, vt iudicium testatoris, cassum esse non debet: vt in l. 1. C. de Sacrosanct.
38 Eccle. Vndecimò pro quæstione: † vt ciuilis causa in iudicium, idest in quæstionẽ deducta, cum criminali, post criminalem est distinguenda, vt in l. finali. C. de ordi. iudi. Duodecimò pro di-
39 scussione † siue iuris dispositione, vt habetur in omnibus legibus titu. de iudicijs, ff. eod. cap. Ter
40 tiodecimò, pro potestate † iudicandi, vt in l. iudicium soluitur, ff. de iudicijs. vbi dicitur. [Iudicium, id est potestas iudicandi soluitur vetante eo, qui iudicare iusserat.] Quartodecimò, pro
41 pernicie, † seu damnatione: vt habetur in Epistola Diui Pauli, ad Corinthios, ipso dicente. [Qui manducat, & bibit indignè corpus & sanguinẽ Domini: Iudicium sibi manducat & bibit, non dijudicans corpus Domini.] Quintode
42 cimò iudiciũ sumitur pro pœna debita † pro peccatis actualibus, vt in Symbolo Sancti Athanasij habetur: ipso dicente iuxta Domini sententiam, [Qui bona egerunt; ibunt in vitam æternã: qui verò mala in resurrectionem iudicij, & pœnæ ęternæ.] Idem habetur in Sancto Euangelio. his verbis videlicet. [Et procedent qui bona fecerunt in resurrectionem vitæ; qui vero malá egerunt, in resurrectionem iudicij.] Decimosextò & vltimo † pro processu iudiciali, vt in cap. 1. de iudicijs lib. 6. & in cap. in iudicijs, de regul. iur. in sexto. vbi dicitur [In iudicijs, non est acceptio personarum habenda.] & hoc vltimo modo sumitur hic in nostra quæstione. Sciendum insuper, quod
44 iudicia publica, † sic appellata a Canonistis, sunt duplici differentia. Nam alia dicunt capitalia, alia non capitalia: & præmitto quòd illa dicuntur publica iudicia solùm, quæ solum ex legibus iudiciorũ publicorum veniunt, vt Iulia. 1. lex. maiestatis, l. Iul. de adulter. l. Cornel. de sicarijs, & veneficijs, l. Pompeia, de parricidijs. l. Iulia peculatus, l. Cornel. de testamentia. l. Iulia de vi publica, l. Iulia de vi priuata l. Iulia Ambitus. l. Iulia repetundarum, l. Iul. de Annona. vt in l. 1. ff. de publicis iudicijs. Iudicia autem publica capitalia dicuntur illa, ex quibus mortis aut exilij pœna, atque ignis interdictionis infligitur. Non capitalia verò sunt illa, ex quibus pecuniaria, aut in corpus aliqua cohertio pœna est, vt docet tex. in l. 2. ff. de publicis iudicijs: iudicium insuper est duplex, scilicet ciuile & criminale, iudicium tũc dicetur ciuile, quando quis agit in eo ad pœnam applicandam sibi: criminalem vero quando agit in eo ad pœnam applicandam fisco, vel inferendam reo in corpus, vt docet Bart in l. si quis actiones, nu. 4. ff. de priuat. delictis. Notãdum erit insuper quod
45 vt aliquod † iudicium dici possit vsquequaque legitimum triplici cõditione debet esse decretatũ vt docuit Sanctus Thomas, in 2. 2. q. 6. artic. 2. dicens quòd iudicium in tantũ est licitum, in quantum est iustitiæ actus ad hoc autem, vt iudicium sit actus iustitię tria requiruntur. Primo quidem, vt procedat ex inclinatione. Secundo quod procedat ex authoritate præsidentis. Tertio quod proferatur secundum rectam rationem prudentiæ: quodcumque autem locum defuerit, iudicium erit vitiosum & illicitum. Vno quidem modo quãdo est contra rectitudinem iustitiæ, & sic dicitur iudicium peruersum, & iniustum. Alio modo quãdo homo iudicat in ijs, in quibus nõ habet authoritatem: & sic dicitur iudicium vsurpatum. Tertio modo quãdo deest certitudo rationis, puta, cùm aliquis de his, iudicat quæ sunt dubia vel occulta, propter aliquas leues coniecturas: & sic dicitur iudicium suspiciosum, vel temerarium, hæc ille Sanctus.

Pœna quid sit, & vnde dicatur, & quotuplex sit eius effectus §. quinti?

§. Quintus.

SVMMARIVM.

1 *Pœna vnde dicatur.*
2 *Pęna seu modis reperitur diffinita a Doctoribus.*
3 *Pęna infligentis scopus, & pœna effectus quis sit.*
4 *Pęnæ nomine (loquendo iuridicè) quid veniat.*
5 *Pœna diffinitio varia secundum Doctores traditur.*
6 *Pœna ordinatiua culpæ quid sit, & quare ita dicatur.*
7 *Peccantis voluntas per pœnam reducitur ad Diuinæ iustitiæ ordinem.*
8 *Peccatum esse pœnam peccati quomodo probet.*
9 *Conscientiæ remorsum semper sequi potest peccatum, quomodo sit intelligendum semper sequi.*
10 *Peccatum quomodo dicatur pœnam peccati ex parte causa.*
11 *Deum tradere aliquem in reprobum sensum quomodo sit intelligendum.*
12 *Peccatum quomodo dicatur pœna peccati ex parte substantiæ actus ipsius peccati.*
13 *Salutis nostræ viam esse arctam, ac difficilem, & perditionis viam esse latam & facilem, & rursus è contra, quomodo sit intelligendum: pia & vera expositio traditur & probatur.*
14 *Timentes Deum ditantur pace multa, peccatores verò multis flagellis onerantur.*
15 *Salutis viã, seu virtutis quibus de causis vocari à Domino Iesu arctam, & angustam probatur.*
16 *Peccare quare dicatur esse facilius, quàm virtuosè viuere.*
17 *Præcepta Domini quare dicantur esse leuia, & lata, iugum verò Domini suaue, & onus leue.*
18 *Salutis, & virtutis via quibus hominibus lata videatur.*
19 *Pœna est dissentio animæ ab his rebus, quæ nobis nolentibus accidunt.*
20 *Pœna tripliciter dici poterit voluntaria.*
21 *Purgatorij pœna quomodo iustir dicatur voluntaria.*

22 *Pœna*

22 *Pœna sensibilis in homine dupliciter causatur.*
23 *Pœnæ quare ascribantur prædicti effectus.*

CVm diuersimode reperiatur diffinitus hic terminus, seu vox Pœnarũ apud iura, cùm apud Doctores, Theologos, & Canonistas, idcirco ipsiùs varias diffinitiones, seu descriptiones operæpretium duxi, hic recensere, vt cognita aliquatenus natura, ac eius assentia quamfacillimè possimus asserenda, in conclusionibus intelligere. Quapropter sciendum erit, quod hæc vox,
1 dum erit, quod hæc vox,† pœna, dicitur à pendẽdo, idest soluendo, eo quòd per pœnam expletam a peccante incursam propter ipsius culpã, soluitur quicquid ille peccando merebatur. Pęna
2 verò primo modo † sic diffinitur, videlicet. Pœna est delicti satisfactio à lege, vel legis ministro, vel ministerio iniuncta, vt docet Azo in summa ti tu. de pœnis, & hæc diffinitio elicitur ex tex. in l. si pœna, ff. de pœnis: in qua hæc habentur, vide-
3 licet. [Pœnam constitui in emendationem † hominum] quod elicitur ex l. 1. C. ad l. Iuliam repe tund. in qua dicitur [Pœnam fore infligendã vni, vt incutiatur metus alijs.] Et idem habetur ex. c. 2. extra de calumniat. vbi hæc habentur, videlicet. [Vt cæteri simili pœnæ perterriti ad infamiã suorum facilè non prosiliant prælatorum.] hæc ibi. Quapropter meritò dicitur in Authentica de mandat. principum, §. non permittas, in fine. [Ita cum vehementia corrige puniens delinquentes, secundum nostras leges, vt paulatim supplicium eos omnes faciat saluos.] hæc ibi. ex qua elicitur quod pœna vnius multis est terror & causa boni, & sic è contra iniusta indulgentia facta vni, nocet multis, iuxta illud axioma facilitas Notandum ta
4 men, quod appellatione pœnæ † loquendo iuridicè venit tantum pœna corporis afflictiua: vt docet Panormitanus in cap. inter alia, extra de immunit. eccles. & cemit. num. 4. Secundò pœna est supplicium, quo quis ob delictum afficitur, & secundum Diuum Augustinum, in lib. de vera & fal sa pœnitentia (vt habetur in cap. pœnitentia, el secondo, de pœnitent. distinct. 3. pœna propriè di citur læsio, quæ punit, & vindicat, quod quisque cõmisit. Tertiò, pœna est noxæ vindicta, quæ suos tenet authores, vt definiuit Vlpianus: & elicitur ex cap. quæsiuit. §. fina. extra de his, quæ fiunt à maiori parte capituli. in quo Cœlestinus Tertius dixit [Peccata suos auctores tenere debent, nec pœna vlterius protrahenda, quàm delictum fuerit in excedẽre repertum.] Quartò, pęna est aliquod damnum, vel malum priuans aliquem bona sibi, aliàs conuenienti propter meritum præcedens, vt docet Burlifer. in quarto sentent. distinct. 4. q. 2. &
5 hæc pœna † dicitur a Sacris Theologis (in quarto sentent.) ordinatiua culpæ, vt docet specialiter Gabriel Biel in lib. 2. sent. distin. 36. quæstio. vnica: pro eo quòd per pœnam reducitur voluntas
6 peccantis † ad Diuinę iustitiæ ordinem: Nam omne peccatum est pœna ipsius peccati, dicente diuo Augustino in lib. 1. confess. Iussisti enim, & ita est Domine: vt pœna sibi sit omnis inordinatus animus, neque enim ad momentum est dedecus culpæ, sine decore iustitiæ: quod & probatur
7 tatione hac, Voluntas † enim priuans se ipsam iustitia, priuat se maximo bono sibi conuenienti, cuius carentia maior est, siue peior quocunque commodo illato, aut assequuto rationis talis culpæ: ergo infert sibi pœnam, quoniam culpam inseparabiliter sequitur pœna: siue dicatur pœna, quædam afflictio, siue inuoluntaria passio, sed pęna, quæ est damnificatio, semper sequitur, quia nunquã est homo in culpa, quin semper sit in damno, iuxta diui Augustini sententiam: Lucrum in Arca ex furto, damnum in conscientia. Afflictio
8 verò siue remorsus † sequitur peccatum in habitu, licet forsan in actu non semper sentiatur, propter delectationem intensam, vel inconsiderationem, vel distractionem animi non sentiatur. hæc ex Gabriele Biele vbi supra. At quoniam huiusmodi doctrina vera, & scitu dignissima videtur aliquantulum obscura, & indigere aliquali perspicaciori enucleatione: iccirco pro maiori ipsius dilu
9 cidatione examinandum erit, quomodo † peccatum dici possit pœna peccati, cum de ratione pec cati sit, vt adsit voluntas ipsius agentis actum aliquem, cui est annexa transgressio legis Diuinæ: De ratione verò pœnę sit, vt ipsa infligatur (vt latius paulò post dicetur) contra voluntatem ipsius pœnam patientis: Memoriæ igitur erunt comen dandæ duæ conclusiones approbatæ communiter a Doctoribus Theologis infra citandis circa præsentem materiam, quarum prima est talis, videlicet. Peccatum (loquendo proprie, & per se) nunquam erit pœna peccati. hæc prima cõclusio probatur, primo auctoritate diui Thomæ, in 1. 2. q. 87. articu. 2. incip. quæst. & secundo hac ratione irrefragabili, videlicet. Cùm enim peccatum per se sumptum cõsideretur secundum quòd à volun tati hominis causatur, eo quod ratione voluntatis, ipsum peccatum habeat rationem culpæ, cũ subiectum peccati sit ipsa voluntas, sed de ratione pœnæ non est, quòd sit secundum voluntatem hominis, imò contrarium, vt sit contra voluntatem. Inde manifestissime sequitur, quòd peccatũ (per se loquendo) nullo modo possit esse pœna peccati. Secunda conclusio, peccatum autẽ per
10 accidens poterit esse pęna peccati. † Et hoc triplici ratione probatur (vltra auctoritatem Diui Thomæ loco supra citato) Primo ex parte causę, quæ est remorio prohibentis, sunt enim nonnullę causæ inclinantes ad peccatum, vt sunt passiones, tentatio diaboli, & alia huiusmodi, quæ quidem causę impediuntur per auxilium Diuinę gratiæ, quæ subtrahitur per peccatum præcedens, vnde cum ipsa subtractio gratiæ sit quædam pœna à Deo inflicta homini pro merito pręcedentis culpæ: Vnde sequitur, quod per accidens etiam peccatum quod quis modo committit propter propriam passionem, & suggestionem diaboli, cui resistere nõ potuit homo post peccatum primum, ratione cuius peccati fuerat à se ablata Diuina gratia, qua præsente potuisset resistendo prædictis, scilicet suggestioni, & tentationi diaboli non peccare: Peccatum, inquam, poterit hoc respectu meritò dici esse pœnam peccati: id est peccatum nouissimè perpetratum fuisse pœnam, seu in pœnam peccati prius perpetrati. & de hoc peccato quod est pœna peccati, loquebatur Apostolus Roman. capitu. 1. versicu. 21. dum dicebat. [Quia cùm cognouissent Deum, non sicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt; sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum, dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sunt, & mutauerunt glo-

riam

riam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentium, propter quod tradidit illos Deus in deſideria cordis eorum immunditiam, vt contumelijs afficiant corpora ſua, in ſemetipſis: & propterea tradidit illos Deus in paſſiones ignominiæ: nam fœminæ eorum immutauerunt naturalem vſum in eum vſum, qui eſt contra naturam: Vnde tradidit illos Deus in re-
21 probum ſenſum: † vt faciant quæ non conueniunt.] hæc ille Sanctus Apoſtolus. Cuius verba ſunt interpretanda (ſecundum eundem Sanctum Thomam vbi ſupra) quòd tradiderit Deus, &c. Subtrahendo auxilium, quo indignos ſe fecerant per peccata ſua. Vnde ipſi deſerti ab auxilio Diuino, inueniuntur à paſſionibus proprijs. Vndè meritò Apoſtolus ipſe dicebat (Roman. capitulo 9. verſicu. 18.) [Deus cui vult miſeretur, & quem vult indurat: & quod Deus excęcauit mentes infidelium, vt non fulgeat eis illuminatio Euangelij gloriæ Chriſti, qui eſt imago Dei.] Quapropter Sanctus Thomas in tractatu de prædeſtinatione capitulo 6. nume. 60. dictas ſententias Apoſtoli enucleans, ait, quòd Deus excęcat mentes infidelium non impertiendo malitiam, ſed iuſtè ſubtrahendo gratiam: ſimiliter obdurat quem vult, quia non cogitur cuiquam indigno conferre gratiam ſuam, nec eſt contra voluntatem Dei, ſed ſecundum voluntatem ipſius, quòd aliquis pro meritò malitiæ ſuæ obduretur, in quantum obduratio dicit pœnam iuſto Dei iudicio illatam culpæ obſtinationis: ſic ergò patet, Primò, quod peccatum per accidens ex parte cauſæ, quæ eſt remotio prohibentis, erit pœna pec-
22 cati. Secundo peccatum † per accidens dicitur pœna peccati, ſcilicet, ex parte ſubſtantiæ actus, quæ afflictionem inducit, ſiue actus huiuſmodi ſit interior (vt patet in ipſam ira, & inuidia, ſiue actus ſit exterior: vt patet in bis qui graui labore opprimuntur, & damno: vt expleant actum peccati iuxta Iob ſanctiſſimi ſententiam (Iob c. 24. verſi. 14. & ſequentib.) dicentis. [Mane primo conſurgit homicida, interficiet egenum, & pauperem, per mortem verò erit quaſi fur: oculus adulteri obſcurat caliginem, dicens, Non me videbit oculus, operiet vultum ſuum, perfodit in tenebris domos, ſicut in die condixerant ſibi, & ignorauerunt lucem: ſi ſubito apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis, & ſic in tenebris, quaſi in luce ambulant.] Quod quidem nos docere nitebatur & Sapiens (Sapien. capitu. 5. verſicu. 6.) in perſona impiorum infraſcriptis verbis vtendo (ergo errauimus a via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis, & ſol intelligentiæ non ortus eſt nobis: laſſati ſumus in via iniquitatis, & perditionis: & ambulauimus vias diffici-
23 les: viam autem † Domini ingnorauimus. Ex quorum igitur confeſſione probatur peccarores ſubſtinere maximos labores in explendis ſuis iniquitatibus: Nec nobis prædicta aſſerentibus obſtare poterunt verba Domini Ieſu Chriſti: qua prima fronte videntur aduerſari dictis verbis Salomonis; eo quod ipſe Dominus Ieſus (apud Mattheum cap. 7. verſicu. 14.) dixit [Quàm anguſta porta, & arcta via eſt, quæ ducit ad vitam, & pauci ſunt, qui inueniunt eam.] Ex quibus arguere poteſt quis tali pacto, Si ergo arcta eſt via quę ducit ad vitam, indè ſequitur: quòd ſit etiam difficilis, cùm difficilius iter agamus, per arctam viam, quàm per latam (vt patet ad ſenſum) & nihilominus ipſemet Dominus Ieſus apud Mattheum capitu. 7. verſic. 13. loquens de via (quam perambulant peccatores dixit, illam eſſe latam: his verbis vtens, videlicet. Intrate per anguſtam portam, quia lata porta, & ſpacioſa via eſt, quæ ducit ad perditionem, & multi ſunt qui intrant per eam: ſi ergo (Domino teſtante) lata & ſpacioſa eſt via, quæ ducit ad perditionem, & arcta, quæ ducit ad vitam: quomodo verum erit, quòd antea fuit dictum, quod peccatores perambulent vias difficiles, ex quibus ſententijs eliciendum fore videtur, quòd aut Salomon errauit, aut ipſa Sapientia incarnata: cùm de directo hæ duę ſententiæ videantur contrarię. Ad quod quàm facillima erit reſponſio dicendo nec Sapientem Salomonem erraſſe, neque Ieſum Dominum, falſam ſententiam protuliſſe. Quapropter memorię commendandum ſummopere expediet, quòd Sapiens loquitur de peccatoribus, qui vtique pro aſſequendis, ac explendis ſuis prauis concupiſcentijs innumera pericula, damna, dolores, ac cordis anguſtias ſufferre dignoſcuntur ac comprobantur: ac per conſequens difficillimas perambulaſſe vias probatur, illas comparando vijs, ſeu operibus quas Deum timẽtes gradientes ad Deũ fruendum vſque peruenire feſtinant. Nam quia ſine rubore, palloreque affirmare poterit homines morigeratos, ac Deum timẽtes, minorẽ ſuſtinere mentis ac corporis laborem in perficiendis Diuinis mãdatis, quàm praui, ac impij homines in aſſequẽdis voluptatibus ſuis ſeruiendo proprijs cõcupiſcentijs: cùm antequã voti ſic impij cõpotes fiãt, ſummis periculis, dãnis, & anguſtijs ſe quotidie tradãt, vt patet in furibus, homicidis, luxurioſis, auaris, & alijs huiuſmodi cõditionis peſſimæ hominibus, & è cõtra, Deum timentes in hac valle lachrimarum Cęleſtium gaudiorum per aliquale degustationem, facilius participes fieri. Nã non deſunt Diuini fauores, gratiæ, auxiliaque
14 tempore oportuno timentibus Deum: † & obſeruantibus legem Domini etiam in hac vita teſtificante Prophęta, Pſalm. 118. verſ. 164. [Et dicente pax multa diligentibus nomen tuum Domine, & non eſt illis ſcandalũ.] & rurſus Pſal. 36. hoc idẽ nos docuit de pręmio iuſtorũ, & pęna impiorũ loquẽs, his verbis vtens, videlicet. [Noli emulari in malignãtib. neq; zelaueris faciẽtes iniqtatẽ. Qm̃ tãquam fęnũ velociter areſcẽt, & quẽadmodũ olera herbarũ cito decidẽt, ſpera in Dño, & fac bonitatẽ, & inhabita terrã, & paſceris in diuitijs eius: Delectare in Dño, & dabit petitionis cordis tui: Reuela Dño viã tuã, & ipſe faciet, & educet quaſi lumẽ iuſtitiã tuã, & iudiciũ tuũ tanq̃ meridiẽ, ſubditus eſto Dño, & ora eũ: Noli emulari in eo, qui ꝓſperat̃ in via ſua, in hoĩe faciẽte iniuſtitias: qm̃ q malignãtur exterminabunt̃. ſuſtinẽtes aũt Dominũ ipſi hęreditabũt terrã: & adhuc puſillũ, & nõ erit peccator, & quęres locũ eius, & nõ inuenies: Mãſueti aũt hęreditabũt terrã & delectabunt̃ in multitudine pacis.] hęc in d. Pſalmo, in quo hmõi generis ſniæ ſunt & alię, quas breuitati ſtudẽs, ſilẽtio ꝑtermittã: Idẽ ꝓrſus nos docuit ꝑ alia verba Dñs Deus ꝑ os Eſaię Prophętę (Eſai. c. 57. verſ. 20. & 21.) dicens. [Impij aũt quaſi mare feruens, qd quieſcere non poteſt, & redundant fluctus eius in conculcationem, & luctum. [Non eſt pax im-

pijs dicit Dominus meus.] Et alibi Psal. 118. vers. 155. Idē protestabatur Propheta dicens. [Longè à peccatoribus salus.] Et Psal. 10. vers. 6. [Pluet su per peccatores laqueos, ignis, sulfur, spiritus procellarum, pars calicis eorum.] Et Psal. 31. vers. 13. [Multa flagella peccatoris, sperantes autem in Domino misericordia circundabit.] & Psal. 32. vers. 18. & 19. [Ecce oculi Domini super metuentes eum, & in eis, qui sperant super misericordia eius, vt eruat à morte animas eorum, & alat eos in fame.] Ex ijs ergo omnibus & alijs quàm plurimis locis sacrę Scripturæ luce meridiana clarius elucet, quod verum dixerit Salomon sap. c. 5. vers. 6, in persona damnatorum, peccatores ambulassent vias difficiles, dum viuerent. Nonne difficilis trāsitus per talem viam est, cum oporteat peccatores inde tot incommoda, ac pœnas sufferre pro tali transitu facto à via mandatorum Dei, ad obseruanda præcepta diaboli? Ex his omnibus germana interpretatio citatæ authoritatis Sapientis. Quapropter me transferens ad interpretationem citatæ Domini sententię, apud Matth. cap. 7. vers. 13. & 14. dicentis. [Latam esse viam perditionis, & angustā viam salutis.] eo quod prima fronte videbatur potius fuisse dicendum latā esse viam salutis, & arctā viam perditionis, tum propter citatam sententiam Sapientis super sic interpretatam multis de causis supra allatis, tum propter aliam eiusdem Domini sententiam, apud Mattheum cap. 11. vers. 29. & 30 dicentis. [Tollite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum, & humilis corde: & inuenietis requiē animabus vestris: Iugum enim meum suaue est, & onus meum leue.] Quibus & accedit sententia Ioannis Apostoli & Euangelistæ, dicentis, (1. Ioannis cap. 5. versicu. 3.) [Hæc est enim charitas Dei, vt mandata eius custodiamus, & mandata eius grauia non sunt.] Et Prophetæ, Psalm. 118. versic. 96. Latum mandatum tuum nimis.] Et sententia Sapientis loquentis, de vijs Sapientiæ, (Prouer. cap. 3. versicu. 17.) dicens. [Viæ eius, viæ pulchræ, & omnes semitæ eius pacificæ.] Ex his ergo auctoritatibus (vt benè arguit etiā Cornelius Iansenius in comment. in concordiam Euangelicam capitulo 43. super locum citatum. Apud Mattheū, c. 7. vers. 13. & 14. fol. 165. & 166.) dicitur apertissimè latam esse viam vitæ, ac salutis: arctam verò damnationis, Si verba ipsa Domini ponderentur vno modo, rursus & alio respectu verum est, quòd lata sit via, quæ ducit ad perditionem, & arctam ad salutem, seu vitam. Et vt hanc quæstionem (Deo duce) absoluamus. Ad memoriam reuocandum erit, quòd ad pulchritudinem viarum pertinet (inter alia) vt sint ipsę viæ latæ. Quapropter sciendum varijs rationibus viam virtutis posse intelligi hic fuisse vocatā,
15 arctam, & angustam: † Primo enim quoniam sicut via arcta paucos recipit, & admittit, sic & via vitæ: & ratio est in promptu, nam si comparare voluerimus numerum eorum, qui Dominica præcepta obseruando incedunt, per viam arctā, quæ ducit ad vitam, tunc longè minor numerus talium erit, numero eorum, qui transgrediendo diuina præcepta perambulant viam latam iniquitatis, & impietatis, eo quòd eos non capit viam arctam, & idcirco via iniquitatis ampla & spatiosa à Domino vocatur, eo quòd ipsi impij præ multitudine nō possunt incedere, vel ingredi viam arctam, sicut patet ad sensum de via materiali loquendo: quod & nobis insinuasse videtur Dominum Iesum, quando ipse (apud Lucā c. 13. vers. 23. & 24.) interrogatus à quodam [Domine; si pauci sunt qui saluantur?) ipse autem dixit ad illos, Contendite intrare per angustā portam, quia multi (dico vobis) quærent intrare, & non poterunt. Si ergo hac ratione intelligatur, via virtutis dici arcta, non est quod scripturæ illæ supra citatæ asserentes iugum Domini leue, & latum eius mandatū: videri possint aduersari huic sententiæ Saluatoris dicentis, viam salutis arctam esse, & ratio est: quoniam cum virtus sit in medio vitiorum (arctis quibusdam iustitiæ legibus cōclusa) & virtutes inter se connexæ esse debeant, adeo vt qui delinquat in vno, factus sit omnium reus, iuxta sententiam Iacobi Apostoli (Iacobi, cap. 2. vers. 10. & 11. dicentis [Quicunque autem totam legem seruauerit, offendat autem in vno, factus est omnium reus. Qui enim dixit, Non mœchaberis, dixit & non occides; quod si non mœchaberis, occides autem, factus est transgressor legis.] Quapropter indè sequitur & secundò, quod hoc sensu arcta sit via virtutis, eo quòd facilis sit disgressio ex ea declinandum ad dexteram, vel ad sinistram. Contra verò; spaciosa est via iniquitatis: quia expanditur per omnia vitia hinc inde. Nam, vt docet Philosophus 2. Ethic. cap. 6. vno quisque modo bonus est, multisque nephandus, docet inquam Philosophus hoc vtens infrascriptis verbis, videlicet. Simpliciter bonus est, sed malus omnimode. quæ verba interpretans Auerroes ibidem, dicit, quòd virtus sit mediocritas quædam, cum intendat medium. At hinc er-
16 rare quidem † contingit multis modis, error autem malum est, malum intendit ad partem infinitatis: quemadmodum ipsum determinauerunt Pythagorici: bonum autem est ex parte finitatis, intendo quòd mala sunt multa: bonum autem vnum, eo quòd rectum: rectum autem vnū, & propter hoc fit malum citò, & faciliter: bonum autem tardè & difficiliter: Facillimum enim est, vt erret homo a proposito signo: & difficillimum vt inueniat ipsum; & idcirco verissimum fuit quod docuit Dominus Iesus dicens; quòd sit arcta via, quæ ducit ad vitam, & lata quæ ducit ad perditionem: lata, inquam; idest facilis: sed quomodo hoc sit verum, subsequenter probabimus. Tertio, via Virtutis arcta dicitur, consideratione habita ad carnis, & mundi concupiscentiam; quia scilicet illa infinitatem, & liberam agendi quæuis, quæ placent, facultatem, quam sensus, seu sensualitas carnis nostræ expetit, amputat in nobis, certis quibusdam pietatis legibus nos arctans & contrahens: Atque hæc tertia ratio satis coincidit cum secunda. Quoniam enim Virtus in se ipsa arcta est, & angusta: hinc etiam & nos coarctat, & liberam illam agendi quiduis facultatem a nobis excludit. Porro ex tertia, & secundo rationibus patet, viam Virtutis non solum carnem esse difficilem, & arduam, sed etiam in se ipsa esse difficilem, & arduam. Dicuntur tamen,
17 mandata Domini † non esse grauia: & iugum eius esse suaue, & onus eius leue: tum propter spem Cœlestium præmiorum, tum propter amorem Dei, cum etiam propter fauorem, ac adiutorium cęlitus nobis impēsum, iux. prophe-

tæ

tæ vaticinium,[cum ipso sum in tribulatione,sci-
licet,quam homo patietur onus portádo,& collũ
suũ iugo præceptorũ supponendo , eripiá eũ , &
glorificabo eũ] quod & insinuare intédebat Deus
per os Esaiæ Prophetę (Esai.c.10.vers.27.) quãdo
dicebat.[Et erit in die illa:auferetur onus eius de
humero tuo,& iugũ eius de collo tuo: & compu
trescet iugũ a facie Dei.] ac si apertè Dominus
dixerit,licèt onus meũ (idest obseruantia manda
torũ meorũ) graue sit carnalẽ vitã ducere volẽ-
tibus,& ẽt spiritualibus incipientibus in via mea
proficere,propter continuã repugnantiã ac certa-
men,ꝙ est inter carnẽ,& spiritũ: Iob testãte(Iob
c.7.vers.1,)[Militia est vita hoĩs super terrã.] Et
iugũ meũ similiter graue eisdẽ ; cũ naturaliter
de essentia iugi loquendo,sit,vt iugũ ipsum sit la-
boriosum, portãti: & de rõne oneris,vt sit graue:
nihilominus me supponẽdo dixit Dominus Iesus
per gratię,& fauoris mei largitionẽ, iugũ efficie
tur suaue infundẽdo ipsi oleũ Spiritus sancti, quo
iniunctum iugum ipsum computrescendo efficie
tur leue: vt patet in ligno iam diu abscisso ab ar-
bore,& per siccitatem putrefato, ac à tineis per-
forato, sic & onus meum à me, scilicet, impositã
peccatori iam cõtrito euadet leue; eo ipso quòd
partem oneris ipsius (subministrando gratiã pa-
tientiæ & charitatis erga me & proximum,ipsum
onus euadit leue, iuxta axioma illud vulgatissi-
mum. Qui amat non laborat: eo magis quòd ip-
semet Dominus Deus in tribulatione nos positos
baiulare ac cõsolari pollicitus fuit sub figura Hie
rusalẽ per os Esaiæ Prophetæ, (Esai.c.66.vers.12.
infrascriptis verbis vtens, videlicet. Quia hæc di-
cit Dominus , Ecce, ego declinabo super eum,
quasi fluuium pacis, & quasi torrẽtem inundantẽ
gloriam gentium,quam sugetis,ad vbera portabi
mini,& super genua blandientur vobis . Quomo-
do sicut mater blãdiatur,ita ego consolabor vos,
& in Hierusalem (scilicet cęlesti) perfectè conso-
labimini : quapropter meritò iugum Domini di
cetur suaue,& onus leue:& mandata non grauia,
propter gratiã scilicet,quæ a domino iussis per-
ficientibus Dei mandata, subministratur , licet
carnalibus,& secundum carnem & non secundum
spiritum, vitam ducere nolentibus, obseruatio
mandatorum Dei , onus sit graue, iugum labo-
riosum, & mandata Diuina grauia videantur ip-
sis. Quod docere nos voluisse Ioannem Aposto-
lum merito asseuerabimus,eo ipso quòd post prę
dicta verba, videlicet. [Et mandata eius grauia
non sunt] 1.Ioannis, c.5. vers.3. subiecit dicens.
[Quoniã omne quòd natũ est ex Deo vincit mũ-
dum,& hęc est victoria,quæ vincit mundum,fides
nostra.]Per quæ verba Apostolus,satis declarauit,
quibus,& quatenus Dei præcepta sunt facilia,nẽ-
pe natis ex Deo,& credentibus:qui scilicet per fi-
dem bonorum cęlestium bona oĩa,quę sunt huius
mundi facile contemnunt. His, certe viam virtu-
18 tis ac vitæ † non videtur secundum spiritum esse
arctã,cùm habeat in eis iustam suam latitudinem
longè pulchriorem illis seculi vijs,eò quòd mẽ-
tem hominis dilatet,atque ad bene faciendũ om
nibus insidenter se se extendat:quam extensionẽ
mentis & cordis cõfitebatur Propheta sibi fuisse
cõcessam à Deo,quãdo dicebat (Psal.118.vers.32.)
[Viam mandatorũ tuorũ cucurri , cùm dilatasti
cor meũ.] Atque ob hanc causam intelligi potest
dixisse Psalmistam latum esse mandatũ Dñi.Quar
to insuper possumus interpretari sñiam Dñi di-
centem.[Arctam esse viam &c.] Scilicet eo quòd
nõ capiat mundi huius gloria turgidos,fastu ela-
tos,luxu dilletos,diuitiarũ sarcinis oneratos,aut
reliquas huius mũdi copias secũ trahentes;sed nu
dis,& ab oĩbus huius mũdi cupiditatibꝰ liberis,
ac veluti exutis corporibus in spiritu extenuatis,
latã esse viã,quæ ducit ad vitã:ex his oĩbus autho
ritatibus bene perpensis, ac interpretatis duo no
19 tatu dignissima eliciuntur. † Primũ quorũ est,ꝙ
verã protulerit sententiã Sapiens dicẽdo, viã im
piorum esse difficilẽ.& Dñs Iesus ipsam appellan-
do latã,sed diuerso respectu,ac sensu.Secundũ est,
ꝙ iam fuit per cõsequẽs probatũ, peccatũ ex par-
te substantiæ actus (quæ aflictionem inducit) per
accidens dici pęna peccati.Et vt tandẽ regredia-
mur ad materiã nostrã sciendũ,quod peccatũ per
accidens dicitur pęna peccati.Tertio modo, scili
cet ex parte effectus cõsequẽtis,idest, ratione pę
nę,quam quis licet pro peccato perpetrato tam
in hoc seculo per ministros Iustitiæ,quàm in futu
ro seculo per Deum, & sic patet ex dictis,ꝙ pęcca
tum per accidens tripliciter erit pęna peccati.Pri
mo ex parte causæ,quæ est remotio prohibentis,
dũ peccatores à Deo derelinquuntur per subtra-
ctionẽ gratiæ qua sibi concessa, potuissent resiste
re suis passionibus,ac diaboli suasionibus. Secun-
do ex parte substantiæ actus animi,qui actus non
perficitur sine angustia, cordisque męrore ac la-
bore præuio & subsequenti.Tertio ex parte effe-
ctus,qui relinquit in peccatore ab ipso peccato ;
& sic in duobus modis vltimis patet verè vnum-
quodque peccatũ nõ solum esse pœnam peccati,
præcedentis,verum ẽt & ipsiusmet actus peccati,
seu actus peccaminosi, vt patuit,ex quibus omni-
bus luce meridiana clarius patuit verissimã fuisse
sententiã D.Augustini (supra relatam in diffini-
tionẽ, seu descriptionem) quarto modo traditę,
quidditatis huius vocis , pęna dicentis omne pec
catum esse pęnã ipsius peccati:& quomodo d. sen
tentia verificetur: His ergo expeditis pro intelli-
gentia quartę diffinitionis, me transferã ad affe-
rendum tertium modũ definiendi pęnã. Sciendũ
20 igitur quòd pęna † Quinto modo diffinitur sic.Pę
na est secundũ D.Augustinũ de Ciuitate Dei lib.
14.cap.15.) est dissentio animæ ab his rebus,quæ
nobis nolẽtibus accidunt, cui diffinitioni Diuus
Thomas in prima par.quæstio.48.artic.se subscri-
psit,animaduertendum tamen quod (vt docet D.
Bonauentura, in 4.sent.dist.20.par.1.questio.3.)
21 Pœna dici † potest voluntaria tripliciter. Primo
quia assumitur à voluntate impetante,sicut est pę
na pœnitentialis. Secundo quia sustinetur à volũ-
tate acceptante, sicut est pœna martirij,eo quòd
illa adeo grata est ipsis Sanctis Martiribus spe fu-
turorum bonorum inde assequendorum,quod ab
huiusmodi pęna liberari nollent, vt cõtigisse mul
tis Sanctis legitur. Tertio modo est quędã pęna,
quæ substinetur à voluntate tolerãte,vt pęna quæ
est in patiente,ita quod oppositũ tamẽ est in desi
derio: sicut cum quis amans & exoptãs sanitatem
infirmetur,qui nihilominus simul & semel patien
ter illã tolerat (tanquã pęnã diuinitus inflictam)
& procurat ab ea liberari.cùm talis miserię tole-
rantia habeat aliqualem rationem voluntarij. &
22 hoc modo, pœna purgatorij † dicitur voluntaria
in viris iustis, qui voluntarie propriam volunta-
tem,Diuinæ voluntati subijciendo,ac conformã-

do æquanimiter tolerant pœnas ibi inflictas sibi,
& tamen vehementer desiderant ab ipsa liberari,
& ad patriam Cœlestem peruenire, & etiam in
hoc sibi auxilium impendi a viuentibus. hæc ex
Diuo Bonauent. Sciendum insuper (secundum
Gabrielem Biel. in 4.sent.dist.14.q.1.art.3.dubio
1.) hoc contingere quattuor modis, quos tamen
nō referam hic, cùm reuera coincidant cum dictis
tribus modis recensitis a Diuo Bonauentura. vbi
supra. Pœna autem secundum Ricardum de Me-
diauilla in 4.sent.dist.20.artic. & q.1.) sensibilis,
23 seu quid pęnale causat in hoīe † dupliciter, scilicet
ex absentia boni amati, & pręsentia mali oditi.
24 Pęnæ effectus † sunt quatuor, quorum primus
est merces delicti, vt docet tex. in l. ne quis. C. de
decurionibus. l. relegatorū, in fi. ff. de interdictis,
25 & relegatis: Secundus est † salus, conuersatio, &
terror innocentium. vt docet tex. in Authen. iam
pridem, cap. 6. in fine. tit. de mandatis principū.
vbi dicitur [Homicidia autem, & adulteria, vir-
ginumque direptiones, inuasiones, & oppressio-
nes ita cum vehementia corrige puniens delin-
quentes secundum nostras leges; vt paulatim sup
plicium eos, omnes saluos faciat.] Idem habetur
in sententia in l. 1. C. ad l. Iul. repetu. & in c. 2. Ter
26 tius effectus est † efficere de malo bonum, à malo
ipsum abstinere cogendo metu pœnæ indè incur-
rendæ. iux. illud vulgatissimum axioma. Oderunt
peccare boni virtutis amore, & oderunt peccare
mali formidine pęnæ. vt C. quibus ex causis serui,
pro præmio libertatem accipiunt, per totum, & in
c. 2. in princ. de censibus in sexto, & in c. felicis. §.
pręmissis, de pęnis in sexto, & vt dicit Glo. in ex-
traua. vnica de priuilegijs, in vers. impunita ratio
27 prędictorū est, † vt in l. si a reo, §. Idē vulgo. ff. de
fideiussor. quoniā dum ipsæ pęnæ timentur, boni
quietè inter malos viuunt, vt in c. nō frustra, 23.
q. 5. in quo refertur sententia D. Augustini, in Epi
stola 54. scripta ad Macedoniū in hæc verba, vide-
licet. [Nō frustra sunt instituta potestas Regis, &
cognitoris ius, vngulæ carnificis, arma militis, di
sciplina dominātis, seueritas ēt boni patris, habēt
oīa ista modos suos, causas, rōnes, vtilitates, hæc
cū timētur, & mali coercentur, & quietius inter
malos viuunt boni.] Alia ratio insuper reddit, &
28 est quartus, † Ne facilitas veniȩ incentiuū tribuat
delinquēdi, vt habetur in cap. vt clericorū, ext. de
29 vita, & honest. Cler. Quartus effectus est, † vt qui
stultus fuit in culpa, sapiens fiat in pęna, vt docet
D. Gregor. in quintodecimo lib. Moral. c. 23. & ha
betur in c. qui ea, dist. 38. & in c. si iustos. §. qua in
re, in fine, & in c. si homo. 23. q. 1.

De pœnarum quotuplicitate in genere, et quotuplicitatę pœnarū æternarū, quæ de iure diuino sūt introducta, et an omnibus peccatis debeatur pœna æterna.

§. Sextus.

SVMMARIVM.

1 *Pœnæ æternæ sunt septem quæ recensentur.*
2 *Peccatum quodlibet actuale mortale duo comprehendit, & quando dici poterit finitum, & infinitum.*
3 *Peccatorum diuisio quomodo sit facienda secūdum subiectam materiam, & de pœnis cuilibet speciei peccatorum debitis.*
4 *Peccato originali quomodo debeatur pœna æterna, & quomodo non.*
5 *Peccati originalis pœna propria quæ sit.*
6 *Iustitia est duplex.*
7 *Peccati originalis macula solum fœdati non sentient pęnam sensus in futura vita.*
8 *Peccatum originale quid sit, & quare sic diffiniatur.*
9 *Peccati originalis macula quot pęnis obnoxium faciat hominem.*
10 *Peccatum mortale quid sit, & peccatum veniale in quo differat a mortali.*
11 *Peccato mortali, quod in momento fit, quare pœna æterna debeatur.*
12 *Peccasse in suo æterno quando quis dicatur, et quare.*
13 *Peccato veniali an aliquando debeatur pęna æterna & quare.*
14 *Peccatum veniale quando puniatur pœna æterna, et an eadem acerbitate pęnæ, quàm peccatum mortale.*
15 *Inferni ignis an ęqualiter cruciabit dete̅tos in inferno.*
16 *Peccatum originale, et actuale veniale solùm habens quō punietur in alio seculo. et nu. seq. usq; in finem.*

CVm in pręcedenti §. sermo sit habi-
tus de quidditate pęnę, & de quo-
tuplicitate effectuum ipsius: iccir-
co meritò in præsenti subseqnēter
verbum faciendum erit de quotu-
plicitate pęnarum in genere: & de
quotuplicitate pęnarū, quę de iure diuino sunt in
troductę. Quapropter sciendū erit, ꝙ pęnarū ali-
quæ sunt æternę, aliquę verò tēporarię, & tēpora-
riarū aliæ sunt introductę de iure diuino, aliæ de
iure ciuili, aliæ de iure Canonico. Pęnæ igitur æ-
ternæ, secundū Archiepiscopū Florentinū, & in
1 2. par. tit. 5. c. 3. sunt septem. † Prima quarū est car
cer æternus in loco infimo, turpissimo, & obscuris
simo, in quem omnis fœx elementorum effunde-
tur: Situs, quē non pōt non summè horrere anima
nobilissima, ad altissimum, nitidissimū, splēdidis-
simumq; possidendū Cœli empirei Palatiū crea-
ta, vti Rex delicatissimus, carcerē squalore, & fe-
2 tore sordentem nō pōt non horrere. Secūda † est
priuatio visionis intuitiuæ Dei, quæ omnigenam
parit lætitiā, quamque Chrisostomus tanti facie-
bat, vt diceret se malle mille alias pęnas inferna-
les pati, quam ea in æternum priuari. Tertia est,
3 † ignis ille ardentissimus, quo adeo infœlices ar
debunt, vt illi soli pœnæ nulla martirū tormenta,
æquari possint. Teste Augustino, in lib. de pęnit. c.
17. relato à Gratiano in c. fi. de pęnit. dist. 7. Quar
4 ta est, † desolatio, quæ nulla vnquā, dū Deus erit
Deus (qui semper erit) cōsolatione, refrigerio,
redēptione, erit diminuēda, semper oī desperatio
ne grauāda. Auctore Iob (c. 10. vers. 20. 21. & 22.
qui dixit [Nunquid nō paucitas dierū meorū fi-
nietur breui: Dimitte me ergo vt plangam paulu
lū dolorē meū, antequā vadā, & non reuertar ad
terrā tenebrosam, & opertā mortis caligine, ter-
rā miserię, & tenebrarū, vbi vmbra mortis, & nul-
lus ordo, sed sēpiternus horror inhabitat.] Nā si-
cut summè perfecta beatitudo omnē excludit mi
seriam: sic summè perfecta miseria nullā consola-
tionem admittit: quia quod operatur oppositum
5 in opposito, † operatur propositum in proposito;
argumētum in cap. sciendum. 8. q. 1. & l. & si con-
tra

tra tabulas, ff. de vulgar. Quinta pœna æterna,
6 sunt † tenebræ tum exteriores densissimæ, quæ nullo solis radio, nulloque splendore ignis (qui licet ibi plurimus sit) est tamen obscurissimus, attenuantur. Cum interiores, quibus adeò cęcantur, vt Deum putent iniustũ, & scientia hic quæsita, & per mortem plurimum aucta (quæ beatis, est solatio) eis sit maioris supplicij: dum per eum clarius cognoscant quantæ beatitudinis damnũ, ac priuationem sua culpa patiantur: Vnde vermis ille seu corda eorum corrodens, & lanians nunquam moriturus oritur, vt habetur ex Esai. cap. 66. versicu. 24. Sexta pœna, est societas cacode-
7 monum, † & continua cum eis conuersatio, quorum aspectus adeò est terribilis, vt quidam vir Sanctus (testante Sancto Antonio vbi supra) vnius solius aspectu examinatus, & in se reuersus, testaretur malle se fornacem igne ardentem ingredi, quàm iterum eum videre. Si ergo vnius demonis aspectus momentaneus, est adeò terribilis, qualis erit innumerorum sine vlla interru-
8 ptione continuatus? Septima pœna † est, confusio, cùm in inferno nullus ordo, sed sempiternus horror inhabitet, (vt testatus fuit Iob. loco supra citato: Horror inquam clamorum, lamentorum, eiulantium, & blasphemantium, & maledicentium, tam Deum, se ipsos, socios, & cacodemones, quàm alios infœlices, maleque pręcantium, quibus cõfunditur illud innumeris nominibus lamentabile Regnum. Hæc ex illo Sancto. Sed animaduertendum quòd huiusmodi septem
9 pœnæ † æternæ possunt reduci ad duas, videlicet ad pęnam damni, & ad pœnam sensus; & meritò: cùm enim in quolibet peccato actuali mortali, duo consideranda occurrunt quorum alterum dicitur Auersio (vt docet Sanctus Thomas, in cap. 2. quæstio. 87. articulo 4. in corpor. quæstio.) ab incommutabili bono, quod est infinitum: Vnde ex hac parte peccatum est infinitum. Aliud, quod reperitur in peccato prædicto est, scilicet inordinata conuersio ad commutabile bonum, & ex hac parte peccatum est finitum: tum quia ipsum bonum est finitum, tum etiam quia ipsa conuersio est finita, non enim possunt esse actus creaturæ infiniti. Ex parte igitur auersionis respondet peccato pœna damni, quæ etiam est infinita: est enim ammissio infiniti boni, scilicet Dei, ex parte autem inordinatæ conuersionis respondit ei pœna sensus, quæ etiam est finita. hæc Sanctus Thomas vbi supra, qui verissimum profert, licèt aliquantulum obscure procedere videatur, cum huiusmodi verba in errorem trahere possent aliquem incautum æstimantem Sanctum Thomam voluisse, quòd homini pro mortali peccato debeatur ex parte auersionis à Deo, qui est incommutabile bonum, pœna damni æterna, & ex parte conuersionis pœna sensus finita, & non æterna: quòd vtique ipsius Sancti Doctoris intentio nunquam fuit hoc nos docendi, cum paulò antè sequens Diuum Augustinum, & Gregorium, contrarium docuerit, reddendo rationem quare pec-
10 cato mortali incurso † pro actu humano finito, debeatur pœna infinita, loquendo de pœna sensus, cum de huiusmodi pœna sensus subinferat ibi exempla (vt paulò post patebit) referẽdo ipsa met verba Diui Thomæ in 1. 2. quæst. 27. art. 3. in respon. ad primum, dicens. Pœna proportionatur secundum acerbitatem &c. Vide ibi. Et idcirco animaduertendum est ipse Sanctus Doctor in dicto articulo 4. loquitur secundum subiectam materiam quæstionis, quæ in dicto articulo 4. examinatus, videlicet vtrum peccato debeatur pęna infinita secundum quantitatem culpæ: & idcirco dixit, quod ex parte conuersionis ad commutabile bonum debeatur pœna sensus finita, scilicet nullo alio respectu, nisi ratione quãtitatis, seu durationis culpæ, seu actus cui annexa est culpa, eò magis quod iam immediate præcedenti prædicto articulo, examinando. An peccatum aliquod inducat reatum pœnæ æternæ, iam concluserat, quòd sic, afferens sententiam Domini Iesu Christi, (apud Mattheum, cap. 25. versicu. 46.) dicentis. [Ibunt hi in supplicium æternum.] Et rationem huiusmodi suæ sententiæ ipse Sanctus. Ibidẽ reddit in responsione ad primum, vt latius paulò post probabimus: sed vt facilius memorię commendentur quę dicenda occurrunt, pro maiori intelligentia eorum, quę fuerunt proposita examinãda in præsenti, sciendũ quòd peccatũ prout sumitur in materia, de qua in pręsenti quęstione agitur diui-
11 ditur † in peccatũ originale, & peccatum actuale: & rursus actuale, in peccatum veniale, & mortale. Quapropter de vnoquoque membro diuisionis illius vocis, breuissimo sermonis periodo agendum erit: Sciendum ergo quod peccato originali,
12 † (secundũ S. Thom. in 1. 2. q. 87. art. 5. in resp. ad secundum) non debetur pœna æterna ratione suę grauitatis, sed rõne conditionis subiecti, scilicet hominis, qui sine gratia inuenitur, per quã solum fit remissio pęnæ; Quapropter docuit Alex. de A-
13 les, (in 2. par. q. 105. memb. 10. §. 1.) ꝙ carẽtia † visionis Dei, nõ est pęna propria originalis peccati: sed principaliter attribuit: est aũt huiusmodi pęna cõis, quę debetur ẽt peccato mortali, scilicet actuali, in quo est carẽtia debita iustitię, & ꝙ du-
14 plex sit iustitia † vnaque dicit iustitia originalis, & carentia illius propriè dicitur originale peccatũ: & alia est iustitia actualis, & carẽtia huius est in actuali mortali peccato: vtrinque aũt iustitiæ respondet pro pęna carẽtia visionis Dei: siue carentia summi boni: licèt per prius respondeat originali peccato, ꝙ est carentia originalis iustitię, hęc ille. Quapropter infantes morientes sine ba-
15 ptismate † cũ solo peccato originale nõ patiẽtur pęnã sensus, sed solũ pęnã dãni, licèt, carentiã visionis Dei: vt oĩs Scola Theologorũ fatẽtur, & specialiter D. Tho. in 3. par. q. 1. art. 4. in resp. ad secũ
16 dũ. Peccatũ aũt originale † secundũ S. Thom. in 1. 2. q. 81. art. 5. in resp. ad secundũ, & Alex de Ales, (loco citato) est defectus originalis iustitiæ: Vnde dicitur languor naturæ, vt docet Sanctus Thomas ibidem 1. 2. quæstio. 82. articu. 1. in corpo. in
17 fine, & ratione huius peccati homo † infelix incurrit duplicem pœnam, scilicet mortem corporalem, & exclusionem à vita æterna, vt docet Sanctus Thom. in 3. par. q. 52. arti. 5. in corp. articuli, quibus additur & tertia pęna, quæ alias dicitur penalitas: nam pœnalitates, quas homo in hac vita patitur, scilicet sitire, esurire, ægrotare, & alia huius ærumnosæ vitæ pati miserias, procedunt, ex peccato originali (vt ipsemet Diuus Thomas, docuit in 1. 2. q. 85. articu. 5. in corp. articuli, & in 2. 2. q. 164. artic. 1. in corp. articuli) ex necessitate materię corporis humani: animaduertendũ tñ, ꝙ diuisio peccati actualis (vt docet S. Thomas, in 1. 2. q. 88. artic. 1. in resp. ad primum) in peccatum

veniale, & mortale: non est diuisio generis in spe-
cies, quæ æqualiter participant rationem generis
in species, quæ æqualiter participant rationem
generis; sed analogi in ea, de quibus prædicatur
secundum prius & posterius: & ideo perfecta ra-
tio peccati, quam ponit Augustinus dicendo,
peccatum est dictum, vel factum, vel concupitum
18 contra legem Dei ęternam: † conuenit solùm pec
cato mortali. Peccatum autem veniale dicitur
secundum cõmunem in perfectam, & in ordi-
ne ad peccatum mortale; sicut accidens dicitur
ens in ordine ad substantiam secundum inperfe-
ctam rationem entis: non enim est contra legem;
quia venialirer peccans non facit quod lex de
directo prohibet, nec pętermittit id, ad quod fa
ciendum lex per præceptum obligat: sed facit
præter legem, quia non obseruat modum ratio-
nis, quem lex intendit per aliquod suum præce-
ptum. hæc ille Sanctus: quod & rursus clarius vi-
detur docuisse idem Sanctus in 1.2.q.72.articu.5.
in corpo. quæstio. in fine. versicu. vnde quando.
vbi infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Vnde quã
do anima deordinatur per peccatũ vsque ad auer
sionem ab vltimo fine, scilicet Deo: cui vnimur
per charitatem, tunc est peccatum mortale: quã-
do verò fit deordinatio citra auersionem à Deo,
tunc est peccatum veniale: sicut enim in corpo-
ribus deordinatio mortis (quæ est per remotio-
nem principij vitæ, est secundum naturam irre-
parabilis: inordinatio autem ęgritudinis repa-
rari potest propter id, quod saluatur principium
vitæ: similiter est in his, quæ pertinent ad ani-
mam. Nam in speculatiuis, qui errat circa prin-
cipia, impersuasibilis est, qui autem errat sal-
uatis principijs, per ipsa principia reuocari
potest: Et similiter in operatiuis, qui peccan-
do auertitur ab vltimo fine, quantum est ex na-
tura peccati habet lapsum irreparabilem: & ideo
dicitur peccare mortaliter, æternaliter punien-
dus: qui verò peccat citra auersionem à Deo,
ex ipsa ratione peccati reparabiliter reordina-
tur: quia saluatur principium, & ideo dicitur
peccare venialiter, quia scilicet non ita peccat,
vt mereatur interminabilem pœnam. Hæc ille
Sanctus, qui & in 1.2. quæstione 87. articulo 3.
in responsio. ad primum, reddit rationem, quare
peccato mortali, quod in momento fit, debeatur
pœna æterna, infrascriptis verbis vtens, videli-
cet. Pœna proportionatur secundum acerbita-
tẽ, tã in iudicio Diuino, quàm humano: sed sicut
Diuus ait Augustinus in libro de Ciuitate Dei:
capitu.21. in nullo iudicio requiritur, vt pœna
adęquetur culpæ secundum durationem: non e-
nim quia adulterium, vel homicidium in mo-
mento committitur, propter hoc momentanea
19 pœna punitur, sed quandoque † quidem perpe-
tuo carcere, vel exilio, quandoque etiam mor-
te; in qua non consideratur occisionis mora, sed
potius quod in perpetuum auferatur à societate
viuentium: & sic repræsentat suo modo æternita-
tem pęnæ inflictæ diuinitus, iustum tamen est se-
cundum Beatum Gregorium in lib. quarto Dia-
logorum capitu.44. quòd qui in suo æterno pec-
cauit contra Deum, in æterno Dei puniatur.
20 Dicitur autem aliquis in suo † æterno peccasse;
non solum secundum continuationem actus, in
tota hominis vita durantis: sed quia in hoc ip-
so, quòd finem in peccato constituit, volunta-
tem habet in æternum peccandi: Vnde idem Bea-
tus Gregorius in libro quarto Moralium, seu in
lib.4. Dialogorum capitu.43. dixit, quòd iniqui
voluissent sine fine viuere, vt sine fine potuissent
in iniquitatibus permanere. hæc ille Sanctus.
qui & addit ibidem infrascripta (vt refertur in c.
voluissent. de pœnitent. distinctio.1.) videlicet.
[Ostendunt enim, quia in peccato semper viuere
cupiunt, qui nunquam desinunt peccare dum
viuunt. Ad magnam ergo iustitiam iudicantis
pertinet, vt nunquam careant supplicio, qui in
hac vita nunquam voluerunt carere peccato.]
hæc ibi. Cui consona est doctrina Alexandri de
Ales, in 2. par. quæstione 110. memb.7. dicentis,
quod circunstantia temporis non facit, vt pec-
catum æternaliter puniatur, sed circunstantia il-
lius, in quem peccatur, qui cum sit æternus, &
complentibus sua mandata promittit bona æter-
na; transgressoribus verò comminatur pœnas æ-
ternas: vt qui in suo æterno æternum Iudicem of-
fenderint, in eius æterno æternaliter crucientur:
& licet ipsa actio transeat, tamen voluntas habi-
tualis permanendo in peccato manet; & ideo di
cit Beatus Gregorius. Qui æternaliter peccato
perfrui volunt, æternam pœnam inueniunt: &
quorum voluntas non habuit finem peccandi,
pœna non habebit finem eos torquendi. Et si di
catur de aliquo, qui peccauit peccato fornica-
tionis, & non vult vlterius peccare illo peccato,
quòd non peccat in suo æterno, dicendum est
quòd in hoc hic talis dicendum erit peccare in
suo æterno, quòd non vult pęnitere de illo; &
ita ratione fornicationis, cum in pœnitentia de-
betur eo pœna æterna. hæc ille. quæ vera esse pro-
bantur quoque auctoritate Diui Augustini, in
tracta. 124. in capitu. 21. Ioannis, & habetur in
capitu. productior. de pœnitent. distinctione 3.
(Productior est enim pœna, quam culpa; ne par-
ua putaretur culpa, si cum illa finiretur & pœ-
na: ac per hoc, vel ad demonstrationem debi-
tæ miseriæ, vel ad emendationem habilis vitæ,
vel ad exercitationem necessariæ pœnitentiæ, tẽ-
poraliter hominem detinet pœna: etiam quem
iam ad damnationem sempiternam reum non
detinet culpa. Ira Dei non est vt hominis, idest
perturbatio concitati animi, sed tranquilla iusti
supplicij constitutio. Sciendum insuper, quòd
post hanc vitam in inferno etiam veniali debetur
pœna æterna, non ratione suæ grauitatis, sed
ratione conditionis subiecti, scilicet hominis,
qui sine gratia inuenitur, per quam solum fit re-
missio pœnæ: nam æternitas pœnæ non respon-
21 det modò quantitatis culpæ venialis per se, † sed
per accidens, ratione irremissibilitatis ipsius (vt
docet Sanctus Thomas in 1.2.q.87.articu.1. in re-
sponsione ad secundum, & Caietanus in Cõmen-
tarijs ibidem, qui ad declarationẽ talis sententię
dicit, quòd peccatũ veniale secundũ se non priuat
charitate: Ad irremissibilitatem autem culpa se
habet sic: quòd mortalis est irremissibilis positi-
uè, quia contrariatur charitati: venialis autem
per accidens, quia scilicet est in subiecto existẽte
in statu non capaci remissionis, & quia tempo-
ralitas pœnæ respondet remissibilitati, æterni-
tas verò irremissibilitati: iccirco de peccato ve-
niali dupliciter loqui contingit; scilicet secun-
dum se, idest solitariè sumpto, & sic ei debe-
tur pœna temporalis negatiuè: & sicut remis-
sibile

ſibile eſt negatiuè, & vt ſic negamus, quòd punia-
tur pęna æterna. Alio modo in tali ſuppoſito, &
tunc iuxta illius ſuppoſiti ſtatu iudicandum eſt:
Nam in ſuppoſito habente gratiam, puniendum
eſt pœna temporali, in ſuppoſito autẽ non haben-
te gratiam pœna æterna puniendum erit: & quo-
niam iudicium pœnæ non fit de peccato ſecundũ
ſe, ideſt ſolitariè ſumpto, ſed ſimpliciter, vt eſt in
hoc: ideo ſimpliciter dicendum eſt, quòd peccato
veniali in ſtatu gratiæ debeatur pęna temporalis,
& extra illum pœna æterna. Hæc Caietanus vbi ſu
pra. Quibus aſtipulatus fuit Alexan. de Ales in 2.
part. q. 107. membro 9. infraſcriptis vtens verbis,
videlicet. Reuera decedens in mortali, & veniali
pro vtroque æternaliter punitur, cuius cauſa eſt,
22 quia (ſicut vult Gregorius) cum peccauerit † pec-
cator in ſuo æterno, qui in fine gratiam non ha-
buit, ſicut fuit æternitas ſuo modo in voluntate
peccatoris quantum ad mortale: ita eſt quantum
ad veniale, vnde ſi huiuſmodi peccato reſpõdeat
pœna ęterna, patet, quòd quantum ad æternitatẽ
pęnæ, non erit differentia inter mortale, & venia-
le: ſed quia illud veniale fuit ſub Deo, & mortale
illud contra Deum: erit differentia in pœnæ acer-
bitate, vt minus ſit pœna illa, quæ eſt pro venia-
li, quàm quæ eſt pro mortali. Vnde etſi idem ſit
qui patitur ab eodem igne: Tamen ſicut vult Gre
gorius ſuper illud Iob c. 10. (Terrã miſeriæ, &c.)
23 confirmabit ſe ignis puniendis, † non æqualiter
omnibus, ſed vnicuique pro meritis, neque pro
quibuſcumque meritis in eodem ęqualiter, ſed
quantum ad quædam magis acerbè, quantum ad
quædam minus puniet. Quapropter meritò dicen
dum erit, quòd veniale cõiunctum mortali, ſi ad-
ſit finalis impęnitentia: non amplius eſt tempora-
le, imò iam tranſit in perpetuum, quia poſt mor-
tem non eſt locus dimittendi peccatum, neque
tempus: & ideo fuit dignum puniri & pęna æter-
na. hæc ille. Qui & ſubdit dicẽs, quòd adultus mo
riens cum peccato originali, & peccatis veniali-
bus actualibus ſine mortali punietur in eodem lo
24 co inferni, † in quo mortalia habẽtes, ſed mitius,
habito reſpectu ad rationem differentis crema-
bilis. Vnde in eodem loco, & in eodem tormento
nihil prohibet diuerſos differenter puniri ſecun-
dum diuerſas cauſas, ſicut vult Gregorius loco ci
tato, vnde hic talis punietur pœna debita pecca-
to originali, & peccato veniali.

De pœnis temporarijs introductis de iure Diuino.

§. Septimus.

SVMMARIVM.

1 *Pœnæ introductæ de iure Diuino exequutioni mandandæ ab hominibus nonnullæ enumerantur.*

DIGESTO aliquali ſermone de pœ-
nis æternis, quæ ſolum infliguntur
a Deo Optimo Maximo, loquen-
dum erit in præſenti de pœnis tem
porarijs Diuinis, quæ hominũ mi-
niſterio infliguntur de iure Diui-
no: Sciendum igitur, quòd pęnæ introductæ de iu
re Diuino illæ dicuntur, quæ annotatæ reperiũtur
in teſtamento veteri, quę licet ſint quampluri mę,
1 tamen hic nõnullæ earum † ſolum recenſebuntur,
reliquę omittendæ erunt, cum hic non ſit neceſſe
illas enarrare, eo quòd per accidẽs hæc enuclean
tur propter aliud, ſcilicet pro intelligentia illius
termini, pœna. Quapropter memoriæ commẽdan
dum erit, quòd in lib. Exodi c. 21. & 22. per totum
fere huiuſmodi pœnę de iure Diuino conſtitutæ
recenſentur. Nam hæc inter alia ibi habentur, vi-
delicet. [Qui percuſſerit hominem volens occi-
dere morte moriatur. Si quis per induſtriam occi
derit proximum ſuum, & per inſidias ab Altari
meo euellas, vt moriatur. Qui maledixerit patri
ſuo, vel matri morte moriatur. Qui furatus fuerit
hominem, & vẽdiderit eum conuictus noxæ, mor
te moriatur. Si rixati fuerint viri, & percuſſerit al
ter proximum ſuum lapide, vel pugno, & ille mor
tuus non fuerit, ſed iacuerit in lectulo, ſi ſurrexe-
rit, & ambulauerit foris ſuper baculum ſuum, in-
nocens erit, qui percuſſerat: ita tamen vt operas
eius, & impenſas in Medicos reſtituat. Qui per-
cuſſerit ſeruum ſuum, vel ancillam virga, & mor-
tui fuerint in manibus eius, criminis reus erit, ſin
autem vno die, vel duobus ſuperuixerint nõ ſubia
cebit pęnæ, quia pecunias illius eſt ſi rixati fue-
rint viri, & percuſſerit quis prægnantem, & abor-
tum quidem fecerit, ſed ipſa vixerit ſubiacebit
damno quantum maritus mulieris expetierit, &
Arbitri iudicauerint: ſin autem mors eius fuerit
ſubſequuta, reddet animam pro anima. Reliquas
pęnas breuitatis gratia non recẽſebo ratione an-
te dicta, cum ſuffecerit mihi citare locum, in quo
quis per ſe quamfacillimè poterit reperire om-
nes, & præſenti noſtræ materię eorum ſcientia nõ
deſeruiat, cum iam præcepta huiuſmodi Diuina
iudiciaria Iudex non teneatur obſeruare, niſi vſu
ipſo Curiæ ſiię recepta fuiſſent, vt ſacri Theolo-
gi docent.

De pœnis temporarijs introductis de iure Canonico, & Ciuili.

§. Octauus.

SVMMARIVM.

1 *Pœnæ introductæ de iure Canonico, ſunt in triplici differentia.*
2 *Pœnæ introductæ de iure Canonico appellatæ perſonales tantum quæ ſint.*
3 *Irregularitas an ſit pœna Canonica.*
4 *Pœnæ reales in odium perſonarum introductæ de iure Canonico, quæ ſint.*
5 *Pœnæ mixtæ appellatæ introductæ de iure Canonico, quæ ſint.*
6 *Pœnæ temporales introductæ de iure ciuili quot ſunt.*

SVPEREST modò vt de pęnis tem
porarijs introductis de iure Cano
nico, & Ciuili aliqua breuiſſimo
ſermonis periodo in mediũ pro-
ducamus. Quapropter ſciendum
erit, quòd pœnæ introductæ de iu-
1 re Canonico ſunt in triplici differentia, vt docuit
Hoſtienſis in ſumma, tit. de pęnis. §. quot ſint ſpe-
cies: nam huiuſmodi pœnarum aliæ dicũtur per-
ſonales tantum, aliæ reales in odium, tamen per-
ſonarum,

ſonarum, & aliæ mixtæ: Pęnæ enim perſonales iſ-
2 rum † ſunt 12. videlicet, excommunicatio, ſu-
ſpenſio, interdictum particulare, depoſitio, infa-
mia, degradatio, tam actualis quàm verbalis, in-
truſio, incarcerario, verberatio, characteris im-
preſſio, ſeruitus Curiæ ſeculari facta expoſitio, &
impropriè dici poterit pœna perſonalis ipſa irre-
3 gularitas, † eo quòd reuera propriè loquendo di-
ci non poſſit pęna (cùm aliqñ incurratur ſine cul
pa), ſed ſolũ dici poſſit, propriè loquẽdo, impedi
4 mentum Canonicum. Pęnæ † verò reales in odiũ
perſonarũ introductæ de iure Canonico ſunt in-
fraſcriptę, videlicet, Beneficij Eccleſiaſtici priua-
tio, ſeu ſuſpenſio, rerum omnium confiſcatio, & pe
5 cuniæ mulctatio. Pęnę verò mixtæ † dicuntur illę,
quæ partim ſunt perſonales, & partim reales, eo
quòd participãt de vtriſque, & ſunt infraſcriptę,
videlicet relegatio perſonalis, interdictum gene-
rale alicuius Ciuitatis, abſolutio vaſallorum a fi-
delitate, Iuriſpatronatus priuatio. Reliquiarũ ex-
tractio de aliqua Eccleſia, & quamplurimę aliæ,
quas longum eſſet hic recenſere, de quibus tamen
copioſiſſimus ſermo habendus erit (Deo dante) in
tractatu de pęnis Eccleſiaſticis: Pœnę temporarię
6 introductæ de iure Ciuili ſunt octo, ſeu octo mo-
dis poſſunt, ſeu contingunt infligi. Primò damnũ
inferendo alicui in bonis per confiſcationem om
nium bonorum, vel eorum partis, vel exactionem
alicuius mulctæ incurſæ ꝓ aliquo crimine perpe-
trato, vel damno illato, & ſic per conſequens. Pri
ma pœna erit confiſcatio omnium bonorum, vel
eorum partis. Secunda, mulcta pro crimine, vel
damno illato. Tertia, carceratio. Quarta, verbera-
tio, ſeu fuſtigatio. Quinta, talionis pęna. Sexta, in-
famia. Septima, relegatio. Octaua, deportatio.
Nona, condemnatio ad triremes, quę pęna ſuc-
ceſſit condemnationi ad metallum fundendum.
Decima, obtruncatio alicuius membri. Vnde-
cima, mors, & hæc pauca de multis ſufficit attuliſ-
ſe, reliqua (Deo dante) afferam (vt dixi) in tracta-
tu de pęnis vtriuſque iuris. Et hæc dicta ſufficiant
pro aliquali intelligentia illorum terminorum in
titulo præſentis quæſtionis inſertorum, videlicet.
Pęnis punire.

De delicti denominatione, quotuplicitate, quidditate, ac ſpeciebus.

§ Nonus.

SVMMARIVM.

1 *Delictum quid ſit, vnde dicatur, & de eorum ſpeciebus.*
2 *Delicta quæ dicantur publica.*
3 *Offenſa Dei quare dicatur delictum publicum.*
4 *Delicta quæ dicantur priuata.*
5 *Delicta priuata accuſare cur omnes indiſcriminatim non admittantur.*
6 *Infamis efficitur condemnatus de crimine publico regulariter, non autem de crimine priuato.*
7 *Delicta tam publica, quàm priuata ſunt in triplici differentia.*
8 *Delicta merè Eccleſiaſtica, quæ dicantur.*
9 *Delicta merè ſecundaria, quæ dicantur.*
10 *Delicta mixta, quæ dicantur.*
11 *Delicta nominata, quæ dicantur.*
12 *Delicta innominata, quæ dicantur & quare.*
13 *Delicta leuia, quæ dicantur.*
14 *Delicta grauia, & atrocia, quæ dicantur.*
15 *Delicta atraciora, ſeu atrociſſima, quæ dicantur.*

VIsis nonnullis notabilibus pro in-
telligentia terminorum illius, ſ.
pęna: modo ſermo habendus erit
de voce illa in quæſtione poſita,
videlicet. Delictum. & inchoando
a quidditate, & denominatione ip
1 ſius, dico delictum propriè dici id, † quod com-
mittitur contra aliquam legem in ommittendo,
quaſi derelictum, plerumque tamen punitur pro
his, quæ ommittuntur, & committuntur, vt docet
Hoſtienſis in ſumma titu. de delictis puerorum,
nu. 2. Cardinalis in Clem. 1. not. 10. de teſtamen-
tis, & Archidiaconus in c. ita nos. in verſic. in glo.
hic delictum. 25. q. 2. addens, quòd delictum (pro-
priè loquendo) differt a peccato, quamuis ſæpe v-
num pro alio accipiatur: nam delictum propriè
dicitur deſertio boni: Peccatũ verò propriè per-
petratio mali. Sciẽdum inſuper quòd delictorum
quædam ſunt publica, quædam priuata: & rurſus
delictorum tam publicorũ, quàm priuatorum ali-
qua ſũt merè Eccleſiaſtica, aliqua merè ſecularia,
& aliqua cõia, ſeu mixta, id eſt participantia de
merè Eccleſiaſticis, & de merè Secularibus deli-
ctis, & horum trium generum, ſeu ſpecierum de-
lictorum prædictorũ aliqua dicuntur leuia, quæ-
dam grauia, ſeu atrocia, & quædam atrociſſima:
2 † Publica verò delicta illa dicuntur, quorum accu
ſatio, vel perſequutio permiſſa eſt cuilibet de po-
pulo, & poteſt poni exẽplum in crimine læſæ Ma-
ieſtatis, adulterij, homicidij, parricidij, peculat⁹,
falſi teſtamenti, vis publicę, vel priuatæ, ambitus,
repetendarum, annonæ: quæ omnia hæc pro pu-
blicis delictis recenſentur in l. 1. ff. de publicis iu
dicijs, & eſt communis Doctorum opinio, vt atte
ſtatur Antonius Gomeſ. c. 1. delictorum poſt nu.
5. Inſuper ſecundo publica delicta dicuntur om-
nia illa, quæ principaliter fiunt in offenſam Dei, &
hoc colligitur ex textu in l. Manichęos. C. de hæ-
reticis. & tenẽt communiter Doctores, vt docuit
dictus Antonius Gomeſ. vbi ſupra, quem ſequitur
Iulius Clarus in ſua practica criminali lib. 5. §. 1.
in verſ. item omne delictum: & ratio eſt patẽtiſ-
ſima, cum ad offenſam omnium pertinere videa-
3 tur, quod fit in offenſam Dei, † eo quòd ipſe ſit om
nium pater & dominus eo magis, quòd commu-
niter extimetur cedere in offenſam filiorum, &
ſeruorum id, quod fit in offenſam patrum, & do-
minorum, & poteſt poni exẽplum in blaſphemia,
deturpatione Eccleſiarum, vel imaginum, & ſimi
libus. Publica delicta & tertiò dicuntur omnia
delicta commiſſa in offenſam Principis, & ita te-
nent cõmuniter Doctores, vt dicit Antonius Go-
meſ. vbi ſupra num. 4. relatus a Iulio Claro vbi ſu
pra: eſt enim & ipſe Princeps a Deo poſitus, vti pa
ter, & dominus ſubditorum, meritò eius offenſa
etiam ad omnes eius ſubditos pertinet. Priuata
4 autem delicta ſunt ea, † quorũ accuſatio, vel per-
ſequutio regulariter non permittitur, niſi parti
læſæ, prout eſt furtum, damnum, iniuria, actio ar-
borum furtim cæſarum, bonorum raptorum, &
huiuſmodi, ita tenent communiter Doctores, te-
ſte Anton. Gomeſ. vbi ſupra, nu. 9. relatus a Iulio

Claro,

Claro, vbi ſupra. Nam & Gomeſ. vbi ſupra, nu. 6. allegat ſatis elegantē rationem cur in delictis pri
5 natis † quilibet accuſandum non admittatur. Et ſcias, quòd hæc differentia eſt maximi effectus in multis: Nam regulariter condemnatus de crimine publico efficitur infamis, non autem condemnatus de crimine priuato, vt docet tex. in l. infamem, ff. de publ. iudicijs, præterquam in nōnullis ſpecialibus caſibus, vt inibi dicitur. Nam in d. l.
6 infamem hæc habentur, videlicet: [Infamem † nō ex omni crimine ſententia facit, ſed ex eo, quòd iudicij publici cauſam habuit. Itaque ex eo crimine, quod iudicij publici non fuit damnatum, infamia non ſequitur, niſi ad crimē ex ea actione fuit, quæ etiam in priuato iudicio infamiam condemnato importat: veluti furti, vi bonorū raptorum, iniuriarum.] hæc in d. l. animaduertendum tamē erit, quòd hæc differentia delictorum publicorū, & priuatorum ſolum habet locum de iure Ciuili, non autem de iure Canonico, vt docet Glo. in c. infames. in verſ. fures, 6. q. 1. & ibi Canoniſtæ, & Ioannes de Ana. in c. ſtatuimus. poſt num. 19. ext. de maledic. ſed certè hac materia delictorum hodie (vt docet Iulius Clarus in ſua pract. crim. lib. 5. §. 1. in verſic. hæc tamen omnia) adeo eſt immutata a ſtatutis, & conſuetudinibus Ciuitatum, ac aliorum locorum, vt vix diſtinguantur ipſa delicta publica a priuatis: Quapropter tutius erit adherere huiuſmodi ſtatuto, vel conſuetudini, & ſecundum ipſam declarare, quæ delicta dicantur
7 priuata, † & quæ publica. Delicta igitur, tam publica, quàm priuata ſunt in triplici differentia (vt ſupra annuimus) ſcilicet aliqua dicuntur merè Ec
8 cleſiaſtica, † & ſunt illa, quorum cognitio reſeruata eſt tantummodo iudicibus Eccleſiaſticis, etiā ſi cōmiſſa ſint per laicos: vt eſt crimen, ſeu delictū
9 hæreſis, & ſimoniæ. Merè ſecularia † ſunt ea, de quibus ſi a laicis committantur, ſoli Iudices ſeculares cognoſcunt, vt ſunt furtum, homicidium,
10 & huiuſmodi: delicta verò mixta † dicuntur ea, de quibus ſi laicis committantur vterque Iudex cognoſcere poteſt, ſcilicet Eccleſiaſticus, & ſecularis, prout eſt adulterium, concubinatus, ſodomia, & huiuſmodi, de quibus latius (Deo dante) loco ſuo dicendū erit: & rurſus omnia delicta prædictarum ſpecierum ſubdiuiduntur. Nam aliqua eorum dicunt nominata, & aliqua innominata,
11 Delicta igitur nominata illa dicuntur, † quæ a lege habent particulare nomen: vt furtum. Nam ex animo lucrandi, & ex cōtractione colligitur vnū, quod appellatur furtum. Item homicidiū ex percuſſione, ſecuta exanimatione, vocat homicidiū,
12 & ſic de ſingulis. Delicta innominata † illa dicuntur, quæ a iure ſpeciali nomine non appellantur, ſed ſolum denominantur ab actu delinquentis. vt verberare, domum alienam intrare, & ſimilia, vt in l. lex Cornelia. ff. de iniurijs. & ratio eſt (ſecundum Bart. in l. penult. num. 4. ff. de priuat. delict.) quia poſſum percutere ſine delictum, & ingredi domum alienam etiam ſine delicto: ſed non poſſum committere furtū propriè ſumptum, ſine delicto, & ſic de alijs dicetur. Delictorum rurſus alia
13 dicuntur leuia, † & hæc non indigent declaratione, quia in his ſtandum erit arbitrio boni Iudicis perpenſis omnibus circunſtantijs ipſorum delictorum, ac delinquentium: delicta verò gra-
14 uia † & atrocia (ſecundum Iulium Clarum vbi ſupra) ſunt omnia illa pro quibus a lege vel ſtatuto ſimpliciter imponitur pœna mortis naturalis, vel ciuilis, ſcilicet triremium perpetuò, & talis pœna eſt in vſu, vt a iudicibus imponatur, & exequa
15 tur. Atrociora † autem, ſiue atrociſſima dicuntur illa delicta, pro quibus lex, vel ſtatutum imponit pęnam grauiorem; quàm ſimplicis mortis, in ipſo genere mortis, puta, quia vult pro talibus delictis reos inſui culeo, vel igne comburi, vel in fruſtra ſcindi, vel Rotæ inſeri, vel trahi ad caudam equi, vel huiuſmodi: vt in crimine hæreſis, parricidij, aſſaſſinij, latrocinij ad viam publicā, ſodomæ, incendiarij, falſæ monetæ. &c. vel quando addit aliàs qualitates vltra pœnam mortis, vt quando extendit pęnam etiam in filios, vt in crimine læſæ maieſtatis humanæ, ratione cuius filij efficiuntur infames, vt in l. quiſquis. §. filij. C. ad l. Iuliam maieſt, vel cōcedit aliqua ſpecialia aduerſus delinquentes, vt in crimine raptus virginum, & mulierum honeſtarum, vt in l. 1. C. de raptu virginum, vbi imponitur pœna etiam auxilium præſtantibus in articulo perpetrati talis criminis. Et memoriæ commendanda erit huiuſmodi differentia ab omnibus Iudicibus, & Aduocatis, quoniā ex ipſa maximam vtilitatem poterunt tam ipſi Iudices, quàm Aduocati in dies venari, eo quòd plerunque ſtatuta cōcedunt iudicibus laxiores habenas in atrocioribus delictis. Quinimmo etiam ſecundum ius commune dici ſolet, quòd plerunque propter enormitatem delicti licitū eſt iura transgredi, prout ab omnibus allegatur tenere Innocentium, quamuis id expreſsè non dicat in c. 1. de cōſtitutionibus, quem ſequuntur Legiſtæ omnes, & Canoniſtæ, vt dicit Hippolitus de Marſilijs in l. 1. num. 59. ff. ad l. Cornel. de ſiccar. & in conſ. 52. nu. 16. & in l. 1. nu. 23. ff. de quæſtionibus,

Occulti materia exactiſſimè tractatur: Occultum quotuplex ſit.

§. Decimus.

SVMMARIVM.

1 *Occultum dupliciter dici poteſt, & nu. 51.*
2 *Occultum per ſe quid ſit. & nu. 52.*
3 *Occultum per accidens quid ſit. nu. 53.*
4 *Actus interior hominis dupliciter conſiderari poteſt, & nu. 54.*
5 *Occulta de quibus Eccleſia non iudicat, quæ ſint.*
6 *Iudicare aliquem temerarie nulli licet.*
7 *Iudicare quomodo includat condemnationem.*
8 *Iudicari homo ab homine legitimè, quando poſſit.*
9 *Iudicari, ac puniri homo ab alio homine nullatenus legitimè poteſt pro quibuſcunque delictis omnino occultis, nec aliquo vinculo excommunicationis, aut cenſurę, ſeu alterius pœnę vinciri aliqua lege, ſeu ſtatuto.*
10 *Deus ſolus eſt ſcrutator cordium, cum intuetur cor hominum, & nu. 19.*
11 *Excommunicari nemo debet, niſi pro graui cauſa in iudicio probata. Nam aliàs excommunicator punietur.*
12 *Simoniacus purè mentalis non tenebitur reſtituere acquiſita per talem ſimoniam.*
13 *Condemnandus nemo erit ante verum, & iuſtum iudicium factum.*
14 *Peccare in aliquem quis dicatur.*

15 *Cor-*

15 *Corrigere fratrem secretè, quando quis teneatur.*
16 *Prælatus quid facere debeat cum occultè peccantibus.*
17 *Ecclesia non iudicat de occultis.*
18 *Iudicare solum de manifestis Iudicibus est a iure concessum.*
20 *Iudicari, seu damnari nemo de iure poterit, nisi confessus, vel conuictus.*
21 *Simonia quare pestis appelletur.*
22 *Peccata proximi audita in foro exteriori credere non debemus, nisi ea, de quibus quis conuincitur in iudicio, & ordine iudiciario publicentur.*
23 *Iudex in iudicando quid facere debeat.*
24 *Cogitatio quando solum mereatur pœnam de iure Diuino.*
25 *Prælatus non debet sibi ad iniuriã ascribere negationem factam a subdito reo de crimine occulto, quia etiam ipsi Prælato non erit credendum contra aliquẽ in iudicio.*
26 *Iudicium humanum debet imitari Diuinum in manifestis, & non in occultis, & nu. 46.*
27 *Iudex dicitur interpres iustitiæ.*
28 *Prælatus de his potest legem facere, de quibus potest iudicare: & sic non de occultis, & quare.*
29 *Voluntas non punitur ab homine, cum suis finibus est contenta.*
30 *Motus primi non sunt in potestate nostra.*
31 *Simoniaci occulti sunt excommunicati.*
32 *Monachi, ac regulares ingredientes Curias principum, quando sunt excommunicati.*
33 *Prædicatores de decimis soluendis non facientes populis conscientiam sunt suspensi.*
34 *Cardinalibus in conclaui inclusis pro Papa creatione, scribens, vel loquens sine prauio consensu omnium Cardinalium, est excommunicatus.*
35 *Beneficiorum vacantium bona surripientes sunt suspẽsi ab officio, & omnibus beneficijs. & nu. 39.*
36 *Grauantes eos, qui noluerunt aliquem eligere, sunt excommunicati.*
37 *Ecclesiarum, vel Monasteriorum iura vsurpantes sunt excommunicati.*
38 *Conseruatores excedentes limites suæ iurisdictionis ipso iure sunt suspensi a tali officio per annum, & pars hoc procurans est excommunicata, & tenebitur ad interesse parti læsæ.*
40 *Iudices fingentes casum, vt vadant ad mulieres pro testimonio earum recipiendo, sunt excommunicati ipso iure.*
41 *Iudex ordinarius, vel delegatus Ecclesiasticus procedens in iudicio contra conscientiam, per annum est suspensus ab executione sui officij.*
42 *Assassinij pœna quæ sit de iure Canonico.*
43 *Percutiens clericum occultè est excommunicatus.*
44 *Beneficiati soluentes; vel soluere promittentes partem fructuum suorum beneficiorum illa sibi conferẽtibus, sunt excommunicati.*
45 *Hæreticorum credentes, et receptatores, &c. sunt excommunicati.*
46 *Rebellis cum conscijs mortis pœna plectuntur.*
48 *Motus exteriores corporis alicuius, an doceant de ipsius interioribus.*
49 *Fructus in sacra Scriptura quid denotet.*
50 *Arbor in sacra Scriptura quid denotet.*
51 *Occultum est duplex.*
52 *Occultum per se quid sit.*
53 *Occultum per accidens quid sit.*
54 *Actus interior dupliciter exerceri poterit.*
55 *Crimen occultum per se non subiacet censuræ Ecclesiasticæ in foro fori, sed bene occultum per accidens.*
56 *Hæreticus pertinacissimus pro sola hæresi in mente retenta, & nullis signis exterius prolata, non est excommunicatus, nec reus aliarum pœnarum iure humano contra hæreticos inflictarum, sin verò aliquo exteriori signo illam pronunciasset, esset excõmunicatus.*
57 *Casuum reseruatio quid sit.*
58 *Inquisitores quando incidant in excommunicationem ommittentes procedere contra hæreticos odio, vel amore.*
59 *Regularis non habens administrationem ingrediens Curiam Principis animo nocendi suis Monasterijs, aut Prælatis, est ipso iure excommunicatus.*
61 *Mens seu intẽtio legis, et legislatoris ex quib. colligatur.*
62 *Hæreticis credere quis dicatur quo ad vinculum excommunicationis incurrendum.*
63 *Ratam habens percussionem clerici nomine suo factam ipso inscio incidit in excommunicationem maiorem, si hoc expresserit aliquo nutu, aut signo exteriori, aliàs non incidit. & hoc elegantissimè probatur.*
64 *Cogitationis prauæ pœnam nemo meretur quoad forum fori, secus quo ad forum poli, & tali pacto erit interpretandus textus in c. cogitationis. de pœnit. dist. 1.*
65 *Deus solus est Iudex criminum occultorum, & quare.*
66 *Voluntas sola non facit quem excommunicatum, & quare.*
67 *Simoniacus exprimens suam simoniam actu aliquo exteriori, est excommunicatus, & ad restitutionem talium inde acquisitorum tenebitur; secus tamen dicitur de simoniaco purè mentali.*
68 *Maleficijs regulariter voluntas spectatur, non euentus.*
69 *Iudex homo poterit leges pœnales condere, ac transgredientes illas punire, etsi huiusmodi transgressio sit occulta per accidens.*
70 *Iudex quomodo, & in quib. poterit lege sua pœnali subditos suos coercere, & punire.*

ETSI variam fuisse Doctorum sententiam circa huius vocis [occultum] enucleationem, me non fugiat nihilominus hic afferre quandam elegantissimam distinctionẽ quotuplicitatis occulti breuiter studebo, qua quidem stante omnes pariter Doctores quamfacillimè considerari poterunt, cuius quidẽ distinctionis notitia summoperè deseruit præsenti propositæ quæstioni. Sciendum igitur breuiter. Primò, quòd occultum est duplex, seu aliquod
1 quod esse occultum † dici poterit dupliciter. Primò per se, & secundò per accidens. Occultum er-
2 go per se dicitur † illud, quod ex sua ratione sibi vendicat nõ subesse cognitioni sensitiuæ, a qua incipit humana cognitio, secundum quam Ecclesia
3 iudicat: occultum † verò per accidens dicitur illud, quod licet sensui subiaceat, seu subiacere possit de sui natura: accidit quòd testem, vel testes nõ habeat. Secundò animaduertẽdum erit, quòd de
4 actu interiori, † (qui dupliciter exerceri potest) occurrit. Primò ponderatio talis, scilicet quòd actus ipse interior aliquando est solus nõ associatus actu aliquo exteriori, vt puta, cum quis vult facere malum aliquod, vel odio habet aliquem, vel discredit, & huiusmodi solum in corde suo. Secundò dictus actus potest exerceri, vt causa commissionis, vel ommissionis exterioris: vt cum quis ex odio facit, vel ommittit facere aliquid extra-

fiue

siue illud extra sit loquutio, siue operatio quæcunque. Ex his siquidem tibi sumendum est, quod licet occultissima per accidens, & actus interiores, vt rationes exteriorum commissionum, vel omissionum subiaceant Ecclesiæ iudicio, & censu-
5 ris.† Occulta tamen per se, vt sunt actus interiores soli, ab Ecclesię iudicio, & cēsuris aliena sunt, & ratio est, quia homo videt, quæ apparent, Deus autem intuetur cor, vt scriptum reperitur in lib. 1. Reg. c. 16. versic. 7. quorum iudicium Apostolus prohibet dicens 1. Corint. c. 4. vers. 5. Nolite ante tempus iudicare quoadvsque veniat Dominus, q. manifestabit consilia cordium. & hæc allata sufficiant, cum nonnulla alia infra afferenda sint in probationem conclusionis tertiæ, referendo sententiam Cardinalis Caietani, & aliorum ipsam amplectentium tanquam verissimam, & quamplurimas rationes, & iura contra impugnantes ipsam tertiam conclusionem.

His ergo præmissis notabilibus satisfacere modò superest præsenti quæstioni propositæ nonnullis conclusionibus infrascriptis, Prima quarum est. Homo nullatenus poterit esse Iudex alterius hominis ipsum iudicando temerariè quocunq; modo hoc contingeret fieri tam ex parte ipsius hominis iudicantis, quàm ex parte ipsius rei iudicatæ (de quo latius in §. 4. nu. 1. diximus) hæc conclusio probatur quatruplici medio. Primò enim iure Diuino, dicente Domino apud Matth. c. 7. versic. 1 & Luc. c. 6. versic. 37. [Nolite iudicare, & non iudicabimini, nolite condemnare, & nō condemnabimini,] quæ Domini verba, etsi alium recipere possint sensum. Diuus Augustinus tamen lib. 2. de sermone Domini in monte, hunc sensum admittit: ait enim idipsum illic præcipi, vt facta, quæ dubium est, quo animo fiāt in meliorem partem interpretemur. Quin vero & hoc ipsum verba ipsa [Nolite iudicare, & non iudicabimini]
7 ostendunt.† Iudicare enim cōdemnationem includit. Exhortatur nos ergo Christus, vt neminem condemnemus, ne in iudicio finali tanquam temerarij iudices condemnemur, pro eo quod vsurpare voluimus munus iudicandi, quod nobis nō contulerat ipse Dominus, immo prohibuerat expressè: quod animaduertens Apostolus nos reprehendendo dixit Rom. c. 14. versic. 3. & 4. [Is, qui manducat, non manducantem non spernat, & qui non manducat, manducantem non iudicet. Tu qs es, qui iudicas alienum seruū? Domino suo stat, aut cadit.] Super quæ verba dixit Diuus Augustinus. Noluit Dominus hominem ab homine iudicari extraordinario, vsurpatoque iudicio. Idem probatur 1. Corinth. c. 4. vers. 5. dicente Apostolo [Nolite ante tempus iudicare quo ad vsque veniat Dñs, qui manifestabit consilia cordium. Idē Dominus Iesus apud Ioannem, c. 7. vers. 24. dixit. [Nolite iudicare secundum faciem, sed iustum iudicium iudicate.] Probatur & secundò nostra cōclusio iure Pontificio per text. in c. multi corriguntur. 2. q. 1. in quo canonizata reperitur sententia Diui Augustini in homilia de pęnitentia (quæ est 50. c. 12.) inter alia infrascriptis verbis vtentis, videlicet. [Quid enim mihi de his, qui foris sunt iudicare, vt 1. Corinth. c. 5. vers. 12. 13. Nōne de his, qui intus sunt vos iudicatis? Nam eos, qui foris sunt, Deus iudicabit. Auferte malum ex vobis ipsis.] Quibus verbis satis ostendit non temerè, aut quomodolibet: sed per iudicium auferendos esse malos ab Ecclesia. Non enim contrariū est huic loco id, quod alio loco dicit Apostolus Rom. c. 14. vers. 4. Tu quis es, qui iudicas alienum seruū? Noluit enim hominem ab homine iudicari ex arbitrio suspitionis, vel etiam extraordinario vsurpato iudicio: sed potius ex lege Dei secundum ordinem Ecclesiæ, siue vltro confessum, siue accusatum, siue conuictum.] Idem probatur per text. in c. Deus Omnipotens. 2. q. 1. in quo hęc verba prolata ab Euaristo Papa referūtur, videlicet. [Deus Omnipotens, vt nos a præcipitatæ sententię prolatione compesceret, cum omnia nuda, & aperta sint oculis eius: mala tamen Sodomæ noluit audita iudicare priusquam manifestè agnosceret, quæ dicebātur. Vnde ipse ait Genes. 18. vers. 21. descendam, & videbo vtrum clamorē, qui venit ad me, opere compleuerint, an non est ita, vt sciam, Deus Omnipotens, cui nihil est absconditum: sed omnia ei manifesta sunt etiam antequam fiant, non ob aliud hæc, & alia multa (quæ hic prolixitatem vitantes nō inserimus) per se inquirere dignatus est, nisi vt nobis exemplum daret, ne præcipites in discutiendis, & iudicandis negotijs essemus: & ne mala quorumcunque prius quisquam præsumat credere, quàm probare. Cuius exemplo monemur, ne ad proferendam sententiam vnquam præcipites simus, aut temere, indiligenterque indiscussa quęq; quoquomodo iudicemus, dicente Veritatis voce. Nolite iudicare, vt non iudicemini, in quo enim iudicio iudicaueritis, iudicabimini. Matth. c. 7. vers. 1. Nā mala audita nullum moueant, nec passim dicta absque certa probatione quisquam vnquam credat: sed antè audita diligenter inquirat, ne præcipitando quicquam aliquis agat: si enim Dominus omnium Sodomorū mala, quorum clamor ad Cęlū vsque peruenerat, omnia sciens prius, nec credere, nec iudicare voluit, quàm ipse ea cum fidelibus testibus diligenter inuestigans, quæ audierat opere veraciter cognosceret: multò magis nos humani, & peccatores homines, quibus incognita sunt occulta iudicia Dei, & hæc præcauere, & nullum ante veram iustam probationem iudicare, aut damnare debemus, manifestè didicimus Rom. c. 14. Apostolo dicēte. Tu quis es, qui iudicas seruum alienum? suo enim Domino stat, aut cadit.] hæc ibi. Probatur & tertiò Doctorum auctoritate: Sanctus Thom. Alexāder de Ales, Caietanus, & Sotus locis supra citatis in §. quarto, quæstionis præsentis per totū, immo & omnis cętus Theologorū, & Canonistarum in dictis iuribus. Probatur & quartò, & ratione nostra præsens conclusio, in qua diximus, Hominem non poss. esse Iudicem alterius hominis ipsum iudicando temerariè quocunque modo hoc fieret, quoniam hoc esset peccatum. Ratio ergo conclusionis est hæc. Cùm enim vnusquisq; iure hoc gaudeat naturali, vt bonam habeat apud quoscunque sui æstimationem, quousque legitimo testimonio sua prodant delicta, iuxta illud naturæ præceptum a Domino nostro Iesu Christo recensito in sacro Euangelio apud Matth. c. 7. versic. 12. his verbis, videlicet. [Omnia ergo quæcunque vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis: hæc est enim lex, & Prophetæ.] nulli enim dubium est vnumquemque hominem nolle alios non tantum non iudicare de se malum aliquod, sed nec suspicari quidem. Quapropter vnusquisque apud semetipsum conuincitur, quòd suspicando,

cando, aut iudicando aliquid contra honorem sui proximi pecceticum tali modo iniustè iniuria afficiat proximum suum saltem apud semetipsum eo quòd indè paruipendat illum saltem in corde suo, more Pharisei illius, qui Dominum inuitauerat, extimantis Dominum Iesum non esse Prophetam, eo quòd non expulisset Mariam Magdalenam lacrimis rigantem pedes ipsius Domini, vt legitur apud Lucam c.7.vers.39.

8 Secunda conclusio. Homo † potest esse Iudex alterius hominis ipsum iudicando in iudicio ordinato secundum legem Dei, & ministrorum ipsius in terra, vt sunt Principes supremi, de quibus in sequentibus quæstionibus latius dicetur (Deo dante.) Hæc conclusio probatur quatruplici medio. Primò enim iure Diuino, scriptum est enim in lib. Deuter. c 16.vers.18. præcepisse Dominum Deum populo Hæbreo hæc videlicet. [Iudices & Magistros constitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus tuus dederit tibi per singulas tribus tuas, vt iudicēt populum iusto iudicio, nec in alteram partem declinent.] & rursus idem habetur in sacra pagina Deuter.c.1.vers 15.& 16. sub his verbis, videlicet. [Tulique de tribubus vestris viros sapientes, & nobiles, & constitui eos Principes, &c. Præcepique eis dicens audite illos, & quòd iustum est, iudicate, siue ciuis sit ille, siue peregrinus.] & licet multis alijs auctoritatibus iuris Diuini possit vera comprobari præsens conclusio, sufficiet prædictas attulisse, cum ferè tota sacra Scriptura hoc doceat, & quòd iure Pontificio & Imperatorio probetur nostra conclusio superfluum erit hic probare: cùm latius probandum erit tum iurium, tum Doctorum decretis in subsequentibus Capitulis, in quibus fiet sermo de qualitate, & potestate Iudicum in particulari. Probatur ergo & quartò hac irrefragabili ratione: quæ talis est, videlicet: si enim Iudex hominum non constitutus fuisset aliquis a Deo, vt ministrum se iustitiæ exhiberet. Nonne innumera flagitia, iurgia, furta, sacrilegia, ac similia maleficia in dies succrescerent in orbe terrarum, ita vt nemini fas esset tranquillam vitam ducere? Iccircò ergo iure optimo Deus ipse Optimus maximus constituit Reges, ac Iudices super terram in vindictam malefactorum, & laudem verò bonorum. vt verbis Apostoli Petri vtar (1.Petri c.2.vers.13. & 14.) dicentis. [Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Deum: siue Regi, quasi præcellenti, siue Ducibus, tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorum, laudem verò bonorum.]

Et licet cōclusiones ambæ fuerint probatæ multis medijs, nihilominus posset quis insurgere contra secundam hanc conclusionem, ipsam probando falsam tali aegumento, videlicet. Si homo posset esse Iudex alterius hominis: sequeretur, quòd homini non esset prohibitum iudicare alium hominem. At consequens est falsum, ergo & antecedens: & quòd consequens sit falsum, probatur iure ipso Diuino, dicente Domino Iesu Christo (apud Mattheum, c.7.vers.1.& apud Lucam c.6. versic. 37.) [Nolite iudicare, & non iudicabimini. Nolite condemnare, & non condemnabimini.] Idem docuit Apostolus (Rom.c.14.versic.4.) dicens. [Tu quis es, qui iudicas alienum seruum? Domino suo stabit, aut cadit: stabit autem, potēs est enim Deus statuere illum.] Item rursus docuit idem Apostolus (1.Corinth.c.4. vers.5.) [Nolite ante tēpus iudicare, quoad vsque veniat Dominus, qui illuminabit abscondita tenebrarum, & manifestabit consilia cordium, & tunc laus erit vnicuique a Deo.] Ex his ergo videtur dicēdum, quòd homo non possit esse Iudex alterius hominis: sed Dominus noster Iesus Christus, prout ipsemet testatus fuit apud Ioannem c.5. versic.22 dicens [Neque enim pater iudicat quemquam: sed omne iudicium dedit filio.] si ergo Homo non poterit esse Iudex alterius hominis, indè patētissimè sequitur conclusionem secundam (quæ contrarium docet) esse falsam. Secundò contra eandem cōclusionem secundam arguitur sic. Nullus homo, qui caret dominio super aliquem habet legitimā iurisdictionem (quæ est nulla) illum iudicandi, ac puniendi. At nullus homo habet dominium super alios homines, ergo nullus homo habet legitimam iurisdictionem aliquem hominem iudicandi, ac puniendi. Maior propositio per se patet, cùm de essentia legitimi, ac veri iudicij requiratur dominium, seu iurisdictio in iudicante, ac puniente super hominem iudicandum, aut puniendum, eo q alias sententia esset nulla, vtpote lata a Iudice nō suo, vt docet text. in c. quod autē. ext. de pœniten. & remissi. in quo Alexander Tertius dixit, quòd [Nemo potest ligari, aut absolui a Iudice non suo.] Idem habetur in Concil. Trid. sess 14., de reformatione c.7. Minor probatur sententia Apostoli Rom.c.14 versic.4 & alijs auctoritatibus allatis paulò ante in probationem præcedentis argumenti. His nihilominus non obstantibus adhuc dicitur verissimam fuisse secundam conclusionē. Et ad primum respondetur, quod probatio illius consequentiæ vna cùm allatis ibi sententijs sacræ Scripturæ locum habet solum in terminis primæ conclusionis, non autem secundæ, cum ibi solum fiat sermo de iudicio temerario, ac vsurpato, non autem de iudicio ordinato legitimo, ac iusto, vt fuit probatum in dicta secunda conclusione. Ad secundum verò argumentum respondendo negatur minor, & ad probationem dicitur dictas auctoritates obtinere locum in terminis primæ cōclusionis solùm, cùm illæ loquātur de iudicio vsurpato, nostra autem hæc conclusio secunda de verò, & legitimo, iuxta illud Prouer. c.7. versic.15. [Per me Reges regnant, & legum conditores iusta decernunt.] & iuxta alias auctoritates allatas in probationem dictæ secundæ conclusionis.

Tertia conclusio. Homo non poterit iuridice le-
9 gitimeque iudicare alium hominem † (quamuis alias sit cōstitutus Iudex legitimus a suprema potestate in Ciuitate, vel alio loco, in quo talis homo moratur, incolatumque facit) iudicio certitudinis de delictis transgressionum legum, tam Diuinarum, quàm humanarum, sola mente, seu cogitatione (nullo nutu verbo, aut signo exterius producto) perpetratis: nec huiusmodi delinquentem alicuius etiam excommunicationis pœnæ vinculo vincire statuto, lege, aut sententia: quod si facere auderet: huiusmodi iudicium diceretur temerarium, illegitimum, iniustu, & nullius virtutis. Hæc conclusio probatur quatruplici medio. Primò enim per argumentum in iure Diuino. Nam in lege Diuina infrascriptæ sententiæ nostrā conclusionem probantes habentur. Prima quarum est in 1.Reg.c.16.vers.7 vbi hæc habentur, videlicet. [Dixit Dominus ad Samuelem. Ne respicias vultum eius, neque altitudinem staturæ eius (scilicet

Saulis

Saulis(de quo ibi fit sermo)quoniam abieci eum, nec iuxta intuitū hominis † ego iudico:Homo.n. videt ea,quę patent. Dñs autem intuetur cor.] & rursus Deus idē protestatus fuit per os Psalmographi.(Ps.7.vers.10.)dicens[Consumetur nequitia peccatorum,& diriges iustū scrutans corda, & renes Deus.] De quo Ieremias testatur dicēs (Ierem.c.11.vers.20.)[Tu aūt Dñe Sabbaoth,qui iudicas iuste,& probas renes,& corda.]& rursus.Idem Ieremias Propheta(Ierem.c.17.vers.10.) fassus fuit dicens(in persona Dei)[Ego Dñs scrutans cor,& probans renes,qui do vnicuiq; iuxta viā suā, & iux. fructum adinuētionum suarū.] & idem Propheta testatur(Ierem.c.20.vers.12.)dicens.[Et tu Dñe exercituū probator iusti,qui vides renes,& cor.] Idem testificatus fuit Dñs ipse Iesus Christus in sacro Euangelio apud Lucam c.16.vers.15.dicens.[Vos estis,qui iustificatis vos coram hominibus. Deus aūt nouit corda vestra,quia quod hominib. altum est,abominatio est ante Deum.] & rursus idem de Domino Iesu dicitur in Euangelio apud Ioannem c.2.vers.24.& 25. dicitur[Ipse autem Iesus non credebat semetipsum eis , eo quòd ipse nosset omnes,& quia opus ei nō erat, vt quis testimonium perhiberet de homine , ipse enim sciebat quid esset in homine.] Iterum scriptum est(Actuum c.1. vers.24.)Et orantes,scilicet Apostoli dixerunt.[Tu Dñe,qui corda nosti omnium ostende quem elegeris ex his duob.]& rursus Ieremias dixit(Ierem.c.17.vers.9.) [Prauum est cor hominis,& inscrutabile:quis cognoscet illud.]& Salomon fassus fuit idem(Prouer.c.25.vers.3.) dicens.[Cęlum sursum,& terra deorsum; & cor regum inscrutabile.] Ex his omnib.& similib.iuris Diuini oraculis patenter elicitur veritas nostræ conclusionis:cùm ex illis habeamus, q solus Deus cognoscat corda hominum, & non homo purus. Si ergo solus Deus , indè sequitur delicta perpetrata sola cogitatione subiecta esse soli foro Diuino,non aūt hominū:si solū foro Diuino, indè necessariò sequitur, q forus humanus de ipsis non possit se intromittere,cū eum penitus illa lateant: si se non poterit intromittere, inde luce clarius sequitur verissimam fuisse conclusionem, in qua diximus Iudicem hominem non posse iudicare , ac aliquem punire aliqua pęna introducta de iure humano,vel exequibili in foro iudiciali, cū aliàs sequeretur Iudicem hominem quàm sępissimè,immo fursan semper posse condemnare , ac punire homines innocentes,ęstimando falsò noxios criminib.aliquib.(cùm cordis intima penetrare posse sit solius Dei,vt fuit probatum) quod quàm sit absonum,& rationi contrarium,non est, qui non animaduertat.Quapropter ne tam alienum a ratione admittamus,omnino opus erit nobis fateri verissimam esse conclusionem præsentem,ac probatam fuisse allatis iuris Diuini auctoritatibus. Probatur insuper & secundò præsens conclusio iure positiuo , & icircò sciendum præsentem conclusionem probari infrascriptis iuribus.Et primò probatur per arg. in c.Deus Omnipotens. 2.q.1. in quo Euaristus Papa infrascriptis vtitur verbis, videlicet.[Deus Omnipotens,vt nos a præcipitatæ sententiæ prolatione compesceret(cùm omnia nuda,& apertà sint oculis eius) mala tamen Sodomæ noluit audita iudicare, priusquam manifestè agnosceret,quę dicebantur. Vnde ipse ait Genes. c.18.vers.21. [Descendam,& videbo, vtrum clamorem, qui venit ad me opere compleuerint, an non est ita,vt sciam.]Deus Omnipotēs, cui nihil est absconditum,sed ei oīa manifesta sunt,etiam antequam fiant : non ob aliud hęc, & alia multa (quę hic prolixitatem vitantes non inserimus) pse inquirere dignatus est,nisi vt nobis exemplum daret,ne præcipites in discutiendis,& iudicādis negotijs essemus,& ne mala quorumcunque prius quisquam præsumat credere,quàm probare. Cuius exemplo monemur, ne ad proferendam sententiam vnquam præcipites simus, aut temerè,indiligenterq; indiscussa quæq; quoquomodo iudicemus,dicente veritatis voce, Matth.c.7.vers.1.& 2.[Nolite iudicare,vt non iudicemini:in quo.n. iudicio iudicaueritis, iudicabimini.] Nam mala audita nullum moueant, nec passim dicta absque certa probatione quisquam vnquā credat:sed ante audita diligenter inquirat , ne præcipitando quidquā aliquis agat.Si.n.Dñs omniū,Sodomorū mala (quorum clamor ad cęlum vsq; peruenerat) oia sciens prius,nec credere,nec iudicare voluit, q ipse ea cum fidelib.testib.diligenter inuestigās, quæ audierat,opere veraciter cognosceret, multomagis nos humani,& peccatores hoīes,quibus incognita sunt occulta iudicia Dei,& hæc præcauere,& nullum ante veram., iustamq; probatione iudicare,aut damnare debemus, manifestè Apostolo Paulo Rom.c.14. vers.4. dicente. [Tu quis es,qui iudicas seruum alienum ? suo.n. Dño stat, aut cadit.]hæc in d.Canone.Et notandum, q nō sine causa. Dixi probari nostram cōclusionem per arg.in c.Deus Omnipotens.2.q.1.& non per tex. in d.c.sed meritò,qm me non fugit d.cōclusionis verba nō inserta esse in d.c.Deus Omnipotens,tñ benè sensum legitimum verborum d.c.dictam cōclusionem continere. Nam ex d.c.habetur. Nemi nem damnandum, seu iudicandū fore temerè,nō præmissa diligenti negotij examine , cū hoc doctissimus facere exēplo Dei,cui nihil est abscōditum:sed ei oīa sunt manifesta ēt antequā fiant:ex his patet veritas nostræ conclusionis: cū homini manifesta non sint delicta alterius hoīs in mente solum perpetrata:imò hic vē locus argumentandi a fortiori. Nam si exemplo Diuino nemini fas est iudicare,ac punire delicta sibi nota,& non probata legitimè, multò minus licebit homini Iudiciali hominem iudicare,ac punire pro delictis omnino occultis ipsi Iudici,s.pro delictis sola cogitatione perpetratis.Probatur quoque præsens conclusio per arg.in c.nemo Episcopus. 2.q.1.vbi hæc habentur,videlicet.[Nemo Eps,nemo Presbiter excōicet aliquem,†antequam causa probetur,pp quam Ecclesiastici Canones hoc fieri iubent : si quis autem aduersus eam excōicauerit aliquem:ille quidem, qui excōicatus est maioris Sacerdotis auctoritate ad grām Sācte cōmunionis redeat, is autem,qui non legitimè excōicauit in tm abstineat tempus a Sacrosancta cōmunione,quanrum maiori Sacerdoti visum fuerit: vt qd iniustè fecit ipse iustè patiatur.]hæc ibi.Dixi per arg.in d.c.nemo Episcopus probari nostram conclusionem. Nam licet ad verbum in dicto Canone nostra conclusio non contineatur benè tamen secundum eius mentem. Cum ex ipso apertissimè eliciatur neminem puniendū fore de aliquo delicto, quod probatum nō fuerit in iudicio ac per consequens de delicto solū mente perpetrato.Idē probatur per arg. in cap.nomen Presbiteri.2.q.1.

in quo reperitur canonizata sententia Diui Augustini in Epistola 137. ad clerum, & vniversam plebem Hipponensem)his verbis,videlicet.[Nomen Præsbyteri propterea non ausus sum de numero collegare eius, vel supprimere, vel delere; ne Diuinæ potestati,sub cuius examine causa adhuc pendet,facere viderer iniuriam, si illius iudicium meo vellem iudicio præuenire,quod nec in negotijs secularibus Iudices faciunt, quando causæ dubitatio ad maiorem potestatē refertur, vt pendente relatione aliquid audeant commutare,& in Episcoporum Concilio constitutum est, nullum clericum (qui nondum conuictus sit) suspendi a communione debere, nisi ad causam suam examinandam se non præsentauerit.]Idem probatur per arg.in c.fin.ext.de simonia.Vbi Gregorius Nonus infrascriptis vtitur verbis, videlicet. [Dicimus mandatum Apostolicum etiam ad Abbates extendi. Et ad resignationem spiritualium,& temporalium,quæ nullo pacto, sed affectu animi precedente vtrinque taliter acquiruntur(in quo casu delinquentibus sufficit per solam
12 pœnitentiam suo satisfacere Creatori†) eos pro simonia huiusmodi non teneri.]Hæc ibi. Dixi p argumentum, quia etsi ad verbum non probetur totius conclusionis series, bene tamen sententia, cùm ex hoc c. habeamus non puniri in foro fori peccata sola cogitatione perpetrata. Idē docuit Melchiades Papa scribens Episcopis Hispaniæ, & habetur in c.primo semper,2.q.1. vbi hæc habentur,videlicet.[Primò semper ante omnia diligenter inquirite,vt cum iustitia, & veritate diffinia-
13 tis,neminem condemnetis ante verum,& iustum iudicium, nullum suspitionis arbitrio iudicetis, sed primum probate, & postea charitatiuā proferte sententiam, & quod vobis non vultis fieri, alteri nolite facere.]Idem probatur per arg.in c. si peccauerit.2.q.1.(in quo reperitur canonizata sententia Diui Augustini in sermone 16. de verbis Domini)his verbis, videlicet. [Si peccauerit (inquit)in te frater tuus,corripe eū inter te,& ipsum solum. Quare? quia peccauit in te. quid est in te peccauit? Tu scis quia peccauit,quia enim
14 † secretum fuit,quando in te peccauit, secretum
15 † quære cùm corrigis quod in te peccauit: nam si solus nosti,quia peccauit in te, & eum vis coram omnibus arguere,non es corrector,sed proditor. Attende quemadmodum vir iustus Ioseph tanto flagitio, quod de vxore fuerat suspicatus, tanta benignitate pepercit antequā sciret vnde illa cōceperat,quam grauidam senserat, & se ad illam non accessisse nouerat:restabat itaque certa adulterij suspitio,& tamen quia ipse solus senserat, ipse solus sciebat.Quid de illo ait Euangeliū. [Ioseph aūt cū esset vir iustus, & nollet eā diuulgare Matt.c.1.vers.19.] mariti dolor non vindictā quæsiuit,prodesse voluit peccāti,non punire peccantē, cùm,inquit,nollet eam diuulgare,voluit eā occultè dimittere,&c.ergo ipsa corripienda sunt corā oīb.q̄ peccantur coram oīb,ipsa vero corripienda sunt secretius, quæ peccantur secretius, distribuite tempora,& concordabit scriptura: sic agamus, & sic agendum est,nō solum, qñ in nos peccatur, sed ēt qñ peccatur ab aliquo,vt ab altero nesciatur in secreto debemus corripere. Nouit.n.nescio
16 quem homicidā Eps,†& alius illum nemo nouit, ego nolo illum publicè corripere,& tu quæris inscribere, prorsus nec prodo, nec negligo,corripio in secreto,pono ante oculos ei⁹ Dei iudiciū, terreo cruentam conscientiam,persuadeo pœnitentiam,hac charitate præditi esse debemus. Vnde aliqñ homines reprehendunt nos,q̄ quasi nō corripiamus,aut putant nos scire quod nescim⁹,aut putant nos tacere quod scimus, sed fortè qđ scis, & ego scio,sed non coram te corripio,quia curare volo, non accusare: sunt hoīes adulteri in domib.suis in secreto peccant, aliqñ nobis produntur ab vxorib.suis plerunq; zelantibus, aliquando maritorum salutem quærentibus. Nos non prodimus palam,sed in secreto arguimus.]hæc ibi.Dixi probari nostram conclusionem per arg. in d.c. si peccauerit. qm̄ ex ibi productis elicitur argumentum a fortiori tali pacto, si.n.non licet punire delicta occulta actu, tñ exteriori perpetrata, quāto minus licebit punire peccata occulta actu solo interiori perpetrata? Idē probatur per text. in c.sicut tuis.§.fin. ext.de simonia. in quo Innocentius Tertius scribens Abbati Iemlacēli infrascriptis vtitur verbis, videlicet.[Illos aūt qui dederunt pecuniam,vel ēt receperunt,in tm̄ constat esse culpabiles,q̄ si excessus eorum esset Ecclesiæ
17 manifestus (quæ non iudicat † de occultis) pœna essent Canonica feriendi.] hæc ibi.Idem per arg. in c.tua nos.§.fin.ext.de simonia.in quo Innocentius Tertius scribens Decano Beluacensi infrascriptis vtitur verbis, videlicet [Licet aūt taliter duximus respondendum, quia nobis datū est de ma-
18 nifestis † tantummodo iudicare, si tñ is, qui talē donationem facit, ea intentione ducatur, vt per temporalia bona, quę offert spiritualia valeat adipisci,& clerici,qui eum in fratrem admittunt, nō essent eum admissuri, nisi commoda temporalia perciperent,sine dubio tam ille,q̄ illi apud distri-
19 ctum Iudicem † (qui scrutator est cordium, & cognitor secretorū)culpabiles iudicantur.]hæc ibi. Idem probatur per text.in c.consuluisti. 2.q.4. in quo inter alia Stephanus Papa scribens Vberto Ep̄o Maguntino.infrascriptis fuit vsus verbis, vi-
20 delicet.[Spontanea.n.confessione,vel testiū † approbatione publicata delicta (habito præoculis Dei timore)commissa sunt regimini nostro iudicare:occulta verò ēt incognita,illi solum sunt relinquenda, qui solus nouit corda filiorum hominum.]Idem probatur per arg. in c.sicut simoniaca.ext.de simonia.in quo refertur sententia Lucij Papę his verbis,videlicet. [sicut simoniaca pestis
21 sui magnitudine alios morbos vincit,† ita sine dilatione, mox vt eius signa per aliquam personam claruerint, de Ecclesia Dei debet eliminari,atq; repelli.]hæc ibi.Dixi probari per argumentū dictorum iurium,s.a contrario sensu.Nam ex paulò ante citatis,& præcedēte Canone elicitur(arguēdo a contrario sensu) q̄ si non claruerit simonia aliquo signo,i, si non expressa fuerit aliquo exteriori signo,tunc simoniacus hm̄oi non incidet in pęnas Ecclesiasticas,statutas simpliciter contra simoniacos, nec poterit talibus pęnis puniri a Iudice fori exterioris: ergo si expressa fuerit simonia aliquo signo,tunc subdita erit pęnis Ecclesiasticis,etsi tale signum fuerit probatum in iudicio: tunc ēt a Iudice pro tali crimine poterit iudicari,& puniri. Idē probatur per ea, quæ habētur in §.his ita respondetur.in versic.hinc etiam Victor Papa 30.q.5.vbi hæc habentur, videlicet. [Hinc ēt Victor Papa scribit Theophilo Ep̄o.Incerta charissime nullaten⁹ iudicemus quousq; veniat Dñs,

qui

abscondita tenebrarum,& manifestabit consilia, qui latentia producet in lucem , & illuminabit cordium.Quamuis enim vera sint,non tamen cre-
22 denda sunt,† nisi quæ manifestis indicijs cōprobantur,nisi quæ manifesto iudicio conuincuntur, nisi quæ iudiciario ordine publicantur.]& paulò antè ibidem hæc habentur,videlicet:[Sixtus Papa scribit Episcopis per Hispaniā constitutis, vt nemo Pontificum iudicare præsumat, & quamuis vera sint,tamen credenda non sunt,nisi quæ certis indicijs cōprobantur, nisi quæ manifesto iudicio conuincuntur: nisi quæ iudiciario ordine publicantur.] hæc ibi. Idem probatur per text. in c. nullum.30.q.5. vbi in sententia Euaristi Papæ in Epistola 2.scripta omnibus Episcōpis hæc habentur,videlicet, ante veram,iustamque probationē iudicare, aut damnare debemus, teste Apostolo, qui ait:[Tu quis es,qui iudicas alienum seruum, domino suo stat, aut cadit Rom.c.14.vers.4.mala itaque audita nullum moueant, nec passim dicta absque certa probatione quisquam vnquā credat, sed ante audita diligenter inquirat,ne præcipitādo quicquam aliquis agat.] Idem probatur per text.in c.iudicantem. 30.q.5. in quo hæc habentur statura fuisse ab Eleuterio Papa in Epistola ad Galliæ Prouincias,videlicet.[Iudicantem oportet cuncta rimari, & ordinem rerum plena inqui-
23 sitione † discutere , interrogandi, respondendi, obijciendi præbita patientia ab eo,vbi actio ambarum partium illuminata sit pleniter, nec litigantibus Iudex prius velit sua sententia obuiare, nisi quando ipsi iam peractis omnibus nihil habeant in quæstione quod proponant; & tandiu actio ventiletur, quousque ad rei veritatem perueniatur, frequēter interrogari oportet,ne aliquid prætermissum fortè remaneat,quod annecti conueniat.] hæc ibi.Idem videtur probari per argu. in c.si omnia in hoc seculo,6.q.1.vbi inter alia infrascriptis vsus fuit verbis Anacletus Papa in Epistola prima, videlicet . [Si omnia in hoc seculo vindicata essent,locum Diuina iudicia non haberent.] hæc ibi. Dixi probari præsentē conclusionē per arg.in dictis duobus iuribus,quoniā & si explicitè tenor præsentis conclusionis inibi non cōtineatur: apertissimè tamen ex ipsis elicitur:cùm ibi dicatur Iudicem non debere iudicare de omnibus, sed solum de probatis. Idem probatur per textum in cap. erubescant. distinctio.32. in quo Vrbanus Secundus Papa infrascriptis verbis vsus fuit, videlicet. [Erubescant impij, & apertè intelligant iudicio Spiritussancti eos, qui in sacris ordinibus, Præsbiteratu,Diaconatu,& Subdiaconatu sunt positi,nisi mulieres abiecerint, & castè vixerint , excludendos ab omni eorundem graduū dignitate. De manifestis quidem loquimur, secretorum autē & cognitor Deus, & Iudex est] hæc ibi. Ex quibus elicitur regula illa vulgatissima,scilicet Ecclesia non iudicat de occultis. Idē probatur per text.in c fin.32.q.5.vbi in fine Innocentius Papa dixit . [Cum ergo par causa sit interdum probatione cessante vindictæ ratio conquiescit.] Idem probatur per text.in c.cogitatio. de penit. dist. 1. in quo hæc habentur, videlicet.
24 [Cogitatio † non meretur penam lege ciuili , cū suis terminis contenta est.Discernuntur tamen a maleficijs,quæ de iure effectum desiderant:in his enim non nisi animi iudicium consideratur.]hęc ibi : Ex quibus declaratur text. in c.cogitationis pęnam.de pœniten.dist.1.vbi hæc habentur,videlicet.[Cogitationis pęnam nemo patitur. Nam ibi text. non loquitur de pęna infligenda a Deo, sed a Iudice, & quòd hic sit ipsius germanus sensus probatur per text. in c.omnis iniquitas,de pœnit.dist.1. In quo canonizata reperitur sententia Diui Hieronymi in Esaiam c.33. dicentis omnis iniquitas,& oppressio,& iniustitia, iudicium sanguinis est.& licèt gladio non occidat, voluntate tamen interficit.& per text.in c.nunquid.de pœnit.dist.1.vbi refertur sententia Beati Cypriani in tract.4.de mortalitate infrascripta.dicentis,videlicet. Nunquid Cain cum Deo munus offerret,iā perimerat fratrem ? & tamen parricidium mente conceptum Deus prouidus ante damnauit:vt illic cogitatio mala,& perniciosa conceptio Deo prouidente prospecta est.] Ex quibus omnibus allatis patuit, quòd cogitatio hominis non meretur pęnam a Iudice humano infligendam, sed solum a Deo,iuxta illa Domini præcepta.[Non concupisces domum proximi tui, nec desiderabis vxorem eius, non seruum,non ancillam,non bouem, non asinum, nec omnia quæ illius sunt.]vt habetur in lib.Exodi.c.20.& Deuter.c.5. & rursus Dominus ipse Iesus in Euangelio apud Matth.cap.5. vers.27.& 28.)dixit.[Audistis quia dictum est antiquis. Non męchaberis, ego autem dico vobis, quia omnis, qui viderit mulierem ad concupiscendam eam,iam męchatus est eā in corde suo.] hoc enim modo interpretandus est text.in l cogitationis.ff.de verb.signif.in quo hęc habetur, videlicet.[Cogitationis pęnam nemo patitur.]scilicet pro sola cogitatione infra cordis claustra retenta,& non extra prolata aliquo nutu,signo,scripto, aut verbo : nemo poterit puniri ab humano Iudice,licèt a Deo ipso Omnipotēte(qui est scrutator cordium , & occultorum malorū cognitor, & vltor,vt supra fuit probatum.Idem prorsus probatur per text. in c.si tantum.6.q.2. in quo refertur sententia Concilij Vasensis primi. c.8.his verbis,videlicet. [Si tantùm Episcopus alieni sceleris se conscium nouerit, quandiu probare potest, nihil proferat , sed cùm ipso ad compunctionem eius secretis correctionibus elaboret.]Idem habetur in cap placuit,6.q.2.vbi sententia Concilij Africani.c.9. & 10. his verbis refertur , videlicet.
25 [Placuit,† vt si quando Episcopus dicit aliquem sibi soli proprium crimen fuisse confessum, atque ille neget,non putet ad iniuriam suam Episcopus pertinere,quòd illi soli non creditur:etsi scrupulo propriæ conscientiæ se dicit negant, se nolle communicare:quandiu excommunicato non cōmunicauerit suus Episcopus eidem Episcopo ab alijs non cōmunicetur Episcopis:vt magis caueat Episcopus,ne dicat in quemquam , quod alijs documentis conuincere non potest.] hęc ibi. Idē apertius probatur per text.in l.fugitiuus.ff.de verborum signif.vbi hæc habentur, videlicet.[Fugitiuus est non is,qui solum fugiendi a Domino consiliū suscepit,licèt id se facturum iactauerit,sed qui in ipsum factum fugæ virium mentis deduxerit. Nā & furem,adulterum,aleatorem , quamquam aliqua significatione ex animi propositione cuiusq; sola quis dicere posset:etiam hunc,qui nunquam alienam rem inuito Domino subtraxerit,nūquam alienam matrē corruperit si modò eius mētis sit, vt occasione data id commissurus sit:tamen oportere hæc eadem crimina assumpto actu intelligi

Ddd 2 &

& ideo fugitiuum quoq; , & errorem non s̃m propositionem solam , sed cum aliquo actu intelligi constat.] hæc in d.l. ex cuius verbis elicitur quoque veritas nostræ conclusionis . Probatur & tertiò præsens conclusio auctoritate Doctorum, de quorum numero sunt infrascripti locis infra citandis, videlicet Alex. de Ales in 2. par. q. 118. mẽb. 1. art. 1. Diuꝰ Tho. in 2. 2. q. 108. art. 4. in resp. ad s̃m, vbi vtit̃ infrascriptis verbis, videlicet, q sicut Augustinus (in lib. q. super Iosue, q. 8.) dicit, iudicium
26 † humanum dẽt imitari Diuinũ iudicium in manifestis Dei iudicijs, quib. hoĩes spiritualiter damnat proprio peccato: occulta verò Dei iudicia, q. bus temporaliter aliquos punit , absq; culpa non potest humanum iudiciũ imitari: quia homo non põt comprehẽdere horum iudiciorum rationes, vt sciat quid expediat vnicuique. hæc ille, & q ipse Sanctus loquatur in terminis nostræ cõclusionis q̃ facillimè probatur, ac elicitur ex his , quæ ipsemet Sãctus, docuerat in 2. 2. q. 67. art. 3. ferè p torũ infrascriptis verbis vtens, videlicet. Iudex est interpres iustitię, vnde Philosophꝰ dixit in 5. Ethic. c. 4 ad Iudices hoĩes confugiunt, sicut ad quandã iustitiam aĩatam: iustitia aũt (sicut supradictũ est) non est ad seipsum, sed ad alterum, & ideo oportet, q Iudex inter aliquos duos dijudicet, qđ quidem fit, cũ vnus est actor, & alius est reus. Et ideo in criminib, non potest aliquem in iudicio condemnare Iudex , nisi habeat accusatorem, s̃m illud Actuum, c. 25 [Non est consuetudo Romanis damnare aliquem hoĩem priusquam is, qui accusatur præsentes habeat accusatores , locumq; defendendi accipiat ad abluenda crimina , quæ ei objiciuntur.] hæc ille. Sed qm̃ posset argui ex allatis verbis S. Thomæ contra me dicendo , q licet Diuus Thomas docuerit nos Iudices nõ posse punire criminosos deficientib. accusatorib. non indè sequitur id, quod dicit allata præsens rna cõclusio, q Iudex, vel Legislator non possit sua lege punire cordium crimina , & pro talib. ipsis criminis penas infligere, si ipsę praue cogitationes aliquo pacto exterius non claruerint signo, vel nutu, &c. ad quod quamfacillima erit responsio: dicẽdo, q talis fuerit mens ipsius Diui Thomæ, vt ex allatis elicitur: licèt hoc idem luce meridiana clarius docuerit ipsemet S. Thom. in 1. 2. q. 100. art. 9. infrascriptis verbis vtens, videlicet. Præceptũ legis hẽt vim coactiuam. Illud ergo directè cadit sub præcepto legis, ad quod lex cogit. Coactio aũt legis est per metum pęnæ, vt dr̃ decimo Ethicorum. Nam illud propriè cadit sub præcepto legis , pro quo pęna legis infligitur: ad instituendã autem pęnam aliter se hẽt lex Diuina, & aliter lex humana. Non enim pęna legis infligitur, nisi pro illis de quibus Legislator habet iudicare, quia ex iudicio lex punit. Hõ aũt, qui est Legislator humanæ non hẽt iudicare, nisi de exterioribus actibus: quia hoĩes vident ea, quæ patent : vt dr̃ 1. Reg. c. 16. sed solius Dei, qui est lator legis Diuinę, est iudicare de interiorib. motib. voluntatũ, s̃m illud Ps. 7. scrutans corda, & renes Deus, qui Sãctus rursum in 1. 2. q. 91. art. 4. in corp. q. infrascripris vtens verbis inter alia, videlicet. Secundò quia pp incertitudinẽ humani iudicij præcipuè de reb. contingentibus, & particularibus: contingit de actib. humanis diuersorum esse diuersa iudicia: ex quibus etiam diuersæ , & contrariæ leges procedunt. Vt ergo homo absque omni dubitatione scire possit quid ei sit agendum, & quid vitandum, necessarium fuit, vt in actib. proprijs dirigeretur per legem diuinitus datam: de qua constat, q non potest errare. Tertiò, quia de his potest homo legem facere, de qui-
28 bus potest iudicare: iudicium aũt hominis † esse non potest de interiorib. morib. qui latent, sed solum de exterioribus actib. qui apparent, & tñ ad perfectionem virtutis requiritur, q in vtrisq; actibus homo rectus existat, & ideo lex humana non potuit cohibere, & ordinare sufficienter interiores actus, sed necessarium fuit, q ad hoc superueniret lex Diuina. Quartò, quia sicut Augustinus dicit (in 1. lib. de libero arbi. c. 4. circa finem præcipue lex humana non potest oĩa , quæ male fiunt punire, vel prohibere, quia dum auferre vellet oĩa mala, sequeretur, q etiam multa bona tollerẽtur. hæc ibi S. Thomas , qui idem confirmauit in 1. 2. q. 100. art. 9. his verbis vtens, videlicet, s̃m aũt est, vt aliquis operetur volens, vel eligens, in quo importatur duplex motus interior, s. voluntatis , & intentionis. & ista duo nõ dijudicat lex humana, sed solum Diuina. Lex. n. humana non punit eum, qui vult occidere, & non occidit: punit autẽ eum lex Diuina: s̃m illud apud Matth. c. 5. [Qui irascitur fratri suo reus erit iudicio.] hæc ille S. Ex quibus patuit leges humanas condi non potuisse, nec posse de actib interiorib. si ergo non possunt condi: indè sequitur nullum puniendum fore, & ligãdum lege pęnali, seu pęna legali pro delictis sola cogitatione perpetratis. Cardinalis Caietanus in cõmentarijs 2. 2. q. 11. super art. 3. & 4. quàm elegantissimè , & eruditissimè nostræ conclusioni se subscripsit. Idẽ facit Dñicus a Soto in 4. sent. dist. 22. q. 2. art. 2. col. 4. in vers. si quis duntaxat mẽte. & in art. 3. eiusdem quæst. post quintam conclusionem in vers. vtrum per hæresim mentalem. Archieps Flor. in 3. par. titu. 23. c. 4. Maior in 3. sent. dist. 25. q 3. Alphonsus a Cast. lib. 2. de iusta hæreticorum punitione. c. 18. & in lib. 5. de potestate legis pęnalis. c. vlt. cõclus. 1. Petrus de Pal. in 4. sent. dist. 17. q. 7. §. quintus modus, circa fin. Idẽ docent infrascripti Canonistæ, videlicet Glo. in c. qui studet. 1. q. 1. in vers. a cõmunione, dicens . Nunquid pro sola voluntate est excõicatus quis, cùm sit simoniacus? certè non, quia ex voluntate non scandalizatur Ecclesia, nisi processerit in actum. Glo. in d. c. Erubescant, dicens, q ex d. Canone patet, q Ecclesia nõ iudicat de occultis . Glo. in d. c. fin. 32. q. 5. idẽ docet prædictis addẽs, q in his potius opinionem sequimur, q̃ veritatem. Glo. in d. c. cogitatio non meret. in vers. cogitatio. idem docuit
29 infrascriptis vtens verbis, videlicet. Voluntas † nõ punitur ab hoĩe, cùm suis finib. est contenta, & in hoc casu intelliguntur auctoritates , quæ dicunt voluntatẽ non puniri, s. ab hoĩe. Idem Glo. in d. c. cogitationis pęnam. in vers. cogitationis. docuit dicens ; cogitationis pęnam quis non patitur ab hoĩe, sed a Deo benè. Nam si ad consensum peruenit, & puniendũ esse omnino fatendũ est. Glo. idẽ docuit in d. c. sicut simoniaca. infrascriptis vtens verbis, videlicet. Nota, q dr̃ hic, q si per aliqđ signum cõstiterit aliquem fore simoniacum, Iudex dẽt eum punire . Idem docet Glo. in l. quisquis cum militib. in vers. eadem. n. C. ad l. Iul. maiest. dicens cogitationẽ nõ puniendã, nisi ipsa peruenerit ad actũ extrinsecum. Idem docuit Glo. in l. si quis non dicam, in vers. si quis ita lege . C. de Epis, & clericis. Dicens, aut quis cogitauit tantum delinquere,

quere, & tunc non punitur, vt in l. cogitationis. ff.
30 de pœnis. Nam ptimi motus † non ſunt in pote-
ſtate noſtra. Aut ad actum ptoteſſit, & tũc punitur
cùm diſtinctione, quę ibi ſubditur. & idem docuit
ibidem in verſ. ſed attentare. his verbis vtens, vide
licet, ſed attẽtare ſi cogitatione, quod eſt minus:
& hoc ſi ad aliquem actũ proceſſerit, aliàs nullam
patitur pęnã. vt in l. togitationis. ff. de pęnis. Idẽ
docuit Glo, in c. 1, in verſ. mandauerit. de homici-
dio. in ſexto, infraſcriptis vtẽs verbis, videlicet, ſi
mandauit: ergo togitatio nõ ſtetit in ſuis finib. &
ideo non eſt mirũ ſi punitur: aliàs ſecus, vt in c. co
gitationis. de pęnit. diſt. 1. Idẽ docet Glo. in l. pſen
ti. C. de his, qui ad Eccleſiã. in verſ. cogitatione.
dicens, ꝙ cogitatio nuda, q̃ non tranſijt in aliqđ
conamen non punit̃. Quia in maleficijs volũtas cũ
aliquo actu ſpectat̃. Idẽ docuit Cardinalis a Tur-
recremata tam in d. c. erubeſcant. q̃ in d. c. cogita-
tio. in quo infraſcriptis vſus fuit verbis, videlicet.
Cogitatio, ſiue voluntas nõ meretur pęnam, ſ. ci-
uilem, vel Eccleſiaſticam quo ad hoĩem, cum ſe-
cundò dẽ finibus autem ſuis contentari, dum non
procedit ad aliquẽ actum exteriorem, & tunc ma
nifeſtum eſt, ꝙ non punitur ab hoĩe, nec poteſt: cũ
ſic lateat, & probari non poſſit: ſecreta. n. delicta,
& latentia Deus iudicat ſolus: ſed tunc non con-
tentatur finib. ſuis, ſed excedit eos, cùm ad actum
exteriorem procedit, puta, tribuit conſilium mit-
tit, promittit, dat, adiūgit ſibi ſocium, vel ſocios,
& multa ſimilia, vt quod vult fiat, & tunc volũtas;
& a lege, & Canone punitur in multis caſib. ſi pro-
bata fuerit: ꝓbari aũt poteſt ꝑ hmõi extrinſeca,
quæ ipſa voluntas fieri compellit. hæc ille Cardi-
nalis, qui idem prorſus repetijt in d. c. cogitatio-
nis. & in c. ſi quis. Non dicam. art. 2. de pęnit. diſt.
1. Idem docuiſſe Innocentium, in c. tanta. ext. de
ſimonia. conuincitur. Cum ibi dixerit, ꝙ ſimonia-
ci in beneficio occulti, & criminoſi licitè celebrãt
poſt pęnitẽtiam: quia nec ſunt ſuſpenſi a iure, nec
impediuntur exequi officium ſuum poſt pęniten-
tiam. hæc ille, & quidem ipſum loquutũ fuiſſe de
ſimoniacis omnino occultis, quis dubitabit, qñ
aliàs, erraſſet (quod non eſt dicendũ de tanto Do
ctore) quoniam ipſum non latebat, ꝙ ſunt tales ſu
ſpenſi a iure, & excommunicati licet huiuſmodi
31 ſimonia † non fuiſſet notoria, vel deducta ad forũ
iudicialem. vt in extrauag. Cum deteſtabile. de
ſimonia. Idem docuit Glo in d. c. fin. ext. de ſimo-
nia, in verſ. affectu animi. dicens, ergo ſola volun-
tas, ſiue affectus animi nõ facit aliquem ſimonia-
cum. Idem docuit Glo. in c. conſulere. in verſ. vo-
luerunt. ext. de ſimonia. infraſcriptis verbis, vide-
licet, voluerunt argumentum, ꝙ ſola voluntas fa-
cit hoĩem ſimoniacum. ſed hoc non credo, ꝙ ſola
voluntas faciat hoĩem ſimoniacũ, dummodo con
tenta ſic ſuis terminis infra eo. c. vltimo, licet aliàs
peccet, vt ibi. ſed hic non fuit contenta ſuis finib.
imò proceſſum fuit ad actum. & hoc notatur per
hoc quod dicit, tam ementes, quàm vendentes.
Ioannes And. noſtrę quoq; concluſioni ſe ſubſcri-
pſit in regula, ſeu c. in pęnis. de regu. iur. in ſexto,
qui proponens hanc quæſtionem, videlicet. An
pęnam, quæ ipſo iure delinquenti infligitur pro
delicto incurrat is, qui id cogitauit, & aliquid e-
git, ſed non perfecit, etiam ſi per ipſum non ſte-
terit, infraſcriptis vtitur verbis. Eſt autem aduer-
tendum, ꝙ formatur quæſtio de pęna, & pœnali
conſtitutione, non de premio, & fauore. Eſt autẽ
certũ pęnales conſtitutiones reſtringendas, vt in
c. ſtatutum. de elect. in ſexto, & hic cum ſuis con-
cordantijs: Item formatur quæſtio non de pœna,
quæ a iure iubetur infligi per Iudicem: ſed de pę
na, quæ infligitur ipſo iure. ſine aliquo Iudicis,
vel hoĩs miniſterio. Item quęritur de pęna delin-
quentis: non de illa, qua ius punit vnũ pro delicto
alterius: vt patet in filijs hæreticorũ, & cõmitten-
rium crimen læſæ maieſtatis. vt in c. ſi quis cũ, 6.
q. 1. & in c. 2. & c. ſtatutũ. de hæretic. in 6. Itẽ nec
formatur qõ de illo, qui non perfecit per ſe deli-
ctum: itñ perfectum fuit per ſocium, vel mandata-
rium, cui aſſiſtebat, vel de illo, qui perfecit quo
ad mentem, licèt non quoad verba. hi enim benè
incurrunt. Quibus ſic præmiſſis in prædicta quæ-
ſtione puto, ꝙ is, de quo quæritur pœnam de qua
quæritur, non incurrat. Nec diſtinguo in hoc caſu
inter leuia, atrociora, & atrociſſima. hæc Ioãnes
Andr. qui reſpondere nititur nonnullis rationibus
in contrarium ab ipſo allatis. Ex quibus patuit
ipſum ſe ſubſcripſiſſe noſtræ concluſioni, cum nõ
tantum docuerit aliquem non puniendũ fore, ſeu
incidiſſe in pęnam a lege indictam ꝑꝑ ſolam co-
gitationem, ſeu mentis voluntatem non oſtẽſam,
ſeu prolatã ab extra aliquo ſigno, aut verbo, imò
etſi fuiſſet prolata, ſed opere perfecta minimè fuiſ
ſet, & licet videatur contrariũ docuiſſe in Clem.
1. §. verum. in verſ. eo ipſo. de hæreticis in ſua Glo.
ipſe Ioan. Andr. vt infra latius dicetur, & impu-
gnabitur, & vltimo loco etiam ad concordiã re-
uocabitur. Idẽ docuit Ant. de Butr. in d. c. conſule-
re. ext. de ſimonia, dicens, voluntatẽ emendi ſpũa
lia conceptam, & reſtrictam ſuis terminis, & non
productam ad actum venditionis, non dicendam
fore ſimoniam, & oẽs alij Canoniſtæ amplectũtur
ſimpliciter ſñiam Gloſarum pręfatarum ibidem,
licet non examinent ſpecialiter noſtrę concluſio-
nis materiam: tñ ſpecialiter infraſcripti alij Doct.
ſe ſubſcripſerunt præſenti noſtrę cõcluſioni, vide
licet, Hoſt. in c. mulieres. ext. de ſent. excõicatio-
nis. Archid. in iurib. citatis, & locis citandis infra
in reſponſione ad auctoritatẽ Canonis tertiã alla
tam. & ad Gloſam. in c. cum quis. de ſent. excom.
in 6. vide ibi Sylueſter in verſ. cogitatio, & in verſ.
excõicatio ſeptimo, excõicatione 2. particula.
Pro qua notandũ eſt primò de hæretico oĩno oc-
culto. Nauarrus in cõmentarijs c. cogitationis. de
pęnit. diſt. 1. nu. 6. 7. & ſeq & in comment c. ſi quis
non dicã, nu. 3. de pęn. diſt. 1. vbi noſtram conclu-
ſionẽ probat veram nonnullis medijs. Nouiſſimè
& Couarru. in 2. par. relect. initio. n. 5. in verſ. ſed
& his rõnib. & nu. 6. in verſ. tertiò infertur. Vbi ꝓ-
bat, ꝙ licèt a Deo ſit puniendum peccatum per-
petratum ſola mentis voluntate non prolatum ex-
terius aliquo ſigno: non tamen a Iudice, & a lege
humana: cùm Deus cogitationũ ſcrutator ſit, non
aũt homo, q̃uis ſi actus voluntatis interior erupe-
rit in actum exteriorẽ, tũc bene poterit ligari, ac
puniri lege humana. Idem fatetur Iul. Clar. in ſua
pract. crim. lib. 5. §. hæreſis. in verſ. quęro, an occul
tus hęreticus. Vbi infraſcriptis vtit̃ verbis, videli-
cet. Quęro an occultus hęreticus, ſ. ille, qui ſolum
corde deuiat a fide Catholica, non tñ verbo, ſcri-
pto, aut facto, aliquod ſignũ hęreſis oſtendit inci-
dat in pœnam excommunicationis, & alias pœ-
nas a iure impoſitas. Reſpondeo ꝙ non, & hæc eſt
Theologorum ferè omnium receptiſſima ſenten-
tia. Vt atteſtatur Symanchas in tract. de hęreticis.

c.42.nu.1.& sequenti. Nam(vt vulgò dicitur)Ecclesia non iudicat de occultis, nec obstat quod ipsemet Iulius ibidem in quæst.91. de eodem loquens referat Baldum dicētem, q Inquisitores soleant punire aliquos pro sola cogitatione hæretica, quoniā hoc dupliciter intelligi potest. Primò in foro penitentiali, si quis talis cōfiteatur ipsis, & secundò pro sola cogitatione aliquo signo exteriori patefacta: vt & nos diximꝰ: alias ipse Doctor esset sibi contrarius, quod non est credendum de tanto Doctore. hæc ille. Idem docuit Petrus Follerius in sua pract. crimin. tit. fragmentorum. pars. nu.70. qui quamplurimorum Doctorum sentētias idem tenentiū ibidem refert. Ancharanus sequens Dynum in c. peccati venia. de regu. iur. in sexto. col.5. in versic. quintò oppono. idem docuit infrascriptis verbis vtens, videlicet: facilius enim contrahitur obligationis vinculum quo ad Deum, & sola cogitatione, ideo sola cōtritione dissoluitur, sed vinculum quo tenetur per leges non contrahitur sola cogitatione, sed delicti consummatione, vel attentatione, vt in l. si quis non dicam. C. de Episcopis, & clericis. hæc ille. Infrascripti Doctores etiam se subscripserunt præsenti conclusioni, videlicet Felinus in tract. de conatu. §. fallit tertiò. & in c.1. num.5. §. fallit tertio: ext. de præsumptionibus, Cardinalis a Turrecremata in c. si quis non dicam, art.2. conclusione 2. de pœnit. dist.1. & in c. cogitationis. de penit. dist.1. & latius in c. si cui. de penit. dist.1. Hyppolitus de Marsilijs in l. qui falsam. nu.28. in vers. tertius est casus. ff. ad l. Cornel. de falsis. Dynus in regu. peccati venia. de regu. iur. in sexto, quem sequitur Bart. in l. cogitationis. ff. de pœnis. Ioannes Nicolaus Arelac. in tract. de hæreticis, notabili nono, dicens, quòd hæc sententia est notissima apud Iurisconsultos, q cogitationis pena nulla sit, si cogitatio stet in eius meris terminis, nec vltra progrediatur. Didacus Couarruuias (vltra citatum locum) hoc idē probat elegantissimè. in initio secundæ partis relect. nu.7. f.532. Driedonium in tract. de libertate Christiana, lib.3. pag.60. Almain in tract. de potestate Ecclesiæ, c.3. Idem docuit Geminianus in c. qui studet, col.1 in vers. sed contra. 1.q.1. dicēs, nec hic quis excommunicatur pro sola volūtate, sed pro voluntate, & actu sequente: pro voluntate enim, quæ fuit contenta suis finibus, & quæ non processit ad actum nō debet quis excōmunicari: quia pro tali voluntate nō scandalizatur Ecclesia, & peccata latentia non habent vindictam, vt in c. Christianum, 32.q.5. Probatur & quartò rōnibus quamplurimis iam passim allatis in relatione iurium, & Doctorum sententiarum.

Et quamuis verissima comprobata fuerit hęc nostra conclusio tot, tantisq; oraculis, ac auctoritatibus. Nihilominus cōtra ipsam posset quis insurgere quatuor medijs, quib. vr̄ posse non immeritò asseuerari contrarium, videlicet q Homo possit de occultis iudicare tam per sententias, q̄ per cōstitutiones punire hoīes pro occultis delictis, & primò in mediū producendo auctoritatem iuris Diuini hoc modo arguendo: scriptum est n. in lib. Prouer. c.27. vers.19. [Qūo in aquis resplendent vultus prospicientiū, sic corda hoīum manifesta sunt prudentib.] si ergo hominib. prudentib. sunt corda hoīum manifesta. & per allata in probationem conclusionis fuit probatum, q homo pōt solum hoīem de manifestis iudicare, ac punire: inde ergo sequitur, q dicta conclusio recipiat saltē hanc limitationem, s. vt sit falsa, loquendo de homine prudente, cui corda hoīs sunt manifesta. Nā si manifesta ergo de his poterit talis homo iudicare, & suis constitutionib. ad pœnam coarctare. Idem probatur per ea, quæ nos docuit Ecclesiasticus in c.19. vers.26. & 27. dicēs. [Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus. Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis enunciant de illo.] Cum ergo sm notitiam fiat iudicium potest inde ergo iudicare Iudex per ea, quę exterius alicuius hominis sunt, de occultis cordis ipsius. Præterea scriptum est in S. Euangelio apud Matth. c.7. vers.16. [A fructibus eorū cognoscetis eos.] & hoc dixit Dominus de hominib. hipocritis, vt ex contextu verborum colligitur. Ergo saltem corda hipocritarum possunt cognosci ab hominib. si cognosci, ergo & iudicari: si iudicari inde, sequitur q homo hominem de suis occultis poterit iudicare. Idem & secundò vr̄ posse probari nonnullis iurib. Pontificijs penā infligentib. pro actib. voluntatis. Sciendum quòd in Clem.1. §. quia verò. in vers. nos eorū de statu mona. hęc ad verbū habentur, videlicet. [Nos eorum in hac parte reprobis ausib. obuiare volentes, hoc edicto perpetuò prohibemus, ne Monachi, aut re-
32 gulares Canonici administrationē aliquam non habentes, ad Curias Principū absq; spāli Prælatorum suorū licentia se conferre pręsumant, q si vt suis Prelatis, aut Monasterijs damnū aliqđ inferant ad dictas Curias se conferre p̄sumpserint: excōicationis sniam eos incurrere volumus ipso facto.] hæc ibi Ex quib. vr̄ elici, q praua voluntas alicuius possit puniri a Iudice, cū pro tali cogitatione, & proposito nocendi Prælatis quis incidat in excōicationem, quæ est maxima pœnarū: ergo verū non fuit, q dr̄ in cōclusione, q homo hoīem non posit iudicare, ac punire de peccatis eius sola mente perpetratis. Idem vr̄ probari per text. in Clem. Cupientes. §. qui verò scienter. De penis. In quo hęc ad verbū habentur, videlicet. [Qui verò scienter postposuerint confitentib. conscientiam facere de soluendis hmōi decimis, ab officio p̄di-
33 catinnis † tandiu maneant suspensi ipso facto, donec confitentib. ipsis (si hoc ipsum sibi dicendi cōmodè facultatē habuerint) conscientiā fecerint: exindè excōicationis incursuri sniam ipso facto si predicare p̄sumpserint prædicta negligentia (vt premittit) non purgata.] hæc in d. Canone, ex quo idem vr̄ probari, cū inde puniatur peccatū omissionis, quod vr̄ peccatum occultum. Idē & tertiò vr̄ probari per text. in c.1. de scismaticis in sexto, in vers. oēm personā: In quo Bonifacius VIII. infrascriptis verbis vsus fuit, videlicet. [Oēm personam præsentē, & futuram cuiuscunq; fuerit preeminentiæ, conditionis, &c. quæ ipsos Iacobū, & Petrum, vel eorum alterū scienter, & deliberatè pro Cardinalib. habuerit, & tenuerit, aut ad Cardinalatū admiserit, seu votū eorum, vel alicuius ipsorū suffragiū in electione Romani Pontificis admiserit, aut in Pontificē Romanū elegerit, noīauerit, assūpserit, vel receperit, seu dederit in his, vel ad hoc auxiliū, consiliū, vel fauorē, excōicationis sententia duximus innodandū.] hęc ibi. Ex quo Canone idē videtur probari, & p̄cipuè ex verbis illis, videlicet. [habuerit, vel tenuerit pro Cardinalibus.] Nam habere, & tenere videtur esse actum interiorem animi, cum denotent extimationem, seu

ſeu credulitatem, quæ corde perficitur; vt patet
ad ſenſum, iuxta ſententiam Apoſtoli Rom. c. 15.
verſic. 10. dicentis. [Corde enim creditur ad iu-
ſtitiam, ore autem confeſſio fit ad ſalutem, dicit
enim ſcriptura. Omnis qui credit in illum nõ cõ-
fundetur.] Quarto idem videtur probari per tex.
in cap. vbi periculum. §. nulli, de elect. in ſexto.
Vbi Gregorius Decimus in generali Concilio
Lugdunenſi infraſcriptis vſus fuit verbis, videli-
34 cet. [Nulli ad eoſdem Cardinales † aditus pa-
teat, vel facultas ſecretè loquendi cum eis: nec ipſi
aliquos ad ſe venientes admittant, niſi eos, qui
de voluntate omnium Cardinalium inibi præſen
tium; pro his tantùm, quæ ad electionis inſtantis
negotium pertinent, vocarentur: Nulli etiam fas
ſit ipſis Cardinalibus, vel eorum alicui nuncium
mittere, vel ſcripturam. Qui verò contrafecerit,
ſcripturam mittendo, vel nuncium, aut cum ali-
quo ipſorum ſecretè loquendo, ipſo facto ſenté-
tiam excommunicationis incurrat.] hæc in dicto
Canone, & § ſequẽti: ex quibus videtur elici quòd
ſecreta tranſgreſſio Legum puniri poſſit à Iudi-
ce; cùm pœna excommunicationis ibi puniatur,
ſecretè alloquentes Cardinales. Quintò, idem vi-
detur probari per text. in cap. ſundamenta. §. ſi ſe-
cus, de electio. in ſexto. In quo Nicolaus Tertius
inter alia, infraſcriptis vſus fuit verbis, videlicet.
[Quòd ſi ſecus factum fuerit; nominationem, ele
ctionem, & aſſumptionem huiuſmodi decerni-
mus eſſe nullas &c. & non ſolùm nominatores, ele
ctores, & aſſumptores; verum etiã nominati, ele-
cti, &c. Si huiuſmodi nominationi conſenſerint,
aut ſe de ipſis quomodolibet intromiſerint &c.
Eò ipſo ſententiã excommunicationis incurrant.
&c.] Ex quibus verbis videtur probari, quòd quis
poſſit iudicari à Iudice & puniri pro actu interio
ri cogitationis, ſeu conſenſus, quo interius con-
ſentit alicui rei ſibi prohibitæ: & hoc videtur eli
ci ex verbis illis, videlicet. [Nominationi conſen
ſerint.] Sextò, idem videtur probari per tex. in c.
quia ſæpe contingit, de electio. in ſexto. In quo
Canone Boniſacius Octauus infraſcriptis verbis
vtitur, videlicet. [Quia ſæpe contingit, quòd Ca-
thedralibus, & regularibus, ac collegiaris Eccle
ſijs vacantibus, capitula, conuentus, collegia, &
ſingulares earundem perſonæ, bona à prælatis,
ipſarum dimiſſa, vel vacationis tẽpore obuenien
35 tia &c. diuidunt, ſurripiunt, &c. Decernimus † vt
hi, qui præmiſſa de cætero præſumpſerint, eò ip-
ſo ſint, & tandiu ſuſpenſi maneant ab officio, &
beneficijs quibuſcũque, donec plenè reſtituerint.
&c.] hæc in dicto Canone, ex quo videtur elici,
quòd non ſit verum axioma illud allatum, in nõ-
nullis iuribus adductis ad probandam concluſio-
nem noſtram, ſcilicet, quòd Eccleſia nõ iudicat
de occultis: Cùm in dicto Canone ſuſpenſionis,
pœnæ ſubijciantur omnes ſurripientes bona ta-
lium Eccleſiarum. Cùm poſſet contingere, quòd
talis fraus eſſet ita occulta, quæ in iudicio non
poſſet probari, prout frequentius contingit: & ni
hilominus de ea eccleſia iudicat: eo quòd ſi non
iudicaſſet, nõ vtique pœnę ſuſpenſionis tales trã-
ſgreſſores huiuſmodi Canonis ſubiecisſet. Septi-
mò, idem videtur probari, per text. in cap. ſciant
cuncti, de elect. in lib. ſexto, in quo Gregorius De
cimus, in generali Concilio Lugdunenſi infraſcri
ptis vtitur verbis, videlicet. [Sciant cuncti, qui
Clericos, aut quaſlibet alias perſonas eccleſiaſti-
36 cas, † ad quas in aliquibus Eccleſijs, Monaſterijs,
aut alijs pijs locis ſpectat electio, pro eo, quòd
rogari, aut aliàs inducti eum pro quo rogaban-
tur, ſeu inducebantur, eligere noluerunt: vel con-
ſanguineos eorum &c. grauare præſumpſerint, ſe
ipſo facto excommunicationis ſententia innoda-
tos.] hæc in dicto Canone, ex quo videtur poſſe
puniri a Iudice affectum interiorem: cùm dicatur
pro eo quòd noluerunt eligere, quaſi dicat, ſi hac
intentione quis præſumpſerit grauare &c. Sit ex-
communicatus, Ecce intentio videtur punita a
Iudice. Octauò, idem videtur probari per tex. in
cap. generali conſtitutione, de electio. in ſexto.
in quo Gregorius Decimus in generali Concilio
Lugdunenſi infraſcripta ſtatuit, videlicet. [Gene
rali conſtitutione ſancimus vniuerſos, & ſingu-
los, qui regalia, cuſtodiam, ſiue guardiam aduo
cationis, ſeu defenſionis titulum in Eccleſijs, Mo
37 naſterij, † &c. De nouo vſurpare præſumant, &
qui hoc procurant eò ipſo excõmunicationis ſen-
tentiæ decernimus ſubiacere.] hæc ibi. Cùm er-
go vſurpatio talium fieri poſſit occultè; indè ſe-
quitur, quod homo poterit iudicare hominem,
de occultis, ſi de occultis: ergo falſum fuit quòd
Eccleſia non iudicet de occultis, cùm inter occul
ta, cogitatio quoque hominis meritò connume-
retur. vt patet ad ſenſum. Nonò, idẽ videtur pro-
bari per text. in cap. indemnitatibus. §. poſtremò
hi, quos, de elect. in ſexto. Vbi Bonifacius Octa-
uus, infraſcriptis vtitur verbis, videlicet. [Po-
ſtremò hi, quos ad dirigendas in huiuſmodi ele-
ctionibus moniales, eaſdem deinceps contigerit
euagari, ab his prorſus abſtineant, per quæ inter
eas, ſuper faciendis ipſis electionibus, oriri poſ-
ſit diſcordia, vel exorta nutriri, aliàs eò ipſo ex-
communicationis ſententiæ ſe nouerint ſubiace-
re.] hæc in dicto Canone. Ecce Canon loquitur
indiſtinctè comprehendens occulta, & manifeſta
inſimul, tacitè docens, quòd Eccleſia Sancta, ac
Iudices poſſint iudicare de occultis. Decimò, idẽ
videt probari per tex. in c. fin. §. vt aũt, & §. pars ve
rò, de officio Iudicis delegati, in ſexto. In quo Ale
xander Tertius infraſcriptis vtitur verbis, vide-
38 licet. [Vt autem conſeruatores † limites ſibi tra
ditæ poteſtatis (quos frequenter excedunt) me-
tu pœnæ diligenter obſeruent. Decernimus, vt ſi
de alijs, quàm de manifeſtis iniurijs, & violen-
tijs ſcienter ſe intromiſerint: ſeu ad alia, quæ iu-
dicialem indaginem exigunt, ſuam extenderint
poteſtatem: eò ipſo per vnum annũ ab officio ſint
ſuſpenſi.] & in §. pars verò, habentur hæc, vide-
licet. [Pars verò, quæ hoc fieri procurabit, ſen-
tentiam excommunicationis incurrat: à qua non
poſſit abſolui, niſi ei, quem ſic fatigauit indebi-
tè, primò ſatisfaciat integraliter de expenſis.]
hæc ibi. Ecce [procurabit] dixit text. includen-
do indifferenter procurantes talia, tam publicè,
quàm occultè: & ſic videtur, poſſe dici quòd Iu-
dex etiam poſſit iudicare, ac excommunicare
pro occultis, & quòd non ſit vera regula illa. Ec-
cleſia non iudicat de occultis. Vndecimò, idẽ vi-
detur probari per text. in cap. fina. de officio or-
dinarij in ſexto, in quo Bonifacius Octauus præ-
cipit non occupandos fore fructus vacantium Ec
39 cleſiarum † quocunque nomine appellatarũ, ſed
reſeruandos ſucceſſoribus earum, & contrafacien
tes innodat vinculo ſuſpenſionis, quouſque illos
plenè reſtituerint, ſi ſcilicet fuerint Epiſcopi, &

eorum

eorum superiores ab ingressu Ecclesię: reliqui vero suspenduntur ab officio & beneficio.] hæc ibi. Ex quibus videtur elici, quòd etiam occulti occupatores talium incidant in talem pœnam: & sic habetur, quòd Ecclesia etiam possit iudicare de occultis. Duodecimò, idem videtur probari per text. in cap. 2, de iudicijs, in sexto. [In quo à Bonifacio Octauo, ipso facto excommunicantur Iu
40 dices † fingentes casum, vt ipsi vadant ad mulieres pro testimonio ab ipsis excipiendo.] hæc ibi. ex quibus videtur probari nostræ conclusionis impugnatio: eò quòd huiusmodi Iudices excómunicantur pro cogitatione, seu intentione cordis; vt elicitur ibi [fingentes] cùm fictio sit actus interior malus, seu exterior qualificatus ab actu interiori ex littera Decimotertiò, idem probari videtur per text. in cap. 1. §. si quis, de senten. & re iudicata in sexto. in quo Innocentius Quartus, infrascriptis vtitur verbis, videlicet. [Si quis autem I
41 udex † ecclesiasticus ordinarius, aut etiam delegatus famæ suæ prodigus, & proprij persequutor honoris contra conscientiam, & contra iustitiã in grauamẽ partis alterius in iudicio quicquã fecerit per gratiam, vel per sordes ab executione officij per annum nouerit se suspẽsum.] hæc ibi. Ex quibus probari videtur, quòd ab homine occulta hominum crimina possint puniri: nõ enim inibi distinguitur inter manifestum & occultum grauamen per gratiam, aut sordes, sed simpliciter ibi dicitur, quicquam fecerit per gratiã, vel sordes: nam dici potest per gratiam fieri, quæ animo beneuolo, seu intentione gratificandi amicum, vel alium: quæ tamen intentio est cordis cogitatio, & peccatum occultum hominibus, soli Deo notum. Decimoquartò, idem videtur probari per tex. in cap. 2. §. nos itaque, de senten. & re iudicata in sexto, in quo Innocentius Quartus, inter alia infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet [Auctoritate Apostolica firmiter inhibendo, ne quisquam de cætero sibi tanquam Imperatori, vel Regi, pareat, & intendat. Decernendo quoslibet, qui ei deinceps velut Imperatori, vel Regi, consilium, vel auxilium præstiterint, seu fauorẽ: ipso facto excommunicationis sententiæ subiacere.] hæc ibi. ex quibus videtur, quòd possit elici, quòd pro intentione aliquid faciendi, quis possit excommunicari, & sic homo hominem iudicare, ac punire de peccato cogitationis, seu intentionis prauæ. Decimoquintò, idem probari videtur per text. in cap. pro humani §. sacri. de homicidio in sexto. In quo Innocentium Quartum, in Concilio generali Lugdunensi, infrascriptis vsum fuisse verbis habetur, videlicet. [Sacri approbatione, Concilij statuimus, vt quicunque Princeps, Prælatus, seu quæuis alia persona Ecclesiastica quẽ-
42 piam Christianorum † per prędictos assassinos interfici fecerit, vel etiam mandauerit (quamquam mors ex hoc forsitan non sequatur) aut eos receptauerit, vel defenderit, vel occultauerit, excommunicationis, & depositionis à dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio incurrat sẽtẽtias ipso facto: & illa liberè alijs per illos, ad quos eorum collatio pertinet, conferantur, sit etiam cum suis bonis mundanis omnibus tanquam Christianæ Religionis æmulus à toto Christiano populo perpetuò diffidatus.] hæc ibi. Ex quibus elicitur quòd talem pœnam incurrunt prænominati occultè etiam talia prohibita perpetrantes, ac per consequens, quòd Index poterit iudicare de occultis hominum factis: quod manifestius id elucet ex immediatè ibi sequẽtibus verbis, quę sunt hæc, videlicet. [Et postquam probabilibus constiterit argumentis aliquem scelus tam execrabile commisisse, nullatenus alia excommunicationis, vel depositionis, seu diffidationis aduersus eos sententia requiratur.] hæc ibi. Vnde notanda erunt verba illa. [postquam probabilibus cõstiterit argumentis,] ex quibus elici videtur, Canonem loquutum fuisse paulò antè de occulto crimine huiusmodi. Decimosextò, idẽ videtur probari per text. in cap. porrò, extra de sentent. excommunicationis. In quo Alexander Tertius, di-
43 xit, quòd [percutiens † Clericum (licèt occultè) teneatur petere absolutionem ab excommunicatione indè incursa, à Papa.] hæc ibi. ex quibus habetur quòd falsum sit illud, quod vulgò dicitur, quòd Ecclesia non iudicat de occultis. Decimoseptimò, idem videtur probari, per tex. in cap. cùm non ab homine, extra de sentent. excommunicationis, in quo Clemens Tertius, dicit [Vitandũ secretè eum, qui incidit in excommunicationem propter occultam violentam manuum iniectionẽ in clericum.] hæc ibi. ergo videtur posse iudicare homo hominem de occultis. Decimooctauò, idẽ videtur probari per text. in cap. fina. extra de temp. ordin. in quo habetur quòd [occultus homicida debeat abstinere a ministrãdo in ordinibus iam susceptis.] hæc ibi ergo homo potest puniri pro delicto occulto. Decimonono, idem videtur probari in cap. clericis, de immunit. ecclesiarum, in sexto. [In quo excommunicantur ipso facto omnes personæ ecclesiasticæ, quæ soluunt, aut
44 soluere promittunt † aliquam partem fructuum beneficiorum, seu bonorum ecclesiarum sibi commissarum.] hæc ibi. & cum text. non distinguat inter promissionem occultam, & notoriam (vt tutior pars eligatur) dicendum videretur fore de vtraque promissione textum loquutum fuisse. Probari videtur & tertio Doctorum sententia, nam hos Canones recensuit Ioannes And. in Glo. sua super Clem. 1. § verum, in versic. eo ipso incurrãt. De hæreticis. eliciens ex ipsis, quòd ecclesia etiã iudicet de occultis. Quapropter ibidem ipse cõcludit dicens, hic patet apertè, quòd constitutio ecclesiæ militantis ligat crimen omnino occultum (quoad pœnas suspensionis, & excommunicationis) & ad suam sententiam probandam attulit prædictos Canones. idem glo. ait in d. cap. cogitationis, de pœnitent. distinct. 1. in versic. cogitationis, recenset & alios Canones, dicens ibi sunt etiam casus speciales, vbi voluntas punitur: Nam primo sola voluntate incidit quis in hæresim, argumentum in cap. ad abolendam, extr. de hæreticis. Nam eo ipso quòd quis credit hæreticis, incidit in excommunicationem, vt in cap. excommunicamus, el primo. §. credentes, versic. receptatores, aliás autem homo non punit maleficia nisi cognita, nisi inuenerit specialia. Imò Canon & lex benè punit voluntatis peccatum: vnde & repellitur à promotione ponderosus, idest, qui mente peccat, nec ad actu procedit, vt in §. hinc etenim. §. ponderosus, distin. 49. hæc omnia glossa illa: sed vt possimus perpendere an hæc sua sententia fundamento alicui vero innitatur operæpretium duxi, Canones ab ipsa citatos hic referre ad verbum. Quapropter sciendum quòd in d. §. credentes,

credentes, in versic. receptatores. hæc habentur, videlicet. [Credentes præterea, receptatores,
44 † defensores, & fautores hæreticorum excommunicationi decernimus subiacere.] hæc ibi. idem in dicto etiam §. ponderosus. hæc habentur, extracta ex pastorali Beati Gregorij Papæ cap. 11. videlicet. [Ponderosus verò est, qui turpitudinē non exercet opere, sed tamen ab hac cogitatione continua sine moderamine grauatur in mēte: qui nequaquam quidem vsque ad opus nefarium rapitur, sed eius animus voluptate luxuriæ sine vllo repugnationis obstaculo delectatur. Vitium quippè est ponderis: cùm humor viscerum ad virilia labitur, quæ profectò cum molestia dedecoris intumescunt. Ponderosus ergo est, qui totis cogitationibus ad lasciuiam defluens, pondus turpitudinis gestat in corde, & quamuis praua non exerceat opere: ab his tamen non euellitur mēte: nec ad vsum boni operis in aperto valet assurgere, quia grauat hunc in abditis pondus turpe.] hæc in d. §. ponderosus. ex his ergo patet Ioannem And. & glo. prædictam impugnasse nostram conclusionem, & contrarium tenuisse in locis citatis, quos Doctores infrascripti, sequuti fuerunt, videlicet Cardinalis Zabarella in Clem. 1. §. verum, in fine. versicu. septimò quero, an hæreticus omnino occultus. de hæreticis. Ioannes etiam, & Paulus de Eleaz. á dicto Cardinale citati, & glo. in cap. cum quis, in versic. tuo nomine, & in versic. incurris. licèt in dicto versi. tuo nomine proponat quæstionem præsentem in versic. incurris, ipsam decidit, dicens incidere in excommunicationem ratam habentem interiori motu animi, solùm percussionem Clerici percussi factam nomine suo (licèt ipso ignorante) & si exterius signis aliquibus ostendat factum sibi displicuisse. Vnde dicta glo. videbatur omnino docuisse, quòd Ecclesia, & Iudex de occultis in mente retentis criminibus iudicare possit, vt ex verbis ipsius elicitur: & sic dicti Doctores se subscripserunt sententiæ Glosæ, Ioannis And. supra allatæ: Ioannes etiam de Imola in dicta Clemen. 1. num. 38. in versi. glo. eo ipso de hæreticis, idem sentit dicens quòd licèt homo hominem de occultis omnino non possit iudicare nominatim, tamen Sanctæ Ecclesiæ tribunal de talibus nominatim non iudicat, & ideò Ecclesia (prout est collectio fidelium) tales omnino occultos ligatos per Ecclesiam militantem, habet pro solutis, seu non ligatis: sed quoad Deū & Ecclesiam militantem tales sunt ligati. Panor. quoque astipulatus fuit glo. prædicta, Ioan. And. in dicta Clem. 1. de hæretic. in versicu. eo ipso. & hoc ipse Panormitanus facit in cap. fina. de hæreticis dicens, quòd pœna ipso iure imposita afficit ipsum delinquentem quantumcumque occultum. C. ad l. Iul. maiestatis. vbi hæc habentur, videlicet. Attamen animaduertendū quòd prædictorū Doctorum sententia videtur quoque fulciri nonnullis alijs infrascriptis iuribus. Nam idem videtur probari per tex. in l. quisquis cū militibus [quisquis cum militibus vel priuatis, vel barbaris, scelestam inierit factionem, aut factionis ipsius susceperit sacramentum, vel dederit, de nece etiam virorum illustrium, qui consilijs, & Concistorio nostro intersunt: Senatorum etiam (nam & ipsi pars corporis nostri sunt) vel cuiuslibet postremò, qui nobis militat, cogitauerit (eadem enim
45 seueritate voluntatem sceleris, † qua effectum puniri iura voluerunt) ipse quidem vt potè maiestatis reus, gladio feriatur: bonis eius omnibus fisco nostro addictis.] hæc ibi. quæ reperiuntur canonizata in cap. quisquis cum militibus. de pœnit. distinct. 1. Idem videtur probari per text. in l. is, qui cum telo. C. ad l. Corneliam de siccarijs. Vbi hæc ad verbum habentur, videlicet. [Is, qui cum telo ambulauerit hominis necandi causa, sicut is, qui hominem occiderit, vel euius dolo malo factum erit commissum legis Corneliæ de siccarijs pœna coercetur.] hæc in d. l. quæ quidem omnia registrata sunt in §. item ad l. Corneliam, de siccarijs, de pœnitent. distinct. 1. Idem videtur probari per text. in cap. nuptiarum bonum. §. in coniugali. in versic. quod vt breuiter insinuaret Apostolus. 27. quæstio. 1. in quo refertur sententia Diui Augustini, in lib. de bono viduitatis, cap. 8. dicentis. [Quod vt breuiter insinuaret Apostolus, noluit eas dicere habere damnationem, quæ post amplioris sanctitatis propositum nubunt: non quia non damnentur: sed ne in eis ipsæ nuptiæ, damnari putarentur: sed cùm dixisset, nubere volunt, continuo addidit damnationem habentes, & dixit, quare: (quoniam primam fidem irritam fecerunt) vt voluntas, quæ á proposito cecidit, appareat esse damnata, siue subsequantur nuptiæ, siue desint.] hæc ibi. Ex quibus videtur quòd quis puniendus sit, pro peccato cogitationis. Probatur & quartò hac ratione, videlicet. Cùm lex ciuilis, seu imperatoria quæcunque & Pontificia ad hoc tendant, vel saltem, tendere debeant: vt homo inducatur ad virtutem (quæ in solo animo sedet) inde sequitur quòd præcipua cura Legislatoris esse debeat (saltem pœnis homines retrahere á malis, & ducere eos sic saltem ad bona opera exercenda iuxta illud vulgatissimum axioma, Oderunt peccare boni virtutis amore, Oderunt peccare mali formidine pœnæ. quod vtique expedit Reipublicæ: quod nequaquam non videretur sequi: si Iudex, seu homo homines non posset iudicare, ac punire de peccatis sola intentione, seu voluntate perpetratis. Cùm Iudex homo in iudicijs suis teneatur se conformari (vt docet Diuus Augustinus, in lib. quæst. super Iosue. quæstio. 8. cuius doctrinam tanquam optimam Diuus Thomas amplectitur in 2. 2. quæstio. 108. articu. 4. in
47 respon. ad secundum.) ac imitare † iudicium Diuinum: indè videtur, sequi veritas impugnationis, cùm & ipse Deus Iudex sit occultorum, & vltor peccatorum etiam sola cogitatione commissorum: ergo eodē modo videtur dicendum quòd homo Iudex posset iudicare hominem de occultis, ac consequenter punire eos pro criminibus, etiam sola mentis operatione perpetratis.

Attamen his in contrarium nō obstantibus adhùc fore asserendum probabitur, nostram conclusionem esse verissimam: impugnationem verò eius falsis innixam fundamentis, & vt vera nos dixisse probemus gradatim ad singula allata contra nostram conclusionem respondebimus: & primò ad authoritatem excerptā á iure Diuino: ex lib. Prouer. cap. 27. vers. 19. Respondeo, quòd illa sententia (quæ dicit, quomodo in aquis &c.) in qua corda hominum dicuntur esse manifesta hominibus prudentibus: interpretanda erit vera, nō quo ad plenam scientiam, sed quoad quandam coniecturam (prout docet Alex. de Ales, in 2. par. q. 118. memb. 1. artic. 1.) cuius virtute homo non debet

iudicare

iudicare de alterius hominis bonitate, aut malitia: & de tali punire eum, sed solùm poterit ex tali coniectura procedere aliqualis præsumptio, quapropter si iudicaret illum iudicio certitudinis, peccaret peccato iudicij temerarij: & tali pacto interpretanda erit sententia prædicta. Ad secundam respondeo (cum Alex. de Ales vbi supra.) Primò quòd coniectura solùm capitur ex indicijs exterioribus eorum, quæ latent in corde: (& secundo cum Diuo Thoma in 2.2. quæstio. 168. articu. 1. in responsione ad primum, & tertiũ) quòd motus exteriores corporis alicuius hominis sunt quædã signa interioris dispositionis: de quo motu dicebat Diuus Ambrosius in primo de officio. Thom. 1. c. 18. quod habitus mentis in corporis statu cernitur, & quòd vox quædam animi est cor
48 poris motus. † Quę enim dispositio interior pręcipuè attenditur secundum animæ passiones. Et ideo moderatio exteriorũ motuum requirit moderationem interiorum passionum. Vnde Diuus Ambrosius dicit in primo de officijs, quòd hinc scilicet ex motibus exterioribus homo cordis nostri absconditus aut leuior, aut iactãtior, aut turbidior, aut grauior, aut constantior, & purior, & maturior æstimatur; Per motus etiam exteriores alij homines de nobis iudicium capiunt, secundum illud ecclesiastici, cap. 19. [Ex visu cognoscitur vir, ab occursu faciei cognoscitur sensatus.] Ad tertiam respõdeo cum Alex. de Ales vbi supra. Primò quòd fructus dicuntur, illa iudicia manifesta, per quæ potest esse cognitio præsumptionis, non certitudinis. Secundo vel si fructus dicuntur peccata: sicut videtur dici super illud Apostoli. [Is, qui manducat, non manducantem non spernat, & qui non manducat, manducantẽ non iudicet.] Vbi dicitur, manifesta sunt, quæ nõ possunt bono animo fieri: vt sunt blasphemiæ, furta, & huiusmodi, de quibus dicitur [à fructibus
49 † eorum cognoscetis eos.] tunc de illis, & per illa iudicari permittitur. Si enim opera sunt huiusmodi, benè iudicandus est esse peccator, siue malus in corde. & rationem huius assignando Diuus Thomas in prima parte summæ, quæst. 49. artic. 1. in respon. ad primum, dixit, Diuus Augustinus, dicit in lib. 1. cap. vltimo. contra Iulianum, arborem malam, appellat Dominus voluntatem ma-
50 lam: & arborem bonam, voluntatem bonã. † Ex voluntate autem bona non producitur actus moralis malus, cùm ex ipsa voluntate bona iudicetur actus moralis bonus. Sed tamen ipse motus malę voluntatis, causatur à creatura rationabili, quæ bona est: & sic est causa mali. His ergo præmissis quoad responsionem faciendam ad auctoritates iuris Diuini, à quibus impugnabatur nostra conclusio, subsequenter respondendum erit ad singula iura allata ad impugnandam nostram conclusionem. At quoniam pro intelligentia singularum responsionum, maximè expedit memoriæ Lectoris solertissimi intimare vnicum notabile excerptum ex doctrina ferè omnium Theologorum: quod nos docuit Caietanus in Commentarijs, 2.2. q. 11. artic. 3. & 4. qui quidem Doctor infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Ad euidentiam huius dubitationis scito, quòd Glosator Clemen. 1. de hæreticis in vers. eo ipso, refert Archidiaconum disputationi hoc reliquisse, & plures affert Doctores pro parte affirmatiua quoad excommunicationẽ, affert quoquę ad hoc multa iura. Et quoniã allatorum iurium, cùm multa, quæ in principio pro se affert, tenens partem affirmatiuam indubitatam vidissem, perspexi eiusdẽ minorem perspicatiam, fultus nihilominus ratione solida, ex qua soluuntur omnes difficultates, destiti à perscrutatione iurium, & Doctorum allegatorum. Duabus igitur in hac re vtere distinctio-
51 nibus, Prima est de occulto, quod est duplex: † quoddam per se, & quoddam per accidens. Occultũ,
52 † per se est, quod ex sua ratione sibi vendicat, nõ subesse cognitioni sensitiuæ, à qua incipit humana cognitio, secundum quã Ecclesia iudicat. Oc-
53 cultũ † verò per accidens dicitur quod licèt sensui subiaceat, testem tamen, vel testes non habet. Secunda est de actu interiori, qui dupliciter exer-
54 ceri potest. † Primò solus, vt cum quis vult facere malum aliquod, vel odio habet aliquem, vel discredit, & huiusmodi solùm in corde suo. Secũdò potest exerceri, vt causa commissionis, vel ommissionis exterioris, vt cùm quis ex odio facit, vel ommittit facere aliquid extra, siue illud extra sit loquutio, siue operatio quæcunque. Ex his siquidem sumendum tibi est: quòd licèt occultissima, per accidens, & actus interiores, vt rationes exteriorum commissionum, vel ommissionum subia-
55 ceant Ecclesiæ iudicio, & censuris: occulta † tamen per se, vt sunt actus interiores soli, ab Ecclesiæ iudicio & cẽsuris aliena sunt, & ratio est quia [homo videt quæ apparent: Deus autem intuetur cor.] Et propterea Apostolus prohibet horũ iudicium dicens, 1. Cor. cap. 4. [Nolite antè tempus iudicare, quoad vsque veniat Dominus, qui manifestabit consilia cordium.] Ex his autẽ pa-
56 tet primò quòd hæreticus † perfectissimus in solo corde non est excommunicatus: nec aliarũ iuris humani pœnarum reus. Si tamen peccatũ hæresis non ratione censuræ annexæ (vt in processu annuali Romanæ Curiæ reseruatur) sed absolutè
57 esset reseruatum Papæ, † vel Episcopo, nõ posset talis hæreticus ab inferiori absolui: quoniam reseruatio non est pœna, sed negatio, vel ademptio iurisdictionis, qua superior potest, vti in quantumcumque occultis. Patet secundò, quòd si hæreticus in corde, exteriori aliquo opere, vel verbo peccatum suum exequatur, seu dicat, statim est excommunicatus, etiam si nullus audiat, videat, aut quomodolibet percipiat, nisi ipsemet: quia tunc hæresis peccatũ non nisi per accidens est occultum Ecclesiæ. Per se enim habet vnde posset ab Ecclesia sciri, quia est peccatum exterius. Et propterea oportet confessores inquirere, cùm pœnitentes tępidi in fide (qui victi tentationibus, cõsentiunt contra fidem) occurrũt. An etiam secum solus ore protulerit infidelitatem suam, quando in illis erat. Patet tertio, quòd cùm prohibetur inquisitoribus, quòd odio, vel amore &c. nõ om-
58 mittant procedere contra hæreticos † sub excommunicationis latæ sententiæ pœna: non excõmunicatur actus interior solus, sed actus exterior, puta, impositio, vel ommissio ex interiori odio, vel amore procedens: & simile est in alijs, & in hoc videtur decepta Glosa allata, quia non distinxit inter cor solum, & cor, vt rationem extrinseci: nec inter occultum per se, & occultum per accidens vt nos fecimus. hæc omnia nos docuit Caietanus, vbi supra, cuius doctrinæ se subscripserunt Syl. in versic. excommunicatio. 7. §. 1. circa finem. & Cardinalis à Turrecremata, in cap. si quis non dicam,

de

de pœnit. distinct. 1. articu. 2. per totum, suppresso tamen nomine Caietani Nauarrus in d.c. cogitationis, num. 8. de pœnit. distinct. 1. citato nomine Caietani: & Couarruuias, locis supra citatis, in probatione præsentis cõclusionis. His ergo præmissis quam facillima erit responsio ad iura allata à Glo. Ioannis And. & à reliquis Doctoribus & alijs citatis, ac recensitis supra in fauorem sententię ipsius Glossæ, vt procedamus gradatim respondendo ad singula iura ipsa. Respondemus ad primũ Canonem allatum, in Clemen. 1. §. quia verò, in versic. nos eorum de statu Monachorum dicendo, quòd ipse text. nihil probat contra nostram conclusionem, cùm ex verbis ipsius eliciatur, quòd is, solùm talis excommunicationis vinculo innodetur, † qui copulatiuè duas actiones exercet, quarum altera est interior, altera verò exterior: interior, videlicet intentio, seu voluntas nocendi suis prælatis, aut Monasterijs: exterior, actio est curias ingrediendi hoc animo. Quapropter eruditissimè quidem dicunt Doctores infra statim citandi, quòd ad incurrendam talem excommunicationem duo necessariò insimul concurrere debent, altero quorum non concurrente, nemo innodatur tali vinculo excommunicationis supradictæ: Indè ergo sequitur, quòd verùm non sit, quòd eliciatur ex d. Canone quòd Ecclesia Sãcta, seu forus ecclesiasticus possit punire ac vincire pęna spirituali, aut temporali aliquem, pro delictis omnino occultis, scilicet sola cogitatione perpetratis. Cùm ergo Doctores infra citãdi dixerint, quòd possit prædicta punire & ligare, sunt glosandi (prout ex ipsorum verbis ibidem elicitur, scilicet, eos intellexisse de actibus interioribus, exercitis cum actibus exterioribus, qui actus dicendus erit occultus per accidens, & non occultus per se, vt docuit Caietanus & reliqui supra citati Doctores, quod ex illis verbis eorũ elicitur, videlicet: Duo necessariò copulatiuè sunt concurrenda, vt quis in talem Canonis pœnam incidat, videlicet actus interior, scilicet intentio nocendi Prælatis, vel suis Monasterijs: & actus exterior, scilicet, ingressus dictarum Curiarum factus sine licentia, comitatus à tali intentione nocendi prę latis, vel suis Monasterijs: & sic patet infrascriptos Doctores talia sentientes nihil voluisse contra nostram conclusionem, si eorum mentes ac verba, iustè librentur. Doctores ergo talia asseuerantes, fuerunt infrascripti, videlicet. Glo. in dicta Clemen. 1. §. quia vero, in versi. eo ipso, Cardinalis Zabar. Petrus de Anchara. Ioannes de Imola, & reliqui Canonistæ ibidẽ Cardinalis Caietanus in summula sua, in versic. excommunicatio cap. 61. Sylvester in versic. excommunicatio nono, §. trigesimo septimo, est in Clem. 1. de statu Monach. Nauarrus cap. 27. num. 138. in versic. trigesima sexta, est, in Clem. ne in agro.

Ad secundum Canonem allatum respondetur quòd nec ipse aduersatũ nostræ cõclusioni, Cùm ex verbis ipsius eliciatur solùm talem excommunicationis sententiam latam fuisse pro ommissione, seu contra ommittentes exequi opere exteriori tale præceptum: & nõ simpliciter pro peccato ommissionis penitus in corde perpetrato, & nõ manifestato aliquo exteriori signo tam circa ommissionem, quàm circa contrariam commissionẽ, cùm facere conscientiam † de soluendis debitis decimis teneantur opere exteriori: vt patet ad sensum. Quapropter meritò dixit Cardinalis Zabarel. in versic. quæro, quòd punit eos, qui scienter ommiserint. Infrascriptis vtitur. quæro in eo quòd punit eos, qui scienter ommiserint in prędicationibus informare vt hic aliquid si ignoranter, vel per obliuionẽ. soluit Paulus, quòd tunc secus, dicens, quòd etiam tunc tantum tenentur, cùm fuerint requisiti. hæc ibi. Idem docet ibidem, in versic. septimò not. Ancharanus: & ibidem Ioannes de Imola num. 12. in versic. glo. hoc extendit, ex quorum dictis habetur, quòd præcipiatur sub pœna Ecclesiastica actus omnino exterior, scilicet, facere conscientiã de soluẽdis decimis, idest præcipere cõfitentibus, & ijs, qui congregantur audire verbum Domini, solutionem decimarum, qui quidem actus exerceri non potest, sola mente, sed exteriori opere: Nam vt benè docuit Syl. in versicu. excommunicatio 9. §. 45. & §. 46. tria requirũtur insimul, vt quis huic pęnæ subiaceat: Primum, quòd præsumat aliquid asserere in suis sermonibus ea intentione, vt à solutione decimarũ retrahantur homines. Secundum, quòd dictæ decimæ sint debitæ alicui Ecclesiæ, & non priuatis hominibus. Tertium vt talis sermo fiat coram ijs, qui decimas soluere tenentur. Vno autem horũ trium non concurrente: non est locus tali pœnæ. Idem senserunt Caietanus in sua summula in versicu. excommunicatio, cap. 65. & 66. Nauarrus in suo manuali, cap. 27. nu. ... tit. de excommunic. Clementina nemini reseruatis. §. 44. & excommunicatio 45. Ex his ergo patuit non fuisse latam talem excommunicationem pro crimine omnino occulto.

Ad tertiam auctoritatem ex cap. 1. de scismaticis in sexto, allatam: Respondeo, quòd idem ferè dicendũ esset, quod in superioribus diximus. Nec obstant mihi illa verba in dicto Canone inserta, videlicet. [Habuerit, & tenuerit scienter & deliberatè ipsos Iacobum, & Petrum pro Cardinalibus.] Non inquam, obstant: cùm non sint intelligenda ita strictè, quòd si quis eos tenuerit in corde pro Cardinalibus nullum penitus signum exterius de hoc demonstrando, quòd incidat in excõmunicationem: tum quia odia sunt restringenda & fauores ampliandi, vt in cap. odia. de reg. iu. in sexto, & quòd in obscuris quod minimum est, sequendum est, vt in cap. in obscuris, de reg. iur. in sexto, & quòd in pœnis benignior interpretatio sit facienda, vt in cap. in pœnis, de reg. iur. in sexto. Imò, & quòd maius est, adest optima regula, quæ elicitur ex c. intelligentia, & in cap. propterea, extra de regul. iuris. & ex cap. certum est, de regul. iur. in sexto, & ex l. non dubium. C. de legibus, & Senatusconsul. quòd standum erit potius menti Legislatoris in aliqua lege interpretanda, quàm verbis ipsius, vt ipsemet Ioannes Andreas docuit & quàmplurimi in dicto cap. certum, de regul. iur. in sexto, quos retuli supra, loco citato, Quapropter modò breuiter dico, quòd ex tribus colligitur mens † vniuscuiusque iuris, & Legislatoris. Primũ quorum est, si sensus proprius contineret iniquitatem. Secundum quando ratio legis repugnat sensui verborum, nã ratio legis est mens legis. Tertium si communis vsus loquendi repugnet propriæ significationi, tunc enim mens legis est, vt intelligamus eam secundũ communem vsum loquendi licèt sit improprius. Cũ ergo omnia hæc tria (ex quibus, diximus, colligi mentem

mente'n Legislatoris) concurrant in casu nostro.
Inde sequitur dicta verba in dicto Canone intel-
ligenda fore secundum mentem Legislatoris, &
non ex sonitu nudo ipsorum verborum; & quòd
Legislator noluerit intelligere de solo interiori
actu ipsius tenentis, vel habentis illos pro Cardi
nalibus, sed pro actu interiori associato sibi actu
aliquo exteriori ipsius tenentis, vel habentis illos
pro Cardinalibus. probatur per primum modum
allatum ad cognoscendum quæ sit mens Legisla-
toris in aliqua lege, scilicet quando proprius sen
sus contineret iniquitatem: & quòd si interpreta-
tio talium verborum in dicto Canone contento-
rum esset facienda secundum proprium sensum,
contineret iniquitatem, probatur eo quòd indè
Summus Pontifex voluisset iudicare de cordis co
gitationibus: cùm nemo debeat puniri non præ-
uio iudicio, & sic voluisset præsumere attentare
id, quod solius Dei est, scilicet, iudicare occulta
cordium humanorum, quod tamen Summũ Pon-
tificem non posse de iure facere multis iuris Diui
ni, ac Põtificij supra fuit probatum. Vt ergo hoc
absurdum remoueatur, dicendum erit nobis, Sũ-
mum Pontificem ibi loquutum fuisse de eo, qui
teneret & haberet actu aliquo exteriori illos pro
Cardinalibus, ipsis fauendo, reuerentiam exhi-
bendo tam personaliter, quàm per litteras, prout
fieri cõsueuit circa personas aliorum Cardinaliũ.
Idem probatur ex secundo modo allato, & ratio
patet, quoniam ratio ipsa repugnat sensui verbo-
rum, vt paulò ante diximus: ex tertio modo etiã
hoc elicitur, quia cõmunis vsus loquendi hoc nos
docet: Nam non is solùm dicitur, aliquem babe-
re, seu tenere pro prælato, qui ipsum corde cre-
dit prælatum esse, verum etiã, & is qui illum re-
ueretur vt prælatum, ei obtemperat in omni-
bus, in quibus tenetur, iuxta præceptum Aposto
li dicentis. [Obedite Præpositis vestris, & subia-
cete eis.] & alibi. [Qui potestati resistit, Dei or
dinationi resistit. Qui autẽ resistunt, ipsi sibi dam
nationem acquirunt.] Ne ergo tot absurda in-
de oriantur, interpretanda erunt dicta verba in
supradicto Canone inserta, quòd in talem Cano
nem incidat, quicunque actu aliquo exteriori te-
net, aut habet tales pro Cardinalibus. Nec præ-
senti nostræ interpretationi, ac sententiæ obstat
Glo. (alioquin maximæ auctoritatis) in d. cap.
2. de scismaticis in sexto. in vers. habuerit. dicẽs,
nota casum, in quo punitur deliberata cogitatio:
cùm aliàs cogitationis pœnam nemo mereatur, vt
in cap. cogitationis, de pœnit. distinctio. 1. quam
glosæ sententiam sequuntur ibidem Archidiaco-
nus Ioannes And. Ancharanus, & Geminianus.
Non obstat inquam nostræ responsioni, & cõclu
sioni sententia glosæ & prædictorum Doctorum;
Cùm talium omniũ sentẽtia sit intelligenda cum
grano salis: idest, eos loquutos fuisse de eo, qui
aliquo signo, aut nutu exteriori talem cogitatio-
nem propalauerit, licèt per accidens nemo ani-
maduerterit tale signum, aut nutum exteriorem:
puta, in casu nostro, si quis aliquod obsequium
talibus Cardinalibus, licet occultum, & a nemi-
ne cognitum, exhibuisset: & huiusmodi (vt pau-
lò antè diximus) & vt nos vera protulisse omni-
bus pateat, exemplum in simili afferamus. Om-
nes Doctores (velint, nolint) oporret eos fateri,
quòd primo credere, seu tenere id, quod tenen-
dum docuit sancta mater Ecclesia. Opus est om-
nibus, & secundo actus credendi sit actus interior
ipsius hominis, & non exterior, dicente Aposto-
lo Rom. cap. 10. versicu. 10. [Corde enim credi-
tur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salu-
tem.] Cùm ergo credere, tenere, & babere, quo
ad hunc sensum videantur synonima, & sint actus
cogitationis, seu cordis, & non sit actus extrinse-
cus, seu actus exterioris operis: indè fit, quòd eo-
dem modo hi termini omnes erunt sumendi; &
interpretandi: At cùm credentes hæreticis sint
excommunicati. Inde sequitur, vt videamus quo-
modo intelligant Doctores aliquem credere hæ-
reticis: ita vt hac de causa excommunicationem
incurrant, eo magis quòd actus credendi sit inte
rior & imperceptibilis ab homine. Quapropter
sciendum quòd à Doctoribus infrascriptis, is di-
62 cetur † credere hæreticis (vt includatur in dicta
pœna excommunicationis) qui nõ solùm credit,
ac corde tenet vera esse, quæ doctus ipse fuit ab
hæreticis: quod quidem pertinet ad actum inte-
rioris hominis, verùm etiam vltra huiusmodi cre
dulitatem, ore proprio fateatur se eorũ dicta cre
dere, etiam opere ipso, exteriori vestigia sequen
do. Doctores autem hoc asseuerantes, sunt infra-
scripti, videlicet. Archidiaconus in dicto cap. 2.
col. 2. in versic. credentes, de scismaticis in sexto.
Ioannes Andreas ibidem col. 2. in versicu. secun-
dum Archid. sequens sententiam Archidiaconi,
& Ioannes de Ana. in cap. excõmunicamus, el se-
cundo, §. credentes, colum. 4. in versic. vltimò po-
test hic dubitari, extra de sentent. excommunica
tionis: qui (tanquam veram sententiã Archidia-
coni) & ipse amplectitur: sed quoniam sententia
Archidiaconi est notatu dignissima, & memoria
comendanda, vt sciatur, appellatione credentiũ
hæreticis, qui veniant: & quod tali iure non fue-
rit punitus actus tantum interior, iuxta id, quod
tot iura supra allata, nos docuerunt, & nouissimè
Sacrum Concilium Tridẽtinum, in Sess. 24. de re-
formatione, cap. 1. his verbis, videlicet. [Verùm
cùm Sãcta Synodus animaduertat prohibitiones
illas propter hominum inobedientiam iam non
prodesse, & grauia peccata perpẽdat, quæ ex eis-
dem clandestinis coniugijs ortum habent, præser
tim verò eorum, qui in statu damnationis perma
nent: dum priore vxore, cum qua clam contraxe
runt, relicta, cum alia palàm contrahunt, & cum
ea in perpetuo adulterio viuunt, cui malo cùm ab
Ecclesia (quæ de occultis non iudicat) succurri
non possit, nisi efficacius aliquod remedium adhi
beatur.] hæc ibi. Ex quibus patet veritas illatio-
nis: quæ nihilominus (vt clarius elucescat) sin
gula verba ipsius Archidiaconi, quẽ prædicti Do
ctores sequuntur, hic afferre studebo. Sciendũ er-
go quòd Archidiaconus, vbi supra, infrascriptis
vtitur verbis, videlicet. Illi dicuntur credentes hæ
reticorum, qui ore proprio dicunt se credere er-
roribus eorum. ad hoc, de pœniten. distinctio. 1.
cap. potest fieri, in versic. quid ergo &c. ibi de se
fatentur, & in cap. in actione. 23. quæstio. 4. cap.
Deus, qui. Ad hoc de consecr. distinctio. 4. cap.
cùm pro paruulis. vbi dicitur quòd vniuscuiusque
propria voluntas in confessione demonstratur, &
tales hæretici iudicantur supra eod. cap. excõmu-
nicamus, el secundo in fine. hæc ille loquens de
credentibus, manifestantibus, hanc suam creduli
tatem ore proprio: sed de manifestantibus credu
litatem non ore, seu voce, sed alio signo exteriori
subdidit:

subdidit ibidē immediatē, infrascripta verba, videlicet, indubitatū est,& ꝓbatione nō eget: q.n. adorauerūt, reuerentiā suo more exhibuerint,cō solationem, vel communionē ab hæreticis recepe rūt,vel cōsimilia pertractāt,quę ad ritū eorū ptinēt,credētes merito debet dici: Nā factis præsumitur de affectu,vt in c.qui viderit mulierē ad cōcupiscendā eam. 32.q.5. Nā plus est facto, quām verbo aliquid facere arg.sup.De appellationibus. c.dilecti,nec refert,an quis voluntatem suam verbis exprimat,an factis.ff.de leg.l.de quib. Ad idē, quod legitur & notatur, 20.q.1.c.quem progenitores: Nam negare, & confiteri possumus nō solùm verbis, sed etiam factis, vt peroptimè docuit D.Hieronym.in Epistola ad Titū,c.1.in extremo, & hr in c.existimant quidā.11.q.3.& hoc dico de his factis,in quibus error exprimitur (sicut supra exēpla pòsui) de his, quę ad ritū pertinent.Verū si quis eos visitauit,alimoniā dedit,ducatū prestitit,& similia fecit,in quibus nihil de ritu eorū expressum ostenditur,nō credo, ꝙ possint credentes iudicari: Nā hęc fieri assolent pecuniæ interuentu: secus si prius fuissent lapsi, & postea ista facerent,vt in c.accusatus.§.ille quoq;. de heret.in sexto.Et cùm dicat tex.in c.excōmunicamus, el 2.§. fin.ext.de hæret.non simpliciter credētes,sed credentes corū erroribus,necesse arbitror aliquid erroris in eis videndū deprehendi: Hęc oia Archid. quæ sunt & optima quidē cui se subscripserunt Io. And.& Io.de Ana.vbi sup. Ex quibus apertissimè probatur,ꝙ Ecclesia Sancta non liget aliqua pœna ecclesiastica aliquem pro actu solo interiori,& licèt excommunicet credentes hæreticis, tñ illos intendit ligare,qui non solùm actu interiori illis credunt, sed copulatiuè, & actu exteriori,vt docuerunt prædicti Doctores.Et quoniam actum æquè interiorem patet,esse aliquem habere,vel tenere pro Cardinali, nisi talis actus interioris aliquod signū prodat in publico, scilicet verbo, aut opere aliquo æquipollente verbis, nullatenus incidit in excommunicationē latā cōtra tenentes, vel habentes illos pro Cardinalibus,arguēdo a simili.His ergo pmissis, quàm facillimè satisfaciemus auctoritati glosę prędictæ in d.c. 1.de scisma ticis in sexto,in vers.habuerit.ipsam interpretando ẜm ea, q paulò antè attulimus ex ipsa. Quapp animaduertendū est ꝙ d.gl.est eiusdē Io. And.cuius snīa est illa,quā sup. attulimus cōcordantē dictis Archidiaconi. Cū ergo sit vtraq; snīa ipsiusmet Io.And.alterū,ex his duobus opus nobis erit fateri,s.aut asseucrare ipsum Io.And. sibimet fuisse contrariū, ꝙ de tāto Doctore nō erit psumendum:aut ipsum in glo.d.c.1.de scismaticis in sexto,loquutū fuisse de eo,qui mēte tenuerit,aut habuerit illos pro Cardinalibus,& aliquibus signis, aut verbis occultè prolatis mentē talē declarauerit (vt sup.diximus & nos) quā mentē ipsemet ꝓpalauit in d.c.2.de heret.in sexto, sequēdo snīam Archidiaconi dicētis, ꝙ credēs hęreticis (quoad incursum excōicationis) dicēdus aliquis nō esset, nisi is,qui id patefaceret verbis,aut operibꝰ, hoc de sui natura denotantibus. Vnde patet Io. And., tā in Clem.1.in glo.in vers.eo ipso.de heret.quàm in glo.d.c.1.in vers.habuerit. de scismaticis in sexto,loquutū fuisse de actu interiori,cui comitetur actus exterior occultus,vt sępius diximus. & hoc modo sunt interpretandi Pet. de Anch. & Dominic.à Sācto Gemin. qui in d.c.1. de scismaticis in sexto, simpliciter se subscripserunt snīæ d.c. gl.in d.c.1.quod & ipsimet Docto. docuerunt eo ipso, ꝙ in d.c.2.de hæret.in sexto.quàm libentissimè se subscripserunt sententiæ ipsius Archidiaconi ferè ad verbum: & sic Deo dāte dissoluta est impugnatio tertia,qua nřa cōclusio videbatur labefactari.

Ad quartum Canonē allatū cōtra nřam cōclusionem quamfacillima et it responsio dicēdo, ꝙ imò nostra cōclusio, quoad ẜm ipsius mēbrum per dictū Canonē probetur: nō aūt quoad primū, quia de materia ipsius nullū penitus fit ibi verbū, vt patet ad sensum cùm d.tex.loquatur solùm de actione exteriori prohibita sub tali pęna, licèt fieret secretissimè, ita vt per accidens non posset probari: non autem loquatur de interiori actu hominis, vt ex contextu verborum dicti Canonis apparet manifestissimè.Quapropter patet dictam Glosam, Io. And.in d.Clem.1.in versic.eo ipso.de hereticis.citasse hunc Canonem, vt clarius demonstraret se ibi voluisse subscribere nostræ conclusioni.quamuis in principio dictæ glosæ in dicto versic.eo ipso, ipsum voluisse contrarium insinuare arbitrati fuerint nonulli Doctores,non animaduertentes, quòd aliquando Doctorum,vel Canonum decisio debeat interpretari potius ex mente, quàm ex sonitu simplici verborum in eorum decisione contentorum, vt latius in quæstio. de extensione legum pœnalium erit sermo habendus: eò magis ꝙ hanc nostram responsionem veram, ac germanam esse elicitur etiam à sentētijs Doctorum(in d.cap. vbi periculū.§.nulli.de elect.in sexto) dicentium, quòd etiam secreta alloquutio facta talibus Cardinalibus sine licentia, punitur pœna excōicationis, ipso facto incurrendæ, & tñ nulli dubium esse pōt,quin talis secreta alloquutio sit actus extrinsecus,qui de sui natura probabilis est, licèt (vt diximus sup.per accidens non possit probari.

Ad quintā iuris allati auctoritatē idē prorsus erit respondendū, ꝙ diximus in rñsionem ad quartā præcedentem Canonis auctoritatem cùm militet eadem ratio, vt patet ad sensum, vnicuique bene libranti verba vtriusque Canonis.

Ad sextā Canonis allati auctoritatē eadē responsio cōuenit, quæ ad quartam, cùm in dicto Canone nulla fiat mentio de actu interiori hominis, sed solùm de actu exteriori hominis: quamuis secretè facto, vt in littera d.Canonis hr, & sic vř frustra d.Canō allatus cōtra nřam cōclusionē: licèt & cōcedamus Io.And.afferēdō(vbi sup.) ipsum in probationē snīæ suæ voluisse tacitè nobis referare mentē suā: declarando se noluisse ibi aliquid contra nřam cōclusionē afferre. Ex his ergo patet ẽt responsum ad omnia illa, quæ fuerunt allata post dictos Canones ad eorum corroborationem: nec non & ad id, quod esset respondendum ad ea, quę afferūtur supra in corroborationem iurium subsequentium, quibus videbatur probari impugnatio nostræ conclusionis supra allatæ.

Ad septimam auctoritatem allatā contra nřam conclusionē rñdetur idē prorsus, ꝙ fuit rñsum, ad primā auctoritatē iuris pōtificij allatā cōtra nřam conclusionem, cùm militet eadē rō in vtraq; eo ꝙ duę infimul actiones ibi ꝓhibeanť sub excōicatione incurrēda, quarū altera est interior, ꝙ elicit ex illis verbis (sup.relatis) videlicet [Pro eo, ꝙ rogati, aut aŀs inducti, eū, ꝓ quo rogabantur, seu inducebātur, eligere noluerūt.] quali dicceret hac intētione,&c. Exterior verò [eligere

 noluerunt.]

noluerũt.] idest, desistẽdo ab hoc actu electionis debito, & faciẽdo aliũ actũ exteriorem eligendo (hac sola de causa cõtra debitũ iustitię) eũ, quẽ eligere nõ debuerãt. Ex quib. patet, ꝙ in d. Canone nõ fuit punitus solũ actus volũtatis interior, verũ ẽt & alius actus exterior, vt peroptimè docẽt oẽs Doctor. ibidẽ. Attamẽ idipsum elegantius docuit Caiet. in sũmula sua, in vers. excõmunicatio. c. 34. vbi infrascriptis vtit̃ verbis, videlicet. Vbi aduerte, ꝙ ad incurrendũ hũc Canonẽ requirit̃, Primò ꝙ fiat actus grauaminis per sponsiũ, vel ꝓsequutionem iniustã. Secũdò, ꝙ istud grauamẽ inferat̃ ex d. causa, partim affirmatiua, s. ꝙ fuerint rogati, seu impulsi, & partim negatiua, scilicet, ꝙ nõ elegerũt illũ. Tertiò, ꝙ inferatur cõtra aliquẽ ex quinq;, scilicet, cõtra ꝑsonas electrices ecclesiasticas, vel cõsanguineos eorũ, vel ipsas Ecclesias, Monasteria, vel cętera loca pia. hæc Caiet. vbi sup. Ex qbus patet fulminatã nõ fuisse excõmunicationẽ pro simplici peccato interiori, sed ꝓ vtroq;, scilicet pro actu interiori, eorũ prauę volũtatis, & exteriori, negatiuo, idest pro electione nõ facta in persona alicuius, qui tamen erat de iure debitus.

Ad Octauã auctoritatẽ allatã, fuit responsũ tacitè per ea, quę fuerũt producta in responsionẽ ad quartã auctoritatem, vide ibi, cùm eadem prorsus militet ratio in vtroque iure, ac cõstitutione, vt ex verbis vtriusque patentissimè probatur.

Ad nonã auctoritatẽ allatã, idẽ respõdendũ erit, ꝙ diximus in respõsionẽ ad tertiũ, & quartũ Canonẽ, vt ex verbis dictorũ iuriũ patẽtissimè elicit̃.

Decimę auctoritati citatę fuit satisfactũ, p ea, q̃ ꝓducta fuerũt in respõsionẽ factã ad tertium, & quartũ Canonẽ: cùm militet eadẽ rõ in vtrisque.

Ad vndecimã iuris auctoritatẽ rñdet̃ eadẽ forma verborũ, qua vsi fuimus rñdẽdo ad tertiã, & quartã auctoritatẽ, cũ eadẽ ꝓrsus militet rõ in vtrisq;

Duodecimæ auctoritati similiter fuit satisfactũ per allata in respõsionẽ ad tertiã, & quartam auctoritatẽ adductã supra, cùm eadẽ militet ratio.

Ad 13.14.15.16.17.18. & 19. auctoritates iuris põtificij allatas cõtra nr̃am cõclusionẽ. Respõdet̃ quã breuissimo sermonis periodo, ꝙ allata in respõsionẽ ad tertiã, & quartã auctoritatẽ iuris Põtificij satisfecerũt oĩbus ambiguitatibus quę oriri poterãt in ipsis. Cũ indè eluceścerit, ꝙ d. auctoritates loquant̃ in terminis secũdi mẽbri nr̃ę conclusionis, & ꝙ Io. And. qui pręcitatos Canones in sui fauorẽ attulit in Clem. 1. in vers. eo ipso. de hæreticis. (ꝙ & probauimus ẽt auctoritate ipsiusmet Io. And. (in c. 2. de scismaticis, in sexto.) sequutus fuit sñiam Archidiacono. ibidẽ, cuius verborũ seriẽ retuli sup. in respõsione ad secundã auctoritatẽ allatam contra nostram conclusionem. Vide ibi.

Ad vigesimã auctoritatẽ fuit rñsum per allata in respõsionẽ ad secundã auctoritatẽ iuris. Vide ibi.

Vigesimæprimę auctoritati volẽs satisfacere (vt teneor) dico, ꝙ d. tex. nõ obstat nr̃ę cõclusioni: vt benè elicis ex gl. in eod. c. in vers. ad opus, infrascriptis verbis vtẽte, videlicet. Ex hoc vr̃, ꝙ occultum peccatũ impedit promouẽdũ, sed cõtra. arg. in c. Sacerdotes, dist. 50. quia latentia peccata non habẽt vindictã quoad Ecclesiã militantẽ, vt 32, q. 5. c. Christiana. & 32. dist. c. erubescãt, ꝙ & clarius, interpretãdo dictũ tex.) Cardin. à Turrecremata in d. c. hinc etenim, dist. 49. in fin. proponit. n. hanc quæstionẽ. infrascriptis vtẽs verbis, videlicet. Sed surgit hic quæstio, quare iste repellitur, qui tantũ in corde polluitur, & ab exteriori actu vacuus reperit̃, cũ cogitationis pęnã nemo patiat̃, vt de pęnit. dist. 1. c. cogitationis. Et latẽtia peccata nõ habeant vindictã quoad Ecclesiã, vt in c. Christiana, 12. q. 5. c. nouẽ, 2. q. 1. c. cõsuluisti, 5. q. 3. c. sicut. in fi. & c. tua, ex. de simonia. respõdet̃ dupliciter. Primò, ꝙ iste nõ tm̃ repellit̃ ꝓpter cogitationẽ, sed potius, quia nõ adimplet pręcepta. Nõ. n. sufficit abstinere à prohibitis, nisi cõpleantur mãdata, vt in c. sicut, dist. 47. & c. in iustũ, 11. q. 3. & c. non est, 23. q. 5. Secũdò respõdet̃, & verius, ꝙ iste talis, & quicunq; est in peccato mortali, ẽt sola volũtate, indignus est ꝓmoueri, & ei interdicit̃ ne offerat Dño, vt in c. Sacerdotes. 1. q. 1. sed si se ingesserit, nõ poterit repelli, cũ eius lateat peccatũ, Sacerdos quãuis peccator, dũ alias vsum clauiũ habeat põt soluere & ligare, sed dr̃ hìc nõ posse diluere aliena peccata: qa nõ dignè, & sic peccat sacramẽta ministrãs irreuerẽter, cũ Sãcta tractet culpa pollutus is, q dẽt esse Sãctus, vt in lib. Leuit. c. 19. ver. 2. [Sãcti estote, qm̃ ego Sãctus sum.] Sancti. n. esse dẽnt, q ꝑsonã Dei gerũt in officio sanctitatis. hęc oĩa Cardinalis ille, ex qbus patet, ꝙ tex. in d. §. põderosus nõ cõtradicit nr̃ę cõclusioni. Quapp tali pacto erũt interpretãdi infrascripti Docto. asseuerãtes, ꝙ ex d. tex. eliciat̃, ꝙ lex puniat peccatũ volũtatis, ꝙ est tm̃ mẽte cõceptũ, & ꝙ ex hoc ꝓbet̃, ꝙ hęreticus quãtuncũq; occultus sit excõicatus, prout notat̃ in c. cogitationis, de pęnit. dist. 1. Doctor. hoc dicẽtes, inquã, infrascripti sũt, videlicet Archid. Gemin. & Prępositus Alexãdrinus in d. c. hinc etenim. §. põderosus, & ꝙ sint interprętãdi, Doctor. tali pacto. Probat̃ primò, hac rõne, videlicet. qm̃ alias ipse Archid. sibimet cõtradiceret, eo ꝙ in c. 2. de hęret. in sexto. (quẽ Io. And. ibidem sequit̃) docuit, ꝙ licet p tex. in c. excõicamus, el 1. ext. de hęret. excõicentur credẽtes hęreticis, tñ nisi qs aliquo signo exteriori, aut verbo ostẽderit se credere hęreticis, nullatenus incurret talẽ excommunicationẽ, vt latius retuli sup. in rñsionẽ ad secũdã auctoritatẽ iuris Põtificij, allatã cõtra nr̃am cõclusionẽ.) Nã aut sua sñia ibi fuit vera, qua dixit, pęnę excõicationis nõ subijci credentẽ hęreticis, nihil facto, vel verbo exterius demõstrantẽ, ac per cõsequẽs, q nemo puniatur pęna ecclesiastica ꝑp solũ cogitationis peccatũ: aut eius sñia erit vera, in d. §. ponderosus, vbi contrariũ docuit dicẽs, quę sup. retuli, sed qa ipse Archid. fuit doctissimus vir. Iccircò nõ audẽs asserere, ꝙ in dictis suis adsie cõtradictio, interꝑtabor eũ sic, s. ipsũ voluisse nos docere in d. §. põderosus, idẽ ꝙ in d. c. 2. d hęret. in sexto, & ideo dixit, ꝙ lex punit peccatũ in mẽte solũ cõceptũ, hoc intelligẽdo secũdũ subiectã materiã, de qua agebat̃ in d. c. s. de accedẽdo ad ordines suscipiẽdos, ĩ peccato mortali: cũ tũc qs sit indign⁹ tali sacramẽto, & sic puniat̃ tali, s. ꝓhibitione sibi facta à iure ne accedat, ne si sic indignè sũpsetit, sibi iudiciũ dãnationis sumat. Nec obstat, ꝙ ipse statim subsequẽter dixerit, & sic ex hoc ꝓbat̃ ꝙ hęreticus quãtuncũq; occult⁹ est excõicat⁹. Nã potius indè nr̃a interpretatio ꝑdicta elicit̃, eo ꝙ noluit Archid. vti his verbis, videlicet ꝙ hęreticus mẽtalis sit excõicatus, sed ꝙ hęretic⁹ quãtuncũq; occultus est excõmunicatus, nã sciebat ipse, ꝙ hæreticus mẽtalis pure, idest, qui suã hæresim nõ protulit aliquo verbo, vel signo exteriori, non incideret in excõmunicationẽ, qm̃ alias fuisset sibi cõtrarius. Cũ tex. aptissimus sit in c. excõmuni-

camus,

eamus,el 2. in fi.ext.de heret.his verbis cōtentus, videlicet.[Credētes aūt eorū errorib⁹, hereticos simil'r iudicamus.] Et tex.in c. excōmunicamus, el 1.§.credētes,ext.de heret.hęc statuit,videlicet. [Credētes ꝑterea,receptatores,defensores,& fautores hereticorū excōicationi decernimus subiacere.] & sic oēs credētes hereticis erūt heretici, & tñ nō oēs heretici sint excōicati,sed solū hi,qui hoc patefacerēt verbo, aut facto aliquo, vt ipsemet Archid.à me sup.relatus docuerat; Quapp pu to ꝙ cōsultò ibi vsus fuerit hac forma verborū,scilicet,ꝙhereticus quātuncūq; occultus,sit excōicatus,docēs nos modò loq; de heretico nō mētali,i. occulto ꝑ se, sed de heretico occulto per accidēs, idest,de eo,qui verbo, vel aliquo signo exteriori expressit heresim mētalē & occultā per se, & hoc modo erūt interpretandi ēt alij Doctores sui sequaces,& ꝙ hęc vera sit interpretatio d.fnię.Probatur,& secūdò per ea,q̄ habenť in iure, & faciūt optimè ad declarationē d.§.pōderosus. Sciēdū ergo,ꝙ hoc nos quoq; docuit Alex.III in c.ex teno re.ext.de tēp.ord.vbi hęc habenť,videlicet.[Ex tenore tuarū litterarū accepimus, ꝙ N. Clericus adeò deliqt,ꝙ si peccatū eius esset publicū degradareť ab ordine, quē suscepit, & amplius nō posset ad superiores ordines ꝓmoueri. Verū,qm pec catū ipsius fore occultū dixisti,mādamus quatenus pęnitētiā ei cōdignā imponas, & suadeas,vt parte pęnitētię pacta, ordine suscepto vtať, quo cōtētus existēs,ad superiores amplius nō ascēdat: Verūtamen,q2 peccatū occultū est,si promoueri voluerit,eū nō debes aliqua rōne prohiberē.]hęc ibi.Idē probať ꝑ tex.in c.fi.ex.de tēp.ord. in quo Gregor.IX. infrascriptis vlus fuit verbis,videlicet [Quęsitū est de sacerdotibus,vel alijs clericis,qui per reatū adulterij,periurij,homicidij,vel falsi testimonij,bonū cōscīetię rectę ꝑdiderunt, & infra. Respondemus,ꝙ si ꝓposita crimina,ordine iudiciario cōprobata,vel aliàs notoria nō fuerint,non debēt hi,pręter reos homicidij, post pęnitētiā in iā susceptis,vel suscipiēdis ordinib.impediri:qui si nō pęnituerint,monēdi sūt, & sub interminatione Diuini iudicij, obtestādi, vt in testimoniū suæ dānationis,in susceptis ēt ordinib⁹nō ministrēt.] hęc in d.Canone:Ex q̄bus patuit dictū tex.in §.pōderosus,nullatenus aduersari nrę cōclusioni, ac ꝑ cōseqūēs,nec d.Docto.citatos.his ergo pmissis in respōsionē eorū,quę dicunť à Io.And. in d.Cle.1. §.verū.glosat.in versi.eo ipso.de heret. & à gl.in c. cogitationis.de penit.dist.1.superest modo, vt ad alios Docto.citatos sup.cōtra nrām cōclusionē respōdeamus. Quapp respōdendo ad Cardinalē Zabarel.vbi sup.dicentē,ꝙ Ecclesia ligat omnino occultū hereticū iux.notabilē gl.Io.And.sup.citatā, quā ipse sequiť tanq̄ singularē,dicēs ꝙ tñ nō ligat nominatim,cū ipsā lateat in foro exteriori hmōi crimen. Dico ergo ꝙ nec hęc fnia obstat veritati nrę cōclusionis. Primò,cū ipsa fundeť in iurib⁹,& rōnib.allatis sup.à Io.And.Cuius fundamētis sufficiēter fuit per hucusq; adducta satisfactū.Secūdò hoc idē eliciť ex verbis illis, videlicet: tñ nō ligat nominatim,quasi diceret nō ligat nominatim,s.in foro fori, cū iudiciū forēse exerceri non possit de occultis: at cū nra cōclusio loquať de iudicio forēsi,seu ꝙ faciendū sit in foro iudiciali,in quo diximus,Iudicē nō posse aliquē punire de oīno occultis,indè sequiť,ipsū doctissimū Cardinalē nō cōtradixisse pñti nrę cōclusioni,licēt quoad sonum

verborū forsan videať cōtrariū. Ad gl.in c. cū q̄s, in versi.tuo noīe,& in versi.incurris,de sen.excom. in sexto,dicentē, ꝙ si q̄s percussit Clericū noīe alterius,vt ei gratū faceret opus, & ipso nesciēte:Si tñ hoc sciat,& ratū habeat solū in mēte,quamuis nullū exterius signū talis ratihabitionis expresserit: nihilominus incidet in excōicationem, licēt Host.in c.mulieres,de sent.excōmn.cōtrariū dixerit,eo ꝙ Ecclesia militās nō iudicat de occultis. Respōdeť,ꝙ talis glosę fnia, nō erit recipiēda cū aduerset tot iurib⁹,nec ex tex.d.c.cū q̄s,hoc rōnabiliter elici possit:licēt infrascripta verba ibi ha-
63 beanť,videlicet.[Cū q̄s absq; tuo mādato,† manus injecit in Clericū tuo noīe,violētas: si hoc ratū habueris,excōicationē latā à Canone incunctāter incurris:cū ratihabitio retrotrahať,& mādaro cōparari debeat.]hęc ibi.statuit Bonifacius VIII. & quidē ipsamet verba sūt interpretāda,dicta de eo,ꝙ aliquo exteriori signo, vel verbo manifesto, vel occulto ꝑ accidēs ratihabitionē hmōi expressit,quę sic intellecta fauet nrę cōclusioni, & possimus ꝑsumere,ꝙ d.glo.sic intellexerit, & nō de ratihabitione solū in mēte retēta eius, q. licēt cor de ratū habuit, exterius demōstrauit se nullatenus habere ratā illā ꝑcussionē,imò sibi displicere hmōi ꝑcussionē noīe suo illatā Clerico. Vnde sic intellectus mēs glo.ipsa nō aduersabiť nrę cōclusioni,quā cōclusionē multis iurib. nitit ꝓbare verā Archid.in d.c.cū q̄s, licet gratia humilitatis, decisionē ipsius relinquat disputationi : & q2 ibi vtiť verbis valde notabilib.iccircò eius fniam hic ad verbū inserā.& est talis,videlicet. Verūtamē,si hāc ratihabitionē in corde iste retinuit, ita ꝙ de ipsa nō possit fieri fides, & si talis quoad Deū ligatus sit, vt sup.de simonia.c.tua nos, non tñ quoad militātē Ecclesiā,q̄ nō iudicat de occultis, vt sup. de simonia,c.sicut nobis,in fin. & huius fniæ fuit Host. i c.mulieres,ex.de sēt.excom. Ad hāc fniam fulciēdā facit,q2 latētia peccata vindictā nō habēt, vt in c.vlt.32.q.5. Vnde scriptū est, cogitatio-
64 nis † pęnā nemo meret.seu patit.de penit.dist.1. c.cogitationis, s.quoad illā Ecclesiā militātē hęc cōprobanť expresse in c.consuluisti,2.q.5.(cuius Canonis tenorē sup. retuli in ꝓbatione pñtis nīæ cōclusionis.) Nā ibi dr, occulta, & incognita illi sūt relinquēda, ꝙ solus nouit corda fideliū hominū:ergo nō sunt tūc ab hoīe iudicāda, vt ibi not. Hugo. & ꝓbať apertè in c his ita. versi.incerta .n. & c.seq.30.q.vlt (quorū Canonū tenorē sup.retuli in ꝓbationem cōclusionis.) Hinc est,ꝙ ipse Deus
65 † solus dr Iudex in talib⁹,vt in c.erubescāt.in fin. dist.32.vbi dr, de manifestis loquimur, secretorū aūt cognitor & Iudex est Deus. Ad idē ꝙ legiť,& notať,in c.si oīa.6.q.1.) vbi Anacletus Papa dixit. [Si oīa in hoc seculo vindicata essēt, locū Diuina iudicia nō haberēt.]Et ista rōne motus S. Aug.nō vult cōtra occultū peccatorē fniam ꝓmulgare, q2 nō vult Diuinę pietati, sub cuius examine eā adhuc pēdere vr) iniuriā facere, vt i c.nomē.&c.nemo Eps.& c.1. sęper.2.q.1.(quorū Canonū tenorē supra retuli in probatione cōclusionis ꝑsentis) & talia occulta solūm Deum habēt vltorē.l.iusiurādi.C.de reb creditis.Et istis rōnibus vr posse dici in hereticis occultis in eorū cordibus, scilicet, ꝙ nō sint excōmunicati,quoad fnias istius Ecclesię militātis:licēt sint excōmunicati quoad Deū idest separati ꝑ peccatū mortale infidelitatis. ad hoc ēt facit ꝙ notať in c.qui studet.in prin.1.q.1.

in gl.in verſ.à cõmunione. Vbi dicit ꝙ pro ſola vo
66 luntate,† nõ eſt qs excõmunicatus,& eſt rõ,quia
in volũtate nõ ſcãdalizatur Eccleſia, niſi prodie-
rit in actũ,arg.in c.Deus qui.24.q.3.& in pced.
c.erubeſcãt.& hæc fuit ibi ſnĩa Laur.& Ioãnis,ſed
Io. no. cõtradicẽs,ꝙ hereticus quãtuncũq; ſit oc
cultus excõmunicatus eſt,hoc notat,24.q.1.in 1.
glo.& 2.& hãc ſnĩam tenuit Ray. in ſua sũma. de
hæreticis.§.1.& Gotfr. in ſua Sũma eo. tit.§. & eſt
ſciendũ,& Io.de An. eo.tit. in princ. in sũma ſua
idẽ dixit,& ſic dicendũ vr̃ hoc eſſe ſpeciale in hoc
crimine,ſm id ꝙ notatur de pen.diſt.1.c.cogita-
tionis.Ad hoc facit qa inuenio ꝙ peccatũ volũta
tis punit̃.c.hinc ẽt.verſ.põderoſus,diſt.49.vbi hr̃,
ꝙ põderoſus à promotione repellitur, qui mente
peccauit,nec ad actũ proceſſit,ſed ad hoc põt re-
ſpõderi,ꝙ illud intelligit̃ de lege Diuina, q̃ tales
repellit; ꝙ de Eccleſia militãte nõ vr̃ poſſe intelli
gi,qñ eſt totaliter occultũ, qui ſic peccat, vt pro-
bãt iura ſuperius allegata: vel aliter ibi loquit̃ de
peccato in corde , etiã nõ opere : ſed nõ totaliter
occulto,ꝙ demõſtrat ibi littera,qñ dicit,ad laſci
uiã defluens.&c. per quã litterã actus extrinſecus
demõſtrat̃: & ſic nõ obſtat.ſic ẽt loquit̃ tex.in c.ex
cõmunicamus,ſup.eo.§.1.ibi, inuẽti fuerint, &c.
& eod.tit.c.ad abolendã,§.1. & 2. alias ab Eccle-
ſia nõ repellet̃ à promotione,ſi eſſet totaliter oc-
cultũ,vt in c.ex tenore,in fi.ext.de tẽp.ord.vbi ẽt
dixi de hoc,ſed quicquid dictũ ſit,hoc diſputatio
ni relinquo.hæc oĩa ad verbũ dixit Archi.vbi ſup.
Ex quibus luce meridiana clarius patuit veritas
nr̃æ cõcluſionis,& reſponſionis factę ad cõtraria,
& ꝙ ipſe Archidiaconus ſe ſubſcripſerit quàm
libentiſſimè præſenti noſtræ tertiæ concluſioni.

Ad Ioẽm de Imola,qui vr̃ ſe aduerſatũ fuiſſe nr̃ę
cõcluſioni eadẽ prorſus reſpõſione vtar, q̃ attuli
ſ.vt ſatisfacerẽ ſnĩę Io. And. cũ fundamẽtis illius
ſolùm ipſe Imo. innitatur, vt ex ſonitu verborum
ipſius elicitur aperriſſimè.

Ad ſnĩam Goſ.in sũma tit.de heret.col.2.in verſ.
punit̃ hereticus,dicẽtis, ꝙ puniat̃ excõmunicatio
ne,qa oĩs hereticus,ſiue magnus,ſiue paruus,ſiue
manifeſtus,ſiue occultus, excõmunicatus eſt ipſo
iure excõmunicatione maiori,vt ĩ c. ad abolẽdã,
ex.de hære. hęc ille,ad quẽ facillima erit reſpõſio,
cũ ipſe nõ loquat̃ de 1.mẽbro nr̃ę cõcluſionis,ſed
ſolũ de ſecũdo,& ſic patet ipsũ ſe ſubſcripſiſſe nr̃ę
cõcluſioni. Nã nõ loquit̃ ibi de heretico mẽtali,
ſed de occulto ad differẽtiã heretici manifeſti,&
ꝙ nihil dixerit cõtra nr̃am cõcluſionẽ,iam patuit,
qa & nos in ea iã diximus Eccleſiã, ſeu pceptũ Iu
dicis ligare trãſgredientẽ illud, aliquo ſigno aut
nutu exteriori,ac p cõſeqnẽs de talib.Iudices poſ
ſe iudicare puniẽdo, vel penas imponẽdo tali mo
do trãſgrediẽtibus leges aliquas, licèt negaueri-
mus eos aliquẽ poſſe punire, ſeu ligare aliquo ſta
tuto,aut lege penali, pro trãſgreſſione ſimplr̃ mẽ-
tali.de qua,nec ipſe Goſ.aliqd dixit, vt patuit ex
verbis ipſius ſupra relatis.

Ad Pan.ſnĩam reſpõdet̃ dupliciter.Primò,vt fuit
reſpõſum Goſ.cũ ipſe Pan.nõ loquat̃ de delinquẽ-
te mẽte ſolũ,ſed ope occulto, & iccircò ibi dixit
cõſulto,ꝙ pena ipſo iure impoſita afficit ipsũ de-
linquentẽ quãtuncũq; occultũ, ꝙ nos nõ negaui-
mus.Secũdò ſicut fuit reſpõſum Io.And.glo.in d.
Clem 1. de heret. in verſ. eo ipſo. Cũ & ipſe Pan.
ipſi gloſę ſe ſubſcripſerit:eò magis ꝙ tam ipſe Io.
And.& reliqui Canoniſtę in c.fi.ex.de ſimonia di
cũt neminẽ teneri ad reſtitutionẽ eorũ,q̃ quis ac
quiſiuit p ſimoniã mentalẽ,licèt ſimoniacus,cõ-
uẽtionalis ſcilicet actu exteriori talẽ animũ ſimo
niacũ exprimens,ſit taliũ acceptorũ reſtitutioni
obnoxius,& incidat in excõicationẽ Sũmo Põtifi
ci reſeruatã,vt in Extraua.Vrbani IIII vel V.inci.
ſane.Ne in vinea.ſub tit.de ſimonia:& Pauli II.in
eadẽ extraua.inci.Cũ deteſtabile. q̃ quidẽ Extra-
uag.Pauli II. fuit cõfirmata per Piũ V. & nihilo-
minus Pan.in d.c.tua nos,ex.de ſimonia n.5.dicit
67 ſimoniacũ mentalẽ † nõ teneri ad reſtitutionẽ,vt
docet apertiſſimè tex.in c.fi.ex.de ſimonia. & ibi
per oẽs Docto.Ex his ergo patet Pan. nõ cõtradi
xiſſe pñti nr̃ę cõcluſioni. His ergo pmiſſis in re-
ſpõſionẽ ſnĩarum Docto. citatorũ. ſupereſt modò
reſpõdere ad iura, qbus fulciri diximus d. ſnĩas
Doctorũ,& primo ad l.qſquis.C.ad l.Iul.maieſt.
Reſpõdẽdo dr̃,ꝙ d.l.nihil probat cõtra nr̃am cõ-
cluſionẽ,imò licèt nõ loquat̃ de 1.mẽbro eius, tñ
peroptimè pbat ſm mẽbrũ, ſi illã interpretabi-
mur iux.Doctorũ ſnĩas, eo ꝙ verba illa,videlicet
[Cogitauerit,eadẽ.n.ſeueritate, voluntatẽ ſcele-
ris,qua effectũ puniri iura voluerũt.] Nõ sũt intel
ligenda ſic nuda,vt iacẽt in littera:ſed cũ aliquo
actu extrinſeco patefaciẽte talẽ volũtatẽ, vel co
gitationẽ,ſcilicet aliqd attẽtando exterius cõfor
me cogitationi,ſeu volũtati, & ꝙ hęc interpreta-
tio ſit veriſſima, afferã ſnĩas gloſarũ infraſcripta-
rũ,qbus ſe ſubſcripſit Bar,in l.pñti.nu.4.C.de his,
qui ad Eccleſiã cõfugiũt.Sciendũ ergo,ꝙ gl.in d.
l.qſquis cũ militib⁹ in verſ.eadẽ.n.infraſcriptis v-
tit̃ verbis,videlicet.Et nota cogitatũ puniri ſic s.
in l.ſi quis nõ dicã.C.de Epi.& cler.ſed cõtra.l.co
gitationis.ff.de pen.ſoluo.ſm Ir.hic ad actũ deue
nit, ſcilicet ad ſacramẽtũ dãdũ, vel recipiendũ,vt
not.ſup plenè.l.pñti.C.de his qui ad Eccleſiã cõ-
fugiũt,& facit ad volũtatẽ.l.Diuus.ff.ad l. Cor.de
ſiccar.Et gl.in d.l.pñti.in verſ.cogitatione.infra-
ſcriptis vtit̃ verbis,videlicet.Cogitatione.Cõtra,
ff.de pen.l.cogitationis. ſoluo. Hoc priuilegio ec
cleſię,vel ad terrorẽ. Vel dic,aut, pro &, ſcilicet,
nuda cogitatione & tractatu. Vel diſtingue: quia,
aut eſt cogitatio adeo nuda,vt nõ trãſierit in ali-
quod conamẽ,& tũc nõ punit̃,vt ibi:aut tranſiuit
in conamẽ,licèt nõ venerit ad effectũ, & tunc in
grauiorib⁹ punit̃,vt hic,& iuſta in l.qſquis.C.ad l.
Iul.maieſt.& l.ſi qs nõ dicã.C.de Epi. & cle.maxi
mè qa in maleficijs,volũtas cũ aliquo actu ſpecta
tur,nõ exitus,vt in l.Diuus Adrianus, & ſic lego,
aut,pro &,vt dixi modo. In minorib.aũt oportet
ſequi effectũ,vt in l.1.in fi.ff.de furtis,& in l.falsã.
ff.ad l.Cor.de falſ.Et de hac materia plene dic,vt
notat̃ in l.q ea mẽte,ff.de furtis.hęc glo.illa. Idẽ
docet gl.in d.l.ſi qs nõ dicã,in verſ.ſed attẽtare,
his verbis,videlicet.Sed attẽtare,ſ. ſi cogitatione
q eſt minus, & hoc ſi ad aliquẽ actũ pceſſerit,aſs
nullã patit̃ penã,vt ff.de pen.l.cogitationis.hæc i-
bi gl.illa,ſed ad maiorẽ veritatis dilucidationem
opęprețiũ duxi referre hic verba dictarũ legũ,ſci
licet.l.D.Hadrianus, & l.q ea mẽte.Sciendũ ergo
ꝙ in d.l.D.Hadrianus. hæc habent̃,videlicet.[D.
Hadrianus in hæc verba reſcripſit. In maleficijs,
68 † volũtas ſpectatur,nõ exitus.] hæc ibi.vbi gl.di-
xit,vel dic,volũtas,qa delinquere voluiſti, ſed nõ
perfeciſti,& tũc eſt ſic. C.ad l. Iuliã maieſtatis.l.
quiſquis,ſed in d.l.qui ea mẽte.hęc habent̃,vide-
licet.[Qui ea mẽte alienũ qd contrectauit;vt lu-
cri faceret:tametſi mutato cõſilio id Dño poſtea
reddidit,

reddidit, fur est. Nemo .n. tali peccato pęnitẽria sua nocẽs esse desijt.] Ex his ergo nibus elicitur dictę l.quisquis.C.ad l.Iul.Maiest.Interpretationẽ verissimã fuisse, & nrę cõclusioni dictã l.nõ aduersari, imò summoperè fauere, vt patet ad sensũ.

Ad tex. in l.is qui cũ telo.facillima erit responsio, cũ ex verbis ipsiusmet eliciat textũ loqui dè actu extrinseco exprimẽre actũ volũtatis: Nã ibi dr.[Is,q cũ telo ambulauerit hoĩs necãdi causa.] Vnde paret ipsa lege pbari nostrã cõclusionẽ quo ad secundũ membru ipsius. Ad tex in c. nuptiarũ, bonũ.facilè respõdetur dicẽdo, ipsum loqui de pęna ęterna debita pro vnoquoq; peccato mortali, quo qs inuoluit nubẽdi voluntatẽ habẽdo post votũ emissum de castè viuẽdo, vt ex cõtextu ipso verborũ luce clarius elicit apertissimè. Ad rõnem allatã in fauorẽ impugnantiũ nostrã cõclusionẽ: respõdeo, dicendo, q nihil probat cõtra nrãm hanc cõclusionẽ: nã primò nõ valet cõsequẽtia, sic dicẽdo. Lex, ac vnusquisq; Legislator dẽt intẽdere, vt ex sua cõstitutione homo inducat ad virtuosè viuendũ: ergo ẽt ligabit hoĩem quoad actus interiores ipsius hoĩs, vt sic incidat in pęnas tẽporales, qbus dictę cõstitutiones roborãtur. Cũ Iudex, & lex vnaqueq; ac Legislator vnusquisq; solũ tẽdere debeat ad cõpellẽdos hoĩes pacificè viuere, & vt bonũ coĩtatis procuretur, ac conseruet p eos, & q nihil operet cõtra iustitiã politicã, qua paci Reipublicę cõsulitur: & hic esse dẽt scopus legis, vt oẽs Docto.asseuerãt. Secũdò ad id, q dr, q dẽt cõformari homo Iudex Deo Iudici, respõdet: q hoc limitatione indiget, & interpretatione: Nã Iudex dẽt se cõformari Deo in iudicijs decernẽdis, nullius psonã in iudicio accipiendo: sed simpliciter oĩa iustè decernẽdo. Nõ aũt in occultis iudicãdis aut puniẽdis: cũ nõ possit stãte infirmitate, ac ignobilitare naturę homo cognoscere ipsa occulta hominũ, put Deus iudicio certitudinis cognoscit, vt fuit pbatũ satis abũdè, q tacitè nobis Dñs innuere voluit, tradẽs normã Iudicibus procedẽdi in foro fori, quos latẽt occulta hoĩum, vt habet in lib.Genes.c.18.vers.20. Dicẽs. [Clamor Sodomorũ, & Gomorreorũ multiplicatus est, & peccatum eorũ aggrauatũ est nimis. Descẽdã & videbo vtrũ clamorẽ, qui venit ad me operẽ compleuerint, an nõ est ita, vt sciã.] Quę Dñi verba canonizata repeiiũtur in c.qualiter & qñ, el 2.ext.de accus. ex quibus docuit nos ipse doctissimus Innoc.III.Iudicẽ debere pcedere ad inquisitionẽ delinquentiũ gradatim, antequ ad pęnã infercodã descẽdat. Quapropter patuit Iudicẽ neminẽ posse punire, vel sua cõstitutione aliquẽ ligare pro mẽtali transgressione legũ: licèt possent trãsgressores ipsos mediãte actu aliquo extrinseco suis legib9 pęnalib. vincire: & sic Deo dãte absoluta fuit hęc difficillima qtio facta in pñti tertia cõclusione, in qua probatũ fuit Iudicẽ humanũ nõ posse punire, vel suę legis pęnalis vinculo vincire aliquẽ pro aliquo crimine pfecto & cõsumato in suis tñ præcordiorũ arcanis, nullo signo, aut nutu, aut verbo ipsũ facinus exterius exprimẽte, sed solũ talis criminis vltorẽ Deũ optimũ maximus esse: & in foro pœnitentiali tale crimen in hac vita fore puniendum ab homine, cùm ibi sit & representant Dei personam.

Quarta & vltima cõclusio, Iudex homo lege sua poterit pœnis irretire alios hoĩes sibi subditos
70 † ipso facto, trãsgrediẽtes humõi leges pęnales, nõ tñ actu interiori, sed ẽt exteriori hmõi manifestãdo trãsgressionis peccatũ nutu, signo, scripto, vel hmõi: quamuis hmõi trãsgressio sit hominibus oĩbus incognito, & pęnitus occulto p accidẽs. & tales repertos ordine iudiciali criminosos punire iux. pęnas statutas à iure. Hęc cõclusio probatur quàm pluribus iuribus sup. in pbationẽ pcedẽtis cõclusionis allatis. & auctoritate oĩum Doctorũ, qui ibidẽ fuerũt citati, cũ expressè hoc fateãtur: vt ibidẽ patuit per relationẽ verborũ, quibus ipsi vtuntur in hac eadẽ decidenda quæstione, rationibus ibidẽ allatis, probat quoq; pręsens cõclusio.

Et hæc allata sufficiant pro decisione præsentis propositæ quæstionis.

S V M M A R I V M.

1 *Metus quid sit.*
2 *Constans ab inconstante, & pertinaci in quo differant.*
3 *Metus cadens in constantem virum quid sit.*
4 *Constans quid dicatur.*
5 *Metus illatus quis sit impediens matrimonium.*
6 *Metus an sit cadens in constantem virum dicendus, tr pliciter poterit cognosci.*
7 *Mortis noĩe cũ agitur de metu mortis illato, quę ueniãt.*
8 *Legis diffinitio traditur modis duodecim.*
9 *Legis virtus quid sit.*
10 *Lex Vnde dicatur.*
11 *Violentia quotuplex sit.*
12 *Violentia absoluta, seu simplex, seu simpliciter, vel sufficiens, quæ Philosopho dicitur violentum simpliciter. quid sit.*
13 *Coactio est duplex.*
14 *Voluntas quando dicatur posse cogi.*
15 *Violentum quid sit.*
16 *Violentum duplex est.*
17 *Violentia secundo modo dicta, quid sit, et eius exemplum traditur.*
18 *Coacta voluntas, voluntas est.*
19 *Voluntarij gradus, secundum quos peccata voluntaria dicuntur secundũ plus, & minus, sunt nouẽ, secundum Sanctum Bonauenturum.*
20 *Peccatum, quod quis committit timore mortis incurrenda, quomodo voluntarium dicatur.*
21 *Peccatum, quod ebrius committit, quomodo dicatur voluntarium.*
22 *Coactio qua sit, quę tollit voluntarium simpliciter.*
23 *Virginitas sumitur dupliciter.*
24 *Virginitas naturalis, in quo consistat.*
25 *Virginitas, vt est status castitatis, requirit duas conditiones.*
26 *Virginitas, vt est spiritualis virtus, quid sit.*
27 *Virginitas tripliciter consideratur, & materialis tãtũ, & formalis tantũ, & materialis & formalis simul.*
28 *Virginitatis nomen, vnde sumptum sit.*
29 *Virginalis castitas quid sit.*
30 *Venereorum delectatione tria consideranda occurrũt.*
31 *Virginitatem ad, quare dicatur integritatem membri corporalis se habere per accidens.*
32 *Delectatio pcedẽs ex seminis resolutione dupliciter poterit cõtingere, et q tollat virginitatẽ, ac eius aureolã.*
33 *Virgo, violentia absoluta oppressa, et corrupta corporis. etsi concipiat, & pariat, non priuabitur aureola virginitatis.*
34 *Virginitatis corruptio est triplex, & pro qua quis priuetur aureola.*
35 *Virginitas quid sit secundum D. Augustinum.*
36 *Corruptio mentis est duplex, & quæ priuet hominem virginitate.*
37 *Seminis distillatio quomodo fiat ex sola cogitatione venereorum actuum cum delectatione.*

38 *Virginitas formalis tantum ammissa poterit recuperari, non autem formalis, & materialis simul, & quare.*

39 *Virginitas ammissa sine concubitu viri, vel sine emissione seminis an possit recuperari.*

40 *Virtus quæ possit recuperari per præsentiam.*

41 *Deus quare non potest facere, vt ea, quæ facta sunt, non sint facta, ex D. Thoma, & D. Augustino, quãuis dicatur, & sit omnipotens.*

42 *Epilogus eorum, quæ docuit Sanctus Thom. circa virginitatis recuperabilitatem.*

43 *Virginitas an ammittatur per coitum voluntariũ procuratum, non sequuta distillatione seminis, tã in mare, quàm in fœmina.*

44 *Virginitate citius priuari puellas, quam pueros antè pubertatem.*

45 *Virginitate ammittenda longe distat ætas puerilis ab ætate virili, & circa hoc optima ponderatio Caietani circa vtrumque sexum.*

46 *Virginitas in quibus casibus irrecuperabiliter ammittatur.*

47 *Virginitas recuperabilis per pœnitentiam in quot casibus ammittatur.*

48 *Virginitas in quibus casibus non ammittatur etiam si quis videatur venereis pollui.*

49 *Iudex tam ecclesiasticus, quàm secularis, nulla pœna legali afficere poterit aliquem, pro transgressione facta ab ipso mediante violentia absoluta, seu simplici, cum nec Deus ipsum puniat pro tali transgressione.*

50 *Virgo per violentiam absolutam stuprata perseuerans in voluntate seruandi virginitatem, in Cœlo non priuabitur aureola virginibus debita, & alio præmio pro iniuria patienter sublata.*

51 *Deus iudicat de sensibus, & voluntatibus.*

52 *Libido aliena aliquem non polluit, si ei non consentiat. & quare.*

53 *Sanctitas corporis non ammittitur manente animi sanctitate, etiam corpore oppresso.*

54 *Peccata non, nisi in voluntate.*

55 *Pudicitia cùm sit in animo a violento stupratore eripi non poterit.*

56 *Mœchari quis non poterit in corpore (quoad peccatũ) nisi qui prius mœchatus fuit in corde.*

57 *Vis non maculat corpus mulieris, sed voluntas.*

58 *Violentiam absolutam ab aliquo corrupto carnis ministrata alicui, non pro corruptionis turpitudine, sed pro passionis vulnere deputabitur.*

59 *Anima munda à contagione, caro non peccat.*

60 *Vxor violentata à marito, de adult. accusari, aut puniri nullo pacto poterit etiam si talem violentiam nõ patefecisset suo marito propter verecundiam.*

61 *Pudicitia non violatur violentia sibi illata, sed voluntate recipientis violentiam.*

62 *Quomodo dicta iura probent primam ipsam conclusionem propositam, in quibus explicitè tenor conclusionis reperitur, nu. 62.*

63 *Grauari nemo debet odio alterius.*

64 *Puniendus nemo erit sine culpa, nisi sui sit causa.*

65 *Deus Iudex puniet homines etiã occultissimè transgredientes leges Diuinas propter metum cadentem in cõstantem virum.*

66 *Peccata mortalia subsequentia, nisi per præsentiam deleta fuerint, priuant homines merito bonorum operum, & è contra impius per subsequentem præsentiã iustificatur si in ipsa perseuerabit.*

67 *Mortaliter pro nullo metu licet peccare.*

68 *Supplicium pati pro veritate, melius est, quàm pro adulatione recipere beneficium.*

69 *Iudex ecclesiasticus, & secularis an possit punire transgredientes leges positiuas propter metum cadentem in constantem virum, vel violentiam conditionatam.*

70 *Malefici sunt puniendi.*

71 *Voluntas conditionata est voluntas.*

72 *Rebaptizati per metum absolutum, vel conditionalem qua pœna digni sunt.*

73 *Transgressio propter metum facta attenuat culpam, & sic pœnam, punitur tamen etiam de iure ciuili, multipliciter probatur.*

74 *Pœna alleniatur peccanti propter metum, & quare.*

75 *Vim patiens absolutam non punitur, sed conditionalẽ, si facit contra virtutem clauium, mitius punietur, et quare, & citra mortem.*

76 *Occidere aliquem, ne ipse occidatur, quo iure liceat.*

77 *Homicidio commisso culpa, & non dolo, nullus erit puniendus pœna ordinaria homicidij, & quare; nec corporali, sed arbitraria alterius generis.*

78 *Regula optima ab omnibus recepta est, quòd quando aliqua de causa quis de iure excusatur a pœna mortis pro commisso scelere, regulariter puniendo pœna mortis: Tunc Iudex nullatenus poterit ei imponere pœnam corporalem, sed aliam.*

79 *Delictum studiosè perpetratum qua pœna erit puniendum, & qua sine dolo commissum.*

80 *Pœnæ capitalis imponendæ vbi fit sermo in aliqua lege, semper pro illa imponenda requiritur dolus.*

81 *Lata culpa non æquiparatur dolo in causa criminali, vbi agitur de imponenda pœna legis Corneliæ de sicarijs, etiam in pœna statutaria.*

82 *Pœna omnis imponenda hodie est arbitraria.*

83 *Filius, vel seruus mandato patris, vel domini committens delictum, etsi in leuibus excusetur, & non in grauioribus, tamẽ mitiori pœna punientur. & idẽ dicitur si hoc facerent pro eo quòd sibi minatus sit mortẽ.*

84 *Bosij sententiæ dicentis fore excusandum à pœna homicidij eum, qui propter minas mortis inferendæ euadendas aliquem occiderat, vera interpretatio.*

85 *Vxor, violentia conditionali oppressa an sit priuanda dote, & consortio viri tãquam adultera.*

86 *Dolus quid sit.*

87 *Lucretia Romana, quæ propter verecundiam infamiæ incurrendæ permisit se opprimi, ac carnaliter cognosci, an adulterium commiserit.*

88 *Impugnatur Panormitanus in suo dicto.*

89 *Defenditur Panormitanus.*

90 *Sententia simpliciter dicentium excusandum fore à pœna homicidij eum, qui aliquem interfecit mandato eius, à quo alias ipse occisus fuisset, erit omnino intelligenda, quoad pœnam ordinariam homicidij, & nõ quod sit immunis ab omni pœna. & quare.*

91 *Sententia Bartoli, dicentis excusatum esse seruum si propria: aliũ interfecit iussu Domini sui ne ille se interfecisset, prout minatus ei fuerat. declaratur secundum mentem eiusdem elicitam ex alijs eiusdem verbis, & idem sit de sententia Bal. & aliorum.*

92 *Voluntas conditionata dicitur voluntas.*

93 *Iudex quando non possit punire transgressores legum humanarum iuxta pœn. in ipsis legibus taxatas.*

94 *Factum propter metum cadentem in constantẽ virum debet irritari.*

95 *Leges Ecclesiasticæ non obligant nos semper vt mortẽ potius paratam ab alijs, eligamus, ne transgrediamur eis, prout iacent in littera. & quare. et multipliciter exemplificatur.*

96 *Metus vbi adest, ibi non valet actus iure naturali.*

97 *Metus causa quod factum est, ratum non habetur à iure.*

98 *Bonum commune lex vnaqueque procurare debet, & per legem principaliter intendere Legislator.*

99 *Legislatoris mens principaliter in vnaquaque lege interpretando erit attendenda.*

100 *Impugnatur conclusio.*

101 *Excommunicato communicans per coactionem adstrictus non est excommunicatus, secus est de inducto ad communicandum per metum, quamuis leuius puniendus sit, quam si voluntariè communicasset cum excommunicato, & quare, & de quo loquatur text. in c. sacris.*

102 *Coactio conditionalis excusat non a tota pœna, sed a tanta.*

103 *Metus est duplex, scilicet præcisus, siue absolutus, & conditionalis, seu causatiuus, & quis eorum excuset a pœna transgredientem legem.*

104 *Coactio conditionalis quæ dicatur.*

105 *Cibaria ab excommunicato petere in necessitate constituto licet, & quare.*

106 *Communicans excommunicato propter metum quare non excusetur a tota pœna, sicut communicãs propter necessitatem famis, secundum Panormitanum.*

107 *Mulier an licite possit fornicari, vt inde famis necessitati propriæ succurrat.*

108 *Transgrediens legem positiuam propter metum cadentem in constantem virum, an aliqua pœna sit puniendus afferuntur sententiæ Canonistarum, & Theologorum, & rationes eorundem.*

109 *Ratio contra conclusionem.*

110 *Responsio impugnationi allatæ contra præsentem conclusionem.*

111 *Responsio ad text. in c. sacris. & insimul interpretatio.*

112 *Excommunicato communicare in quibus casibus erit mortale peccatum.*

113 *Responsio ad Innocentij sententiam, ac eiusdem vera interpretatio.*

114 *Responsio ad Baldi sententiam, & eiusdem legitima interpretatio.*

115 *Patiens vim absolutam non punitur, sed conditionalem (si facit contra virtutem clauium) patiens punietur mitius, & quare.*

116 *Responsio ad Hostiensis sententiam, et eiusdem interpretatio.*

117 *Coactio absoluta, seu præcisa exemplificatur, & declaratur cuius culpæ sit non obseruare iuramentum, tali coactione præuia præstitum. & coactio conditionalis a quo excuset.*

118 *Pudicitia quid sit.*

119 *Responsio ad Ioannis Andreę sententiam, & eius legitima interpretatio.*

120 *Responsio ad Goff. sententiam, & eius declaratio.*

121 *Mala omnia tollerare tenemur potiusquam in peccatum mortale consentire.*

122 *Responsio ad sententiam Ant. de But. & eiusdem interpretatio.*

123 *Participare cum excommunicato licebit in casu necessitatis præcisæ, vel occasionatæ propter damnum vitandum non propter vtilitatem.*

124 *Responsio ad Panormitani sententiam, ac eiusdem interpretatio.*

125 *Maleficia distinguntur voluntate, & proposito.*

126 *Adultera suscipiens filium ex adulterio ad quid teneatur.*

127 *Responsio ad Caietani sententiam, & eiusdem declaratio.*

128 *Necessitas communicandi cum excommunicato, quæ excuset, & quæ non, secundum Caietanum.*

129 *Responsio ad sententiam Adriani, & eiusdem legitima interpretatio.*

130 *Iudæis an licuerit propter necessitatẽ famis vesci carnibus porcinis.*

131 *Comedere de idolatitijs carnibus, quando liceat Christianis.*

132 *Metus probabilis, & improbabilis, quis sit, & a quibus quisquam eorum excuset.*

133 *Mortis metus dicitur metus cadens in constantẽ virũ.*

134 *Metus mortis incurrendæ, dicitur metus cadens in constantem virum, qui excuset.*

135 *Metus cruciatus corporis probabiliter sustinendi dicitur metus cadens in constantem virum.*

136 *Metus faciendi tam in propria persona, quàm in liberis suis stuprum, tam in viro, quàm in muliere honesta, aut incurrendi seruitutem, aut iuris, vel facti, cuius falsitas non possit facile probari dicitur metus cadens in constantem virum.*

137 *Impugnatio conclusionis.*

138 *Metus incurrendi infamiam, an dicatur metus cadens in constantem virum.*

139 *Responsio ad impugnationem.*

140 *Metus excommunicationis fulminandæ contra aliquem, quando dicatur metus cadens in constantem virum, & per consequens enumerantur casus, in quibus excommunicatio lata est nullius virtutis.*

141 *Metus iniustus incurritur per præceptum pœnale superioris.*

142 *Impugnatur conclusio.*

143 *Excommunicatio dicitur medicinalis.*

144 *Responsio ad c. 1. de sententia excom. in sexto, et eius verus intellectus.*

145 *Excommunicationis causa materialis est peccatum mortale contumaciæ. & quare.*

146 *Responsio ad Doct. sententias.*

147 *Responsio ad rationem qua conclusio fuit impugnata.*

148 *Metus incurrendi iniustam spoliationem omnium bonorum suorum, vel maioris partis eorum dicitur iniustus, ac cadens in constantem virum.*

149 *Metu, ac vi quæ fiunt de iure erunt reuocanda.*

150 *Mentio vbicunque fit de spoliato omnibus bonis idem intelligitur de spoliato maiori parte bonorum, & de quorum bonorum qualitate sit hoc intelligendum.*

151 *Alienatio omnium bonorum sicut præsumitur facta in fraudem, sic alienatio maioris partis bonorum.*

552 *Metus conceptus ex minis capitalibus, & ex Principis indignatione, an dicatur cadens in constantem virum.*

153 *Latitare quid significet.*

154 *Aggressor, an liceat præuenire aggredientem, & occidere.*

155 *Preces Superiorum, quando dicantur inferre metũ cadentem in constantem virum.*

156 *Metus conceptus ex nimia reuerentia alicuius Superioris, vt puta, metus vxoris erga virum, filij erga patrem, clerici erga Episcopum, & vasalli erga dominum suum, sit dicendus metus cadens in constantem virum.*

157 *Reuerentia sola Superioris non inducit iustum metũ, seu metum in constantem virum cadentem.*

158 *Metus conceptus ex cruciatu, ac minis eius, qui non est verbosus, cadit in constantem virum.*

Lex

Lex pœnalis quo ad pœnam ordinariam infligendam, an sit extendenda ad eos etiam, qui transgressi fuissent illam propter metum sibi illatum, & non sponte.

Cum inter quæstiones, quæ in iure Canonico difficillimæ videntur, non infimum locum obtineat hæc, in qua quæritur, an transgressores legum pœnalium possint puniri pœnis statutis a iure: si huiusmodi transgressio facta fuerit propter metum cadentem in constantem virum. Iccirco ipsam hic examinare operæpretium duxi ad Dei cultum, & Iudicum solamen. Quapropter sciendum, quòd more solito hæc quæstio examinabitur, seu decidetur nonnullis conclusionibus, illis tamen præmittendo (pro earum maiori intelligentia) enucleationem nonnullorum terminorum in nonnullis §§. iccircò præmitto in hoc 1. §. infrascripta, videlicet,

Metus absolutè consideratus quid sit, vnde dicatur: Metum cadere in aliquem quomodo dicatur, & metus cadens in virum constantem quid sit, & quomodo poterit cognosci.

§ Primus.

Sciendum ergo primum, quòd
metus tali pacto diffinitur a Do-
1 ctoribus, videlicet. Metus † enim
est mentis trepidatio causa pericu
li instantis, vel futori, vt docet tex.
in l. 1. ff. de eo, quòd metus causa
gest. erit. Memoriæ autem commendandum erit,
quòd ad cognoscendum, quando metus illatus
possit dici cadens in constãtem virum nobis summopere
deseruit doctrina Diui Thomæ in 4. senten.
dist. 29. q. 1. art. 2. Soti in lib. 7. de inst. & iure,
q. 2. artic. 1. col. 6. in vers. metus enim est ille: Di-
daci Couarruuias in c. 3. secundæ par. §. 4. num. 2.
fol. 159. Syluestri in summa, in vers. metus. §. 1. Nã
ex his omnibus Doctoribus habemus, quòd cade-
re metum in aliquem, est aliquem metu cogi: Co-
gitur autem aliquis metu, quando aliquid facit,
quòd aliàs non vellet, ad euitãdum aliquid quod
2 timet: constans autem ab inconstanti † distingui-
tur quantum ad duo. Primò enim quantum ad
qualitatem periculi quod timetur, quia constans
sequitur rationem rectam, per quam fit aliquid
pro quo sit dimicandum, vel faciendum: semper
autem minus malum, aut maius bonum eligendũ
est, & ideo constans ad minus malum sustinendũ
cogitur metu maioris mali: non autem cogitur
ad maius malum, vt vitet minus malum, sed in-
constans cogitur ad maius malum propter metũ
minoris mali, sicut ad peccatum propter metum
corporalis pœnæ: sed pertinax a contrario non po-
test cogi etiam ad minus malum sustinẽdum, vel
faciendum, vt euitet maius malum: vnde constãs
est medius inter inconstantem, & pertinacem. Se-
cundò differunt quoad extimationem periculi im
minentis, quia constans non nisi ex forti æstima-
tione, & probabili cogitur: sed inconstans ex le-
ui, vt docuit Sapiens, dicens Prouer. c. 28. vers. 1.
fugit impius nemine persequente, iustus autem
quasi leo confidens, absque terrore erit: ex his er-
3 go colligitur, quòd metus † cadens in constãtem
virum ille erit dicendus, quem viri constantia se-
cum patitur, scilicet quem stat virum constantem
sine suæ fortitudinis vituperatione habere: ita vt
non repugnet esse virum constantem, & sic me-
tuere: Nam vna pars fortitudinis est, timere, vbi
oportet, vel sic: Metus cadens in constantem virũ
is est, qui illatus cogit aliquem eligere minus ma
lum ob maius malum sibi imminens effugiendũ:
4 Constans † igitur vir ille erit, qui eliget potius rẽ
ipsam agere, cuius agendæ causa periculum immi
net, quàm subire periculum, quod grauius, atque
acerbius est viro prudenti. Vel sic & clarius, (vt
docet Riccardus de Mediauilla in 4. sent. distin.
29. art. 1. in corp. quæst. quòd duplex est metus,
quidam non cadens in constantem virum, & coa-
5 ctio † consensus per talẽ metum non impedit ma
trimonium, nec quantum ad iudicium Dei, nec
quantum ad iudicium Ecclesiæ, arg. ad hoc extra
de sponsal. c. veniens. Secundò, est etiam quidam
metus cadens in constantem virũ, i. in virũ virtuo
sum, sicut est metus mortis, vel enormis læsionis
corporis, vel seruitutis, vel stupri, vel aliquorum
grauiorum malorum expressorum in iure, q̃ñ ta-
lia mala intentantur ab illo, de quo præsumit pro-
babiliter vir constans, quòd ille talia velit, & pos
sit sibi inferre, nisi sibi consentiat: & notandum, q
6 metus, † an sit cadens in constantem virum pote-
rit cognosci ex triplici capite. Primò ex parte
obiecti Secundò ex parte modi, quo metus incu
titur. Tertiò ex parte subiecti. De primo exemplũ
ponitur a Doctoribus de metu mortis, cùm mors
sit malũ omnium temporalium truculentissimũ:
Iccircò cadere æstimatur in constantem virum:
& sciendum, quòd sub nomine mortis cõprehen-
7 duntur † perpetui carceres, exilium, & insignis
infamia, (quoniam & ipsam infamiam assolent nõ
minus cauere homines, quàm ipsam mortem) ma
xima bonorum suorum ammissio, & alia damna
temporalia, de quibus latius dicetur in cõclusio-
nibus afferendis. Secundò ex parte modi pensa-
tur, quo metus incutitur. Nã si enim fœmina, vel
puer, vel senex, aut inermis homo alicui mortem
minaretur: regulariter metus ille non esset dicen-
dus metus cadens in constantem virum. Dixi re-
gulariter, quia posset contingere, quòd fœmina
esset virago robusta, & armis accinta, quæ mina-
retur mortem inermi, & debili viro, & tunc esset
iudicandus metus ille cadens in virum constan-
tem: (vt latius in conclusionibus.) Tertiò ex par-
te subiecti. Animaduertendum est, quòd virorum
ista constantia non consistit in indiuisibili, sed
suam habet latitudinem. Non enim aut Thesei,
aut Herculis strenuitate pollere omnes aut de-
bent, aut possunt: est nihilominus linea, extra quã
non

non esset constantia: Metus ergo, qui illam compatitur constantiam, quæ intra illam includitur latitudinem est cadens in cōstantem virum. Quocirca metus, qui fœminam, aut senem calore sanguinis iam destitutum excusaret, non excusaret virum alium. Vnde nomine viri intelligitur animi robur pro cuiuscunque conditione. Metus ergo leuis puta remissior, quàm qui cadit in cōstantem virum, non excusat aliquem ab aliqua legis transgressione; vt latius in conclusionibus probabitur.

Lex quid sit, & vnde dicatur.

§. Scundus.

CVm diuersimodè reperiatur in iure, & apud Doctores tradita diffinitio legis, meritò operæpretium duxi omnes huiusmodi diffinitiones hic referre ad pij Lectoris commodum pro maiori intelligentia propositæ quæstionis. Scien
8 dum ergo, quòd prima legis† diffinitio hæc est. Lex est, quam populus Romanus Senatorio Magistratu interrogante, veluti Consule constituebat, vt in §. constat autem. in vers. lex est. Institu. de iure natu. gent. & ciuili. Secunda, Lex est commune præceptum virorum prudentum consultum delictorum, quę sponte, vel ignorantia, sine dolo, (sed non sine culpa) contrahuntur. Coertio communis Reipublicæ sponsio. vt in L. 1. ff. de legibus, & Senatusconsult. Tertia, Lex est, cui omnes homines debent obedire, cùm propter multa, & varia, tum maximè quia omnis lex inuentio quædam, & donum Dei: Decretum autem sapientum, Correctio autem voluntariorum, & non voluntariorum (expone, vt supra) peccatorum: Ciuitatis autem compositio communis, secundum quam omnes decet viuere, & hęc diffinitio fuit Demosthenis, & habetur in l. 2. ff. de legibus, & Senatusconsul. Quarta, Lex est omnium Diuinarum, & humanarum rerū regina, oporter eam etiam præsidere, & bonis, & malis, & Principem, & Ducem esse, & secundum hoc regulam esse iustorum, & iniustorum, & eorum, quæ naturalia ciuilia sunt animantium pręceptis, quidem faciendorum, prohibitrix autem non faciendorum, & hæc diffinitio fuit Chrisippi Philosophi, & habeť in d. l. 2. ex qua Chrisippi diffinitione potest elici hæc quinta diffinitio, vt docet Glo. in d. §. constat. in vers. lex est, infrascriptis vtens verbis, videlicet: Lex est sanctio sancta, iubens honesta, & prohibens contraria. Sexta, Lex est constitutio populi, qua maiores natu simul cū plebibus aliquid sanxerunt: vt in c. lex est. dist. 2. Septima, Lex est æternum quoddam, quod vniuersum mundum regit imperandi, prohibendique sapientia, vt docet Cicero in lib. 2. de legibus. Quæ diffinitio (secundum Sotum in lib. 1. de iustitia, & iure. quæst. 1. art. 1.) congruit legi ęternę. Octaua, Lex est ratio summa insita in natura, quę iubet ea, quæ facienda sunt, prohibetque contraria, vt ait Cicero in lib. 1. de legibus. hæc tamen diffinitio non competit, nisi legi naturali, vt docet Sotus vbi supra. Nona, Lex est communis Ciuitatis consensus, qui scriptis præcipit quomodo vnumquodque agendum sit, vt docet Arist. in Rethorica ad Alexandrum, Capitulo de Genere deliberatiuo, quæ videtur consonare prædictæ diffinitioni immediatè traditæ. in c. 2. dist. 2. Decima, Lex est recta voluntas eius, qui vicem populi gerit. Vndecima, Lex est quędam ordinatio rationis ad bonum commune, qui ab eo, qui curam communitatis habet promulgata. vt docet Diuus Thomas in 1. 2. q. 90. art. 4. in corp. artic. Duodecima, Lex est quædam rationis ordinatio, & præceptio in commune bonum, ab eo, qui curā Reipublicę gerit, promulgata. Vt docet Sotus vbi supra, dicens, quòd lex hoc modo diffinita exprimit genus legis, finem, causam, positionem, & formam.

9 Legis autem virtus † est imperare, vetare, permittere, & punire, vt in l. legis virtus. ff. de legi. & Senatusconsult.

10 Lex denominatur.† Primò a legendo, eo quòd propriè loquendo ius scriptum, lex dicatur, & scripto profertur. vt docet Isidorus in lib. 5. Ethimol. c. 3. Secundò a ligādo, vtpote, quæ vi polleat obligandi, ac ligādi subditos Legislatoris ad aliquid agendum, vel ommittendum, vt docet Sanctus Thomas in 1. 2. q. 90. art. 1. in corp. q. Tertiò a legendo, idest eligendo, quasi sit eligendi regula, vt docet Cicero in libro primo de legibus, cuius sententiæ se subscripsit Dominicus a Soto vbi supra.

Violentia quotuplex sit, voluntariū quot modis sumatur, virginitas quid sit, & quotuplex eius corruptio.

§. Tertius.

CVm summopere deseruiat decisioni præsentis quotidianæ, & difficilis quæstionis intelligentia terminorum, ac quæstiuncularum propositarum in præsenti §. iccircò (Deo dante) gradatim examinabuntur. Quapropter primò sermo erit de quotuplicitate violentiæ, seu coactionis.
11 Sciendum ergo, quod violentia, † seu coactio est duplex. Nam alia dicitur absoluta, seu simplex, seu simpliciter, vel sufficiens, & alia conditionata, seu secundum quid, vel inductiua, quæ a Philosopho appellatur violentum mixtum. Violentia
12 igitur seu coactio, primo modo dicta, † dicitur a Philosopho io 3. Ethic. violentum simpliciter. & hæc sic describitur a Damasceno (vt refert Alexāder de Ales in 3. par. quæst. 41. memb. 4. artic. 3.) est illa, cuius principium de foris est nihil conferens secundum proprium impetū vim passo: hoc est, cuius causa efficiens extra est totaliter, & nihil cooperatur ille, qui patitur. & hæc coactio a Diuo Thoma exemplificatur duobus modis. Nā primo (in 4. sent. dist. 29. q. 1. art. 1.) sicut, cùm alius corporaliter alium impellit ad metum, sed clarius in eodem 4. sent. dist. 6. q. 1. art. 2. infrascriptis vtens verbis, videlicet, & ideo si sit coactio sufficiens, ita quòd principium sit ex toto extra nihil conferente vim passo, vt cùm aliquis reclamans immergitur violenter, tunc talis nec sacramentū suscipit, nec rem sacramenti. hæc ille Sanctus, cui consonant ea, quæ docuit Diuus Bonauentura in 4. sent. dist. 4. art. 2. quæst. 1. dicens, quòd duplex
13 sit coactio, † scilicet sufficiens, & inducens. & inquit si aliquis mergatur coactione sufficienti, vtpotè, quia qui violenter acceptus est, & ipso renuente manibus, & pedibus mersus est, talis nullo modo baptizatus est, quia nullo modo fuit in

eo

eo consensus, nec voluntas, immo fuit omnino re-
pugnans. Idem Sanctus ibidem in responsione ad
vltimum argum. dicit, quòd qui ponit thura ti-
more mortis ante idolum peccat: sed is, cuius ma
nus trahitur violenter ad idẽ faciendum non pec
cat, quia non dicetur sacrificare. & ratio est, quo-
niam, etsi voluntas non possit cogi in volendo, po
14 terit † tamen simpliciter homini fieri coactio in
actu exteriori. Vnde voluntas inducta, voluntas
est. hæc ille. Idem prorsus docuit Alexan. de Ales
vbi supra, & in 4. par. quæst. 8. articulo 2. Scotus
quoque loquens (in 4 sent. dist. 29. q. 1. art. 1. incip.
De primo contradictio est) de hac violentia abso
luta, seu simpliciter, aut sufficienti infrascriptis
vtitur verbis (idipsum concludentibus quod præ-
dicti Doctores docuerunt) videlicet. Cõtradictio
est voluntatem simpliciter cogi ad actum volẽdi:
15 quia cum violentum sit † ex 3. Ethic. cuius princi
pium est extra non conferente vim passo: intellige
passo vim, idest violentiam non conferente, non
negatiuè, sed contrariè, idest conferente, quod est
dictu: Violentum est, quod est totaliter a princi-
pio extrinseco, quod contra inclinationem passi:
& velle non potest sic in esse voluntati, quia tunc
nolens vellet, vel volens nollet: & sic sequitur ꝓ-
positum: Potest ergo habens voluntatem cogi ad
aliquam passionem, vtpotè ligatus hic cogitur re-
manere, vel aliquam actionem instrumentalem:
quæ tamen non est actio sua: vtputa, si aliquis ma
nu mea aliquem percutiat: Nam ita posset facere
manu ærea: hæc ille. de violentia, seu coactione
simpliciter, seu absoluta. Idẽ prorsus docuit Car-
dinalis a Turrecremata in c. 1. 15. q. 1. Infrascriptis
verbis vtens, videlicet duplex est violentum, siue
16 † coactio, vna est absoluta, puta, si manum meam
violenter cum gladio, & me omnino renuentem
deducat, & sic per violentiam manus mea vulne-
ret, & interficiat hominem. & hæc omnia allata
de violentia primo modo dicta sufficiant. Violen
17 tia † igitur secundo modo dicta. sic definitur ab
Alex. de Ales in 3 par. quæst. 41. membr. 4. art. 3.
est cum caussa mouens de foris est inducens, vel
impellens cooperante illo, qui patitur. De qua vio
lentia, seu coactione diuersimodè exemplificant
Doctores præcitati. Nam Sãctus Thomas de hac
violentia loquens in 4. sent. dist. 6. q. 1. art. 2. in-
frascriptis vtitur verbis, videlicet. Si autem coa-
ctio inducens sit, sicut minis, vel flagellis, ita ꝙ
baptizatus potius eligat baptismum suscipere, ꝙ̃
talia pati, tunc suscipit sacramẽtum, sed non rem
sacramenti, & idem Sanctus in 4. sent. dist. 29. q.
1. artic. 1. infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet.
Alia violentia est, quę facit cõditionatam neces-
sitatem, & hanc vocat Philosophus 3. Ethic. vio-
lentum mistum: sicut cum quis proijcit merces in
mare ne periclitetur nauis vnà cum personis ibi
existentibus: & in isto violẽto quamuis hoc quod
fit, non sit per se voluntarium: tamen cõsideratis
circunstantijs hic, & nunc voluntarium est. Et qa
actus in particularibus sunt, ideo simpliciter vo-
luntarium est: sed secundum quid inuolũtarium.
Vnde hæc violentia, vel coactio potest esse in con
sensu, qui est actus voluntatis: non autem prima,
scilicet violentia absoluta. Sanctus Bonauentura
in 4. loco citato eodem modo exemplificat de ip
sa violentia conditionata nihil addens pondera-
tione dignum. Idem facit Alex. locis citatis, sed
in 3. par. q. 41. memb. 4. artic. 3. ait, quòd de hac
violentia loquebatur Diuus Augustinus, dicẽs,
18 ꝙ coacta † voluntas, voluntas est. arg. in c. meritò
quęritur. 15. q. 1. & ibidem fatetur glosa. Qui Alex.
ibidem in respon. ad secundum infrascriptis vti-
tur verbis, videlicet. Ad secũdum similiter patet:
quoniam qui timore mortis negat, non dicitur
inuoluntarius, quamuis actus ille nõ placeat ab-
solutè: sed tamen placeat consideratione mali,
quod plus timetur: sicut iacientes ea, quæ in naui
sunt in mare propter naufragium: non sunt inuo-
luntarij in iactando. hæc ille. Idem prorsus fate-
tur Scotus vbi supra per alia verba. & idem Car-
dinalis a Turrecremata loco citato.

Animaduertenda tamen, & ponderanda erunt
pro maiori intelligentia prædictorum quæcunq;
docuit Diuus Bonauentura in 2. lib. sent. dist. 41.
par. 1. dubio tertio. & sunt hæc, videlicet. Nouem
19 sunt gradus † voluntarij, secundum quos peccata
voluntaria dicuntur secundum plus, & minus. Pri
mo enim & principaliter dicitur voluntarium,
quod est a voluntate nullo inclinante, nec exte-
rius, nec interius: sic fuit peccatum Luciferi vo-
luntarium: Secundò volũtarium dicitur, quod est
a voluntate aliquo suggerente exterius, sed nullo
inclinante interius, & sic fuit peccatum primi ho-
minis voluntarium. Tertiò voluntarium dicitur,
quod est a voluntate, aliquo tamen inclinãte ex-
terius, & interius: & sic est peccatum mortale, qđ
aliquis perpetrat ex deliberatione, & intentione
post lapsũ naturæ. Quartò aliquid est volũtariũ,
qđ est a voluntate non mouente ad illud directè
mouẽte, tñ illud ex consequenti, sicut est peccatũ
ommissionis, quo quis ommittit ad matutinũ sur
gere, quia voluntariè se inebriauit. Quintò ali-
quid est voluntarium, quod est voluntate non mo
uente ad illud directè, nec appetente, sed aliud
20 refugiente, sic est peccatum, quod homo † facit
mortis timore. Sextò est aliquid voluntariũ, quod
est à voluntate nõ plene id quod agit consentien-
te: & sic peccatum ex ignorantia dicitur volun-
tarium. Septimò dicitur aliquid voluntarium,
quia consequitur ad aliquid, quod volunta-
riè factum est ab illo eodem a quo illud fit: & sic
21 peccata, quę consequuntur ebrietatem † in quam
homo se scienter induxit, dicuntur aliquo modo
voluntaria. Octauò dicitur aliquid voluntarium,
quia est ab aliquo potente prohibere, non tamen
prohibente, & sic peccatum veniale, quod est pri
mus motus, dicitur esse voluntarium. Nonò & vl-
timo dicitur aliquid esse voluntarium, quod in-
troductum est à voluntate aliena, sicut a causa
prima, & sic peccatum originale dicitur volunta-
rium. hæc ille Sanctus. qui ibidem subdit, quòd
22 voluntas nunquam cogitur coactione † sufficien
ti (idest absoluta) & ideo coactio exterius facta,
(quæ aliàs coactio secundum quid siue inducens
dicitur) nunquam tollit rationem voluntarij, sed
solum coactio absoluta, seu sufficiẽs: vt latius pau
lò ante fuit probatum.

Sciendum erit, & tertiò principaliter, quòd etsi
virginitas diuersimodè definita, seu descripta re-
periatur a Doctoribus: tamen summoperè, &
memoriæ commendanda erit distinctio, qua vti-
tur Caietanus in commentarijs 2. 2. q. 152. art. 1.
23 dicens virginitas † sumitur dupliciter, videlicet.
Naturaliter, & moraliter: & rursus moraliter su-
mitur dupliciter, scilicet pro quodam castitatis
statu, & prout est quædam specialis virtus à ca-
stitate

24 ſtitate diſtincta. Virginitas † naturalis conſiſtit
in naturali integritate membrorum: ſecundum.n.
communem vſum loquendi, illas appellamus vir-
gines, quæ integritatem carnis, quam à natura
habent, ſeruant: & ad hoc inſpiciuntur quandoq;
25 mulieres ſi ſint virgines. Virginitas † vt eſt ſtatus
caſtitatis, requirit duas conditiones. Primò quòd
perſona non ſit voluntariè polluta. Secundò, quòd
ſit in propoſito ſic ſeruanda niſi matrimonio iun-
gatur. & hoc modò puellæ nubiles caſtæ dicuntur
26 virgines. Virginitas † verò prout eſt ſpecialis vir-
tus addit ſupra virginitatis ſtatum, perpetuitatẽ
voto firmatam, vt in diffinitione eius paulò poſt
27 oſtendemus. Rurſus virginitas † tripliciter con-
ſiderari poteſt, videlicet materialiter ſolum, for-
maliter ſolum, & materialiter & formaliter ſimul.
mul. Materialis tm̃ virginitas dicetur integritas
pudoris, ſeu clauſtri pudoris, ſeu incorruptio car
nis, cùm corruptione mentis. Formalis tantũ ve-
rò integritas, & incorruptio mentis, cùm corru-
ptione inuoluntaria carnis. Materialis & formalis
incorruptio carnis, & mẽtis, vt latius dicetur af-
ferendo ſententiam Diui Thomę, cuius ſententię
aſtipulatur Sanctus Bonauentura in 4. ſent. diſtin.
33. art. 2. q. 3. poſt reſponſiones ad argumenta in
fine. & Riccardus in 4. ſent. diſt. 33. art. 4. q. 1. His
ergo prælibatis, ſciendum, quòd (vt docet Diuus
Thomas in 2. 2. q. 152. art. 1.) Nomen virginitatis
a virore ſumptum eſt, & ſicut illud dicitur virens,
& in ſuo virore perſiſtere, quod non eſt ex ſuper-
abundantia caloris aduſtionem expertum: ita
28 etiam virginitas † hoc importat, quòd perſona,
(cui ineſt) immunis ſit a concupiſcentię aduſtio-
ne, quæ eſſe videtur in conſummatione maximę
delectationis corporalis, qualis eſt venereorũ de
lectatio. Vnde Ambroſius dicit in libro de virgi-
29 nitate, pagina 5. quòd caſtitas † virginalis eſt
expers contagionis integritas: In delectatione au
30 tem venereorum † tria conſideranda occurrunt.
Vnum quidem, quod eſt ex parte corporis, ſcili-
cet violatio ſignaculi virginalis, aliud autem eſt,
in quo coniungitur id, quod eſt animæ cum eo,
quod eſt corporis, ſcilicet ipſa reſolutio ſeminis,
delectationem ſenſibilem cauſans. Tertium autẽ
eſt ſolum ex parte animæ, ſcilicet propoſitũ per-
ueniendi ad talem delectationem. In quib. trib.
id, qđ primò poſitum eſt per accidens ſe habet ad
moralem actum, qui non conſideratus per ſe, niſi
ſecundum ea, quæ ſunt animæ, ſecundum verò ma
terialiter ſe habet ad actum moralem: nam ſenſi-
biles paſſiones ſunt materia moralium actuum.
Tertium verò ſe habet formaliter, & completiuè:
quia ratio moralium in eo, quod eſt rationis cõ-
pletur, quia ergo virginitas dicitur per remotio-
nem prædictæ corruptionis, conſequens eſt, quòd
integritas membri corporalis per accidens ſe ha
beat ad virginitatem: ipſa autem immunitas à
delectatione, quæ conſiſtit in ſeminis reſolutione
ſe habet materialiter. Ipſum autem propoſitum
perpetuo abſtinendi a tali delectatione, ſe habet
31 formaliter, & cõpletiuè in virginitate: † & ſcien-
dum, quòd integritas membri corporalis ideo di
citur per accidens ſe habere ad virginitatem (vt
Sanctus Thomas docuit vbi ſupra in reſponſione
ad tertium) in quantum ſcilicet per hoc, quòd ex
propoſito voluntatis abſtinet quis a delectatione
venerea, remanet integritas in mẽbro corporeo.
Vnde ſi contingat, quòd per alium modum alio
caſu membri integritas corrumpatur, non magis
præiudicat virginitati, quàm ſi corrumpatur ma-
nus, aut pes. Quapropter animaduertẽdum ſum-
32 mopere erit, quòd delectatio, † (quæ eſt ex ſemi-
nis reſolutione) dupliciter poteſt contingere (vt
docuit idem Sanctus Thomas vbi ſupra in reſpõ-
ſione ad quartũ.) Vno modo, vt procedat ex men
tis propoſito, & ſic tollit virginitatẽ, ſiue fiat per
concubitum, ſiue abſque concubitu: Facit autem
mentionem Diuus Auguſtinus de cõcubitu: quia
huiuſmodi reſolutio communiter, & naturaliter
ex concubitu cauſatur. Alio modo poteſt proue-
nire præter propoſitum mentis, vel in dormiẽdo,
vel per violentiam illatam ei (cuius mens nõ con-
ſentit) quamuis caro delectationem experiatur,
vel etiam ex infirmitate naturę (vt patet in his,
qui fluxum ſeminis patiuntur, & ſic non perditur
virginitas, quia pollutio non accidit per impudi-
citiam, quam virginitas excludit. hæc Sanctus
Thomas vbi ſupra, cui aſtipulatur Dominicus So
tus in 4 ſent. diſt 49. quæſt. 5. art. 2. in verſic. vnde
Diuus Thomas quæſtione citata. Paludanus, &
Gabriel locis infra citandis. Sciendum inſuper,
quòd idem docuit idem Sanctus Thomas in 4. ſen
tent. diſt. 49. quæſt. 5. art. 3. in reſponſione ad quar
tum dicens, quòd ſi aliqua per violẽtiam oppreſ-
ſa fuerit, nõ ammittit propter hoc aureolam, dũ-
modo propoſitum perpetuò virginitatem ſeruan
di inuiolabiliter ſeruet, ſi illi actui nullo modo
eſt conſentiens, non tamen per hoc virginitatem
perdit, & hoc dico (inquit Sanctus Thomas) ſiue
pro fide, ſiue pro quacunque alia cauſa violenter
corrumpatur: ſed ſi hoc pro fide ſuſtineatur, hoc
erit ei meritorium, & ad genus martirij pertine-
bit. Vnde Lucia dixit: ſi me inuitam violari fece-
ris, mihi caſtitas duplicabitur ad coronam, non
quòd habeat duas virginitatis aureolas: ſed quia
duplex premium reportabit, vnum pro virginita-
te cuſtodita, aliud pro iniuria, quam paſſa eſt. Di
33 co etiam, quòd ſi talis violenter † oppreſſa conci-
piat, nec ex hoc meritum virginitatis perdit. hæc
ille Sanctus vbi ſupra, cui aſtipulatur Sotus vbi ſu
pra, & Paludanus, & Gabriel Biel. locis infra ci-
tandis. & Caietanus loco citando infra. At quo-
niam ex his allatis hucuſque docti ſuimus virgi-
nitatem denotare integritatem quandam per pri
uationem corruptionis ſic dictam: quæ in actu ge
nerationis accidit. Iccircò ſciendum erit, quòd tri
34 plex eſt huiuſmodi corruptio, † (vt docet Sanctus
Thomas in 4. ſent. diſt. 33. q. 3. art. 1.) Vna corpo-
ralis tantum in hoc quòd clauſtra pudoris fran-
gũtur. Alia ſpiritualis, & corporalis ſimul ex hoc,
quòd per deciſionem, & motum ſeminis in ſenſu
delectatio generatur. Tertia eſt ſpiritualis tantũ:
ex hoc quòd ratio huic delectationi ſe ſubijcit,
in qua integritatem perdit quantum ad actum,
quia impoſſibile eſt aliquid intelligere in ipſa, vt
Philoſophus dicit in lib. 7. Ethic. c. 9. vnde ipſa ra
tionis abſorptio dicitur. Hæc autem tertia corru
ptio non eſt rationis actus, ſed quædã paſſio per
accidens ei conueniens ex paſſione inferioris par
tis: ſicut per ſomnum, vel freneſim, & alias paſ-
ſiones corporales, contingit rationis actum impe
diri per accidens. Cum ergo virtus, & vitium in
actu rationis conſentientis, & diſſentientis perfi-
ciatur, in omnibus prædictis corruptionibus non
inuenitur ſufficiens ratio vitij, aut virtutis, ſed
oportet addere rationis cõſenſum, vel diſſenſum.

Et

Et quia virginitas in genere moris est pertinens ad virtutem: ideo dixit Beata Lucia, quòd non inquinatur corpus nisi de consensu mentis, inquinatione scilicet, quę virginitatis puritati opponitur. Prima ergo corruptio, quæ est corporalis tantum non est materia virtutis, vel vitij, nisi per accidens, mediante aliqua animæ passione. Vnde si per aliquam incisionem claustra pudoris rumpantur: non maius detrimentum virginitati inerit, quàm si pes, aut manus incideretur gladio, sed secunda, & tertia corruptio sunt materia virginitatis, & opposita eius: sicut & aliæ passiones animæ sunt materia virtutum moralium, & oppositorum vitiorum: sed in actu rationis eligentis, vel repudiátis corruptiones prædictas finaliter perficitur inquinatio, quam virginitas priuat, & per consequens ipsa virginitas. Ideo Diuus Augustinus (in lib. de virginitate. c. 7. & 8.) dixit, quòd vir-
35 ginitas † fit per piam cótinentiam ab omni concubitu immunitas. Et animaduertendum, quòd
36 corruptio mentis † (vt docet Sanctus Thomas vbi supra in resp. ad quartum) est duplex. Vna quæ est quasi passio mentis, & contingit, quando mens subditur delectationi, quæ in coitu solet accidere: & quia hæc delectatio completur in feminis distillatione, ideo talis corruptio mentis non potest accidere sine corruptione carnis, quæ dicta est fieri per feminis decisionem. Alia autem est corruptio mentis, quæ est actus eius, s. consensus, aut electio prædictæ corruptionis: sed quia vires inferiores sequûtur motum superiorum, ideo quandoque contingit, quòd ex actu mentis cogitantis de corruptione carnis, & intendentis delectationem ipsius experiri, calor excitatur in corpore, & semé distillat, & causatur delectatio, qua
37 † mens suffocatur sicut in coitu, & tunc absque dubio virginitas est amissa: si autem corruptio sistat in actu mentis consentientis, amittitur quidem virginitas secundum illud formale, quod habet in mente, non autem ratione eius, quod est materiale in ipsa: vnde talis non potest dici vir-
38 go, nisi materialiter: & ideo hæc virginitatis † amissio potest recuperari: non autem illa virginitatis amissio, in qua etiam illud, quod est materiale subtrahitur: qa virginitas ex parte sui actus respicit tantum præsens, aut futurum, sicut est in qualibet virtute. Electio enim aut præsens, aut futurum respicit, non autem præteritum, sed ex parte materię non solum præsens, sed præteritum respicit. Dicitur enim virgo, quæ elegit, quæ est materialis in virginitate, quam nunquam amisit, & habere & conseruare intendit, non autem exigitur, quòd nunquam contrariam electionem habuerit, sed quòd nunquam cótrariam corruptionem. Ex hoc autem virginitas amissa recuperari non potest: quia illud, quod in præteritum transit recuperari non potest. At quoniam quis posset ex dictis hucusque decipi credens, quòd virginitas amissa per coitum ordinarium, cum masculo nō possit recuperari, sed amissa sine tali, cū sola propria pollutione voluntaria possit recuperari, nec non, & quòd si cognoscatur puella imperfectæ ętatis sine interuentu distillationis feminis in tali casu virginitas admittatur quantum ad id, quod est materiale, quod quidem Diuus Thomas non intendit nos docere, immo & contrarium, cùm idipsum explicité docuerit (in 4. sent. dist. 33. q. 3. artic. 1. in resp. ad quintum) infrascriptis verbis vtēs circa primam obiectionem, videlicet. Illæ quæ si-
39 ne concubitu † se corrumpunt, non est dubium, quòd virginitatem amittunt, etiam quantum ad id, qd est materiale in ipsa: quia etsi concûbitus nō adsit, adest tamen delectatio, quæ in concubitu corruptionem virginitatis facit, & quòd huiusmodi corruptio irrecuperabilis sit, docuit ipsemet Diuus Thomas (in 2. 2. q. 52. art. 3. in resp. ad tertium) infrascriptis vtens verbis, videlicet virtus
40 † per pœnitentiam reparari potest, quantum ad id, quod est formale in virtute; non aūt quantum ad id, quod est materiale in ipsa: Non. n. si quis magnificus consumpserit diuitias suas, per pœnitentiam peccati restituuntur & diuitiæ: & similiter ille, qui virginitatem (peccando) amisit, per pęnitentiam non recuperat virginitatis materiā, sed recuperat virginitatis propositum. Circa autem virginitatis materiam est aliquid, quod miraculose reparari poterit diuinitùs, scilicet integritas membri, quam dicimus accidentaliter se ad virginitatem habere. Aliud autem est, quod nec miraculosè reparari potest, vt scilicet, quòd qui expertus est voluptatem veneream, fiat non
41 expertus. Non enim Deus † potest, vt ea, quæ facta sunt, non sint facta. Nam vt docuit ipsemet Diuus Thomas (in prima par. quæst. 25 artic. 3.) erit considerandum, quòd cùm vnumquodq; agés agat sibi simile. Vnicuique potentiæ actiuæ correspondet possibile, vt obiectum proprium secundum rationem illius actus, in quo fundatur potentia actiua. Sicut potentia calefactiua refertur, vt ad proprium obiectum ad esse calefactibile. Esse autem Diuinum (super quod ratio Diuinæ potentiæ fundatur, est esse infinitum non limitatum ad aliquod genus entis, sed præhabés in se totius esse perfectionem. Vnde quicquid potest habere rationem entis continetur sub possibilibus absolutis, respectu quorum Deus dicitur Omnipotés. Nihil autem opponitur rationi entis, nisi nō ens. Hoc igitur repugnat rationi possibilis absoluti, quod subditur Diuinæ Omnipotentiæ: quod implicat in se esse, & non esse simul. Hoc enim Omnipotentiæ non subditur, non propter defectum Diuinæ potentiæ: sed quia non potest habere rationem factibilis, neque possibilis. Quæcunq; igitur contradictionem non implicant, sub illis possibilibus continetur, respectu quorū dicitur Deus Omnipotens. Ea verò, quæ contradictionem implicant sub Diuina Omnipotentia non continentur: quia non possunt habere possibilium rationē. Vnde conuenientius dicitur, quòd ea non possunt fieri, quàm quòd Deus ea non possit facere. Neque hoc est contra verbum Angeli (Luc. c. 1. vers. 37.) Non erit impossibile apud Deum omne verbum. Id enim quod cōtradictionem implicat verbum esse non potest: quia nullus intellectus potest illud concipere. Præterita autem non fuisse (vt docet idem Sanctus vbi supra artic. 4. in corp. quæstionis, & in responsione ad tertiū) contradictionem implicat. Sicut enim contradictionem implicat dicere, quòd Sortes sedet, & non sedet, ita quòd non sederit, & sederit: Dicere autem, quòd sederit est dicere, quòd sit præteritum. Dicere autem quòd non sederit, est dicere, quòd non fuerit. Vnde præterita non fuisse non subiacent Diuinæ potentiæ. Et hoc est, quod Diuus docuit Augustinus in lib. 26. cap. 5. contra Faustum dicens. Quisquis ita dicit. Si Deus Omnipotens est, faciat vt ea,

ea,quæ facta sunt,facta non fuerint, non videt hoc se dicere:si Deus Omnipotens est,faciat vt ea,quę vera sunt,eo ipso,q; vera sunt,falsa sint.Et Philosophus dicit in 6.Ethic.c.2.q; hoc solo priuat Deus, ingenita facere,quæ sunt facta:Vnde concludēdo dicimus cum S.Thoma vbi supra,quem sequitur quoq; Cardinalis a Turrecremata, in c.si Paulus. 32.q.5.q; etsi Deus auferre possit a muliere corruptionē,pra oēm corruptionē mentis, & corporis: hoc tñ ab ea remoueri non poterit(rõnib.paulò ante allatis)q; corrupta non fuerit:sicut ēt ab aliquo peccatore auferre non pōt,† q; non peccauerit, & charitatem amiserit,sed non ideo hoc denegat Diuinam Omnipotentiam,sed in Deo cadere contradictionem.Ex his ergo omnibus patuit Diuũ Thomam nos docuisse,q; virginitas materialiter amissa per coitũ vnà cum seminis distillatione, & per voluntariam pollutionem, cum seminis distillatione sine commixtione viri non poterit recuperari.& hæc quoad primã obiectionem. Sed circa

42 tore auferre non pōt,† q; non peccauerit, & charitatem amiserit,

43 secundam,s. q; virginitas materialiter † amittat, necne per commistionem viri, vel per tactus proprios impudicos a puella minoris ætatis,quæ huiusmodi seminis distillationem non fuit passa pp ętatem imperfectã, ac immaturam ad tale opus. Audiamus quid nos docuerit Diuus Thomas, & Caiet.Diuus.o.Thomas in 4.sent.dist. 33.q.3.art. 2.in resp.ad quintum,respondit quæsito præsenti infrascriptis verbis vtens,videlicet.Si autem luxuria contra naturam,tps perfectę ętatis præueniat, cum non adsit seminis decisio: & per consequens nec delectatio completa mentem suffocans, non amittitur virginitas,quantum ad id,quod est materiale in ipsa.hæc ille.Sanctus,pro quorum maiori intelligentia memoriæ cõmendanda erunt infrascripta, quorũ primũ est,q; Caiet.in commentarijs.2. 2.q.152.art.2.circa finē,vbi infrascriptis vtitur verbis,videlicet. Aduertēdum quoq; inter hæc est,q; licèt cõiter ante annos pubertatis vterque sexus impotens sit ad generandum , qñq; tñ personam aliquam contingit voluntariē seminare perditur virginitas.Et qm sexus fœminens inuenitē seminare si prouocatus ad hoc fuerit,non solũ parum ante pubertatē,sed in sexto ętatis anno,& supra, vt ipsę mulieres ex parte testãtur,ita q; quantum ex auditis conijcio,nõ est hoc per accidens, sed puto posse fieri vniuersale, s. vt in pluribus.inest eis potentia hæc.Ideo longè citius possunt mulie

44 res irreparabiliter virginitatē† perdere, q̃ viri. Quantumcunq; aũt infra tempus , quo impotens quis est naturaliter ad seminandum, operã det venereis citra seminationē, & virginitatem perdat mentalem,non perdit ita virginitatem , quin per pęnitentiam reparetur.Differt siquidem puer a viro per infirmitatem impotentiæ q; puer est per se impotens,vir aũt infirmus per accidens est impotens:& ppea puero per se deest materia stupri, viro aũt per accidēs.Ac per hoc puer remanet virgo per se ex parte materiæ, seu corporis. Vir aũt remanet ex parte corporis p accidēs virgo. Et ppea

45 non est dubium,quin pueri virginitas † sit reparabilis per pęnitentiã:sed an sit ēt reparabilis sic perdita infirmi viri virginitas non facilè dixerim,tra hitur fortè id,quod est per accidens, ad id, quod est per se. hæc ille qui paulò antè docet,idem dicendum fore de coeuntib.insimul(qui sciunt semi nare non posse, vt sunt spadones) q; ij ammittunt virginitatē,& idem dicit de ea, quæ pecunia subducta consentit actui venereo, nec ex concubitu delectationem sentit,nec seminat:his verbis vtens (respondit enim tali quæsito proposito a Martino Luthero.)Secunda autem est per accidens ex parte corporis,seu materiæ,virgo, sicut per accidēs non seminauit in concubitus,& reddens rationē talis sñiæ,dicit ibidem.Ea aũt quæ sunt per accidens,non dēnt inducere mentem Doct.ad mutãdas virtutũ diffinitiones, q̃ attenduntur penes id, qd est vt in plurib.& per se.Idē est.n.iudicium de ista,& quacunq; alia,q̃ incępit perdere virginitatē,& per accidens nō est perdita consumatē. hæc ille,cui consonant, q̃ docentur a Petro de Palu.in 4.sent.dist.33.q.a.art.1.per totũ. & a Gabr.Biel. in 4.sent.dist.33.q.3.in notab.1.& 2.qui se subscripsit sñiæ Paludani,quam colligendo breuiter ferè oĩa dicta ab ipso Paludano,& alij supracitatis dico, q; virginitas irrecuperabiliter per pęnitentiã

46 ammittitur † in infrascriptis casib.quotiū primus est per corporis corruptionē materialem factã per emissionē seminis,procuratã quocunq; modo gratia delectationis venereę pcipiēdę,quę tñ dicit corruptio naturalis, & tunc contigit, qñ habitus sit coitus inter marē, & fœminã in vase debito,aliãs diceretur contra naturã, vt puta, per mollitiē, vel sodomiã,vtputa,qñ mulier coit cũ muliere, &c. vel per bestialitatē,si cũ bestia,&c. vt paulò post clarius,& latius dicet Secũdus est per corruptionem voluntariã contra naturã seminatione sequuta quocunq; modo id contingat,& ratio(sm Pal. ibidē)est,qm luxuria opponitur castitati,& maximè virginitati.Tertius si claustra pudoris frãgant ipsa consentiente,ēt si non seminaret, nec semen reciperet.Quartus per seminis voluntariam receptionē ēt non fractis claustris,ēt si ipsa non seminaret,cũ reperiatur mulieres,quæ concipiunt, & tñ non seminanr.Quintus est, si ex vehementia ardoris voluntaria passa sine fractione pudoris ipsa seminat sine viri seminis aliqua receptione.Sext⁹ si in aliquo præcesserit consensus in delectationē venereã, ita q; sentiens se calefactũ vellet obdormire,vt pollueret,& mulier,vt opprimeretur, & hic consensus interuenit tpe,quo pōt cõtradicere delectationi venereę:secus erit si talis consensus solũ adesset durante tali seminatione,eo q; ipsa durante talis iudiciũ rõnis non habent.Septimus casus est(sm Archid.in c.reuera,32.q.5.) si quæ puella, vel adolescens dum ludit cum viro,vel puella,aut turpitudinem aliquam cogitat, aut dum deosculatur actiuè , vel passiuè, aut tangitur à viro,vel cum vehementi tentatione carnis sese comprimit, aut constringit,si tunc polluitur,non tamen data ad hæc opera,vel ex proposito hoc fiat,nihilominus poterit per pęnitentiam reparari ad virginitatem,& ad aureolam,& inter virgines consecrari,quamuis post huiusmodi non voluntariã pollutionem placuit ei fuisse pollutam:hæc ille.arguendo à contrario sensu, & dicendo ex mente eius, quòd si dicta persona icircò se constringit , &c. vt indè polluatur, & experiatur venereàm delectationem,tunc irreparabiliter virginitas ammittitur iuxta doctrinam Sancti Thomæ supra relatam.

47 Virginitas† recuperabilis per pęnitētiã, ammittitur in infrascriptis casibus,videlicet.Primus qñ pueri,& puellę nituntur experiri actum venereum calcantes adinuicem, & tñ non potuerunt seminare pp immaturam ętatem . Quapp docuit Pal. vbi supra, q; non solum tales non ammittunt virginitatē:verum ēt abusus talium , vel incęstum non intelligitur retineri per retentionem casuum

Episcopaliū: quia nec p hoc tollit virginitas,nec
causat̄ affinitas,nec publicę honestatis iustitia,qñ
non prçcesserunt spōsalia, vt habetur in c.iuuenis.
ext.de spon.& secundus qñ corruptio virginitatis
fuit solū in mente. Casus verò in quib.virginitas
48 † non ammittitur ēt si videatur quis pollui vene
reis,sunt infrascripti, videlicet. Primus qñ virgi-
nitas materialiter per oppressionem, ac violentiā
sufficientem, seu absolutā violetur,si tñ ipsa virgo
mente dissentiendo venereis perseueret sp ēt si in
actu ipso venereo sentiat aliqualē carnis delecta-
tionē,& emittat semen,& frangantur claustra pu
doris, & recipiat viri semen in tm̄ q̄ concipiat,&
pariat,hmôi virgo oppressa tali violentia nō pri-
uabitur aureola virginitatis si in ipsa sp perseue-
rauerit, rōnib,quamplurimis auctoritatib.& San-
cti Thomæ in 4.sent.dist.49.q.5. art.3. in resp.ad
4.& vide alios notatos sup.nu.23.allatis.Secūdus
casus si dormiens vir,vel mulier pollutionē per se
minationē patiatur,etsi dicta pollutio incepta in
somno perficiatur in vigilia sine culpa ipsius illā
patientis: ēt si indè sentiat pro tunc aliquā vene-
ream delectationē dum desit consensus,licèt si il-
la cōplaceret non vt exoneratio naturæ tm̄: sed
respectu ipsius actus venerei: tunc ammitteret vir
ginitatem formaliter recuperabilem per peniten
tiā.Et hæc pauca de multis dicta sufficiāt pro in-
telligentia conclusionū duarū immediatè sequen
tium,& totius præsentis materiæ scien dignissime
non solum a Cōfessoribus, verum etiā a Iudicib.
& Aduocatis Ecclesiasticis, vt patet ad sensum.

His ergo notabilib.præmissis ad proponendas
& probandas conclusiones nonnullas(quibus de-
cidetur præsens quæstio)me accingam.

Prima conclusio sit hæc. Homo Iudex tam Eccle
49 siasticus,q̄ secularis iuridicè non poterit † sm̄ le
ges tam Diuinas,q̄ humanas pęnales punire trā-
gredientes leges Diuinas pp violentiam sufficien
tem,seu absolutam sibi illatam,tā circa præceptū
decalogi primum, Vnū cole Deū,thura offerendo
idolo manu propria per talem violentiam tracta:
vel circa præceptū. Non occides,homicidium p-
petrando prædicto modo, siue circa præceptum.
Non mechaberis,patiendo fractionē claustri pu-
doris ēt cū interuentu seminationis,& receptio-
nis seminis,ēt si indè conceperit, & pepererit ta-
lis violentata puella: & sic dicendū erit de oī alia
legis Diuinæ transgressione perpetrata materia-
liter,& non formaliter,.i.inuolūtariè per coactio-
nem,seu violentiā absolutam.Cum nec ipse Deus
Omnipotens imputet hmôi transgressiones mate
50 rialiter factas ad culpam, qm̄ virgo † per violen-
tiam absolutam stuprata in tali statu, & volūtate
perseuerans vsq; ad mortem non priuabitur au-
reola virginib.debita in Cęlo, & alio præmio pp
passionem ac violentiam passam; ēt si inde conce
pisset, & peperisset, vt multipliciter probauimus
in §.tertio,ferè per totum. Hæc conclusio probat̄
triplici medio.Primò.n.per text.in §.1.32.q.5. in
quo Gratianus infrascriptis vtitur verbis, videli-
cet. [Quòd aūt pudicitia violenter eripi non pos-
sit,multis auctoritatib.probatur.Est.n.virtus ani-
mi,quæ violentia non sentit.Corpori namque vis
inferr̄ non aīo. Vnde q̄uis corpus violenter corrū-
patur,si pudicitia mentis seruetur illęsa,tñ casti-
tas duplicatur sicut B.Lucia fertur dixisse Pasca-
sio.his verbis,videlicet,Si inuitā me feceris viola-
ri, castitas mihi duplicabitur ad coronā.Non.n.
inquinatur corpus,nisi de consensu mentis. Nā si
in manu mea thura ponas, & per manum meam
sacrificia facias:Deus hac attēdet,& deridet. De
51 sensib. † .n. & voluntatib.iudicat Deus.]hæc ibi.
Idem probatur per arg.in c.1.32.q.5.in quo refer
tur snīa Diui Ambrosij Epi. in lib.2. de virginib.
infrascriptis verbis vtētis,videlicet. [Tolerabili⁹
est mentē virginem,q̄ carnem habere. Vtrūq; bo-
nū si liceat,saltē non hoī castæ,sed Deo simus.Vir
go prostitui pōt,adulterari nō pōt. Vbicunq; Dei
virgo est, templū Dei est:nec lupanaria infamant
castitatē:sed castitas ēt loci abolet infamiā.]hęc
ibi.Idē per arg.in c.ita,ne 32.q.5.in quo refertur
snīa Diui Augustini in lib.1.c.18.de Ciuitate Dei.
infrascriptis verbis vtētis,videlicet.[ita ne aliquē
52 polluat aliena libido † metuit? Nō polluit,si alie
na erit:si aūt polluet aliena non erit,sed cū pudi-
citia virtus sit aī, comitēq; hēat fortitudinē, qua
potius q̄libet mala tolerare,q̄ malo cōsentire de-
cernat,nullus aūt magnanimus,& pudicus in ptā
te hēat,quid de sua carne fiat,sed tm̄ quid annuat
mente,vel renuat.Quis tandē sana mente putaue
rit se perdere pudicitiā,si fortè in apprehensa, &
oppressa carne sua exerceat̄,& expleat̄ libido non
sua.]hæc ibi Idē probatur per arg.in c.proposito.
32. q. 5. vbi ex Diuo August.vbi sup.infrascripta
habent̄ inter alia,videlicet.[Proposito aī perma-
nente,per qđ ēt corpus sanctificari,nec ipsi corpo
53 ri auferet sanctitatē † violentia libidinis alienæ,
quā seruat perseuerantia continentiæ suæ hinc po
tius admoneamur,ita nō amitti corporis sanctita
tē,manente animi sanctitate,ēt corpore oppresso
sicut amittitur corporis sanctitas violata aī san-
ctitate.]Idē per arg.in c.nō fidelib.32.q.5. in quo
refertur snīa Diui August. vbi sup.c.27. infrascri-
ptis verbis vtentis,videlicet. [Nō fidelib.Christi
sit tędio vestra vita,si ludibrio fuit hostib.castitas
vestra.Habetis magnā, veramq; cōsolationē, si fi-
dam consciam retinetis,non consensisse peccatis
eorū,qui in vos peccare permissi sunt.Nō nisi vo-
54 luntate peccat.]† Idē pbatur per arg.in c.de pu
dicitia.32.q.5.in quo referuntur snīæ aureæ Sācti
August.& Hieron.& primò Diuū Aug.in lib.1.de
libero arbit.c.5. infrascriptis verbis vsū fuisse ibi
55 refert,videlicet. [De pudicitia † qs dubitauerit,
quin ea sit in aīa cōstituta,qñquidē virtus est Vñ
a violento stupratore eripi nec ipsa pōt.]Itē Hie
ronymus super Epistolā ad Romanos lib.1. Non
pōt fieri,vt nisiquis prius męchetur in corde,mę
56 chari † possit in corpore. Idē super Lucam in lib.
2.Finge(inquit Diuus Hieron.)in psecutione ali-
quam virginē prostitutam. hęc apud Euangeliū,
qa voluntate non peccat,virgo suscipitur,in lege
quasi corrupta repudiat̄. Idem S.Hieron.in libro
Hebraicarum qōnū in Genes.ad c.12.Corpus,in-
57 quit,mulieris non vis maculat,† sed volūtas.]Idē
probat̄ per arg.in c.ad Deum,32.q.5.vbi hæc ha-
bentur,videlicet. [Ad Deū ingemiscentib.oībus
suis aderit,qui suis adesse cōsueuit,& aut nihil in
earū castissimis mēbris libidine hostili perpetrari
permittet, aut si permitrit,cū earū animus nulla
cōsensionis turpitudine maculat̄,ēt carnem suam
defendit a crimine,& qdquid in ea nec cōmisit,
nec permisit libido patientis solius erit culpa fa-
58 cientis: oīsq; illa violētia † non pro corruptionis
turpitudine,sed pro passionis vulnere deputabit̄.
Tantum enim in mēte valet integritas castitatis,
vt illa inuiolata, nec in corpore possit pudicitia
violari,cuius mēbra potuerint superari.]hæc ibi,
quæ oīa excerpta fuerunt ex Epistola 122. Diui
Hiero-

Hieronymi scribentis ad Victorianum. Idé proba
tur per arg. in c. oõ potest. 32. q. 5. vbi refertur sen
tentia Isidori in sinonymis lib. 2. his verbis, vide-
59 licet. [Non potest corpus corrompi, † nisi prius
animus fuerit corruptus. Munda à cõtagione ani-
ma, caro non peccat. Idem probatur per argum. in
l. si vxor. §. si quis plané. ff. ad l. Iuliam. de adult. &
stupro. vbi hæc habentur, videlicet: [Sed ita de-
mum adulterium maritus vindicabit, si vim ho-
stium passa non esset. Cęterum, quæ vim patitur,
60 † non est in ea causa, vt adulterij, vel stupri dam-
netur.] Idem probatur per argum. in l. vim passa.
in princ. ff. ad l. Iuliam de adult. & stupro. vbi hæc
habentur, videlicet [Vim passam mulieré senten-
tia Præsidis continebatur. In legem Iuliá de adul
terijs non commisisse respondi licet iniuriam suá
protegendæ pudicitię causa confestim marito re-
nunciari prohibuit.] Idem per argum. in l. fęditissi-
mam. C. ad l. Iul. de adult. & stupro. vbi hęc haben
tur, videlicet. [Fęditissimam eorum nequitiam, quę
pudorem suum alienis libidinib. prosternunt, non
etiam earũ, quæ per vim stupro comprehensæ sunt
irreprehensa voluntate leges vlciscũtur, quin etiá
inuiolatæ existimationis esse meritò placuit.] Idé
probatur per argumentum in c. magis timeamus.
32. q. 5. vbi refertur snīa Diui Augustini scribẽtis
ad Honoratum Epũm in Epistola 180. his verbis,
videlicet. [Magis timeam⁹, ne sensu interiore cor
rupto perẽat castitas fidei, q̃ ne fęminæ violenter
61 constuprentur in carne, quia violentia † non vio-
latur pudicitia, si mente seruatur, qm̃ nec in carne
violatur, qñ voluntas patientis sua turpiter carne
non vtitur, sed sine cõsensione tolerat quod alius
operatur. hæc ibi; idem probatur per argum. in c.
sacris. ext. de ijs, quæ vi metusvè, & c. in quo dẽ
(vt latius in conclus. 3. dicetur) ꝙ coactè violentia
absoluta cõicans excommunicato nõ incidere in
excõicationem. Animaduertendum insuper sum-
mopere erit, ꝙ non sine causa dixi præsentem con
clusioné probari per argum. in dictis iurib. & nõ
dixi probari per d. iura: Quapp sciendũ, ꝙ licèt d.
62 iura † explicitè non contineant contenta in oĩa
conclusione, benè tamen implicitè, & tacitè, eo
ꝙ ex ipsis luce meridiana clarius elucet veritas
nfę conclusionis: cùm ex ipsis eliciatur, ꝙ opera,
quæ sunt contra pcepta Diuina, violentia absolu-
ta per nos facta mediantib. nostri corporis mem
bris (quib nobis inuitis simpliciter) impij vtũtur,
nullatenus nobis adscribentur ad culpam ab ipso
Deo, imò ad meritum, tum pp violentiam ipsam
passam in ipsis membris, tum ét pp piam, & con
stantem menté nostrá erga obseruantiá Diuinorũ
pceptorũ, ad quorũ transgressioné violentamur, ac
absolutè cõpellimur. Si ergo ex dictis iurib. id eli-
ciatur. indè ét elicitur, ꝙ Iudices pro hmõi operi-
bus ppetratis sic violenter, neminé possit punire,
cùm & ipsi sint ministri Diuinę iustitiæ, quib. non
licebit noxios iudicare, penisq; addicere tépora-
lib. quos Deus innoxios, ac pmio dignos iudicat,
vt pdicta iura nos docuerunt, eo ꝙ adest regula iu
ris (in c. non dét. de regu. iur. in 6.) dicens. [Non
63 dét aliquis alterius odio † pgrauari.] sed graua-
rentur vtiq; odio alterius si contentos in oĩa con
clusione puniret Iudices, cũ immunes iudicandi
sint potius ab oĩ culpa, stante alia iuris regula, in
qua hęc habent in c. sine culpa. de regu. iur. in 6,
videlicet. Sine culpa, nisi subsit causa, non est ali-
64 quis puniendus. † Probatur & secundò psens pña
conclusio auctoritate sacrorũ Theologorum, qui
citati fuerunt in 3. §. presentis qõnis. & Glosarum,
ac Canonistarũ in citatis iurib. etsi Glo. in §. 1. (q
est Gratiani) in vers. duplicatur neget vltimá par-
ticulam, seu clausulam insertam in nostra conclu-
sione, in qua diximus, virginé absoluta violentia
corruptá non ammittere aureolá, ét si indè conce
pisset, & peperisset. Ná d. Glo. ĩfrascriptis vsa fuit
verbis, videlicet argm̃ violenter corruptam nõ ami
mittere virginum pręmiũ: sed recipere duplica-
tum, non tñ quoad aureolá: consequitur ergo ma
ius præmium, sed non tale, quia non coronatur,
nec fulgorem virginis habebit. hæc oĩa verba sũt
ipsius Glosę, cui vr̃ suffragari ibidem Archidiac.
etsi ipse Archid. in d. c. reuera. 32. q. 5. se subscripse
rit ferè oĩb. allatis in §. 3. psentis qõnis: cuius glo
sæ rñ dicto sé non subscripsit, sed refragatus fuit
ibidé Cardinalis a Turrecremata, sequens S. Tho
mam in 4. sent. dist. 49. q. 5. art. 3. in resp. ad 4. & re-
darguit ipse Cardinalis d. Glo. in d. c. reuera. 32.
q. 5. & quidé nescio cui fundamento inhęreat d.
Glo. cũ contra ipsam sit snīa oĩum Theologorũ, q
ad verbũ fuerunt citati in d. §. 3. psenti quoq; con
clusioni se subscripsit Andreas Tiraq. in tract. de
pęnis, causa 36. nu. 5. Probatur & tertiò psens con
clusio hac rõne. Cum subiectũ peccati sit ipsa vo-
luntas, (vt sępissimè sup. probauimus.) Inde sequit
nullum actũ, seu opus nostrũ imputandum nobis
fore ad culpá, nisi fuerit voluntariũ, volũtate con
ditionata, vel absoluta: At cũ nullus puniẽdus sit
sine culpa, & in tali violẽtato hoĩe nulla adsit cul-
pa: indè meritò sequitur neminé fore puniendum
pro opere malo perpetrato p violentiam absolu-
tam, ac per consequens indè elucet veritas pręsen
tis nostræ primæ conclusionis.
65 Secunda conclusio. † Etsi Iudex tá Ecclesiasti-
cus, q̃ secularis iuridicè non possit punire oĩno oc
cultos transgressores legũ Diuinarũ, & humana-
rum, vt latius probatũ fuit in conclus. 3. capituli.
Nihilominus si ad leges ipsas Diuinas transgre-
diendas ipsarũ transgressores inducti fuissent per
metũ cadentem in cõstantem virũ: Deus ipse Om
nipotens hmõi trásgressores punier, vel hic, vel in
alia vita téporaliter, vel æternaliter, minori tñ pę
na, q̃ si nullo metu incusso sibi legé fuisset trásgres
sus, nisi post talia scelera ppetrata perfectè egis-
sent in hoc seculo dignos fructus pęnitentię. Hęc
conclusio probat quatruplici medio. Primò per ar
gũ in iure Diuino: Dicente Dño per os Ezechie-
lis Prophetæ (Ezech. c. 18. vers. 20. 21. 22. 23. 24. 30.
31. & 32.) [Aĩa, quę peccauerit ipsa morieť: fili⁹ nõ
portabit iniquitaté patris, & pr̃ non portabit ini-
quitaté filij: iustitia iusti super eũ erit, & impietas
impij erit super eum: si aũt impius egerit pęnité-
66 tiá ab oĩb. peccatis suis, † q̃ operatus est, & custo
dierit oĩa pcepta mea, & fecerit iudiciũ, & iusti-
tiá, vita viuet, & non morieť. Oĩum iniquitatum
eius, quas operatus est, nõ recordabor, in iustitia
sua, quá operatus est, viuet. Nunquid voluntatis
meæ est mors impij dicit Dñs Deus, & nõ vt con
uertat a vijs suis, & viuat? Si aũt auerterit se iustus
a iustitia sua, & fecerit iniquitaté sm oẽs abomi-
nationes, quas operari solet impius, nunqd viuet?
oẽs iustitię eius quas fecerat nõ recordabũtur in
pręuaricatione qua puaricatus est, & in peccato
suo, qd peccauit in ipsis morieť. Iccircò vnũquem
que iuxta vias suas iudicabo domus Israel) ait Dñs
Deus, Conuertimini, & agite pœnitentiam ab

Fff 2 omni-

omnibus iniquitatibus vestris, & non erit vobis in ruinam iniquitas. Proijcite a vobis oẽs iniquitates vestras, in quib. prçuaricati estis, & facite vobis cor nouũ, & spiritũ nouũ, & quare moriemini domus Israel. Quia nolo mortem morientis, dicit Dñs Deus reuertimini, & viuite.] hęc ibi. Idem annuebat Ioannes Baptista (vt habet apud Matt. c.3. vers.8.) qñ dicebat. [Facite ergo fructũ dignũ penitentiæ.] Et licèt multi alij loci iuris Diuini possent hic citari ad probandam necessitatẽ pœnitentiæ faciendę pro peccato incurso, trãsgrediendo legem Diuinam ẽt pp metum cadentẽ in constantem virum, qui metus aliàs dr̃ violentia, seu coactio, seu voluntas cõditionata, quæ nullatenus excusat hoĩem a trãsgressione diuinarum legum, (vt paulò post ꝓbabitur.) Nihilominus illos silentio pertranseam, cùm verbum fiat Christianis Lectorib. a quibus verissima tenetur sentẽtia Dñi dicentis apud Matth. c. 19. vers. 17. [Si vis ad vitam ingredi, serua mandata.] Per allata ergo hucusque probasse vltimam particulam conclusionis sufficiat, superest modo probare eodem iure Diuino transgressorẽ legum Diuinarum non excusari pp metum cadentem in constantem virum sibi illatũ; Sciendum ergo, ꝙ veritatem nostrę conclusionis nos docuit Dñs Deus per os Mathatiæ (vt habetr̃ in lib. 1. Machabeorũ, c.2. vers. 19. & seq.) dicentis. [Etsi oẽs gentes Regi Antiocho obediant, vt discedant vnusquisq; a seruitute legis patrum suorum, & consentiant mãdatis eius, ego, & filij mei, & fratres mei obediemus legi patrum nostrorum propitius sit nobis Deus: non est nobis vtile relinquere legem, & iustitias Dei. Non audiemus verba Regis Antiochi, nec sacrificabimus transgredientes legis nostræ mãdata, vt eamus altera via.] hæc ibi: quæ quidem verba dependent a verborũ contextu, quæ sunt in 1. c. dicti libri, in quo dr̃ Antiochum præcepisse occidi oẽs Iudęos, qui idolis non sacrificarent, & non comederent de immundis contra legem Dñi. Vnde ibidem hæc habentr̃ videlicet in vers. 65. 66. & 67. [Et multi de populo Israel definierunt apud se, vt non manducarent immunda, & elegerunt magis mori, q̃ cibis coinquinari immundis, & noluerũt infringere legem Dei Sanctam, & trucidati sunt. & facta est ira magna super populum Israel valde.] hæc ibi. Idẽ ꝓbatur per ea, quæ fecerunt Sidrach, Misach. & Abdenago, qui (vt in lib. Danielis c.3. per totum) statuam auream erectã a Nabuchodonosor Rege, potius non adorare, & igne cremari elegerunt, q̃ transgredi legem Diuinam hoc prohibentem in lib. Exodi c.20. vers. 3. 4. & 5. Vnum colere Deum præcipientem. Cuius tandem virtute liberati fuerunt tam mirabiliter. Idem elicitur ex lib. 2. Machab. c.6. & 7. vbi enarratur deuotissima, & fidelissima passio Eleazari qui mortem passus fuit pro eo, ꝙ iussus ab Antiocho comedere carnes porcinas contra præceptum legis Diuinę, ipse ne Diuinam legem violaret magis elegit mortem subire q̃ transgredi Diuinam legem, dicẽs. [Nam etsi in præsenti tpe supplicijs hoĩum eripiar, sed manum Omnipotẽtis, nec viuus, nec defunctus effugiam, sed cũ plagis perimeretur ingemuit, & dixit, Dñe qui habes sanctam sciam, manifestè tu scis, quia cùm a morte possem liberari duros corporis sustineo dolores: ſm animam verò pp timorem tuum libenter hæc patior:] Idem elicitur ex d. lib. 1. Machab. c.7. de septem fratribus vnà cum matre sua, qui eadem de causa elegerunt potius mortem tẽporalem, q̃ transgredi Diuinam legem: quod etiã fecisse tot sanctissimas Martires, Ecclesia Sancta docet, eo ꝙ voluerunt sequi vestigia Sanctorum Apostolorum, qui & ipsi iussi ne prædicarent nomen Dñi Iesu Christi responderunt, dicentes (Actuum c.5. vers. 29.) [Obedire oportet Deo magis q̃ hominibus.] ad quod faciendum nos monebat Dñs Iesus Christus, qñ dicebat (apud Matth. c.10. vers. 28. & sequentib.) [Nolite timere eos, qui occidunt corpus, aĩam autem nõ possunt occidere: sed potius timete eum, qui potest & aĩam, & corpus perdere in gehennam. Oĩs ergo qui confitebitr̃ me coram hominib. confitebor & ego coram patre meo, qui est in cęlis. Qui autem me negauerit coram hominib. negabo & ego eum coram patre meo, qui in Cęlis est.] hæc ibi. Ex quib. omnib. Diuinis oraculis habuimus vtiq; nullam violẽtiam, nullumq́; metum excusare quemquã a transgressione legis Diuinæ: Et quod diximus hmõi transgressores omnino occultos non puniendos fore a Iudicib. Ecclesiasticis, vel secularib. probatũ fuit quamplurimis iurib. Pontificijs, & Imperatorijs citatis in probationem tertiæ cõclusionis primę qõnis, seu primi capituli præsenti libri vndecimi nostræ praxis, quæ denuo hic recensenda nõ fore breuitatis gratia operæpretium duximus: vbi ẽt probauimus neminẽ irretiri aliquo vinculo cuiuscunq; pęnę ipso facto incurrẽdę. Vide ergo ibi, quia quamplurima notatu dignissima habentur, & summopere necessaria scitu. Probatur & secundò iure Pontificio, ꝙ non liceat transgredi legem Diuinam pp metum cadentem in constantem virum nempè per infrascripta iura, eo ꝙ hoc probetur apertissimè per text. in c. sacris. ext. de ijs, quæ vi, metusvè causa fiunt, in quo Innoc. III. dicit, ꝙ pro nullo metu quis dẽt peccare mortaliter, & in
67 † c. quisquis metu. 11. q. 3. vbi refertur ſn̄ia Diui Augustini ad Casulanum scribentis his verbis, videlicet. [Quisquis metu cuiuslibet potestatis veritatem occultat, iram Dei super se prouocat, quia magis timet hoĩem, quàm Deum. Vterq; reus est, & qui veritatem occultat, & qui mendacium dicit, quia ille prodesse non vult, & iste nocere desiderat.] hæc ille. qui & in lib. 4. qõnum, q. 24. ad c. 15. Numerorum seu lib. Numeri, & habetur in c. 1. 15. q. 1. in quo probat peccatum perpetratum per metum cadentem in constantem virum, nõ posse dici propriè nolentium, sed volentium, eum potius illa perpetrare velint, q̃ aliquod malum pati. Idem Diuus Augustinus, & hanc eandem protulit sententiam (quæ habetur in c. nemo peritorũ. 11. q. 3.) dicens [Melius est autem pro veritate pa-
68 ti supplicium, † quàm pro adulatione recipere beneficium.] hæc ibi. Idem habetur in c. nolite timere, & in c. non semper malum est. c. si Dñs. c. Iulianus Imperator, imò & per oẽs Canones 11. q. 3. Probatur & tertiò Doctorum auctoritate. Nam S. Tho. in 2. 2. q. 125. art. 3. in corp. q. vbi infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Timor peccatũ est, ſm ꝙ est inordinatus, prout s. refugit quod nõ est ſm rationem refugiendum. Hæc autem inordinatio timoris quandoque quidem consistit in solo appetitu sensitiuo, non superueniente consensu rationalis appetitus: & sic non potest esse peccatũ mortale, sed solum veniale. Quandoque verò huiusmodi inordinatio timoris pertingit vsque ad appetitum rationalem, qui dicitur voluntas, quæ ex li-

bero

bero arbitriò refugit aliquid non secundũ rationem: & talis inordinatio timoris quandoque est peccatum mortale, quandoq; veniale. Si enim aliquis propter timorem, quo refugit periculũ mortis, vel quodcunque aliud temporale malum, sic dispositus est, vt faciat aliquid prohibitum, vel prætermittat aliquid, quod est præceptum in lege Diuina, talis timor est peccatum mortale. Alioquin erit peccatum veniale. hæc ille Sanctus, vbi supra, quilibidem in artic. 4. loquens de violentia conditionata, seu mixta, quæ aliàs dicitur metus cadens in constantem virum. infrascriptis vtitur verbis (inter alia) videlicet, sunt autem magis timenda mala animę, quàm mala corporis: Corporis autem mala, exteriorum rerum mala. Et ideo si quis incurrat mala animæ, idest peccata fugiens mala corporis, puta, flagella, vel mortem, aut mala exteriorum rerum, puta damnum pecuniæ, aut si sustineat mala corporis, vt vitet damnũ pecuniæ, non excusatur totaliter a peccato: diminuitur tamen secundum aliquid eius peccatum, quia minus voluntarium est, quod ex timore agitur. Vnde Philosophus huiusmodi, quæ ex timore fiunt, dicit esse non simpliciter voluntaria. sed mixta ex voluntario, & inuoluntario. hæc ille Sãctus. Idem Pet. a Pal. in 4. sent. dist. 29 art. 2. conclus. 4. Dominicus a Soto in lib. 7. de iustitia, & iure. q. 2. art. 1. col. 6. in fine. & omnes Doctores Theologi qui citati fuerunt in probatione præcedentis conclusionis vnà cum Caietano in cõmentarijs 2. 2. loci citati huic nostræ conclusioni se subscripserũt omnes Canonistæ in iuribus supra citatis hic, & in dicta conclusione 3. capituli primi. Probatur & quartò hac ratione. Cum occultorum Deus tantum sit Iudex, & vnusquisque dignus sit pęna affici, an culpæ fece se maculare non destitit, iuxta vulgatum illud axioma, in quo dicitur. Nullum malum impunitum, & nullum bonum irremuneratum, vel in hoc seculo, aut in futuro. Indè sequitur verissimam fuisse præsentem nostrã conclusionem, in qua diximus a Deo puniendum fore transgredientem legem Diuinam, etiam propter metum cadentem in constantem virum.

Tertia conclusio. Iudex Ecclesiasticus, & secula-
69 ris † tenebiĩ punire iuxta sanctiones Pontificias, & Imperatorias, violantes legis Diuinæ preceptũ aliquod pp metum cadentem in cõstante virum, & propter violentiam conditionatã illis illatam, aliquantò tñ mitius, f. pęna pecuniaria, vel exilio, vel relegatione, vel alia corporali, vel hmôi mitiori, iuxta arbitrium Iudicis, consideratis circunstantijs criminis perpetrati, & conditione ipsum perpetrantis. Cùm hodie omnis pęna etiam a iure determinata sit arbitraria, ą nullo metu, sed libera voluntate ipsi huiusmodi legis Diuinę pręceptũ violassent, vtputa si blasphemassent, si apostatassent a fide, vel a religione, vel ab ordine. Si peierassent, vel aliquid aliud opus prohibitũ de iure Diuino, quod dednctum, & probatum esset contra aliquẽ in foro iudiciali, qm̃ hic talis transgressor est in lata culpa (quę in criminalibus non ęquiparatur dolo) & non in dolo, cum non simpliciter voluntarium possit dici ipsius peccatum: sed voluntate conditionata perpetratũ, & omnino vide quæ dixi sup. in c. 2. conclus. 6. in responsionem factam impugnationi ibi allatæ contra illam conclusionem: qui quamplurima iura, & Doct. ſnias attuli, quib. probatur quoq; presens cõclusio, oĩno vide ibi, quia forsan alibi non repeties. Hæc conclusio probatur quatruplici medio. Primo. n. iure Diuino, dicente Dño in lib. Exodi c. 21. vers. 12. [Qui percusserit hoĩem volẽs occidere, morte moriatur.] & post multa scelera per totum d. c. 21. & subsequens, c. 22. enumerata, quæ puniri mandauit Deus in vers. 18. d. c. 22. dixit. [Maleficos non
70 † patieris viuere.] Dixi probari per argum. in d. iure Diuino, qm̃ licet omnia verba contenta in nostra conclusione explicitè non habeantur in d. iure Diuino (eo φ ibi nulla fiat mentio de trãsgressione iuris diuini propter metum cadentem in virum constantem, tñ bene implicitè hoc idem probatur ibi, cùm dicatur [Maleficos non patieris viuere.] & φ hmôi transgressores (de quib. in conclusione sit sermo) sint malefici, patuit per allata in
71 conclusione præcedenti, cum voluntas † cõditionata sit volũtas, vt habetur in c. merito, 15. q. 1. ex snia D. Augustini. Probatur & secundò iuri Pontificio, & Imperatorio. Probatur. n. conclusio p arg. in c. si quis coactus. 22. q. 5. vbi ex pœnitentiali Theodori hæc habentur, videlicet. [Si quis coactus pro vita redimenda, vel pro qualibet causa, vel necessitate periurat, qa plus corpus, q̃ aiam dilexit, tres quadragesimas pęnitcat. Alij verò iudicant tres annos, vnũ ex his in pane, & aqua.] Idẽ per arg. in c. eos, quos, de cõsecrat. dist. 4. vbi Fęlicis Papæ Tertij recensetur constitutio, in qua decreuit, φ [Epi, Presbiteri, & Diaconi, qui sponta
72 nei, vel coacti † conditionaliter sunt ab hæreticis rebaptizati vsq; ad finem vitę debent in penitẽtia permanere, & ab officio Ecclesiastico cessare, in finem tñ eis laica cõmunio tribuatur. Monachi verò, moniales, & laici adulti duodecim annis pęniteãt, pueri verò, siue laici, siue clerici rebaptizati mitiori pęna puniendi erunt.] hæc ibi. Diximus præsentem conclusionẽ probari per arg. dictorum Canonum, qm̃ licèt explicitè ibi ad verbũ nostra conclusio non contineatur, vel probetur, eius tñ veritas ex ipsis peroptimè elicitur, cùm probẽt in duob. casib. idem aunuendo in similib. idem apertius probatur per text. in c sacris. ext. de his, quæ vi, metusq; causa fiunt. Vbi dixit Innoc. III. hmôi
73 metum † attenuare culpã, quasi diceret tacitè ẽt, & pęnam mitt. intellectum, quem ei dat Pan. ibidem. Idem manifestius probatur per text. in l. seruos, C. ad l. Iul. de vi publ. vel priuata. Vbi hæc habentur, videlicet. [Seruos qui fecisse violenti am confessionib. testium, aut proprijs docebuntur, si id inscio dño cõmiserint, postremo supplicio deditos luere perpetrata censemus. Quod si illa, metu, atq; exhortatione dñorum violentiam admiserint palam est fm l. Iul. Dñm infamem pronunciatũ loci, ac originis proprię dignitate nõ vti, seruos verò quos fororib. talib. paruisse constiterit, metallo post sñiam dedi.] hæc ibi. Idem pbatur per tex. in l. 2. C. de sepulchro violato. vbi infrascripti habentur, videlicet. [Si seruus in demoliendis sepulchris fuerit deprehensus: si id sine Dñi sciẽtia faciat, metallo addicatur, si verò Domini anctoritate, vel iussione vrgetur, relegatione plectat.] hęc ibi. Ex quibus patuit mitius puniendos fore criminosos crimina perpetrantes propter metũ cadentem in constantem virum, quàm si spontè talia committerent. Idem probatur per arg. in l. hodie. ff. de pęnis. vbi hæc habentur, videlicet. [Hodie licet ei, qui extra ordinẽ (vel ordinariè) vt docet Glo. de crimine cognoscit, quam vult senten-

giam ferre, vel grauiorem, vel leniorem, ita tamen
vt in vtroque moderationem nõ excedat.] hęc in
d.l.Dixi probari nostram conclusionem per arg.
in d.l.quoniam explicitè ipsa l.non continet om
nia verba contenta in dicta nostra cõclusione, etsi
bene implicitè, cum ex ipsa eliciatur, quod omnis
pęna indicenda sit arbitraria: quam tamen regu-
lam docuit Marantha loco infra citando, nu.65.
Bal. in l.etsi seuerior. C. ex quib.cau.infamia ir-
rog.Pau.de Cast, in consi.328.col.2.in 2.vol.Bart,
in l.quid ergo.§.pęna.ff de his, qui notantur infa.
& quãplurimi alij Doct.diuersis in locis, quos sæ-
pè alibi retuli. Probatur & tertiò Doct.auctorita
te.Glo.n.in dictis iurib.se subscripserunt pręsenti
conclusione, & Canonistæ ibidem, & Ant.de But.
in c.sacris.ext.de his, quæ vi, metusq; causa fiunt.
col.2.in vers.ex quo nota. vbi dicitur alleuiandã
esse pœnam tali criminoso inducto ad crimen
per metum cadentem in constantem virum. Idẽ
docuit Io. And. ibidem in col.t. in vers.attenuet,
hoc probans per text, in c.potest. de pęnit.dist.1.
vbi hoc idem videtur docere Glo. in vers. pęni-
tet.quam Archiep.ibi sequitur hoc idem docuit
Cardinalis a Turrecremata in c.Lotharius. 32.q.
1.& in d.c.potest. Idem docet Nauar. in suo Ma-
nuali in c.22.nu.51.circa finem, dicens talem pu-
niendum fore pęna extraordinaria, quia excusan
dus erit saltem a pęna ordinaria. Idẽ docuit Bal.
in d.c.sacris, nu.1.& 2.dicens. Patiens vim absolu-
75 tam non punitur: sed patiens vim † conditiona-
lem, si facit contra virtutem clauium punitur, sed
mitius: & ratio est, quia digni misericordia sunt,
qui alieno morbo laborant. Et sic nota, ꝙ metus
extenuat delictum, sed non tollit in totum. Idẽ do
cuit Ioan.Lup.(vt refert Couarruuias, vbi sup.) in
tract.de reg. Naual.3.par.§.2.col.pen. Idẽ docuit
Bar.in d.l.seruos.C.ad l.Iul.de vi publ.& priu.his
verbis vtens, videlicet, Serui violentiam commit-
tentes vltimo supplicio puniuntur, si ex præcepto
Dñi fecerunt in metallũ damnantur. Ex quib.ver-
bis patuit ipsum Bar. se subscripsisse præsenti con
clusioni cum dicat huiusmodi homicidam mitius
puniri, si ex præcepto Domini tale crimen perpe
trasset. Idem docet Iul. Clar. in sua praxi lib.5.§.
fin.q.60.vers.solet dubitari circa medium. Vbi in-
frascriptis vtitur verbis, videlicet. Hæc autem de
plano procedunt in mandato Superioris simplici-
ter loquendo, sed si esset vir potens, & seuerus er-
ga eos, quibus mãdare potest, forte esset excusan-
dus, qui de eius mandato aliquid delictum cõmit
teret, non quidem a tota pęna, sed mitius, & ci-
tra mortem puniendus: prout reperio in facti cõ-
tingentia seruasse Curiam Neap. quæ condemna-
uit ad triremes quendam famulum, qui de mãda-
to cuiusdam dñi viri potentis opere, & sermone
apposuit cuidã Comitissæ fragmenta lapidis ada
mantini in quadam cratera. Ant. Corsetus in suis
singularib.in vers.metus, vbi infrascriptis vtitur
verbis, videlicet. Inter alia elicit Ego adduco id,
quod voluit Bal.in c.1.§.quis iniuria.de pace iu-
ramento firmata. in vsib.feudi; vbi dicit, ꝙ si do-
minus, vel Princeps præcipiat alicui, quod occi-
dat alium, aliàs occideret ipsum mandatarium, ꝙ
occidens excusatur. allegat l.scientiam.§.qui cum
aliter.ff.ad l.Aquil.& dicit hoc voluisse Pet.& al-
legat Cyn.in d.l.scientiam.§.qui cum aliter, & al-
legat Glo. in l.pen.ff.si famil. fur. fecisse dicatur.
& adde Bal.qđ voluit Cyn.in l.1. C.vnde vi. post
Pet.ibi.quod voluit Bat.in l.2.ff.de noxa. & bene
facit ille text.& quod voluit D.Abb.in c.sacris, ꝓ
met.caus. Nam sicut excusatur quis occidendo a-
lium causa defensionis. vt in Clem.si furiosus de
homic. ita debet excusari iste, qui vt ne periret,
76 alium interfecit, † & hoc intellige procedere de
iure ciuili, quod autem de iure Canonico, seu Di-
uino, dic ꝙ non excusatur per d.c.sacris, & per c.
ita ne. 32.q.5. vide omnino Dom, in d.c.sacris, &
sic ex hoc infero, ꝙ idem operatur mortis metus,
sicut mors ipsa, & licet cõiter teneatur, ꝙ de iure
ciuili in hoc vltimo casu quis excusatur, pondera
tamen, quia dura mihi videtur cõmunis decisio,
tamen sequenda, quia cõis. hæc ille, ex quib.tria
colliguntur. Primum ꝙ cõmunis Doct.opinio sit,
ꝙ de iure ciuili in casu proposito, quis non sit pu
niendus. Secundò ꝙ de iure Diuino, & Canonico
sit puniendus, & d.sententia ꝙ de iure ciuili non
sit puniendus dura sibi videatur; ex quib, omnib.
patuit ipsum se subscripsisse præsenti nostræ con-
clusioni etiam s̃m ius ciuile. Cũ ęquior sit, & ꝓ-
pter multa alia, quæ afferam paulò post in respon
sionem impugnationis afferẽdæ contra præsentẽ
conclusionem. Idem confirmauit Decius in cons.
482.lib.3.per totum, sed specialius.in fi.vbi quàm
77 elegantissimè probat homicidium † cõmissum ex
culpa, sed non ex dolo nullatenus puniendũ fore
pęna ordinaria homicidij, vel corporali, sed mi-
nor arbitraria non corporalis, eo ꝙ pęna corpo-
rali debeat puniri solum is, qui dolo perpetrauit
homicidium, & non ex sola culpa, & ad hoc pro-
bandum attulit inter alias sñiam Bart. in l.pen.ff.
de adulterijs. Vbi concludit, ꝙ ille, qui interficit
non legitimè bannitũ, non punitur de homicidio
facto dolosè, sed de culpa, quia nõ fuit scrutatus,
an esset legitimè bannitus, & ad hoc facit text. in
l.lege Cornelia, ff.ad l.Corn.de siccarijs, dum ibi
dr̃ de putatore, qui ramum deiecit, & non præcla
mauit, prout tenetur. l si putator, ff.ad Aquil.nam
si hominem prætereuntem occiderit, non punitur
pęna l.Cornelię, quia tale homicidium cõmissum
fuit ex culpa non præclamãdo, & non ex dolo: Ex
his ergo colligitur, vt latius ipse docuit explicitè
loco paulò post citando, ꝙ Dec.& Bar.se subscri-
pserint præsenti nostræ conclusioni, cùm dixerint
pęna arbitraria, & non corporali fore puniẽdum
homicidam culposum, & non dolosum, seu pro ho
micidio perpetrato ab aliquo culpa eius, non tñ
ex dolo, & ꝙ in casu nostro perpetrans crimen le
ge Diuina damnatum pp metum cadentẽ in con-
stantẽm virum sit in culpa, per se patet, qm̃ volun-
tas coacta est voluntas: si voluntas, ergo culpa af-
fuit. Si culpa, ergo pęna mitiori, s.non corporali
erit puniendus. Nam hæc est regula apud oẽs Ca-
nonistas, Iuristas, Practichistas, ac consulentes, ꝙ
78 qñ aliqua de causa quis excusatur a pęna † mor-
tis pro cõmisso scelere regulariter puniẽdo mor-
tis pęna, tunc Iudex nullatenus poterit ei impo-
nere pęnam corporalem, sed aliam, puta pęnã pe-
cuniariam, vel relegationis, aut exilij, vel huiõi
consimilẽ, vt latius dr̃ per omnes Doct; & signan-
ter per Thomã Gram. in voto 23.nu.20. qui alios
quamplures Doct.refert idem tenentes Idem ꝓpr-
suis tenuit, ac docuit Albertus de Gand.in tit.de
homicidiarijs, & eorum pęnis nu.20.vbi dixit, ꝙ
79 delictum † ex animo, & studiose commissum pu-
nitur ordinaria pęna, si pro illo delicto certa pęna
nõ sit determinata, tũc imponit pęna consueta. Si

autem

autem delictum nō ex animo, sed negligentia, vel culpa cōmissum est, impunitum esse non debet tale maleficium, sed mitius puniri debet. Nam qui hominem non ex animo occidit, remissa homicidij pęna aliàs minus punitur pro motu Iudicis, & pro modo, & qualitate ipsius culpæ: sic notat Accursius in glo. ordinaria, ff. ad l. Corn. de sicar. l. Cornelia. ibi [dolus pro facto] sed qui negligentia, vel culpa mitius coercentur, vt in l. qui edes. ff. de incen. rui. nau. aliter enim dolo commissa, aliter culpa, seu negligentia puniuntur, vt ff. de administ. rer. ad ciuit. pertin. l. Imper. §. rescripserūt, & in talibus erit motus Iudicis in pœna imponēda pro modo negligentiæ, siue culpæ. hæc omnia ille de Gandino. Idem prorsus docuit Bartholomeus Cępolla in crimin. consil. 34 col. 14. §. circa tertium, & vltimum dubium fere per totum, qui hoc probat multis medijs loquendo de homicidio perpetrato culpa interueniente, sed non dolo: & inter alios Doctor citat Bald. dicentem in l. quicunque. C. de seruis fugitiuis. quod vbicunque de pœna capitali, vel corporali loquimur, subintelligitur dolus, in tantum, quod si statutum imponet et pęnam personalē pro homicidio, vt quia

80 dicit occidens occidatur, † nisi dolose occidens, occidatur, & cum proposito, non habet locum pęna statuti, vel ius commune, sed aliter debet mitius puniri, vt notabiliter docet Bald. in l. data opera. C. qui accusare non possunt. & rursus idem Bald. cum Salyceto in l. 2. C. de noxa. Idē prorsus docuit Bart. (vt etiam vbi supra not. Cępolla) in l. 5. §. 1. num. 1. ff. si quis testa. liber esse iussus fuerit, vtens infrascriptis verbis, cōcludit, videlicet. Vbi

81 tractatur de pœna corporali lata † culpa non æquiparatur dolo, vt l. in lege Cornelia, ff. ad l. Corn. de siccar. & notatur in l. in actionibus. ff. de in litē iuran. Idem docuit Augustinus de Arimi. in additio. ad Angelum in tract. malefic. in versic. scienter, dolosè. num. 1. vbi concludit, prout supradicti Doctores, dicens, quòd quotiens ex delicto est pœna corporalis imponenda, nunquam imponitur, nisi dolus interueniat, etiam si statuto caueatur, quòd homicida puniatur pœna mortis, & nō facit doli mentionem: tamen vbi non est dolus, sed culpa fuit homicidium commissum, Iudex debet suam sententiam & pœnam temperare. Idem prorsus docuit Thomas Grāmaticus: noster Neapolitanus multis medijs, in consil. 18. num. 7. & in voto 23. nu. 13. Idem docuit Hyppolitus de Marsilijs in l. 1. §. Diuus Adrianus, num. 8. ff. ad l. Corn. de siccar. & in suis singularib. in singulari 176. incipien. voluntas, & propositū. vbi hoc probat innumeris alijs auctoritatibus. Idem rursus docuit Cępolla ferè per totum in crimin. consil. 34. nostrā conclusionem probando veram, quàmplurimas auctoritates doctorum afferendo: Vide ergo ibi. Idē docuit quàmpluribus medijs Marātha in suo speculo aduocatorum in quarta parte, à num. 59. vsque ad 67. exclusiue, loquens in materia homicidij perpetrati lata culpa, & nō dolo. qua opinione probatur quoque nostra conclusio arguendo, (vt fecimus de alijs paulò antè) qui Marāta postquam retulit duplicem Doctor. sententiam circa potestatem Iudicis in arbitrarijs pœnis, quando delictum est commissum lata culpa, & non dolo; extendendam vsque ad penam mortis, concludit,

82 hodie omnem pœnam † esse arbitrariam, per dictam l. hodie. de pœnis. si vis ergo videre dictas sententias duplices Doctorum, vnà cum suis fundamentis pro, & contra. quære ibi. Idem docuit Philippus Decius in l. Velle non creditur, num. 7. ff. de reg. iur. in versic. vltimo notandum. dicens, notandum est, quod dicit glo. hic per istum textū,

83 & excusatur filius vel seruus, † qui aliquid facit de mandato patris, vel Domini. & hoc intelligitur in delictis leuibus, quæ non habent atrocitatem, vt glo. dicitur per l. ad ea infrascripta co. & ad hoc est text. in l. liberorum. §. excusant, ff. de his, qui not. infam. & in l. liber homo, la secūda, in princip. ad l. Aquil. & glo. ibi latè insistit. secus est in grauibus delictis: in quibus non excusatur filius, vel seruus d. l. ad ea, quæ à contrario sensu: & est text. in l. seruus, non in omnibus, ff. de acti. & obliga. & notat Bart. in l. seruus, ff. de noxal. in l. non solum. § si mandato, colum. 1. ff. de iniurijs. & ibi in versic. idem puto. dicit, quod quælibet iniuria personalis dicitur graue delictum quantū ad propositum. & licet in grauioribus (vt dictū est) non excusatur filius, vel seruus ex iussu patris, vel domini, pœna tamen mitigatur, vt est text not. in l. seruus. C. ad l. Iul. de vi publ. & Bald. & Salycet. ibi ad hoc not. illum textum. Et eodem modo excusaretur etiam in atrocioribus, quando seruus cogeretur à Domino, sub comminatione mortis, si illud non faceret, vt not. Bart. in d. l. seruus ff. de noxalibus. & hoc haberet locum in quolibet, qui tali modo per metum cōpelleretur, vt notatur per Doctores in l. vt vim. ff. de iustitia & iure. hæc omnia Decius, vbi supra. ex quibus patuit ipsum se subscripsisse præsenti nostræ conclusioni. Nam non à casu dixit [& eodem modo excusaretur.] Sed volens nos docere ipsum intendisse, quòd eodem modo, sicut is, de quo immediatè loquutus fuerat, scilicet quòd filius vel seruus ex iussu patris, vel Domini excusetur etiam in atrocioribus à pœna ordinaria, subdidit dicens, quoniā in tali casu pœna debebit mitigari. hæc ex illo. ex quib.

84 patuit quòd Bossius † in sua praxi criminali (vt tanto viro deferam) in tit. de homicid. num. 95. dicens, quòd homicidium committens iussu Principis, vel alterius sibi aliàs mortem minantis, de qua morte inferenda, hac de causa non posset dubitare propter immunitatem huiusmodi minantis, quòd excusetur prorsus ab homicidio, & ad hoc attulit sententiam Gandini in rubrica de pœnis eorum; & Decium in d. l. velle non creditur, & sic ipse Bossius ibi, inquam, intendit, quòd tūc excusetur à pœnā homicidij ordinaria: non autē à pœna extraordinaria, & quòd hæc fuerit ipsius intentio, primo elicitur ex verbis illis. [Excusatur ab homicidio: nam consultò non dixit, nulla pœna punietur, sed non pœna homicidij, scilicet ordinaria. Secundo ex allatis Doctor. auctoritatibus, cum ex ipsis eluceat veritas nostræ conclusionis (vt probauimus, referendo paulò antè) eorum verba formalia. Vide ergo ibi. Et tertio hoc elicitur ex dictis suis in eod. tit. nume. 68. nam ibi docet, quòd aliquod crimen perpetrans lata culpa, non poterit puniri corporaliter, aut pœna ordinaria homicidij, sed solum criminaliter pœna extraordinaria, & hoc probat auctoritate Bart. hoc dicentis. in l. respiciēdum, §. delinquunt. ff. de penis. & Cępolla in consil. 35. 36. & 37. & addidit quòd loquuntur illa consilia in terminis, cap. fin. de homic. in 6. quādo ex mandato dato alicui ad vulnerandum, & non ad occidendum, mādatar. us

ita

ita vulnerauit, vt occiderit: volens, vt dixi quòd
teneatur mandatarius de homicidio propter cul-
pam; & sic extra ordinem. hæc ille Doctor. Idem
docuit Panormitanus in dicto cap. sacris, num. a.
Didacus Couarruuias in quarto Decretalium, fo
lio 46. num. 7. aliàs in cap. 3. secundæ partis. §. 4.
nu. 7. folio 160. qui alios citat Doctores. Nec ob-
stat quod Abbas Panormitanus, in consil. 4. lib. 1.
loquens de consentiente adulterio propter metũ
cadentem in constantem virum, infrascriptis ver-
bis vtatur, videlicet. Violentia, seu metus fuit cõ-
ditionalis. Et ideo, quòd licet aliquid peccatum
contraxit, & pœnitentia dignum sit, quia ad mi-
nus attuit aliqualis cònsensus, tamen pœnam adul
terij pati non debet, & sic non debet priuari dote
85 & consortio viri, cũ hoc sit adulterij pœna. † Hoc
probatur expresse in l. vim passa. & in l. si vxor. §.
si quis planè, ff. ad l. Iuliam. de adult. & in l. fœdis-
sima. C. eod. tit. & l. 1. §. remoueri. ff. de posthum. &
ratio est, quia adulterium respectu legis non ad-
mittitur sine dolo, licet fuerit, seu interuenerit
aliqualis culpa: vt notanter probatur in l. penult.
ff. ad l. Iul. de adult. iuncta glo. & 34. q. a. cap. in le-
ctum, & 15. q. 1. cap. inebriarunt. Et iura procedũt
etiam in metu conditionali, vt apertissimè voluit
glo. seu sentit in duobus locis, 32. quæst. 5. c. pro-
posito, aliàs incipit. Lucretiam pro hoc, quia do
86 lus † est calliditas, vel machinatio ad circumue-
niendum, &c. l. 1. ff. de dolo: quæ etiam cessant in-
teruenîente metu, licet conditionali. Nam (vt
dicit glo. in cap. cùm locum) extra de sponsal. Nã
arbitratur, quòd non solùm metus illatus per il-
lum virum habeat excusare mulierẽ à pœna adul-
terij; sed etiam pudor, & verecundia quædam, in
quam incidere timuit mulier in clamando, cũ vi-
deretur (sed maximè noctis tempore) à viro prę-
sertim posse occidi. Ratio, quia ibi cessat dolus,
qui requiritur ad incurrendam pœnam adulterij.
Hoc valde notabiliter probatur in dicto cap. pro-
posito. §. Lucretiam. iuncta glo. cùm veritas facti
contingat. Nam illa Lucretia nobilis, & pudica in
vrbe Romana, propter hanc ignominiam, & con-
87 fusionem vitandam † exposuit se libidini filij Tar
quinij Regis. nec adultera fuit iudicata a viro
sanctissimo, & doctissimo, imò de castitate mẽtis
commendata, vt ibi intelligit glo. & benè. Quod
licet quoad Deum non fuerit immaculata: tamen
quoad pœnam legis fuit ab adulterio excusata, cũ
non committatur sine dolo, vt superius dixi. hæc
88 omnia Panormitanus vbi supra. † Ex cuius ver-
bis prima fronte videtur ipsum voluisse transgre-
dientem legem Diuinam propter metum caden-
tem in constantem virum non fore à Iudice, sed so
lùm à Deo. & tamen ipsemet in dicto cap. sacris.
num. a. extra de his, quæ vi, metusvè causa fiunt.
dixit huiusmodi criminosum mitius puniendum
fore: si mitius, ergo puniendus erit, ergo verum
non fuisse videtur, quod dixit in citato consilio
quarto. Respondeò quòd iccirco dixi, Non obsta-
re quę dixit Panormitanus in dicto cõsilio. Quo-
89 niam si benè librarentur verba † ipsius Panormi-
tani in dicto consil. quàm facillimè apparebit, nul
lam contradictionem esse in verbis ipsius: & verã
fuisse sententiam eius in vtrisque locis citatis, in
quibus concludit dictam adulteram, vel alium iu
ris Diuini transgressorem non puniendũ fore pę-
na statuta contra transgressores dictarum legum,
sed mitius; & licet in dicto cap. sacris. hoc mani-
festius declarauerit: non ideo hoc negauit in
dicto consilio quarto, cùm dixit ipsam adulteram
simpliciter non puniendam fore pœna adulterij,
non tamen exclusit, aut dixit ipsam puniendã nõ
fore mitius. imò hoc tacitè innuere nobis intende
bat, dum dixit ipsam non puniendam fore pœna
adulterij, sic quòd non debeat priuari dote, & cõ-
sortio mariti, cùm sit pœna adulterij, quasi dice-
ret ipsam non puniendã fore pœna adulterij om-
nimoda, sed aliquali. Ex his ergo patuit nullam
contradictionem reperiri in dictis Panormitani,
& quòd in vtroque loco se subscripserit præsenti
nostræ conclusioni verissimæ. Præsenti etiam con-
clusioni se subscripsit Bar. in d. l. penult. ff. ad l. Iul.
90 de adult. & licet † statim citandi Doct. dicant sim
pliciter, quòd si aliquis potens mihi mandauerit,
vt occidam Titium, aliàs me interficiet, idque ip-
sum perfecerim, à pœna homicidij excusari de-
beo, nihilominus intelligenda sunt hæc verba se-
cundum mentem eorum, scilicet quòd excusari
debeo à pœna ordinaria homicidij incurrẽda, sed
mitius puniendus: quasi dicerent à pœna homi-
cidij, idest ab omnimoda homicidij pœna, ita
quòd non subiacebit pœnis, quas de iure incurre
ret propter homicidiũ voluntariè, ac sponte per-
petratum: & quòd hæc sit eorum mens, patet ex
eo, quod non dixerunt tali excusari ab omni pę-
na ipsius homicidij, sed a pœna homicidij: a tota
pœna scilicet soluenda. quod non negamus, imò
in præsenti conclusione constituimus, ac fassi fui-
mus. Quæ interpretatio sentẽtię infrascriptorum
Doctor. recipitur ab Andrea Tiraquel. in tract. de
pœnis temperandis, aut remittendis. Causa 36.
num. 3. Doctor. autem prædicta dicentes sunt in-
frascripti, videlicet Bald. in §. iniuria. in vers. seu
furtum. tit. de pac. iuram. fir. Et rursus in sua Mar-
garita, in versic. homicidium, vers. vltimò, Pet. in
l. sciam. §. qui cum aliter, ff. ad l. Aquil. & ibi etiam
Cynus. qui idem replicat in l. 1. C. vnde vi. & ibi-
dem Ioannes Fab. Host. in l. liber homo colum. 1.
ff. ad l. Aquil. & in l. si quis fumo, §. 1. eod. tit. dum
se remittit ad Cynum in d. l. 1. C. vnde vi. Alex. in
additione Bart. in l. liber homo, ff. ad l. Aquil. Bar-
batius consil. 60. incipien. Sapienter scripsit Psal-
mista, colum. 6. vers. capionum, cap. 3. lib. 1. Lanr.
Calca. consil. a. incip. licet ista materia colum. 11.
Iason in §. si minus, colum. antepenult. vers. nũquid
autem, institu. de actio. Hyppolitus Marsil. in l. 1.
colum. 12. versic. 18. ff. de siccar. Philippus Decius
in l. velle non creditur, colum. a. versic. vltimo no-
tandum est, in fine, ff. de reg. iur. & in l. eius verò,
eod. tit. Bart. in l. a. ff. de noxa. & ante hos omnes
glo. in l. si familia, vers. & si seruus, in glo. 1. in fine,
ff. si fami. fur. fec. dic. quam ibi ponderat Alex. in
additio. Bart. quibus doctoribus citatis, ipse An-
dreas Tiraquel. subinfert infrascripta notabilia,
videlicet. Et profecto si isti Doctores intelligant
prædictam conclusionem, quòd debeant excusa-
ri a totali pœna, & sic ne puniantur huiusmodi cri
minosi legis Cornel. de sicear. pœna, sed mitius, id
sine dubio verum est. Si vero, vt omnino non pu-
niantur: eorum sententia admittenda non erit, si-
cut nec ipse Panormitanus admisit in dicto cap sa
cris, num. 5. Idem sentijt Iulius Clarus in sua pra-
ctica, lib. 5. §. fina. quæstio. 40. in versic. solet dubi-
tari nunquid mandatum, & in versic. quarto mo-
do. Quamuis ipse Iulius Clarus vbi supra in versic.
sequenti, videlicet. Quarto modo nunquid metus
aut

aut vis in delictis excuset: quòd concludit post
Bald. in cap. 1. §. iniuria post num. 19. versicu. sed
pone de pace iuramento firm. & est cõmunis opi
nio, quod si quis alium interficiat metu mortis,
non est puniendus pęna homicidij: hæc ille. cuius
sententia (si recta statera ponderabitur) verissima
apparebit, & non contraria nostræ conclusioni à
se acceptatæ. Nam taliter erit interpretanda: nõ
est puniendus pœna homicidij, scilicet, ordina-
ria, scilicet pœna mortis: quod & nos in nostra
conclusione tali fuimus, quasi diceret tacitè, sed
pœna mitiori, scilicet extraordinaria pęna: quod
paulò ante expresserat in dicto versic. solet dubi-
tari, eo magis, quod post dicta verba concluden-
do dixit, faciunt quæ dixi supra. versic. solet du-
bitari; sequens Decium vbi supra. & addit, quòd
etsi mandatum superioris in leuibus excuset, non
tamen in atrocioribus, nam tunc pœna extraor-
dinaria puniendus est mandatarius. & vide eius-
dem verba per me citata supra in responsione im
pugnationis factæ cõtra conclusionem sextam ca-
pitali. Sciendum insuper, quod vltra Doctores ci-
91 tatos à Tiraquel. paulò antè Bartoli sententia † vi
detur oppugnare quoque nostram conclusionem,
in l. 2. ff. de noxalibus actionibus. Nam ibi dixit,
quòd iussus seruus à Domino delinquere, asserẽ-
te, quod nisi ipse delinqueret, ipsum interficeret:
tunc est excusatus seruus propter iustum timorẽ.
Hæc vtique sententia Bart. non obstat veritati no-
stræ conclusionis. Primò, quia poterit interpre-
tari de delicto prohibito iure positiuo (de quo la-
tius in sequenti conclusione sermo erit habẽdus).
Secundo de pœna ordinaria; quoniam alias sibi-
met fuisset cõtrarius: cum (vt supra ad verbum re-
tuli eius sententiam) docuerit quod sit puniẽdus
pœna extraordinaria lata culpa, & non dolo ali-
quem interficiens: quod vtique non erit creden-
dum de tanto viro eruditissimo, & eodem modo
prorsus interpretanda erit sentẽtia Baldi, & alio-
rum, qui citantur a Tiraquel. vbi supra, nec nõ sen
tentia Bossij in sua practica. titulo de homicidio.
nume. 95. dicentis, quod quando Princeps, vel
quicunque potest, iubet priuato sic fieri, aliter oc
cidet eum, & tunc mandatarius est prorsus excu-
satus, quando verisimiliter debuit mandatarius
dubitare de vita sua, eo magis, quod vt supra retu
li tali pacto eos interpretatus fuit Decius in l. vel-
le non creditur, num. 7. ff. de regul. iur. vide ergo
paulò ante formalia verba Decij p me relata hic.
Probatur & quartò hac ratione. Cum enim pecca
ta, ac actus nostri distinguantur volũtate, quoad
culpam incurrendam, & pœnam; vt in cap. cum
voluntate, extra de sentent. excommun. & ex iam
productis patuit. indè sequitur veritas præsentis
conclusionis, in qua diximus mitius puniẽdos fo-
re à Iudice transgressores legis Diuinæ, si ad hoc
moti fuerunt illi propter metum cadentẽ in con-
stantem virum, vel conditionatum. Cùm licet eo-
92 rum voluntas † conditionata verè, quoad incur-
rendam pœnam iuris, dicatur voluntas. Vt in cap.
merito quæritur, 15. q. 1. tamen cùm ipsa pęna im-
poni debeat iuxta qualitatem culpæ vniuscuiusq;
peccantis, & vbi minor adest peccandi voluntas,
minus sit peccatum, vt patet ad sensum, eò quod
voluntas sit subiectum peccati, indè sequitur mi-
tius huiusmodi transgressorem (de quo in cõclu-
sione habetur) puniendum fore: cum & tex. in c.
sacris, extra de his, quæ vi, metusvè causa fiunt;
dicat metum attenuare culpam: tacitè innuens
attenuandam fore quoque & pœnam a iure in-
flictam.

Quarta conclusio, Iudex ecclesiasticus, & secu-
laris iuridicè punire non poterit transgressores le
93 gum iuris positiui, † iam Pontificiarum, quam Im
peratoriarum; si metu cadente in constantem vi-
rum, quis eas violasset: dummodo hoc non fuisset
procuratum ab inferente metum huiusmodi. Pri-
mò in contemptum fidei Catholicæ. Secundò vel
in contemptum ecclesiasticæ disciplinæ. Tertiò,
seu constitutionis Pontificiæ, vel Imperatoriæ ma
iestatis, seu alterius Principis auctoris huiusmo-
di legum prohibentium rem prohibitam de iure
Diuino sub præcepto, de quo dictum fuit in con-
clusione præcedenti. & intellige conclusionem ve
ram: quod vt quis sentiat commodum in actione.
Quod metus causa, in foro iudiciali oportebit,
probare non solum, metum talem illatum, sed vl-
tra metum, probari debet, quòd vtilitas, & com-
modum ex tali metu incusso peruenerit ad ipsum
inferentem metum, vt docuit Decius in consil. 4.
colum. 4. nu. 5. in vers. secundo præmitto, & nu. 6.
in versic. secundo principaliter. Idem docuit Bar.
in l. si cum exceptione §. in hac actione. his verbis
vtens, videlicet. Qui agit hac actione duo debet
probare, scilicet, metum illatum, & ad inferentẽ
metum commodum peruenisse. Idem docuit Bal.
in l. continet. ff. quod metus causa. quos sequutus
fuit Hyppolitus de Marsilijs, in consil. 77. num. 8.
Hæc conclusio probatur triplici medio. Primò e-
nim per argumentum in cap. 2. §. fina. extra de his
quæ vi, metusvè cau. fi. in quo Alexander Tertius
94 Papa [dixit quòd ea, quæ metu † & vi fiunt, de-
bent in irritum reuocari.] Idem per argumentum
in c. ad audientiam, eod. tit. Innocentius Tertius,
dixit quòd ea, quæ fiunt metu cadente in constan
tem virum, carere debent robore firmitatis. Idem
probatur per argum. in cap. ad aures. eodem titu.
Vbi Clemens Tertius statuit, quòd is, qui terrore
laicorũ electioni de se lactæ renunciat, tali renun
ciatione non obstãte, erit præficiendus regimini,
ad quod electus fuerat, nisi renonciationi addi-
derit iuramentum, vel fidem. Idem per argum. in
l. 1. ff. de eo quòd metus causa, &cęt. Vbi dicitur,
[quod metus causa gestum erit, ratum non habe
bo.] Et idem prorsus probatur per omnes ferè le-
ges eiusdem tituli, tam ff. quàm C. Sed animaduer
tendum quòd non sine causa dixi probari nostrã
conclusionem, per argum. in dictis iuribus. & non
simpliciter per dictã iura: quoniam licèt ipsa iu-
ra explicitè contenta in nostra conclusione nõ di
xerint, benè tamen implicitè. Cùm ipsa iura de-
beant iudicari irritum & infectum quicquid obtẽ
tum, factumque fuerit per metum cadentem in
constantem virum: Indè sequitur ex mente dicto-
rum iurium veritas nostræ conclusionis. Nã si ha-
bendum erit huiusmodi attentatum ac factum ex
tali metu, ac si nunquam fuisset factum. Indè se-
quitur, quòd sicut is, qui nõ est aliquo modo trãs-
gressus legem positiuam non veniat plectendus
pęna statuta trãsgressoribus ipsius, ac si eam trãs-
gressus fuisset: cùm nec in eo culpa transgressio-
nis præcesserit, vt patet ad sensum; eodem modo
dicendum erit de transgrediente legem positiuã,
iam Pontificiam, quam Imperatoriã; rõne illius
metus cadentis in constantem virum: Consequen
tia probatur hac ratione; videlicet, quia (vt fuit
probatum)

probatum) cùm fictione iuris, omne id, quod ratione talis metus fuerit sequutum, habeatur pro non facto (stāte tali Pontificia, & Imperatoria decisione allata supra) eo quòd ibi præcipiatur illud debere carere robore firmitatis, & in irritum reuocari. Vt ex dictis iuribus apertissimè colligitur. inde sequitur veritas prædictæ consequentię. Idem probatur per argumētum in cap. inter alia, §. illud. extra de sententia excōmunicationis: Vbi Clemēs Tertius Papa declarauit nō incurrere excommunicationis sententiam participantes cum excommunicatis extra crimen, sed in alijs, quàm in aliquo crimine, si immineat articulus necessitatis: Dixi probari per argumētum, qnoniam etsi ad verbum dictus text. non probet aut contineat verba dictę nostrę conclusionis explicitè, benè tamen implicitè: cùm excommunicatio sit pęna, & loquatur text. de articulo necessitatis, in quo articulo reperiri enim (de quo sermo habetur in nostra conclusione) non est, qui ignoret. Probatur & secundò Doctorum auctoritate, Dominicus à Soto in lib. 7. de iustitia & iure: quæstio. 2. artic. 2. colum. 6. in fine in vers. sed est apprimè animaduertendum. Vbi infrascriptis verbis approbat nostram conclusionē, videlicet; sed est apprimè animaduertēdum quòd nullus metus quantumuis in virum constantissimum incidere solitus, à culpa transgressionis Diuinæ legis, & naturalis excusat. Vndè & si mortis metus puellæ oblatus, vt stuprū patiatur, verè sit cadens in constātem virum, quia fortissima id fœmina metuere posset: nihilominus si ob talem metū consentiret stupro; non esset constans. At verò si eiusdem causa metus ieiuniū frangeret ecclesiasticum, vel Missam die festo cessaret audire, non esset inconstans: quia huiusmodi le-

95 ges † ecclesiasticæ, cum tanto rigore non obligāt, vt illarum semper gratia, mortem appetamus. hęc Sotus vbi supra qui in lib. 1. de iustitia & iure q. 6. artic. 4. col. 6. in fine. in vers. neque idem. infrascriptis vtitur verbis. neque idem est obligare ad mortale, & obligare non obstante periculo mortis. Nam lex ieiunij proculdubio sub reatu mortali obligat: & nihilominus si tyrannus mortem alicui minaretur, nisi ieiunium frangeret, nulla porrò esset culpa illud frangere, nisi dum tyrannus in cōtemptum legis ad id cogeret: tunc enim teneretur Christianus potius mori: & idem erit, quando interueniret iniuria fidei: Hæc Sotus. Didacus quoque Couarruuias quàm elegantissimè se subscripsit præsenti nostræ cōclusioni, dum interpretatus fuit text. in cap. Alma mater. de sententia excommunicationis, in sexto. in §. 3. nu. 9. per totum vsque in finem, sed præcipuè in versic. quarto licet hæc decisio. Qui & alijs Doctor. sententijs confirmat idem, vtens ferè ijsdem verbis, quibus vti Sotum retulimus paulò ante, & ratione, qua probauimus præsentem conclusionē, præsenti quoque conclusioni, videtur se subscripsisse Thom. Grammaticum, nostrum Neapolitanum, in consil. 30. num. 36. loquens de vasallo priuando feudo propter aliquā causam, propter quā de iure ipso feudo veniret priuādus: dicēs, q si id per metum iustum fecerit, excusabitur: ita firmat gl. quam sequuntur Doctor. maximè Aluar. & Præposit. in cap. 1. §. sed quid delator, quæ fuit prima causa benefi. amitten. & dicit dictus Alua. in c. 1. §. item qui, quæ sit prima causa benefi. amitt. quòd si vasallus deseruit Dominum non turpi de causa, sed forti timendo vim hostium, seu crudelitatem tyranni, excusatur ab ammissione feudi, & idem tenuit Bart. in l. si ob turpem. versic. item dico, ff. de conditio. ob turpem causam. sequitur Bald. in l. 1. in fin. C. eod. hinc est, quod si vasallus timendo vim hostium, vt euitaret periculum, reliquit Dominum in prælio periclitantem, excusatur, & voluit Bald. in c. 1. quibus modis feudum ammittat. & inde excusati fuerunt subditi Federici Imperat. qui ob ipsius Federici tyranni timorem non paruerunt mandatis Papæ: qui erat eorum superior, etiam in temporalibus. text. est in cap. ad Apostolicæ. vbi etiam Petr. de Anchar. de sententia, & re iudicata: & hoc, ex quo vasallus tenetur iuuare Dominum salua sua persona, & vita, quam preponere debet saluti Domini: Ex his ergo ipse Grammaticus concludit ipsum vasallum excusari ab incursu pœnæ de iure ciuili indicta vasallo non auxilianti suo domino. Ex quibus elicitur veritas nostræ conclusionis, arguendo ab identitate rationis, cùm & nos dicamus in ea quemquam excusari à pęna iuris humani transgressi propter metum cadentem in constantem virum. Idem tacitè docuit Pet. de Anchar. vbi supra. colum. 4. in vers. vtrum autē si iste, vbi dicit, quòd fortè illi de Regno compulsi per Imperatorem debellare Ecclesiam, nō venirent priuandi feudis: quia compulsi faciebant, vt dicit littera: quinimo sufficit timor coactionis, vt excusentur, sicut dicunt Legistæ de debitoribus expulsorum de ciuitate ratione partialitatis: si enim compulsi sunt soluere debita in communi ab intrinsecis, vel a tyranno, qui fortè occupauit regimen ciuitatis, liberantur per talem solutionem à veris Dominis, vt doc. Cynus in l. fina. C. quòd metus causa, & Bart. in l. creditor. ff. de solut. Idem docuit Hyppolitus de Marsilijs in consil. 8. num. 16. sequens Innocentium. in cap. quod sicut. in glo. magna. in fine. extra de ele-

96 ctio. quod vbi est metus, † ibi non valet actus de iure naturali, ex quibus videtur tacitè quoque se subscripsisse præsenti nostræ conclusioni. Nam si actus interueniente metu factus de iure naturali, est inualidus, inde sequitur, quòd ad pœnam incurrendam agenti non debeat imputari: ac si illum nunquam fecisset, si illud tale erat prohibitū de iure humano, si omnes conditiones enarratæ in conclusione defuerint. Idem docuit Cepol. in crim. consil. 40. incipien. Lucius Ciuis, colum. 18. in versic. si ergo actus gestus. vbi se subscripsit supradictæ Innocentij sententiæ in dicto cap. quòd sicut. dicens, hoc idem docuisse Bald. in l. nominationes. C. de appellat. Vbi exclamat dicens, quod illa vox Prætoris, quæ dicit, quod metus cau. fa-

97 ctum est, ratum non habeo, † est vox Dei prolata per hominem, secundum Ray. de pęna fusti. Idem Syluest. probat in versic. excommunicatio. 2. §. 14. in versic. metus. §. 7. & in versic. lex. §. 8. per totū. Nauarrus in cap. inter verba. 11. q. 3. præludio. 8. & in suo manuali, innuit idē in præludio 7. nu. 11. & 12. Angelus in summa in versic. excommunicatio. 8. §. 18. qui omnes Doctores ijsdem fundamentis vtuntur rationibus, & cum tali distinctione interpretantur text. in cap. sacris, extra de ijs, quæ vi metusvè causa fiunt. imò, & probatur auctoritate omnium ferè Doctorum, qui citabunt contra nostram hanc conclusionem, prout demonstrabimus respondendo ipsis & exponendo eorum verba ibi recitata, ac relata ad verbum, & explicitè,

ac doctè ſe ſubſcripſit præſenti noſtræ conclusio-
ni. Marianus Socinus ſenior in cap. inter alia. in
ſexta ſallentia, colum. 29. num. 84. extra de ſent.
excommunicationis. dicens, non incidere in pœ-
nam excommunicationis, participando cum ex-
communicato ex metu cadente in conſtantem vi
rum, & non in crimine: qui & paulò ante nu. 83.
dixit, quòd ex tali metu participans in crimine,
incidit in pœnam & culpam, licèt talis metus at-
tenuet culpam ipſam, quia in primo caſu excuſa-
tur, non autem ſi participaret in crimine. & ipſe
ſermonem habuit in dicto num. 83. de quæſtione
hac an excuſetur talis à pœna & culpa: & ſic ibi.
interpretatur cap. ſacris. ſæpè citatum, & hęc ipſa
Marianus probat arguendo à fortiori. per ea,
quæ habentur in dicto cap. inter alia. Probatur &
tertiò duplici ratione, altera quarum eſt: Qui e-
nim metu cadente in conſtantem virum contra le
gem poſitiuam facit, non delinquit ex inobediē-
tia, ſed ex metu: Vnde ſequitur ipſum nō punien-
dum fore pœna ſtatuta à iure poſitiuo contra in-
obedientes ipſi legi. Secunda ratio eſt, quoniam
licèt huiuſmodi tranſgreſſor legis humanæ, pęna-
lis ipſam non obſeruando tranſgrediatur verba le
gis quoad ſonum verborum, non tamen in tali ca
ſu illam violat quoad mentem Legiſlatoris rectā,
ac rationabilem; quæ vt talis ſit, neceſſariò requi
ritur vt non intenderit in tali caſu ipſum obli-
gare ad talis legis obſeruantiam, cùm tam Papa,
Imperator, quàm reliqui Principes iuſta pręcepta
ac iura ædere teneantur: & quoniam niſi contra-
rium nobis appareat, eos iuſtos arbitrari tenea-
mur: inde ſequitur nos iudicare debere, ac firmi-
ter tenere, eos noluiſſe inuolui pœnis ſtatutis in
dictis iuribus eorum violatores propter metū ca
dentem in conſtantem virum: eo quòd ſcire, pro-
euldubio tenentur, ſibi ſubditos non teneri ad ta
lium legum obſeruātiam in tali articulo, & caſu,
iuxta ea, quæ allata, & probata fuerunt in præce-
denti quæſtione, in qua abundè ſatis fuit proba-
tum ius poſitiuum nunquam obligare cum ſcan-
dalo: eò magis quòd ſi conditores talium legum
pœnalium interrogati fuiſſent, an intendiſſent ſi-
bi ſubditos ligare ſuis legibus in caſu propoſito
in concluſione, vtique clara voce dixiſſent, ſe non
hoc intendiſſe, cùm ſit iniuſtum. iuxta doctrinam
Diui Thomæ in 1.2. q. 96. artic. 6. dicentis, quòd
omnis lex ordinatur ad communem omnium ſa-
lutem, & in tantum obtinet vim, & rationem le-
gis, ſecundum quòd ab hoc deficit, virtutem obli
gandi non habet, vnde iuris peritus dicit (& ha-
betur in l. nulla ratio, ff. de legibus. & Senatuſcō-
ſult. vbi hæc habentur, videlicet. [Nulla iuris ra-
tio, aut æquitatis benignitas patitur, vt quæ ſalu
98 briter pro hominum vtilitate, introducūtur, † ea
nos duriore interpretatione contra ipſorum com
modum producamus ad ſeueritatem.] hæc ibi.)
Contingit autem multoties, quòd aliquid obſer-
uari communi ſaluti eſt vtile, vt in pluribus: quod
tamen in aliquibus caſibus eſt maximè nociuum:
quia igitur Legiſlator non poteſt omnes ſingula-
res caſus intueri, proponit legem ſecundum ea,
quæ in pluribus accidunt, ferens intentionem
99 † ſuam ad communem vtilitatem: Vnde ſi emer-
gat caſus, in quo obſeruatio talis legis ſit damnoſa
communi ſaluti, non eſt obſeruanda: ſicut ſi in ci-
uitate obſeſſa ſtatuatur lex quod portæ ciuitatis
maneant clauſæ: hoc eſt vtile communi ſaluti: vt
in pluribus: ſi tamen cōtingat caſus, quòd hoſtes
inſequantur aliquos ciues, per quos ciuitas con-
ſeruatur, damnoſiſſimum eſſet ciuitati, niſi eis por
tæ aperirentur: & ideo in tali caſu eſſent portæ
aperiendæ, contra verba legis, vt ſeruaretur vtili
tas communis, quam Legiſlator intendit, ſed ta-
men hoc eſt conſiderandum, quòd ſi obſeruatio le
gis ſecundum verba non habeat ſubitum pericu-
lum, cui oporteat ſtatim occurri, non pertineat
ad quemlibet, vt interpretetur quid ſit vtile ciui
tati, & quid inutile ciuitati: ſed hoc ſolùm perti-
net ad Principes, qui propter huiuſmodi caſus ha
bent auctoritatem in legibus diſpenſandis. Si ve-
rò ſit ſubitum periculum, non patiens tantam mo
ram, vt ad ſuperiorem recurri poſſit, ipſa neceſſi-
tas diſpenſationem habet annexam: quia neceſſi-
tas non ſubditur legi hæc Sanctus Thomas, quib.
tatio concluſionis, & ipſamet concluſio probatur
vt patet ad ſenſum.

Etſi veriſſima ſit noſtra concluſio, vt per allata
100 patuit, tamē poſſet quis inſurgere † cōtra ipſam,
dicendo ipſam falſam, & hoc probare triplici me
dio. Primo enim per text. in cap. ſacris, extra de
ijs, quæ vi, metusvè cauſa fiunt. in quo hæc haben
tur ſtatuta ab Innocantio Tertio ſcribente Vidro
nenſi Archiepiſcopo, videlicet. [Sacris eſt Cano-
nibus & infra: Diſtinguimus autē, vtrum is, qui
101 communicat excommunicato † inuitus; ſit per
coactionem adſtrictus, aut per metum inductus.
In primo caſu talem non credimus excommunica
tione teneri: cum magis pati, quàm agere conuin
catur. In ſecundo licèt metus attenuet culpā, quia
tamen eam prorſus non excludit, cum pro nullo
metu debeat quis mortale peccatum incurrere,
excōmunicationis labe credimus inquinari.] hæc
ibi. ex quibus videtur eliciendum fore Pontificē
Summum voluiſſe cōcludere, quòd tranſgrediens
legem poſitiuam ex metu ſit puniēdus, ſed mitius
quàm voluntarius tranſgreſſor. Idem videtur ha-
beri ex doctrina nonnullorū Doctorum infraſcri-
ptorum: Innocentius enim in dicto cap. ſacris, in-
fraſcriptis verbis vtitur, videlicet. Sed littera ſo-
nare videtur de metu, qui cadere debet in con-
ſtantem virum: & de eo, qui communicat in cri-
mine. (Adde quòd hoc ipſe ait poſt relationē opi
nionum aliorum Doctorum) dicentium dictum
Canonem fore intelligendum de communicante,
cum excommunicato nō ex metu cadente in cō-
ſtantem virum, ſed ex metu leui, & aliorum dicē-
rium de communicante cum excommunicato in
crimine, ſecus ſi in menſa. Bald. quoque in dicto
cap. ſacris. dicens, Nota quòd metus attenuat de-
lictum, ſed non tollit in totum: Hoſtienſ. in ſum-
ma. ſub titulo de his, quæ vi, metusvè cauſa fiunt.
§. in hac autem retractatione, in verſic. ſi verò ſit
102 conditionalis: dicens, ſi verò † coactio ſit con-
ditionalis, non excuſat à toto, ſed à tanto: quia
culpam, ſiue pœnam attenuat, infra eod. cap. ſa-
cris, talis enim coactio dicitur metus, de qua di
citur, quòd melius eſt omnia mala tolerare, quàm
malo conſentire, vt in cap. ita ne. 32. q. 2. Ioannes
Andreas in dicto cap. ſacris, colum. 3. in verſic. ter
tio quæro. in verſic. quarto quæro & in verſ. quin-
to quæro. Nam in verſic. tertio quæro, ſequitur
Innocentium & Hoſtien. dicentes, dictum textum
loqui de metu cadente in conſtantem virum. & in
reliquis verſiculis, ipſe Ioēs Andreas concludit,
Innocentium, & Hoſtienſ. intelligere de cōmu-
nione

nione cum excommunicato, in oratione & con-
uiuio, & similibus, pro qua incurritur minor ex-
communicatio, & nõ de communicante in crimi
ne, vel cum excõmunicato cum participibus, quo-
rum sententiæ ipse Ioannes Andreas se subscripsit
ibidem. Idem affirmat Goffred. in summa eodẽ
titu. colum.2. in versic. conditionalis autem: di-
cens, quòd coactio conditionalis, quæ metũ, vel
cruciatum, vel aliquid graue minatur, & si excu-
set a tanto, non tamen a toto: vt infra eodem tit.
cap. sacris, in versic. culpam attenuet. Antonius
de Butrio in dicto cap. sacris. colum.2. in versic.
ex quo nota, quòd quidam. infrascriptis verbis,
videtur nostram conclusionem impugnare, vide-
licet. Ex quo nota, quòd quidam est metus præci
103 sus † omnino impellens hominis operationem,
sine aliquo principio voluntatis annexo in ope-
rante: & hic venia dignus est, & nõ punibilis: qui-
dam est metus causatiuus se habens, vt causa pri-
maria ad impulsum voluntatis, & sic in operatio-
ne mouens principium voluntatis in operante, &
hoc punibile: sed quia nõ omnino principium est
in operante: operatio in tantum non ascribitur
operãti, sic quòd in aliquo alleuiatur pęna, & ibi-
dem in versic. nota magis. ait, Nota magis ad cor-
ticem, quòd metus præcisus non cõmunicat, ideo
excusat communicantem excõmunicato, sed con
ditionalis, hoc est, habens annexam voluntatem,
operantis sic. Tertiò, quòd metus conditionalis
non excludit peccatum; sed quia voluntas non om
nino est libera attenuat pœnam. hæc ille Doctor.
quibus patuit ipsum aduersatum fuisse aliquo mo
do nostræ conclusioni, & rursus ibidem idẽ Ant.
in versic. conditionalis est, concludit, quòd con-
104 ditionalis coactio † est cuius principium impel-
lens ab extra antè tempus operationis: sed secun
dum tempus operationis est ab intra in operante,
quia propter aliquod præcedens mouetur ad vo-
lendum: sicut qui pro alleuianda naui eicit mer
ces de naui: hic simpliciter non vult, sed præce-
dente causa impellente, & hoc non dicitur volun-
tarium simpliciter, sed secundum quid. & in tali-
bus conditionalibus pœna in illicitis debetur, &
ascribitur ad culpam, & in versicu. tertio obstat.
concludit quòd propter necessitatẽ vitæ cõseruan
dæ concessum est à iure, in cap. inter alia. §. illud,
extra de sentent. excommunicationis communi-
care cum excommunicatis petẽdo cibaria, & hoc
quia principium mouens mortem est ab intra, ne
se perire faceret tali morte. Ideo minus malũ de-
bet eligere in se, scilicet, quòd potius communi-
105 cet, † quàm quòd faciat se mori (vt verbis ipsius
Antonij vtar) sed principium mouens mortem in
metu, si non communicaret, esset ab extra: & in
hoc non diceretur agere, sed pati. Ideo melius,
quòd eligat mori per aliũ, & non peccet ipse, sed
alius. Hæc ille. Panormitanus etiam videtur ad-
uersari præsenti nostræ conclusioni. in dicto cap.
sacris. Nam in colum.4. in versicu. is autem, qui
communicat excõmunicato propter necessitatẽ,
Volens reddere rationem differentiæ inter cõmu
nicantem excommunicato propter necessitatem
famis, & communicãtem propter metum mortis,
infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Is autẽ, qui
communicat excommunicato propter necessitatẽ
famis, non agit communicare excõmunicato, ne-
que committere iniquitatẽ, sed principaliter sub-
106 uenire necessitati suæ. Is autem, † qui commu-
nicat propter metum, agit committere iniquita-
tem, quia ad hanc committendam compellitur,
quam nõ debet ipse committere propter malum
corporis. & concludens quòd hic talis non sit im-
munis à pœna excõmunicationis incurrẽda pro-
pter talem participationem, reprehenditq́ue di-
ctum Antonij de Butrio, dicentis supra. quòd li-
ceat communicare excommunicato quãdo prin-
cipium mouens ipsum est ab intra, vt famis, quo-
niam indè sequeretur (ait ipse Panormitanus ibi-
107 dem in col.3. in fine) quòd mulier † propter ne-
cessitatem famis, posset eligere vitam turpẽ: cùm
sit minus peccatum fornicatio, quàm homicidiũ,
quod tamen non est licitum, etiam secundum le-
ges ciuiles, vt docet text. in l. palàm, ff. de ritu nu
ptiarum. hæc Panormitanus. qui nititur probare
ibidem nu.2. quòd metus cadens in constantem
virum, licèt excuset aliquantulum a culpa trans-
108 gressionis † statuti prohibentis aliquid fieri sub
aliqua pęna statuta ibi, nihilominus tale quid fa-
ciens propter huiusmodi metum incurret huius-
modi pœnam indictam; Iudex tamen debebit re-
spectum habere ad huiusmodi metum: & sic mi-
tiori pęna illũ punire, quàm dictat statutũ ipsum.
insurgere videtur contra nostram conclusionẽ An
dreas Tiraquel. in tracta. de pœna tẽperanda, vel
remittenda in causa trigesimasexta, nu.2. in quo
refert sententiam Doctorum dicentium, quòd si
quis potens alicui minatur mortem nisi ille ali-
quem occidat, si ille talis homicidium perpetra-
uerit, excusabitur à pœna homicidij, ipse tamen
Andreas subinfert num.3. quòd si illi Doctores in-
tellexerint huiusmodi excusari ne puniatur lege
Cornelia, de siccarijs, sed mitius, id haud dubiè
verum est. Si verò, vt omnino non puniatur, nõ ad-
mitterem, inquit, sicut nec admittit Panormitan.
in dicto cap. sacris, quia ad iura, & rationes re-
spondet: hæc ille cui consonant ea, quæ & Iul. Cla
rus in sua praxi criminali. lib.5. §. fin. quæstio.40.
§. solet dubitari. Insuper contra nostram conclu-
sionem insurgere videtur sententia Adriani Papæ
Sexti in quarto sentent. in quæstio. de clauibus, fo
lio 153. colum.3. §. sed plenius, infrascriptis vtẽs
verbis, videlicet. Necessitas famis nõ releuat quã
do intentatur, vt quis excommunicato communi
cet: sicut nec necessitas gladij ad eundem effectũ,
seu finem comminata. Vnde cui surriperetur ci-
bus, vel qui detineretur in carcere donec commu
nicare vellet excommunicato, nõ liceret ob eam
necessitatem famis, pro quo est text. in cap. cępit
Armigildus, 24. quæstio.1. & procedit tex. in cap.
sacris, extra de ijs, quæ vi, metusvè causa fiunt.
de metu incusso, vt communicet quis excommu-
nicato, secus cùm per metum ad hoc non agitur.
Nam in illo licet piam subuentionem ab excom-
municato contra periculum, sicut & famis acci-
pere; quemadmodum & excommunicato subuen
tionem exhibere, quàmuis tex. id literaliter non
expresserit, qui contra sentiunt, ad Phariseorũ sen
tentiam valde declinare videntur, qui ob religio
nem sabbati, nefas putabant curare hominẽ, sed
non extrahere ouem vel vaccam de Puteo. Matth.
cap.12. In hoc enim quòd minus conceditur, &
ipsum maius concessum esse videtur. puta aliquid
humanitatis gratia excommunicato conceditur.
ergo à minori opem ferre pro vita saluanda con-
tra gladium, & pariformiter de sumendo ab ex-
communicato, & sic concludit in dicto §. quòd

& si

& si in aliquo casu necessitatis constituto liceat transgredi legẽ, ac pręceptũ Ecclesię: nõ tamẽ sequitur licere transgredi dictum pręceptum propter mortem comminatam ad hoc principaliter. & idem Doctor ibidem, folio 154. col. 1. §. petes fortasse. concludit quòd si simul concurrerent duo mala, in quibus homo quis reperiretur, puta, fames hominis ex qua licitè communicaret cũ excommunicato, & comminatio mortis per gladiũ, nisi cõmunicaret, vel spiritualis fructus, & nihilominus metus gladij: vel si ex insidijs mors immineat, vel ex casu in puteum, vnde liberari potest per excõmunicatum, & simul ex alia parte mors ei minaretur per gladium, vt communicet. Respõdeo, inquit ipse, vt licitè communicet excommunicato, satis est vnam causam exceptionis à regula concurrere, nisi ex concursu causæ non releuantis, scandalum immineat de communione: tunc enim cũ Eleazaro (de quo 2. Macchabeorum. c. 6.) etiam a licito abstinere oportet cum vitæ periculo, ne aliorum animæ perdantur, & scandalizentur. Omnia enim, inquit Apostolus (1. Corint. c. 10.) mihi licent, sed non ædificant. de quo per Augustinum, & habetur in c. sic enim, 28. q. 1. hæc omnia Adrianus. Ex quibus videtur, elici ipsum voluisse, quòd non sit immunis à pęna transgrediẽs legem Ecclesiæ propter metum cadentem in constantem virum, intentatum ab aliquo homine, ad hoc solummodo, ac principaliter: vel si aliqua alia ẽt de causa hoc procuratum fuerit, immineat tamen scandalum. Et sic videtur ipsum aduersatum fuisse pręsenti nostrę conclusioni. Item Cardinalis Caietan. in cõmentarijs. 1. 2. q. 96. art. 4. & ipse aduersari videtur pręsenti nostrę cõclusioni, dicens, errare eos, qui credunt legẽ humanã nõ obligare ad pęnã in ipsa statutam transgressores ipsius propter metum cadentẽ in constantẽ virum. Vnde & communicans excommunicato propter talem timorem, seu metum, incidit in excõmunicationẽ; & idẽ rursus affirmat in cõmentarijs, 2. 2. q. 125. articu. 3. extendens snĩam D. Thomę ibi dicẽtis, ꝙ timor tunc erit peccatum mortale quãdo aliquis propter timorẽ, quo refugit periculum mortis, vel quodcunque aliud temporale malum, sic dispositus est, vt faciat aliquid prohibitum, vel prætermittat aliquid, quod est pręceptũ in lege Diuina, talis timor est peccatũ mortale. Alioquin erit peccatũ veniale. hęc S. Thom. Cuius snĩam ipse Caietan. in cõmentarijs ibidẽ extendit ad transgressionẽ pręcepti legis positiuę, dicẽs dictũ Sanctũ, sub noĩe legis Diuinę cõprehendisse legẽ positiuã, ẽt & legẽ naturalẽ: & hoc ipse elicit ex eiusdẽ Sãcti verbis nõ nominantibus legẽ ipsam naturalẽ, quę tñ condistinguitur à lege Diuina: & maximus error, inquit ibi Caiet. esset asserere tantũ Doctorem voluisse docere, ꝙ transgrediens legẽ naturalẽ, ex timore nõ peccaret nisi venialiter. Vnde ipse Caiet. cõcludit in vtrisque locis citatis, ꝙ trãsgrediẽs legẽ positiuã veniat puniendus pęna statuta cõtra transgressores, licèt huiusmodi legem quis violasset propter metũ cadentẽ in constantẽ virum: cũ iux. tex. in d. c. sacris, potius debeamus nobis mortem eligere, quàm mortaliter peccare.

109 Affertur insuper † & tertiò; & hęc rõ contra nostram conclusionẽ: Cùm is [qui potestati resistit, Dei ordinationi resistat. Qui aũt resistunt, ipsi sibi damnationẽ acquirũt.] Vt docuit Apostol. Rom. c. 13. vers. 2. iux. Dñi sniam, dicẽtis (Luc. c. 10. vers. 16 Discipulis suis, & successoribus in regimine. [Qui vos audit, me audit; & q̃ vos spernit, me spernit. Qui aũt me spernit, spernit eum, q̃ misit me.] & is, qui nõ obseruat pręceptũ legis positiuę propter metum cadentẽ in cõstantẽ virũ, spernere vr̃ Legislatorẽ talis legis, qui huiusmodi potestatẽ à Deo suscepit, scilicet, condendi leges: at cùm cõtemptus Dei pręceptorũ teneamur omnino vitare, & in nullo casu à pęna statuta cõtra transgressores legis Diuinæ excusetur, & immunis iudicetur is, qui propter metum cadentẽ in constantem virum transgreditur ipsam Diuinam legem: indè videtur sequi idem dicendum fore de transgrediente legem positiuam, seu humanam propter talem metum.

His tamen nõ obstantibus, adhùc asseueramus
110 † verissimam esse nostram conclusionem: quod Deo dante ex responsionibus faciendis dictis authoritatibus in medium productis, contra ipsam dilucidius manifestabitur. Et primò, ergo re-
111 spondendo ad text. in c. sacris, † ext de his, quæ vi, metusvè causa fiunt. vnà cum Didaco Couarruuias loco citato, in probationem conclusionis. dico, quòd cum d. text. in c. sacris, dicat. [quòd pro nullo metu quis debeat mortale peccatũ incurrere, interpretandus erit ipsum loqui de participatione, quæ fit cum peccato mortali; quod
112 contingit † fieri in quatuor casibus. Primus est, quãdo quis participaret cum excommunicato, nõ propter metũ cadentẽ in constantẽ virũ, sed propter metum leuem: Secundus, quando cõmunicatio contingit fieri in diuinis quoad præiudiciũ Fidei Catholicæ. Tertius quãdo cõmunicatio cõtingit fieri in crimine. Quartus quando cõmunicatio contingit fieri in contemptum ecclesiasticę disciplinæ: & hic intellectus traditur quoque ab alijs Doctoribus, quos (diximus supra) se subscripsisse pręsenti nostrę cõclusioni, & elicit ex verbis ipsius Canonis, cùm nulli dubiũ sit, neminẽ incurrere peccatum mortale pro simplici participatione cũ excõmunicatis, vt oẽs Docto. fatẽtur. His ergo præmissis ad respondendũ Docto. sentẽtijs me
113 accingam, & primo respondendo Innocẽtio † in d. c. sacris. dico ipsum nihil cõtra nr̃am cõclusionẽ docuisse, eo ꝙ vsus fuerit copulatiua illa cõiunctione [&] vt copularet vtrunq; casum, s. antecedentẽ, & subsequentẽ, eo ꝙ vsus fuit infrascriptis verbis, videlicet ꝙ litera in d. c. sacris, vr̃ sonare de metu, qui cadere dẽt in cõstantẽ virũ, & de eo, qui cõicat in crimine: ac si apertè dixisset tex. in d. c. sacris. loquĩ de eo, qui cõicat in crimine, licet hoc agat propter metũ cadentẽ in cõstantẽ virũ: ꝙ à nobis sup. fuit asseueranter affirmatũ: & si alij Doctores ipsum aliter intelligant: eò magis, quòd ipse Innocen. in cap. inter alia. ext. de sent. excom. dicat filios, seruos, rusticos, & alios seruiẽtes, posse participare cũ excõicatis, sine incursu excõicationis, loquẽdo de ijs, qui ipsi excõicato, ante incursum in excõicationẽ, iam obligati erãt, & nõ de alijs, vt cõiter oẽs Doct. docuerũt: si ergo tales, à fortiori excusabunť participãtes pp metũ cadentẽ in cõstantẽ virum, cùm sint in maiori necessitate cõstituti, quàm primi: qui facilius aliũdè possent parare sibi victum, & alia necessaria ad vitam seruandam, vt patet ad sensum. Vnde quàm facillimè poterit comprehendi ipsum Innocen. vti doctissimũ, nunquã verè aduersatũ fuisse nr̃æ conclusioni, quamuis nonnulli Doctores contrarium

interpretati fuerint ipsius Doctoris sententiam.
114 Ad Baldum † in dicto cap. sacris dicentē quòd
metus non tollit delictum, sed extenuat: dico ip-
sum non loquutum fuisse de casu proposito in no
stra conclusione, sed de exceptione ibi proposita,
scilicet quādo alicui fuit metus huiusmodi incus
sus in contemptum disciplinæ ecclesiasticæ; quod
elicitur ex verbis eiusdem Baldi in eodem c. sa-
cris. Vbi antequam dixisset, quòd metus non tol-
lit delictum, sed attenuat, in principio dicti cap.
infrascriptis verbis vsus fuerat, videlicet. Patiens
115 † vim absolutam non punitur, sed patiens vim cō
ditionalem, si facit contra virtutem clauium, pu-
nitur, sed mitius: est & ratio, quia digni miseri-
cordia sunt, qui alieno morbo laborant: & sic no
ta, quòd metus extenuat delictum, sed non tollit
in totum: hęc ille. Ex quibus patuit ipsum nō ad-
uersatum fuisse nostræ conclusioni, imò ei fauisse.
116 Ad Hostiensem † in summa loco citato dicentē,
coactionem conditionalem excusare à tanto, sed
non à toto; quia solùm attenuat pœnam. Respon
detur ipsum Doctorem interpretandum fore, lo-
quutum fuisse, in terminis exceptionis nostræ cō-
clusionis, scilicet quando quis coactione conditio
nali fuisset transgressus legem Diuinam: & quòd
hæc nostra interpretatio sit verissima, ac legitima
probabitur verbis eiusdem Hostiens. ibidem loco
citato, quæ sunt infrascripta, videlicet. si tamen
venit contra iuramentum præstitum, vi, vel metu,
iniungitur pęnitentia tanquam pro veniali. Quod
117 potest dici verum, si sit coactio absoluta: † pu-
ta quia aliquis accipit manus alicuius violenter,
& ipso nolente ponit thus in manus eius, & trahit
eum ad idolum, ita quòd velit, nolit, ponit thus
illud super aram idoli. Si verò sit conditionalis nō
excusat à toto, sed a tanto, quia culpam siue pœ-
nam attenuat: infra eod. c. sacris, talis enim coa-
ctio dicitur metus, de qua dicitur, quòd melius
est omnia mala tolerare, quàm malo consentire,
vt in c. ita ne. 32. q. 5. Si autē cogatur ad id, quod
non sit mortale, puta, renunciare rebus suis, si po
test cadere in constantem virum, potest venire cō
tra, secundum quosdam. hæc ille. Ex quibus luce
meridiana clarius patuit ipsum Hostiensem vo-
luisse, quòd coactio conditionalis, non excuset a
toto, licet a tanto, & solum attenuet culpā, quan
do quis tali coactione coactus operetur id, qđ est
prohibitū lege Diuina sub mortali, quæ interpre
tatio patuit ex verbis ipsius proponētis exemplū
de ponente thura super aram idoli, & per illa ver-
ba, quæ sequūtur, videlicet: Si aūt cogatur ad id,
quod nō sit mortale. quasi diceret ibi ipse Host. ic
circo dixi nō excusari à toto coactū coactione cō
ditionali ad tale quid operandū, quia illud erat
mortale peccatū. de quo dr̄, quòd melius est oīa
mala tolerare, quàm malo, scilicet tali, cōsentire,
vt in c. ita ne. 32. q. 5. in quo fit sermo, de re prohi-
bita sub pœna peccati mortalis, de iure Diuino,
Nā ibi loquitur D. August. de peccato luxuriæ.
dixit enim ibi. [Ita ne aliquem polluat aliena li
bido, metuitur? Non polluit, si aliena erit: si au-
tem polluet, aliena non erit. sed cùm pudicitia,
virtus sit animi, comitemque habeat fortitudinē,
qua potius quælibet mala tolerare, quàm malo
consentire decernat. hæc ibi. Ex quibus patuit,
quòd ipse Hostien. loquutus fuerit de re prohibi-
ta a iure Diuino, sub præcepto, ac per consequēs
ipsum non aduersatum fuisse præsenti nostræ con
clusioni, imò summopere fauisse: & ipsi se subscri
119 psisse. Ad Ioannem † And. in d. c. sacris. patet re-
sponsio ex allatis in responsione facta ad Innocen
tium, & Host. quos ipse ibi sequitur, tn̄ (cum reue
rentia tanti Doctoris dixerim) credo ipsum non
benè poderasse, verba dictorum Doctor. quos pro
bauimus nr̄ę fauisse conclusioni, & iccircò nō cu-
120 ro de ipsius sn̄ia pro hac vice: Ad Goffredū † di
centem, ꝙ coactio conditionalis (de qua habetur
sermo in nostra conclusione) etsi excuset à tāto,
non tn̄ a toto. respondetur, quòd verba ipsius e-
runt interpretanda, prout supra fuimus interpre-
tati verba Hostien. Nam & ipse Goffred. ibidem
in col. 1. in vers. & notandum, quòd metus: conclu
dens, infrascriptis verbis vtitur, videlicet. Vel me
lius, metus damni excusat in dato, vel promisso,
siue remisso, quia & datum repetitur, & promis-
sum non soluitur, & remissum petitur: sed non ex-
cusat in commisso: non enim ob metum damni,
121 debet mortale peccatum committi: quia † po-
tius deberemus omnia mala tolerare, quàm in
peccatum mortale cōsentire, vt in c. ita ne. 32. q. 5.
hæc ille. Ex quibus patet ipsum interpretandum,
fore: prout probauimus, declarandam fore sen-
tentiam Host. Vnde patet ipsum astipulari pręsen
122 ti nostræ conclusioni. Ad Antonium † de Butrio
locis citatis, respondemus dupliciter. Primo cùm
Panormitano, in d. c. sacris, in col. 3. in fin. ipsum
Antonium reprehendente, quòd indè sequeretur,
quòd mulier propter necessitatem famis posset e-
ligere vitam turpem: cum sit minus peccatum for
nicatio, quàm homicidium; quod tamen non est
licitum, etiam secundum leges ciuiles, vt in l. pa-
lam, ff. de ritu nuptiarum: quapropter ipsius An-
tonij distinctio, de causa metus procedēte ab ex-
trinseco, vel ab intrinseco, nullius momenti appa
ret, cum reuerentia tanti Doctoris, dixerim: Re-
spondemus & secundò, saluare intendentes ipsum
Doctorē dicendo ipsum Antonium voluisse eadē
docere, quæ probauimus intēdisse Hostiens. quod
& poterit elici ex verbis ipsiusmet Ant. vbi sup. in-
frascriptis vtens, videlicet. Sed principium mouēs
mortē in metu, si nō cōicaret, esset ab extra, & in
hoc nō diceret agere, sed pati: ideo melius, ꝙ eli
gat moti per aliū, & nō peccet. hęc ibi. ex quib. pa
tet ipsum loqui de participatione faciēda cū pec-
cato mortali, s. in aliquo ex casib. exceptis, in nr̄a
cōclusione, & sic poterit aliquatenus cū nr̄a cōclu
sione cōcordari, eò magis, ꝙ ipse Ant. in c. inter
alia, ex. de sent. excom. col. 2. in vers. oppono, ꝙ nō
solū in casu necessitatis, refert, & sequit̄ Innoc. &
123 Host. dicētes, ꝙ liceat participare cū † excōica-
tis, in casu necessitatis ꝓcisè, vel occasionatę pro-
pter damnū vitandū, nō aūt ꝑꝑ solā vtilitatē: hęc
ille. At cū in casu cōtento in nr̄a cōclusione, per se
pateat participantē, seu trāsgredientē legē positi-
uā duci ex mera necessitate, cū supponat solū du-
ci ꝑꝑ metū cadentē in cōstantē virū. indè sequit̄,
ipsū Docto. se subscripsisse tacitè nr̄ę cōclusioni.
124 Ad Pan. † in d. c. sacris, rn̄dendo, & ad eius distin
ctiones fundamenta dico, quòd si benè pōderabi
tur sn̄ia Pan. luce meridiana clarius apparebit ip
sum nō aduersatū fuisse pręsenti nr̄ę cōclusioni,
cùm in d. c. sacris, col. 4. nu. 7. in vers. is autem, qui
cōmunicat. infrascriptis vtatur verbis post multas
rationes recitatas hinc inde, videlicet. Is autem,
qui cōmunicat excōicato, propter necessitatē fa-
mis, cū agit communicare excōmunicato, neque

commitere

committere iniquitatem, sed principaliter subue
nire necessitati suæ. Is autem, qui cõmunicat pro-
pter metum, agit committere iniquitatem: quia
ad hanc committendam compellitur: quam non
debet ipse committere propter malum corporis,
hæc ille; qui paulò antè ibidem in vers. Et quinto
iudicio meo: volens ipse Panor. in quam causam
differentiæ inter duos casus propositos nos doce
re infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Et quintò
iudicio meo, quòd ideo non excusatur in metu,
125 sed in necessitate famis sic: quia maleficia † di-
stinguuntur voluntate & proposito, vt in c. cum
voluntate, ext. de sent. excom. & in l. qui iniuriæ,
ff. de furtis. Ex his omnibus ergo verbis Panorm.
patuit apertissimè ipsum loquutum fuisse in termi
nis illorum trium casuum, quos in nostra conclu-
sione excepimus, videlicet. Primò quando metus
inijceretur alicui, in contemptum Fidei Cattho-
licæ. Secundò vel in contemptum ecclesiasticę di
sciplinæ, aut Tertio quãdo talis transgressio esset
legis prohibentis, aliquid sub aliqua pœna, quod
de iure Diuino, sub præcepto fuerat prohibitum:
& non in alijs casibus: quod quidem euidentissi-
mè elicitur ex prædictis verbis eiusdem Panor-
mitani. Nam fundamentum suę sententiæ in duo
bus consistere patet, videlicet. Primum, quia ma
leficia distinguuntur voluntate, & proposito. Se-
cundum quòd ipse supponit transgressorem legis
de non communicando cum excõmunicatis, pro-
pter famem, non intendere cõmittere in hoc ini-
quitatem, sed principaliter subuenire necessitati
suæ. Et communicantem propter metum illatum,
intendere committere iniquitatem, quia ad hanc
committendam compellitur, ex quibus patet ip-
sum Panormitanum etiã supponere metu illatum
fuisse ad committendam iniquitatem: Cuius ver-
ba peroptime fauent nostræ conclusioni, & casib.
in ea exceptis: cùm sint interpretanda de dictis ca
sibus: eo quòd in illis casibus esset iniquitas, &
mortale peccatum communicare cum ipsis excõ-
municatis: Nos autem in supradicta nostra con-
clusione supponimus huiusmodi transgressorẽ le-
gis humanæ mẽte nõ consentire tali trãsgressioni,
sed tantùm actu exteriori. Vnde in tali casu, nec
volũtas cõditionata posset dici, [conditionata
voluntas] quæ alicui ad peccatum imputetur; cũ
& si in trãsgressione legis Diuinę, volũtas cõditio
nata dicat, ac reputetur voluntas, quoad peccatũ,
id est ratione intentionis ipsius Dei, quę intendit
nos obligare ad suæ legis obseruantiã, ét cũ vitæ
discrimine: vt latius, & sępius sup. probanimus, &
iux. Dñi Iesu sñiam apud Matth. c. 19. vers. 17. [Si
vis ad vitã ingredi, serua mandata.] & apud Lucã
c. 9. à vers. 22. vsq; ad 26. inclusiuè. [Oportet filiũ
hominis multa pati, & reprobari à senioribus, &
principibus Sacerdotũ, & scribis, & occidi, & ter
tia die resurgere. Dicebat aũt ad oẽs, si quis vult
post me venire, abneget semetipsum, & tollat crũ
cẽ suã quotidie, & sequat̃ me. Qui .n. voluerit ani
mã suã (idest corpus suum) vt oẽs Doctor. inter-
pretantur: perdet illã. Nã qui perdiderit animam
suam propter me; saluã faciet illã. Quid .n. profi-
cit homo si lucretur vniuersum Mundũ, se aũt ip-
sum perdat, & detrimentũ sui faciat? Nã qui me
erubuerit, & meos sermones: hunc filius hominis
erubescet, cũ venerit in Maiestate sua, & patris, &
sanctorum Angelorum.] hæc ibi. sed apud Matt.
c. 10. à vers. 28. vsq; ad vers. 34. exclusiuè. Idẽ Dñs
Iesus docuit apertius, his verbis vtẽs. [Nolite ti-
mere eos, qui occidunt corpus, animã aũt nõ pos-
sunt occidere: sed potius timete eũ, qui põt & ani
mã, & corpus perdere in gehennã Nõne duo pas-
seres veneunt asse: & vnus ex illis nõ cadet super
terrã sine patre vestro? Vestri aũt & capilli capi-
tis oẽs numerati sunt. Nolite ergo timere: multis
passerib. meliores estis vos. Oĩs ergo qui cõfitebi-
tur me corã hominibus, cõfitebor & ego eũ corã
patre meo, qui in Cęlis est.] hæc ibi. Ex quib. om
nibus Diuinis oraculis cõprobatur. ꝙ nemo excu
setur à pęna æterni interitus si transgressus fuerit
quis Diuina pręcepta, ét coacta, seu conditionata
voluntate: & hoc propter intentionem Legislato-
ris expressam, ac nobis patefactã in sua sanctissi-
ma lege; vt audiuimus. Quòd aũt quis nõ incur-
rat pęnã indictam à iure positiuo, si defuerint oẽs
cõditiones exceptuatæ sup. in hac nostra cõclu-
sione, patuit hoc pendere ex intentione Legisla-
toris vnius, cuius iuris humani sup. allati in pro-
bationem nostræ huius conclusionis, vt probaui-
mus latius in duabus illis rationibus supra addu-
ctis in fauorem eiusdem præsentis conclusionis, &
quòd hęc nostra responsio tam ad sententiã Panor
mitani, quàm aliorũ pręcitatorũ Canonistarum,
sit verissima, & eorũ menti deseruiat, quàm facil-
limè ex dictis eorundẽ Doctorum elici poterit:
ipsi enim in c. officij, extra de pęnit. & remiss. vnã
cũ omnibus sacræ Theologiæ professoribus vna-
nimes docuerunt (cõformantes se textui dicti c.
126 officij) Adulteram † suscipientẽ filium ex adul-
terio non teneri tale crimen detegere viro suo, si
inde probabiliter timet sibi: & tamen eos non fu-
gere, quis dubitat? Inde sine culpa legitimorum
hæredum, eosdẽ hæredes priuari bonis paternis:
quod esse prohibitum de iure Diuino: in lib. Exo-
di. c. 20. dicente Deo [Non furtum facies.] per se
patet: quod tamen præceptum passim, & diuersis
in locis interpretati fuerunt (vt latius probaui in
tractatu meo de vsuris multis in locis. Vide ibi.)
quòd tale præceptum non obligat quemquam, si
inde sibi immineat periculũ vitæ propriæ, aut ami
missionis proprij honoris: cùm nemo teneatur bo
na inferioris ordinis restituere cũ detrimento su-
perioris boni: & quod tale bonũ superius sit vita
hominis respectu rerum temporalium quis igno-
rat? Cum etiã & hoc legatur in lib. Iob. c. 2. vers.
4. [Pellem pro pelle, & cuncta, quæ habet, dabit
homo pro anima sua.] idest, corpore, vt omnes
interpretantur. Si ergo huiusmodi metus omnes
excusat durante tali probabili timore talis peri-
culi verisimiliter incurrendi à pęna transgressio-
nis præcepti Diuini, & naturalis præcipientis re-
stitutionem rerum alienatum statim faciendã, eo
quòd, vt supponimus in talibus adsit affectus inte
rioris hominis dicta bona restituendi, quamuis
per accidẽs dicta de causa necessaria effectus ex-
terioris hominis non correspondeat affectui inte-
rioris hominis, de restituendo effectualiter bona
ipsa aliena, quibus priuauit dictos legitimos hęre
des. Arguendo ergo modo a fortiori, dicendũ om
nino erit iuxta intentionem supradictorum Do-
ctorum: quod stante dissensu interiori communi-
candi cum excommunicato: & transgrediendi le-
gem positiuam ad hoc, vel ad aliud faciẽdum, vel
omittẽdum obligantẽ: licèt adsit solũ cõsensus ex
terioris huĩs (vt supponimus in hac nr̃a cõclusio-
ne) tamẽ compulsus metu cadente in constantem

ulrum, ad illud taliter iure positiuo solùm prohibitum sub pœnis aliquibus ipso facto incurrẽdis, nullatenus inuoluetur ipsis pœnis. Ex his ergo omnibus in medium productis patuit dictos celebertimos doctos non tantùm non fuisse aduersatos nostræ præsenti conclusioni; verùm potius ipsi sua auctoritate fauisse, ac veram esse comprobasse, si benè (vt decet) tantorum Doctorum mẽtem inspiciemus.

327 Ad Caietanum † respondendo (licèt Dominicus à Soto vbi sup. multum elaboret ipsius sentẽtiam, quam autumauit suæ contrariam, impugnare varijs medijs) dico Ipsum doctissimum virum nullatenus aduersatum fuisse nostræ præsenti cõclusioni, cùm ibi ipse nõ loquatur in terminis nostræ conclusioni. Nam loquitur de eo, qui voluntate conditionata celebrat coram excõmunicato; ac interiori affectu consentit tali operi, vt euitet mortem; nostra verò cõclusio tacitè solùm loquitur de celebrante coram excommunicato nominatim, vel notorio, solùm actu exterioris hominis concurrente, & renuente semper voluntate interioris hominis, licèt cõmunicet excommunicato prædicto, vel quid aliud faciat prohibitũ solùm a iure humano, & hoc ipse faciat nullo eum cõpellente ad hoc in contemptum Fidei Catholicæ, aut ecclesiasticæ disciplinæ (vt diximus in conclusione) & quòd hæc talis nostra interpretatio sentẽtiæ dicti Cardinalis Caietani sit concors ipsius intentioni; pateat, operæpretium duximus hic referre ad verbum, quicquid ipse dixit de hac materia in sua summula in tit. de excõmunicationibus circa finem in c. incip. Circa tertium promissorũ. in vers. sed quia multipliciter: Vbi infrascriptis formalibus vtitur verbis, videlicet. Sed quia mul-
328 tipliciter dicitur necessitas; † scito necessitatem clarè excusare. Primò violentiæ; vt si quis violenter renetur, etiam in diuinis, cum excõmunicato. & talis deberet animo intendere nõ interesse diuinis, vt sic nullo modo agat ad cõmunionẽ: sed patiatur quoad corporalem præsentiam: cui, & non consensui potest inferri violentia. hæc Caietanus ibi. ex cuius verbis elicitur veritas nostræ supradictæ interpretationis. Nec obstare poterit nobis id, quod idem Caietanus ibidem in versic. sextus verò. Vbi videtur contrarium innuisse his verbis vtens, videlicet. Sextus verò, scilicet ratione metus, quantum ad participantem in diuinis, reprobatur à Canone, c. sacris, ext. de his, quæ vi, metus vè causa fiunt. quia participatio in diuinis est peccatum mortale, & pro nullo metu etiam cadente in constantem virum, debet quis peccare mortaliter; quantũ verò ad cõmunionem extra diuina, indubitatus est (loquendo de metu cadente in constantem virum, de quo ibi est sermo) ex ratione iuris, quia si secundum iura licitum est cõmunicare extra diuina, ratione necessitatis damni euitandi, ex contractu inito, multò magis ex tali metu. hæc ibi Caietanus. Ex quibus posset quis insurgere contra supradictam nostram interpretationem verborum ipsiusmet Caietani, dicẽdo ipsum Caietanum in dicto cap. incip. circa tertium promissorum. loquutũ fuisse de eo, qui vinctus catenis teneretur in Ecclesia ad audienda Diuina, vnà cum notorijs excommunicatis, eo quòd ibi vtatur voce illa. [violenter] sed quando loqui voluit de casu proposito in conclusione, tunc vsus fuit hac voce [metus] dicens participare in diuinis cum excõmunicatis ob talem metum non excusari, licèt extra diuina excusaretur. Ad hoc respondeo, quòd decisio præsentis obiectionis elicitur ex eisdem verbis ipsius Caietani. Nam ideo addidit illa verba, scilicet, Talis deberet animo &c. vt nos doceret, quòd licèt aliquis vinctus cathenis, vel fune in diuinis participaret cum excommunicato notorio, voluntate conditionata, idest assensu interiori inclinato per violentiam extrinsecam, peccaret tamen: Quapropter opus erit ei (qui intenderet se in tali casu seruare immunem a culpa participationis violenter exactæ) interiori animi affectu dissentiri tali participationi: cum voluntas (vt fuit probatum supra) inclinari, aut flecti solum possit, non autem compelli, vt omnes Doctores passim docent; imò & experientia ipsa quotidiana in vnoquoque nostrum possumus experiri: prout ipsemet Caietanus docuit vbi supra. Et ratio patentissima est, quoniã in vnoquoque opere per nos exercito, in quo deest nostra voluntas, deest quoque peccatum: cùm voluntas sit subiectum peccati. Quapropter meritò Doctores vniuersi, consona voce dixerunt, quod voluntas conditionata dicatur voluntas, quoad meritorium, aut demeritorium opus nostrum constituendum; eo quòd (vt diximus) ab aliquo extrinseco compelli non possit; cùm non sit res exterior, quæ ab homine violenter trahi possit ad nutum eorum. Cùm ergo res ita se habeat, patet ipsum Caietan. prędictis verbis nõ fuisse aduersatũ pręsenti nostrę cõclusioni, si benè illa ponderẽtur: imò potius fauisse, cùm in ipsa supponatur quòd desit interior cõsensus absolutus, & cõditionatus. Quãdo aũt Caiet. dixit sup. Participantem in Diuinis ex metu cadẽte in constantẽ virũ, non excusari, quia est peccatũ mortale participare in diuinis cũ excõmunicatis: credens se alloqui iudicio prędictos, noluit sępius eadẽ repetere: cũ sibi sufficere videreť id, quod paulò antè dixerat, quòd violenter participanti in diuinis cũ excõmunicatis, opus esset animo intẽdere nõ interesse diuinis: & sic nullo modo agat ad cõmunionẽ, quapropter patet, quòd qñ dixit [mortaliter peccare &c.] intenderit loqui de eo, qui voluntate cõditionata participat in diuinis: Et quia mihi vr per allata hucusq; satisfecisse impugnationi nrę cõclusionis, quę ex Caietani snia exoriebatur, idcircò me confero ad respondendũ sniæ Adriani Papæ, supra allatæ contra nostram hanc conclusionem.

329 Ad Adrianum † respondendo, dico ipsum non solùm non fuisse aduersatum præsenti nostræ conclusioni, imò sũmopere fauisse. Nã ipse supponit, quòd metus huiusmodi incutiať aliqua ex causis in cõclusione recẽsitis: nos verò supposuimus nullã ex illis affuisse in incutiẽte metũ cadentẽ in cõstantẽ virũ, sed aliã, vt puta iracundiã, superbiam, vel odiũ particulare erga eum, cui ille talis metũ huiusmodi incutit, vt sic ex tali metu incusso videatur hominib. potẽs, & inuictissimus, nihil cogitãdo de pręcepti, vel clauiũ Ecclesię contẽptu, vel odium Fidei, seu dogmatũ ecclesiasticorum, vel alia de causa. vt puta, si quis cõpelleretur comedere carnes diebus prohibitis ab Ecclesia, sub præcepto, vel ommittere, aut committere, quod est sub præcepto Ecclesiæ, ac legis humanæ solùm præcepta ommissio, vel commissio: & hoc fieret à compellente omnia de causa, præter expressas in conclusione, vt puta, nè forsitan accu-

sari

sari ipse postea possit ab astante sibi, & vidente
ipsum talia prohibita perpetrare, ex aliqua con-
cupiscentia, & non ex contemptu clauium? &
sic de singulis. & quòd hæc fuerit intentio Adria-
ni, dum prædictis verbis vsus fuerit, Probabitur
primo ex verbis ipsiusmet Adriani. vbi supra, vi-
delicet. Et procedit dictum cap. sacris, de metu
incusso: vt communicet quis excommunicato: se-
cus, cum per metum ad hoc agitur: Nam in illo
licet piam subuentionem ab excommunicato cõ-
tra periculum, scilicet famis accipere, quemad-
modum & excommunicato subuentionẽ exhibe-
re: quamuis tex. id literaliter non expresserit, qui
contra sentiunt ad Pharisæorũ sententiam valde
declinare videntur, qui ob religionem sabbati ne-
phas putabant curare hominẽ, sed non extrahere
ouẽ, vel vaccã de Puteo, Matth. c. 12. vers. 11. & 12.
hæc ille Doctor vbi supra. Ex quibus verbis clarè
patuit ipsum Papã Adrianũ astipulatum fuisse pr̨e
senti nostræ conclusioni, & si non ita explicitè &
apertè, vt illi quos supra retuli in probationem
conclusionis. Secundò idem elicitur & apertius
ex auctoritatibus sacræ Scripturæ ab ipso Adria-
no allatis in fauorẽ supradict̨e suæ opinionis. Nã
ipse dixit, ibidẽ fol. 153. quòd tex. in d. c. sacris, so
lùm procedit in metu incusso: & dixit hoc elici (se
cundum et Altisiodorẽsem, cuius sniam sequitur,
& approbat ipse Adrianus) ex facto iudæorũ pro
tẽpore legis veteris, quoad esum carnis porcinæ.
130 † Nã vti necessitate famis (vt verbis p̃cisis ipsius
Adriani vtar) licuit edere pro salute vit̨e, sicut &
sabbato vitã defendẽdo tueri: nõ aũt dum ad hoc
cõpellerentur, & hinc potius gloriosam mortẽ ele
gerunt, quàm patrias leges transgredi illi septem
fratres Machabei cũ propria eorũ matre, vt in lib.
2. Machab. c. 7. h̨ec ille. Ex cuius verbis, luce cla-
rius elucet ipsum interpretatũ fuisse textũ in d. c.
sacris, locũ habere in eo, qui met̨ũ talẽ intulisset
in contẽptum fidei, aut Eccles̨ie clauiũ: cum hanc
suã sniam nixus fuerit probare exẽplo Machabeo
rũ, de quibus ipse cũ dixisset, q̃ et iudeis licuit tẽ-
pore famis edere carnes porcinas, & pugnare die
sabbati, si hoc faciendũ nõ cõpellerentur: quasi di
ceret ipse Doctor, tunc in tali casu licebit, quãdo
nõ cõpellerentur ab aliquib. intendẽtibus ex hoc
illos cõpellere ad talia pr̨ecepta trãsgrediẽdi, ex
hac sola causa, vt hoc ipsi facerẽt in contẽptum fi-
dei, vel Eccles̨ie Sãct̨e clauiũ: secus si alia de cau-
sa, q̃ videtur apertius declarasse, subiungendo 1
pr̨edicta dixit, videlicet. Nõ aũt dum ad hoc cõ-
pellerentur, vbi notabis illud verbũ [ad hoc.] sci
licet, nulla alia de causa: & q̃ sit vera intẽtio ip-
sius Doctoris elicit̃ ex subsequentibus alijs verbis
immediatè, qųe sunt, videlicet. Et hinc potius glo
riosam mortẽ elegerũt, quàm patrias leges trans-
gredi illi septẽ fratres Machabei cũ propria eorũ
matre. Vnde inde cõcluditur manifestũ esse Adria
nũ ipsum patẽtissimè se subscripsisse nostr̨e pr̨esen
ti cõclusioni. eò magis q̃ in fauorẽ nr̨e cõclusio-
nis, & interpretationis snįe Adriani Pap̨e, summo
perè fauerũt, quæ notabiliter docuerũt gl. in vers.
fam̨e. Archid. & Cardin. a Turrecremata. in c. sicut
satius. 32. q. 4. dicẽtes, q̃ potius esset moriendum,
quàm comedere de reb. immolatis Idolo si adsit
scandalũ, vel cũ reuerẽtia Idoli comedat̃; sed si ne
cessitas adsit, & desint ambo pr̨edicta, & comestio
fiat cũ ex execratione Idoli, nullũ erit peccatũ ta-
lia comedere, Idẽ prorsus docuit Gofred. in sum-
ma sub titu. de Iudeis, & Saracenis, col. 1. in vers.
excipiũtũ casus. vbi dixit, q̃ tali modo interpre-
tãdus est tex. in c. presbyteros, dist. 50. (qui tex. est
cõcilij Ancirani in c. 1. 5. qui aũt fugiẽtes. vbi h̨ec
notatu dignissima habent̃, videlicet. Qui autẽ fu-
gientes cõprehensi sunt, vel à domesticis traditi,
vel adẽptis facultatibus sustinuere tormenta, aut
in custodiã trusi proclamauerunt se Christianos
esse. & eo vsque adstricti sunt, vt manus eorũ com
prehendentes violenter attraherent, & funestis sa
crificijs admouerent, aut aliquid polluti cibi per
necessitatẽ sumere cogerentur, cõfitentes se iugi-
ter Christianos esse; hos velut extra delictũ consti
tutos à cõmunionis gratia nõ prohiberi decerni
mus. h̨ec ibi. & rõ est, q̃m necessitas nõ habet legẽ:
q̃m maxima differetia est timore mortis illato à
tirãno ad hoc, vt quis comedat de imolatitijs, seu
131 idolatitijs, † quod pertinet ad reuerentiã idoli:
& comedere talia nullo impulsũ, aut metu illato
ab homine, sed vti cibis talibus tãquam creatis à
Deo sine proximi scandalo, & cum excreratione
idolorum cum omnia creauerit Deus ad vtilitatẽ
hominũ, & necessitas nõ habeat legẽ, vt prædicti
Doctores docuerunt. & idẽ possumus quàm facilli
mè probare per tex. in c. a. ex. de ieiunio, vbi Inno
cẽtius III. declarauit q̃ tẽpore famis nullũ pecca
tũ sit comedere carnes diebus Quadragesimæ, cũ
necessitas nõ habeat legẽ: quod tñ intelligendum
erit iux. cõclusionẽ nostram, quoniã nunquam Pa
pa ibi concessit talium cõmestionẽ, quãdo metus
incuteretur à tiranno, ad ostendendã vanam esse
Ecclesiæ Sanct̨e potestatẽ, & huiusmodi, vt ibi di-
ximus. Sed loquitur regulariter, & in quantum so
lùm respicit ius humanum, quoniã in casu contẽ-
ptus clauium, tunc esset potius moriendũ cũ ad ar
ticulos fidei spectaret, vt patet ad sensum & docuo
runt citati Doctores ibi. & Archid. Gemin. Præpo
situs, & Cardinalis à turrecremata in dicto c. pre-
sbyteros. Idẽ prorsus docuit Alex. de Ales. in 2.
par. quæstio. 169. memb. 6. articu. 3. §. 3. per to-
tum. vbi arguens pro & contra, primo dicit, quòd
secundum Gregorium satius est mori, quàm ido-
lolatico vesci: & intelligitur cum scandalo, & cõ-
cludendo ipse Alex. his verbis vtitur, videlicet.
quòd sensus est mors corporalis minus malũ est,
quàm scandalizare proximum. Si ergo aliquis nõ
habeat quid comedat, nisi idololaticum, debet
comedere: debet tamẽ facere, vt quantũ in se est,
non scandalizet proximum. Vnde debet in publi-
co protestari, quòd nisi comedat, fame morietur:
& tunc non debet esse occasio ruinæ alteri: hæc
ille ibi. qui idem docens, in 2. par. quæstio. 156.
membro 8. articulo 6. concludit his verbis vtens,
videlicet. Duplex est metus, scilicet probabilis,
132 † & improbabilis. Probabilis dicitur, quando
ex huiusmodi causa fit, vt possit cadere in homi-
nem constantem, & discretum: & talis metus
mortis in quibusdã excusat, vel a toto, vel a tanto.
In actibus. n. exteriorib. in quibus purè cadit coa
ctio: & magis possũt dici passiones, metus excusat
a culpa, cùm non adsit consensus aliquo modo, vt
si aliquis cõpelleret manum eleuare, ac si venera-
retur idolum, & nullatenus adsit voluntas, ex-
cusatur a culpa: cùm culpa sine volunrate non
perpetretur. Eodem modo si cogatur aliquis ad
receptionem impositionis manus ab hæreticis,
quasi ordinaretur, excusaretur similiter à culpa.
Si verò interuenit consensus, non excusatur om-

nino à culpa; & hoc apparet per hoc, quod dicitur in cap. sacris, extra, quod vi, metusvè causa: Vbi dicitur, quòd distinguendum est, vtrum is, qui communicat cum excommunicatis, inuitus sit, & per coactionem attractus, an per metū inductus, Secundum primum modum non credimus talem excommunicationem teneri, cùm magis pati, quàm agere conuincatur. In secundo verò, licet metus culpam attenuet: quia tamen non eam prorsus excludit, cùm pro nullo metu debeat aliquis mortale peccatum incurrere; talem excōmunicationis labe credimus inquinari. In quo patet, quòd aliud est inductio, & aliud coactio: vbi enim est inductio, notatur consensus liberi arbitrij. sic ergo patet, quòd metus, qui potest cadere in constantem virum, excusat simpliciter, vel in parte. adde tu declarando mentem Alexandri, metus cadens in cōstantem virum excusat simpliciter, scilicet a transgressione iuris positiui, extra terminos illorum casuum, qui excipiuntur in conclusione, excusat in parte, scilicet a transgressione iuris diuini, & in casibus exceptuatis in cōclusione, quod elicitur ex verbis ipsius Alexandri; nam non dixit absoluta coactio excusat simpliciter, sed metus &c. etiam ipsemet Doctor præmiserat differētiam inter ipsam absolutam coactionem, & metum, Si verò fuerit metus non probabilis, siue vanus non excusat. hæc omnia Alex. de Ales vbi supra. quibus fuit probata nostra conclusio. & insimul interpretatio sententiæ Caietani, & Adriani. Quapropter patuit, quòd non tantum dicti Doctores aduersati fuerint nostræ præsenti conclusioni, verùm potius fauerint ipsi; si benè librabuntur statera intellectus eorum verba.

Quinta conclusio. Quamuis regulariter (secundū omnes Doctores citatos in §. 1 præsentis quęstionis) metus cadens in constantem virum dicatur ille, qui arbitrio Iudicis consideraris hinc inde omnibus circunstantijs cuiuscunque, nihilominus † metus mortis regulariter iustus, ac excusans dicetur esse metus cadens in constantem virum. Dixi regulariter, propter ea, quæ fuerunt allata in dicto primo §. Hęc conclusio probatur triplicj medio. Primò enim per argum. in cap. cùm dilectus filius, extra de ijs, quæ vi, metusvè causa fiunt. In quo Innocentius Tertius infrascriptis vtitur verbis, videlicet. [Non obstante violentia, quæ proponebatur illata, cùm neque metum mortis, nequè cruciatum corporis contineret, & ideo non debuerit cadere in constantes.] hæc ibi, Dixi probari præsentem conclusionem per arg. in d. c. cùm dilectus, quia licèt nostra conclusio ad verbum in d. Canone nō habeatur, habetur tamē per sententiam & per essentiale ipsius, cùm ex ipsius verbis luce clarius eliciatur, ꝙ metus † mortis, (arguendo à contrario sensu) dicendus sit metus cadens in constantem virum, & eodē modo prorsus. hæc nostra conclusio cōuincitur probaturi per arg. in c. 1. eo. tit. arguendo à contrario sensu. Nā circa finē ipsius c. hæc habentur, videlicet. [Si legitimè probatum fuerit, nō timore mortis prædictam mulierē religionem intrasse, ipsam ad Monasterium redire, & habitum depositum reassumere censura ecclesiastica compellatis,] hæc ibi. Ex quibus etiam elicitur ꝙ metus mortis iccircò excusset, quia cadit in constantē virum. Idē probatur per arg. in l. a. in fin. & in l. isti quidē, & in l. nec timorem, ff. de eo ꝙ metus causa. Vbi apertissimis verbis metus mortis dicitur metus iustus. Idē habetur in l. interpositas. C. de transactionibus. Probatur & secundò Doctorum auctoritate, nam Sanctus Thom. Riccardus, Sotus, & alij Theologi, & Doctores citati supra in d. §. 1. & omnes Canonistæ & iuristæ in citatis iuribus, & omnes Criminalistæ in suis tractatibus (& per me citati in probationem præcedentium omnium conclusionum præsentis quæstionis, se subscripserunt præsenti nostræ conclusioni. Probatur & tertiò, hac breui ratione (vltra quamplurima allata in probationē præcedentis conclusionis.) Cùm enim vltimum omnium terribilium sit mors, indè sequitur veritas præsentis conclusionis eo, quòd metus mortis meritò dicatur metus cadens in constantem virum, iuxta notata in dicto §. primo.

135 Sexta conclusio. Metus cruciatus † corporis probabiliter sustinendi dicitur etiam metus cadens in constantem virum. Hæc conclusio probatur ijsdem medijs prorsus, quibus & præcedens conclusio, fuit probata; cùm idem explicitè ibidem habeatur.

Septima conclusio. Metus † patiendi tā in propria persona, quàm in liberis suis stuprum tam in viro, quàm in muliere honesta, aut incurrendi seruitutem, aut infamiam iuris, vel facti, cuius falsitas non possit facilè probari, dicitur metus cadēs in constantem virum. Hæc conclusio probatur triplici medio. Primò enim per text: in l. isti quidē, ff. de eo quòd met. cau. gest. erit. Vbi inter alia, hæc habentur, videlicet. [Si is accipiat pecuniā, qui instrumenta status mei interuersurus est, nisi dem, non dubitatur quin maximo metu compellar, vtique si iam in seruitutem petor, & illis instrumentis perditis liber pronunciari non possum, quòd si dederit, ne stuprum patiatur vir, seu mulier: hoc edictum locum habet: cùm viris bonis iste metus maior, quàm mortis esse debeat. hæc ibi. Sed in fine dictæ l. isti. Hæc habentur, videlicet. [Hæc, quæ diximus ad edictum pertinere, nihil interest, in se quis veritas sit, an in liberis suis: cùm pro affectu magis in liberis parentes terreantur.] hæc ibi. Probatur & secundò Doctorum auctoritate. Nam Bart. se subscripsit præsenti conclusioni in l. metum, la prima, ff. quod metus cau. seu ff. de eo quòd met. cau. & glo. in dicta l. isti quidem, & omnes Doctores citati tam in probationem quartæ & quintæ conclusionis supradictæ, quàm in impugnatione dictę quartæ conclusionis, & responsionis eiusdem impugnationis. & Innocentius in cap. penultimo, extra de his, quæ vi, met. Probatur & tertiò hac ratione, videlicet. Cùm enim viris, ac mulieribus honestis grauius sit incurrere infamiam, seruitutem, quàm mori, vel quemcunque cruciatum sustinere. Inde sequitur veritas nostræ conclusionis, quòd sicut metus mortis, & cruciatus dicitur metus cadens in constantem virum, sic & metus prædicta mala incurrendi.

137 Attamen † posset quis insurgere contra nostrā conclusionē fultus auctoritate D. Thomę, & impugnare id, ꝙ dicit in cōclusione asserēdo ꝙ metus incurrendi infamiam nō semper sit metus cadens in constantem virū. Nā D. Thomas in 4. sent. dist. 29. q. 1. artic. 2. in respon. ad tertium. infrascriptis verbis vtit, videlicet. Infamia quamuis sit magnū damnum, tamen ei de facili occurri pōt, & ideo non reputatur metus cadens in constantē virum,

metus

138 metus infamiæ, † secundum iura: hæc ille Sanctus, cui videtur suffragari textus in l. nec timorē. in princ. ff. de eo, quòd met. can. vbi hæc habētur, videlicet. [Nec timorem infamiæ hoc edicto cōtineri Pedius dicit.] hæc ibi. His non obstātibus:

139 † adhuc dicimus nostram conclusionem verissimam, & ad obiecta quàm facillima erit respōsio, & primò ad Diuum Thomam, vbi supra respondendo dico, quòd si benè ponderentur verba Diui Thomæ luce clarius apparebunt non esse cōtra præsentem conclusionem, prout bene ponderauit Syluester in versic. metus, §. 4. asserens ibi Sanctum Thomam intellexisse de infamia de facto, quę scilicet, non innititur veritati, cui occurri potest de facili licito modo: non autem ita dicitur de infamia iuris: nam talis metus, quia habet iuris effectum dicitur iustus, & cadens in constantem virū, vt docuit textus in d. l. isti quidem. in fine. dū docet, quòd nihil interest, an in se, vel in filijs prædicta mala timeantur, & hoc vtique pro vitanda infamia, quam quis ex stupro incurreret, & apertissimè docuit Glo. in d. l. nec timorem. in vers. infamiæ. & sic patet responsio per prædicta ad dictū text. in l. nec timorem.

140 Octaua cōclusio. Metus † excommunicationis maioris iniustè fulminandæ contra aliquem dicitur metus cadens in constantem virum, quando non ita facilis, ac promptus recursus potist haberi ad Superiorem excommunicatoris, quoniam primò si quis iustè fuisset excommunicandus, tunc sibi soli imputabit, & dictus metus nō vocabitur metus iustus, cadens in virum constantem. arg. in l. si mulier. ff. de eo, quòd met. cau. vbi dicitur, q; promissio facta ab aliquo propter metum iustè illatum non rescinditur, vbi glo. & Bart. idem docent. Secundò si posset facilè recursus ad Superiorem excommunicatoris, nec tunc diceretur metus cadens in constantem virum: cùm in tali casu quo ad Deum iniustè excommunicatus verè nō sit, seu habeatur pro excommunicato, & quo ad Ecclesiam, licèt verè sit excommunicatus (iuxta sententiam Gregorij Papæ registratam in c. 1. 11. q. 3. dicentis sententia pastoris siue iusta, siue iniusta fuerit, timenda est) excommunicatus verè sit, inquam, quo ad pęnam extrinsecam, quoniam indè oportebit se æquanimiter segregare ab alijs, sicuti cęteri iustè excommunicati, & abstinere a reliquis, quæ cæteris excommunicatis iustè sunt prohibita: nihilominus, cùm celerrimè possit haberi recursus ad Superiorem excommunicatoris, & causa cognita obtinere absolutionem, ideo cū cesset causa metus iusti, seu cadentis in constantē virum, indè sequitur, quòd nec tunc metus talis excommunicationis dicetur metus cadens in constantem virum. Tertio si excommunicatio timeretur ferri contra se pro eo, quòd quis nollet obedire suo Prælato contra priuilegia sibi concessa a Superiore sui Prælati: nec tunc talis metus esset dicendus metus cadens in constantem virum, & ratio est: quoniam talis excommunicatio de iure nulla est: vnde talis metus esset potius leuis, & voluntarius dicendus, quàm metus cadens in constantem virum, & sic nec iustus excusans. Ergo talis excommunicatio sit de iure nulla docet apertissimus textus in c. cum ad quorundam. ext. de excessibus Prælat. vbi Clemens Tertius Papa infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. [Cum ad quorundam, & infra: Ideoque discretioni vestræ Apostolica auctoritate concedimus, vt si Ecclesiā Prælati numerū euectionis, & personarum in Lateranensi Concilio constitutū, cùm Ecclesias visitant, excedere fortè præsumpserint, & pro illis procurationes exegerint: liberum sit vobis auctoritate Apostolica denegare: etsi proptèr hoc in Ecclesias vestras, vel clericos aliquam sententiam promulgauerint, ipsam decernimus non tenere.] hæc ibi, vbi idem docuerunt omnes Canonistæ, inter quos Glo. in versic. non tenere, dicit, quòd icircò huiusmodi sententia dicitur nulla, quia stante priuilegio fertur a Iudice non suo. Quartò & vltimo si excommunicatio (quam quis fulminandā contra se timet) contineat intollerabilem errorē iuris, vel ferenda timeatur post legitimam appellationem, tunc metus non esset cadens in constantem hominem, immo leuis, vanus, & nullius momenti, cùm talis excommunicatio esset ipso iure nulla, ac per consequens non erit formidanda. Dixi intollerabilem errorem iuris: vtputa, si quis timeat contra se fulminari excommunicationē alligantem huiusmodi causam, videlicet, quia noluisti furari, adulterari, & alia huiusmodi prohibita a lege Diuina facere noluisti, vel in sententia exprimi timeret pro causa, res sibi præcepta, quæ fieri nō posset impossibilitate facti, vt volare, montes transferre, & huiusmodi: sed si sententia excommunicationis (quam quis fulminari timeret esset solum iniusta, vtputa, quia noluisti donare omnia bona tua, ad quod quis non tenetur, vel contineret errorem facti, & non iuris, vtputa, si quis timeret fulminandam fore contra se sententiam excommunicationis, quia eum spoliasset Petrum Prælatus firmiter tenet, quod falsissimū est, tunc licèt quoad Deum talis sententia esset nulla, tamē quia apud Ecclesiam esset valida, vt docuit textus, & Doctores omnes in c. per tuas. ext. de sent. excommun. (in quo probantur verissima esse omnia allata in hoc quarto membro distinctionis) & iccirco metus talis excommunicationis fulminandæ dicetur metus cadens in constantem virum, nisi (vt supra dictum fuit) possit statim haberi recursus ad Superiorem excommunicatoris. Hæc ergo conclusio, sic limitata probatur triplici medio, & primò per argum. in c. sacro. §. cumque aduersus. ext. de sent. excomm. in quo hæc habentur, videlicet: [Cumque aduersus excommunicatorem de iniusta excommunicatione constiterit, excommunicator condemnetur ad interesse excommunicato, aliàs nihilominus, si culpæ qualitas postulauerit Superioris arbitrio puniendus: cùm non leuis sit culpa, tantam infligere pœnam insonti: nisi fortè errauerit ex causa probabili, maximè si laudabilis opinionis existat. hæc ibi. Dixi probari nostram conclusionem per argum. in d. cap. sacro. quoniam etsi explicitè dictus Canon non contineat singula verba nostræ cōclusionis, benè tamen implicitè, cùm inde eliciatur, quòd grauissima pęna sit excommunicatio, vt colligitur ex verbis illis textus prædicti. [Tantam infligere pęnam] si ergo grauissima: (prout clarius paulò post probabitur: cùm nulla sit maior pœna in Ecclesia, eo quòd separet excōmunicatum a corpore Christi mistico, quod est Ecclesia Sancta, vt docuit textus in c. corripiatur, 24. q. 3. & est sententia ibi Diui Augustini: Inde sequitur quòd metus incurrendi excommunicationem iniustè latam meritò dicendus sit metus cadens in constantem

virum

virum, & ratio est, quoniam inter homines versari, & hominum carere suffragio, grauissima pœna est, vt docet textus in l. hi, qui sanctam. §. quos etiam. C. de apostatis. vbi inter alia hæc habentur, videlicet. [Quos etiam præciperemus procul abijci, ac longius mādari: nisi pœnæ visum fuisset esse maioris, versari inter homines, & hominum carere suffragijs:] hæc ibi. Probatur & secundò Doctorum auctoritate præsens nostra conclusio. Nam ei se subscripserunt infrascripti Doctores, videlicet Host. in summa sub titu. de his, quæ vi, metusve cau. fiunt. §. qualiter metus distinguatur. in vers. item metus excommunicationis, Ioannes And. in c. cùm dilectus. col. 2. in vers. sed idem ipse glosator. eat. de his, quę vi, met. cau. fi. Glo. in c. olim. el terzo, in vers. timorem. eat. de restitu. spoliat. Anton. de Butrio in d. c. cum dilectus. col. 3. in princ. in vers. Glo. notabilis contra Panormitan. in d. c. cum dilectus, col. 3. nu. 6. Henricus Boich in d. c. cùm dilectus. num. 3. & 4. Idem docuit Decius in consi. 468. nu. 22. probans, quòd metus iu-
141 stus † inducatur per præceptum pęnale Superioris, prout etiam docuit Bart. in l. creditor. in fine. ff. de solutio. per l. fin. §. 1. ff. quod met. cau. & rursus idem Bart. docuit in tractatu de tyrannide in 7. quæst. Ang. in l. liber homo, in fine. ff. de hæred. institu. Petrus de Ancha. in consi. 300. incip. Visa supradicta facti narratione, col. 1. Cuma. in consi. 185. incip. Laurentius. Nellus in suo tractatu bannitorum in prima par. tertij temporis, in quæstione penultima: hi omnes Doctores citantur a Decio vbi supra, ad probandum, quòd præceptum pœnale Superioris inducat iustum metum, & quòd excommunicatio sit præceptum pœnale, iam patuit per allata superius, cùm per ipsa fuerit probatum excommunicationem esse maiorem pęnam quacunque pœna, quæ in Ecclesia infligitur. Idem latius, & luculentius docuit Didacus Couarruuias in suo epitome in quarto decret. in cap. 3. par. 2. §. 4. nu. 12. in vers. octauò ea eadem metus definitione. Addens hoc etiam docuisse Rotam in nouis 35. Romanus in consi. 369. dicentem hanc esse communē opinionem. Syluester in vers. metus. §. quinto. Probatur & tertiò hęc nostra cōclusio hac ratione, videlicet. Cum magna pęna sit inter homines esse & priuari hominū colloquio, eo quòd ex ipso summopere vnusquisque homo in omni tribulatione sua carpere assolet solamen: & maior pœna sentiatur ea sibi prohibita acceptione Sacramentorum, quorum gustu, & fructu spirituali anima nostra valde fouetur, ac adiuuatur contra diabolicos incursus, & maxima pœna sit suffragijs Sanctæ Ecclesiæ priuati: At cùm hæc omnia tria mala nobis conferat excommunicatio iniusta, indè sequitur, quòd metus incidendi in excommunicationem iniustam, seu metus fulminandæ contra se iniustæ excommunicationis, meritò dicendus sit metus cadens in constantem virum, eo magis, quòd ipsa sententia excommunicationis iniustæ est omnino timenda, vt docuit Diuus Gregorius (& habetur in c. sententia pastoris. 11. q. 3.) dicens. [Sententia pastoris, siue iusta, siue iniusta, timenda est.] & quòd obediendum semper erit nostris Superioribus nihil præcipientibus contrarium Diuinis præceptis probatur Domini nostri Iesu Christi sententia, dicentis apud Matth. c. 23. vers. 2. [supra cathedram Moysi sederunt Scribę, & Pharisei, quæ dicunt facite.] & apud Lucam c. 10. versic. 16. [Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit: & qui spernit me, spernit eum, qui misit me.] & Apostoli dicentis Hebræ. c. 13. vers. 17. [Obedite Præpositis vestris, & subiacete eis. Ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri, vt cum gaudio hoc faciant, & nō gementes: hoc enim non expedit vobis.] & rursus. Rom. c. 13. versic. 2. [Qui potestati resistit, Dei ordinationi resistit: qui autem resistunt ipsi sibi damnationem acquirunt.] & Principis Apostolorum sententia dicentis 1. Petri. c. 2. vers. 18. [Serui subditi estote in omni timore Dominis.] Ex his omnibus oraculis edocti sumus verissimam esse nostram conclusionem: cùm indè patentissimè eliciatur, quòd subdito meritò timenda sit sententia excommunicationis contra ipsum a suo Superiore iniustè fulminanda, ac per consequens, quòd metus huiusmodi dicendus sit metus cadens in constantem virum.

142 Etsi verissima † sit præsens nostra conclusio, & tot medijs probata. Nihilominus posset quis insurgendo contra ipsam triplici iaculo ipsam prosternere, eo quòd videatur posse probari triplici medio ipsam esse falsissimā. Nam primò hoc probari videtur per text. in c. 1. de sent. excommunicationis, in sexto, vbi Innocentius Papa Quartus
143 excommunicationem † appellat medicinam, infrascriptis (inter alia) vtens verbis, videlicet: [Cùm medicinalis sit excommunicatio, non mortalis disciplinans non eradicans: dum tamen is, in quem lata fuerit, non contemnat.] Ex quibus verbis videtur omnino eliciēdum fore, quòd excommunicatio non solum timenda non sit, sed immo potius summopere exoptanda ad instar prudentissimi ægroti cupientis curari, ac pristinę bonæ valetudini restitui: si ergo timenda non erit, timenda excommunicatio. Indè sequitur excommunicationem incurrendi metum non comprehendi appellatione metus cadentis in constantē virum, idem probari videtur & secundò Doctorum sententia, de quorum numero sunt (vt refert Panormitanus vbi supra) Tanc. Vincentius, & Phi. & apertius hoc docuit Goff. in summa titu. de his, quæ vi, met. cau. fi. col. 2. in vers. & videtur, quòd & Glo. in d. c. cùm dilectos. ext. de his, quæ vi, met. cau. fi. in vers. violentia. & tertiò idem videtur probari hac ratione (qua vtitur ad idem probandum ipse Goff. vbi supra.) Nam aut excōmunicatio (cuius fulminatio timetur probabiliter propter præcedentem cōminationem) est iniustè, aut iustè ferenda: si talis excommunicatio esset iustè, & meritò ferenda, tunc sibi ipsi imputet, qui incidit in talem metum, & sic non excusabitur propter talem metum, immò debet illa lętanter, & cum gratiarum actione illam recipere, & sufferre, cum sit medicina spiritualis (vt fuit probatum) ad instar prudentis ęgroti lętanter sumentis de manu Medici amarum poculum sibi porrectū, ac ordinatum a suo Medico. Si verò excommunicatio illa (quā timet contra se fulminari) esset iniusta: tunc nec dictus metus debet reputari metus cadens in constantem virum, cùm dicta excōmunicatio quo ad Deum (qui non patrocinatur iniustæ sententiæ) non ligat.

His non obstantibus, adhuc nos asseueramus præsentem nostram conclusionem verissimam esse: & ad contraria respondendo gradatim: dico veritati nostrę conclusionis non obstare tex. in d. c. 1.

Nam

144 † Nam non sequitur (vt patet ad sensum) illatio, sic dicendo, dictus Canon excommunicationem appellat medicinam, ergo metuenda non erit, si metuenda non erit, ergo metus fulminationis ipsius excommunicationis vanus dicendus erit, & non metus cadens in constantem virum: cum nullus prudens metuere debeat sumere medicinam, quæ valetudinem, vt in pluribus confert. hæc inquam illatio nulla est: Nam sano non tribuitur medicina ad obtinendam bonam valetudinem. Quapropter ponderanda est mēs Legislatoris in d. c. 1. quæ vtique fuit loqui de excommunicatione illa, quæ fulminatur contra rebelles, ac contumaciæ morbo laborantes: cùm causa materialis ipsius excommunicationis sit solùm (vt iustè feratur excommunicatio) peccatum mortale, non quodcunque, sed peccatum mortale cōtumaciæ, vt omnes Doctores voce consona docuerunt, hoc elicientes ex verbis Domini Iesu Christi apud Matthæum c. 18 vers. 15. 16. 17. & 18. [Si autem peccauerit in te frater tuus, vade & corripe eum inter te, & ipsum solùm: si te audierit, lucratus eris fratrem tuum: si autem te non audierit, adhibe tecū adhuc vnum, vel duos, vt in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos, dic Ecclesiæ: si autem Ecclesiam non audierit: sit tibi sicut Ethnicus, & Publicanus. Amen dico vobis quæcunque alligaueritis super terram, erunt ligata & in Cœlis: & quæcunque solueritis super terram, erunt soluta & in Cœlo.] Ex his ergo Domini verbis patuit, quòd materialis causa

145 † excommunicationis sit peccatū mortale contumaciæ, ad quod purgandum porrigitur ab Ecclesia Sancta medicinalis excommunicatio, vt sic saltem rebellis confusione ductus resipiscat, & a morbo contumaciæ, ac inobedientiæ sanetur. Nā eo ipso, quòd huiusmodi homo videtse ptiuari tribus supradictis bonis, ac commodis, purgari studeat a tali contagione, & obedire præceptis iustis suorum Superiorum incipiat. In nostra hac cōclusione, cum suppositum fuerit metum esse iniustæ excōmunicationis validè ferendæ comminatę a Superiore, patet dictam excommunicationem iniustam appellandam minimè fore medicinalem, cùm non supponatur in tali metuente morbus aliquis purgandus tali medicina. Quapropter patuit nihil fuisse probatum contra præsentem conclusionem per allatam Canonis in d. c. 1. auctoritatem, cum a diuersis fieri non possit illatio...

146 Ad Doctorum † sententias facillima erit respōsio dicēdo, quòd cum maior numerus Doctorum sit, & maiori ratione fulta eorum sententia in nostræ conclusionis fauorem, ideo ipsi omnino standum erit, eo magis quòd contraria opinio solum innitatur fundamento, & auctoritati dicti cap. 1. quod probauimus nihil ad rem facere, cùm nec conclusioni aduersatum tacitè, aut expressè fuerit, vt patuit per supra allata.

147 Ad rationem † allatam contra nostram conclusionem respondetur ipsam esse friuolam, & minimi momenti: (cum reuerentia tamē tanti Doctoris, & patrocinantis: Nam (vt diximus) non sequitur: Iniusta excommunicatio non ligat quo ad Deum: ergo non dicetur metus cadens in constantem virum: metus, inquam, conceptus ex comminatione ipsam fulminandi, quoniam etsi nō liget apud Deum, ligat tamen, & multis incommodis inuoluit apud Ecclesiam ipsum miserum iniustæ excommunicationis vinculo vinctum, vt per allata in probationem eiusdem conclusionis apertissimè patuit, & quidem quis non cognoscat huiusmodi incommodis, cruciatibus corporeis non solum posse comparari, verum etiā ipsos supetexcedere, & tamen ipsemet Goff. (cuius est ratio supradicta) vbi supra, colum. 1. in vers. cadit autem. infrascriptis verbis vtitur, videlicet. Cadit autē in constantem virum, & per hoc excusat metus mortis, & cruciatus corporis. Item metus stupri, & seruitutis. ff. quòd met. cau. l. isti quidem. C. eo. l. interposita. & hæc vera sunt, nisi quis sua culpa se ingerat in hunc metum. vt in l. si muliet. ff. eod. hæc ille. Ex his ergo omnibus patuit verissimam fuisse nostrum responsum factum dictæ rationi allatæ contra nostram conclusionem, & eius fundamentum.

148 Nona conclusio. Metus incurrendi iniustā spoliationem omnium suorum bonorum, vel maioris partis ipsorum, dicendus erit metus iustus, ac cadens in constantem virum. Dixi notanter [iniustam:] quoniam si quis timeret iustam spoliationem: tunc huiusmodi metus non esset dicendus metus cadens in constantem virum, quia sibi ipsi erit imputandus, cùm ipse fuerit causa talis metus, & non aliter. Hæc conclusio probatur triplici medio. Primò enim per argum. in c. Abbas. extra de his, quæ vi, metusvè causa fiunt. in quo Alexander Tertius infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. [Abbas Sancti Cadmundi, a quo R. præsentiū lator patrimonium suum tenere dignoscitur: milites, & Burgenses ad domum eius (sicut accepimus) destinauit, qui eum à domo, & vniuersa possessione expellerent: nisi Ecclesiam suam penitus abiuraret: quod cùm idem R. tali modo coactus fecisset, Abbas alij concessit supradictam Eccle-

149 siam. Vnde, quia quæ metu, † & vi fiunt, de iure debeat in irritum reuocari. Mandamus quatenus prædicto R. cum integritate restituas vniuersa.] hęc ibi. Idem prorsus probatur per arg. in c. 1. §. illum autem spoliatum. ext. de restitutione spoliat. in sexto, in quo Innocentius Quartus æquiparat spoliationem omnium bonorum alicuius spoliationi maioris partis ipsorum, infrascriptis vtens verbis, videlicet. [Illum autem spoliatum intelligi volumus in hoc casu, cùm criminaliter accusatur, qui tota sua substantia, vel maiori parte ipsius se per violentiam destitutum affirmat.] Idem probatur per argum. in l. propter litem. ff. de excusat. tut. & temp eatum. vbi hæc habentur, videlicet: [Propter litem, quam quis cum pupillo habet, excusare se a tutela non potest: nisi fortè de omnibus bonis, aut plurima parte eorum contro uersia sit.] hæc ibi. Dixi præsentem conclusionem probari per argum. in dictis iuribus, quoniam licèt explicitè contenta in conclusione non habeantur in dictis iuribus: benè tamē implicitè ex ipsis eliciuntur, cum ibi dicatur, quòd appellatione totius substantiæ temporalis: intelligitur etiam si solum de parte eorum alicubi fieret sermo. Probatur & secundò præsens conclusio Doctorum auctoritate, de quorū numero sunt infrascripti Goffreda in summa in titu. de his, quæ vi, met. cau. §. colum. 1. in versic. & notandum, quòd metus damni. Hostiensis in summa. eodem titu. §. qualiter metus. in vers. inuenio tamen, quòd metus rerum excusat, Ioannes And. Antonius de Butrio, Panormitanus

normitanus in d.c. Abbas quod rursus confirma-
uit Panormitanus in c. Gemma. ext. de sponsal. vbi
idem docuit Pręposítus. colum. 2. in vers. nota ibi
libera. Idem docuit Archidiaconus in dicto c. 1.
in versic. a quocunque, de restitu. spoliat. in sexto,
vbi æquiparat spoliationem omnium suorum bo-
norum spoliationi passæ maioris partis ipsorũ,
infrascriptis verbis ibi vtens, videlicet. Ratio hu-
ius est, quia cùm sit spoliatus tota substantia sua,
vel maiori parte ipsius, accusari criminaliter non
debet vbi prius fuerit restitutus. hæc ille. quasi di
ceret, quòd vbicunque fit mentio in iure de spo-
liato, vel pœna spoliantis, vel de restitutione spo-
150 liatorum † ipsa iura locum obtinent tam in spo
liato omnibus suis bonis, quàm pro maiori parte
ipsorum. quod clarius docuit postea in d.c. 1. §. il-
lum. Geminianus his verbis vtens, videlicet. Nota
illum dici priuatum circa quantitatem, qui totã,
vel maiorem partem ipsius nõ habet. & sic totum,
& maior pars æquiparatur, quod nota, quia facit
ad dubium. An conductor emphiteuta, qui amisit
omnes, vel maiorem partẽ fructuum pro illo an-
no, Canonem soluere debeat. Idem docuit Petrus
de Anchar. in d.c. 1. §. illud. in septimo nota. di-
cens, & nota, quòd idem iudicium est de maiori
parte bonorum, quod de omnibus bonis. facit ad
intellectum l. si vnquam. C. de reuocandis donat.
Idem docuit Bart. in d.l. propter litem. æquiparan
do spoliatum omnibus bonis, spoliato maiori par
te bonorum. Idem docuit Glo. in d.c. Abbas. in
versic. coactus. dicens, & intellige de talibus reb.
sine quibus vita corporis ammittitur, vel patitur
grauem iacturam. Idem docuit Innocentius in c.
penult. ext. de his, quæ vi, met. cau. fi. Idem docuit
Philippus Francus. in d.c. 1. §. illud. in principio
his verbis vtens, videlicet. Nota primò, quòd spo-
liatio omnium bonorum, & maioris partis æqui-
parantur: ideo aliàs dicitur, quòd sicut alienatio
151 omnium bonorum † præsumeretur fieri in frau-
dem. vt in l. omnes. §. Lucius. ff. quæ in fraudẽ cre-
dit. ita & alienatio maioris partis, vel rerum ma-
gis pretiosarũ, vt ff. de pecu. l. summa cum ratio-
ne, & non solum simul, & semel: sed etiam si diui-
sim, vt l. nomen. §. filiæ. ff. de legat. 3. & sicut metus
perditionis omnium bonorum dicitur esse iustus
metus, ita & maioris partis. & dicit Ioannes And.
per istum text. & Innocentius in c. penult. de his,
quæ vi, metusvè cau. fi. hæc ille. Idem docuit Tho-
mas Grammaticus in consi. 31. nu. 25. comparans
metum ammissionis bonorum metui mortis, vt
docuit Bart in l. si ob turpem causam, ff. de con-
dit. ob turp. cau. & consuluit Albe. Brun. in consil.
82. Idem docuit Hippolitus de Marsilijs. in l. fu-
rem, nu. 7. Idem docuit Bertachinus in suo dictio-
nario, in vers. metus. sequens sententiam Bar. in
d.l. si ob turpem causam. Idem docuit luculentis-
simè Didacus Couarruuias in epitome super 4.
Decret. cap. 3. secundæ par. §. 4. nu. 18. per totum.
Idem docuit Syluester in versic. metus, §. 3. Proba
tur insuper & tertiò hac ratione, videlicet. Cum
enim (vt fuit probatum satis abundè in cõclusio-
ne 2. præsentis capituli) metus mortis, vel crucia-
tus corporis dicatur metus cadens in constantem
virum: indè sequitur veritas præsentis nostræ con
clusionis, quoniam (vt fuit paulò ante probatum)
metus amissionis omnium bonorum, vel maio-
ris partis eorum a Doctoribus æquiparatur me-
tui mortis, & ratio potissima est, quia vita nostra
temporalis summopere cruciatur paupertate in-
cursa, quoniam diu ipsa subsistere, seu sustentari
non possit sine bonis istis temporalibus. Quapro-
pter merito Panormitanus in d.c. Abbas. num. 6.
sequens Glo. in l. aduocati. C. de aduocatis diuer.
iudi. (asserentem, quòd bona temporalia sunt alia
vita) subintulit, quasi dicat, vt corpora sunt ser-
uanda: vnde sicut mortis metus excusat, vt in c. cũ
dilectus. infra eo. ita & metus perdẽdi bona tem
poralia. Idem dicit glo. si quis timet grauẽ iactu-
ram in bonis, vnde metus perdendi maiorem par
tem bonorum excusat, & ipse sicut metus mortis.
152 Decima conclusio. Metus conceptus ex minis
capitalibus factis ab ijs (qui quod minantur exe-
quuntur) solum dicendus erit metus cadẽs in con
stantem virum, quoniam minę factę a verbosis nõ
dicuntur metus cadens in constantem virum, idẽ
dicitur de metu concepto ex Principis indigna-
tione. Hæc conclusio probatur triplici medio, &
primò per argum. in l. si donationis. C. de his, quę
vi, metusvè cau. fi. vbi hæc habentur, videlicet. [Si
donationis, vel trãsactionis, vel stipulationis, vel
cuiuscunque alterius contractus obligationis con
fectum instrumentum metu mortis, vel cruciatus
corporis extortum, vel capitales minas pertime-
scendo, adito Præside Prouincię probare poteris:
hoc ratum haberi secundum edicti formam non
patietur.] hæc ibi. Diximus probari præsentẽ con
clusionem per arg. in d.l. si donationis. quoniam
dictus textus, etsi simpliciter mẽtionem faciat de
capitalibus minis non excipiendo casum, in quo
minæ fuissent factę ab homine verboso, & vanilo-
quo, vt nos excepimus in conclusione, tamen ex
mente legis elicitur apertè hæc exceptio, cùm ip-
se textus comparauerit metum conceptum ex di
ctis minis metui mortis, & ipsum appellauerit iu
stum ac per consequens metum cadentem in con
stantem virum, quod apertius docuit textus in l.
metum. C. eod. titu. vbi hæc habentur, videlicet.
[Metum non iactationibus tantum, vel contesta-
tionibus: sed atrocitate facti probari conuenit.]
hæc ibi. Idem elicitur quoque ex tex. in l. 2. & 3.
ff. ex quibus caus. maio. in quibus dicitur metum
iustum esse dicendum non quemcunque metum
superuacuum, sed metum mortis, aut cruciatus:
in quo stabitur iudicis arbitrio. & quòd taliũ mi-
narum metus sit iustus, elicitur quoque ex l. Fulci-
nius. §. quid sit autem. ff. quibus ex cau. in posses-
sionem eatur. vbi hæc habentur, videlicet. [Quid
153 sit autem latitare † videamus. Latitare est (vt
Cicero definit) turpis occultatio sui. Potest enim
quis latitare non turpi de causa, veluti qui tyran
ni crudelitatem timet, aut vim hostium, aut do-
mesticas seditiones.] hæc ibi, & quod semper quali-
tas minantis sit summopere ponderanda, docuit
textus in l. vnica. C. si quis Imperatori maledixe-
rit. In qua Imperator præcipit non fore punien-
dos maledicentes sibi, sed prius sibi denunciãdi,
vt ipse posset ex personis maledicentium maledi-
cta pensare, & vtrum eos pretermitti, aut exequiri
censere posset.] hæc ibi. & quòd minæ loquacium
non sint attendendæ, nec comparãdæ metui mor
tis, nec dicendæ metus cadens in constantem vi-
rum, docuit tex. in d.l. metum. C. eo. cuius verbo-
rum seriem paulò antè retuli: vide ibi. Probatur
& secundò Doctorum auctoritate præsens con-
clusio. Nam præsenti conclusioni infrascripti Do
ctores se subscripserũt, videlicet. Glo. in d.l. man-
datum,

datum in versi. iactationibus. dicens quòd de iactante se illaturum vim, vel metũ erit distinguendum: An sit potens, an non, de quo sit verisimile, quòd inferre possit, quasi diceret, tunc solum huiusmodi minæ erunt timendæ, quando fiunt ab ijs, de quib. verisimiliter creditur eos opere completuros quod minantur, quod apertius docuit Bart. in d. l. metum, nu. 1. dicens: quando minę inferuntur, debet inspici persona inferentis minas: sunt enim quidam potentes, & ita maligni, & ita mali, qui illud, quod dicunt consueti sunt facere: nam tunc diceretur iustus metus, ex minis, & iactationibus productus. vt in dicta l si donationis. idem docuit Panorm. in c. Abbas. num. 4 ext. de his, quæ vi, met. cau. fiunt. Idem docuit Thomas Grammaticus in consi. 13. nu 18. asserens hoc idẽ docuisse Bal. in consi. incip. Scismatis. col. 2. & in l. interpositas. C. de transact. & in l. metum. C. q met. causa, & ante eum Cynus in l. 1. C. si quis Imperatori maledixe. & quòd indignatio Principis censeatur metus iustus, ac cadens in virum constantem, docuerunt esse communem opinionem infrascripti Doctores (vt refert Hippolitus Bonacossa in suo thesauro communium opinionum, in versic. metus) videlicet Ruinus in consi. 121. nu. 8. in 4. vol. Iacobin. de Sancto Georgio in sua inuestitura feudorum in nona specialitate Principis, fol. 12. & Cagnolus in l. 1. in principio, nu. 4. & sequenti. ff. de iurisdictione omn. iudic. Menochius in suo tract. de arbitr. iudic. casu 365. per totum, vbi etiam colligitur, quòd qui fregit verbum Principis, punitur arbitrio ipsius Principis, etiam morte, secundum casum, & eius importantiam, vt vtar verbis ipsius Cagnoli vbi supra, sed obliuioni nunquam tradendum erit, quod docuit Bal. per text. in l. 1. C. vbi, & quando liceat vnicuique sine Iudice. & ibidem Paulus de Castro (quos sequutus fuit Grammaticus in consi. 69. nu. 6.) dicentes, quòd licitum † sit præuenire, & occidere mihi minãtem, & maximè si solitus fuerat eius minas executioni mandare: Quapropter dictus Paulus ibidem dixit, cauendum esse ab huiusmodi minis. Probatur & tertiò præsens conclusio hac breui ratione. Cum enim superius fuerit probatum metum mortis, aut cruciatus dicendũ fore metum cadentem in constantem virum, & iam hic fuit probatum huiusmodi minas, & indignationem Principum æquiparati metui mortis, indè palam consequens fit, quòd metus ex prædictis conceptus dicendus sit metus cadens in constantem virum.

154

155 Vndecima conclusio. Præces † Superiorum tũc solum dicuntur inducere metum cadentem in constantem virum, quando em timentur ab illis, qui crudeliter sæuire solent in eos, qui suis precibus statim non annuũt. vt facere assolent tyranni. Hæc conclusio probatur Doctorum auctoritate. Panormitanus hoc docuit in c. Abbas. nu. 4. ext. de his, quæ vi, met. cau. fi. infrascriptis verbis vtens, videlicet: Dico quòd rogamina regulariter, vel etiam verba comminatoria non inferunt iustum metũ, quia metus consistit in atrocitate facti. vt in l. metum, & in l. ad inuidiam. C. eo. titu. Illud fallit in tyranno, qui solitus est sæuire in eos, qui suis precibus non parent, tunc enim rogamina tyranni habentur pro præcepto, & inferunt iustum metũ in parente. ad hoc bona glo. in l. 1. ff. quod iussu, tenet Bart. in tract. de tyranno in 4. col. & idem dic in Episcopo, vel alio Prælato potente, qui solet sæuire in clericos suis votis non obtemperantes. Hinc vulgariter dicitur, quòd rogamina Superioris sunt præcepta: sed intelligo modo prædicto. & hæc notabis. hæc ille. huic conclusioni se subscripsit quoque Hippolytus de Marsilijs in singulari 645. incip. Aduertant Principes. asserens hoc idem docuisse infrascriptos Doctores, quos ibi ipse refert infrascriptis vtens verbis, videlicet blanditiæ potentum inducunt iustum metum, vt est glo. in l. 1. C. si rector Prouinciæ. & in l. 1. ff. quod iussu. & rogatio Domini, vel Superioris habet vim præcepti, vt dicit Bart. in tract. tyrannidis. in 4. col. pro quo facit illud vulgatum, videlicet est rogare durum species violentiæ iubenti, vt refert Bal. in l. si mandator, C. quod cum eodem. Alex. in consi suo 124. incip. omnissis, &c. in fine. in primo volumine, ad quod facit dicta per Barbatium in c. quoniam Abbas, in 25. col. ext. de officio delegati, sed dic tu melius, col. 13. Et ideo teneas menti perpetuò, quòd si subditus remittat Superiori vsuras pro modico, non tenet talis remissio; quia præsumitur facere per metũ. hęc Hippolytus vbi supra. quæ quidem sunt memoriæ cõmendanda pro decisione præsentis quæstionis.

156 Duodecima & vltima conclusio sit hæc. Licet regulariter metus † conceptus ex nimia reuerentia alicuius Superioris, vtputa, metus vxoris erga virũ suum, filij erga patrem, clerici erga Episcopum, vasalli erga Principem, serui erga Dominum suum, & sic de singulis minimè dicendus erit metus cadens in constantem virum, ac iustus excusans, nihilominus, quando huiusmodi metus reuerentialis subsequeretur post minas atroces (in casu præcedentis conclusionis) verbera, & alia damna recepta (de quibus in præcedentibus conclusionibus fuit sermo) tunc dicendus erit metus cadens in constantem virum, ac iustus, & secundũ hanc conclusionem interpretãdus erit text. in l. 1. §. quæ onerandæ libertatis causa. in versic. tamen causa cognita. ff. quarum rerum actio. vbi hæc habentur, videlicet [Tamen causa cognita, si liquido appareat libertum metu solo, vel nimia patroni reuerentia ita se subiecisse, vt vel pœnali quadã stipulationę se subijceret. Et puto ipso iure tutum esse libertum aduersus exactionem patroni.] Hęc ergo conclusio probatur triplici medio. Primò. n. per argum. in l. ad inuidiam. C. de ijs, quæ vi, met. cau. fi. vbi hæc habentur, videlicet. [Ad inuidiam alicui nocere nullam dignitatem oportet, vnde intelligis, quòd ad metum arguendum per quem dicis inuitum esse contractum, senatoria dignitas aduersarij tui sola non est idonea]hæc ibi. Idem probatur per argumentum in l. metum, C. eodem titu. vbi hæc habentur, videlicet. [Metum non iactationibus tãtum, vel contestationibus, sed atrocitate facti probari conuenit.] hæc ibi. Dixi probari præsentem conclusionem per argum. in dictis iuribus, quoniam licèt explicitè totus contextus verborum ipsius conclusionis ibi non contineatur, benè tamen implicitè continetur: cum ex ipsis luce clarius eliciatur solam reuerentiam

157 † Superioris non inducere iustum metum, seu metum cadentem in constantem virum: si ergo metus cadens in constantem virum talis metus dicendus non erit: inde sequetur, quòd tunc reuerentia solùm hoc efficiet si minæ, vel verbera, & huiusmodi alia ipsam reuerentiam præcesserint,

ferint, vel talium experientia in propria persona, vel alia, facta de malo graui, quod inde sequeretur, nisi annueretur statim voluntati dictorũ Superiorum, & de hoc casu loquitur solum dictus §.quæ onerandæ.in verbis supra relatis, vt doctissimè asseruit Bart. in d.l.1. §.quæ onerandæ, & in d.l.ad inuidiam. Probatur & secundò præsens conclusio Doctorum auctoritate. Nam se subscripserunt præsenti conclusioni infrascripti Doctores, videlicet Bar. locis citatis, Bologninus in dicto §. quæ onerandæ. Alex. & alij in Apostilla ad Bar. in dicto §.quæ onerandæ. Ripa in 3.lib.respons.sub rubrica de donat.& grat. per fin. reuocand. in respon.15.nu.8. Innocentius, Baldus, Cardinalis Zabar. Abbas, Siculus, Ancharanus, Felinus, Antoni᷒ de Butrio. & alij omnes Doctores scribentes in c. causam matrimonij.ext.de officio delegati. & ista

* est communis opinio, teste Francisco de Accoltis Aretino in dicta l.interpositas. Boerius decisione 100.num.11.& sequenti. Probatur & tertiò hac ratione, videlicet. Cùm per allata in probationem ferè omnium præcedentium conclusionũ

158 fuerit probatum, quòd metus † cõceptus ex cruciatu, ac minis eius, qui non est verbosus, cadit in constantem virum: indè sequitur veritas præsentis conclusionis, cum idem ferè in sensu hic habeatur. & sic finis sit impositus huic quæstioni scitu dignissimæ, & necessarijssimæ ab omnibus Iudicibus exoptantibus munus suum exequi irreprehensibiliter coram hominibus, & Deo, vt tenentur.

De criminis assassinij pœna.

Vtrum pœna statuta contra assassinos extendatur ad mandantes assassinis assassinij opus, seu aliquos occidi mediante pecunia, vel alia re æquiualenti.

SVMMARIVM.

1 *Assignatio pecuniæ pro assassinio (seu homicidio merce de aliqua committendo) necessariò requiritur ante factum, vt assassinium dici, & pro tali puniri possit, vt locum habeat dispositio c.1.de homic.in sexto.*

2 *Delictum factum mediante pecunia, dicitur magis atrox, & ideo grauius puniendum.*

3 *Crimen commissum, vt alicui quis complaceat, dicitur crimen assassinij.*

4 *Pœnas assassinij indictas in c.1.de homic.in sexto, incurret etiam promittens solum dare, licet non sequatur ante factum ipsa pecuniæ traditio.*

5 *Pœna dicti c.1.locum non habet in eo, qui promisit pecuniam, qui semper renuit facere assassinium.*

6 *Pœna dicti c.1.non habebit locum in eo, qui mandauit fieri assassinium alicui, qui tamen ipsum nõ commisit, sed alij illum talem interfecerunt alia de causa.*

7 *Promittens occidere mercede, si non peruenisset ad insultum, non incidet in pœnas contentas in d.c.1. & quare.*

8 *Promittens quid incertum, vti dirigere domum suam pro homicidio committendo punietur pœna d.c.1. & quando hoc locum habeat.*

9 *Occisus vt sit Christianus necessariò requiritur, vt sit locus pœnæ dicti c.1.*

10 *Regula peroptima est, quòd vbicunque certum, & limitatum tempus, siue certa, & limitata pars loci, vel alia qualitas sit fundamentum intentionis, siue actoris, siue rei, oportet, vt illud tempus, & illa qualitas probetur: aliàs non probans succumbet.*

11 *Consuetudine non obstante generali, quæ regulariter non sinit quem puniri pœna mortis pro solo conatu, assassinus si insurrexerit contra Christianum occidendum, etiam non sequuta morte punietur ipse, & mandator pœna d.c.1. non autem mandator, qui reintegra reuocasset huiusmodi mandatum pœna ordinaria punietur, sed extraordinaria, & quare, & cum distinctione concordantur Doctores omnes, qui videntur adinuicem aduersari.*

12 *Delictis atrocioribus non semper affectus punitur, vt effectus, & quando hoc iure cautum reperiatur quomodo sit intelligendum multipliciter probatur.*

13 *Iudices quid aduertere debeãt, quando quis esset puniendus de conatu in atrocioribus criminibus.*

14 *Impugnatur verissima declaratio tertia d.c.1. de homic.in sexto.*

15 *Responsio ad glo. Ioannem Andr. Gemin. Philippum Franch. & ad Hippol. de Marsil. qui videbantur impugnasse veritatem præsentis nostræ tertiæ declarationis.*

16 *Responsio ad Augustinum de Arimino.*

17 *Responsio ad Gabrielem, & Iul. Clar.*

18 *Pœna dicti cap.1. venit quoque puniendus is, qui iam peruenit ad actum proximum actui, per quem mors de sui natura sequi debuisset, & quare, & exemplificatur.*

19 *Iudex salua iustitia, & conscientia poterit conatum nõ sequuto effectu etiam in atrocioribus, leniori pœna, quàm ordinaria punire reum, licet non teneatur. & quare, & exemplificatur, & probatur, & in quo verificetur hæc regula.*

20 *Geminans delictum non debebit sperare veniam, & quare. & exemplificatur.*

21 *Mandatum Principis de excarcerandis aliquib. propter aliquam lętitiam, an includat eos, qui reiterauerunt delicta.*

22 *Iudices volentes morti addicere sæpius committentes crimina, quorum singula non possunt puniri, nisi pœna pecuniaria, quid facere debeant.*

23 *Pœna c.1.de homic.in sexto, inuoluit quoque eum, qui etiam per Christianum mercede conductum aliquem interfici mandat.*

24 *Assassini qui dicantur secundum communem modum, et vsum loquendi.*

25 *Principes omnes, Prælati, et clerici assassinium per se, vel per alios committentes, incidunt in pœnas dicti c.1.*

26 *Constitutio quantumcunque pœnalis respiciens fauorem animarum tanquam fauorabilis, erit latè interpretanda.*

27 *Crimine assassinij in puniendo sufficiunt indubitata argumenta, seu inditia, licèt cõtrarium regulariter fiat in alijs criminibus, et quare.*

28 *Citandus quis non erit tanquam excommunicatus, nec habendus pro excommunicato, nisi prius constet de huiusmodi sententia Iudicis, vel Canonis incursa.*

29 *Sententiam vbi ad aliquã proceditur ex præsumptionibus solum debebit Iudex temperare sententiam, et quomodo et quare. et hęc propositio quomodo sit intelligenda.*

30 *Inditiorum effectus quid.*

31 *Suspitio stans in suis finibus nunquam erit causa condemnationis, præsumptio autem sic aliquando, et quare.*

32 *Pręsumptio iuris, et de iure quid sit, et exemplificatur, et quid operetur.*

33 Præ-

33 *Præsumptio iuris quid sit, & exemplificatur, & quid operetur.*

34 *Præsumptio iuris, & de iure quare sic dicatur.*

35 *Assassinij in causa probant testes examinati lite non contestata, nec citata parte, habita tamen ratione ad personam diffamatam, & facti circunstantiam.*

36 *Impugnatio prima præsentis declarationis elicita ex verbis Hippol. de Marsilijs.*

37 *Accusatus de crimine enormissimo dicendus non erit reus talis criminis, nisi postquam de illo fuerit conuictus, vel confessus.*

38 *Crimine enormi debent seruari solemnitates, quæ seruantur in alijs criminibus.*

39 *Responsio ad impugnationem factam præsenti declarationi elicitam ex Hippol. de Marsil. et declaratio mentis dicti Doctoris.*

40 *Testis deponens de auditu auditus in crimine assassinij facit indicium ad torturam. & quare, licet huiusmodi testis regulariter non probet.*

41 *Depositio socij criminis assassinij faciet indicium ad torturam.*

42 *Inquisitus de crimine assassinij poterit renunciare defensionibus.*

43 *Confessus vel cōuictus de assassinio sine alijs inditijs pcedentib. poterit torqueri, vt indicet mandantē. et quare.*

44 *Mandator licèt regulariter veniat puniendus in loco delicti mandati, tamen mandator assassinij punietur in loco assassinij executi.*

45 *Assassinio probato sufficiet sententia declaratoria, quòd quis illud delictum commisisset, nec necessariò oportebit addere, quòd indè inciderit in excōicationem, et alias pœnas contentas in d. c. 1. & quare, & exēplificatur.*

46 *Iudex secularis, quādo poterit punire clericū assassinū.*

47 *Qualitas deducta in accusatione, vel inquisitione, vel denunciatione iudiciali, quando lex requirit actum qualificatum, vel aliqua qualitas esset necessaria ad aliquem actum, tunc necessariò dicta qualitas probanda erit ad iuris pœnam incurrendam, aliàs sequeretur rei absolutio. & quare.*

48 *Qualitas, quæ fundat et priuat iurisdictione (de qua ante omnia debet plenè constare) in principio erit probanda, & quare, & exemplificatur multipliciter.*

49 *Qualitate alicuius criminis deducti in iudicio non probata, quando de iure teneatur absoluere reum, peroptima distinctio, & exemplis clarificata.*

50 *Delictum quæ sint quæ alterant, & mutant accusationem, hic luculenter enarrantur tradendo perpulchra exempla, quibus Iudex poterit varios casus rectè decidere circa probationem, quæ videtur resultare ex depositionib. testium, & aduocatus vnde possit repellere accusatorem, pro eo quòd testes non deposuerint concludenter.*

51 *Libello appellationis, vel rescripto quando narrantur plures causæ, quando appellans, vel obtinens tale rescriptum teneatur omnes probare.*

52 *Coniunctim vbi duo essent probanda, deficiens in vnius probatione, deficit in toto, & exemplificatur.*

53 *Veneno cum quis possit extingui duplici modo, s. ex veneno porrecto, vel ex veneno in corpore proprio ex humorum malitia contracto. Iudices ponderent, ne statim velint procedere ex abrupto, ac si ille fuisset interemptus veneno.*

54 *Factū qualificatū censetur vnū, et idē, et exēplificatur.*

ACTVRVS de extensione pęnæ, quam quis de iure incurrit pro crimine assassinij pperpetrati, ac specialiter dānati tam in c. 1. de homic. in 6. q̃ in alijs iurib. vt latius infra Lectorem monendū fore duximus, nos processuros per nonnullas declarationes, & illarum ampliationes, & limitationes: vt omnia notatu digna pro pleniori intelligentia præsentis materię tradant.

Declaratio prima ergo sit hæc, sciendū, quòd vt di
1 spositio d. c. 1. locū habeat, † necesse est, vt interueniat datio. Vnde Archid. in d. c. 1. col. 1. in fi. vers. Dño, dixit, quòd text. loquatur in ijs, qui pro pecunia hoīes occidunt, & ibidē §. cū igitur, col. 1. not. 1. idem docuit: Idē ibidem in not. 6. Pet. de Ancha. & Domin. a S. Gemin. in d. c. 1. §. cū igitur, idē docuerunt alij infrascripti, videlicet Bart. in l. non solum. §. si mandato. col. pen. nu. 14. vers. quia qñ aliquis facit, ff. de iniurijs, dicens, quòd qñ aliquis facit,
2 vel fieri facit mediante pecunia, † dr̃ delictum magis atrox, & pp hoc pęna posset augeri, & de facto videmus augeri in istos, qui in vulgari dicunt assassini. & vr̃ expressum hodie in c. 1. de homic. in 6. idem docuit ipsemet Bart. in l. Cicero. ff. de pœnis. dicens, quòd grauius veniat puniendus is, qui aliquod maleficium facit mediante pecunia, q̃ is, qui sine ipsa facit maleficium. Idem docuit Ang. in l. qui sepulchra. in fin. ff. de sepul. violato. Bal. in l. nō ideo minus. in princ. C. de accusat. & in consil. 98. vol. 1. & cōs. 256. vol. 2. vbi dicit, quòd vt crimen assassinatus adsit, requiritur præmiū, vel spes præmij, cuius sniam sequuti fuerunt, & infrascripti Doct. videlicet Corneus in cons. 249. col. 1. in fin. & seq. vol. 1. Alex. in l. 1. §. hæc actio. ff. de eo, per quē factum erit, &c. & in cons. 166. in princ. vol. 7. Prob. in addit. ad Ioan. Mon. in d. c. 1. de homicidio in sexto, in principio, Paris de Puteo Neapolitanus noster in solemni tract. de syndicatu fol. 57. nu. 14. & sequenti, in versic. inquisitio. c. dicit constitutio Regni, circa finem, vbi dicit, an in percussione facta cum assassinio. Angel. in tract. de maleficijs. in versic. & Sempronium Rodulphi Barbitonsorem, nu. 1. & ibidem Aug. de Arim. in addit. nu. 3. vers. & inquantū, Decius in cons. 327. in princip. n. 2. vers. secundò quia enarratur Grāmaticus noster Neap. in voto 8. in princ. & in voto 11. nu. 19. & in voto 9. nu. 2. addens, quòd pulchrè consuluerit Franc. Curt. in cons. 20. in car. 5. quòd per promissionem factā alicui, vt delictum cōmittat, dicitur esse cōmissum crimen assassinij: & alibi dixit pulchrè Io. And. in c. pen. ext. de cleric. non resid. quòd nedum pro pecunia, sed ēt vt quis complaceat alte-
3 ri delictū † committat, dr̃ perpetratum crimē assassinij. hæc ille. Idem docuit Bal. in l. 3. §. hæc autem. ff. quod quisq; iur. & Aretin. in cons. 164. col. 11. vers. tertiò allegant. vbi dicit hāc esse cōem opinionem. Carrerius idem docuit in sua pract. crimin. in tit. de homicidio. §. circa tertium, in principio. Idem Salicetus in dicta l. non ideo minus. colum. penult. Pau. de Cast. in l. 1. §. fin. ff. de eo, per quem fact. erit. Ang. in l qui sepulchra, C. de sepulchro viol. Hippolyt. de Marsil. in sua praxi crim. versic. examinata, nu. 21. Capicius decisione 155. Franciscus Viuius in suo thesauro cōmu. opinio. in vers. assassini. dicens, quòd hæc sit cōmunis opinio. Idem Raymundus Pius Fich. in suo thesauro commun. opinio. in vers. assassinus. idem ibidem Hippol. Bonacossa. Idem Plaza in lib. 1. delictorū, cap. 19. num. 2. Conradus in sua pract. fol. 237. nu. 1. Bossius in sua praxi crimin. titu. de mandato ad homicidium, num. 14. Iulius Clarus in sua praxi. lib. 5. §. assassinus. in princ. Idem docuit Antonius Gabriel lib. 7. conclus. titu. de maleficijs. conclus. 1. num. 1. versic. primo declara.

Amplianda est supradicta declaratio, primò dicendo, quòd sufficiat ad incurrendum crimen
4 † assassinij, & pœnas in d.c.1. de homic. in sexto, contentas, si quis solùm promiserit aliquid se daturum pro homicidio perpetrando, etsi statim illud non tradidisset, vt docuerunt prædicti Doctores, & specialius Salicetus in l.non ideo minus, C.de accusat.Cur.sen.in consi.20.colum.18. versic.ommitto postremò. Grammaticus in voto nono,nu.2.& Bal.in consi.388.volum.5.quod reperijt in consi.98. volum.1. & in consi.82. incip.Betonus de Cono.in 3.vol.qui in effectu consuluit, (vt retulit Grāmaticus in voto 11. num.19.)quòd interueniente conuentione de occidendo, præcedente promissione, vel pacto, incurritur crimen assassinij: licèt postea homicidium non sequatur. Idem docuit Frāciscus de Alberg.dc Aret. in suo consi.incip.In Dei nomine amē,quòd Ciccus sancte,quem refert Grammaticus vbi supra.Idem docuit Ant Gabr.vbi supra,nu.2.versi.primò amplia, idem docuit Bossius in sua praxi crimin. titu.de mandato ad homicidium,nu.14.versi.est verum, quod non videtur,& sequitur Bal.vbi supra,& Aretinus in consi.164.char.5.col.1.versic. & ibi etiam habes. Idem docuit Corneus in cōs. 249.col.2.vol.1.idem Bursatus,consi.20.num.40. vol.4.idem Gabriellius in consi.170.idem docuit Couarruuias in lib.2.var.resolut.c.2e.nu.9. vers. vndecimò eadem ratione.

Limita primò dictam primam ampliationem,
5 dicendo ipsam locum non habere in eo, † qui alicui promisit dare aliquid pro homicidio perpetrando ei, qui nullo pacto consentijt, sed semper renuit hoc facere,vt docuerunt specialiter, & expressè Grāmat.in voto 11.nu.19.quod tacitè quoque docuit in d.suo consi.82.(si arguamus a contrario sensu)dicente ipso,quod tunc locus erit pœnę assassinij, quando interueniat pactum de occidendo,præcedente promissione. ergo si promissio nō interuenerit,locus non erit pœnæ,vt patet ad sensum.Idem Bossius in pract.crim.titu.de mandato ad homicidiū.nu.15.vers.quia non sufficeret, qui addit ibidem,nu.35.vers.assassinamentum esse,dicens assassinamentum esse,quando datur pecunia carnifici ad finē,vt homicidiū faciat, non obstat quod interuenerit promissio, quod ei nunquā defuisset, quia pars non fuit præsens,sed fuit quędam nuda pollicitatio in eius absentia,quæ nec etiam fuit per Ioannem acceptata, qui arbitratus est,quod Episcopus iocaretur secum. & de hoc est decisio Bal. in terminis in cōs.383.in vol.5.repetito. in cons.98. (addit ibidem Bossius)quod etiam si quis verbis vteretur generalib.dicendo,quod ei non deerit, nō erit locus pęnę d.c.1. quia huiusmodi verba non sunt obligatoria ēt stipulatione interueniente,& ideo non erunt habenda in cōsideratione,vt not.in l.1. §.si quis.ff.de verb.oblig.& non fuit explicitè facta promissio pecunię, prout volunt iuxta text.in d.c.1.Doct.loquētes de pecunia data, vel promissa, vt Salic.in l.non ideo.in fi.de accusat.tex.in l.Cicero.ff.de pęnis,& in l.non solùm, §.si mādato.ff. de iniurijs,& Corn.clarè in consi.249. col.2.vol.1.

Limita,& secundò dictam primam ampliationē
6 dicendo ipsam locum non habere in eo,† qui mādauit fieri assassinium alicui, qui ipsum,etsi promiserit cōmittere: tñ ipse mandatarius, sed alij postmodū illum talem interficiendum odio capitali persequentes alia de causa ipsum interfecerunt,nulla adhibita opera illius, qui tale assassinium committere promiserat.Hęc limitatio licèt implicitè probetur auctoritate Doct. qui fuerunt citati ad probandam primam declarationē c. 1. de homic.in 6. Nihilominus explicitè illā docuerunt Bal.in c.1.§.iniutia.de pace iuram.fir. quem citauit ad hoc, & sequutus fuit Cępolla in tract. cautelarū.cautela 39. incip.vidimus quamplures casus,quos ambos citat,& sequitur Thomas Grāmat.in voto 11. nu.20. idē docuit Bos.vbi sup. nu. 36. dicens non esse locū pęnis contentis in d.c.1. qñ non fuisset sequutus effectus assassinij, saltem quoad insultum,dicens quod etsi fuisset facta promissio,& non fuerit peruentu ad insultum:talis pro-
7 mittens† non incidat in hmōi pęnas,cùm dictus tex.sit interpretandus,quod locū habeat, qñ fuisset sequuta mors,vel saltem insultus,& quod ideo nō habeatur,quod solum mandatū sufficiat:sed dr̄ et,quod nō fuerit sequutus effectus homicidij,& tali pacto ipsum Canonē interpretantur Ang.& Dyn.in l.item apud Labeonem,§.si curauerit,ff.de iniut.vbi dixerunt,quod si quis dat pecuniā alicui,vt alium occidat,tñ homicidio non sequuto mandans non punitur pęna ordinaria, vt rursus apertius ipsemet Ang.docuit in cons.14.incip.Nos Carolus.in fi.dicens,quod si assassinus debeat decapitari, si peruenisset ad actū proximum homicidij bene faciet Princeps puniendo mandantē solum pęna pecuniaria,cùm non fuerit secutus talis effectus,quem Ang. August. de Arim.in addit.tract.de malefi.& Semptonium mand.nu.8. in fi.sequitur.idem docuit Corn in consi.2e1.vol.1.& in 249.vol.1.

Amplia supradictā ampliationem dicendo,quod in currunt pęnam statutā in d.c.1.ēt si promissum fue-
8 rit † quid incertū,prout est direptio domus,vt docuit Aret.consi.164.col.11.& seq.quem citat, & sequitur Ant.Gabr.in lib.7.conclusionū,tit.de maleficijs.conclus.1.nu.3. vers.amplia istam ampliationem,idem Bossius in sua praxi titu.de mādato ad homicidium,nu.15.sequens Aret.vbi supra.

Limita hanc ampliationem dicendo illam habere locum,qñ hmōi promissio fuisset acceptata exprèssè per assasinū, secus si non fuisset acceptata, vt in supradicta limitatione 2.fuit probatum.

Ad incurrendam pęnam contentam in d.c.1.requiritur,quod is,qui mādaut occidi, vel qui fuit oc-
9 cisus † pecunia mediante soluta,vel promissa,vel aliquo simili fuerit Christian⁹, aliàs nō erit locus pęnę contentę in d.c.1.& probatur duplici medio pñs declaratio.Primò ijsdē verbis d.c.1.§.sacri, de homic.in 6.vbi hæc habent,videlicet [sacri approbatione Concilij statuimus, vt quicunq; Princeps, Prelatus, seu quęuis alia Ecclesiastica, seu secularis persona,quempiā Christianorū per prędictos assassinos interfici fecerit,vel ēt mandauerit, &c.] Idē docuerunt infrascripti Doct. videlicet, Ioan.And.in d.c.1.col.3.vers.Christianorum, vbi monet aduocatos,quod sint cauti in formandis articulis,& seruare verba Canoni, nam cum in ipso c. 1.non dicatur. [Hoīum, sed Christianorum] ipse defendit quendam Prælatum,contra quem fuerat probatum,quod fecerat occidi hoīes per assassinos, & non dixerūt testes Christianos. Idē prorsus docuit Gemin.in d.c.1.§.sacri.col.1.vers.quid si nō fecit. Idem docuit Petrus de Ancbar.in d.c.1.col.3. versic.nonò nota.addens id quod supra docuerat Io. And.paulò antè. dicens, sed cùm fuisset probatum quòd homines fecisset occidere, & appellatione hoīum nō solū veniunt Christiani,verū ēt Indęi,Saraceni, & alij non Christiani,articulus ille

non

non concludebat in pœnam dicti c.1. cùm sit impusita mandantibus occidi Christianos, & sumus in pęnalibus. Quapropter aduocati debent esse cauti in formandis articulis, vt concludant: aliàs dubia probatio non releuat probantem. vt in c. in pręsentia. extr. de probat. cautela autem est vt formentur articuli secundum verba statuti, aut legis. & hoc ipsum notasse Bal. in l. si quis non dicã rapere, col. 3. C. de Episco. & clericis. vbi allegat illud dictum Ioannis And. hæc Anchar. vbi supra, idem Imola. Vanchelius, & Probus in d. c. 1. Idem docuit Alex. consi. 172 col. 2. volum. 2. & consi. 1. colum. 6. in fine. volum. 3. & consi. 224. colum. 1. volum. 2. & consi. 82. colum. 4. volum. 3. & consi. 40. colum. 2. volum 4. & consi. 166. in fine. volum. 7. vbi dixit hanc esse communem opinionem. Idem docuit Aret. in c. licet causam, colum. 2 a. de probat. & in consi. 563. num. 17. & in consil. 164. colum. 11. vbi dicit communem hanc esse opinionem, & de consuetudine seruari. Idẽ docuit Corne consil. 202. in fine. volum. 1. & consi. 249. col. 1. volum 1. & consi. 50. colum. 1. volum 4. Iason in consi 164. colum. 2. volum. 2 Felinus in cap. super his, colum. 8. in principio, versic. facit quod notat Ioannes And. ext. de accusat. & in c. auditis. col. penult. versic. secunda conclusio. ext. de præscriptionibus. vbi & addit, & hanc optimam regulã,

20 † dicens, quòd vbi certum, & limitatum tempus, siue certa, & limitata pars loci, vel alia qualitas est fundamentum intentionis, siue actoris, siue rei: oportet, quòd illud tempus, & illa qualitas probetur, aliàs succumbit agens, vel excipiẽs. hoc dixit Abbas hic propter glo. maiorem, in Clem. fin. de rescriptis. quæ est optima. & per Glo. pen. in c. venerabilibus. de sentent. excomm. in sexto, hæc Felinus vbi supra, qui idem docuit (sequens Ioannem And. vbi supra) in c. ita quorundam. colum. 5. in principio, extra de Iudęis. asserens hoc ipsum sępissimè in consilijs suis docuisse Pet. de Anchar. Idem docuit Iason in consi. 170. colum. 7. volum. 2. & Hyppo. de Marsil. in rubr. de probat. Idem docuit Decius in consi. 189 colum. 2. numero 4. versic. ad secundum pręsuppositum. Idem Curtius iun. in consi. 124. colum. 7. idem Carrerius in sua pract. crimin. titu. de homic. §. circa tertium. in principio. Idem docuit Bossius in sua praxi crimin. titu. de homicidio. nu. 12. Idem Iulius Clarus in sua praxi lib. 5. §. assassinus. in principio. Idem Alex. in consi. 166. in fine. lib. 7. asserens supradictam sententiam Ioannis And. communiter a Doctoribus acceptatam esse. Idem Plaza in lib. 1. delictorum. cap. 19. num. 2. & 8. Idem Ioannes Arno. Cautela 25 incip. Vos scitis, asserens, quòd in facto semel ita iudicauerit. Idem docuit Franciscus Viuius in suo thesauro commun. opinio. versic. assassini. dicens hanc opinionem, ita communiter esse receptam, vt pauci scribentes admodũ refragentur. Idem Didacus Couarrnuias in lib. 2. variarum resolut. c. 20. nu. 10. vers. secundò infero. Idem Capicins. decis. 155. Idem Hyppol. Bonacossa. in thesauro commun. opinio. in versic. assassinus est ille.

Ad incurrendam pœnam in d. c. 1. inflictam (&

25 sic pęnam mortis naturalis, prout innuitur † in dicti c. 1. verbis illis, [Sit perpetuò diffidatus.] Non obstante generali consuetudine, quæ regulariter pro solo conatu non finit aliquem puniri pœna mortis sufficit, quòd huiusmodi assassinus insurrexerit contra ipsum Christianum occidendum, etsi sequuta non fuerit mors illius aliqua de causa: sed si quis solum mandasset assassinium fieri, & re integra reuocauerit mandatum, antequã mandatarius insurrexisset contra occidendum ab assassino. Nam tunc non veniet ipse mandator puniendus pęna ordinaria, & statuta in d. c. 1. sed extraordinaria arbitrio Iudicis, habito respectu ad circunstantias contingentes ipsum mãdatum, personam mandantis, mandatarij, & eius contra quem fuisset factum mandatum: qua distinctione mediante poterunt Doctores, qui ad corticem literæ videntur sibi inuicem aduersari. Cum nõnulli eorum dixerint, quòd conatus in atrocioribus sit puniendus pęna ordinaria: ac si fuisset sequutus effectus: Alij verò dixerũt, ꝙ etsi veniat puniendus eadem lege, non tamen eadem pęna, sed mitiori. Alij autẽ dixerunt, ꝙ quando id non est expressum in dicta pęnali lege, tunc vera esset hæc secunda opinio: sed quando in iure pœnali infligitur eadem pœna attentanti aliquod delictum, quæ & illud consumanti: tunc non expectaretur euentus: & ratio est: quoniam ipsa attentatio sub eadem pœna prohibita: erit de per se consumatũ delictum puniendum dicta pœna in iure expressa, prout latissime fuit per nos probatum in tractatu, seu quæstione de extensione pęnalium legum punientium conatum ad perpetranda crimina, conclusione quinta. Videatur ergo ibi. Cùm meritò hìc sufficiat ea innuere. Declaratio ergo præsens probatur duplici medio. Primò enim per arg. in d. c. 1. §. sacri approbatione. vbi hæc habentur, videlicet [Sacri approbatione Concilij statuimus, vt quicunque Princeps, Prælatus, seu quęuis alia Ecclesiastica, secularisvè persona, quem piam Christianorum per prædictos assassinos interfeci fecerit, vel etiam mandauerit, (quamquam mors ex hoc forsitan non sequatur) aut eos receptauerit.] hęc ibi inter alia. Per illa verba [Quamquam mors non sequatur] elicitur apertissimè, quòd loquutus fuerit Summus Pontifex ibi de eo, per quẽ nõ stetit quin effectus homicidij per eum intẽtatum, & attentatum sequeretur: cum fecerit quantum in se fuerat insurgendo ense euaginato contra illum, vel iaculando dardum, sagittam, vel exonerando selopum aduersus illum, vel propinando venenosum cibum, aut potum, & huiusmodi, & postmodum acciderit, quòd insultatus, vel fuga, vel armis proprijs, vel circunstantium, vel industria Medicorum euaserit mortem, cùm hic talis assassinus (quantum in se fuerat) perfecerit assassinium. & de hoc loquitur ibi textus nõ enim videtur rationi consentaneum, quòd Sũmus Pontifex ibi voluerit loqui de aliquo mandãte alicui aliquem Christianum interfici mediãte pecunia, vel alio premio, si idem mandator statim re integra, & a mandatario nondum attentãte homicidio, nec aliquem actum extrinsecum agente mandatum reuocauerit. Nam propter huiusmodi simplex mandatum non videtur Summum Pontificem voluisse ipsum miserum mandatorem, & pęnitentem inuolui tot maximis pęnis contentis in d. c. 1. vt peroptimè nititur probare multis exemplis, ac rationibus eruditissimus Doctor, & criminalista Hippol. de Marsil. in suo cõs. 105. incip. Cordi meo per totum, & specialiter, nu. 22. 23. 24. 25. 26. 41. 42. & vsq; in fi. vbi interpretans text. in d. c. 1. & respondens glo. illius in vers. mãdauerit. infra

statim ad verbum afferenda, tradens hanc regulam, loquens de crimine assassinatus, seu de mandato assassinij, dicendo, quòd verum non sit, quòd
12 semper in atrocioribus † delictis affectus puniatur non sequuto effectu: & quòd quando hoc iure reperitur cautum, tunc illud habet locum, quando per habentem affectum processum est ad aliquem actum extrinsecum pro adimplendo affectu; secus est quando non est processum ad aliquem actum; nam tunc solus tractatus etiam in atrocissimis non punitur, ita notabiliter docuit Baldus in l.non ideo minus, in columna septima, versiculo sexto quæritur. C.de accusationib. quem libenter sequutus fuit Felinus in tractatu de conatu, columna secunda, versiculo fallit tertio. his verbis vtens, videlicet quinimmo dicit eleganter Bald. in l.non ideo minus, columna septima, versiculo sexto quæritur, C.de accusat. quod solus tractatus, & sola ordinatio non punitur de iure, etiã in atrocissimis, nisi sit processum ad aliquem actum ordinatum de præsenti ad ipsum factum; Cum ergo in casu proposito supponamus, quòd talis mandator reuocauerit re integra ipsum mandatum, inde elicitur ipsum mandatorem non fore puniendum pœna ordinaria statuta in d. c. 1. quòd doctissimè docuit Didacus Couarruuias in repet. Clem. si furiosus, in initio secundæ par. numero 6. versi contrariam tamen sententiam, titu. de homic. vbi loquens de conatu puniendo in atrocioribus criminibus, referentes nonnullos Doctores dicentes, quòd in atrocioribus criminibus conatus ipse deductus ad aliquem proximum actum puniendus sit pena ordinaria, ita vt per ipsum conantem non steterit, quin fuerit scelus omnino consummatum, ipse Couarruuias adducit ad hoc ipsum confirmandum text. in capitulo primo, de homic. in sexto, dicens, id probat text. elegans in dicto capitulo primo, de homic. in sexto, ex quibus elicitur ipsum Doctorem interpretatũ fuisse dictum textum, in dicto capitulo primo, in casu præsentis declarationis, & ipsum loquutum fuisse de attentante homicidio opere extrinseco, vt diximus: addit tamen ibi hæc notatu dignissi-
13 ma, dicens: † Primum admonendi sunt Iudices, quoties de puniendo conatu in atrocioribus criminibus actum fuerit, non omnia crimina, quæ grauissima existimantur pari iudicio censenda fore, ex his etenim vnum erit grauius, & atrocius altero. vt in c. consideret, de penit. distinctione quinta. l. aut facta. ff. de pœnis, l. quid ergo, §. pena grauior, ff. de his, qui not. infam. igitur quo ad punitionem conatus in criminibus atrocioribus, quo ad penam ordinariam, vel extraordinariam, Iudex perpendere debet ipsius criminis qualitatẽ, ne vna & eadem mensura omnia metiri conetur. Secundo præter ipsius criminis grauitatem, considerandi sunt actus ipsi, ad quos fuerit conatus ipse deductus, vt ex his, & simul delicti qualitate Iudex perpendat, qua pœna conatus puniendus sit. Sunt etenim actus quidam, qui proximi censentur ipsius criminis executioni: non tamen sufficiunt hi, vt ex parte conantis delictum perfectum sit, cum & aliud ad perfectionem eius supersit, ab ipso criminis auctore agendum, cuius rei sit exemplum in eo, qui cogitauit, ac decreuit patrem occidere, & hoc animo patrem aggressus est. Pater autem seipsum defendit, aut aliunde impedita fuit parentis occisio. Sunt alij actus, ita propriè ad criminis perfectionem pertinentes, vt nihil his peractis supersit agendum ex parte delinquentis ad criminis perfectionem, licèt mors sequuta non fuerit, ex eo quod exhibitum sit aliquod medicamentum quo fuerit impedita. Erit sanè exemplum in propinante alteri venenum causa homicidij, quòd quidem venenum minimè nocuerit ad mortem, quia medicamentis sit eius vis extincta. horum equidem actuum distinctionem præoculis habere debent Iudices, vt in atrocioribus criminibus pœnam ordinariam, vel extraordinariam conantibus inferant: nam in aliquibus criminibus adeo erit consideranda eorum grauitas, vt sufficiat conatum deductũ fuisse ad priores actus; in alijs verò hoc non erit satis, sed erunt necessarij posteriores, quandoque nec hi sufficient ad ordinariam penam. hæc ille. cuius sententia memoriæ commendanda erit, nã valde deseruit Iudici suo munere laudabiliter, ac meritoriè fungi volenti. Idem docuit quàm elegantissimè Thomas Grammaticus noster Neapolitanus in voto octauo, loquens in terminis præsentis declarationis; nam examinans qua pena fuisset puniendus quidam Prothonotarius Capuanus, qui mediante pecunia mandauerat homicidium committi in personam cuiusdam, & acceptato mandato per mandatarium, ac detecto tractatu, non fuit sequutus effectus. inter multa notatu dignissima in nume. 6. vsque ad nume. 16. quibus confirmatur veritas præsentis declarationis, subintulit hæc verba dicens, plus dico, quòd licet in atrocioribus delictis puniatur affectus non sequuto effectu: illud intelligendum est quando processum fuisset ad aliquem actum ordinatum ad ipsum factum: secus autem quando non esset processum ad aliquem actum: nam tunc solus tractatus etiam in atrocissimis non puniretur, ita dixit Bald. in l.non ideo minus, columna septima, versiculo sextò quæritur. C. de accusationibus, quem refert, & sequitur Felinus, vbi supra. & in fine, numero vigesimo, ibidem conclu dit ipse Grammaticus, quòd Dynus, & post eum Angel. in l.item apud Labeonem, §. si curauerit, ff. de iniurijs. Gandinus in tractatu maleficiorum, titul. de homicid. & eorum pœnis, columna quarta, idem docuerint, & testatur, quòd etsi mandatarius deuenisset ad actum aliquem occidendi, & nõ fuerit exequutum homicidium mortis pena esset afficiendus ordinaria, non tamen eadem pœna esset puniendus mandator talis. Sua sententia fuit confirmata a Prorege Neapolitano, & fuit punitus dictus Prothonotarius mandator pena pecuniaria solum. & idem prorsus ipsemet Grammaticus docuit rursus loquens de mandatore in voto vigesimo, numero vndecimo, duodecimo, & idem docuit in consilio trigesimosexto, loquens de quodam qui deferebat flascum plenum vino venenato, quem statim fregit, ante propinationem vini factam alicui, qui iniustè indè fuerat triremibus deputatus, & hoc reperto, dicta sententia in penam pecuniariam fuit commutata. hæc ille. & quidem benè, iuxta regulam illam ab omnibus Doctoribus approbatam, in qua habetur, quòd quando aliqua de causa quis non veniret puniẽdus ordinaria pena homicidij, tunc non poterit ei imponi pœna corporalis, vt latius dicetur in tractatu de conatu ad maleficium puniendo. Idem docuit Augustinus de

Ari-

Arimine in addit. ad Ang. in tract. de maleficijs in versiculo & Sempronium mandatorem, num. 7. versiculo tu autem in hac materia adde, quàm omnia illa sequendo sententiam Dyni, & Aug. vbi supra, idem docuit Bartolus generaliter loquens de omni mandatore atrocis delicti, dicens (in l. non solum. §. si mandato meo, num. 3. versic. hoc præmisso. ff. de iniurijs) quòd quando atrox est delictum, tunc ex solo mandato quis tenetur, vt puniatur extraordinariè in l. 1. ff. de extraordinarijs delictis: nō vt puniatur ex ipso delicto, quod mandatur fieri: si verò delictum est leue, & tunc punietur. hæc Bartolus cui astipulatus fuit Salicetus in dicta l. non ideo, versiculo quæro tertio, quos sequutus fuit Ang. in supradicto tract. versiculo & Sempronium mandatorem, numero septimo, quos & Augustinus ibidem sequutus fuit dicens hoc ipsum docuisse Imo. in l. sicut proponitur. ff. de fideiuss. Addit tamen, quòd si hæc conclusio sit Legistarum, tamen ei vide directo esse contra text. in capitulo primo, de homicid. in sexto, ex quo ipse eligit hanc conclusionem vltra Legistas, quòd vbi mandatum habetur pro delicto perfecto in se, tunc tale mandatum punitur pœna ordinaria, ac si delictum principale fuisset commissum, per textum in dicto capitulo primo, quem textus aliter non possumus fugere. Item adde ꝙ contra prædicta est expressa decisio Dyni, & Angel. in l. item apud Labeonem. §. si curauerit. ff. de iniurijs, qui voluerunt, quòd si mandatarius peruenisset ad actum proximum, debeat decapitari, tamen si sequuta non fuisset mors, benè faceret Princeps commutando pœnam corporalem, in pecuniam, vel alia extraordinaria. Idem docuit Bossius in sua practica crimin. titulo de mandato homicidio, numero trigesimosexto, cuius sententiam ad verbum supra retuli in probationem secundæ limitationis primæ ampliationis primæ declarationis dicti capituli primi, de homic. in sexto. Idem Iulius Clarus in sua praxi crimin. libro quinto, §. assassinium, versiculo scias etiam, idem prorsus docuit ipsemet Grammaticus in voto nono, numero 19. 20. 21. & 22. per totum, loquendo de mandatorio, per quem non stetit adimplere mandatum de assassinio perpetrando, & iam deuenerat ad proximum homic. vt puta, si euaginato gladio irruisset in illum, etsi postea aliquo casu non sequuta fuisset mors illius: vel si sclopum, vel dardum iniecisset in illum occidendum ab eo, & concludit, quòd talis mandatarius pœna ordinaria puniendus erit, ac si verè sequuta fuisset mors illius, vt docet textus in capitulo primo, de homicid. in sexto, nam hoc crimen est exceptuatum ab illa regula, quæ habet quòd nemo sit puniendus pœna mortis ex atte̅tato crimine, & non consummato, & ad hoc confirmandum citat Ioan. Andr. in mer. in capitulo in pœnis, de regul. iuris in sexto, Bald. & alios in l. si quis non dicam rapere, C. de Episcop. & cleric. & in l. is, qui cum telo. ff. ad l. Cornel. de siccar. & Matthęus de Afflict. in constitutione Regni Neapolitani, in capitulo si quis aliquem, sub rubrica. de percuss. illic cum armis in fol. 5. char. 2. in quæst. 1e. ibi subdens, quod contigit hoc in facto cum quodam assassino, qui traxit dardum, seu sagittam, cum balista, & dedit in arzono equi, qui etsi non percussisset hominem, aduersum quem traxerat, fuit punitus, ac si occidisset.

Etsi mihi verissima videatur præsens tertia declaratio tot auctoritatibus supra recensitis roborata, ac probata: Tamen posset quis contra ipsam
14 insurgere † munitus auctoritate quamplurimorū Doct. qui prima fronte videntur refragari præsenti nostræ declarationi, tamen (Deo duce) demonstrabimus ipsos minimè aduersatos fuisse nobis. Sciendum ergo, ꝙ Glo. in d. c. 1. §. sacri approbatione. in versi. mandauerit, dixit, ꝙ si quis reuocauerit mandatum de assassinio committendo etiā re integra, incidet in pęnas dicti Canonis, cùm ex solo mandato iam prius ligatus esset, & ad hoc facit quod statim sequitur. hæc Glo. illa. volens dicere de eo, quod sequitur in text. d. cap. 1. scilicet. [quamquam mors ex hoc non sequatur.] Idē docuit Ioan. And. in addit. d. Glo. dicens, quòd ligatus esset ex solo mandato patet, quia hoc ipsum mandare est delictum consummatum. & idem docens ipse in regula in pęnis. de regu. iur. in Merc. dixit patet idem in decret. Pro humani. de homicid. in sexto, qui occidit alium per assassinos ipso iure incurrit pęnas ibi positas: sed nunquid incurrit illas ex mandato? sic, non ex illa parte qua punitur occidens: sed ex qua punitur mādans: ipsum enim mandare est ipsum delictum perfectum, qđ ipsa constitutio punit ipso iure certis pœnis. hæc Ioan. And. vbi supra. qui rursum idipsum repetijt in dicti capituli, pro humani. Idem docuit Dominicus a Sancto Geminiano in dicto capitulo primo, §. sacri, colum. 4. versiculo glo. in versiculo mandauerit sequens dictum glosæ supradictæ dicit, quòd etsi regulariter parcatur cogitanti aliquod crimen perpetrare, qui potuit ipsum consumare, & penitentia ductus, noluit illud perficere: tamen hoc fallit in quinque casibus, videlicet, in hæretico, in crimine læsæ maiestatis, in consciscente sibi mortem, in extrahente de Ecclesia confugientē ad ipsam, & in assassino, & Philippus Franchus in d. c. 1. super d. versi. glo. mandauerit sequentes ipsam glosam, idem docuisse videtur, & infrascriptos alios si secundum corticem verborum eorum dicta intelligantur. Nam Augustinus de Arimine in addit. ad Ang. in tract. de malefi. versic. & ex interuallo. nu. 16. versic. tu autem in materia adde, quòd etiam concludit, quòd etsi non essent statuta per Italiam, sed ius commune: hodie de generali consuetudine totius mundi derogatum est. l. is, qui cum telo. C. de sicar. & similibus legibus: quia etiam cessante statuto, nemo debet decapitari, nisi propriè occiderit aliquem: nec propter animum, nec propter conatum tantùm. Mirabilis est doctrina Specul. in titul. de accusat. in prima parte, §. primo. versic. sed pone primò, quem refert, & sequitur ipsum magnifaciens. Angel. in l. prima. §. hęc verba. ff. quod quisque iur. & Bald. in l. tertia. C. de seruo fugitiuo. & Romanus multum eleganter loquitur in l. damni. §. Sabini. ff. de damnis infectis. Fallit in crimine læsæ Maiestatis, & in assassinio, vt dicunt Bald. & Angel. in dicto §. hæc verba. hæc Augustinus vbi supra. Ex quibus videtur ipsum sequendo Bald. & Angel. immo non solùm ipsum Augustinum, verum etiam Baldum, & Angelum, vbi supra aduersatos fuisse præsenti nostræ declarationi: cùm & ipsi tres exceperint assassinium perpetrantes a regula generali, obtenta ex vniuersali consuetudine, quòd nullus veniat ex aliquo etiam atrocissimo crimine pœna mortis afficiendus ex

solo conatu sine consummatione dicti criminis, ac per consequens videtur prima fronte, quòd assassinus, etsi non aliquem occiderit, sit puniendus pœna mortis. Idem videtur docuisse Hippolytus de Marsilijs pluribus in locis. Nam in l. vnius, §. cognirurum, nu. 76. ff. de quæstionibus, dixit, quòd assassini, etiam si non deduxerunt assassinamentum ad effectum, puniuntur tamen pro effectu, per glo. in l. 1. ff. quod quisque, vbi Ludouicus Roman. & Ang. in dicto §. si mandato. & in l. 1. ff. de sepulch. violato. quos refert, & sequitur Paris de Puteo in tract. de syndicatu. titu. de inquisit. cap. dicit constitutio Regni. colum. 2. versic. an in percussione facta, cum assassinio. in fine, ex his ergo Doctoribus, videlicet Hippolyto, Glo. Ang. Ludo. Rom. & Paride habemus, quòd assassini sunt puniendi pœna ordinaria, etiam si nõ deduxerint assassinium ad suum intẽtum finem. Idẽ videtur rursus docuisse eundem Hippol. in l. eiusdem, in principio, num. 10. ff. ad l. Cornel. de sicar, eo quòd ibi referat præcisa verba Augustini de Arimine in versic. ex interuallo, supra per me relata. & eius sententiæ astipulatur. Idem videtur asserere ipsemet Hippol. in sua pract. crimin. §. examinanda. numero vigesimosexto, versic. & tales assallini, etiam etsi reueta subdiderit contrarium tamen tenuit Angel. in l. item apud Labeonem, §. si curauerit. ff. de iniurijs. de quo autem vide Bald. in l. prima, §. hæc autem. ff. quod quisque iur. Idem videtur docuisse Paris de Puteo in tracta. de syndicatu, titu. de inquisitione, cap. dicit constitutio Regni, versic. an in percussione facta cum assallinio. vt paulò antè innuimus. Idem docuisse videtur Thomas Grammaticus in voto nono, nu. 11. & 12. vbi (sequens Geminianum vbi supra) dixit, ꝙ si quis semel deliberasset aliquem occidere, & postea se pęnituit, talis pęnitẽtia ipsum non excusabit: & addit, ꝙ assassinij crimen ęquiparetur crimini lęsę maiestatis. hæc ille. Idem videtur docuisse Ant. Gabr. in tract. conclus. lib. 7. titu. de malcficijs, conclus. 1. nu. 7. vers. primò amplia principaliter. qui sequens supradictos Doctores asserit & ipse, ꝙ dispositio d. c. 1. de homic. in sexto, locum habeat etiam si interuenerit solus conatus, licet effectus non fuerit sequutus, & ad id confirmandum supradictos Doctores ibidem citauit. & idem docuit Iulius Clarus in sua praxi crimin. lib. 5. §. assassinium. vers. scias etiam, quòd quamuis.

His in contrarium non obstantib. adhuc assene ramus hanc nostram tertiam declarationẽ veris-
15 simã esse, & primò ei non obstat † sententia Glo. in d. c. 1. de homic. in sexto, in vers. mandauerit. dicentis, ꝙ mandator ex solo mandato incidit in pęnam, & ideo mandans assassinium fieri, etiam re integra non euadet pęnam. Nam si benè librentur eius verba, apparebit luce meridiana clarius tantum Doctorem voluisse nos docere, ꝙ mandans assassinium, non eo ipso, quòd mandat incidet in pęnam, si ad mandatũ ipsius non fuisset motus mandatarius ad aliquem actum propinquũ, sed solùm acceptasset mandatum: sed intẽdit nos docere, ꝙ ipse loquitur de eo, qui propter mandatum suum per mandatarium non steterit, quin perficeret assassinium, quia iam insurrexit contra occidendum, sed casu illius mors sequuta non fuit, & quòd hæc fuerit intentio dictæ Glo. elicitur ex ijsdem verbis, quæ statim ibidem subiecit, dicẽs, & ad hoc facit quod statim sequitur vtique in d. c. 1. nã ibi statim hæc sequuntur verba, videlicet. [Quamquam mors ex hoc non sequatur.] Ex quibus verbis videtur iure optimo elici, ꝙ ibi Summus Pontifex supposuerit, ꝙ ex mandato sequutus fuerit insultus, etsi post modum mors intenta a mandatore, & mandatario non fuerit sequuta, vt patet ad sensum: nec obstat verba illa ipsiꝰ glo. videlicet hic autem puto, quòd etiam si reuocauerit re integra pœnam incurret. Nam quis ignorat, quòd dicendum sit aliquod mandatum esse adhuc re integra, donec impleatur, ac perficiatur, saltem quo ad eius principium iam deductũ ad opus extrinsecum? scilicet, quando mandatarius per opus extrinsecum aliquod procurasset aliquem occidere propter mandatum sibi factũ: vtputa, si dardos mandatarius voluisset illum occidere (de quo occidendo mandatum recepisset) etiam iaculasset dardũ, vel sclopum contra illum occidendum, & tamen nec in aliquo eius membro illum contigisset (sic Deo disponente) non ne vita illius, cuius extinctio dardo procurabatur, dicenda erit integra: & mandatum re integra, idest nondum exequutum secundum amborum intentionem? certè ita tenendum erit omnino, & tali pacto intelligendum erit dictũ Glosæ supradictæ, necnon & dictus textus in dicto c. 1. prout ipsum interpretati fuerunt Doctores, qui in probationem præsentis tertię declarationis fuerunt citati paulò antè. Nec obstare insuper poterit huius nostræ responsioni, ac interpretationi dictæ Glo. id, quod ipsamet Glo. pro ratione dicti sui asseruit ibidem dicens, cùm ex solo mandato iam prius ligatus esset; quoniam id procul dubio intelligendum erit quo ad ipsum supposito homicidio sequuto, vel saltem attentato per mandatarium, cùm iam fecisset quantum in se fuisset. Quapropter sequitur apertissimè, quòd absurdum valde esset, ac rationi absonum ad litteræ corticem intelligere dictum textum, includendo etiam eum, qui mandauit homicidium, cum promissione dandi pecuniam pro tali opere ei, qui nullo pacto implicitè, vel explicitè consensijt tali mandato sibi facto, cum tali promissione, vt quàm elegantissime docuerunt Doctores citati per me in probationẽ primæ limitationis primæ ampliationis declarationis primæ: cùm nec includere mandatorem quo ad pęnam ordinariam ipsius c. 1. incurrendã per ipsum mandatorem, sed solum extraordinariam docuerint ferè omne Doctores citati ad probandam hanc eandem tertiam declarationem, & specialiter Dynus, Angelus, Grammaticus, Gandinus locis ibi citatis. & hoc non solum quando nullo pacto mandatarius attentasset assassinium ipsum, verum etiam quando ipsum attentasset, & mors non fuisset sequuta solum loquendo de pœna infligenda ipsi mandatori, non autem de pœna infligenda mandatario. Nam tunc dicunt, quòd esset pœna ordinaria puniendus: cùm crimen assassinij sit æquiparatum crimini læsæ maiestatis, & idipsum docuit contra glo. in dicto capitulo primo, versiculo mandauerit, Hippolytus de Marsilijs in consilio 105. numero quadragesimoprimo, versiculo nec obstat, si dicatur hoc probans auctoritate Ang. in l. item apud Labeonẽ. §. si curauerit, per illũ text. ff. de iniurijs subinferens nonnullas alias rationes, quibus ad id affirmandum mouetur. Et hæc dicta sufficiant in respon-

sionem

ſionem glo. in dicto cap. 1. verſ. mandauerit, & ipſam ſequentium, videlicet Ioann. And. Gemin. Philip. Franch. & quòd noſtra interpretatio fuerit bona, videtur tacitè probari auctoritate Anton. Gabr. qui in dicto lib. 7. conclu. in tract. de maleficijs concluſione 1. num. 9. verſ. primo amplia, vt talis conatus probare intédens, quòd conatus ad aſſaſſinium perpetrandum puniendus ſit pęna cõtenta in dicto cap. 1. etiam ſi mandans re integra pęniteat, & reuocet mandatum, affert in mediũ ſententiam glo. ſupradictæ, in verſic. mandauerit: & Ioann. And. Gemin. Franc. & Ioann. Mon. nec non & Hyppol. de Marſil. in l. qui falſam, col. 1. & ſequen. ff. ad l. Corn. de falſ. & tamen ipſe Hyppol. ibi declarando ſemetipſum, & dictum text. in dicto c. 1. (vltra ea, quæ ſuperius retuli) poſtquàm (in num. 14. verſ. & ideo videmus) dixiſſet, quòd in crimine aſſaſſinij, quod eſt enormiſſimum, affectus puniatur etiam non ſecuto effectu, & ad hoc afferat dictum tex. in dicto cap. 1. §. fin. ſubintulit paulò poſt. in num. 16. verſ. & circa illud: his verbis vſus fuit, videlicet. Et circa illud, quod dixi, quòd in atrocioribus delictis punitur affectus non ſequuto effectu, &c. Dicas illud eſſe verum, quando proceſſum eſt ad aliquem actum: nam tunc ſolus tractatus etiam in atrociſſimis non punitur ſecundum Bald. in l. non ideo minus, in col. 7. verſ. ſexto quæritur. C. de accuſ. quem refert, & ſequitur Felinus in ſuo tract. de conatu. colum. 2. verſ. fallit tertio, & in vltimæ colum. principio. Quapropter eliciendum videtur, quòd ipſe Antonius Gabr. vbi ſupra. interpretatus ſit dictorum Doctorum ſententiã, iuxta ſupradicta cùm ad hoc quoque confirmandum citet Hyppol. qui ibi explicitè hoc ipſum docuit.

16 · Ad Auguſtinum de Arimi. † in addit. ad Ang. in tract. de maleficijs ſuper verſ. & ex interuallo, num. 16. verſ. tu autem in materia adde. qui citãs Bald. & Ang. concludit, quòd etſi ſecundum conſuetudiné totius Italiæ non puniatur crimen attẽtatum, ſicut conſumatum, tamen hoc fallit in crimine aſſaſſinij, & crimine læſæ maieſt. quàm facillima erit reſponſio dicendo, quòd tam ipſe, quàm Bald. & Ang. loquantur regulariter, & ſpecialiter in caſu præſentis noſtræ declarationis, ſcilicet, quando aſſaſſinus attentaſſet extrinſecus dictum crimen, puta, inſultando &c. licèt ſequuta nõ fuiſſet mors attẽtata, & intenta: non autem de aſſaſſino non attentante opere extrinſeco ipſum homicidium ipſemet poſtea de eadem quæſtione loquens ſpecialius & apertius in eodem tract. ſuper verſ. Et Sempronium mandatorem, nu. 7. verſ. tu autem in hac materia adde. cuius verba ſupra retuli ad verbum in probationem præſentis declarationis: & vt breuitati ſtuderemus eodem modo reſpondebimus Hyppo. & Thomæ Grammatico: Cùm quamapertiſſimè noſtram declarationé tutati fuerint in locis ſup. citatis in probationis pręſentis declarationis, vbi ſpecialius loquuti fuerint de præſenti quæſtione declarantes ſuam propriam ſententiam & mentem.

17 Ad Antonium Gabr. & Iulium Clarum † ſupra, quam facillima Deo dante erit reſponſio dicendo eos non ſolùm non aduerſatos fuiſſe præſenti declarationi, verum potius ſummopere fauiſſe, cùm ipſi loquantur de conatu ad aſſaſſinium conſumandum, qui quidem conatus nullo pacto fieri dicetur opere intrinſeco, ſed extrinſeco deducto iam ad actum proximum ipſi homicidio: quod colligitur. Primo ex vi vocabuli conatus: cùm dicant ambo, quòd conatus ſolũ interueniens in aſſaſſinio etiam ſi nõ ſequatur effectus, aſſaſſinus incurrit pœnas inflictas in dicto cap. 1. Secundò, ex citatione Doctorum ab ipſis facta, qui expreſſe loquuti fuerunt in caſu præſentis declarationis, vt ex verbis tum dictorum Doctorum ſupra per me relatis, quinimò hoc ipſum expreſſe ipſemet Ant. Gabr. ibidem docuit in num. 10. verſ. primò limita. his verbis vtens, videlicet. Primò limita, quia principalis ampliatio (in qua dixerat, quòd mandans aſſaſſinium, ſi pœniteat poſt mandatum etiã re integra incurrat pœnam dicti cap. 1. iuxta ſententiam glo. ibi in verſic. mandauerit. & Io. And. Gemin. Franch. & Io. Mon.) videtur habere locũ, ſi deuentum fuerit ad actum proximum, vt tenet Corn. in conſil. 202. colum. fina. volum. 1. Afflict. ſuper conſtitutione Regni, folio 49. aliàs ſub rubrica de percuſſis illic cum armis. nu. 16. ibi ipſe Antonius Gabr. in verſi. ex his ergo patuit ipſum Doctorem non aduerſatum fuiſſe præſenti declarationi tertiæ, imò ſummopere fauiſſe, ac declaraſſe ſupradictos Doctores, iuxta noſtram interpretationem paulò ante factam. Vide ibi. cum etiam ipſiſmet verbis ipſius Iulij Clari apertiſſimè elucet: quæ cùm ſint notatu digniſſima, ipſamet ad verbum referam hìc ad maiorem dilucidationem pręſentis declarationis ſatis quotidianæ, & memoriæ commendandæ. Dixit ergo Iul. Clarus in ſua praxi crimin. lib. 5. §. aſſaſſinium. verſicu. ſcias etiam, quòd quamuis regulariter ex generali conſuetudine Italiæ non puniatur affectus niſi ſequatur effectus: tamen in crimine aſſaſſinij punitur conatus etiam ſi effectus ſequutus nõ fuerit. & ita in facti contingentia conſuluit Angel. in conſil. 14. & hoc frequentiſſimo omnium conſenſu receptum eſſe ait Didacus in repetitio. Clem. ſi furioſus, folio 180. verſic. ſecundò proponitur. Hanc etiam dicit eſſe frequentiori calculo receptam ſententiam Gonius de immu. Eccle. fol. 143. in 15. fall. poſt nu. 8. quẽ refert Plaza in lib. 1. delictorum. cap. 19. num. 9. Et ita obſeruatum fuiſſe in facti contingentia per Curiam Neap. refert Afflictus ſuper prima par. conſtitu. Regni. Rubr. 12. num. 11. in fine in quodam aſſaſſino, qui cũ dardo baliſtæ dedit in arzone ſellæ equi illius, quem volebat interficere, nec tamen eum offendit, quem refert, & in eadem ſententia conſuluit Grammaticus voto 9. Item etiã ſeruauit conſilium Neap. in cuiuſdam Notarij Marci cauſa, qui furcis fuit ſuſpenſus, licèt mors vulnerati per aſſaſſinum ſequuta non fuiſſet, teſte Capic. deciſ. 155. incipien. Notarius Marcus. Idem etiam ſeruatum fuiſſe Mediolani refert Chaſſ. (qui tunc ſe dicit fuiſſe Vicarium Capitanei iuſtitiæ) ſuper conſuet. Burgun. folio 14. poſt num. 7. & folio 44. num. 11. licet idẽ Grammaticus voto 8. referat aſſaſſinum nõ ſequuta morte cõdemnatum fuiſſe in pœnam pecuniariam (adde tu, quòd ibi Grammaticus loquatur de eo, qui ſolùm mandauerat occidi, mandatario acceptante, & tamẽ opere extrinſeco nõdum attentatum fuerat ipſum homicidium per mandatarium ipſum (vt patet in caſu inibi propoſito ab ipſo Grammatico) de quo etiam mentionem facit idem Grammaticus ſuper conſtitu. Regni. folio 14. colum. 2. & pariter in voto 20. refert aſſaſſinum non ſecuta morte condemnatum fuiſſe perpetuò

pctuò

petuò ad triremes. (Adde etiam hic, quòd ibi
Grammaticus loquitur de omnibus assassinis ge-
neraliter, sed de quodam, qui sæpius fuerat pro-
uocatus, vt latius ibi. quapropter meritò pœna
minuenda fuerat; vt latius loco suo probabitur.)
Et licèt fortè de hoc, loquendo secundum dispo-
sitionem iuris communis multa dici possent, ta-
men stante consuetudine, & communi Doctorum
opinione, credo quòd non erraret Iudex, qui il-
lam in iudicando sequeretur. Nam (vt dicit Ang.
in l. non solùm. §. si mandato. nu. 2. ff. de iniurijs.)
licèt de iure communi assassinus non videatur te-
neri in plus quàm mandator, id tamen de consue
tudine non seruatur, & meritò: quia plus delin-
quit faciens per pecuniam, quàm qui gratis. In Se
natu tamen vidi secundum qualitatẽ facti, & per-
sonarum, diuersimodè iudicari, quandoque pę-
nam ordinariam infligendo, & quãdoque mitius
puniendo: & ideo putarem hoc esse arbitrio Iu-
dicis relinquendum. hæc omnia Iulius Clarus, vbi
supra. ex cuius dictis apertissimè patet veritas
præsentis nostræ tertiæ declarationis, & quòd ip-
se nullo pacto aduersatus ei fuerit: cuius sententia
consona est sentẽtiæ Couarruuias supra relati: qui
tradidit illas peroptimas regulas obseruandas à
Iudicibus in similibus causis. Vide ergo ibi.

Amplia dictam declarationem tertiam, dicen-
18 do ipsam pœnam dicti cap. 1. habere locum † non
solùm quando mandatarius assassinij iam perue-
nisse ad actum proximum facto, scilicet occisio-
ni per vibrationem gladij, aut per iaculationem
dardi, aut quid simile. Verùm etiam, quando ip-
se mandatarius peruenisset iam ad locum malefi-
cij perpetrandi: licèt postea non fuisset ipsum per
petratum, nec deuentum fuisset ad aliquem aliũ
actum proximum ipsi assassinio perficiẽdo, ac in-
tento, propter quod illuc peruenerat: & huic am
pliationi explicitè se subscripserunt ipse Antonius
Gabr. vbi supra, num. 13. vers. contrarium. referẽs
idipsum docuisse Iacobin. de Sancto Georgio in
l. 1. §. hæc verba, ff. quod quisque iur. Cassan. in cõ-
suet. Burgun. folio 16. in Rubr. prima. post proœ-
minm. colum. 8. vers. aduerto tamen. Implicitè ve
rò se subscripserunt omnes Doctores citati in pro
bationem præsentis declarationis: eo modo ta-
men, quo idipsum elicit ipsemet Antonius Gabr.
vbi supra num. 14. versic. pro qua opinione. dicẽs
quòd Bald. in l. non ideo minus. in sexta quæst. C.
de accusat. vbi ipse considerat, quòd in atrociori
bus sit necessarium esse deuentum ad aliquod fa-
ctum vltra tractatum, & non dicit actum proxi-
mum, sed ad actum facti vltra tractatũ, quasi sen
tiat sufficere, vt delinquentes non steterint in nu-
dis cogitationis terminis, sine alio facto vltra tra
ctatum. hæc ille. & quidem id videtur etiam do-
cuisse Hyppolit. de Marsil. in l. qui falsam, nu. 16.
versic. dicas illud esse verum, ff. ad l. Corn. de fals.
vbi postquam in num. 14. loquutus fuerat de assas-
sinij crimine, & quòd ipsius solus conatus punia-
tur, licèt sit crimen atrocissimum, dixit, Dicas il-
lud esse verum, quando processum est ad aliquem
actum ordinatum ad ipsum factum: secus autem
quando non est processum ad aliquem actum: nã
tunc solus tractatus etiam in atrocissimis non pu-
nitur secundum Bald. in l. non ideo minus, col. 7.
versic. sextò quæritur. C. de accusat. & Felin. in tra
cta. de conatu. colum. 2. fall. 3.

Limita primò dictam tertiam declarationem,
& eius ampliationem & contenta in eis: dicẽdò,
quòd licèt rigor iuris disponat talem conatum e-
tiam non sequuto effectu, puniri posse pœna vlti-
19 mi supplicij: tamen potest Iudex † salua iustitia,
& conscientia reum etiam pœna leuiori afficere:
quia in omnibus casibus, in quibus in atrociori-
bus punitur affectus, non sequuto effectu, potest
Iudex (licèt non teneatur reum minori pœna af-
ficere, vt docuerunt infrascripti Doctores, videli
cet Salycetus in l. is, qui cum telo, C. ad l. Corn.
de siccar. Ang. in consil. 14. incipien. nos Carolus.
in fine. vbi dicit, quòd benè faciet Princeps si pę
nam mortis in minorem pœnam commutauerit.
idem docuit Augustinus de Arimin. in additio. ad
Ang. in tract. de malef. in vers. & Sempronium mã
datorem, num. 8. vers. ex quibus infero. referens
& sequens ipsum Angel. in dicto consil. idem do-
cuit Gand. in tract. malefic. tit. de homicidiarijs,
& eorum pœnis, nu. 11. vers. sed pone quòd ego.
his verbis vtens, videlicet. quòd si quis dederit
pecuniam alicui, vt aliquem occideret, homici-
dium tamen non fuit sequutum, cõcludit quòd re
fert an aliquis intendat delinquete per alium, quo
casu non punitur. (Adde tu ex ipsius mente, pęna
ordinaria iuris) si maleficium non fuerit sequu-
tum, an intendat delinquere per se ipsum: quia
si procedatur ad actum, punitur, adhibita distin-
ctio supra proposita. Tamen non putarem delin-
quere Iudicem, sed benè agere, si in casu propo-
sito, vel simili puniret extra ordinẽ crimine stel-
lionatus. Nam vbicunque dolus inest, nec pœna
est determinata, extraordinaria imponitur. hæc
ille. quem refert & sequitur Thomas noster Grã-
maticus in voto 8. in fine. vbi addit quòd hæc sen
tentia fuit acceptata à Prorege Regni Neapol. &
decisum per eius collaterales Iudices. Idem do-
cuit Bossius in sua praxi crimin. titu. de mandato
ad homicidium, num. 36. sequens Angel. & Augu
stinum de Arimi. vbi supra. & idem docuit Iulius
Clarus & Doctores citati per ipsum, & relati per
me supra in probationem dictæ tertiæ declaratio-
nis, dum probarem ipsum non aduersatum fuisse
dictæ declarationi, sed imò expressè fauisse. Idẽ
docuit Antonius Gabr. vbi supra, num. 15. vers. se-
cundò limita.

Et si verissima sit supradicta limitatio, tamen
illa verificatur solùm in eo, qui hoc crimen assas-
sinij commisit, non autem in eo, qui vel consueuit
hoc crimine pollui, vel saltem aliud simile crimẽ
commisisset. Nam hic talis omnino pœna ordina
ria plectendus erit, prout probauit Thomas Grã-
maticus noster Neapol. in voto nono, à nume. 23.
vsque ad num. 28. exclusiuè. quem retulit & sequu
tus fuit Antonius Gabr. in supradicto lib. 7. cõclu.
titu. de maleficijs, num. 16. versic. sublimita in as-
sassino. sciendum insuper pro maiori dilucidatio
ne veritatis præsentis sublimitationis, quod Gram-
maticus ipse infrascriptis medijs probat hanc de
20 cisionem, dicens, quòd cum geminans † delictum
non debeat sperare veniam, eo quòd debeat gemi
nari pœna, vt docuerunt Doctores. nempè Bald.
in l. 3. C. de Episcopali audientia, Angel. in dicto
consil. 14. incipien. nos Carolus, Specul. in titu. de
Contuma. §. 4. versic. sed pone Iudex. glo. in l. qui-
cunque. C. de ser. fugi. Innoc. in cap. nouit, extra
de iud. & rursus Bald. in Margarita Innocentij in
versic. crimen. Quapropter meritò dixit in d. l. 3.
quòd excarcerandus die Veneris sancti, si reitera-

uit delictum, non debet excarcerari amplius. Idē docuit Lud. in l. si verò, §. de viro. 31. fall. ff. soluto matrimonio, gl. in l. lex Cornelia, ff. ad Sylla. hinc quoque dixit Bald. in cap. de appellationibus, extra de appellat. quòd licèt pro vnico furto nō magno quis non debeat mori: tamen si commisit plura furta (licet sint parua) ob ipsorum reiterationem debet furcis suspendi. Idem voluit And. de Iser. in constitut. Regni. incip. super incisionibos arborum; & est sub rubrica de homicidio clandestino. Idem docuit Felinus in cap. significasti: el primo, extra de homicidio. Hinc etiā Summus Pōtifex in c. ad abolendam, extra de hæreticis. prima vice parcit hæretico, sed reiterāti dat pęnas. Hinc Iurisconsultus in l. si plures, ff. de re militari. Iussit tironibus desertoribus militiæ prima vice indulgendum, sed reiterantibus minimè. & idē in l. omnes. §. desertor. ff. de re militari. vbi præcipitur, quòd si desertor in vrbe contingat reperiri, capite puniatur: alibi verò ex prima apprehensione restituitur, & ita solet fieri. & quòd delictū iteratum plus puniatur, est text. in cap. peruenit. 27. quæstio. 1. & quòd longè maiori pœna puniri debeat reiterās crimina docuit rursus in l. seruos. C. ad l. Iul. de vi publ. & ideo dixit pulchrè And. de Iser. in vers. & bona committentium, in titu. quæ sint rega. Quòd si Princeps semel delinquenti indulget: facinoroso autem habenti in consuetudine, parcere minimè deberet: & ideo singulariter Ang. in l. 1. C. de superexacto. lib. 10. vbi est text. etiam formalis in fine versiculi perseueret ꝙ reiterator criminum etiā si pro eisdem, seu quolibet ex eis veniret imponenda pęna pecuniaria, tamen propter reiterationem debet puniri pœna mortis naturalis. Idem voluit Imperator in l. omnes. §. delatores. C. de colla. eo. lib. 10. & ibi pater, quòd iura non punientia crimina capitaliter, nō extēduntur vbi crimina ipsa fuissent reiterata per eundem criminosum: & sic delictum illud, quod aliàs capitale non erat, ex reiteratione efficitur capitale: quod est notandum secundum l. si verò. §. de viro. ff. soluto matrimo. Idem tenet Bart. in l. licitatio. §. quòd illicitè. circa principium. ff. de publi. refert, & sequitur Aronius Corsetus insignis Doctor in tract. de pote. & excellen. regia, in suo tract. de verbis Gemi. colum. 7. vers. 52. & idē tenet Luc. de Penna. in l. 1. C. de superexacto. lo. de Pla. in l. omnes Iudices. C. de delato. lib. 10. Paris de Puteo in tract. syndic. in versic. pęna. in cap. incipien. quia multa possunt occurrere. versic. Iudex pōt criminosum. vbi hoc ipsum probat multis medijs. adde quòd inde sequitur, quòd etiam quando Princeps mandaret liberari aliquem cri-
31 minosum de carceribus † propter aliquam lætitiam: hoc mandatum non haberet locum in carcerato reiterante delictū; propter quod aliàs fuerat incarceratus, & liberatus. Nam delicta momentanea aggrauant: Quapropter Iudex, qui huiusmodi criminosum capitaliter puniret, (& si alias ratione eiusdem delicti nō iterati de iure nō posset tali pœna in ipsum animaduertere) non teneretur in syndicatu. & hæc probantur (vt ipse ibi dixit) per text. in l. omnes. C. de delatoribus, lib. 10. & animaduertendum, quòd ipsemet Grammaticus, vbi supra, nu. 27. versic. nec credo, quòd viderit. dixit, quòd Ang. in dicta l. 1. C. de superexacto. lib. 10. tradat nobis formā procendendi cōtra tales reiteratores, vt assessores dum volunt illum capitaliter punire: debent inquirere contra ipsum tanquam cōsuetum talia committere, & in eis perseuerare; & sic ipsum conuictū securè possunt condemnare ad mortem, non obstante, quòd talia crimina de sui natura nō sint capitalia: quod est menti tenendum dicit Ang. vbi supra. hæc omnia ferè Grammaticus vbi supra. qui rursum idipsum docuit in consil. 17. num. 16. sequens Bart. & Iasonem in l. 1. C. de præcibus Imper. offeren. qui reprehendit Rom. dicētem, quòd in tali casu cōsulendus esset superior. Idem rursus repetijt in voto 17. per totum. vbi proposuit de quodam, qui quinque stupra cū quinque mulieribus honestis, quas eodem tempore omnes in vxores duxerat, cùm de iure pœna ordinaria stupri facti cum honesta muliere sit publicatio dimidiæ partis bonorum: in humiliore autem pœna coertionis corporalis, & relegationis. vbi postquā hoc ipsum probasset multis auctoritatibus legum, Canonū, Doctorum, & rationum, in fine subintulit, quòd ille talis fuit per officiales omnes magnæ Curiæ Vicarię Neapolitanę, nemine discrepāte, vltimo supplicio damnatus. Idipsum videtur docuisse Tiraq. in tracta. de pęnis temp. aut augen. causa 42. nume. 14. loquens generaliter de habente consuetudinem aliquod crimen perpetrandi, dicens, quòd delictum non minuatur per consuetudinem, imò potius augeatur. Idipsum elicitur apertissimè ex doctrina Bart. qui singulariter in l. 1. num. 2. & 3. C. de superexactoribus, lib. 10. infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. Nota, quòd propter cōsuetudinem delinquendi quis punitur ad mortē. simile habetur supra in l omnes. C. de delatoribus. nota istum textum, quòd præsupposito quòd de crimine pęna pecuniaria veniat imponenda: tamen si sit inquisitio contra hominem tanquam talia facere consuetum, & de hoc sit conuictus, capitaliter puniri potest; & ideo assessores cùm volunt facere aliquem decapitare malefactorem nomina-
32 tum, qui multa crimina commisit, † & pluribus vicibus: ex quibus tamen criminibus pœna pecuniaria venit imponenda: inquirunt contra eum tanquam consuetum talia crimina committere; & in his sceleribus perseuerare, & ipsum conuincunt de tali perseueratione, & consuetudine: quo facto securè possunt eum ad mortem damnare, nō obstante, quòd talia crimina de sui natura nō sint capitalia, quòd tene menti. pro hoc habes textū in l. omnes. §. delatores. C. de delator. lib. 10. hæc omnia Bart. vbi supra. Idem arguitur ex doctrina Bald. in cap. de appellationibus, extra de appell. arguendo à maioritate rationis: Nam ibi num. 2. versic. quæro an actio furti. vbi infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. Quæto an actio furti detur parua re subtracta? Respondeo sic, secundum Bernardum: sed nunquid erit infamis ille, qui condemnatur de furto vnius gallinæ? Respondeo sic, vt not. in cap. cùm te. extra de sent. & re iudic. & modicis furtis factis diuersis diebus, & horis potest quis effici ita famosus, quòd suspēderetur: quia non est parcendum delinquere assuetis, quasi habituatis ad delinqnendum, vt in l. 3. C. de Episcopali audien. idem docuit practicatum fuisse (Iul. Clarus in sua praxi crimin. lib. 5. §. fina. quæst. 84. versic. sed hic incidenter) per parlamentum Parisiense, (vt retulit Papo. lib. 24. titu. 10. Aresto. 9. & si ipsemet Iulius Clarus referat Grammaticum decis. 16. nu. 7. dixisse, quòd quicquid sit in puncto iuris

iuris hoc in practica nō recipitur, vt propter consuetudinem delinquendi pœna, ordinaria augeatur hæc Grammaticus, vt refert Iulius Clarus. de quo tamen mirari non cesso, quomodo dixerit in practica, quòd hoc non seruetur: cum ipsemet Grammaticus in voto 17. in fine, hanc eandem tradens doctrinam asseruerit, quòd quidā Antonius propter frequentationem delictorum, scilicet acceptionem quinque vxorum, & si pro duarum acceptione solum possit puniri pecuniaria pœna, si diues, scilicet mediæ partis bonorū confiscationis. Si vero vilis fuisset persona, fustigandum ipsum fore, & relegandū, & nullatenus vltimo supplicio donandum. sed hoc ipsum delictū frequentasse comprobatum fuisset, tunc ipsum fore vltimo supplicio subijciēdum probauit, asserens, huic ipsius voto se subscribētes reliqui Iudices magnæ Curiæ Neapolitanæ, ipsum votum exequutū fuit, ac per consequens ille talis Antonius vltimo supplicio punitus. Quomodo ergo verum erit, quòd hoc non seruetur in practica? tamen me remitto veritati: benè verum est, quòd Iulius Clarus vbi supra, vocat hanc vltimam Grammatici opinionē mitiorem addens, quòd illam fit solitus sequi Senatus dominij Mediolanensis, eo quòd nunquam ipse Senatus soleat in delictis nō capitalibus propter quamcunque reiterationē ipsorum delictorum pœnam mortis imponere, sed tantummodo, vel totturam atrocius inferre, vel ad extraordinariè puniendum grauius arbitrari. hæc Iulius Clarus, vbi supra.

Declara quartò dictum cap. 1. dicendo penam
23 ipsius incurrere non solùm eum, † qui aliquē Christianum pretio mediante mandauit interfici per quosdam infideles, qui dicebātur assassini, verùm etiam eum, qui pretio mediante mandasset cuicunque etiam si ille talis mādatarius fuisset Christianus. hæc declaratio probatur triplici medio. Primò per argumentum in dicto cap. 1. §. cùm igitur. & §. sequenti. vbi Innocentius Quartus, infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. [Cùm igitur illi, qui sic horrenda inhumanitate, detestandaque sæuitia mortem sitiunt aliorum, vt ipsos faciant per assassinos occidi, non solùm corporū, sed mortem procurent etiam animarum: (nisi eos exuberans gratia Diuina præuenerit) vt sint armis spiritualibus præmuniti) ac omnis potestas tribuatur à Domino. ad iustitiam, rectumque iudiciū exercendum. Nos tanto periculo volentes occurrere animarum, & tam nefarias præsumptiones ecclesiasticæ animaduersionis mucrone ferire, vt metus pœnæ huiusmodi præsumptionis ex illa: præsertim cùm nonnulli magnates taliter perimi formidantes, coacti fuerint securitatem ab eorūdem assassinorum Domino impetrare: sicque ab eo non absque Christianæ dignitatis opprobrio redimere quodammodo vitam suam.] hęc ibi. ex quibus omnibus ipsius Innocentij verbis elicitur apertissimè duas fuisse causas, quibus ipse motus fuit ad ipsam constitutionem condendam. Altera quarum fuit impulsiua, altera finalis: impulsiua colligitur ex verbis illis, videlicet. [Præsertim cùm nonnulli magnates. &c.] Nā hæc dictio, presertim, cuius natura est (vt docuerunt Archidiaconus, Ioan. de Imola, Gemin. & Franchus) quòd quando iungitur causæ impulsiuæ, exponitur pro maximè, & non pro tantùm: in hoc textu denotet causam impulsiuam, & non finalem, quæ fuit periculum animarum: & correctio peccatorum. Quapropter indè apertissimè sequitur, quòd verissima sit nostra declaratio; cùm idem periculum animarum euitetur, & correctio peccatorū procuretur per hanc prohibitionem assassinij, tam si intelligatur comprehendere quoscunque assassinos, scilicet Christianos, quàm & infideles: cum per hanc constitutionem pœnalem Summus Pontifex intenderit consulere quieti, & honori Reipublicæ Christianæ, & saluti Christianorum: vt patet ad sensum. & explicitè docuerunt infrascripti Doctores in statim citandis locis. Probatur ergo & secundò Doctorum auctoritate præsens quarta declaratio, videlicet Ioan. de Imola, quem citat & sequitur Gemin. in dicto cap. 1. §. cùm igitur. colum. fina. in fine. Philippus Franch. ibidem col. 5. versic. præsertim: Imò secundum quòd reperio in libro meo, (opere tamen ipsius Archid.) super sexto Decret. impresso Mediolani sub anno salutis 1490. quòd ipse Archidiaconus in versic. Domino. infrascriptis vsus fuerit verbis, videlicet. Istud verò clarè demonstrat hæc decretalis: Nam loquitur de illis, qui non sunt sub alicuius dominio; sed pro pecunia occidunt homines ad instantiam aliorum, quos vulgariter isto nomine appellamus. & quòd ipse Archidiaconus loquatur de assassinis ex cōtextu verborum dicti cap. 1. sequentium elicitur: nam ibi ante dictum verbum. [Domino] immediatè hæc habentur, videlicet. [Coacti fuerint securitatem ab eorundem assassinorum Domino impetrare.] & quòd ita intellexerit Archidiaconus dictum textum, elicitur & secundò ex ijs, quæ ipsemet paulò antè dixerat, interpretando dictionem illam in text. dicti cap. 1. contētam, videlicet. [Præsertim] Nam his verbis ibi vsus fuit, videlicet. Præsertim, idest, maximè: Nam causa, quæ sequitur, compulsiua est: sed finalis præcedit, scilicet periculum animarum imminens, & correctio peccatorum, vt in cap. infirmitas. extra de pœnit. & remiss. Quapropter summoperè miror quomodo Io. And. dicat ipsum Archid. dixisse hunc Canonem non comprehendere nisi assassinos infideles, ac per cōsequens eos, qui aliquem Christianum occidi mandant per huiusmodi infideles, & nō per alios Christianos, & ideo credo, quòd ipse Io. And. hoc asseruerit sequens Archidiaconū, aliàs forsan hoc non dixisset, cùm ad hoc compulsus fuisset rationibus paulò antè allatis à supradictis Doctoribus, & à me relatis, quæ sunt optime, & quod Archidiaconus hoc non dixerit, vti refert Ioan. And. sed vti nos supra retulimus, comprobatur esse verum auctoritate Pet. de Anchar. qui in dicto cap. 1. colum. 3. versic. aduertendum. referendo sententiam Archid. ijsdem verbis vtitur: Nam dixit animaduertendum etiā secundum Archidiacon. quòd ista decretalis loquitur de his, qui non sunt sub alicuius dominio, sed per pecuniam homines occidunt, qui vulgare assassini dicuntur. hæc Ancharanus. & animaduertendum quòd hoc opus eius super sextum Decret. in quo hæc reperimus fuit impressum Venetijs Anno salutis 1501. Quapropter asseueramus confidēter, quòd præsenti declarationi quartæ se subscripsetit ipse Archidiaconus, & si hoc negauerit Io. And. deceptus forsan errore impressoris alterius voluminis. vel quia dictus Archidiaconus in versic. assassinos. his verbis fuerit vsus, videlicet, cùm de istis simpliciter exprimat, ad alios homicidas

cidas

cidas non extendetur. Attamen (pace tãti Docto-
ris, dixerim) ex his verbis nec hoc elici legitimè
poterit, ſed ſolùm, quòd reliqui homicidæ, qui
aſſaſſioi dicendi non ſunt: vt hi, qui odio, caſuque
aliquem occiduot appenſatè, vel etiam prodito-
riè oulla ſpe pretij inde aſſeqnẽdi, ſed animo vl-
ciſcendi, vel hæreditandi aliqua bona, vel huiuſ-
modi: qoia tales non includuntur in dicta cooſti-
tutione pęnali dicti cap.1. quod apertiſſimè elici-
tur ex verbis illis ipſiuſmet Archidiaconi, videli-
cer. cùm de iſtis ſimpliciter exprimat (ſcilicet,
aſſaſſinis) ad alios homicidas oon extendetur:
Nam ſi voluiſſet intelligere, quòd ipſa cooſtitutio
noo eſſet extendeoda ad alios aſſaſſinos, qui non
ſunt infideles, oon dixiſſrt, ad alios homicidas,
ſed dixiſſet ad alios aſſaſſinos: cùm ipſum doctiſ-
ſimum virum ignoraſſe differeotiã eſſe inter ho
micidas, & aſſaſſinos ambigi non poterit: eo ꝙ
omnes ſciaot quòd omnes, qui aliquẽ occidunt ſi-
ne ſpe pretij dicãtur homicidæ: & oõ aſſaſſini: aſ-
ſaſſioi verò ſolùm ij, qui ſpe pretij promiſſi, vel
recepti aliquem occidunt: ex his ergo paruit, ꝙ
Archidiaconus ſe ſubſcripſerit præſenti noſtræ de
clarationi quartæ. Idem docuit explicitè ſequẽs
ipſum Archidiacon. dictus Petrus de Anchar. vbi
ſupra. Idem Ioan. de Imola. in dicto cap. 1. Gemi-
nianus in dicto cap. 1. §. cùm igitur, io fin. reddẽ-
do rationem dicti ſui, dixir. & hanc partem cre-
do veram, quia text. io priocipio huius §. loquitur
de faciẽtibus interficere per aſſaſſioos; nec diſtin
guit, an aſſaſſini ſint ſerui, aut liberi: ſed ſimpli-
citer de aſſaſſinis: & ita etiam loquitur verſic. Sa-
cri, infra proximus: ergo indiſtinctè intelligatur
cap. ſi Romanorum. diſtinct. 19. hæc Geminia. vbi
ſupra. Idem docuit Philippus Fraochus in dicto
cap. 1. colum. 5. verſic. in gloſa in verſ. præſertim.
ſequens Ioannem de Imo. vbi ſupra. & Doctores.
vt ipſemet ibidem ſubdidit. Idem docuit Bartol.
in l. Cicero, ff. de pœnis. Nec ooo & in l. noo ſolũ,
§. ſi mandato, nom. 14. verſic. qoia plus, ff. de iniu-
rijs. vbi hæc dixit, videlicet. Quando aliquis fa-
cit, vel fieri facit mrdiante pecunia, dicitur deli-
ctum magis atrox, & propter hoc pœna poſſet au
geri, & de facto videmus augeri in iſtos, qui io
vulgari dicuntur aſſaſſini, & videtur expreſſum ho
die io cap. 1. de homicidio in ſexto. hæc ille; ex
cuius verbis apertiſſimè elicitor ipſum docoiſſe ꝙ
dictus text. in dicto cap. 1. loquatur de omnibus
aſſaſſiois, tam de infidelibus ſubiectis cuidam Ba
rono Saraceno, quàm de fidelibus nemini ſubditis
in hac materia: & iccircò ipſe Bart. vſus fuit ver-
bis illis, videlicet. Qui in vulgari dicũtor aſſaſſioi:
24 cùm omnes homines, † qui pecnoia occidũt, vel
promittunt aliquem occidere ab omnibus gene-
raliter, & communiter appellantur aſſaſſini; nulla
facta diſtioctiooe, an ipſi ſiot infideles, aut fide-
les: Idem docuit Bald. in conſil. 98. volum. 1. Are-
tin. in conſil. 164. colum. 2. dicens hanc opinio-
nem de conſuetudine ſeruandam. Idem docuit
Grammaticus noſter in voto 8. & 9. per totum.
Nam loqoẽdo de quiboſdam Chriſtiaois, qui prr
pecunia, vel alio munere promiſerant alium oc-
cidere contra eos affert dictum cap. 1. Idem do-
cuerunt omnes Doctores citati in probationem
primæ declarationis: Vide ergo ibi. Nam eſt cõ-
munis opioio, vt teſtatur Antonius Gabr. in lib. 7.
concluſionum. tit. de maleficijs, concluſione pri-
ma, num. 18. Nam omnes ibi citati nulla facta di-
ſtioctione de fide aut infidelitate perſonæ aſſaſſi-
ni promittentis aliquem occidere pro premio, di
cunt omoes huiuſmodi cõprehendi ſub dicta con
ſtitutione pœnali contenta in dicto cap. 1. de ho-
micid. in ſexto. Idem etiam docuit Aegidius Boſ-
ſius in ſua praxi crimin. titu. de mandato ad ho-
micidium, oum. 16. verſ. & licèt dubitetur. dicens,
quòd hoc ipſum approbauit conſuetudo. Idẽ do-
cuit Iulius Clarus. in ſua praxi crimin. lib. 5. §. aſ-
ſaſſinus in principio. dicens hanc eſſe cooooiunem
Doctorum opinionem. & vt refert Didacus Couar
ruuias in lib. 2. variarum reſolut. cap. 20. num. 9.
verſic. vndecimò eadem ratione. vbi teſtatur hãc
eſſe communem Doctorum ſententiam (licèt ip-
ſam ſibi oon placere ſubdiderit) & ei ſe ſubſcri-
pſiſſe Paulum de Caſtro in l. 1. §. vltimo, ff. de eo,
per quem factum erit. Alexan. in conſil. 166. lib. 7.
Bald. & Salycet. in l. non ideo minus, colum. prn.
C. de accuſatio. Angel. io l. vni ſepulchra. C. de ſe-
pulchro violato. Hyppol. de Marſil. in ſua practic.
crimin. in §. examinanda, oum. 21. verſicu. aſſaſſi-
nus, qui pecuniam. Idem aſſeruit ipſemet Hypp.
varijs in locis ſupra citatis in probationẽ tertiæ
declarationis dicti cap. 1. cùm nulla habita facta
differentia aſſaſſini Chriſtiani, aut infidelis dixe-
rit aſſaſſinum incurrere pœnas cõtentas in dicto
cap. 1. de homicid. in ſexto. idem repetijt in l. v-
nius. §. cogniturum, num. 76. verſicu. & facit quod
voluit, ff. de quæſtionibus. vbi inter multa notatu
digniſſima dixit, quòd ſi aſſaſſinus ſit Clericus po
terit puniri per Iudicem ſecularem ſecundum La
pum in dicto cap. 1. quia ipſo iure videntur degra
dati: quod non diceret ſi non cõprehenderet Chri-
ſtianos aſſaſſinos, cùm clerici eſſe noo poſſint, niſi
prius ſiot Baptizati ratione characteris Baptiſmi,
qui neceſſarius eſt ad ordines ſuſcipiendos, vt do
cuit text. in cap. 1. & cap. veniens, extra de presby
tero non baptizato. vbi præcipitur quendam, qui
iam fuerat inſignitus ordioe ſacerdotali aote ſu-
ſceptionem baptiſmi (qui ianua dicitur, & eſt ſa-
crameotorum) vt baptizetur & poſtea gradatim
ordines omnes ſuſcipiat vſque ad ſacerdotiũ in-
cluſiue. cùm ordines prius ſuſcepti non impreſſe-
rint characterem propter defectum characteris,
qui imprimitur ex ſuſceptione legitima baptiſ-
mi: ſic ergo in propoſito cooſequens ſit, quòd di-
ctus Hyppol. de Marſil. ibi loquatur de aſſaſſioo
chriſtiano, quem ibi ſopponit incurrere pœnã di-
cti cap. 1. Idem docuit Paris de Puteo io tract. de
ſyndicatu, tit. de inquiſitione. cap. Dicit conſtitu
tio Regni. verſic. an in percuſſione.

Dicimus hac pœnali conſtitutione inuolui om
25 nes & ſingulos Principes, † & Prælatos cuiuſcũq;
dignitatis ipſi ſiot, & Clericos alios aſſaſſiniũ mã-
dantes: nam ſi quis ipſorum mandauerit aliquem
iotrrfici per aſſaſſinos qooſcunque tam infideles,
quàm Chriſtianos incorrunt ipſo facto omnes ſu-
pra recenſitas pœuas contentas in dicto cap. 1. cũ
ſint ipſo iure degradati, & exuti omni priuilegio
Clericali, & perinde poteruot capi & puniri pro
eodem crimine ab omni Iudice ſeculari ordina-
rio loci, ac ſi non eſſent Clerici: eo ipſo quòd de-
clarati fuerint per ſentẽtiam ipſos perpetraſſe aſ-
ſaſſiniũ abſque alia degradatione verbali, bene ta
men opos eſt interneoiat actualis, vt poſſit puni
ri corporaliter a Iudice ſeculari. hæc ergo ſic am
pliata, declaratio probatur apertiſſimè ex cõtex-
tu verborum, quæ habeotur in dicto cap. 1. §. facti,
vbi

vbi hæc habentur, videlicet. [Sacri approbatione concilij statuimus, vt quicũque Princeps, vel Prælatus, seu quæuis alia ecclesiastica, secularisvè persona quempiam Christianorum per prædictos assassinos interfici fecerit, vel etiam mandauerit, (quamquam mors ex hoc non sequatur) aut eos receptauerit, vel defenderit, seu occultauerit, excommunicationis, & depositionis à dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio incurrat sententias ipso facto, & illa liberè alijs per illos, ad quos eorum collatio pertinet, conferantur.] hæc ibi. Probatur & secundò præsens declaratio Doctorũ auctoritate: glo. enim in dicto cap. 1. versic. prælatus. dicit, quòd hæc pœnalis constitutio includat etiam Episcopos, quia cap. Quia periculosum. de sent. excommun. in sexto. non eximit illos à sententia excommunicationis, sed solùm à sententia suspensionis, & interdicti. Idẽ docuit Archidiaconus in dicto cap. 1. colum. 1. versic. Princeps. & versicu. Prælatus. dicens, quòd Hostiensis dixerit hæc constitutio comprehendat omnes Principes, quicunque illi sint: cùm talis fuerit intentio conditoris istius Canonis, & qui audiuit, testimoniũ perhibet. (Adde tu quòd ex his verbis Doctores asseuerantèr eliciunt, quòd hoc ipsum Archidiac. audierit ab ipso. Papa Innocentio Quarto latore ipsius Cannnis in propria voce. Idem docuit Carrerius in sua praxi tit. de homicidio cõmisso, verbo & lingua. num. 24. & 25. Idem docuit Iulius Clarus in sua praxi crimin. §. de assassinio. versicu. quæro nunquid Prælatus quoque hanc incurrit pœnam, siue fuerit Episcopus, vel inferior, quicunq; fuerit ex verbis illis. [ordine, officio, &c.] excepto Papa: Idem docuit Ioan. And. in dicto cap. 1. colum. 3. in fine. dicens hoc ipsum, quòd includantur omnes laici & Religiosi seu Clerici cuiuscunque supremæ dignitatis. & quòd talis intentionis fuerit ipse conditor Canonis, prout refert Host. se audisse ab eodem Canonis conditore. Idem docuit Lapus Geminianus sequens glo. ibidem §. sacri. colum. fina. Idem docuit Philippus Franchus, in dicto cap. 1. colum. 3. versic. decimò nota. in fine. loquens de vnoquoque clerico. quòd possit puniri à Iudice laico tanquam priuatus omni priuilegio Clericali: cùm censeatur degradatus. Idem docuit Stephanus & Aufrer. in repetitio. Clem. sæpe. de officio ordin. & in tract. quem ibi ponit de potestate seculari super Ecclesias, & ecclesi. personas, in 18. fallen. Idem docuit Paris de Puteo in tracta. de sindicatu. titu. de inquisitione. cap. incipien. dixit constitutio Regni. versicu. an in percussione facta. Idem docuit Hyppol. de Marsil. in l. vnius. §. cogniturum, num. 76. versic. in tantum dicit. & rursus in sua praxi crimi. idem Hyppol. docuit in §. examinanda. nu. 25. versic. & dicit etiam. & rursum ibidem in §. diligenter, num. 166. versic. nam si assassinus. & in l. vnica, num. 107. C. de raptu virgin. Idem docuit Lamber. in cap. 1. de hæret. in sexto. quæstio. 11. num. 88. vbi hanc dicit communem opinionem. Idem docuit Cassan. in consuet. Burgun. fol. 52. versic. secundò fallit. Idem docuit Grammaticus in voto 8. num. 4. & 5. & in voto 9. num. 18. versic. & hinc est. Idem Decisio. Neapol. 312. in nouis. & rursus idem Grammaticus in cõsil. 40. num. 9. sequens Ioannem And. in c. cùm nõ ab homine, extra de iudic. & Pet. de Anchara. in consil. 157. incipien. ex narratis in facto. colum. 5. Idem docuit Iulius Clarus in sua praxi. quæst. 36. versic. item quæro. idem docuit Franchus in dicto cap. 1. colum. 2. vers. sexto nota. dicens, quòd in hac prohibitione includatur vnusquisque Princeps, vel Dominus, etiam si sit maximi gradus. Nam respiciat fauorem animarum, & Reipublicæ non est restringenda secundum Io. And. ex cuius
26 dicto notandum erit, quòd constitutio † quantuncumque pœnalis respiciens fauorem animarũ, vel Reipublicæ est latè interpretãda. hæc ille. Hoc ipsum constitetur implicitè in sua praxi crimi. tit. de mandato ad homicidium, num. 24. & num. 34. vbi loquens de quodam Episcopo Papiæ imputato de crimine assassinij, & Romæ detento multa dicit notabilia ipsum defendendo asserens, quòd etsi includatur in dicto cap. 1. tamen ipse innocẽs erat à dicto imputato assassinio.

Declaranda erit dicta constitutio dicti cap. 1.
27 dicendo, quòd in † puniendo hoc crimine assassinij pœna statuta in dicto Canone sufficiunt probabilia argumenta, dummodo illa sint indubitata. quàmuis regulariter in causis criminalibus nemo possit condemnari nisi delictum fuerit probatum plenè ac illud sit compertum probationibus luce meridiana clarioribus, vt latius loco suo dicendũ erit. Hæc declaratio probatur duplici medio. Primò enim per text. apertissimum in dicto cap. 1. §. fina. vbi ipse Papa Innocentius Quartus infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. [Et postquã probabilibus constiterit argumentis aliquem scelus tam execrabile commisisse nullatenus alia excõmunicationis, vel depositionis, vel diffidationis aduersus eum requiratur.] hæc ibi. vbi notanter dicitur probabilibus argumentis, & non dictum fuit plenis probationibus: cùm argumentum non dicatur plena probatio. Probatur & secundò præsens declaratio Doctorum anctoritate. Nam Archidiaconus in dicto cap. 1. colum. 2. versic. argumentis. idem docuit addens, quòd notandũ, quia dicit littera [postquam constiterit] ex quo pa-
28 tet, quòd sicut aliquis nõ est † vitandus tanquam excommunicatus, vel pro excommunicato habendus, nisi constet de sententia Iudicis, vel Canonis, sic nec tanquam diffidatus impugnandus, nisi & hoc prius iusta sentẽtia discernatur: & ideo errant Principes, & milites seculares contrarium facientes, secundum Host idem docuit Gemin. in dicto cap. 1. §. sacri. colum. 1. versic. nota quòd in probatione. dicens, nota quòd in probatione huius delicti non reqiiiruntur exactæ probationes. idem docuit Philippus Franchus in d. cap. 1. col. 4. versic. vndecimo nota ibi argumentum. dicens, quòd in probatione huiusmodi delicti non requirũtur exactæ probationes, sed sufficiunt probabilia argumenta, ex quorum dictis nota quòd quando statutum non exigit plenam probationẽ, sed contentatur solum argumentis, possunt testes recipi sine citatione partis, quòd est notandum ad limitationem c. 2. de test. secundum Domi. præsenti declarationi se subscripsit Iulius Clarus in sua praxi crimin. §. de assassinio, versicu. præterea quæro. Addẽs quòd idem verissimam esse asseruerit quoque Plaza in lib. 1. delictorum. cap. 19. num. 16. idem docuit Bossius in sua praxi crimin. titu. de conuic. num. 55. asserens quod Bald. in l. sciant cuncti. C. de probatione. docuerit quòd etiam per argumenta quis conuincatur in crimine atroci, prout ex text. in dicto cap. 1. de homicidijs in sexto, qui text. loquitur de assassinamento,

mento, vt etiam docuit Arerin. in cap. tertio loco, ext. de probar. idem docuir August. de Arim. in addit. Ang. in tracta. de malef. versic. quòd fama publica, num. 26. vers. item limitarem. in fine. dicens, item hnc etiam non procedit. idem Decius in consil. 189. colum. 2. & 3. ferè per rotum. idem tursus docuit ipse Bossius in sua praxi crimina. titulo de indicijs. nume. 201. versicu. nolo ramen ommitrere. idē docuit Hyppolitus de Marsil. in consil. 127. num. 16. Dominus Paris de Puteo. in tract. de sindicaru. rit. de inquisitione. cap. dicit constitutio Regni. versicu. an in percussione facta cum assassinin: sequens supradictos Doctores, dixit quòd in hoc crimine proceditur iuris ordine prætermisso, & de facto, & qund Canonistæ dicant quòd in hoc crimine sufficiat constare per probabilia argumenta: idem docuit Hyppolitus de Marsil. in consil. 127 nume. 16. & 17. & in sua practica crimin. §. diligenter, num. 165. vers. irem propter ennrmitatem, & rursus ibidem in §. examinanda, nume. 24. & 27. idem Hyppolit. Bonacossa in thesauro commu. opin. vers. assassiniū, cui se subscripsit Ludo. Carrerij in sua praxi crim. titu. de homicid. cap. incipit. circa igitur rerrium, num. 20. vers. & in specie, quòd qualitas ista assassinij: & se subscripsit Grammaticus noster Neapolitanus, in voto 11. in fine, dicens ita in facti cōtingentia fuisse iudicatum in magna Curia Vicariæ Neapolitanæ. & rursus idem Grammatic. in consil. 40. num. 7. & 8. idem eleganrissimè docuit Fel. in cap. afferte, colum. 3. & 4. vers. nota quarto. & in vers. tertio limita, & latius, & apertius quarto limita vsque in finem. eundem Felinum sequutus fuir Antonius Gabr. lib. 7. conclu. titu. de maleficijs, conclusione prima, cuius norabilia dicta, & citata ab eodem ibidem (cum summopere per ipsa deuenire possimus ad veram intelligentiam præsentis declararionis sextæ allatæ hic a me pro vera interpretatione dicti cap. 1. assequēda) colligendo, dico ipsum ibi docuisse, quòd etsi regulariter diffinitiuam sententiam latam ex sola præsumptione violenta, debebat Iudex multum temperare: & maximè vt nō condemnet aliquē ad pęnam corporalem, vt solemniter docuit Innocentius in cap. quia verisimile, circa finem, extra de præsumpt. & re vera ipse Innocentius ibi infrascriptis vsus fuit, videlicet. nota tamen quod vbi ex

29 præsumptionibus procedirur, † multum debet Iudex temperare sententiam, & maximè nè condemnet nisi raro & modicè ad pœnam, nec pecuniariam, nec corporalem: quod potes benè colligere ex sententia Salomonis (prout habetur in 3. Reg. capitu. 3. à versic. 16. vsque in finem.) supra eodem cap. afferte. vbi licet ex præsumptione voluisset adiudicare vni mulieri filium, non tamen voluit aliam condemnare ad mortem, ad quam iustissimè erat condemnandam, si legitimè esset probatum contra eam, quòd filium alterius clàm surripuisset: quidā tamen has præsumptiones, quas diximus probabiles, dicunt violentas; sed hic non est vis, nisi in verbo; quæ est pertinacibus relinquēda. & quòd fuisset talis mulier morti addicenda, vt in l. 1. iuncta l. fina. C. ad l. Flaniam de Plag. & sciendum, quòd sententiam Innocentij vbi supra. sequuti fuerunt infrascripti Doctores, dicētes hoc esse singulare dictum, quos refert & sequitur vbi supra Felinus. & sunt, videlicet, Cardinalis, Ioan. Andr. Antonius de Butrio, & Imola, & Panormitanus in dicto capit. afferte. & rursus Panormitanus in cap. constitutus de testibus, & in cap. 2. extra de cohabit. cler. & mul. & in cap. at si Clerici. §. de adulterijs, ext. de iudicijs. idem docuit Specular. in lib. 2. tiruln de præsumptio. §. 2. incipien. species, in versic. in summa nota, quòd vbi. & dictus Antonius in capitu. quanto, extra de præsumptio. & Bald. in c. quia verisimile, nume. 1. sequens Innocentium, extra de præsumptionibus. Old. in consil. 192. incipien. viso diligenter, Perr. de Anchara. in regula. semel malus, colum. 10. de regul. iur. in sexto. Specul. in titu. de præsumptio. §. species. versic. in summa. & Bald. in l. fina. C. de probatio. Animaduertendum, quòd regula etsi optima sit, & scitu dignissima, tamen recipit quatuor limitationes. Prima quarum est: dicendo ipsam veram, nisi Iudex moueretur ex præsumptione, quæ à iure expressè approbaretur in criminibus. Nam tunc ex illa Iudex poterit aliquem condemnare in omni causa etiam capitali secundum Pan. in cap. accedens, colum. 2. versic. nec obstat primo, num. 6. ext. de accusatio. vbi dixit, quòd id, quod dicitur, quòd Iudex debet temperare sententiam suam, quando procedit ex præsumptione, verum est, si loquamur de præsumptione hominis, non autem si loquamur de præsumptione iuris: quia non ita fallitur, sicut præsumptio hominis. & hæc limitatio probatur per textum in capitulo de hoc. extra de simonia. Vbi quis ex præsumptione iuris fuit cōdemnatus de grauissimo crimine simoniæ: & dicitur ille deficiens condemnari ex præsumptione iuris violenta secundum glos. (quam singularem approbat ibidem Panormitanus, numero 4. versiculo in glosa finali) in capitulo insinuatum, extra de simonia. dicens, Nota istam glo. (quam soleo quotidie allegare ad reddendam rationem veram, quare deficiens in purgatione puniatur, vt conuictus: Non enim punitur ex præsumptione probabili tantùm, quia illa non sufficit ad condemnandum quem de crimine, vt in capitulo literas. de præsumptionibus, sed præsumptio probabilis orta ex infamia transit in violentam; cum reus deficit in se purgando: & violenta sufficit ad condemnationem, vt in capitulo afferte, extra de præsumptionibus. & l. indicia. C. de rei vendicatione, quæ sic debet intelligi, vt dico in capitulo tertio loco, numero septimo, versiculo aduerte, nam indicia, extra de probationibus. Vbi infrascriptis verbis vsus fuit, videlicet. Aduerte, indicia in lata significatione possunt sumi pro plena probatione: & dicuntur tunc ab indicando, quia indicant aliquid factum, vel non factum esse. Iudex enim vbi factum non est notorium permanens, non potest adduci ad veram scientiam alicuius facti, sed adducitur ad credulitatē ex probationibus. Vnde respectu Iudicis, cui non constant, an sic fuerint facta omnia, possunt dici indicia: & sic vno modo potest intelligi illa l. indicia. C. de rei ven. Secūdo modo pōt intelligi, vt capiantur ibi indicia pro pręsumptionib. iuris tantū, siue iuris & de iure, vel pro pręsumptionibus violentis, quæ sufficiunt ad ferendā sententiā diffinitiuam, cap. afferte, extra de præsumptio. Et sic videtur ibi intelligere Cynum. Istæ enim præsumptiones ęquiualent testib. & instrumētis, & possunt dici indicia largo modo, qa pſumptiuè indicant factum, de quo quæritur. Quandoque &

tertiò. inditia sumuntur in stricta, & propria significatione: & tunc sumuntur pro aliquo notabili malefícij, vel alterius rei ad veritatem habendam, & dicuntur etiam ab indicando, vt in l. solent, ff. de præscript. verb. Non quòd plenè indicent, sed quòd dant signum, & viam ad plenam veritatem habendam, Nam dicitur ibi. [Sed pactio intercessit ob indicium: hoc est, vt si indicasset.] Et de istis indicijs propriè sumptis intelligi debent iura, quæ dicunt indicia non sufficere ad conuincendum. & de his vide aliqua bona dicta, quæ ponit Io. And. in additio. ad Specul. in titu. de probatio. § fina versicu. 13. qui post quendam Thomam de Piperata dicit, quòd indicium
30 † oritur ex his, quæ vrgere debent animum Iudicis ad credendum maleficium, vel rem aliquã, de qua agitur, euenisse; saltem ea credulitate, quæ eum moueat ad torturam. Et dicit, quòd effectus indicij est, vt ex indubitatis indicijs puniatur reus, ex dubitatis torqueatur. & cõcludendo dixit, quod in iure habemus multa vocabula, vt inditium, argumentũ, suspitio, & pręsumptio: & alia appellatur leuis, alia vehemẽs, alia probabilis, alia violenta. de quibus in c. literas, & in c. quãto, ext. de pręsumpt. Item habemus opinionẽ, credulitatẽ, scientiã, & fidem; nec possumus de omnib. illis dare certam doctrinam; sed Iudex habet ex arbitrio suo examinare; an sint talia, quæ inducere debeant animum suum ad torturam, vel semiplenam, vel plenã probationẽ, & ideò dicitur in l. 3. ff. de testibus. §. eius. quòd nullo modo diffiniri possunt, quæ sufficiant ad probationem: sed Iudex ex suo ingenio debet hoc ex se melius arbitrari. & vide textum pulcherrimum ad idẽ, c. ex literis, ext. de probat. & in c. cui nostra. & c. pręterea, ext. de testibus, cũ similibus. Hęc Pan. vbi sup. hæc omnia Panormitanus. Secundò limitatur dicta regula tradita ab Innocentio, & sequacibus, dicendo ipsam veram esse, nisi agatur de imponẽda pœna pecuniaria, vel corporali non graui, puta vsque ad fustigationem: quia tunc præsumptio vehemens sufficit ad condemnationem, maximè si est approbata à iure generaliter, licèt non in criminalibus, vt docet text. in l. 3. vers. & quia plerumque, ff. de officio præfe. vigi. vbi dicitur, quòd ex culpa præsumpta poterit aliqui fustigari: cùm incendium præsumatur culpa inhabitantium factum fuisse. ad idẽ facit, quia condemnatus de dolo est infamis, vt in l. 1. §. r. & l. Athletas, ff. de his, qui not. infam. & infamia sequitur personam quocunque vadat, vt in l ea. iuncta glo. ff. de posthu. & dolus dicitur maleficium etiam in statutis secundum Bald. in l. 1. §. hunc tractemus. in fine, ff. de iure. & rationib. distra. & tamen de dolo quis conuincitur ex coniecturis, vt in c. 2. ex. de renunccia. in sexto. Tertio limitatur dicta regula in casu c. 2. de homic. in sexto, per tex. ibi in fine, dum dicit [probabilibus constiterit argumentis.] qui text. de facili posset adduci contra supradictam regulam, sed oportet dicere (vt inquit vbi sup. Felin.) quòd sit speciale in odiũ illius pessimi criminis, sicut est speciale in crimine falsi: vt suspitio de falsitate commissa pro falsitate habeatur, vt docuit Archidiaconus, in cap. in memoriam, distinctio. 19. & sequitur ibi Geminianus, in fine, & Bald. valde eleganter in l. si veritas. C. de fideicomm. allegat. l. iubemus. C. de probatio. Posset etiam dici, quòd Innocentius non dicit, quòd non sit condemnandus quis, sed dicit, quòd non de facili. Vel posset dici, quòd verbum [probabilibus] intelligitur, idest, indubitatis, prout in sequenti limitatione, & istud melius. Quartò limitanda erit dicta regula Innocentij, & sequacium, dicendo ipsam veram, nisi Iudex moueretur ex pręsumptione violentissima: vt solemniter docuit Ioan. And. in additio. Specul. titu. de probatio. §. fina. versicu. 13. de quo meminit Imola, Antonius de Butrio, & Felinus in c. afferte, col 3. versic. quartò limita, extra de præsumptionibus. & Panor. in c. tertio loco, nu 7. 8. & 9. extra de probat. Et hoc modo intelligitur l. sciant cuncti. versic. indubitatis indicijs. C. de probatio. & l. 2. vers. argumentis conuictus. C. quorum appellat. & l. 3. vers. quæ argumenta, ff. de testibus. & in l. 1. §. idem Cornelio, ff. de quæst. & in l. quæro. §. fina. ff. de edi. edi. & in c. excommunicamus. in fine, extra de hęret. ibi certis indicijs. Imò dicit Bal. in l. excipiuntur. ff. ad Senatusconsul. Syllan. ibi esse textum meliorem de iure, iuncta glo. in vers. Principes. quòd ex multis inditijs simul iunctis resultat plena probatio etiam ad quem criminaliter condemnandũ, sed hoc intelligit ibi Romanus de indicijs indubitatis per dictam l. sciant cuncti: & l. si qui adulterij. C. de adulter. vt ibi latius per eum: & pro istis faciunt dicta Bart. in l. absentem, ff. de pœnis. dum loquitur de statutis habentibus contumacẽ, pro confesso in criminalibus, & plenè per Bald. in c. 1. §. furtum. de pace iuramen. firm. & dicit Baldus in dicta l. si qui adulterij. quòd suspitio
31 † stans in suis finibus, nunquam est causa condemnationis, sed pręsumptio sic aliquãdo: vt ibi. Hæc omnia ferè docuit Felinus cum citatis alijs Doctoribus; ex quibus elicitur quàm apertissimè veritas præsentis nostræ sextę declarationis super materia contenta in c. 1. de homicid. in sexto, & quomodo sit intelligẽda regula Innocentij, & sequaciũ, quæ videbatur aduersari præsenti nostræ declarationi, & quòd videantur in iure hæc nomina, seu hi termini, videlicet, indicium, argumẽtũ, opinio, & pręsumptio sint nomina synonima. Attamen pro maiori intelligentia verborum in d. c. 1. §. fi. contentorũ, videlicet. [Et postquã probabilibus cõstiterit argumentis.] (Iudicio meo) nobis summopere deseruiet doctrina Panormitani, & exempla nobis tradita à Felyno illa sumente à diuersis. Sciendum igitur, quòd Panormitanus in c. quanto, nu. 2. ext. de pręsump. post varias recensitas aliorũ Docto. concludẽdo infrascriptis vtitur verbis, versi. ego autẽ. (nè laboremus in incerto) latius, & clarius attingẽdo, dico, ꝙ multa reperiuntur vocabula in hac materia, vt Indiciũ. l. indicia. C. de rei vendi. Argumentum, vt in cap. forus, extra de verbor. signif. Suspitio, vt in c. semper, 2. quæst. 1. & in c. dixit. 32. quæst. 1. & l. absentem, ff. de pœnis. & per Bart. in l. admonendi, ff. de iure iurando; Præsumptio temeraria, vt in cap. inquisitioni, extra de sent. excomm. Præsumptio non modica, vt in c. super eo, extra de testibus. Præsumptio probabilis. vt in d. c. inquisitioni. Pręsumptio vehemẽs, vt in c. literas, ext. de pręsump. Pręsumptio violenta, quæ idẽ est, quod vehemens, vt in c. cùm contumacia. de hęreticis in sexto, & d. cap. litteras, sed ignoramus quando dicatur probabilis, vel violenta &cęt. Ego prius attingam præsumptionem iuris, secundo hominis, Circa primum aduertendum, quòd quando

ius

ius disponit aliquid statuendo super certo; quod
tamen in se non est verum; illa appellatur fictio.
Exemplum in l. vnica. C. de rei vxor. actio. vbi
ius fingit mulierem dotem sibi fuisse stipulatam,
quæ in veritate non fuit stipulata, & hoc facit
ius. Quandoque in fauorem alicuius: & de hoc
ibi in glosa, & per Doctores in capitulo is, qui,
extra de sponsalibus. Quandoque ius præsumit
super incerto ex aliquibus coniecturis: & hoc
32 dupliciter. Quandoque enim ius præsumit † in
tantùm, quòd super illa præsumptione statuit a-
liquid, ac si verissimum esset, quod præsumit.
Exemplum in capitulo is qui, extra de sponsali-
bus. Vbi dicitur, quòd si quis cognouit carna-
liter sponsam de futuro; præsumitur, quòd se-
cum tunc voluerit contrahere matrimonium per
verba de præsenti: nec admittitur probatio in
contrarium. Et ista magistraliter appellatur pre-
sumptio iuris, & de iure. & in hoc concordant
omnes Canonistæ in capitulo is qui fidem, extra
de sponsalibus. inter quos est Antonius de Buttrio,
qui ibidem columna prima; versiculo præsum-
ptio. his verbis vtens, videlicet. Præsumptio iu-
ris hic sumitur quando ius aliquid de dubio pre-
sumit: & præsumptionem approbat in specie, &
in genere. Et sic datis extrinsecis interest, & ab
homine præsumitur: non tamen omnino figit pe-
des, quòd illud, quod præsumit omni casu velit
præferri veritati: talis ergo præsumptio admittit
probationem in contrarium: & sic regulariter
intelligitur præsumptio in titulo de presumptio-
nibus. Præsumptio iuris, & de iure est, quando
ius super aliquo dubio ad alterum extremorum
applicat animum iudicantis, & interim ex cir-
cunstantijs se reddit certum: quòd probationem
aliam non admittit in contrarium. Ideo magi-
straliter, dicitur præsumptio iuris, & de iure:
quia primò ius operatur principaliter animum
iudicantis applicando plus ad vnum, quàm ad re-
liquum: & in hoc dicitur iuris; quia illud vocet
causam inductiuam, & efficientem: & applicato
animo iudicantis, in tantùm illud firmat, quod
vult iudicem claudere aures ad auditum alte-
rius probationis oppositæ: & hæc vocatur præ-
sumptio iuris, & de iure: idest, iuris, quia cau-
ta à iure: & de iure, quasi firmata à iure in tan-
tum, quòd dicens oppositum nullatenus audiri
debet. hæc Antonius vbi supra. Idem docuit Ge
min. in c. ferrũ, col. 2. versic. ad primũ: dist. 50. Vn-
de scias, quòd ista non sunt vocabula iuris, sed ma
gistralia, vt sentio glo. in c. ferrũ. dist. 50. Et vt plu
rimum, quãdo ius inducit hãc præsumptionẽ, ex-
primitur, ꝙ non admittatur probatio in contrariũ;
sed idẽ dicitur quasi nõ exprimit; dummodo super sua
præsumptione statuat. Probatur in Authent. sed
iam necesse. C. de donatio. ante nup. iunctis Doc.
dictis ibi, & glos. ordin. in corpore. Vnde illa Au
33 thentica sumitur. Quandoque ius præsumit † ali-
quid, sed super sua præsumptione non firmat in
tantum pedes, vt super illa certum quid statuat:
& illa appellatur simpliciter præsumptio iuris: &
contra eam semper admittitur probatio in con-
trarium; vt dicit glosa, & bene in dicto capitulo
ferrum. not. in dicto capitulo is, qui. Quandoque
tamen ius exigit strictiorem probationem vno ca
su, quàm alio: vt in capitulo quia verisimile, ex-
tra de presumptionibus, & capitulo super hoc, ex-
tra de Renunc. & in l. non est verisimile, ff. quod
metus causa. quandoque verò non præsumit in
tantum, vt requirat probationem in contrarium,
sed solùm exigit, vt indicatur purgatio, vt in ca-
pitulo Presbyter si. 2. quæstio. 5. & in capitu. 2.
extra de purgat. Cano. & in hoc non potest dari
certa doctrina: sed serua legem secundum quod
disponit. argum. in l. prospexit. ff. qui, & à quibus.
& in cap. scriptum est in lege. 6. quæstio. 3. & hec
omnia docuit Panormitanus vbi supra. de presum
ptione iuris. quæ omnia in dicto. cap. quanto. cõ-
firmauit Felinus nõnulla addendo pro maiori in-
telligentia. & primò addidit denominationẽ præ
34 sumptionis † iuris, & de iure; dicens quòd Bald.
in l. siue possidetis. C. de probatio. dixit quòd ap-
pellatur præsumptio iuris, quia est à iure. & dici-
tur presumptio à iure, quia de ea factum est ius,
& non oportet, quòd lex dicat, quòd non admit
tatur probatio in contrarium; sed sufficit, quòd
statuat super præsumptione secundum Abbatem
hic, & Bald. in l. antiquę. C. ad Velle. & in c. quoniã
frequẽter. in princ. in col. 4. ext. vt lit. nõ contest. li
cèt aliqui cõtra, vt Imo. hic. Si tamẽ cõtra presum
ptionem, super qua lex statuit, admitteretur proba
tio per alia iura, illa nõ diceretur presumptio iu-
ris & de iure: quod & probat ex. c. cõtinebatur,
ext. de despons. impu. iuncto c. proposuisti. ex. de
probat. Regulariter aũt dicitur, & benè, ꝙ contra
presumptionẽ iuris, & de iure nõ admittatur proba
tio in contrariũ, vt in d. c. is, qui. l. fin. C. de arbitr.
tutc. l. antiquę. C. ad Velle. Clem. 1. de probat. l. à
Diuo Pio. §. si pignora, ff. de sent. & re iud. iuncta
glo. ibi in vers. cõtemptus, & per glo. & Doct. in l.
fin. in princ. ff. quod met. cau. & in d. l. siue posside
tis. & in d. c. quoniã frequenter, in vers. in transle.
Attamẽ hec regula fallit in sex casib. Fallit primo
in probatione, q̃ fit per cõfessionẽ partis: & hmõi
cõfessio generaret sibi solũ preiudiciũ, & nõ alte-
ri, q̃m si alteri: vt in causa matrimoniali fieret: nõ
haberet locũ, in c. super eo, extr. de eo qui cogno.
cõsang. vxo. suę: & Docto. cõiter docuerũt in c. is,
qui, ext. de spõs. & alij infra citãdi. & Gemin. in c.
ferrũ. col. 2. vers. ad tertiũ. dist. 50. cũ talis proba-
tio admittet cõtra presumptionẽ iuris, & de iure.
Pro cuius fallẽtię maiori intelligẽtia sciẽdũ erit,
ꝙ in Auct. de ęqual. dot. §. aliud. vers. & ne contin-
gat. fuit decretũ, ꝙ nè decipi possent creditores vi-
ri, si alter coniugũ habeat bona immobilia, in ip-
sis fiat oblatio ad inuicẽ: quatenus sit palã, & indu
bitatũ, quod quidẽ ab initio fuit: q aũt postea adi
tũ est: si aũt nõ vtrinq; immobiles res fuerint, mu-
lierẽ oĩno per immobiles res celebrare argumen
tũ, vt & dos & augmentũ similiter habeat aduer-
sus antiquiores creditores priuilegiũ, vndiq; indu
bitato augmento existẽte: vir aũt ẽt in reb. mobi-
libus faciat augmentũ: nulla. n. hinc oriẽt læsio.
Si aũt mulier immobiliũ habẽs rerũ substantiã, in
reb. mobilibus scribat augmẽtũ, sciat priuilegiũ
nõ habiturũ, nisi in antiqua sola dote, nõ in figu-
rato existẽte augmento. Quod. n. ab initio factũ
est, in toto sine suspitione est, quod aũt postea ma
chinatũ est cõtra creditores, hoc ipso introducit
meditationẽ: & lędi hoĩes ex dato à nobis priuile
gio, nullo volumus modo. Si verò nõ fuerit debitũ
cõtra virũ vllũ, neq; suspitio cõtra creditores cir-
cunuẽtionis: tunc & in pecunijs, & vt volũt, augu
mentũ fiat ab eis: vtriq; tñ augumẽto sic faciẽdo,
& æqualitatem habente, vt ęquitatem seruemus.
Quæ. n. erit circunuẽtionis suspitio, viro obligato

nulli existente, & præterea augumentis sine tergiuersatione factis?] hæc in dicto §. quibus similia ferè ad verbum habentur in Authentica, sed jam necessè. C. de donatio. propter nuptias. ex quibus habetur, quòd fuerit ab Imperatore statutum quòd priuilegium dotis non extendatur ad augumentum quod mulier dicat fecisse in rebus mobilibus si habuerit res immobiles, quãdo vir eius haberet creditores, quoniam tunc tale augumentum præsumeretur fictitium in fraudẽ creditorum & cùm hæc præsumptio sit iuris & de iure, ideo dixit ibidem glosa, in versicu. priuilegium, quòd lex noluerit tribuere mulieri tale priuilegium, ne videretur dicere se dotem auxisse animo decipiendi creditores. Quapropter si mulier vellet probare per testes se in augumento res mobiles dedisse, non admittetur eius probatio, quia esset contra præsumptiones iuris, & de iure, Hæc glosa. quasi tacitè diceret, quòd si creditores faterentur dictum augumentum esse verum & non fictitium (& si ad hoc nullo pacto teneantur talis probatio resultans ex talium cõfessione) admitteretur contra huiusmodi præsumptionem iuris, & de iure, eo quòd talis suspitio cessaret, quod & apertissimè post ipsam glo. docuit Azo in summa titu. de donatio, ante nupt. nume. 3. versicu. hodie vero ex necessitate. vbi his verbis vsus fuit, videlicet. Hodie verò ex necessitate augetur dos, vel donatio propter nuptias: Nam si altera pars præstat augumentum, necesse est quoque alteram partem augumentum celebrare: & si quidem maritus nullos habeat creditores, mulier potest augere dotem in rebus quibuscunq;. Si verò habeat, quia creditores præiudicium patiuntur propter datam dotem, etiam si anterioris temporis priuilegio sint vallati: & quia maritus, & mulier fraudem excogitando fictè dicerent se fecisse augumẽtum, quod non fecissent. Ideo dictum est, vt mulier dotem, tunc in rebus apparentibus, puta, immobilibus si habeat, augeat. Si enim mulier immobilis substantiæ domina res mobiles in augumento dederit: idest, dicatur dedisse, & creditores suspicantur, & dicunt non datum, in hac parte, dotis nullo vtetur aduersus creditores alios priuilegio. vt in Authent. de æqualit. dotium. §. aliud quoque; sed si creditores confiterentur datum: cur non vteretur priuilegio mulier. hæc Azo vbi supra. Ex quibus omnibus infrascripti alij Doctores eliciunt hanc peroptimam fallentiam primam. Nam Bartol. sequens supradictum Azonem, & Cyn. in Authent. sed iam necesse. C. de donatio. propter nupt. nume. 5. idem repetens dixit, quod præsumptio iuris, & de iure, contra quam non admittitur probatio in contrarium, nisi per confessionem, addens, quòd etiam teneat Cynus, & idem docuit glosa, quòd perpetuò erit notandum. idem docuit Baldus in Rubr. extra de præsumptio. nume. 2. & in l. ex hoc iure, ff. de iustitia, & iure, & in authentica. ad hæc, in quarta columna. C. de vsuris, & in l. si quis instituatur, §. si sub condit. ff. de hæredib. institu. lo. & in repet. l. admonendi. in fine, ff. de iure iurando, vbi addit, quòd in tantum hæc fallentia est vera; quòd etiam ipsa habebit locum, & si non iurasset dictus confitens. idem docuit Alex. de Imola. in l. non est verisimile, ff. quod metus causa. & in suo consilio 95. libro 4. idem docuit Salycetus in l. 1. C. de dolo, qui sequens Bald. vbi supra. addit, quòd talis confessio admittetur etiam si fuerit facta sine iuramento: idem Paulus de Castro in consilio 8. incipit. ad primum quæsitum. io fine primi dubij; & in consilio 157. incipiente. visis, & ponderatis. in columna prima, & in consilio 177 incipiente. super primo: videtur docendum, in vltimo dubio. idem Baldus rursus in l. non ignorat. columna nona. C. qui accusa. & in l. finali, columna penultima, versiculo ego breuiter. C. sa. her. vbi dixit quod licet lex præsumat hæredem non conficientem inuentarium, surripuisse de bonis hæreditatis, vt in §. sancimus, & §. si verò. in auctentica de hæred. & fal. tamen si legatarij confitentur vires hæreditatis non sufficere, euanescit præsumptio; & non tenebitur hæres, nam in dicto §. sancimus præcepit Imperator, vt hæres faciat inuentarium in adeundo hæreditatem. quòd si non faceret in pœnam transgressionis ipsius statuti statuit in dicto §. si verò, quòd ipse non solum non possit retinere falcidiam de ipsa hæreditate: verùm potius tenebitur complere legatarios, & fideicommissarios: licet putæ substantiæ morientis transcendat mensuram legatorum datio. & hoc statuit Imperator, non derogans tamen alteri legi: in qua statuerat, vt hæredes non damnificarentur propter creditores testatorum. hæc ibi. idem rursus Bartolus, in l. 1. in lect. 2. numero sexto. C. plus valere quod agitur & cæt. Addens hoc intelligi tam de confessione præced. quàm subsequente sententiam diffinitiuam. idem protsus docuisse reliquos Legistas in dicta Authentica, sed necesse. testatur Felinus in capitulo quanto. columna penultima, numero quinto; versiculo sed fallit primo: extra de præsumptionibus. asserens ibidem hoc ipsum in specie docuisse Baldũ, & Salycetum, idipsum tacitè videtur docuisse Innocentium, in capitulo quia verisimile. extra de præsumptionibus. vbi dicit quòd volens probare aliquid, quod non est verisimile, huiusmodi probatio non erit admittenda, nisi aliquid sit, quòd huius præsumptionem elidat, puta fama loci, vel bonitas testium, vel alia rationabilis circunstantia, addit contra præsumptionem iuris admittatur probatio, non autem contra præsumptionem. iuris, & de iure, & quòd tunc dicatur præsumptio iuris, & de iure, quando quis statuit aliquid super certo facto, & contra hanc non admittitur probatio, nisi sit fama, vel alia circumstantia contra eam, vt hic. hæc ille. colligendo ipsius dicta in vnum ibidem. quem idipsum confirmasse asserimus in capitulo quia plerique, columna prima, versiculo idem est in eo; qui condemnatus est iniustè, extra de immunitate Ecclesiæ. nam ibi dicit, quod etsi sententia iniusta executioni mandetur, tamen si eius iniustitia pateat per confessionem obtinentis ipsam, non habebit executionem, quasi diceret, quòd si in fauorem sententiæ latæ adsit præsumptio iuris, & de iure, ita quòd contra eam non admittatur regulariter probatio, tamen admitteretur probatio contra eam, si hoc constaret per confessionem eius, in cuius fauorem lata fuit dicta iniusta sententia, & si regulariter hæc sententia lata nascatur præsumptio iuris, & de iure. Idem docuit Panormitanus in capitulo nouit. numero vigesimo, versic. pro hoc, extra de iudic. dicens, quod præsumptio iuris, & de iure admittit probationẽ in

contrarium per confessionem illius, ad cuius va-
liditatem ius præsumit, vt notat Cynus, & alij
Doctores, in authent. sed iam necesse. C. de do-
natio. ante nuptias. nam in tantum tunc huiusmo
di probatio admitteretur, quòd hac confessione
partis (vt supra docuit Innocen. in dicto cap. quia
plerique) facta, ipsa sententia reuocanda esset;
hæc Panormitanus vbi supra. qui idem rursus do-
cuit in infrascriptis, nam in cap. is, qui, nume. 5.
extra de sponsalibus. dicens, quòd Cyn. & com-
muniter Legistæ in Authent. sed iam necesse. C. de
donatio. ante nupt. ponunt dictū notabile, quòd
contra præsumptionem iuris, & de iure admitta-
tur probatio in contrarium per confessionē par-
tis. & hoc dictum esse verum affirmat ipse, ibi si
intelligatur, quando ius præsumit in fauorem al-
terius: tunc enim ille confitendo contrarium tol-
lit præsumptionem iuris. Vnde benè & singula-
riter dixit Innocentius in capitulo quia plerique,
extra de immunitate Ecclesiæ. quòd licèt senten
tia transierit in rem iudicatam: tamen si pars,
pro qua lata est sententia, fatetur eam iniustam,
debet illa sententia retractari. quod singulariter
notabis. Idem rursus docuit ipse Panormitanus in
cap. 2. num. 5 extra de purgat. vulgari. Idem rur-
sus docuit ipse Panormitanus in cap. fraternita-
tis, numero 18. versicu. & nota ex hoc. extra de
frigidis & malefi. Idem etiam repetijt Panormi-
tanus in cap. 1. nume. 5. versicu. vnde singulari-
ter, extra de concessione præbend. Idem rursus
docuit ipse Panormitanus in cap. cùm inter. nu. 8.
versicu. si tamen, extra de sententia & re iudic.
idem Panormitanus eadem repetijt in capitulo
cùm contingat, nume. 10. extra de officio iudic.
delegati. vbi dicit hoc semper menti tenendum.
Idem docuit Geminianus in cap. ferrum, colum.
2. versicu. contra præsumptionem iuris, & de iu-
re. distin. 50. Idem docuit Antonius de Butrio in
dicto cap. quia plerique colum. 5. in principio.
versic. puta si is, pro quo. sequendo Innocentiū.
Idem docuit Marianus Socinus senior in c. qua-
liter & quando, el primo num. 125. vers. duodeci-
mò fallit. extra de accusat. idem docuit Præposi-
tus in c. is qui fidē, col. 4. vers. aut sumus in his, &
in col. 5. vers. fallit quarto, ext. de sponsal. Idē do-
cuit Ant. de Butr. in d. c. is qui fidē, col. 2. vers. ad-
uerte tñ ꝙ licèt. Vbi elegantissimè hoc ipsum do-
cuit dicēs, ꝙ licèt regulariter pręsumptio iuris &
de iure nō admittat probationē in cōtrarium, tñ
si partes de facto admittāt. fiat, & derogat, vt not.
Innoc. in c. fraternitatis, ext. reliqua afferēda in
probationē pñtis limitationis, & reliquarum re-
quirit in tract. de conatu puniēdo in limitatione
& reliquarū prima limitationis quartę, ampliatio
nis sextę, limitationis secūdę, cōclusionis quintę.

Declarāda septimò erit d. cōstitutio dicti c. 1. di
cēdo, ꝙ ad incurrendā pęnā ordinariā inibi con-
tentā sufficiant testes deponēres, ac cōcludentes
35 cōtra assassinū, † ēt si fuissent examinati lite nō cō
testata, & parte nō citata. Nā in tali casu benè pro
bat, habita tñ rōne ad personā diffamatā, & ad fa
cti circūstātias. Nā regula talis tradit ab infrascri
ptis, & alijs Doctor. ꝙ vbi statutū, aut lex nō exi-
git plenā probationē, sed cōtentat solis argumē-
tis, tūc poterūt recipi testes parte nō citata. Hæc
declaratio probat auctoritate dicti c. 1. de homic.
in sexto. ibi. [Probabilib. argumētis.] Vndè nō di
xit ibi tex. [testibus legitime deponētibus, & lite
contestata] & tamen appellatione argumentorū
veniunt testes & instrumenta, quibus Iudex pote-
rit induci ad credulitatem: vt inter alios docuit
singulariter Bart. in Rubrica. C. de probat. Proba-
tur & secundò Doctorū auctoritate infrascripto-
rum. Nam Hostien. Lapus, & Geminianus, in c. 1.
§. sacri. colum. 3. vers. nota benè. de homic. in sex-
to. idem docuit Decius in c 2. col. 7. num. 27. vers.
tertiò fallit. extra de testibus. se subscribens dictę
regulæ. Idem docuit Hyppolitus de Marsil. in suo
singulari 24. incipien. clarum est in iure. Idem do
cuit Ludouicus Carrerius in sua pract. crimin. tit.
de homicidio commisso, verbo & lingua. num. 30.
vers. item est aliud speciale. nam testes. Idem do-
cuit Philippus Franchus in dicto cap. 1. colum. 4.
versicu. vndecimò not. ibi. Idem docuit Ioannes
And. in dicto capitulo 1. colum. 5. versicu. & di-
cit Hostien. docuit Felinus in cap. quoniam fre-
quenter, colum. 7. nu. 32. vers. similiter dicit Host.
sequens Host. & Dominicum vbi supra. & Panor.
in cap. cùm non ab homine, col. 12. vers. & in quan
tum dubitaretur, ext. de iudicijs. & si ipsemet Fe-
linus in cap. in nomine Domini, col. 3. vers. quin-
cò limita. ibi, sed aduerte. extra de testibus. videa
tur contrarium docuisse. Thomas quoque Gram-
matic. noster, se subscripsit præsenti declarationi
in consil. 40. num. 7. versic. & hoc mediante pecu-
nia hoc probans auctoritate Domini Felini, vbi
supra. & supradictorum Doctorum, & si ipsemet
Grammat. in voto 11. nu. 16. vers. præterea mini-
me sequens Felinum in dicto cap. in nomine. con
trarium dixerit, immemor forsan eorū quæ alias
dixerat, vt supra retulimus. Idem docuit Iulius
Clarus in sua praxi crimin. §. de assassinio, versic.
præterea. Idem docuit Paris de Puteo in tracta.
de sindicatu. tit. de inquisitione, cap. incipien. Di-
cit constitutio Regni. in vers. an in percussione fa-
cta cum assassinio, asserens quòd in hoc crimine
proceditur contra reum iuris ordine prętermisso.
cuius sententiam sequutus fuit Hyppol. de Marsil.
in sua praxi crimin. §. diligenter, nu. 165. vers. item
propter enormitatem delicti. & idem rursus repe
tijt ipsemet Marsil. in consil. 127. nume. 16. & 17.
qui ibidem num. 15. dixit, quòd cùm sumus in e-
normi crimine, tunc licitum est ad eruendam &
inueniendam veritatem iura, leges, & statuta trās
gredi secundum Innocen. & alios in cap. cùm om-
nes, extra de constitu. Quapropter si aliqua exce-
ptio posset opponi alicui testi deponenti in tali
causa, non tamen per hoc esset dicendum, quòd
non sit probatum plenè tale homicidium cum as-
sassinio, & quòd non possit contra tales occisores
procedi ad debitas condemnationes: cùm do-
cuerit Paris vbi supra, quòd in crimine assassinatus
propter enormitatem delicti non requiritur ple-
na probatio, sed sufficiunt probabilia argumen-
36 ta. hec ibi, sed animaduertendum † quòd etsi
prima fronte videatur ipsum Hyppolitum cōtra-
rium sibi fuisse in sua pract. crim. §. diligenter. nu.
169. vers. sed contrariū, vbi postquā se subscripsis-
set ibidē. nu. 165. prędictę snię Paridis de Puteo, &
dixisset, ꝙ in crimine assassinatus pp eius enormi
tatē nō requiratur plena probatio, sed sufficiant
probabilia argumēta, in d. nu. 169. vr cōtrariū do
cuisse: cū inibi dixerit, ꝙ ēt in enormissimo crimi
ne seruandæ sint solemnitates omnes requisitæ in
alijs criminibus: si ergo secundū ipsum Hyppol. in
omni enormissimo crimine seruādę essent solem-

nitates requisitæ in alijs criminibus, sequitur ip-
sum docuisse, quòd admitti non debeant testes
examinari in causa assassinij non citata parte,
cùm hoc requiratur de iuris solemnitate in omni-
bus alijs criminibus, in tantum quòd ipsa ommis-
sa, eorum depositio nullum de iure producet effe-
ctum secundum omnes Doctores. Ad hoc acce-
dunt rationes, quibus ipsemet in dicto num. 169.
vsus fuit: his verbis vtens, videlicet. Nam non
potest dici, quòd in causa accusationis, vel inqui-
sitionis enormis criminis, dicatur, quòd sumus
in delicto enormi; cùm non constet, quòd reus
accusatus, vel inquisitus cōmiserit tale delictum;
quia si hoc constaret, vlterius reus non accusare-
tur, vel inquireretur, nec contra eum procede-
retur de tali delicto, sed puniretur pro ipso deli-
cto pœna congruenti: sed in tali casu de necessi-
tate debemus dicere, quòd non sumus in tali e-
normi delicto, sed sumus in imputatione talis e-
normis delicti: ideo meritò locum non habent
superius adducta. Nam non sequitur, talis est ac-
cusatus, vel inquisitus de tali enormi crimine:
ergo est verè reus talis criminis? Ad quod ego
adduco text. not. in l. fina. versic. non statim reus
extimetur. C. de accusatio. item adduco text. in
l. furti. in principio in versicu. pendente iudicio
nondum inter famosos habetur, ff. de his qui no-
tāt. infamia & facit textus in l. 1. & in l. nullam. C.
ex quibus cau. insa. irroga. Et facit etiam. Nam
37 non statim † quòd quis accusatur, reus est: sed
qui conuincitur. ita dixit textus in cap. finali, 15.
quæstio. vltima, & in cap. nonne. 8. quæstio. 4. Et
quòd in crimine enormi debeant seruari solem-
38 nitates, † quæ seruantur in alijs criminibus pro-
bat ipse exemplo criminis læsæ maiestatis, quod
vtique est enormissimum; & tamen in ipso inqui-
rendo inditia debent præcedere torturam, sicut
in criminibus non enormibus. textus est not. &
ibi glosa, Cynus, Baldus, & Salycerus in l. si quis a-
licui. C. ad l. Iuliam maiestatis, quod etiam vo-
luit Angel. de Aret. in tracta. suo malefic. in ver-
sicu. *che hai tradito la tua patria*. in primis verbis.
& Dominus Franciscus Brun. in suo tracta. de in-
ditijs & tortura. char. 9. in colum. post med. &
sic ex istis omnibus (inquit vbi supra Hyppolitus
de Marsilijs) satis patet per iura & rationes supe
rius adductas, quòd in enormibus criminibus
requiruntur indicia solemnia, & aliæ solemnita-
tes, quæ requiruntur in criminibus non enormi-
bus. & patet etiam quòd illud, quod dixi, quòd
propter enormitatē delicti licitum est iura trans-
gredi, habet locum in puniendo, quando constat
reum esse verum delinquentem: secus autem in
procedendo, quia in processu nondum verè scitur
an accusatus, vel inquisitus sit verus delinquens,
nec ne. & hoc etiam locum habet solùm in Magi-
stratibus maioribus, secus in minoribus, vt sunt
Potestates, & Iudices terrarum, qui iurauerūt ser
uare statuta; nam tales non possunt leges, statuta,
nec consuetudines transgredi. ita dixit Bald. in
Authentica hodie. C. de iudic. quem refert, &
sequitur Iason in §. ex maleficijs, in 2. colum. in-
stitutio. de actio. hæc omnia Hyppolitus de Mar-
silijs, vbi supra. qui ex prædictis videtur docuis-
se, quòd in crimine assassinij, quod est enorme,
non debeant ommitti solemnitates iuris, ac per
consequens, quòd nulla sit depositio testium de-
ponentium non citata parte aduersa, cùm hoc re-
quiratur de solemnitate iuris (vt latius loco suo
39 probabitur.) Tamen si benè librabuntur † dicta
ipsius Hyppoliti: nam ex ipsis elucebit, quòd nū-
quam hoc ipsum docere voluerit: cùm hoc dixe-
rit segulariter, de omni crimine etiam enormi,
non tamen sequetur, quòd hoc docuerit de crimi-
ne assassinij, quod elicitur apertè, tum quia quā-
do docuit de ipso crimine specialiter hoc non di-
xerit, imò simpliciter fuit sequutus Paridem de
Puteo hoc expresse docentem: cùm etiam quia
de hoc fiat peculiaris sermo in dicto capitu. 1. de
homicid. in sexto, quod videtur correctorium a-
liarum legum, in quibus dicitur, quòd in crimini-
bus puniendis requiruntur probationes luce me-
ridiana clariores: & tamen in dicto cap. 1. conce
ditur Iudicibus, vt ad puniendum huiusmodi cri
men assassinij moueantur argumentis probabili-
bus, quibus vtique moueri non debent Iudices ad
alia crimina punienda: nec obstat præsenti deci-
sioni exemplum, (quod subintulit vbi supra Hyp-
politus de Marsilijs) de crimine læsæ maiestatis,
in quo indicia debent præcedere torturam, cum
hoc inde non negetur etiam in casu assassinij: Ex
his ergo omnibus patuit Hyppolitus de Marsilijs,
se subscripsisse præsenti declarationi septimæ, quod
& apertius elicitur ex ijs, quæ rursus de eodem
ipsemet in repetitio. l. vnius facinoris. §. cognitu
rum, nume. 76. versicu. & facit quod voluit, ff. de
quæstionibus. vbi refert & sequitur Paridem de
Puteo vbi supra. dicentem, quòd Iudex contra as-
sassinum poterit procedere ex mero officio suo, &
allegat plura. & dicit postea, quòd propter im-
manitatem assassinamenti proceditur iuris ordi-
ne prætermisso, & quòd in hoc crimine non exi-
gitur plena probatio, sed sufficit constare per pro
babilia argumenta: si ergo per eum in tali crimi-
ne poterit Iudex procedere iuris ordine præter-
misso? inde sequitur, quòd valeat depositio te-
stium facta contra accusatum, vel inquisitum de
crimine assassinij, ipso non citato ad videndum
iuramenta testium. Idē docuit Raymundus Pius
Fich. & habetur, in thesauro communium opinio
num in versicu. assassinium. Idem docuit Hyppol.
Bonacossæ. in dicto thesauro. eodem versicu. as-
sassinium. Idem docuit Bossius in sua praxi crimi-
nali. titu. de mandato ad homicidium, nume. 20.
versicu. sed difficultas est, idem docuit Franc. co-
lum. 2. Apostil. ad Abb. in cap. 2. colum. 3. extra de
testibus. Idem docuit Antonius Gabriel. in lib. 7.
conclusionum. tit. de maleficijs cōclusione prima
num. 21. vers. primò infertur.

Declarandus erit & octauo, dictus textus in di
cto cap. 1. de homicid. in sexto. dicendo ipsum
habere locum quoad faciendum indicium ad tor
turam contra inquisitum de assassinio, depositio
testis deponentis de auditu auditus & si regulari-
40 ter huiusmodi testis non probet, † vt habetur in
cap. testes, 3. q. 9. & in l. testiū. C. de testibus. & ra-
tio est, quia tale dictum testis de auditu auditus
facit qualem qualē præsumptionem, seu coniectu
rā, vt singulariter docuit Hyppolit. de Marsilijs,
in sua praxi crimina. §. examinanda, nu. 29. citans
ad hoc Archid. in cap. hoc videtur. 22. q. 5. quem
retulit, & sequutus fuit Ludo. Roma. in repet. l. si
vero. §. de viro. in vltima colum. ff. soluto matri-
monio. & Alexand. in consil. 77. incipien. In cau-
sa accusationis de crimine falsi. in 1. vol. & Paul.
de Castro in consilio 17. incipiente in causa, quæ

vertitur

vertitur Parmæ. quos refert, & ſequitur Iaſon (vt
ipſe Marſil. vbi ſupra refert) in l. admonendi. in co
lum. 65. in principio, ff. de iureiurando, idem do-
cuit Antonius Gabriel in lib. 7. concluſionum. ti-
tu. de maleficijs, concluſione 1. num. 22. verſic. ſe-
cundò infertur. & ratio iſtius declarationis octa-
uę eſt, quia in puniendo crimine aſſaſſinij proce-
ditur omiſſo iuris ordine, vt docuerunt omnes Do
ctores citati ad probandam declarationem ſepti
mam, & in ſpecie Antonius Gabr. vbi ſupra, nu.
23. Hippol. de Marſil. in l. vnius. §. cognitorum. co-
lum. 14. ff. de quæſtionibus Grãmaticus noſter in
voto 8. nu. 5. & voto 9. nu. 17.

41 Nonò declara, ſocius † in aſſaſſinij crimine
poterit interrogari, & ipſius depoſitio faciet indi
cium ad torturam, vt docuerunt Berta. in verſic.
mandatarius. in vlt. col. in vlt. verſiculo. Alex. in
conſi. ſuo 88. incip. Quoniam omne. in col. penul.
verſic. præterea. in vol. 5. vbi dixit, quòd teſtes de-
ponentes de mandato, & commiſſione ſibi facta
ſunt idonei. & hos refert, ac ſequitur Marſil. in l. 1.
§. Diuus Antonius, num. 9. verſic. an autem manda
tarius. Bal. in l. non ideo minus, in princ. C. de ac-
cuſat. Iaſon in conſil. 103. vol. 4. Caſſan. in conſuet.
Burg. fol. 47. col. 4. verſ. & aduerte. & Antonius Ga
br. in lib. 7. concluſionum. titu. de malef. concluſ.
1. nu. 25. verſ. ſextò amplia.

Decimò amplia ſpecialia dicta in tali crimine,
dicendo, quòd reus de tali crimine aſſaſſinij in-
42 quiſitus † poterit renunciare defenſionibus, vt do
cuerunt infraſcripti Doctores, videlicet Hippol.
de Marſil. in l. vnius facinoris, §. cognitorum, nu.
76. ſequens Par. de Puteo in tract. de ſyndicatu. Lu
do. Carrerius in ſua praxi crim. titu. de homicidio
commiſſo verbo, & lingua, nu. 39. verſ. item licèt
aliàs. Antonius Gabriel in lib. 7. concluſ. titu. de
maleficijs. concluſ. 1. nu. 26.

Vndecimò amplia ſpecialia dicta in crimine
aſſaſſinij, dicendo, quòd in deteſtationem huiuſ-
modi atrociſſimi criminis introductum eſt, quòd
43 aſſaſſinus, id eſt confeſſus, † vel conuictus de aſſaſ-
ſinio (nam ſic meo iudicio interpretanda erit ſen
tentia infraſcriptorum Doctorum) ſine alijs indi-
cijs præcedentibus, poſſint torqueri, vt indicet
mandantem. Doctores, qui ſe ſubſcripſerunt præ-
ſenti declarationi fuerunt, Bal. in l. non ideo mi-
nus, col. 1. C. de accuſat. Alex. poſt Barr. & in d. l. &
inſuper ipſe Hippol. de Marſil. in ſua praxi. crim.
§. diligenter, nu. 156. verſ. & in hac materia. aſſerẽs
hoc eſſe notatu digniſſimum, quia quandoq; acci
dit in facto, & quòd ipſe viderit hunc caſum ple-
rique in facto.

Amplia ſupradicta dicendo, quòd in tantũ hoc
crimen exoſum eſt, quòd etſi regulariter manda-
44 tor † puniendus ſit in loco mandati, & in loco de
licti exequuti, tamen mandator aſſaſſinij punien
dus erit in loco delicti exequuti, vt docuit Paulus
de Caſtro in l. ſi vt proponitur. ff. de fideiuſſ. Hip-
pol. de Marſil. in l. 1. nu. 252. C. de rapt. virg. quos
refert, & ſequitur Antonius Gabr. vbi ſup. nu. 27.

Singulare eſt in puniendo hoc crimine aſſaſſi-
nij: quoniam procedetur ad puniendum inculpa-
45 tum de aſſaſſinio † quotieſcunque concludenter
probata in iudicio fuerit huiuſmodi qualitas aſ-
ſaſſinij ſine aliqua alia ſententia diffidationis ex-
communicationis, & aliarum pœnarum in d. c. 1.
de homic. in ſexto, contentarum: niſi ſola decla-
ratoria, quòd ſit obnoxius criminis aſſaſſinij, quã-
uis in ſententia ipſę pœnæ non exprimerentur.
Hæc declaratio probatur triplici medio. Primò
enim per apertiſſimum textum in d. c. 1. de homi-
cidio in ſexto, §. fin. vbi hæc ad verbum habentur,
videlicet. [Et poſtquam probabilibus conſtiterit
argumentis aliquem ſcelus tam execrabile com
miſiſſe: nullatenus alia excommunicationis, vel
depoſitionis, ſeu diffidationis aduerſus eum re-
quiratur.] hæc ibi. Probatur & ſecundò infraſcri-
ptorum Doctorum auctoritate. Nam hoc ipſum
elegantiſſimè inter alios docuit Archid. in d. c. 1.
col. 1. in verſ. & nota, quia hic dicit littera. [Poſt-
quam conſtiterit.] his verbis vtens, videlicet. Ex
quo patet, quòd ſicut aliquis non eſt vitandus tã-
quam excommunicatus, vel pro excommunicato
habendus, niſi conſtet de ſententia Iudicis, vel
Canonis: ſic nec tãquam diffidatus impugnãdus,
niſi & hoc prius iuſta ſententia diſcernat, & ideo
errant Principes, & milites ſeculares contrarium
facientes. & in verſ. requiratur, quòd hic dicitur,
intellige ſic, id eſt non eſt neceſſe exprimi in ſen-
tentia de pœnis prędictis, ſed hoc ipſo, quòd pro-
nunciatum fuerit in genere eum fautorem aſſaſ-
ſinorum: ſententia ſuos prædictos ſortietur effe-
ctus, quamuis in ipſa ſententia ſpecificati nõ fue
rint: Nam & hoc ipſo, quòd quis de crimine capi
tali condemnatus eſt, ſubintelligitur tacitè de cõ
fiſcatione bonorum, & hoc ipſo, quòd Iudex pro-
nunciauit accuſatorem calumniam commiſiſſe,
ſufficit etiam ſi in ſententia nihil adijciat: nam fa
cti quidem quæſtio eſt in arbitrio iudicantis, pœ-
næ verò executio non eius voluntati mandatur,
ſed legis auctoritati reſeruatur, vt in l. vlt. ff. de
pu. iudi. & eodem modo intelligi debent omnia
iura Canonica, & concilia, quibus continetur ip-
ſo iure, vel ipſo facto aliquem puniri bonorũ con
fiſcatione, vel quacunque alia pęna, ſcilicet vt nõ
ſit opus exprimi in ſententia, quòd bona cõfiſcen
tur, vel quòd alia pœna infligatur. ſed ſufficit in
genere pronunciari, & declarari eum culpabilem
illius criminis, de quo actum eſt. Hæc omnia Ar-
chidiaconus vbi ſupra, cuius ſententiam ferè ad
verbum retulit, & ſequutus fuit Ioannes And. in
d. c. 1. colum. 4. in fine. Idem docuit Petrus de An-
char. in d. c. 1. colum. 4. verſ. quartodecimo nota.
ſequens Archid. & Io. And. vbi ſupra. Idem docuit
Geminianus in d. c. 1. §. ſacri. col. 3. verſic. quæro.
quare non requiratur ſententia ſuper iſto crimi-
ne. Idem docuit Philippus Franchus in d. c. 1. col.
4. verſ. vltimò nota, & ita allegatur.

Limitanda erit quinta declaratio d. c. 1. de ho-
mic. in ſexto, dicendo ipſam veram, ſcilicet quòd
46 Iudex † ſecularis poſſit punire clericum aſſaſſi-
num, quando dicta qualitas aſſaſſinij de qua in di
cto c. 1. habetur, concludenter probata appareat
in actis, vt requirere videtur text. in d. c. 1. Nam
47 regula eſt, quòd qualitas deducta † in accuſatio-
ne, vel inquiſitione eſt, quando lex, vel ſtatutum
requirit actum qualificatum, vel aliqua qualitas
eſſet neceſſaria ad aliquem actum, tunc neceſſariò
plenè probanda eſſet qualitas illa ad iuris pœ-
nam, aliter ſequeretur abſolutio rei. Probatur pri-
mò per argum. in c. licet cauſam. ext. de probat.
vbi Innocentius Tertius reprobat, & non admit-
tit probationem factam de crimine qualificato
propoſito, eo quòd non fuerit probata qualitas
ipſius. Dixi probari per argum. cum hic vacet ar-
gum. ab identitate rationis. Idem probatur per
argum,

argum. in l. 1. §. item illud sciendum est, ff. ad Sylla. vbi hæc habentur, videlicet. [Item illud sciendum est, nisi constet aliquem esse occisum non haberi de familia quæstionem: liquere igitur debet scelere interemptum. Vt Senatusconsulto locus sit.] hæc ibi. Dixi probari præsentem limitationem per arg in d. §. item, quia per se patet adesse arguendi rationem a simili. Nam sicut cum agitur de homicidio puniendo, semper erit probanda circumstantia illa, quòd illud tale homicidium fuerit scelere, seu dolo mediante perpetratum, vt pœna ordinaria possit puniri, sic arguẽdo ab identitate rationis, dicendum, quod qualitas illa, seu circumstantia in homicidio interuenta, quòd scilicet mediante pecunia fuerit perpetratum necessariò debebit constare in iudicio, vt inde clericus possit iudicari, & puniri pœna ordinaria statuta in d. c. 1. de homic. in sexto. Idem probatur per argum. in l. si per alium. §. docere. ff. ne quis eum. vbi hæc habentur, videlicet. [Docere autem debet quis per hanc exemptionem factam, quo minus in ius produceretur.] Idẽ probatur per argum. in l. Fulcinius, §. cùm hoc edictum. ff. quibus ex cau. in poss. eatur. vbi hæc habentur, videlicet. [Cum hoc edictum locum habeat, non sufficit eum latitare, sed necesse est fraudationis causa id fieri: neque quòd fraudationis causa sine latitatione fit, satis est ad possessionem, & venditionem: sed oportet fraudationis causa latitare.] hæc ibi. Dixi probari per argum. quia vtique indè talis regula elicitur apertissimè, sic arguendo. Nam sicut latitatio, sine fraude, seu non in fraudem, vel fraudatio sine latitatione neminem priuat facultate vẽdendi quod possidet, & hoc quia ius requirit actum huiusmodi qualificatum, idest latitationẽ in fraudem factam, sic arguendo a simili dicimus, quod cum dictus text. in c. 1. de homic. in sexto, puniat actum qualificatum, idest assassinium in persona Christiani perpetratum: Indè sequitur, quòd non habeat locum pęna inibi contenta, si probata non fuerit dicta qualitas, quòd in persona Christiani commissum fuisset dictum assassinium. Nam regula generalis hæc a Doctoribus infrascriptis traditur, scilicet quòd quando lex requirit actum qualificatum, tunc non sufficiet probare actum, sine illa qualitate. & idem dicitur, quando dicta qualitas fuisset necessaria ad aliquem actum, prout docuerunt etiam infrascripti Doct. videlicet Grãmaticus noster Neapolitanus in voto 11. num. 4. versic. considerato in primis, vbi loquens de proposito casu dixit, quòd Bal. in l. 1. C. de hæred. instit. formaliter dixerit, quòd si Iudex, vel lex dixerit, bannimus omnes latrones, vel assassinios: tunc ita demum pęnam, & effectum bãnitionis patiuntur aliqui, si sunt de tali facto inculpati per sñiam, vel per confessionẽ in iure factã, vel per euidentiã facti, vel legitimis probationibus conuicti de latrocinio, vel assassinatu, sicut de infamia, & excõmunicatione, vt in l. 1. & in l. ictus fustium, ff. de infam. & in c. olim. ext. de senten. excom. & sicut Iudex laicus possit punire clericum assassinũ, debet intelligi, dummodo qualitas assassinij probata appareat concludenter, vt docuit Ioãnes And. in d. c. 1. de homic. in sexto, vt etiam retulit ipsum sequens Decius in consi. 13. incip. Pro tenui facultate, colum. 2. in fine. versic. difficultas est, & vis tota. & ratio præsentis limitationis (quam ibidẽ subintulit Grammaticus) est, quia vbi a lege, vel statuto profertur aliquid cum aliqua qualitate, nedum statutum illud probari debet, sed qualitas etiam, vt in l. prætor. §. docere. ff. vi bono. rapt. & in l. 1. §. ait prætor. & ibi Bart. ff. ne quid in flumine publico: alias qualitate illa non probata, non diceretur legitima probatio secundum Iac. de Aret. & Cyn. in l. 2. C. de probat. Ioan. And. in addit. Specul. in titu. de accusat. & inquisit. in rubr. Glo. in l. si eum actum. ff. de nego. gest. Bart. in l. denunciasse. §. quid tamen. ff. de adult. Bal. in l. 1. C. qui accus. non poss. & in l. edita. in repet. C. de edendo. Et
48 maximè cùm simus in qualitate, † quę fundat, & priuat iurisdictionem, de qua ante omnia debet plenè constare, vt in l. 2. §. sed si dubitetur. ff. de iudi. & ibi p Doctores, & maximè per Bal. & alios. & in l. si quis ex aliena. ff. de iudi. Bar. & Bal. in l. præscriptione. C. si contra ius. vel vtil. publ. & in l. 2. ff. si quis in ius voc. non ierit. Et tenera Decius vbi supra hoc docuit tradens hanc regulam peroptimam, dicens, quòd ad hoc vt statutum habeat locum, qualitas requisita a statuto debet verificari. vt in d. l. 1. §. ait prætor. Idem rursus docuit ipsemet Grammaticus in consi. 1. de foro Iud. incip. In comprehensibilis Dei suffragijs, nu. 50. & 51. Addens quòd idem teneant Bal. in l. si quis non dicam. C. de Episcopis, & cler. Alex. in consi. 1. incip. Viso processu in 3. volum. & in cons. 172. vol. 2. incip. Visis. & in consi. vlt. incip. Viso processu. volum. 2. in consi. 41 incip. Visis. volum. 3. Hoc ipsum quoque docuit Ludo. Carrerius in sua praxi crim. titu. de homicidio commisso verbo, & lingua. num. 18. vers. facit nam qualitas. Vbi probat, quòd qualitas, quæ defert iurisdictionem, ante omnia debet discuti, & probari plenè, & concludenter. vt per Doctores in l. 2. §. sed si dubitatur. ff. de iudicijs. Qui Carrerius ibidem. nu. 19. dixit, quòd illa qualitas assassinij deferens iurisdictionem laico debeat probari, eo quod vbi a lege, vel statuto disponitur aliquid cum certa qualitate, qualitas illa est probanda, aliàs qualitate nõ probata non dicitur legitima probatio, vt per Cynũ, & alios subscriptos. Dicit quoq; ipse Carrerius ibidem, quod in specie, quòd qualitas ista assassinij est probanda, vt deferat laico iurisdictionem. Idẽ docuit Ioannes And. in d. c. 1. col. 3. versic. Christianorum, dicens notandum fore text. ibi non dixisse [Hominum,] sed [Christianorum,] & quòd per hoc defenderit quendam Prælatum, contra quem fuerat probatum, quòd fecerat occidi homines per assassinos. & quod debeant aduocati esse cauti in formandis articulis, & seruare verba, & quòd hic Canon non includit alios assassinos. hoc Ioan. And. vbi supra. Ex quibus omnes Doct. elicitunt dictam regulam contentam in præsenti limitatione. Idem rursus docuit ipsemet Io. And. in c. auditis. col. pen. vers. quidam Bidellus. ext de præscript. dicens, quòd hoc ipsum practicauerit; eo quòd quidam Bidellus conduxerat equum ad certum locum, qui mortuus est naturaliter in via, vt dicebatur: locator petebat emendam equi: cõductor probauit equum naturaliter mortuum, sic in genere: quia probauit per illos, qui secum erãt, quod equus, quem equitabat, die tali mortuus fuerat naturaliter: dicebat locator probasti vnum equum mortuum, sed non illum, quem tibi locaui, quare probatio te non iuuat, & benè dicebat, vt hic patet: debuerat ergo formasse articulos super inter signis equi, & probare illum equum mortuum,

tunm. ſic vidi etiam in quodam infortiato, quòd ſcolaris debetur poſt annum a creditore vniuerſitatis mercatore, qui dicębat ſe vendidiſſe, quòd licebat ex pacto, & probauit, quòd vendiderat voum Infortiatum, ſed probatio nõ profuit, quia non probauit de illo, cuius interſignia debuerat in capitulis expreſſiſſe, vt elicitur ex d.c. auditis. Hæc Ioannes And. quem ſequuntur ibidem Anto. de Butr. colum. penult. verſic. & dicit Ioan. And. Panorm. nu. 25. verſ. & dicit Ioan. And. Idem rurſus docuit Decius in c. 2. col. 5. nu. 17. ext. de reſcriptis, dicens, quòd ſit regula generalis, quòd vbi aliqua qualitas in diſpoſitione requiritur, illa debet probari. & in conſi. ſuo 356. incip. In cauſa Dominæ Martæ, nu. 4. verſ. & ad hoc. vt ſtatutũ habeat locum, & in conſi. 13. incip. Diuino implorato præſidio, nu. 5. in verſic. difficultas eſt, & vis. Quapropter idem confirmans Panorm. in c. examinata, nu. 6. verſ. & vide vnum notabile. Cyn. in l. 2. C. de probat. ext. de iudicijs. dicens, quòd ſi in inquiſitione, vel accuſatione dictum eſt de percuſſione, cũ ſanguinis effuſione, poſtea probatur tantum de percuſſione, debet ſequi abſolutio, etſi poſtea poterit inquiſitio, vel accuſatio inſtitui ſuper ſola percuſſione quòd notandum erit. Idem rurſus docuit in c. conqueſtus. num. 6. verſ. ſecundo colligitur. ext. de foro compet. dicens, quòd colligatur ſecundò ex Innoc. & Ioanne And. quòd fundans ſe in libello ſuper certa qualitate, ſi eam non probat, ſuccumbit, quod ſatis patet, quia ſi illa non probatur, non videtur factum in iudicium deductum, vt not. in c. cum ſit. ext. de foro compet. & per Cyn. in l. 2. C. de probat. vbi not. dicit, quòd ſi fit inquiſitio, vel accuſatio de inſultu cum armis, vel de percuſſione cum ſanguinis effuſione, ſi poſtea probatur inſultus, ſed nõ cum armis, vel percuſſus ſine ſanguinis effuſione, venit reus abſoluendus, quia non videtur hoc factum probatum fuiſſe in iudicio deductum, deficiente qualitate: facit c. fin. ext. de reſtitutione ſpoliat. & nota bene hæc duo dicta. Hæc Panormitanus, quòd etiam in c. licet cauſam. nu. 31. in fine, & ſequenti. ext. de probat. dixit, quòd quando vnum venit, vt qualitas ad alterum, vnum eſt factum in effectu, licet qualificatum. Vnde ſi quis probat factũ ſine qualitate, non probat id, quod propoſuit, ſed eſt aliud factum. iuxta not. per Cynum in l. 1. in fine. & in l. 2. C. de probat. & indè meritò non obtinet. & concludendo dicenda in hac materia ipſe Panormitanus ibidem, nu. 33. verſic. Quapropter ego diſtinguerem ſic. Quod aut aliquid fuit deductum in libello, aut articulo qualificato. Exemplũ in text. d. c. vel pone aliud: ſi dico, quòd Titius Sempronium percuſſit cum effuſione ſanguinis, vel quòd inſultauit eum cum armis: aut plura fuerunt deducta non qualificatiuè, ſed copulatiuè, præſertim in eadem oratione. Primò caſu credo. (inquit Panormitanus ibi) quòd nec in cauſa priuata, nec publica, ſeu vbi vertitur commodum publicum, ſufficit probare factum ſine qualitate, vel ipſam qualitatem ſine facto, quia iſtud probatum nunc non eſt illud, quod deductum in libello, vel articulo, ſed aliud: vt in l. denunciaſſe. ff. de adulter. & in c. fin. ext. de reſtitu. ſpoliat. & eleganter per Cyn. in l. 2. C. de probat. vbi dicit, quòd ſi per accuſationem, vel inquiſitionem fuit proceſſum contra aliquem ſuper inſultu cum armis, vel percuſſione cum ſanguinis effuſione, & ſolũ fuit probatus inſultus, vel percuſſio ſine armis, non debet ſequi condemnatio: quia hoc eſt aliud factum. Et poſſet, vt credo, attentari, quòd etiam in alio ꝓceſſu non faciant fidem ille probationes etiam ſuper nudo facto: quia teſtes depoſuerunt extra articulum, & ſic non iurati. & ideo voluit ſimpliciter hic textus, quòd probatio alterius non ſufficiat. hæc omnia Panormitanus vbi ſupra, qui idẽ confirmauit in c. ſignificauit. num. 5. verſ. vltimò nota. ext. de appellat. qui rurſum latius idem prorſus docuit in conſi. 78. incip. Viſo toto proceſſu. in lib. conſi. 1. col. 3. nu. 1. verſ. accuſatio enim debet ex toto, dicens, quòd accuſatio debeat ex toto probari, ita vt probatio ipſam acceſſoriè concludat. vt in c. in præſentia. ext. de probat. Quapropter Bart. notanter dixit in l. 2. C. de probat. quòd ſi fuit facta accuſatio, vel inquiſitio de inſultu facto cum armis, vel de percuſſione cum ſanguinis effuſione, & poſtea probatur ſimplex inſultus, ſine armis, vel percuſſio ſine ſanguinis effuſione, debet fieri abſolutio, quia non probatur qualitas actus deducti in accuſatione. Ad hoc l. denunciaſſe. §. quid m̃. ff. de adulter. & in l. 2. ff. vi bo. rapto. cum ſimil. hæc Panormitanus, vbi ſupra. Attamen bona pace tanti viri dixerim, hoc non dixit Bart. in d. l. 2. ſed bene de hac materia loquutus fuit ipſe Bart. in l. denunciaſſe. §. quid tamen. ff. ad l. Iul. de adulter. vbi poſtquam retulit contrarias Doctorum ſententias circa præſentẽ queſtionem tali peroptima diſtinctione vſus fuit di-
49 cens, quòd quandoque illa † qualitas, quæ non
probatur facit ceſſare propoſitam actionem, ſeu
accuſationem, & tunc debet ſequi abſolutio, ita
loquitur l. prætor, la ſeconda, §. hæc autem actio.
verſ. docere. ff. vi bonor. raptorum. Nam niſi homi
nes ſint coacti, vel in turba ſit factum, non habet
locum illa accuſatio. Quandoque illa qualitas nõ
facit ceſſare accuſationem propoſitam. Et tunc
quandoque alterat factum, ſeu crimen, quia facit
illud eſſe aliud factum: tunc niſi qualitas probe-
tur, non poteſt ſequi condemnatio: caſus eſt hic.
Quandoque non alterat factum: tunc ex eodem
proceſſu poteſt ſequi condemnatio caſus eſt hic.
Tamen hìc eſt aduertendum, quia ſi effectus con-
demnationis eſt diuerſus propter illam qualitatẽ,
debet detractio illius qualitatis fieri præcedente
iudicio, aliàs non poteſt ſequi condemnatio. vt in
l. in delictis. §. ſi detracta. ff. de noxali, nec obſtat,
l. bouem. §. aliquando, ff. de edi. edict. quia vbi ver
ba petitionis poſſunt adaptari ad redhibitoriam,
ſicut ad actionem quanto minoris. Nam quod ni
hil eſt, minus eſt, vt ibi patet. Tamen pro declara
50 tione oportet nos videre, quæ ſunt illa, † quę mu
tant delictum, & alterant accuſationem. Quapro
pter ſciẽdum, quòd quoddam eſt tempus, in quo
aliquid fit, & iſtud facit videri diuerſam rem eſ-
ſe, & diuerſum factum. vt in l. teſtium. C. de teſti-
bus. Nam quoddam eſt tempus, in quod confer-
tur effectus alicuius rei, vtputa, ſolutionis effect9,
& iſtud non facit videri rem diuerſam. Idem di-
co de loco per eadem iura. Nunc ad propoſitum
ſi ego dicerem, quòd Titius interfecit Seium tali
die, & probaretur de alio non poſſet ſequi cõdem
natio, quia alia res eſt: nec poſſet fieri detractio,
quia eſſet nouam rem in iudicium deducere, &
non eſſet adijcere, vel detrahere qualitatem pri-
mam, ſed ſi ego poſuiſſem in libello accuſatorio
diem effectus, quòd ex tali vulnere eſt mortuus

tali

tali die post vulnus illatū:tunc istum possum mulctare,quia non facit videri nouum delictum, neq; alterat ipsum per iura præallegata, & idem dico in loco. Per ea tamen quæ dixi,non denego quin, quando mensis est tantum præpositus, non possit declarari dies illius mensis: quia illud non est mutare tēpus,sed magis declarare,& limitare. Hoc autem posse fieri,dixi in l.is qui reus.ff.de pub.iu di.hæc omnia Bart.qui peroptimè docuit,ac approbauit præsentem nostram limitationem,prout fecit quoque breuius in l.quid ergo.§.pœna grauior nu.15.vers.breuiter illud non placet.ff.de his qui not. infam. & quòd vera sit regula illa a Doctoribus tradita,quod delictum qualificatum contentum in lege,statuto articulo, vel in aliqua propositione producta in iudicium non venit puniendum pena statuta is, contra quem probatur delictum sine qualitate,sed absoluendus. Qui Bar.idē docuit in l.Fulcinius.§.cum hoc ff.quibus ex cau. in poss.ea.dicens,quòd quando lex requirit actū cum limitatione non sufficit actus sine limitatione:nec limitatio sine actu,& idem dicitur, quando lex requirit actum, cum aliqua qualitate,non sufficit actus sine qualitate,vel qualitas sine actu. & idcircò ipse dicebat in l.Diuus.ff.de re iudi.q quando quis dicit se superatum ex dictis falsaru attestationum testibus corruptis: & sic limitat dictum suum,quòd testes dixerūt falsum, corruptis: tunc non sufficit probare corruptelam sine falsitate,nec falsitatem sine corruptela:& ratio est,quia me astrinxi loquendo limitatiuè: sed si aliquis loqueretur non qualificando,sed ponendo duas res copulatiuè,vel prætor in eadem lege diceret,qui latitauerit,& qui in fraudem cōmiserit, tunc non loquitur limitatiuè, quia unum verbum nō venit ad qualificationem alterius:sed vtrumque principaliter venit,& in vtroque verificatur per se. Idē quoque rursus docuit Bar.in d.l.Fulcinius.§.quid sit autem. num.2.vers.ex hoc dico,dicens quòd si quis diceret in libello se fuisse oppressum falsis attestationibus,quia fuerunt corrupti pecunia:& probaret testes falsum dixisse,& fuisse corruptos: sed non probat fuisse corruptos, vt contra eum dicerent,certè non sufficit: casus est hic,quod tenendum menti erit. Lex requirit testes in testamento esse rogatos: certè debent esse rogati ad hoc.ideo ponendum erit in testamēto testes fuisse ad hoc rogatos.hæc Bart.vbi supra,qui idipsū repetēs in l.1.§.quod autem ait prætor.ff.ne quid in flumine.dicens,quòd quando a lege profertur aliquid cum aliqua qualitate,debet vtrumq; probari,scilicet illud & qualitas eius,vltra Doctores supradictos docuerunt & infrascripti, videlicet, Felinus in c.2.col 12. vers.restringitur quinq; modis. ext.de rescriptis. Antun.de Butrio in d.c.2. col fin.vers.si est dubium, an se astrinxit; vel non. Vbi dicit, quòd est dubium an se astrinxerit ad probandum, vel non, tunc erit distinguēdum, dicendo,quòd aut plura copulantur in eadem oratione, quorum ad alterum venit qualificatiuè: & tunc non sufficit alterum probare, quia in dubio videtur se astrinxisse.casus est in c. licet causam. ext.de probat.& ibi Doctores.Idem docuit Inno. in d.c.2.Idem docuit in casu nostro apertius Felinus in c.auditis, col penult.nu.55. vers.secunda conclusio. ext. de præscript. loquens de materia d.c.1.Idem rursus repetijt Ant.de Butrio c.exhibita. colum.fin. in versic.dic secundum Bart. ext. de iudicijs. & in c.s.col.fin.vers.si est dubiū. ext. de rescript. idem docuit Franch. in c.significauit. col.2. nō.vlt. ext.de appellat.docuit dicens, q licèt in rescripto, vel in libello appellationis ac-
51 cumulentur,† & narrentur plures causæ,quarum quælibet de per se sufficeret, & concluderet necessariò ad intentionem partis : tūc non est necesse omnes illas causas probare,sed sufficit alteram tantum,vt hic in textu,& melius hoc probatur in c.exhibita.in fine ext.de iudicijs. vbi glo. not.ad hoc.Et intellige nisi vna causa veniat qualificatiuè ad alteram: vel quis se astrinxerit ad probandum:tunc enim deberent omnes probari,vt in c. licèt.ext.de probat.& in l.Diuus.ff.de sent. & re iudi.Hæc Philippus Franchus vbi supra. Idem docuit Bal.in d.c.licet causam. num.19. dicit,quòd qui intentat crimen contra aliquem se astringens explicitè,vel implicitè, ambo tenebitur probare explicitè, per se patet : implicitè verò is dicitur se obligasse ad duo probanda, qui vtitur vnitate sermonis,in qua duo continentur de per se probanda,vt in d c.licet causam.in quo intentauerāt, quòd corrupti falsum deposuerint : Nam vnitas sermonis diuisionem non recipit,vt in l.iam hoc iure.ff.de vulga.substitu. Item verbum, corrupti, est quædam qualitas,quæ intentata debet probari. Nam ille, qui qualificat dictum suum qualitate , quæ possit sibi inesse, ex qua surgat effectus, semper videtur se astrinxisse ad illam probandam etiam si excipiendo proponat, quia descendit ad speciem specialissimam.Nam nomen falsi est generale:nomen verò corrupti,est eius species, & qui intentat genus specificatum,tenetur illud probare in ipsa specie,seu cum ipsa.vt in l.3.§.hoc autē a Superiori.ff.de iti.actuque priua. hæc Bal ex cuius sententia patet ipsum se subscripsisse præsenti nostræ limitationi. eo magis quòd idem repetijt (vt docet Felinus in c.2.col.11.versic.restringitur quinque modis.) in l.certi.§.quoniam.vlt.col ff.si cer.pet.& in l.Titia. ff.solu.matrim. & in l.si quis non dicam. in 3.colum.C.de Episco.& cleri.& in l.matrē.C.de probat.Idē docuit Bart. in l.Diuus. num. 4. vers.sed aduerte. ff.de sent.& re iudi. vbi dixit, quòd differentia est, an quis in eadem oratione hoc ponat.Vt dico, quòd testes falsum dixerunt corrupti. & tunc videtur quis se astringere, vt hic, & in c.licèt causam. ext.de probat.ratio, quia illud adiectum, corrupti, qualificat totā orationem,& sic si hoc non probatur, non est probatum, quod intenditur : & hoc est de mente Iurisconsulti.infra titu.3. in l.Fulcinius. § 2.exponendo verba edicti. Aduerte quia tunc debent probare ipsos corruptos, vt ferant testimonium contra me:secus si probarem eos simpliciter corruptos, vt non ferant testimonium contra me.vt in d.l.Fulcinius §.quod si aduersus, tamen satis putarē sufficere si fuit corruptus,vt diceret testimonium in tali causa,si illa causa est mea. Aut quis hoc dicit in diuersis orationibus, vt quia dicit dictos testes falsos dixisse,& eos fuisse corruptos,& sic copulatiuè,vel per dictionem item. vt si diceret eos falsum dixisse.Item dico eos fuisse corruptos, tūc non videtur se astringere : sed sufficit si probet vnum.tunc enim videtur duas causas cumulare secundum materiam l.edita actio. C.de eden. & sic probatur vnum, licèt non aliud.hæc Bart. vbi supra.Idem docuit Iason in d.l.Diuus Adrianus.colum.4.in versic. adde quòd vbi duo, dicens, quòd vbi

52 vbi duo vel plura cōiunctim † sunt probanda de
ficiens in probatione vnius, deficit in toto. vt in
l.Titia diuortium. ff.soluto matrimonio, & ibi
Bal. & Ang.sicut astringens se ad probandum cer
tum tempus,quamuis non esset de necessitate, ta
men tenetur illud probare,aliàs succumberet se-
cundum Bart.in l.habebat.ff.de institu. & vt bre-
uiter me expediam, dico Iasonem se subscripsisse
ibi sententiæ suprascriptæ ipsius Bartoli Idē quo-
que docuit Aegidius Bossius in sua praxi crimin.
titu.de delicto,nu.3.4.& 5.vers.sed primò aduer-
te. Vbi dictam Theoricam Doctorum reducens
in practicam infrascriptis vtitur verbis notatu di
gnissimis,videlicet. Sed primò aduerte, quia di-
cit textus.(Adde tu, in l.1.§.item illud. ff.ad Syl-
lan.)quòd debet constare illum interemptum sce
lere, & sic non sufficeret si constaret simpliciter es
se interemptum:potuisset enim hoc fieri sine do-
lo,& scelere,vt de se patet, & habetur in l.proin-
de,la seconda,in princip.& ibi in Glo.ff.ad l.Aql.
debet igitur constare de qualitate mortis, quia
non dicitur constare de facto, nisi etiam constet
de qualitate facti, vt docet textus in d.l.si per a-
lium.§.docere.ff.ne quis eum, &c. Propterea di-
cebam aliquando in causa,maritum dedisse vene
num vxori,arguebatur, & Medici fecerant iudi-
cium,iuxta c.proposuisti. ext. de probat & asse-
ruerant eam mortuam esse ex dolore cordis, qui
potuerat oriri ex diuersis causis,& etiam ex vene
53 no,quòd non poterat procedi, † quia non consta
bat de delicto,nec eam scelere interemptam, ad
quod magis adducebat, quia Medici etiam non
affirmabant,an ex veneno dato,an in corpore ex
humorum malitia contracto decessisset, prout sę-
pe contingit,maxime in mulieribus ex retentione
mēstruorū, & consequenter probatio delicti erat
plusquam debilis. Immo si iudicassent, quòd ex
materia venenata decessisset,non expresso,an ve-
neno introducto,vel intus genito accidisset, ad-
huc nihil fuisset,quia infinitis vicibus gignitur ve
nenum in corporibus humanis, ex quo moriūtur
homines ex eo, quòd bibatur venenum: & eo in
casu etiam apparent signa, quæ solent ostendere
mortuos ex veneno dato: Interroga Medicos ex-
pertos,& ita esse comperies. Quapropter quando
casus occurrit, quia in mortuo apparent talia si-
gna, Medici non possunt firmare iudicium suum,
quando decesserit ex veneno immisso, nisi aliquo
alio extrinsecus apparent, puta, quando post as-
sumptionem pharmaci,vel cibi immediatè inci-
disset in maximam mutationem status sui deno-
tantem veneficium. Tunc possunt iudicare fuisse
venenum introductum, non per se ortum, ex quo
venenum natum non tam repentè operatur,sicu-
ti venenum datum,& ex quo illa medicina,siue ci
bus ille non potuisset producere tale accidens: in
his ergo standum erit Medicis vti peritis in ar-
te, & notat Bart. in proposito in l.fin. ff.de sicar.
Hæc Bossius vbi supra.Idem docuit Cęsar Vrsillus
in annot.super decis.297,nu.4.in vers.& de subie
cto qualitatis probandæ.Idem docuit Iason in l.
1.§.in eum.nu.3. vers.ex hoc. ff.ne quis eum qui.
dicens,quòd Pau.de Castro docuerit, quòd quan
do lex requirit actum qualificatum,nō sufficit ꝓ-
bare actum sine illa qualitate,vt in l.prætor,la se-
conda,§.docere,ff.vi bon.rapt.& l.Fulcinius.§.cū
hoc,ff.ex quib.cau.in poss.vbi Glo.not.& Bart.&
per hanc regulam Pau.de Cast.Mart.Sil.determi-
nasse stante statuto,quòd villa teneatur pro homi
cidio in ea commisso, quòd non sufficit si repe-
riatur corpus mortuum in illa villa:quia posset es-
se alibi mortuus,& postea in illam villam porta-
54 tus.& ratio prædictorum est,quia factum † qua-
lificatum censetur vnum, & idem: hinc est, quòd
sermo qualificatus censetur vnum, & quid indiui
duum.vt per Bar.in l.Aurelius.§.item quæsijt, cir
ca finem. cum simil. ff de lib.leg. sic iniuria ver-
balis qualificata censetur vna,vt si dicam,occidi-
sti hominem proditoriè secundum Bart.in l.item
apud Labeo.§.id quod dicitur,ff.de iniurijs. Ad
istam regulam adde, quòd accusans aliquem de
percussione cum sanguinis effusione, si postea so-
lum probet de percussione, debet reus in totum
absolui,secundum Cyn.Bal.Salyc. & Iac.de Aret.
in l.2.C.de probat.& Bal.rursum in l.in causis.C.
de accusar.& inquis.super rubr.Item ad istam re-
gulam adde,quod vult notanter Ioan.And.in c.1.
de homic.in sexto, vbi refert se liberasse quēdam
Prælatum a pęna imposita de iure Prælato facien-
ti assassinare Christianum, vt ibi est textus. Nam
fuerat plenè probatum per testes, quòd iste Præ-
latus fecerat assassinari vnum,tamen quia non fue
rat probata qualitas,scilicet, quod esset Christia-
nus,fuit absolutus,quia poterat esse vnus Iudęus,
vel aliter infidelis: hæc omnia docuit multis me-
dijs ipse Iason vbi supra, qui idem rursus innuit
in l.non hoc.col.3.nu.12.vers.nono ad istam regu
lam.C.vnde legitimi. Idem docuit Alex.in consi.
172.in 2.volum.quod incipit viso processu inqui
sitionis formatæ contra Antonium. in col.9. & in
consi.82.in 3.volum.quod incipit. Viso processu
causæ vertentis inter vniuersitatem.in 6.col.& in
consi.213.incip. Visis,& opportunè discussis.in 2.
colum.& in consi.365.incip.Viso processu inqui-
sitionis contra Peregrinum.& in consi.447.incip.
Viso processu in causa vertenti inter vniuersitatē.
in 6.col. Idem docuit Cæsar Vrsil in addit. decis.
Afflicti 297. num.4. versic.& de subiecto qualita-
tis.Idem docuit Cotta in memo. in vers.qualitas.
Tiraquel.in retra.consangui. in Glo.in vers.Indi-
cem.§.8.nu.17.& 20. qui in medio adducit innu-
meros Doctores idipsum sentientes.Idem docuit
Angelus de malef. in vers.Dominus Iudex. nu.7.
& sequent.incip.Quid si per adiectionē.Vbi con-
sequenter idipsum docuit, ibidem quamplurima
notatu dignissima addendo Augustino de Arimi
ne referens, & ipse alios quamplurimos Docto-
res. Idem docuit Iulius Clarus in sua praxi crim.
§.assassinium, in principio,& in quæst.85. versic.
vbi agitur de imponenda pęna.Idem docuit Bal.
in sua practica iudiciaria titu. quæstiones circa
probationes. §.tertiò quæritur, per totum. Idem
docuit Alex.in consi.166. incip. Videtur fortasse.
in fine,volum.7 Idem docuit Romanus in consil.
167. dicens hanc esse communem opinionem. &
hanc etiam sequitur Mattheus Gribaldus in suo
thesauro commu.opin.in versic.delinquens. & in
vers.qualitas.Idem docuit Bartholomeus Cepol-
la in consi.63.col.4. vers.& quando quid substan-
tiæ, &c. tradens hanc peroptimam regulam di-
cens, quòd quando quid substantiæ, vel qualita-
tis delicti intentati non fuerit probatum, tunc
dicendum erit ipsum delictum propositum non
fuisse probatum, & quòd per consequens punien-
dum non erit pœna ordinaria iuris communis,
aut municipalis, aliqua speciali pœna punientis
tale

tale delictum qualificatum intentatum, vt latius per ipsum ibi, quod rursus confirmauit ipsemet Cępolla in consilio 58. columna quarta, versic. postremò dico fortius, dicens, quòd quidam Franciscus accusatus de abductione cuiusdam mulieris non poterat puniri pœna indicta a statuto, cùm dictum statutum requireret, quòd mulier abducta sit honestæ vitæ, & bnnæ famæ, & cōditionis, & talis qualitas non fuerat probata contra ipsum per partem aduersam. Quapropter notanter dixerat Augelus, in l. vel negare. ff. quemadmodum testam. aper. quòd vbicunque optima opinio testium est causa inductiua plenę probationis, quæ aliàs pœna non esset: ibi de plena, & optima opinione est articulandum, & probandum. Vnde dicit, quòd Bononiense studium disponat ad probationem mortis alicuius, qui extra territorium decessit, quòd sufficiat probatio per tres testes optimæ opinionis deponentes de fama, non erit probata mors, nisi probetur illos testes deponentes esse optimæ opinionis, & famæ. & iccircò subdit ipse Bartholomeus Cępolla. Ita in proposito est dicendum cùm statutum disponat, quòd abducens mulierem honestæ vitæ, & bonæ conditionis, & famæ puniatur tali pœna. Ille qui accusat, & vult abducentem debere condemnari pœna statuti, debet articulare, & probare, quòd mulier abducta fuerit tēpore abductionis, honestæ vitæ, & famæ. Vnde cùm hoc prnbatum non fuerit, debet dictus Franciscus absolui a pœna statuti. & hoc quando lex, vel statutum requiret specialiter, ꝙ mulier abducta sit talis conditionis, vt incurrat pęnam statuti ipse abducens. hæc ille Doctor. Idē docuit Hyppolitus de Marsilijs loquendo tam de puniendo delicto qualificato, de quo specialis accusatio, vel inquisitio præcessit, quam quando agitur de ipso puniendo iuxta pęnas indictas a iure communi, & a iure municipali in quamplurimis locis. Nam in consilio septimo a nu 60. vers. nam qualitas deducta. vsque in finem consilij plenè id ipsum probat multis exemplis, ac quæstionibus propositis, ac solutis iurium Doctorumque auctoritate, quas longum esset hic recensere. Ex quibus ipse probat absoluendum fore accusatum, vel inquisitum de aliquo crimine qualificato, si qualitas deducta non suisset plenè probata, & idem asseuerat fore dicendum de reo puniendo a iure communi, vel statuto pœna indicta contra aliquē aliquod crimen qualificatum perpetrantē, si qualitas illa requisita a dictis iuribus plenè probata non fuerit. Quod quidem idem Hyppolitus rursus repetijt idipsum in infrascriptis locis (vtens ferè ijsdem verbis auctoritatibus legum Doctorum, & exemplorum, videlicet, in sua praxi crim. §. quoniam, a nu. 52. vsque ad nu. 59. & in suo singulari 187. incip. Qualitas apposita in accusatione. & etiam latissimè in l. si quis ne quæstio. a nu. 147. vsque ad nu. 157. exclusiuè, in quibus locis ipse docuit regulam illam generalem a me supra traditam in ipsa limitatione, & specialiter loquutus insuper fuit de casu proposito, scilicet de crimine assassinij. Idem docuit Anton. Gabr. in septimo lib. conclu. titu. de maleficijs. nu. 28. vers. declara omnia supradicta. Idem docuit Marianus Socin. iun. in thesauro commun. opin. versic. qualitas dicens hanc esse communem opinionem. Idem docuit Parisius in consi. 18. incipien. Potuit absque dubio. num. 20. volum. 1. Idem docuit Socin. iun. in consi. 159 incip. Magnifica Comitissa. num. 22. volum. 2. & in consi. 49. nu. 8. dicens hanc esse cōmunem opinionem. Idem docuit Hippol. Bonacoss. in thesauro commun. opinio. versic. qualitas asserens hanc esse communem opinionem dicēs, quòd in tantum regula citata in præsenti limitatione est vera, quod qualitas doli requisita a lege, a fisco, & ab accusante, est probanda, vt est cōmunis opinio iuxta Bursatum in consi. 94. num. 36. & consi. 20. num. 11. Inde etiam sequitur, quòd qualitas statuti etiam criminalis est articulanda, & probanda, siue quis agat, siue excipiat, vt est communis opinio, vt docuit Plot. in l si quando, num. 354. in fine. & num. 355. C. vnde vi. quam opinionem communiorem dicit D. Laurentius Occa. Ferrar. in consi. 60. inter consilia crimin. tomo 2. vbi dicit, quòd testes in criminalibus debent esse omni exceptione maiores, & ista qualitas est probanda, & articulanda. Idem docuerunt D. Hercu. de negatiua. nu. 155. Socin. in consi. 57. nu. 8. in 3 vol, Tiraquel. de retractu in § 8. in Glo. 7. num. 1. Moron. in tract. de fide, treug. & pace. quęst. 168. Personalis in tract. quorum bonor. nu. 546. Hinc etiam sequitur, quòd quando qualitas est fundamentum intentionis non solum sufficit probate intentionem, sed etiam qualitatem ipsius intentionis, vt docuit Curt. iun. in consi. 124. num. 11. dicens hanc esse communem opinionem. Idem docuit D. Brunorus a Sole in vnico suo consilio nu. 91. Vnde sic dicitur, quòd aliter veritas haberi non poterat: hoc haber probare, vt est communis opinio secundum ipsum Brunorum.

Et hæc pauca de multis sufficiant allata pro intelligentia præsentis nostræ quæstionis quotidianæ, & scitu dignissimę.

SVMMARIVM.

1. *Filij legitimi, & naturales qui dicantur.*
2 *Filij legitimi tantum qui dicantur.*
3 *Filij legitimi, & ciuiles qui dicantur, qui aliàs adoptiui appellantur.*
4 *Adoptiuus ab arrogato in quo differat.*
5 *Adoptio quid sit.*
6 *Filij legitimi, & spirituales qui sint.*
7 *Cognatio spiritualis quid sit, & vnde ortum habeat.*
8 *Cognatio spiritualis inter quos hodie contrahatur.*
9 *Filij naturales, seu uulgo dicti bastardi, qui propriè dicendi erunt, & qui impropriè.*
10. *Naturales filij in quibus succedant patribus suis.*
11 *Naturales filij an comprehendantur in materia odiosa appellatione descendentium, & exemplificatur in sententia fulminata contra eorum patres, & descendentes usque ad tertiam generationem, & quare.*
12 *Occidens patrem naturalem solum, an incurrat pœnam occidentem patrem legitimum, & naturalem.*
13 *Filij naturales appellatione filiorum ueniunt in materia in qua consideratur potius ius naturale, quàm ius positiuum, non autem in materia in qua consideratur potius ius positiuum, et hoc in quacunque dispositione pœnali, etiam statutaria, et exemplificatur.*
14 *Spurius idest natus ex coitu damnato, puta ex incestu, uel adulterio, an ueniat appellatione filiorum in materia pœnali examinatur.*
15 *Occidens patrem spiritualem qua pœna sit puniendus.*

16 *Filij*

16 Filij naturales an sint capaces bonorum suorum auorum, & quid de bonis suorum patrum.
17 Filij naturales non possunt vocare suos patres in ius, & quare.
18 Filij legitimi qui dicantur, & in quotuplici sint differentia.
19 Filij spirituales tantum qui dicantur.
20 Filij spurij qui dicantur, & quot modis appellentur.
21 Spurij vnde dicantur.
22 Spurij largo modo sumpti qui dicantur.
23 Spurius propriè sumptus quis dicatur.
24 Spurius vnde dicatur.
25 Spurij an succedant matri, & qualiter.
26 Coitus a iure damnatus quis dicatur.
27 Natus ex vxorato, & soluta non dicitur natus ex coitu damnato a iure ciuili, & quare, et an hic succedat patri.
28 Filius spurius scilicet natus ex vxorato, & soluta, licet post mortem vxoris illius pater duxisset in matrimonium dictam solutã, tamen non succedet dicto eius patri, probatur apertissimè.
29 Filij vulgo concepti qui dicantur.
30 Filij vulgo quæsiti, & spurij in quo conueniant.
31 Filij varij qui dicuntur.
32 Filij manzeres, qui dicantur.
33 Filij incestuosi, qui dicantur.
34 Filij nepharij, qui dicuntur.
35 Filij adulterini, qui dicantur.
36 Filij sacrilegi, qui dicantur.
37 Filij nothi, qui dicuntur.
38 Filij hibridæ, qui dicantur.
39 De familia dicuntur omnes de agnatione.
40 Filij naturales tantum, seu bastardi, an dicantur de familia, & domo alicuius, seu agnatione.
41 Bastardus quare dicatur filius alicuius secundũ naturã.
42 Familia dicitur nomẽ ciuile, quod nõ cadit in bastardũ.
43 Statutum disponens per nomen naturale, scilicet quod nobilis de patrimonio punitur in plus comprehendit bastardos, & quare.
44 De domo alicuius esse, quotuplex sumatur in iure. et an bastardus, seu naturalis dicatur de domo alicuius.
45 In materia exorbitanti fauor datus domui, seu familiæ alicuius, non extenditur ad naturales tantum, odium verò sic, & quare.
45 Cognatio tantum dicuntur de genere.
47 Statutum loquens sic quicunque de genere talis, an cõprehendat naturales.
48 Filius naturalis tantum non dicetur patri agnatus, nec cognatus, licet bene respectu matris, ac maternæ lineę.
49 Filij naturales tantum tunc cõprehenduntur in statuto loquente de illis qui sunt de familia, quãdo aliàs sequeretur absurdum, et sic in odiosis: ne habeantur ipsi melioris cõditionis filijs legitimis, et naturalib. et quare.
50 Statutum loquens quod omnes qui sunt de domo, &c. quando comprehendat bastardos, & quid si dicat omnes de familia.
51 Pœna in sui prima diuisione quotuplex sit.
52 Pœnæ iudiciales ortũ habentes a iure ciuili quot sint.
53 Pœnæ iudiciales introductæ de iure Pontificio quot sint.
54 Pœnæ personales quæ dicantur.
55 Pęnæ reales in odium personarum inductæ secundum Canones, quæ sint, & quæ mixtæ.
56 Pœnæ introductæ de iure Diuino quot sint.
57 Pęna venit minuenda, vel aggrauanda septem modis.
58 Puniendus an aliquis veniat pro culpa alterius.
59 Anima quæ peccauerit ipsa morietur.
60 Pœna dupliciter poterit considerari.
61 Pœna qua vnusquisque poterit puniri est in triplici differentia.
62 Pœna spiritualis æterna quæ sit.
63 Pœna corporalis est duplex.
64 Pœna spiritualis temporaria est quadruplex.
65 Pœna spirituali æterna quis erit puniendus.
66 Imitator operum malorum alicuius, punietur & ipse.
67 Pœna corporalis quæ circa corpus consistit sæpe quis punitur pro culpa alterius.
68 Pœna seruitutis vel infamiæ sæpe vnus punitur pro alio.
69 Pœna spiritualis temporaria est quadruplex, & aliquando quis punitur illa peccato alterius.
70 Excommunicationis in pęnam tam maioris, q̃ minoris nunquã quis incidit sine sua propria culpa, et quare.
71 Pœna interdicti generalis quis poterit puniri pro peccato alterius, & quare.
72 Pœna interdicti specialis quis non punitur, nisi pro propria culpa.
73 Pœna spirituali temporaria aliquando quis punitur pro sua propria culpa, & aliquando pro aliena.
74 Delicta publica quæ dicantur.
75 Delicta priuata quæ dicantur.
76 Delicta omnia de iure Canonico dicuntur publica, & ideo in foro Ecclesiastico etiam in delicto priuato procedi poterit.
77 Delicta sunt in triplici differentia, nam alia dicuntur merè Ecclesiastica, alia merè secularia, alia mixta, & quæ sint.
78 Delicta quæ dicantur nominata, & quæ innominata.
79 Delicta alia dicuntur leuia, alia grauia, alia attrocia, alia atrocissima.
80 Hæresis quid sit, & vnde dicatur.
81 Expositio diffinitionis hæresis.
82 Propositio quæ nunc est hæretica contra scripturam, semper fuit hæretica, licet ante Ecclesiæ interpretationem assertores excusarentur ne essent hæretici, & quare.
83 Hæresim aliquam esse nouam cum dicitur talis assertio dupliciter, poterit intelligi.
84 Hæreticus quid sit, & multiplex diffinitio traditur, & declaratur.
85 Hæresis quotupliciter capiatur.
86 Diffinitio hæretici primu vltra adductam, et reliquæ.
87 Hæresis crimen cum sit merè Ecclesiasticum, Iudices laici & contra laicos de ipso inquirere non poterunt.
88 Hæresis crimen iure Diuino est probibitum, & multipliciter probatur.
89 Papa an diminuere possit articulos fidei, & hæc propositio quomodo intelligatur.
90 Iurisdictionem S. Petro fuisse traditam a Domino Iesu Christo probatur multipliciter.
91 Hæresis crimen est probibitum iure quoque Pontificio.
92 Puniendus quis sit de crimine hæresis.
93 Hæreticorum pœna prima est excommunicatio maior, Papæ reseruata.
94 Hæreticus incidens excõicationem pro hæresi occulta prolata tamen, vel scripta, a quo sit absoluendus.
95 Ecclesia præcipit de actibus exterioribus, qui sunt notorij de sui natura, licet per accidens non sint notorij, sed occulti, & exemplificatur multipliciter.
96 Hæretici pro eorum hæresi omnino occulta, idest, tantũ in mente retenta, non incidunt in excommunicationẽ, neque in aliquam aliam pœnam, & quare.
97 Ecclesia non iudicat de occultis.
98 Homo de quibus legem condere possit.
99 Impugnatur præsens vera cõclusio auctoritate multorum Canonum, & Doct. qui prima fronte videtur re-

De extensione pœnarum a iure inflictarum hæreticis ad eorum filios Catholicos.

ACTVRVS de extensione pęnarū ab vtroq; iure inflictarū obnoxijs crimini læsæ maiestatis Diuinæ operæpretiū duximus prius agere de generib. filiorum, qui esse possunt ipsorum hęreticorum, & de his qui vocentur de familia, & cognatione ipsorū: vt indè scire possimus ad quos filios, aut quos de familia ipsorum hæreticorum pęnalia iura lata contra hęreticos extendantur: Sexdecim igitur traduntur a Doctorib. genera filiorum quoad præsentem materiam. Nam alij dñr filij legitimi & naturales, q aliàs assolent appellari liberi: Alij legitimi tantū: Alij legitimi, & ciuiles: Alij legitimi, & spirituales: Alij naturales tm̄: Alij naturales ab initio, sed ex post facto naturales, & legitimi, qui aliàs dñr legitimati: Alij spirituales tm̄: Alij neq; naturales, neq; legitimi respectu patris, etsi dici possint naturales tm̄ respectu matris, & hi aliàs dñr spurij, quorum aliqui vulgo quæsiti, seu concepti: Alij dicuntur varij: Alij Manzeres: Alij dicuntur incestuosi: Alij nepharij: Alij adulterini: Alij sacrilegi: Alij nothi: Alij hibidræ.

Sciendum ꝙ tam in materia pęnali, quàm fauo-
2 rabili appellatione filiorum † legitimorum, & naturalium, seu liberorum veniunt solum hi filij, qui suscipiuntur, atq; oriuntur ex legitimo matrimonio, ꝓut docuit text. in c. liberi. 32. q. 4. vbi & Doctores, & Host. in summa lib. 4. tit. qui filij sint legitimi. §. quot sunt genera filiorum.

2 Filij legitimi tm̄ † ij dñr, qui ſm legem veteris testamenti ex dominis, & ancillis de voluntate vxorum tn̄ suscipiebantur. de quib. habetur in c. recurrat. c. dixit. & in c. dicat. 32. q. 4.

3 Filij legitimi, & ciuiles † dñr ij, qui aliàs dicūtur filij adoptiui, siue arrogati. Pro cuius maiori intelligentia: Sciendum, ꝙ arrogantur qui sunt sui iu-
4 ris: & adoptantur † qui sunt alieni iuris, cum voluntate tamen eorum sub quorum potestate sunt, & ipsi arrogati subduntur potestati ipsos arrogātis, non autem adoptati. vt in l. fin. C. de adoptatis. Ex his ergo elicitur prima differentia inter arrogatos, & adoptatos filios. & secundò differunt, quia arrogatio fieri non poterit nisi Principis auctoritate. Adoptio verò per quemlibet Magistratum. Attamen tam filij adoptiui, quàm arrogati dicuntur largo modo filij adoptiui, prout docuerunt glo. 1. & Doctores ibi in c. vnico. ext de cognat. legali. & Host. in summa eo. titu. qui addidit
5 adoptionem † esse legalem actionem ad solatium eorum facta, i. inuenta principaliter in fauorē eorum, qui liberos non habent, i. habere non poterunt. Quapp dixit Pan. in rubr. de cognat. legali. ꝙ adoptio sit legalis quędā ꝓpinquitas a lege inducta per quā efficitur filius, vel nepos, vel deinceps,

seu

ſeu frater, vel affinis, qui non eſt naturam imitans.
vt in l.adoptiones.ff.de adopt.Animaduertẽdum
inſuper, ꝙ hæc verba filius , & pater comprehen-
dant patrem, & filium adoptiuum quo ad poteſta
tem denegatam ipſi filio de vocando in ius patrẽ
adoptiuũ, & ſimilia, vt docuit text. in l.adoptiuũ.
& ibi cõiter per Doctores. ff.de in ius vocando.
Animaduertendum erit, ꝙ cognatio ſpũalis eſt
propinquitas proueniens ex ſacramenti exhibi-
6 tione, vt in baptizante, † vel confirmante : vel ad
talia ſacramenta conferenda cooperante in tenen
do pueros, qui aliàs dicetur patrinus, ſeu cõpater,
& filius compatris dicetur frater ſpiritualis dicti
7 baptizati, vel confirmati , † prout docuit Hoſt. in
ſumma lib.4.tit.de cognat. ſpirituali:cuius dictũ
veriſſimum eſt de iure communi antiquo , prout
8 eſt videre in titulo eodem.Hodie tñ † quoad fra
ternitatem ſpiritualem contractam inter baptiza
tum, vel cõfirmatum, & filios baptizantis, vel con
firmantis, vel tenentis non verificatur, cùm nulla
indè contrahatur cognatio ſpũalis, prout expreſ-
sè docuit ſacrum Conc. Trident. in ſeſſ.24.de re-
formatione c.2.ſtatuendo, ꝙ cognatio ſpiritualis
ſolum contrahatur inter baptizatum , ſeu confir-
matum, & baptizantem, ſeu confirmantem: & ba
ptizati, ſeu confirmati patrẽ, & matrem, & tenen-
tes, ſeu leuantes de ſacro fonte, & tenentes puerũ
dum eidem tribuitur ſacrum criſmatis, ſeu ſacra-
mentum confirmationis . Ac perindè ſequitur ꝙ
ſolum in horum duorum ſacramentorũ exhibi-
tione, vel receptione , aut cooperatione ſupradi-
cta contrahitur cognatio ſpũalis , vt in d.c.2. &
cõiter per Doct.modernos, qui ſcripſerũt de hac
materia poſt ſacrum Concilium Tridentinũ. Imò
de hac eadẽ materia per ſpecialem conſtitutionẽ
Ioãnes Pius V.fęlic.record.Idipſum declarauit, &
ſic patet ꝙ meritò fuit excluſa a nonnullis Docto
rib.cognatio ſpũalis, quam aliqui ſine fundamen
to credebãt naſci ex exorciſmo, & chatechiſmo,
cùm hæc baptiſmum præcedant, & per ea nõ fiat
regeneratio . Idem dicimus de alijs ſacramentis
propriè loquẽdo) cum ex eis non contrahatur co
gnatio. Dicuntur hmõi baptizati, & confirmati fi-
lij legitimi, quia hoc filiationis nomen a lege con
ſequuti fuerunt: & ſpũales, quia non ex transfu-
ſione ſanguinis, & carnis, ſed gratia Spiritu ſãcti,
quæ in his ſacramentis infunditur ortum habet.
9 Filij naturales, ſeu baſtardi † ij ſolum propriè di
cendi erunt, qui generantur ab aliqua concubina
retẽta in domo propria loco vxoris, qui aliàs dñr
nati in figura matrimonij , qui ſm ius ciuile non
dñr nati ex coitu dãnato, quamuis impropriè lo-
quendo dici poſſint ẽt naturales oẽs progeniti ex
coitu dãnato, vel prohibito, vel non prohibito a
iure ciuili, vt docuit Pan. in c.tanta. col.3.verſ.na-
turales.ext.qui filij ſint legit.& ſciendũ , ꝙ hi filij
ſuccedunt matrib.ſuis vnà cum legitimis, & natu
ralib.vt docuit text.in l.pen. C.ad Senat.conſult.
10 Orfi.& ibi Glo.Bar.& oẽs.Patrib.† verò non ſuc-
cedunt, niſi ſm formã poſitam in Auctẽn. licet. C.
de natur.libe. quod & docuit Bart. in d.l.pen.Idẽ
docuit Pau.de Caſt.in l.ex facto.§.ſi quis rogatus,
nu.2.verſ.in text.ibi naturales.ff.ad Senat.conſul.
Trebel. Addens , ꝙ ſm Cyn.in l.quiſquis.C.ad l.
11 Iul.maieſt.in materia ẽt odioſa, † vtputa, ſi dam-
natur aliquis, cùm deſcendentib.ſuis vſq; ad ter-
tiam generationẽ pp crimen læſæ maieſtatis Di-
uinæ, vel humanę, etſi videatur odium irrationa-
bile: vt quis puniatur pp odium, ac culpã alterius.
Tñ naturales filij, ſeu baſtardi, & ſpurij intelligen
tur comprehenſi in dãnatione, & pęna contra eo-
rum patres fulminata , prout ẽt docuit Glo.in c.
ſtatutum.de hæretic.in 6.& ratio eſt patẽtiſſima:
nam primò hoc contingit, ne tales filij videantur
melioris conditionis, q̃ ſint filij legitimi, & natu-
rales, qui tñ in hmõi pęnis inuoluuntur. & ſecun-
dò, quia in talib.magis vr̃ vitium paternum, q̃ in
legitimis, & naturalib.prout docuit Pau.de Caſt.
vbi ſupra, & ante ipſum Bar.in l.tutelas. ff.de ca-
pit.diminut.cuius pręciſa verba infra referremus,
cum erit ſermo de cõprehenſis ſub noĩe familiæ.
Idem docuit Alex.in d.l.ex facto.§.ſi qs rogatus,
nu.24.25.49.& 50.per totum ampliſſimè , & ele-
gantiſſimè probando, ꝙ tam in pęnali lege, quàm
ſnĩa appellatione filiorum, qñ loquerentur per ver
ba naturę, & non iuris ciuilis, ſeu iuris poſitiui, vt-
puta, quicunque eſt de agnatione, vel ſamilia ta-
lis, &c.tunc ſolũ venient filij naturales, ſeu baſtar
di: & ꝙ idem foret dicendum ſi quis damnaretur
vſq; ad tertiam generationẽ: & ratio rationũ eſt,
quoniam non poterit negari, quin tales ſint verè
filij, & de ſanguine reprobato ipſius damnati.Idẽ
docuerũt Ang.& Imo.in d.§.ſi quis rogatus.Idem
repetijt ipſemet Alex.in l.2.nu.10.ff.de ius vocan.
12 dicens, ꝙ occidens † patrem naturalem tm̃ incur
rat pęnã occidentis patrem legitimũ, & naturalẽ,
& ꝙ hoc docuerit Bart.& quidem hoc ipſum verè
docuit Bar.in l.quia ſp. nu. 2. ff.de in ius vocan.&
rurſus in l.in ius.ff.de i ius vocan. & ibidẽ Bal.Iaſ.
& Moderni cõiter, & rurſus idẽ repetijt ipſe Pau.
de Caſt.in l.2.§.prætor ait.in fi.ff.de in ius vocan.
13 dicens, ꝙ appellatione filiorum † veniunt in natu
rales materia naturali, i. in qua cõſideratur poti*
ius naturale, q̃ ius poſitiuũ, nõ aũt in materia, in
qua plus conſideratur ius poſitiuum. & ſciendũ. ꝙ
Bar.Bal.Alex.& Iaſ.vbi ſup.dixerunt, ꝙ in quacun
que diſpoſitione pęnali ẽt ſtatutaria appellatione
filiorum veniunt ẽt naturales tm̃. Quapp filij na-
turales occidentes patres eorum punientur tã pę
na iuris cõis, quàm ſtatutarij, ſeu municipalis ſta
tuta contra filios occidentes parentes, acſi occi-
diſſent parentes legitimos, & naturales: qđ & do-
cuerunt ẽt Cyn.& Bal.in l.quiſquis, C.ad l.Iul.ma
ieſt. & rurſus idẽ docuit Bal. in l.cum acutiſſimi,
C.de fideicõ.& iterum in l.Lucius.§.fi.ff.de legat.
2.& iterum in c.naturales.Si de feud.fuer.contro
uer.inter dom.& agn.& rurſus in l.ius ciuile.ff.de
iuſt.& iure.& in c.per tuas. ext.de probat.& rur-
ſus in c.nõnulli.ext.de reſcript. & in c.de cętero.
ext.de teſtib.Idipſum docuit Imo.in l.ex facto.§.
ſi quis rogatus. ff.ad Trebel.& in d.l.Lucius, §.fi.
etſi ibi ſubdiderit hoc non habere locum in filio
14 ſpurio † nato ex coitu damnato, puta ex inceſtu,
vel adulterio per id, quod voluit Glo. in d.l.quia
ſemper, qđ & ſentijt Specul. in tit. de accuſat.cir-
ca princ. Nihilominus Bal.in ſupracitatis iuribus
Pontificijs docuit, ꝙ ſpurius eidem pęnę parrici-
dij ſubiaceat.quod & repetijt in d.l.quiſquis, ad-
dens hoc probari per text.in l.hos accuſare. ff.de
accuſat. iuncta l.cũ ancillis , C.de inceſtuoſis nu-
ptijs.& in l.vulgo.in fi.ff.de ſtatu hoĩum . Alex.tñ
in d.l.in ius.vr̃ potius aſtipulari ſentẽtię Imolæ, q̃
Bal.cùm poſt dictam ſententiam Bal.ampliantis
vbi ſup.& extendentis ad ſpurios, ſubiecit hęc pręciſa verba, videlicet.Tñ vr̃ intelligendum ſecundũ
limitationem proximè datam(, ſ.ab Imola) quam

ipse ibi retulerat)cùm eadem ratio non militet re
uerentiæ exhibēdæ parentib. Idipsum docuit Hyp
pol.de Mars.in l.1. ff.ad l.Corn.de parric.Addēs,
15 ꝙ eadem pęna veniat puniendus † interficiēs pa
trem spiritualem,qua interficiens patrē corpora-
lem.Sciendum erit insuper, ꝙ filij naturales licèt
non sint capaces bonorū pr̄norum propriorū,be-
16 ne † tñ sunt bonorum auorum. vt in l.fin.C.de na
tural.liber.cùm cesset ratio fin.pp quam patribus
est prohibitum filios naturales hæredes constitue
re,nisi hodie(vt in Auctẽ. quib.mod.na.effi. sui,
§.discretis igitur.In vnica vncia si habuerint insi-
mul legitimos,& naturales, sed si caruerint ipsis
in duodecim vncijs:& ꝙ nō possint succedere do
cuit quoq; Pau.de Cast.in l.quod cōditione, n.2.
17 ff.de donat.cau.mor. Nec hi filij naturales † po-
terunt in ius vocare eorū parentes,qm̄ eadem re
uerentia debetur,quæ legitimis, & naturalib.pa-
tribus. vt docuit apertissimus text. in l.parentes,
& ibi communiter per Doctores. ff.de in ius vo-
can.cum ibi textus sit apertissimus.

Filij naturales ab initio,sed ex post facto legiti-
18 mi † & naturales dicūtur oēs filij legitimati quo-
cunq; siue per subsequens matrimoniū,vt in c.tan
ta.ext.qui fil.sint legit.vel ex priuilegio sibi con-
cesso a Papa,vel Imperatore p speciale rescriptū.
At qm̄ hmōi possunt esse in duplici differentia.Nē
pè quia alij eorū sunt nati ex sola concubina solu
ta retenta in domo concubinarij soluti in figura
matrimonij,qđ ideo tale dr̄, quia inter tales pos-
set contrahi,vt sup.diximus.Alij verò nati ex solu
to,& soluta nō retēta in domo,sed ex furtiuo coi
tu,& de his breuiter reassumēdo,q̄ docuit Pan.in
c.innotuit.col.pen.vers.in glo.in vers.coniugata.
ext.de elect.qm̄ etsi talis de iure non possit osten
dere patrē,& sit dicendus quasi vulgo conceptus,
tñ per subsequens matrimoniū(prout ēt docuerūt
Io.And.& Ant.in d.c.innotuit,& Goffr.in summa
in tit.de elect.& in tit.de filijs Prębit.§.si quis)vt
docuit text in d.c.tanta. & ibi glo.in vers.legiti-
matur.& dr̄ talis qualis vulgo conceptus,quia nō
subest aliqua præsumptio,quare magis dici dēat
filius istius,q̄ alterius . arg.in l.vulgo concepti.ff.
de statu.homi.& hac rōne motus Bart.in l.concu
bina.ff.de concubinis,& Anch.in d.c.innotuit.lo-
quentes de legitimatione p subsequens matrimo
nium contrarium docuerunt,& rō ꝑm eos est,qm̄
non poterit dici indubitatus filius. Quapp ius ci
uile approbat legitimationē nati ex vera cōcubi-
na per subsequens matrimoniū.Ius verò Canoni-
cum fundās se super fauore matrimonij,& requi-
rens duntaxat , ꝙ tpe conceptionis poterat esse
matrimoniū inter virū,& mulierem:indè sequit̄,
ꝙ ēt in materia stricta appellatione legitimè nati
veniat hic ēt taliter natus. Attñ si matrimonium
non fuisset sequutum,hic taliter natus non succe-
deret patri in aliquo,si pr̄ decessisset ab intestato:
& rō est, quia iura loquentia de successione natu
raliū,loquūtur de primò dictis,& non de istis: cū
in alia materia appellatione naturalium propriè
dictorū isti non veniant non tm̄ in iure cōi,verum
ēt in iure municipali, prout ēt docuit Io. And. in
addit.Specul.in tit.qui filij sint legit.in princ.

19 Filij spirituales tm̄ † dicuntur oēs fideles habē
tes Summū Pontificē patrē, ꝓut docuit Host.in sū
ma tit.qui filij sint legit.n.1.& hr̄ quoq; de his ser
mo ī c.q̄ graue.ext.de crimine falsi,& ibi p Doct.

Filij qui nequeūt vocari legitimi, aut naturales
20 dicuntur spurij;† & hi sunt oēs qui sunt nati ex il
licito coitu,vt sunt vulgo cōcepti,seu vulgo q̄siti,
varij sic dicti Manzeres incestuosi,nepharij,adul-
terini,sacrilegi,nothi,& hibidrę.& oēs hi dicunt̄
spurij, prout ex propria denoīatione spurij aptis-
simè elicitur.Nā spurius(vt docuit Host.in sūma
lib.4.tit.qui filij sint legit.n.3. vers,dr̄r aūt spurij;
21 † aliàs vulgo q̄siti;quasi de spuma riualiū,siue cor
riualiū nati:& hæc distinctio solūmodo hēbit lo-
cum,qñ attenderetur ius Pontificiū,& ciuile, nō
aūt si attenderetur ius naturale:ꝑm quod idē ini
tium regulariter sortimur oēs nascendo ex cōmi
xtione maris,& fęminę in vase debito sequuta v-
triusq; seminatione.Appellatione ergo spurij ipsa
22 voce spurij latissimè,& in genere sumpta cōpre-
hendit(vt diximus)quoscumq; nō iustè, seu quo-
cunq; modo non approbato a lege,seu ex illicito
quocunq; cōgressu,nihilq́; perinde ab illegitimo-
rum significatione differt,prout docuit Bart.in l.
fin. nu.2. vers.videamus primò.ff.de his, quib.ve
indig.& hoc in materia successionis . de qua ibi
ipse Bar.latissimè pertractat,& in materia dispen
sationis in legitimando,seu in materia legitima-
tionis.Idē docuit Dec.in cons.sun 338.nu.7. vers.
vltimò responderi pōt,dicēs, ꝙ simpliciter dicen
do spuriū cōprehendit ēt incestuosum:secus si qs
exprimeret speciē spurietatis:vtputa,natum ex a-
dulterio, quia oportuisset exprimere si ex dupli-
ci,vel simplici adulterio.Idem docuit Ias.in cōs.
11.nu.2.vol.3.Oldrad.in cōs.196. Bal.in cōs.206.
vol.3.Alex.in cons.174.col.1. in fi.vol.5.Pan.in c.
tanta.nu.13.ext.qui fil.sint legit.& Cardinalis Pa
leottus in suo tract.de nothis,& spurijs.c.16. n.4.
Si verò dictæ voces cōprehensę sub noīe spurij ge
neraliter (vti diximus paulò ante) specialiter su-
mātur.inter se differre noscent̄ , sicut & ipsa vox
spurius,prout in subsequentib.patebit:sumēdo er
23 go propriè hunc terminū spurius † dicimus filios
spurios eos tm̄ dici,qui ex mulierib.ad quas pu-
blicè oīb.aditus patet,fuerunt procreati:hi n.cū
ex diuerso semine fuerint orti, patrē nō habebūt
certū,vnde prouenerint,sed quasi ex hoīum collu
uione geniti cōprobantur. Iccirco spurij dr̄r,i.ꝙ
24 sparsim,† vel vulgo, seu quasi sine patre concepti
sint:prout docuit Iustinianus,& hr̄ in §.si aduer-
sus.Institu.de nuptijs. & ibi per glo. & Doct. Spu
25 rij † ergo propriè sumpti nati ex nō dānato coitu
a iure ciuili,prout docuit Bart. post glo.in l.pen.
C.ad Senat.consul.Orfic.vt sunt nati ex coitu me-
retricio succedūt matri æqualiter cum legitimis.
vt in §.vulgo. Institu. de success. cog. etsi fallat in
matre illustri:prout docuit text.in d.l.pen. spurij
verò nati ex coitu a iure ēt ciuili reprobato , vt
adulterino,incestuoso,& similib.non succederent
nō solum patri,sed nec matri. Vt in Authen.quib.
mo.na.effi.sui.§.fin. ꝓ cuius decisionis maiori in-
telligentia,sciendum,ꝙ damnatus concubitus il-
26 le † dicendus erit,cui a iure certa pęna cōstituta
fuit,veluti adulterio, incestui,stupro,sacrilegio,
& his similib.vt in §.item lex Iulia,Institu.de pu-
bl.iudic.qb.oīb.se subscripsit quoq; latissimè De-
cius in cons.306.per totū.Idē docuit Soc. in cōs.
148.col.pen.vers.cū subscriptione Bal.& eidē erit
dicendū de quocunq; alio coitu accusabili,prout
docuerūt infrascripti Doct.Nēpè Aret.in §.nouissi
mè.Institu. ad Senat.consul. Orfi.nu.8. Cagn.in l.
pen.nu.13.C.ad Senat.consult.Orfi.animaduertē-
27 dum tñ oino erit, ꝙ natus† ex vxorato,& soluta,

non dicatur nasci ex damnato coitu a iure ciuili:
cùm in tali casu diceretur simplex fornicatio ab
ipso iure ciuili,& non adulterium.vt docuit text.
in l.1 C.de adulter. quod & docuit quoque Bart.
in l.fin.col.1.in fi.ff.de his,qui.vt indig.vbi cõclu
sit, quòd natus ea coitu non damnato a lege, nec
punito dicetur is,qui natus fuit ex vxorato,& me
retrice,seu ex concubina,(quãdo haberet ille vxo-
ratus plures concubinas)vel ex concubina, quam
non habuit ea indubitato affectu: tunc talis spu-
rius succedit,ac si apertè dixisset ipse Bart.nõ lo-
quor de spurio nato ex vxorato, & speciali concu
bina retenta speciali affectu, ad quam successiuè
ad eius libitum accedebat ipsam retinens contra
prohibitionem legis. Nam cum talis concubitus
sit a iure ciuili etiam prohibitus per text.apertis-
simum in l.1.C.de concub.ideo per se patebit spu
rium dici natum ex tali concubina,ac per conse-
quens erit insuccessibilis, ac incapax hęreditatis:
& ꝙ hæc fuerit mens Bart. non poterit dubitari:
prout implicitè fassus fuit Decius in d.consi.306.
in fi.asserens hanc esse veriorem sentẽtiam, quam
amplexati fuerunt Io.de Ana.in c.maritus.col.2.
ext.de adult. Salic.in l.1. C.de concubinis, vbi &
Cynus.Idem docuit Pet.de Anch.in consi.337.in-
cip.Viso diligenter.in princ.& addidit rationem
dicens,quia talis non debet filius nominari,vt in
Authen.ex complexu.C.de incestuosis nupt.& in
§.fin.Aucten.quib.mo.nat.effi.sui, & quòd secun-
dum hanc distinctionem fuerit iudicatum pręsen
te ipso Guido Papa in parlamento Delphinatus
in anno 1439. ipsemet Guido fatetur in q.280.
vbi ad hoc ipsum probandum citauit dictum tex.
in d.c.tanta. eat. qui filij sint legitimi. vbi inter
alia hæc præcisa verba continentur,videlicet. [Si
autem vir viuente vxore aliam cognouerit,& ex
28 ea prolem susceperit, † licet post mortem vxoris
eandem duxerit: Nihilominus spurius erit filius,
& ab hæreditate repellendus.] hæc ibi. Vbi per
Canonistas,vt loco suo latissimè probabimus.
29 Filij vulgo concepti † dicuntur(vt docet text.in
l.vulgo concepti. ff.de statu homi.) hi qui patrem
demonstrare non possunt, vel qui possunt quidẽ,
sed eum habent,quem habere non licet,qui & spu
rij etiam appellantur,vbi glo.dicit,ꝙ non intelli-
gatur posse,qui non honestè potest.Ex quibus om
nib.patet verum esse quod docuit Cardinalis Pa
leottus in suo tract.de nothis, & spurijs,c.16.nu.
7.dicens nomen vulgò quæsiti cum spurio conue
nire,cùm omnes ex quocunq; reprobato congres-
su geniti vulgo concepti possint appellari: tã etsi
mater eorum non palam quæstum fecisset.Lex.n.
30 æquè vulgo quæsitos † eos vocat, qui re uera in-
certum patrem habuere,ac illos qui eum habent,
quem habere iure non licet.
31 Filij varij † pro illegitimis sumuntur,licèt apud
iurisconsultos hoc non reperiatur, prout idem Pa
leottus,vbi supra docuit.Alij verò auctores pro il
legitimis intelligunt,eo ꝙ vario semine in lucem
emissi sint,prout sunt filij publicarũ meretricum.
32 Filij dicti † Manzeres etsi apud Iurisconsultum
non nominentur:benè tamen in iure Põtificio, &
a Canonistis in c.nisi cum pridem.§.personæ.ext.
de renunc.& est vocabulum Hębreum teste Cardi
nale Paleotto vbi sup.& denotat natum ex scortò.
33 Filij incestuosi ij appellantur,qui ex incestu na
ti fuerunt,idest nati ex coitu habito cum consan-
guineis,vel affinibus.

34 Filij nepharij † hi dicuntur,qui nascũtur ex cõ
sanguineis in linea ascendenti, vel descendenti,
etsi sæpius nepharij pro incestuosis sumantur,& è
contra,prout cõiter,& passim docuerunt Doct.
35 Filij adulterini † dicuntur, qui ex vxorata su-
muntur per adulterum cognita.
36 Filij sacrilegi † hi dicuntur,qui nascunt̃ ex mo-
niali virginitatè professa,vel ex Monacho profes-
so,aut ex clerico in sacris constituto.Cũ per pro-
fessionẽ tacitã, vel expressam in religione appro
bata ab Ecclesia tam Monachus,q̃ monialis emit
tat votum solemne castitatis, prout etiã clericus
in susceptione sacri Ordinis, prout docuit aper-
tissimus textus,& ibi per Doct.in c.vnico.de voto
& voti redemptione, in sexto.
37 Filij nothi † a Doctorib.vario modo assolent su
mi.Nam in glo.in c.nisi cum pridem,vers.Manze
res.ext.de renunc.sumuntur pro natis ex adulte-
rio,de quo tamen nomine,vide latissimè,vbi sup.
in tract.Cardinalis Paleotti.c.37.
38 Filij hibridæ † dicuntur nati ex imparib.paren
tibus,vt docuit Paleottus vbi supra.
Filij qui dicantur de familia alicuius in pęnalib.
Bar.in l.suggestioni.nu.1.C.de verbor.signif.dicit
39 quod appellatione † familię dicantur oẽs,qui sũt
de eadẽ agnatione,vnde si diceretur oẽs de agna
tione,vt in l.pronunciatio,§.familię.ff.de verbor.
40 signif. bastardi † verò ſm propriã significationẽ
istius vocis familię non dicentur de familia, nisi
cõis modus loquendi esset,ꝙ appellatione dom⁹,
vel familię continerentur bastardi,vt in ciuitati-
bus Tuscię: nam tunc cõtinerentur,sed si diceret
statutũ, vt est Pisis,si quis esset de nobili patrimo-
nio, tunc bastardus contineretur verbis statuti, &
ratio differentię,ſm eum est,quia appellatione fa
milię intelligeretur pro agnatione, quod est no-
men iuris ciuilis, quæ agnatio nõ cadit in bastar
dum:sed cum dr̃ de nobili patrimonio hic signifi
catur natura:quasi dicat natus ex patre nobili.Nã
patris,& matris noĩa sunt significatiua naturæ,vt
dicit tex.in l.tutelas.ff.de capi.dimi. Nam ſm na
41 turam,ita bastardus † est filius, & eius pater est
pater,sicut legitimus:cũ iure naturali oẽs sint le-
gitimi,vt in Auth.qui mona.effi.legit.§.liceat,ver
sic.bella verò.hæc Bart. vbi sup.qui idem repetije
apertius in d.l.tutelas,n.3.vers.& per hoc subdit
Bar.dicebã:his præcisis uerbis utens,uidelicet,&
per hoc dicebã semel statutũ dicebat, ꝙ nobilis
de patrimonio puniatur in plusquã popularis de-
linquens.Quęrebatur vtrũ bastardus diceretur no
bilis de patrimonio,& allegabãtur illa iura,quæ
dicuntur ꝙ bastardus non dr̃ de illa familia, vt
in l.pronunciatio.ff.de verb.signif. & institu.de le
git.agnat.succes. §.vulgò. Ego dixi ꝙ dictæ leges
nihil faciunt,quia disponuntur per nomẽ iuris,vt
est agnatio,et simili, sed statutũ prædictũ dispo-
nit per iura naturalia,quæ ita cadunt in bastardũ
42 sicut in legitimũ. Noĩa uerò familiæ † sunt nomi
na ciuilia,quæ non cadunt in bastardũ,ut hic,&
intelligitur nobilis de patrimonio,i.de nobili pa
tre natus, in quo non attenditur patria potestas,
ut hic probat hæc distinctio: sed si uerò statutum
43 † diceret omnes de tali domo,tunc licet hæc ap
pellatio de domo,quantum ad nostrum propositũ
sit iuris ciuilis:cũ appellatio naturalis apud om-
nes sit uniformis,ut pater, mater,&c. Appellatio
tamen iuris ciuilis est difformis secundum diuer
sitatem gẽtium,ciuitatum,ut habetur.in l.omnes

populi. ff.de inst. & iure. Ideo, & hæc appellatio
44 de domo † assumetur diuersimodè. Nam quan-
doque domus assumitur pro agnatione, vt in l.
cum vnus, in principio, ff. de alim. & ciba.leg. &
in l.1.in princip.ff.ad Syllan.& ibi per Iac.de Are.
Quandoque assumitur Domus pro omnibus habi
tantibus in eadem domo, vt in l.1.C.ne li.po.& in
l.1.in fine.C.si qua præd.po. item hoc videmus ho
die consuetudine inductum in quibusdam locis,
quod dicantur de eadem domo omnes, qui por-
tant eadem insignia, seu arma; vnde qui volunt di
uidere domum, diuidunt insignia, seu arma. Est
ergo hæc appellatio ciuilis, tamen secundum di-
uersos modos intelligendi, potest cadere, & non
cadere bastardum sub hac appellatione de domo.
Nam vt accipimus eandem domum pro eadem
agnatione, & in bastardo non cadit: aut pro om-
nibus descendentibus ex eodem sanguine, & tunc
bastardus sub ipsa contineretur, ita videtur do-
cuisse text. in dicta l. pronunciatio. in fine, aut pro
omnibus habitantibus, & tunc sit, vel non sit ba-
stardus, non attendetur, sed solum habitatio.
Aut accipiemus eandem domum pro omnibus,
qui deferunt eadem insignia, & secundum hoc
posset bastardus comprehendi: & nota per dictas
leges hæc omnia Bar. vbi supra, qui idem repetijt
(breuius tamen) in l. pronunciatio. §. familia. ff.de
verb. signif. vbi notabiliter his præcisis verbis vsus
fuit, videlicet. Puto multum inspiciendã fore ma-
teriam, in qua loquimur, & communem vsum lo-
quendi, Potest.n. habere varias significationes, ta
men in hac l. circa finem dicitur, quòd cõprehen-
duntur, qui ab eiusdem sanguine proficiscuntur,
& sic natura magis, quàm ius inspicitur, sed bastar
di, & spurij procedunt ex eodem sanguine, sicut
legitimi; ergo, &c. & hoc etiam videtur tangere
Dynum in l. cum pater. §. 2. ff. de lega. 2. sed nõ be
ne declarat: hæc omnia Bart. vbi supra. Felinus
verò post multa in c. in præsentia. nu. 23. vers. quar
to inquantum Dominus Abbas. ext. de probat. his
præcisis verbis vtitur, videlicet, & tenerẽ cum Bal.
in c. per suas. de probat. quòd in materia exorbi-
45 tanti † fauor datus domui, vel familiæ, non extẽ-
ditur ad naturales tantum, odium verò sic. Alex.
in l. ex facto. § si rogatus, nu. 50. 51. 52. & 53. mul-
ta docuit, quæ epilogando dico ipsum docuisse,
primo quod quando lex, vel statutũ loquitur per
verbũ naturę, videlicet filij, tunc veniunt in odio-
sis semper naturales, quia quoad naturã non dif-
ferunt a legitimis, & naturalibus: quando verò p
verbum iuris ciuilis, videlicet, quicunque de tali
genere, vel de tali familia, vel de tali domo, vel ca
sata, vel nobiles de patrimonio, vel illi de Vbaldi-
nis, & sic de similibus verbis iuris ciuilis, tunc sic
erit distinguendum, si dictum fuerit quicũque de
genere, &c. cum tale verbum denotet nomen ci-
uile, & agnitionem, vt in d. l. tutelas. ff. de capit.
diminut. ideo non veniẽt naturales, vt docuit ibi-
dem textus in l. fin. in fine. C. de natur. liber. vbi
eos naturales appellauit de genere, quod docuit
ibidem Bal. & Imo. in d. §. si quis rogatus, vbi &
ipse Alex. eos sequens in dicto num. 50. addit ra-
46 tionem dicens, quod cognati † tantum dicantur
de genere, probat textus in l. 1. in fine, ff. de iureiu
ran. si verò diceretur Quicunque de gente: tunc
posset concludi, & dici, quòd in materia fauora-
47 bili † lata, & indifferente conuenient etiam na-
turalibus & in qua sit eadem ratio assumatur la-
tè, & in materia odiosa assumatur strictè, & sic
pro agnatione, & sic non venirent naturales: nisi
resultaret aliquod absurdum, vt in l. cum quidam.
ff. de liberis, & posthumis. Nam tunc verbum de
gente sumeretur pro cognatione, & sic adhuc nõ
venirent naturales, cum non succedant patri ab
intestato, etiam tanquam cognati, etiam non ex-
tantibus legitimis, & naturalibus, nisi in duabus
vncijs, vt in Auten. licet. C. de natur. lib. & ratio
48 est, quia respectu patris † non dicetur esse de gen
te sua, cum non sit sibi agnatus, nec cognatus, vt
etiam per Baldum in l. in testamento, C. de testa
men. milit. & si respectu matris, & maternæ lineę
dicetur de gente, idest de cognatione sua, quia no-
men generis poterit referri etiam ad cognatos
tantum, vt in l. sæpe cum glo. in versiculo genti-
lium, ff. de verborum significatione. Limita tamen
dicta ipsius Alexan. secundum mentem ipsius sta-
tim expressam, hoc esse regulare, & quod huius-
modi regula fallat, quando inde sequeretur ab-
surdum, nam tunc venirent naturales, vt docuit ip
se in materia odiosa, ratione supradicta. Si vero
dicatur omnes de familia, &c. & si propriè loquẽ-
do appellatione familiæ non veniant regulariter
naturales filij, cùm familia denotet nomen ciui-
le, scilicet agnationis, tamen hæc regula fallit (vt
ipse Alexan. ibi. num. 52. docuit) quando inde se-
queretur absurdum, & inconueniens, si naturales
non continerẽtur. Quapropter subdit quod quan
49 do statutum † imponeret pœnam illis, qui essent
de familia talium, tunc comprehenderentur etiã
naturales, ne sint melioris conditionis naturales
quàm legitimi, & naturales, qui proculdubio ap
pellatione familiæ veniunt. Si autem dicatur.
Quilibet de tali domo, &c. tunc Alexan. vbi su-
pra, numero 53. 54. & 55. concludit, quod aut po-
terit comprehendi ex verbis legis, seu statuti. Si
& secundum subiectam materiam, in qua loquun-
tur, quod assumatur domus pro habitatione, vel
agnatione, vt dicit Bartolus in dicta l. tutelas, vbi
autem ratione subiectę materiæ non posset appa
rere, tunc putat ipse Alexander, quod in pœnis,
quę imponerentur illis de domo, comprehendan
50 tur naturales, † quia si comprehenduntur legiti-
mi, & naturales, debent comprehendi naturales
tantum ne plus castitatis habeat luxuria, vt in
pręcedenti quæstio. similiter dictum fuit, atten-
to, quod domus accipitur pro familia, quæ om-
nes descendentes de sanguine comprehendit, vt
in dicta l. pronunciatio, in fine. ff. de verborum si-
gnificatione, & etiam de eos, qui de sanguine nõ
sunt, dicta l. finali, C. de verborum significatione,
& ibi Bartolus. Si vero ageretur de fauoribus, vi-
deretur eos naturales appellatione domus non
comprehendi, quia si non comprehenduntur,
quando fit mentio de filio, vt fuit dictum, & ta-
men pater, & filius sunt nomina naturæ, vt in di-
cta l. tutelas, multo minus debent comprehendi
sub nominibus ciuilibus, quæ minus videntur
conuenire naturalibus, vt in l. si spurius, & in l. hac
parte, ff. vnde cognati, & sic idem erit quod in sta
tuto dicente, Quicunque de familia. Si verò statu-
tum dicat, quicunque de Vbaldinis, vel simili-
bus, an comprehendantur naturales, ipsemet Ale-
xan. vbi supra, nu. 56. idem prorsus dicendum con
cludit quod dixerat fore tenendum, quando esset
dictum omnes de familia, vel de domo cum idip-
sum esse per se pateat. Si vero dicatur in lege, vel
statuto

statuto nobiles de patrimonio puniantur in plus quàm populares delinquẽtes, tunc dicit Alexan. quod secundum Bar. in d.l. tutelas, cum statutum loquatur per verba naturæ, tunc comprehendet bastardos tales, cum idem sit dicere nobilis de patrimonio sicut de nobili patre natus, & si alij Doctores reprehendant Bart. dicentes, quod bastardi filij nobilium, non sunt nobiles, & si ipse Bar. dicat in l.1. C. de dignitat.lib.12. quod nobilitas transeat ad naturales, & si ipse Alex. expresse nihil suum addat prædictis, tamen excusari poterit Bart. dupliciter: primo, quia ipse loquitur in materia odiosa cum loquatur de statuto lato cõtra delinquentes, & in tali materia ipse Alexand. dixerit, & probauerit comprehendi naturales, etiam sub nomine ciuili. Secundo quia verba Bart. in d.l.1. sunt taliter interpretanda, filij naturales, nobilium sunt nobiles, idest habebuntur pro nobilibus in pœnalibus, ne sint melioris conditionis, quàm legitimi, & naturales, etsi non in fauorabilibus nobiles sint habendi, & hæc Alexan. sententia summopere commendanda memoriæ erit. Nec obstat ei quod docuit Iason in l. fina. nume. 53. versicu. iux. prædictum notabile. C. de verb. significatio. asserens quod filij naturales non dicantur de domo, aut familia alicuius, nisi aliud sit ex communi vsu loquendi, vel alia coniectura ex statuto colligatur, vel nisi statutum loquatur pro nomina naturæ, non iuris, sequens sententia Bar. vbi supra. Bald. in d.l. fina. in cap. innotuit de electio. colum. fina. & in l. generaliter §. cum autem, ff. de iustitu. substitu. Imo & moder. in d.l. ex facto, §. si rogatus, & l.1. & est bona glosa in Clem. 1. de baptismo: non enim obstat, quoniam ibi loquutus ipse Iason fuit in fauorabilibus, non autem in odiosis, quod & elicitur ex verbis dictæ glos. cui se subscripsit. Nam dicta glo. in fine. his præcisis verbis vsa fuit, videlicet. Dic quod quoad parentum reuerentiam bene habetur ratio naturalium tantum, sed quoad commodum liberorum, vel honores, non vt in contrarijs; hæc ibi. quæ nõ fuerunt negata ab Alexandro, imò cõfirmata pluribus auctoritatibus. Ad hoc accedit quod ipse Iason citat Bart. in dicto §. familia. vbi vt ex pręcisis verbis illius supra relatis patuit, naturales dici de sanguine, & de familia. Idem docuit Ang. de Perusio (quem sequitur, & sequitur Felinus in prohemio Decret. in glo.1. colum.2.) in l. ita stipulatus, §. Grisogonus, ff. de verborum obligatione. dicens quod si sunt banniti omnes de tali domo, includuntur etiam spurij propter communẽ vsum loquendi, licet propriè non sint de domo, Idem ad verbum docuit Imo. in l ex facto, §. si quis rogatus, ff. ad Trebell.

His ergo omnibus præmissis pro maiori intelligentia hic afferendorum, pro secundo præambulo operæpretium duximus subsequenter subnectere nonnullas infrascriptas conclusiones, quæ summopere nobis deseruire poterunt ad perfectã asse quendam notitiam eorum, quæ producenda erũt in discussione præsentis quæstionis difficillimę, & notatu dignissimæ.

51 Pœna est duplex, † alia quæ communiter iudicialis dicitur, & alia diuina: Iudicialis igitur subdiuiditur in iudicialem introductam de iure ciuili, & in iudicialem introductam de iure Canonico: Hæc conclusio probatur authoritate cõmuni Doctorũ, inter quos est Dominus Alberic. de Rosatis in elegantissimo dictionario, in versicu. pœna.

52 Pœnæ iudiciales iuris ciuilis, † sunt octo, vel octo modis possunt infligi. Primo damnum inferendo in bonis, quæ poterit contingere per confiscationem omnium bonorum vel partis tantum: vel exigendo aliquam mulctam pro aliquo damno vel crimine perpetrato. Secundò quando criminosum Iudex alligari facit vinculis. Tertio quã do ipsum verberari, aut fustigari præcipiatur. Quartò, quando pœna talionis venit plectendus. Quintò, quando Iudex afficit ipsum reum Ignominia, declarando ipsum infamẽ: & huiusmodi. Sextò, quãdo reus exilio relegatur. Septimò quã do reus propter aliquod crimen seruituti addicitur. Octauò & vltimo, quando reus capitali sentẽtia punitur. hæc conclusio elicitur à verbis dicti Alberici vbi supra.

53 Pœnæ iudiciales † introductæ de iure Canonico sunt in triplici differentia, (secundum Host. in summa in §. quot sint species. sub titulo de pęnis.) Aliæ enim sunt personales tantum, alię reales, in odium tamen personarum, aliæ mixtæ. Hęc conclusio est ipsius Host. vbi supra.

54 Personales pœnæ dicuntur infrascriptæ. Excommunicatio, suspensio, interdictum particulare, depositio, infamia, detrusio, incarceratio, verberatio, characteris impressio, seruitus priuilegij Clericalis denudatio, curiæ secularì facta expositio: & quoquo modo & impropriè loquendo poterimus addere & irregularitatem. Sed quando quis veniat plectendus, & de earum quidditate & authoritate illas infligendi, infra loco suo dicetur, quãdo dicet de crimine illo, pro quo quis venit puniẽdus pęna aliqua istarum. Hostiensis hæc docuit.

55 Reales verò pœnæ † in odium personarum inductæ secundum Canones sunt infrascriptæ, videlicet. Beneficij priuatio, vel suspensio, rerum omnium confiscatio, Pecuniæ mulctatio. Hæc cõclusio est Hostien. vbi supra.

Mixtæ verò pœnæ inductæ de iure canonico dicuntur illę, quæ partim sunt personales & partim reales eò quòd participant de vtrisque, & sunt infrascriptæ, videlicet, Relegatio personalis, interdictum generale alicuius terræ: Absolutio vasallorum à fidelitate, iuris patronatus priuatio, Reliquiarum extractio de aliqua Ecclesia: & multæ aliæ, quas infra adducam, Deo dante, quæ erunt infligendæ raptoribus, hæreticis, & huiusmodi criminosis viris. Hæc conclusio est Hostiensis vbi supra.

56 Pœnæ † Diuinæ legis dicuntur illę (secundum Albericum vbi supra, & quantum ad materiam nostram attinet) quas Deus in veteri testamento exequi mandauit, vt habetur in lib. Leuitici cap. 24. & Exodi cap.21. & in cap. sequenti. vbi dicitur oculum pro oculo, & dentem pro dente, vulnus pro vulnere, animam pro anima: & huiusmodi. Hæc conclusio est Alberici, vbi supra.

Sciendum quòd septẽ sunt causæ, vel modi qui-
57 bus † pœna taxata simpliciter à iuribus venit attenuanda, vel grauanda: & sunt infrascripti, videlicet. Primus est enim, propter causam qua ad aliquid agendum fuit quis compulsus: vt patet in verberibus à magistris, vel parentibus illatis alicui causa correctionis, non iniuriæ: punitur enim verberans quando causa iracundiæ verberasset alium:

alium. Secundus modus est, circa personam: & in hoc necesse erit considerare qualitatem offensæ personæ, nec non & offendentis: aliter enim puniuntur serui quàm liberi, & aliter qui offendit parentes, vel prælatos venit puniēdus, quàm offendens extraneos vel æquales vel subditum: consideranda etiam in pœnis ætas tam offensi, quàm offendentis: quoniam aliter venit puniendus paruulus offendens quàm maior, & sic aliter punitur quis propter offensam eiusdem generis factam in persona paruuli, quàm propter offensam factā maiori (vt patet ad sensum.) Tertius modus in quo venit minuenda vel grauanda pęna statuta à iure, est ratione loci. Quapropter sciendum quòd aliter venit puniendus pro eadem offensæ specie factæ alicui in Ecclesia, vel cimiterio, aut prætorio, vel coram Iudice vel Principe, vel in publicò, quàm venit quis puniendus pro offensa facta in occulto loco: cum iudicetur maior iniuria si fiat in publico, quàm in occulto, & per iniuriam factam in prætorio, vel ante Principem offensus remaneat etiam prætorium, & Princeps. & sic de singulis; Quartus modus est ratione temporis: vtrum maleficium factum sit de nocte an de die: quoniam factum de nocte maleficium facilius poterit excusari, & sic ratione probationis facilioris venit quis minus puniēdus, vt si quis aliquem occiderit, quia poterit facilius probare, se illud homicidium commisisse causa defensionis, vel quia non cognoscebat esse Clericum quē percussit, & huiusmodi: quæ quidem non militant ita facile in maleficio facto de die, cum illa arguant dolum & spontaneam voluntatem illud committendi in persona huiusmodi criminosi, qui tale quid commiserat. Quintus modus est ratione qualitatis, vt si delictum fuerit perfectum vel inchoatum tantum, & huiusmodi. Sextus modus ratione quātitatis: vt patet in furto & huiusmodi, quoniam alio modo punietur fur, qui furatus fuit paruam quantitatem pecuniæ, quàm qui maximam: & sic de singulis. Septimus modus est ratione casus fortuiti seu euentus: vt si quis commisisset aliquod homicidium accidentale præter suam voluntatem, vel quia non erat compos sui, vt sunt ebrij, & mente capti, seu furiosi: quoniam (vt patet ad sensum) licèt homicida regulariter voluntarius veniat capitali sententiæ subijciendus: tamen non in prædictis casibus, vt loco suo infra dicetur, in proprijs titulis: Hæc conclusio elicitur à dictis Hostiens. in sua summa in titulo de pœnis. §. quæ & quibus.

58 Cùm vario modo possit interpretari præsens præambulum, nec non in ipsa sit comprehensa illa perpulchra & difficilis quæstio scitu dignissima: in qua quæritur. Vtrum aliquis veniat puniendus alterius culpa. circa quam quasi sibi inuicem aduersantes Canones reperiantur. Iccircò operæpretium duxi, examinare hanc quæstionem vnicum argumentum: pro & contra, adducendo & varias Doctorum sententias, vt post modum illas concordes reddere fas sit mihi (Deo dante) & deniq; more solito quæstionem præsentē absoluere nōnullis conclusionibus, illasq́ue probando eo faciliori & veriori stilo quo desuper mihi vti datum fuerit. ad Dei iustissimi Iudicis (qui reddit vnicuique secundum opera sua) honorem & Lectoris pij solamen.

Omnes homines in puniendis criminibus conformantes se Deo, non peccant. At Iudices aliquē puniendo pro culpa alterius conformant se Deo. ergo Iudices aliquem puniendo pro culpa alterius non errant: ac per consequens aliquis poterit puniri iustè pro peccato alterius. Maior istius rationis non potest negari, cum in Deo iniustitia, seu acceptio personarum in iudicio cadere non possit, imò cum sit supremus Iudex & iustissimus. Inde sequitur quòd in tantum plus vnus Iudex altero iustior erit in quantū in administranda iustitia, & in infligēdis pœnis magis Deo se aptabit conformari: Minor probatur, authoritate sacræ Scripturę in lib. Exodi cap. 20. Vbi habentur infrascripta: Ego sum Deus Zelotes visitans iniquitatem patrum in filios in tertiam, & quartam generationem: Vnde pro peccato Cham filij Noe, Chanaam filius eius maledictus est, vt habetur in lib. Genesis cap. 9. Giezi peccante lepra transmissa est ad posteros, vt habetur lib. 4. Regum. cap. 5. Sanguis etiam Christi, reddit pœnæ obnoxios successores iudęorū qui dixerūt (Matt. 27. cap.) sanguis eius super nos & super filios nostros. legitur etiam quòd pro peccato Achor, populus Israel traditus est in manus hostium, vt habetur lib. Iosue cap. 7. & pro peccato filiorum Hæli idem populus corruit in cospectu Philistinorū, vt habetur in primo lib. Regum, capit. 4. ergo ex his omnibus probatur, quòd aliquis poterit puniri pro peccato alterius.

Sed contra est, quòd dixit Dominus (vt habetur in lib. Ezechielis Prophetæ, cap. 18. Vbi hæc habentur, videlicet.) Et factus est sermo Domini ad me dicens, quid est quod inter vos parabolam vertitis in prouerbium istud in terra Israel, dicentes. Patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obstupescunt? Viuo ego, dicit Dominus Deus, si erit vltra vobis parabola hæc prouerbium in Israel: Ecce omnes animæ meæ sunt, Vt anima patris, ita & anima filij est: Anima quę
59 peccauerit † ipsa morietur, & vir si fuerit iustus &c. hic iustus est, Vita viuet ait Dominus. Quod si genuerit filium latronem &c. nunquid viuet? Non viuet: Cum hæc omnia detestanda fecerit, morte morietur. Sanguis eius in ipso erit, quod si genuerit filium, qui videns omnia peccata patris sui, quæ fecit, & timuerit, & nō fecerit simile eis. &c. hic non morietur in iniquitate patris sui, sed vita viuet. & dicitis quare nō portabit filius iniquitatem patris &c. anima quæ peccauerit ipsa morietur, filius non portabit iniquitatem patris, pater non portabit iniquitatem filij. Hæc in d. capitulo inter alia.

Respondeo præsenti quæstioni quàm pulcherrimæ nonnullis conclusionibus, pręmittendo tamē illis nonnulla notabilia, quæ examinanda occurrunt pro maiori intelligentia ipsarum conclusionum, & totius quæstionis. Primum ergo notabi-
60 le sit hoc, videlicet. Pœna † potest dupliciter cōsiderari, Vno modo secundum rationē pœnæ, alio modo in quantum pęna est medicina sanatiua nō tantum peccati præteriti, sed etiam præseruatiua à peccato futuro, vel etiam promotiua in aliquod bonum. Primo ergo modo accepta, pœna nō debetur nisi culpæ: quia per pœnam reparatur equalitas iustitię, in quantum ille qui peccando nimis secutus est suam voluntatem, aliquid contra voluntatem suam patitur: Vnde cùm omne peccatum sit voluntarium, eo quòd subiectum peccati

sit

sit voluntas, vt docet August. in lib. retractatio-
num, dicens, quòd Voluntas est qua peccatur, &
rectè agitur: cuius Sancti Doctoris amplectitur
Diuus Thom. in prima secundæ, quæstio. 74. arti
cu. 1. in corp. quæstio.) inde consequens fit quòd
nullus veniat puniendus hoc modo, nisi propro-
pria culpa commissa propria voluntate: Secun-
do modo verò pena accepta, scilicet in quantum
est medicina &c. aliquis venit puniendus nõ per
propria culpa, non autem sine causa: sciendum ta
men, quòd quemadmodum nunquam datur me-
dicina carnalis, vt subtrahat maius bonũ, & pro-
moueatur minus bonum, vt patet medicina car-
nali qui (nisi sit insipiens) nunquam dat medici
nam ad sanandum calcaneum si ex ipsa sciat ho-
minem cecum effecturum, sed per medicinã stu-
det lædere (si aliter facere non possit) infirmum
in minoribus membris, vt maioribus ac magis ne
cessarij præstet incolumitatem: Et quoniam bo-
na spiritualia sunt prætiosiora bonis temporali-
bus: ideo iustè aliquando punitur quis in tempo
ralibus bonis absque culpa, vt spiritualibus dite-
tur: Cuiusmodi sunt plures pœnæ præsentis vitæ.
61 Secundũ notabile sit hoc. Pœna, † qua vnusquis-
que poterit puniri, est in triplici differentia: Alia
enim dicitur pœna æterna, alia corporalis, & alia
62 spiritualis. Pena spiritualis æterna † est illa, que
debetur post hanc vitam morièti in peccato mor
tali, iuxta Symbolum Athanasiji Qui verò mala
egerunt ibunt in ignem æternum: & verbum Do-
mini nostri Iesu Christi apud Matth. cap. 25. Di-
scedite à me maledicti in ignem æternum, qui pa
63 ratus est diabolo & angelis eius. Pena † verò cor
poralis est duplex, quædam consistens circa cor-
64 pus: & quædam circa statum: Spiritualis † verò
pœna tẽporali, seu tẽporaria estquattuplex: Pri-
ma est pœna excommunicationis. Secunda est pe-
na interdicti. Tertia est suspensionis. Quarta pe-
na irregularitatis, quæ largo modo poterit dici pe
na, cum soleat incurri pro culpa: His ergo præmis
sis nonnullis conclusionibus, satisfaciemus quæ-
stioni.

Prima conclusio sit hæc. Pœna spirituali æter-
65 na † nemo puniẽdus venit pro alterius culpa, sed
tantum pro propria culpa, propriè loquẽdo. Hec
conclusio probatur quatruplici medio. Primò e-
nim iure Diuino iam adducto in cap. 18. lib. Eze-
chielis. Probatur & secundò authoritate iuris po
sitiui: text. est enim apertus in cap. iam itaque, 1.
quæstio. 4. & est Augustini scribentis ad Bonifa-
cium: vbi infrascripta habentur, videlicet. Iam
itaque cùm homo in seipso ab eo qui genuit eum
alter est effectus, peccato alterius sine sua consen
sione non tenetur obnoxius: Traxit ergo reatum,
quia vnus erat cum illo, & in illo à quo traxit, quã
do quod contraxit admissum est, non alter trahit
alter ab altero: quando sua vnoquoque propria
vita viuente iam est, vt verè dicatur, Anima quæ
peccauerit, ipsa morietur. hæc ibi. Probatr & ter-
tiò Doctorum authoritate, de quorum numero est
Diuus Thom. in 2. 2. quæstio. 108. articu. 4. in re-
sponsio. ad primum. Vbi inter alia infrascriptis
verbis vtitur, videlicet, dicendũ, quòd pœna spi-
ritualis, nunquam punitur pro peccato alterius,
quia pœna spiritualis pertinet ad animam, secun
dum quam quilibet est liber sui. hæc ille. Hostien.
quoque præsenti se subscripsit conclusioni, in sum
ma titu. de penis, §. quæ & quibus. in versic. æter-
na pœna. vbi infrascriptis vtitur verbis, videli-
cet. æterna pœna nunquam punitur vnus pro alio.
vt 1. quæst. 4. c. 1. & c. iam itaque: idem dicit glo.
in dicto cap. iam itaque, in versic. reatum. quam
sequuntur Archidiaconus & Præpositus ibidem:
Probatur & quartò, & hac ratione probatur præ
sens cõclusio, sicut enim nõ venit coronãdus eter
na spirituali corona, nisi qui legitimè certauerit,
vt docet Apostolus, sic meritò dicendũ erit, quòd
nullus veniat puniendus æterna spirituali pœna,
nisi pro proprijs demeritis.

Secunda conclusio. Quicunque in male operan
66 do imitatur † aliquem, impropriè loquendo, ve-
nit puniendus pro operibus eorum, quæ imitan-
tur: dixi, impropriè loquendo, quia hæc conclu-
sio non distinguitur à prima, nisi quoad quid no-
minis, cum re vera licèt qui imitetur aliquem in
male operando tamen verum est dicere ipsum
operari malum, ac per consequens dignum pena:
Hæc conclusio probatur eisdemmet authoritati-
bus adductis in præcedentis conclusionis proba-
tione, cum eadem (ibidem) verba conclusionis
habeãtur, & vltra illas adducitur text. in cap. nisi
cum pridem: extra de renunciationibus vbi Ce-
lestinus Tertius scribens Episcopo Arelatensi, in-
ter alia adducit authoritatem iuris Diuini supra
relatam, quæ est in lib. Ezechielis, cap. 18.

67 Tertia conclusio. Pena † corporali (quæ consi-
stit circa corpus) sepe quis venit puniendus pro
culpa alterius, vt contigit plebi Israeliticæ, quæ
tradita fuit in manibus hostium peccato Achor,
& peccato Saulis fuerunt interfecti multi ex suis
descendentibus. & ferè in tota sacra Scriptura,
multa similia exempla leguntur. Hæc conclusio
probatur authoritate Canonis, in cap. Ecclesia,
1. q. 4. §. item peccato Achor. & Hostien. vbi supra
in versic. corporalis.

68 Quarta conclusio. Pœna † corporali (quæ cõ-
cernit statum alicuius personæ) vt est seruitus, vel
infamia, sepe vnus punitur pro alio: Hæc conclu
sio probabitur prius quoad seruitutẽ, quapropter
sciendum quòd text. in cap. cum multe, §. ideoq;
15. q. fina. & est Concilij Toletani, infrascripta sta
tuit, videlicet. Ideoque qui ab Episcopo vsq; ad
Subdiaconem deinceps, vel ex ancillæ, vel ex in-
genuæ detestando connubio, in honore constitu-
ti filios procreauerint, illi ex quibus geniti pro-
babuntur, canonica censura damnentur: proles
autem aliena pollutione nata, non solùm hæredi-
tatem nunquam accipient, sed etiam in seruitutẽ
eius Ecclesiæ, de cuius Sacerdotis, vel Ministri
ignominia nati sunt, iure perenni manebunt. Hec
in dicto Canone: Probatur quoque præsens con-
clusio, (quoad infamiã) ratione cuius quis nõ ad-
mittitur ad beneficium ecclesiasticum obtinen-
dum. & primo per text. in cap. litteras, extra de
filijs presbyt. Vbi Celestinus Tertius dispensauit
cum nato de adulterio, vt posset suscipere ordi-
nes, nec non conferri ipsi beneficium necessarium
ad victum. & in cap. nimis, extra eodem. Grego-
rius Nonus statuit quòd filij Presbyterorum sine
dispensatione Summi Pontificis non promouean
tur, nec eis conferantur beneficia curata, & digni
tates ecclesiasticæ: hæc in dicto Canone. & hæc
adduxisse sufficiat, cum infra loco suo erit copio-
sior sermo habendus.

69 Quinta conclusio & vltima. Pœna † spirituali
tẽporaria aliquando quis punitr peccato alterius,
aliquando

aliquando non: quapropter sciendum, quòd cum quatruplex sit pœna huiusmodi (vt diximus) idcircò necesse erit mihi de vnaquaque aliquid intimare, vt sciamus quando potissimus in aliquam earum incidere aliena culpa: Memoriæ ergo erit
70 commendandum quòd pœna † excōmunicationis, tā maioris quàm minoris, nemo punitur nisi pro culpa propria, quæ tamē necessaria erit præcedere: culpa enim saltem venialis requiritur, vt quis incidat in excommunicationem minorem, licèt aliquando ipsa incurratur pro mortali, vt per participationem in diuinis, de quo infra dicetur. cum de pœna clericorum excommunicatorū erit sermo habendus. sed culpa mortalis necessario requiritur, vt quis incidat in excommunicationem maiorem, quapropter docent vno ore Doctores quòd quotiescunque quis transgreditur aliquam legem, cui est annexa excommunicatio, quòd nūquam incidet in excommunicationem, propter huiusmodi transgressionem, nisi pro mortali culpa, de quo tamen infra latius dicetur loco prædicto, sufficiet tamen modò adduxisse, quòd nemo debeat excommunicari, nisi pro mortali peccato, (quod vtique vnusquisque propria voluntate committit) vt docet Diuus Thom. in 4. senten. dist. 18. quæst. 4. artic. 1. quod lex seu quæst. 3. in corpore quæst. Secunda pœna spirituali temporaria. 1. in-
71 terdicto frequentet † vnus punitur pro alio, vt patet ex text. in cap. non est vobis, extra de sponsalibus. vbi infrascripta habentur statuta ab Alexandro Tertio scribenti Archiepiscopis & alijs Prælatis, per Angliam constitutis, videlicet. Non est vobis (sicut arbitramur) incognitum, qualiter Rex Anglorum pro discordia, quæ inter ipsum & filios suos est suborta: vxores eorum detineat, & infra: Nos itaque attendentes iustum & honestum esse, vt viri suas petant vxores. Mandamus quatenus eundem Regem ad eas restituendas sollicitè moneatis: & si iuxta commonitionem vestram filijs suis vxores suas infra certum terminū non restituerit, ex tunc in quacumque prouinciarum vestrarum detineatur, vel transferantur, donec ibi fuerint, nulla Diuina officia (præter Baptismum paruulorum, & pœnitentias morientiū) celebrentur: nec permittatis aliquatenus celebrari. hæc in dicto Canone, ex cuius verbis patet quòd pœna interdicti generalis punitur aliquando non pro culpa propria: & vnus pro aliena culpa: & quòd pœna interdicti spiritualis tamen quis
72 aliquando puniatur pro propria culpa † probatur per text. in cap. sane, §. ideoque, extra de officio Iudicis deleg. in quo Canone Alexander Tertius infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Ideoque si Episcopus, vel alia persona, quæ non sit de iurisdictione illius in causa, quam ei delegamus, rebellis, aut contumax fuerit: secundum qualitatem facti, poterit vel interdicti, vel suspensionis sententia à Iudice delegato compelli. hæc in dicto §. ex quo elicitur quàm apertissimè quòd quis possit interdici pro sua culpa. Tertia quoque pœna
73 † spirituali tēporalia aliquando punitur quis pro culpa aliena, & aliquādo pro sua propria, & quòd quis puniatur hac pœna pro culpa aliena, probatur per optimum text. in cap. præsentium. 1. q. 5. qui Canon est Vrbani Secundi: Vbi infrascripta habentur, videlicet. Præsentium portatorem, quē parentum in curia per pecuniam non Episcopo, sed cuidam Principum eius datā, & inuitum Sacerdotij dignitatem obtinuisse significasti: licèt Sancti Canones deponendum esse testentur: tamē quia culpam istam nesciens, & coactus commisit, & quia ab eodem ordine, vt deponeretur supplicauit vltroneus: &c. ipsum in eodem ordine esse fraternitati tuæ consulimus: &c. Hæc in dicto Canone inter alia: ex cuius verbis patet, quòd quis punitur aliquando pœna suspensionis pro culpa alterius: & quòd aliquis suspendatur propria culpa, probatur per tex. in cap. quia in omnibus, extra de vsuris. §. qui autem acceperit: Vbi Alexander Tertius in Concil. Lateranēsi, infrascripta statuit, videlicet. Quia in omnibus ferè locis ita crimen vsurarum inualuit &c. Ideoque constituimus quòd vsurarij manifesti, nec ad communionem admittantur altaris &c. qui autem acceperit &c. & quæ acceperit reddere compellatur, & donec ad arbitrium Episcopi sui satisfaciat, ab officij sui maneat executione suspensus. hæc ibi. ex quibus constat, quòd quis puniatur pœna suspensionis, etiam pro propria culpa. Quarta quoque pœna spirituali temporaria, scilicet irregularitatis quis punitur pro propria culpa, & pro aliena: & quòd pro propria culpa quis puniatur hac pœnas, probatur per multos Canones, in titulo de homicidio contentos, & specialiter per textum in cap. de cætero. extra de homicidio. Vbi Alexander Tertius infrascripta breuiter statuit, videlicet. De cętero noueris quòd diaconus qui homicidio causam dedisse videtur: non videtur ad Sacerdotium promouendus. hæc ibi, & quòd hac pęna quis puniatur sine culpa, probatur per text. in cap. si quis viduam, distinctio. 50. & est desumptus ex Concilio Martini Papæ. Vbi hæc inter alia habentur, videlicet, si quis viduam, aut ab alio relictam duxerit, non admittatur ad clericatum, quod si irrepserit, deijciatur. hæc ibi, & patet matrimonium contrahere cum vidua peccatum non esse: & tamen puniri hac pœna.

Ad argumentum modo quàm facillimè patet responsio ex adductis conclusionibus breuiter dicendo ipsum militare, quoad pœnas omnes præter pœnas spirituales æternas cum ipse pertineāt ad animam, secundum quā quilibet est liber sui, quapropter si illas voluerit effugere, poterit Deo adiuuante, non peccando: cum subiectum peccati sit voluntas, pœnas verò reliquas nō possumus sępe sæpius vitare (licèt velimus) pro viribus, cū ille non consentur semper ac producantur, à culpa: præter nonnullas paucas iam enumeraras in supra adductis conclusionibus, vide in responsionem argumenti, quæ dixi in scrutinio iuris, folio. 12. num. 19.

De delictorum speciebus.

Sermonem habitum in superioribus præambulis de quotuplicitate pœnarum, meritò subsequitur sermo de speciebus delictorum: & licèt prima fronte aliquibus videri possit me peruertisse ordinem in scribendo, tamen pium Lectorem certiorem reddere visum fuit, me seruasse verum ordinem procedendi: quoniam licèt pœna imponatur pro culpa, ac per consequens ordine naturæ videatur culpam præcedere ipsi pœnæ (si loquamur de pœna, quæ tantum infligitur pro culpa) Nihilominus quoniam est aliqua pęna, quæ etiam infligitur sine propria culpa illius, qui per ipsam

ipsam punitur, vt fuit probatum in præcedentibus præambulis, hac de causa operæpretium duxi prius loqui de pœna tanquam re generaliori, & post modum de culparum, seu delictorum speciebus. procedendo more solito per nonnullas conclusiones.

74 Prima conclusio fit hęc. Delictorum † quędam dicuntur publica, quædam priuata: Publica verò dicuntur illa quorũ accusatio, vel persecutio permissa est cuiliber de populo: vt sunt crimen læsę maiestatis, adulterij, homicidij, parricidij, peculatus, falsi testamenti: Vis publicæ, vel priuatæ, ambitus, repetundarum, annonæ: quæ omnia pro delictis connumerantur in l. 1. ff. de publi. iudic. Item omne delictum quod principaliter fit, in offensam Dei, vt colligitur ex text. in l. Manicheos. C. de hæreticis. ratio est, quoniam quod fit in offensam Dei, ad omnium offensam pertinere videtur. Cùm ipse omnium sit pater & dominus. Hæc conclusio probatur authoritate prædictorũ iurium, ex quibus desumpta est, & apud omnes Doctores est inconfesso, & iccirco alijs medijs hic non probabitur.

75 Secunda conclusio. Priuata delicta † dicuntur ea, quorum accusatio vel persecutio regulariter non permittitur nisi parti læsæ, prout est furtum, damnum illatum, iniuria, arborum incisiones, & huiusmodi. sed animaduertendum quòd hæ differentię (quæ de iure ciuili est inter delicta publica & priuata) est maximi effectus in multis: Nã regulariter condemnatus de delicto publico, efficitur infamis, non autem condemnatus de crimine priuato: vt docet text. in l. infamem, ff. de publicis iudi. Hæc conclusio verissima est, probatur: d.l. & omnium Doctorum ibidem, quos hic non retuli breuitatis causa, maximè cum in foro ecclesiastico habeatur ratio de subsequenti conclusione. & non de hac.

76 Tertia conclusio. Delicta omnia, † tam ea quæ diximus esse publica, quàm ea, quæ diximus priuata, de iure Canonico dicuntur publica, vt docet Ananias, in cap. statuimus, ext. de maledicis, colum. 13. in versic. est enim istud regulare. & secundum hoc pro quolibet crimine priuato in foro ecclesiastico, posset procedi etiam ex officio, & sic per inquisitionem, saltem ad imponendã pœnam extraordinariam, vt docet Iulius Clarus in sua pract. in principio ipsius. in versicu. hæc tamen omnia: qui ibidem addit, quòd cum omnia ferè videantur per consuetudinem contrariã mutata in foro: iccirco adhærendum est statutis, vel consuetudini, quæ viget in loco, vbi faciendũ est iudicium: Hæc conclusio probatur authoritatibus prædictis.

77 Quarta conclusio. Delictorum, † nonnulla dicuntur merè ecclesiastica, nonnulla merè secularia, & nonnulla communia, seu mixta: vel mixti fori: Merè ecclesiastica sunt, hæreticis, & simonia, & dicuntur merè ecclesiastica: quia horum criminum cognitio tãtummodo reseruata est Iudicibus ecclesiasticis, etiam si commissa sint per laicos: Merè secularia dicũtur, & sunt ea de quibus si à laicis committantur, soli Iudices seculares, vt est homicidiũ, furtum, & huiusmodi. Cõmunia seu mixta delicta dicuntur ea, de quibus si à laicis committantur, vterque Iudex cognoscere potest. & datur locus præuentioni: & sunt adulterium, periurium, sacrilegium &c. de quibus latius infra cum de ipsis specialiter erit dicendum. Hæc conclusio probatur authoritate Iulij Clari vbi supra. & loco suo multorum aliorum Doctorum probabitur, Deo dante.

78 Quinta conclusio. Delicta alia † dicuntur nominata, alia innominata: Nominata sunt illa, quę à lege habent peculiare nomen iuris, vt est furtum, adulterium, incęstus, simonia, & huiusmodi. Nam ex contrectatione rei alienæ inuito Domino, lex induxit delictum, quod appellauit furtum: ex concubitu vxoris alicuius cum alio viro, facit oriri delictum, quod vocauit adulterium, & sic de singulis, vt latius dicetur locis suis. Delicta autem innominata sunt, quæ non habent speciale nomen iuris, sed tantummodo facti, vt est verberare, percutere, ingredi domum alienam, & huiusmodi, quæ aliquando fieri possunt sine maleficio, licèt aliquando fiant cum maleficio, seu culpa, contrarium dicitur autem de nominatis, quia nunquam fieri possunt sine maleficio, vt paret ad sensum. Hæc conclusio per se patet, & iccirco probatione non indiget.

Sexta & vltima conclusio sit hæc. Delictorum

79 † vltima diuisio tradita à Doctoribus est, quòd delictorum aliqua dicantur leuia, aliqua grauia, seu atrocia, aliqua verò atrocissima: quæ verò dicantur leuia, vel grauia, vel atrocissima possunt cognosci ex pœnis taxatis vnicuique delicto, de quibus infra pauca loco suo Deo dante, & hæc dicta sufficiant pauca de multis, quæ adducenda videbantur in præambulis præsentis tractatus quasi pro illius introductione.

His ergo præmissis pro maiori intelligentia afferendorum.

80 Prima cõclusio sit hæc. Hæresis † est dictio gręca, dicitur ab electione, quoniam vnusquisque eligit sibi disciplinam, quam putat (diabolo fallente) meliorem. Hæresis ergo est dogma falsum Fidei Orthodoxæ contrarium. 1. error contrarius Catholicæ veritatis: est ergo omnis hæresis dogma falsum siue error, sed non è conuerso nõ omne dogma falsum hæresis. hæc conclusio probatur duplici medio. Primo enim per text. in cap. hæresis, 24. quæst. 3. & est desumptus ab expositione Sancti Hieronymi, super Epistolam S. Pauli ad Galathas: Vbi infrascripta habentur, videlicet. Hæresis gręce ab electione dicitur. quòd scilicet eam sibi vnusquisque eligat disciplinam, quam putat esse meliorem: hæc ibi inter alia, & in c. precedenti immediatè referuntur verba alia Diui Hieronymi super dictam Epistolam S. Pauli, ad Galathas: Vbi infrascripta habentur, videlicet. Inter hæresim, & scisma hoc esse arbitror: quòd hæresis peruersum dogma habeat. &c. Probatur quoque præsens conclusio, authoritate Doctorũ, D. enim Thom. in 2. 2. q. 11. artic. 1. in corp. quæstio. infrascriptis verbis nostræ se subscripsit conclusioni, videlicet. Nomen hæresis electionem importat, electio autem est eorum, quæ sunt ad finem, præsupposito fine: (& paulo post ibidem S. Thom. subinfert) & ideo hæresis est infidelitatis species pertinens ad eos, qui fidẽ Christi profitentur, sed eius dogmata corrumpunt. hæc ille Sanctus, vbi supra, cuius sententiæ verbis vtuntur D. Bonauentura, in 4. sentent. dist. 13. super litera Magistri: & Petrus à Pal. in 4. sent. distin. 13. quæst. 3.

quæst.3. conclusione prima, & omnes summula-
rij in versic. hæresis. & reliqui omnes Doctores in
dictis cap. hæresis, & cap. præced. immediatè.
Attamen pro maiori intelligentia præsentis con-
clusionis operæpretiũ duxi exponere vnumquod
81 que verbum descriptionis hæresis † iam adductę.
Sciendum igitur quòd primo diximus in ipsa, hę
resis est dogma falsum Fidei orthodoxæ contra-
rium, per quæ excluduntur omnes alij errores, Fi
dei orthodoxæ non contrarij, sicut error in re-
bus naturalibus, de quibus Fides Catthoìica, ni-
hil contrarium asserit, vt sunt errores de vi & nu-
mero elementorum, & huiusmodi. quorũ studio
Physici insudarunt: & quorum scientia ad religio
nem non pertinet: de quibus Augustinus in lib.
Enchiridion. cap 8. Inquitur; Errores in his, & si
falsa dogmata sint, non hæreses dicendi: ex hac
diffinitione etiam sequitur: quòd error in Fide
non ideo est hæresis, quia ab Ecclesia damnatus,
sed quia Fidei contrarius: Vnde hæreses ab Eccle-
sia damnatæ, priusquam damnarentur, fuerunt
hæreses (vt docent Gabriel Biel. in 4. sent. distin-
ctio 13. quæstio. 2. & Author Lexicon Theologi-
ci in versic. hæresis, sequens dictum Gabrielem.
& Sotus in 4. sentent. distinct. 18. quæst. 1. artic. 1.
in prima ratione adducta ad probationem quintę
conclusionis. Vbi infrascriptis vtitur verbis, vi-
delicet. Ecclesia non potest facere propositio-
82 nem è non hæretica, † hæreticam, nisi articu-
lum veritatis è sacra Scriptura explicando: qua-
re propositio, quæ nunc est hæretica contra scri-
pturam, semper fuit hæretica, licèt ante Ecclesię
interpretationem assertores excusarentur, ne es-
sent hæretici. hæc ille vbi supra.) Determinatio
autem ecclesiæ, non facit propositionem prius ve
ram esse falsam, nec prius falsam esse veram, sed
quia vera est, Ecclesia approbat, aut si falsa, repro
bat, & condemnat, nec aliqua hæresis est noua;
(vt ostendit Gabriel Biel, vbi supra.) Cùm autẽ
dicitur aliquam hæresim esse nouam: hæc assertio
dupliciter poterit intelligi: Vno modo, quia de
nouo incipit esse falsa, quia de nouo asserta, vel
defensa, ab aliquo est, non quin prius fuerit falsa,
83 † veritatique Fidei contraria: sic in multis Cano
nibus intelligitur, noua hæresis: vbi sæpè fit men-
tio de nouis hæresibus introductis, vel introdu-
cendis: Sciendum insuper quòd (ad maiorem de
clarationem dictæ diffinitionis) error & hæresis
84 dupliciter † accipiuntur, vel primo pro habitu,
seu actu assentiendi falso, vel secũdo pro obiecto.
Si primo modo hęresis accipiatur, dicimus quòd
sic potest esse noua fides, & noua hęresis, ac error:
quoniam quis potest de nouo credere, vel errare
in aliquo articulo Fidei. Sed si hæresis capiatur,
secundo modo, dicemus, quòd non est dare quòd
sit sit error, vel hæresis noua, nec veritas Catho-
lica noua, quin si ipsa prius fuisset formata, fuisset
error hæresis, aut Fides Catholica, reddendo sin
gula singulis, & hoc modo intelligunt ipsi prę ad-
ducti Doctores, quòd hæresis noua non sit, licèt
modo in lucem prodire contingat: Determina-
tio namque Ecclesiæ Sanctæ, aut Summi Pontifi-
cis declarat, & diffinit, quòd aliqua veritas Ca-
tholica, pro tali acceptanda est, quę prius pro ta-
li habita non est: sic de hęresi. Vnde Ecclesia sua
determinatione veritates, quas approbat, fuisse
Catholicas, & per condemnationem suam diffi-
nit assertiones, quas reprobat fuisse, & esse hęre-
ticas, & ita non facit nouum articulum Fidei, sed
nouiter diffinit aliquem articulum pertinere, ac
pertinuisse ad Fidem: & ad Catholicam verita-
tem, vt peroptimè docet Gabriel Biel, vbi supra.
Secunda conclusio. Licèt variè describatur, seu
85 definiatur hæc vox, Hæreticus, † à Doctoribus
tamen, quia subsequens descriptio inter alias, no
bis summopere placuit, iccirco illam, hic in pri-
mis afferre visum fuit: & est talis, videlicet. Hæ-
reticus est homo, verè baptizatus, vel pro bapti-
zato se gerens, pertinaciter errans, vel dubitans,
contra Catholicam veritatem. Hęc conclusio pro-
batur vera, authoritate Gabrielis Bielis in 4. sent.
distinct. 13. quæstio. 2. articu. 1. Imò ex diffinitio-
nibus aliorum Doctorum, quæ hic adducentur ad
maiorem veritatis dilucidationem. Probatur quo
que & rationibus, quæ elucebunt, ex declaratio
ne vniuscuiusque verbi, ferè ipsius diffinitionis.
quapropter sciendum, quòd non frustra dixi (in
diffinitione) verè baptizatus: vt excluderem eum
qui ioco fuit baptizatus, non intendens suscipere
sacramentum Baptismi: sed ipsum irridere: co q
omnes Theologi concludunt, in 4. sentent. ipsum
non suscipere sacramentum Baptismi, nec rem Sa-
cramenti: cum intentio suscipientis necessario re
quiratur in adulto: quapropter si huiusmodi io-
co baptizatus erraret pertinaciter, non erit here
ticus iudicandus, sicut nec gentilis, vel iudęus:
eo quòd non omnis errans est hæreticus: dicente
Sancto Hieronymo, Errare potero, hæreticus ta-
men non ero, quia nõ omnis errans est hereticus:
Diximus quoque in diffinitione, (Pro baptizato
se gerens) ad differentiam eius, qui fuit baptiza
tus non seruata forma Ecclesiæ, instituta à Chri-
sto: quoniam ille talis, etsi errauerit propriè, nõ
esset dicendus hæreticus, sed tantũ si errauit per-
tinaciter, qui fuit baptizatus, iuxta formam Eccle
siæ Sanctæ, & pro tali se gerit, idest vbique fate
tur, se fuisse baptizatum secundum formam Ec-
clesiæ Sanctæ Romanæ, ac verum Christianum, li
cèt erret veraciter in aliquo Fidei Catholicæ arti
culo: & dicitur (Pertinaciter) ad excludendum
errantem, vel dubitantẽ, ex simplicitate, vel igno
rantia sola, non ex pertinacia, contra Catholico-
rum dogmatum veritatem, quia talis nõ erit cen
sendus hæreticus. Is enim dicetur pertinaciter er
rare, qui non est paratus corrigi, cum inuenerit
veritatem, (hoc est) cum veritas sibi ostenditur
sufficienter non deponit errorem, vel dubium:
Vnde elicitur hoc notabile, quòd sequitur: Iste
asserit, credit, vel tenet aliquid quod contraria-
tur veritati Fidei Catholicæ, ergo est hæreticus:
quia multi Sancti, & Catholici tenuerunt opinio-
nes contrarias, in his, quę ad religionem perti-
nent, quarum vna fuit hæretica: & tamen neuter
eorum fuit hæreticus: tum quia neuter eorum,
adhęsit pertinaciter proprię opinioni. Tum quia
tunc temporis non constabat, quę pars Doctorũ
contrarium ad inuicem sentientium teneret opi-
nionem hęreticam, & quę Catholicam: antequã
accessisset Ecclesię Sanctę Romanę sententia, ip-
sam opinionem esse hęreticam, vel Catholicam
declarans. Dicitur quoque in diffinitione. (Vel
dubitans pertinaciter) quoniam dubitans de ali-
quo articulo Fidei cum pertinacia, verè hęreticus
est: vt docuit Stephanus Papa (& habetur in c. 1.
ext. de hereticis.) his verbis, videlicet. Dubius in
fide infidelis est, nec eis omnino credendum est,
qui

qui Fidem veritatis ignorát. hęc ibi, de quo infra
latius dicemus, quia hic tantum breuiter hoc ad-
duximus ad probationem diffinitionis termini
istius, videlicet (hęreticus) & ratio est, quoniam
oportet Catholicum firmiter assentire Catholicæ
Fidei, alioquin fidem non habet: Vnde hæreticus
pertinaciter defendés hæresim iam damnatá, nisi
resipuerit, venit durissimè puniendus: de quo in-
fra loco suo, cum dicemus de pœna ipsis infligen-
da. Et hæc dicta sufficiant pro declaratione eo-
rum, quæ continentur in pręsenti conclusione. At-
tamen sciédum, quòd etiá dictus terminus, vide-
licet (hęreticus) variè fuit diffinitus à Doctorib.
quorú diffinitiones in medium adducere operæ-
pretium duxi, ad maiorem conclusionis nostræ
probationé, cum ex ipsis magis eluceat elegátia
diffinitionis præadductæ cum ipsa colligatur, ex
omnibus adducendis diffinitionibus. Sciendum
quòd multis modis reperit descriptus, hic termi-
86 nus (hęreticus) †S. August.n. (& hr in c. hęreti-
cus est.24.q.3.) hoc modo diffiniuit, videlicet. Hę-
reticus est qui pro alicuius tẽporalis cõmodi, &
maximè vanę gloriæ principatusq; sui gratia: fal
sas ac nouas opiniones, vel gignit, vel sequitr hæc
ille cú diffinitione Magister sententiarum in lib.
4.sent.dist.13.in fine. Rursus & aliter August.tra-
dit hanc aliá diffinitioné (cõtra Manicheos) & hr
in c. qui in Ecclesia.24 q.3. vbi hęc habenr, videli
cet. Qui in Ecclesia Christi, morbidú aliquid, pra
uumque sapiunt, si correcti, vt sanum rectumq; sa-
piant, resistunt contumaciter: suaque pestiferá, &
mortifera dogmata emendare nolunt, sed defen-
sare persistunt, hæretici sunt: hæc ibi. Tertio mo-
do reperitur diffinitio, elicit á verbis Vrbani Pa-
pæ (& habetur in c. qui aliorum.24.q.3.) vbi hęc
habenr, videlicet. Qui aliorum defendit erroré,
multo amplius damnabilior est illis, qui errát: qũ
non solùm errat, sed etiá alijs offendicula erroris
præparat, & cõfirmat: Vnde quia magister erro-
ris est, nõ tm̃ hęreticus, sed ẽt hæresiarcha dicen-
dus est, hęc ibi. Quarta est Diui Tho. in 4.sent.di-
stin.13.q.4.de hęreticis, arti.3. quodl.1.in fin. vbi
infrascriptis verbis diffinit hæreticum, videlicet.
Ideo hęreticus secundum nos dr, qui a cõi Fide,
(quę Catholica dr) discedit, contrarię opinioni
vehementer inhęrens per electioné. Quinta dif-
finitio tradita à Diuo Bonauent. in 4.sent.dist.13.
in fine super literam Magistri, est hmõi, videlicet.
Hęreticus est, qui Diuinę legis ignorantia, vel cõ-
temptu pertinax inuentor proprij erroris, aut alie
ni sectator, Catholicę veritati, mauult aduersari,
quàm subijci: hęc ille Sanctus, vbi sup. Sexta diffi-
nitio tradit à Riccardo de Mediauilla, in 4. sent.
dist. 13. artic. quæst. Quinta in corp. quæst. bis ver
bis, videlicet. Est enim hæreticus ille, qui profitet
Christú, & eius dogmata corrúpit cú pertinacia.
hæc ille. Septimo modo diffinit à Petro de Palude
in 4.sent.dist.13.quæst.3.conclusione prima, quia
licèt sit altera, quia non est descripta ijsdem ter-
minis, qua reliquæ diffinitiones, tamẽ nõ est alia;
quia ad idem oẽs tendunt. Diffinitur ergo à Petro
à Palu. taliter, videlicet Hæreticus dr ab hęrédo,
& hæresis est secta, vel diuisio, & dicitur à prohę-
resi, quòd est electio. Vnde quando ex electione,
& non ex simplici ignorantia, quis diuidit se à Fi-
de Catholica, in quocunque articulo, quem expli-
citè tenetur scire, vel alio per Ecclesiam declara-
to cum pertinacia, is est hæreticus verè: Dico aũt
per Ecclesiam vniuersalem: quia ad particularem
Ecclesiam non pertinet de Fide vniuersaliter iudi
care, vt docuit text. in cap. maiores, extra de Ba-
ptismo (qui Canon est Innocentij Papæ Tertij.)
Quapropter si aliquis dixerit contra vnius Epi-
scopi excommunicationem forsan ibi latam in-
currere posset, non autem hæresim. hæc Petrus v-
bi supra. cui in quarto sentent. omnes Theologi
astipulantur.
87 Tertia conclusio sit hæc. Hæresis crimen † est
merè ecclesiasticum: Quapropter neque pro ta-
li crimine contra ipsos laicos Iudices laici pos-
sunt inquirere. sed huiusmodi inquisitio spectabit
ad ecclesiasticum Iudicem (vt latius dicetur in §.
vltimo præsentis capituli primi.) Hæc conclusio
probatur triplici medio. Probatur enim primò
per text. in cap. vt inquisitionis, §. prohibemus,
de hæret. in sexto. vbi Bonifacius Papa Octauus
his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. [Prohibe-
mus quoque districtius Potestatibus, Dominis tẽ
poralibus, & rectoribus eorundem officialib. su-
pradictis, Ne ipsi de hoc etiam crimine (cum sit
merè ecclesiasticum) quoquomodo cognoscant,
vel iudicent, siue captos pro eodem crimine, abs-
que dictorum Episcoporum, siue Inquisitorú, vel
saltem alterius eorundem licentia, vel mandato à
carcere liberent. &c.] hæc ibi. Probatur idipsum
& secundò Doctorum authoritate in dicto capit.
nec non & infrascriptorum aliorú. inter quos fuit
Panorm. in cap. excommunicamus, not. 2. ext. de
hæretic. vtens his præcisis verbis, videlicet. Nota
secundò in §. damnati. ibi. [Per Ecclesiam] quòd
crimen hæresis Ecclesia tantùm damnare potest,
& quòd nomine Ecclesiæ intelligatur ipse Papa,
vel Diœcesanus, vt in c. ad abolendá, ext. de hæret.
vel Inquisitor deputatus per Papam, vt in ca-
pitu. 1. cum multis similibus, de hæreticis in sex-
to. Seculares ergo Iudices respectu cognitionis,
& dánationis, de hoc crimine se non impediunt,
quia est crimen merè Ecclesiasticum, vt in dicto
capitu. vt inquisitionis 1. sed sola executio pœnæ
ei demandabitur. hæc Panormitanus, cuius sen-
tentiæ omnes Doctores ibidem, & alibi passim
se subscripserunt cùm decisio supradicti Pontifi-
cis sit apertissima. Probatur & tertiò hac ratione
præsens conclusio, videlicet. Cùm enim decisio
ambiguitatum, & obiectionum, quæ quotidie ab
hæreticis proponuntur, spectet ad Ecclesiam, quo
niam ipsius est dogmata Catholicæ Fidei trade-
re fidelibus Christianis. Indè consequens erit, ꝙ
crimen hæresis sit merè ecclesiasticum quoad ip-
sum iudicandum tale, ac ipsum puniendũ. eò ma-
gis cũ laici nõ incumbát studio Sacrę Theologiæ
moralis, vel scolasticæ, prout ipsi Iudices ecclesia-
stici, ac Inquisitores faciunt. Ad quod accedit: qm̃
hæresis aduerset dogmatib⁹ traditis ab ipsa Sácta
Ecclesia, cui tradita fuerát à Dño nro Iesu Chro,
vt latius in sequẽti §. cõclusione prima probabit.
Quàmuis omnibus Fidei lumine, ac ingenij
perspicacitate, doctrinæque Catholicæ splendore
illuminatis semper perspicuum fuisse crimen hæ-
resis prohibitum me non fugiat: Tamen operæ-
pretium duxi, nonnullas sacrorũ Canonum san-
ctiones, ac Doctorũ scripta perlustrare, vt Dñs Ie-
sus Pastor bonus me illumináo potuissẽ probare
dictũ crimẽ esse ꝓhibitũ iure Diuino: Tandẽ ipso
Dño annuente subsequẽtes sacrę Scripturæ aucto
ritates obuiauerút mihi, inter quas est illud, quo

vnum colere Deum præcipimur; nec non Symbolum Apostolorũ, in cuius fine dicitur, Credo Sanctam Ecclesiam Catholicam, & cùm ancipiti animo diu cogitassem de intellectu ipsarum sententiarum, visum fuit mihi illas ad rem nostram minimè pertinere: cum ipsi hæretici non negent vnum Deum colendum, sed vel aliquam ex tribus personis non colendam asserunt, vel aliqua alia dogmata Ecclesiæ Catholicæ Romanæ negant vera; sed nec crimen hæreticum videtur posse probari prohibitum iure Diuino, authoritate Symboli compilati à Sanctis Apostolis, ac per consequẽs videtur de iure positiuo, licèt crediderim articulos illos duodecim Sãctos Apostolos composuisse instinctu Spiritu Sancti (remittendo tamen me correctioni eiusdem Sanctæ Romanæ Ecclesiæ.) Quapropter ad alias sacræ Scripturæ sententias perquirendas me intrepidè conuertens: Diuina ope fultus, nonnullas me reperijsse credo, quibus me probare posse spero hæresim esse prohibitam de iure Diuino, vt in sequenti cõclusione patebit.

88 Quarta conclusio sit hæc. Hæresis crimen † est prohibitum de iure Diuino, cum ipsi contrarietur: Hæc conclusio licèt hucusq; à nullo Doctore fuerit explicitè probata, causam verò arbitror, quia neminem de ipsa dubitare posse credebatur ab ipsis: nihilominus operæpretium duxi, hìc illam adducere atque probare: pro maiori intelligentia, ac iustificatione eorum quæ dicenda erunt, de pœnis quibus veniunt puniendi ipsi hæretici. Sciendum igitur, quòd præsens conclusio probatur primo per tex. sacri Euangelij apud Marcum cap. 16. vbi hæc inter alia habentur, videlicet. Recumbentibus vndecim Apostolis, apparuit illis Iesus, & exprobrauit incredulitatem illorum: & duritiam cordis, quia his qui viderant ipsum resurrexisse à mortuis, non crediderant: & dixit eis. Euntes in mundum vniuersum prædicate Euangelium omni creaturæ: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur: Ex cuius verbis apertissimè elici mihi videtur veritas nostræ conclusionis (remittendo me tamen correctioni Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, vt sæpe dixi) Dominus enim noster Iesus Christus, per illa verba potestatẽ dedisse Apostolis prædicandi, ac dogmata Fidei Catholicæ tradendi credentibus probat: quid enim aliud intẽdebat dicere Saluator noster, per ipsa verba, nisi Do vobis potestatem prædicandi Fidei Catholicæ dogmata, promittens vobis, quòd quicunque vestris dogmatibus fidem non præstauerit condemnabitur pęnis ęternis, qui verò crediderit, & ea opere perficiet, saluabitur: quapropter apertè comprobatur hæresim fuisse prohibitã de iure Diuino, imo & adiudicatum hæreticum pęnis æternis, cum vt probauimus, hæreticus is dicendus erit, qui post baptismum susceptũ pertinaciter errat cõtra Catholicã veritatẽ contentã in dogmatibus Ecclesię Catholicę: ꝓ & in Euangelio apud Lucã, c. 10. Dñs protestatus fuit. dicẽs, Messis quidem multa, operarij autẽ pauci: &c. Ite, ecce mitto vos &c. & post nonnulla subintulit, qui vos audit me audit, & qui vos spernit, me spernit: qui autem me spernit, spernit eum qui misit me. &c. ex quibus verbis elicitur, quòd hæresis est prohibita de iure Diuino, cũ ipsi hæretici aspernentur dogmata Fidei Catholicę nonnulla tradita ab ipsis Apostolis in Symbolo, & ab ipsa Ecclesia Sancta Romana, cui præest Sũmus Pontifex, Vicarius Dei & successor Petri Apostolorũ Principis, cui Dñs Iesus Christus ius gubernãdi Sanctã Ecclesiã Principatũ, & iurisdictionẽ super oẽs fideles tradidit, nec nõ põtem cõdendi leges, & dogmata Catholicę Fidei, tradẽdi fidelib. dicẽs (vt hr̃ in Sacro Euãgelio apud Ioan. c. 20.) sicut misit me pater, & ego mitto vos, ac si apertè dixisset, sicut misit me pater ad tradẽda oĩbus hoĩbus dogmata salutis, sic ego mitto vos ad ꝑdicãda dogmata Fidei Catholicę, qua quilq; salutẽ cõsequi valeat: & volẽs Dñs noster Iesus Christus demõstrare apertius Petro dedisse regimẽ, ac ius dogmata aoregulas Catholicę Fidei tradẽdi reliquis fidelib. baptizatis, paulo post Dñs ipse dixit post resurrectionẽ suã, (vt hr̃ in Sacro Euangel. apud Ioan. c. vlti.) Simon Iois diligis me plus his? dicit ei. Etiã Dñe tu scis qa amo te: dicit ei. Pasce agnos meos. Dicit ei iterũ, Simon Iois diligis me? at ille; Etiã Dñe tu scis qa amo te. dicit ei iterũ, pasce agnos meos. Dicit ei tertio. Simon Iois amas me? contristatus est Petrus, quia dixit ei tertio amas me, & dicit ei: Dñe tu oĩa nosti, tu scis, qa amo te: dicit ei Pasce oues meas. hęc inter alia in d. c. vlt. habenẽ, ex quibus q̃ elegãtissimè, & veracissimè Sacri Theologi (in 4. lib. sent. quos statim referã, in fine pñtis cõclusionis) eliciierũt, ꝙ tũc Dñs dederit iurisdictionẽ S. Petro super oẽs fideles, qñ dixit. Pasce oues meas, seu agnos meos, cũ nulli dubiũ esse posit, ꝙ ad Pastorẽ spectat menare gregẽ ouiũ, & vel minis baculi, vel sonitu aliquo, vel voce reuocare agnos egrediẽtes ad ouile, & gregẽ, nec nõ pascuis earũ pręesse, sit methaphoricè dicẽdũ, ꝙ eo ipso ꝙ dedit Petro Dñs, & successori eius Sũmo Põtifici põtem, vt ipse voce propria, vel aliorũ suo nomine, ac mãdato, iux. illud axioma vulgatissimũ, (qui per aliũ facit, per seipsum facere vr̃) tã ꝑdicatores, q̃ Doct. Catholicos, qui voce vel scriptis promulgarẽt dogmata Catholicę Fidei populo fideli, a se iã primũ cõdita: ita vt nos Dominicas oues peregrinãtes, suo regimini comẽdatas, in hac valle lachrimarũ, incolumes ductu, ac doctrina ipsius Pastoris Sũmi, f. Põtificis, ingredi mereremur pascua illa vberrimę fęlicitatis ęternę, vnã cũ ipso nr̃o Sãctissimo Pastore ad quiescẽdũ à tot laborib. & periculis pñtis peregrinationis, & deserti, aridi, & inaquosi, iã cõsequuti grãm, quã postulare à Dño Deo docuit nos ipsa mater Ecclesia p illã orõnem, quæ assolet decãtari in Ecclesia, & Missę celebratione: dicẽdo: Deus oĩum fideliũ Pastor & rector famulũ tuũ N. quẽ Pastorẽ Ecclesię tuę ꝑesse voluisti ꝓpitius respice: Da ei q̃sumus, verbo & exẽplo (quib. ꝑest) ꝓficere: vt ad vitã vnã cũ grege sibi credito ꝑueniat sempiternã, p Christũ Dñm nr̃m &c. Sic ergo in ꝓposito se subtrahit ab obseruãtia dogmatũ, Sãctę Romanę Ecclesię, & eius obediẽtia cõtradicit: ipsi Dño Deo, q dedit hãc iurisdictionẽ Sũmo Põtifici. Quod & q̃ apertissimè quoq; ꝓbat, ac elicit ex his, q̃ ipsemet Dñs dixit post suã à mortuis resurrectionẽ (& hr̃ in c. vlt. apud Matt.) Discipulis suis his ꝑcisis verbis vtẽs, videlicet. [Data est mihi oĩs potestas in Cęlo, & in terra; Euntes ergo docete oẽs gẽtes, baptizãtes eos in noĩe Pr̃is, & Filij, & Spũs sãcti docẽtes eos seruare oĩa quęcũq; mãdaui vobis: & ecce vobiscũ sum oĩb. dieb. vsq; ad cõsumationẽ seculi.] hęc ibi. oĩa habenẽ. Quomodo ergo aptius potuerat nos Dñs docere se dedisse põtem Apostolis

stolis dogmata Christianæ Fide: tradendi nobis,
iux doctrinam sibi ipsis traditam ab eodem Do-
mino. Quapropter patet, quòd quicquid Aposto-
li Sancti in Symbolo Sancto tradiderunt: hoc ip-
sum sumpserunt ex doctrina sibi tradita à Domi-
no nostro Iesu Christo: & per cõsequens indè eli-
citur, quòd quicunque pertinaciter non adhęret,
vel fidẽ non præstat dogmatibus traditis ab Apo
stolis: cõtemnat ipsum Dominum Deum, qui illa
dogmata tradere pro nostra salute studuit. Ac per
consequens nos ditioni Vicarij eiusdem Domini
in terris (qui est Summus Pontifex) subdidir ac
dogmatibus Sãctæ Catholicæ Ecclesiæ: Indè aper
tissimè sequitur, quòd stare nolens dogmatibus
supradictis, meritò hæreticus habendus erit, nec
non, & quòd dicta Sancta Mater Ecclesia possit
de iure Diuino nobis tradere dogmara nostrę sa-
luris. Ad quod confirmandum accedit doctrina
apertissima Augustini de Anchona Theologus ce
leberrimus in suo tractatu de potestate Summi
Pontificis. quæstio. 59. de dispensatione articu-
lorum Fidei: articulo secundo, & tertio; in cor-
pore quæstionis, videlicet, & primo in secundo
articulo, in responsione ad tertium: His verbis
vtens, videlicet. quamuis in 12. articulis nume-
ratis substantialiter tota hominis salus consistat,
& fundamentum Fidei Christianæ in illis substan
tialiter contineatur: multa tamen, ad illa pos-
sunt reduci, contra quæ si aliqui errores insurge-
rent, possent Ecclesia Sancta supradictis, dictis ar
ticulis ponere, vel de eis nouos articulos conde-
re. hæc ille vbi supra. qui & in articulo tertio in
corpore quæstionis, infrascriptis verbis vtitur, vi
89 delicet. Papã † diminuere posse articulos Fidei,
dupliciter potest intelligi: Primò quantũ ad sub-
stantiam credibilium: Secundò quantum ad mo-
dum credendi, & explicandi illa. Primo modo,
non potest illa, quæ sunt Fidei diminuere, nec de-
struere. Dicit enim Apostolus in 2. Epistola ad
Corinth. cap. 10. Gloriamur de potestate nostra,
quam nobis dedit Dominus in ædificationem, nõ
in destructionem nostram. Tota enim gloriatio
ecclesiasticæ potestatis, debet esse in ædificatio-
ne, & augmentatione Fidei Christianæ, non in
destructione, vel diminutione: quia in hac nul-
lum est posse. Non enim (vt ait Apostolus) possu-
mus aliquid aduersus veritatem, sed pro veritate.
Sed secundo modo si in explicatione articulorum
nunc facta, aliqui errores insurgerent: posset ad
extirpationem illorum alium modum credendi,
explicare, & ordinare. hęc ille Doctor, ex cuius sen
tentia elicitur quoque nostra cõclusio, vt patet ad
sensum, eo quòd ex potestate sibi tradita à Deo,
potest Ecclesia Sancta dogmata Catholicæ verita
tis baptizatis tradere, quapropter inde sequitur
quòd pertinaciter non seruans, vel non fidẽ præ-
stans dictis dogmatibus, facit contra ius diuinũ,
quod dedit hanc potestatẽ Ecclesiæ Sanctæ, vt fuit
sępius probatum: & licèt nihil aliud videatur ad-
ducendum ad probandum præsentem conclusio-
nem: tamen quia promisimus adducere particu-
laria loca, in quibus Sacri Theologi dicunt ne-
90 cessaria fuisse iurisdictionem traditam Petro † &
Ecclesiæ Sanctæ de iure Diuino. Iccirco sciendũ,
quòd S. Thom. in 3. par. in additio. in quæstio. 20.
artic. 1. in resp. ad primum, dixit, quòd licèt Do-
minus dederit potestatem absoluendi omnibus
Apostolis, Ioannis, c. 20. dicens, Accipite Spiri-
tum Sanctum &c. tamen hanc potestatẽ Petro sin-
gulariter dimittendi peccata. Matth. 16. cap. &c.
Vt intelligatur, quòd ipse præ alijs habet pote-
statem iurisdictionis, & ideo indeterminatè dixit
Dominus. quorum remiseritis &c. intelligens ta-
men, quòd vsus illius potestatis esse deberet præ-
supposita potestate Petro collata, secũdum ipsius
ordinationem. hæc ille Sanctus. Idẽ sentit S. Bona
uent. in 4. sent. dist. 19. artic. 2. q. 2. in corp. quęst.
quos sequuntur Pet. de Pal. in 4. dist. 19. quęst. 2. ar
tic. 3 Gabriel Biel. in 4. sent. dist. 19. quæst. vnica,
qui dixit hanc sententiam esse omnium Theolo-
gorum. Sotus in 4. sent. dist. 18. q. 4. artic. 2. sed vt
breuiter probetur me vera dicere, ꝙ de iure Diui
no hoc crimen sit prohibitum, cũ per ipsum quia
non præster fidẽ pertinaciter determinationi Ec-
clesiæ, circa eius dogmata, ad quam spectat ipsa
tradita, & per consequens non eò ipso transgredi
ius Diuinum, quod ipsi Ecclesię nos subdidit (vt
supra non bis fuit probatum) determinationẽ Sa
cri Concilij Tridentini, inspirati diuinitus in me
dium producam. Non ne benignissime Lector in
Sacro Concil. Trid. Sess. 21. in principio hęc habẽ-
tur? Sacrosancta, Oecumenica, & Generalis Tridẽ
tina Synodus in Spiritu Sancto legitimè congre-
gata: &c. & in c. 1. eiusdem Sess. infrascripta ha-
bẽtur in principio capituli ipsius, videlicet. Itaq;
Sancta Synodus à Spiritu Sancto, qui est spiritus
sapientiæ &c. edocta, atque ipsius Ecclesiæ iudi-
cium, & consuetudinem secuta, declarat ac docet
&c. & in c. 2. prædictæ Sess. infrascripta habeutur,
videlicet. Præterea declarat hanc potestatẽ perpe
tuò in Ecclesia fuisse, vt in sacramentorum dispen
satione (salua illorũ substãtia) ea statueret, vel mu
taret, quę suscipientiũ vtilitati, seu ipsorũ sacra-
mentorũ venerationi, pro rerũ, tẽporũ, & locorũ
varietare, magis expedire iudicaret: Id aũt Apostο
lus obscurè visus est innuisse, cũ ait: sic nos existi
met homo, vt ministros Christi: & dispensatores
mysteriorũ Dei: atq; ipsum quidẽ hac ptãte vsum
esse, satis cõstat, cũ in multis alijs tũ in hoc sacra-
mento Eucharistię, cum ordinatis nonnullis circa
eius vsum: cętera, inquit, cũ venerò, disponã: quare
agnoscens hãc suã in administratione sacramẽto-
rũ authoritatẽ, licèt ab initio Christianę Religio
nis, nõ infrequens, vtriusque speciei vsus fuisset, iñ
progressu tẽporis, latissime iã mutata illa cõsuetu
dine, grauib. & iustis causis adducta: hãc cõsuetu
dinẽ sub altera specie cõicandi approbauit, & pro
lege habendã decreuit: quã reprobare, aut sine ip-
sius Ecclesię authoritate pro libito murare nõ li-
cet. hęc in d. c. ex cuius verbis apertissimè elicit̃ ꝙ
Ecclesia Sancta hẽt authoritatẽ dogmata cõdẽdi,
ac leges ab ipso Deo, & ꝑ cõsequens, ꝙ hoc negãs
vel nõ pręstans obedientiã ipsius dogmatib. per-
tinaciter est hereticus: & hęc adducta sufficiant.
91 Quinta cõclusio. Heresis crimẽ † est prohibitum
quoq; de iure positiuo, seu Põtificio. hęc cõclusio
probat̃ triplici modio. Primo per innumera iura;
quę habent̃ in lib. Decret. in tit. de hereticis, & in
libro sexto, eod. titu. nec non per Bullam, quę pro-
mulgatur in cęna Dñi, & secũdo per Docto. oẽs in
eo. tit. librorũ prędictorũ, quorũ sententias hic nõ
referã, cum nulli dubium sit hãc cõclusionẽ veris-
simã, maximè cũ illa tacitè probanda sit infra, qñ
sermo erit habẽdus de pęna hereticorũ. in q. 4. ad-
ducẽda per totũ. Probat̃ & tertiò pñs conclusio.
& hac ratione. Cùm enim ministrorum non sit

irritare, quæ fiunt ab his, quorum sunt Ministri, imò potius ordinata ac statuta ab eorũ Dominis, opere perficere fideliter: inde patet conclusionem veram esse, videlicet, hæresis crimen prohibitum quoque de iure positiuo, seu Pontificio, cum ipsi Canonum conditores sint Dei optimi maximi Ministri, quorum est morem gerere mandatis ipsius Domini, & illa executioni mandare: vt patet ad sensum.

92 Sexta conclusio. Puniendus † is venit de crimine hæresi, qui propriè dicendus erit hæreticus; qui vero propriè dicendus sit hæreticus, iam fuit adductum supra in §. primo, secunda conclusione præsentis capituli. Hæc conclusio per se patet, ac per consequens non indiget alia noua probatione, cum sit optimè probata in dicta conclusione secunda, §. primi, vbi adducendo ethimologiam hæretici, probauimus per consequens qui (vt hæreticus) veniat puniendus.

Habito sermone de quidditate istius nominis hæretici, & de huius criminis qualitate: non incongruum visum fuit in præsenti capitulo adducendas fore pœnas varias, quibus veniunt plectendi ipsi hæretici: quapropter, vt apertius procedatur in hoc §. quinto, præsentis capituli, vnaquæque pœnarum sigillatim, in qualibet conclusione producetur more solito.

93 Septima conclusio. Hæreticorum † prima pœna, quam incurrit de iure Pontificio est excommunicationis maioris. Hæc cõclusio probatur triplici medio. Primò enim per textum in capitulo ad abolendam, §. vniuersos qui, extra de hæreticis. vbi Lucius Tertius Papa nostram confirmauit conclusionem. infrascriptis verbis, videlicet. Vniuersos qui de sacramento corporis, & sanguinis Domini nostri Iesu Christi: vel de baptismate, seu de peccatorum confessione, matrimonio, vel reliquis ecclesiasticis Sacramentis aliter sentire, aut docere non metuunt, quam Sacrosancta Romana Ecclesia prædicat, & obseruat, & generaliter quoscunque eadem Romana Ecclesia, vel singuli Episcopi, per diœceses suas cum consilio Clericorum, vel Clerici ipsi, sede vacante, cum consilio (si opportuerit) vicinorum Episcoporum, hæreticos iudicauerint, vinculo perpetui Anathematis innodamus. hæc ibi. & in capitulo excommunicamus, extra de hæreticis in principio. hæc habentur ab Innocentio Tertio Papa, videlicet. Excommunicamus itaque & anathematizamus omnem hæresim extollentẽ se aduersus hanc Sanctam, Orthodoxam, & Catholicam Fidem; quam superius exposuimus, condemnantes hæreticos vniuersos quibuscunque nominibus cẽseantur. hæc ibi. idem habetur in capitulo nouerit, extra de sententia excommunicationis, in conclusione relati. hæc ibi. Probatur quoque præsens conclusio per tenorem Bullæ, quæ quolibet anno in die cenæ Domini promulgatur. his verbis contenta, videlicet. Nos igitur vetustum, & solemnẽ hunc morem sequentes excommunicamus, & anathematizamus, ex parte Dei Omnipotentis: Patris & Filij, & Spiritus Sancti: authoritate quoque beatorum Apostolorũ Petri & Pauli, ac nostra quoscunque vssitas, vicleuitas, luteranos, zanuiglianos, caluinistas, vgonottos, anabaptistas, trinitarios, & omnes, & singulos alios hæreticos, quocunque nomine nuncupentur, & cuiuscunque sectæ existant, & eorum credentes, ipsorumque receptatores, & fautores, & generaliter quoslibet defensores, ac eorumdem libros, sine authoritate nostra, & Sedis Apostolicæ, scienter quomodolibet legentes, aut tenentes, imprimentes, seu quomodolibet defendentes, ex quauis causa publicè, vel occultè, quouis ingenio, vel colore: hæc in dicta Bulla inter alia. Probatur & secundò authoritate, omnium Doctorum. Nam Theologi omnes vnanimes, & Canonistę in dictis iuribus, se nostræ conclusioni subscripserunt. Probatur & tertiò, hac ratione: Cum hæretici sint illi, qui pertinaciter se segregent ab obedientia dogmatum, quæ tradidit Sancta mater Ecclesia tenenda à fidelibus, meritò per excommunicationis fulminationem separantur ab Ecclesia, à reliquis fidelibus membris ipsius Ecclesiæ: vt membra abscissa ab ipso nostro capite Domino Iesu Christo: qui est vera vita totius corporis mistici, vita spirituali, idest gratia Dei priuati tanquam cadauera fętida ipsi hæretici ab omnibus abominabiles, & horribiles habeantur atque vitentur, nec eorum fętores, ac iniquitatis participes fiant fideles, eis familiariter vtendo, ne ab ipsismet (tanquam à Lupis rapacibus) sub tegumento ouili, deuorentur, & morti æternæ insimul addicendi non sint. iuxta illud, corrumpunt bonos mores colloquia praua: quod & docuit Psalmographus in Psalmo, dicendo cum Sancto Sanctus eris, & cum viro innocens eris, & cum peruerso peruerteris: maximè cum lata sit via, quæ ducit ad mortem, & angusta, quæ ducit ad vitam, & homo ab adolescentia sua pronus est ad malum, iuxta sententiam Sapientis. Sic ergo merito excommunicandi fuerant, ne secum alios ad tartarea loca perducãt suis pestiferis suasionibus, vt patet ad sensum. Et hæc allata sufficiant.

94 Octaua conclusio. Hæretici incidunt † in prædictam excommunicationem Papæ reseruatam, (prout in præcedenti conclusione fuit satis probatum) pro qualibet hæresi exterius producta ab ipsis verbis, aut scriptis, aut alijs signis æquipollentibus ipsis verbis, licet hæresis, huiusmodi fuisset taliter producta in loco occultissimo, vbi nullus adfuit, per accidens, etsi potuisset interesse: & etiam si hoc nemini dixisset: ac per consequẽs in Iudicio vnquam probari hoc possit. Hęc conclusio probatur duplici medio. Primò per arg. à contrario sensu. in cap. quicunque ausus fuerit, §. cogitatio, de pœnitentia distinctione prima. vbi sententia Diui Augustini canonizata reperitur his verbis, videlicet. Cogitatio non meretur pœnam lege ciuili, cum suis terminis contenta est: discernuntur tamen a maleficijs, ea quæ de iure effectum desiderant: in his enim non nisi animi indicium consideratur. Hæc in dicto Canone. probatur quoque per argumentum in Clementina prima, de statu Monachorum. vbi prohibet accessus ad curiam Principum, animo offendendi, de cuius Clemen. intellectu infra dicam in relatione opinionis Syl. Idem videtur probari tacitè per argumentum, in Sacro Concilio Tridentino: in Sessione vigesimaquarta, de reformatio. capitulo sexto. Vbi datur facultas Episcopis, vt possint in foro conscientiæ tantum absoluere à crimine hæresis occulto. Diximus probari per argumentum dicti Concilij, quoniam datur ibi facultas Episcopis absoluendi in casibus occultæ hæresis: ac per consequens ibi

innuitur

innuitur quem regulariter incidere in excõicationem Papæ reseruatã propter occultã hæresim. Probatur & secũdò auctoritate Doctorũ infrascriptorũ: Petrus enim de Palude nostræ se subscripsit conclusioni, in quarto sentent. distinctio. 18. quæst. 3. in principio. Vbi infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Prima dictio, hæreticus, importat quinque primos hæreticos propriè dictos, & hæreticales qui sunt credentes, defendentes, receptatores, fautores eorum, omnes istæ pestiferæ personę sunt ipso iure excommunicatę: De hæretic. capit. ad abolendam. Excommunicamus sicut ait, quod intelligendum est, si aliquis actu exteriori suum delictum manifestarunt: Aliter pro solo actu interiori (quo tamen solo homo est perfectus hæreticus) homo non incurrit. hæc Doctor ille. vbi supra. Idem sentijt Sotus in quarto sentent. dist. 22. quæstio. 2. articu. 2. Vbi inter alia in versicu. si quis duntaxat. vbi infrascriptis vtitur verbis, videlicet, si quis dumtaxat mentem consentiat in hæresim, non est excommunicatus, quia Ecclesia neminem propter actum interiorem Anathemate percellit: Cùm primum autem verbo hæresim profert, incurrit Canonis excommunicationem: hæc ille. cuius dictis consentit Caietanus in sua summula in versicu. hæreticus. in fine, cuius infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Aduerte secundò, quòd licèt hæreticus purè mentalis sit verè, & perfectè hæreticus, non est tamen excommunicatus: sed ad hoc quòd sit excommunicatus exigitur aliquis actus exterior: quia Ecclesia non iudicat actum interiorem nudum, secundum se ipsum. Vnde talis posset absolui à peccato liberè: sed si etiam sibi ipsi dixit exteriori loquela. iam est excommunicatus in cęna Domini. hæc ille Doctor. Syluester quoque in sua summa in versic. excommunicatio. septimò in versic. pro quo notandum: post secundam excommunicationem, de hæreticis. qui Doctor post relationem verborũ Sancti Thomæ (quæ paulò post referam.) infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Et ideo dico secundum mentem Sancti Thomæ, quòd de occultis
95 † non omnino (quæ scilicet non sunt notoria) sed tamen de sua natura esse possunt, vt sunt actus exteriores, Ecclesia præcipit: Vnde percutiens Clericum in abditissimis incidit in Canonem, & similiter de eis iudicat, licèt non iudicet quamdiu sistunt infra limites occultationis ferẽdo sententiam: Vnde quàm primum incipit quis esse suspectus, licèt occultus, iam contra eum procedit inquirendo: de occultis verò omnino, idest, quæ sistunt in sola cogitatione, non præcipit in quantum ibi sistunt: quia etiam nec iudicat, quia illa nec scit, nec talia sunt, vt ab ea sciri possint, quandiu ibi sistunt, sed tamen si illa exterioribus colligantur indirectè, & gratia alterius præcipit de eis. vnde Clem. 1. de statu Monachorum prohibet accessum ad curiam Principum animo offendendi, vbi non prohibetur animus offendendi secundum se, sed vt colligatur tali accessui: ita quòd talem accessum prohibet sub tali pœna, non cuilibet: sed habenti animum nocendi, quem tamen animum non prohibet: Vnde accedens taliter, statim incidit, quia cogitatio procedit in opus. Et ita dico in proposito, quòd si hæreticus procedat in opus, etiam occultissimè scribendo, vel aliud faciendo quantumcumque occultè statim incidit, & ita loquuntur iura allegata, præter glosam. hæc ille Doctor. vbi supra. præsenti quoque conclusioni, consona voce Nauarrensis Doctor astipulatur in suo manuali, capitulo vigesimoseptimo, sub titulo de Bulla cęnæ, nume. 56. Vbi infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Quintò, quòd Caietanus in prædicto capitu. oblitus fuit ponere id, quod secunda secundæ, quæstio. 5. articu. 3. & 4. & in summa in versic. hæresis: tenuit, & alij alijs locis: quod adducimus, in cap. cogitationis pœnam nemo mereatur: de pœnitent. distinctiò. 1. scilicet hæreticos mentales tantum, non incurrere hanc censuram, neque aliam à iure humano latam: quales tamen non sunt ij, qui hæresim promipserunt verbo, scripto, vel nutu, & signo verbis æquipollenti (licèt nemine id vidente, vel audiente) prompserint: quia sufficit sua natura esse probabile, licèt contingat probari non posse; ad hoc, vt includatur sub potestate & iurisdictione humana, & pœnis eius, quod multis confirmaui in d. cap. cogitationis. hæc ille Doctor. Atquonia contrariorum est eadem disciplina: idcircò ad probandam præsentem conclusionem nobis quoque deseruient omnia illa media, & authoritates Canonum, & Doctorum, quibus probabitur sequens conclusio, quæ tamen hic non adducam, ne eadem repetam, cum in sequenti conclusione adducenda necessarium erit.

96 Nona conclusio. Hæretici † (pro eorum hæresi omnino occulta, idest, tantum in mente retenta) quàm neque verbo, neque signo verbis æquipollenti aliquo exterius protulerunt, non incidunt in excommunicationem, neque in aliquam ex pœnis debitam hæreticis ex statuto Sanctæ Ecclesiæ: licèt verè hæretici sint dicendi. Hæc conclusio probatur triplici medio. Primo enim per argumentum in capitulo cogitationis. de pœnitentia distinctione prima. Vbi dicitur. [Cogitationis pœnam nemo patiatur.] Hæc ibi. idem probatur per textum in capitulo erubescant, distinctio. 33. vbi Vrbanus Secundus scribens Grandensi Patriarchæ Dominico. infrascriptis verbis vtitur, videlicet. [Erubescant impij, & apertè intelligant iudicio Sancti Spiritus: Eos qui modò in sacris tribus gradibus, scilicet Presbyteratu, Diaconatu, Subdiaconatu positi mulierculas non abiecerint, excludendos ab eorum graduum dignitate: de manifestis quidem loquimur, secretorum autem, & cognitor Deus, & Iudex est: hæc in dicto Idem probatur per argumentum in capitulo sicut tuis, §. finali, extra de simonia. vbi Innocentius Tertius scribẽs Abbati Iemlacensi. infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Illos autem qui dederunt pecuniam, vel etiam receperunt, in tantum constat esse culpabiles: quòd si excessus eorum esset ecclesiæ manifestus,
97 † (quæ non iudicat de occultis) pœna essent Canonica feriendi. hæc ibi. ex cuius verbis optimè elicitur veritas nostræ conclusionis, cum dicar, quòd pro culpa manifesta Canonica pœna quis venit feriendus, non pro occulta, eo quòd Ecclesia non iudicet de occultis: & hoc dico verum maximè cum excommunicatio sit pœna Canonica, vt per se patet, & fuit probatum non bis eo quòd est introducta de iure positiuo Canonico, vt omnibus Doctoribus est in confesso. Idem probatur per argumẽtum in capitulo tua nos, extra de simonia, §. finali. Vbi Innocentius Tertius

ſcribens Decano Baluacenſi. infraſcriptis vtitur verbis, videlicet. Licèt autem taliter duximus reſpondendum; quia nobis datum eſt, de manifeſtis tantummodo iudicare; ſi tamen is qui talem donationem facit, ea intentione ducatur: vt per temporalia bona, quę offert, ſpiritualia valeat adipiſci, & Clerici qui eum in fratrem admittunt, non eſſent eum (niſi commoda temporalia perciperent) admiſſuri: ſine dubio, tam ille, quàm iſti, apud diſtrictum Iudicem (qui ſcrutator eſt cordium, & cognitor ſecretorum) culpabiles iudicantur. hæc in dicto Canone. Ex cuius verbis quoque quàm elegantiſſimè elicitur conclusioni noſtræ, veritas cum Summus Pontifex dicat, apud Deum cordium ſcrutatorem, & cognitorem ſecretorum eos culpabiles tantum, qui corde peccauerunt, & non opere exteriori. Idem ferè probatur in cap. fina. §. & ad reſignationem, extra de ſimonia. Vbi Gregorius Nonus ſcribens Priori Sancti Thomæ Exculanenſi: infraſcriptis verbis vtitur. Et ad reſignationes ſpiritualium, & temporalium, quæ nullo pacto, ſed affectu animi præcedenti, vtrinque taliter acquiruntur: in quo caſu delinquentibus, ſufficit per ſolam pœnitentiam ſuo ſatisfacere creatori: eos pro ſimonia huiuſmodi non teneri: hæc ibi. hos omnes Canonicas ſanctiones loquentes de pœna mentalis ſimoniaci, ad præſentem concluſionem probandam, tum quia eidem crimini ſimoniæ eſt annexa excommunicatio, & aliæ pœnæ, tum etiam, quia ſimoniacus vocatur etiam hæreticus, vt docet Paſcalis Papa, in cap. vltimo, 1. quæſtio. 7. infraſcriptis verbis vtens, videlicet. Patet ſimoniacos velut primos, & præcipuos hereticos ab omnibus fidelibus reſpuendos: & ſi commoniti non reſipuerint: ab exteris etiam poteſtatibus opprimendos: omnia etiam crimina ad comparationem ſimoniacæ hæreſis, quaſi pro nihilo reputantur. hæc in dicto capitulo in alia. Idem habetur in cap. per tuas, el primo, extra de ſimonia. Vbi ſimonia eorum, vocatur hæreſis ſimoniaca. Idem probatur per argumentum, in cap. conſuluiſti, 2. quæſtio. 4. Vbi inter alia Stephanus Quintus Papa ſcribens Vberto Epiſcopo Maguntino, infraſcriptis vſus fuit verbis, videlicet. Spontanea enim confeſſione, vel teſtium approbatione publicata delicta (habito præ oculis Dei timore) commiſſa ſunt regimini noſtro iudicare. Occulta verò & incognita illi ſunt relinquenda, qui ſolus nouit corda filiorum hominum: hæc ille Canon. ex cuius verbis patet veritas concluſionis noſtræ, cum excommunicatio ſit de iure poſitiuo, ac per conſequens de pertinentibus ad regimen Eccleſiæ: & tamen dicit Summus Pontifex ad ſuum regimen tantum ſpectare iudicare de probatis, non autem de occultis: quæ iudicio Dei ſunt relinquenda: niſi aliquo indicio peccatum occultum manifeſtum fiat, vel fieri poteſt manifeſtum de ſui natura, vt puta occultè ſcribendo, vel proferendo aliquod hæreticum, vt dixi in concluſione, quod probatur & ſecundo præſens concluſio Doctorum authoritate, tum eorum, qui fuerunt adducti ad probationem præcedentis concluſionis, tum etiam infraſcriptorum: probatur ergo primo authoritate Diui Thomæ, qui noſtræ concluſioni implicitè ſe ſubſcripſit, in prima ſecundæ, quæſtio. 91. articu. quarto in corpore quæſtio. infraſcriptis vtens verbis,

98 videlicet. Tertiò, quia de his poteſt homo † legem facere, de quibus poteſt iudicare, iudicium autem hominis eſſe non poteſt de interioribus motibus, quia latent, ſed ſolum de exterioribus actibus, qui apparent: & tamen ad perfectionem virtutis requiritur, quòd in vtriſque actibus homo rectus exiſtat: & ideo lex humana non potuit cohibere, & ordinare ſufficienter interiores actus, ſed neceſſarium fuit, quòd ad hoc superueniret lex Diuina: Hæc ille Sanctus, ex cuius verbis, quàm eleganter elicitur veritas noſtræ cõcluſionis, cui implicitè ipſe Sanctus ſe ſubſcripſit dicens, quia de his homo poteſt legem facere, de quibus poteſt iudicare, &cęt. Ac ſi dixiſſet Eccleſiaſticus Iudex, vel Eccleſia militans, idem per diuerſa, cum non poſſit iudicare de interioribus hominis motibus, ſic neç de his poteſt condere leges, niſi quatenus ipſi motus interiores fuiſſent publicari exterius, per aliquẽ actum, ex quo alter homo poſſit certitudinaliter deuenire in cognitionem dicti motus interioris (licèt huiuſmodi actus per accidens non deueniſſet in cognitionem hominum, eo quòd in loco abdiriſſimo fuit exercitus, vt puta ſi quis in aula ſecretiſſima, vel alio loco ianuis clauſis, ſubmiſſa voce proferat aliquam hæreſim cum pertinacia, vt puta, non credo, imò firmiter teneo, in ſacramento Euchariſtiæ non eſſe ibi corpus Chriſti: & ſi huiuſmodi verba ipſum proferentem, nullus mortalium audierit, hoc eſt per accidẽs, eo quòd verba illa de ſui natura nõ poterãt audiri, & in iudicio deferri, & à Iudice iudicari, de illis huiuſmodi proferens, licèt ſint omnino occulta modo per accidens, non autem de per ſe, & in ſui natura. idem poſſumus exemplificare de alijs exemplis adductis in concluſione præcedenti: Attamen contrarium omnino fore eliciendum patet in caſu præſentis concluſionis, cum nullatenus per accidens eſt huiuſmodi. hæreſis tamen in mente concepta, & nullo ſigno, vel verbo prolata, eſt hominibus occulta, imò per ſe, & ex ſui natura, cum homo ſcrutator non ſit cordium, ſed ſolus Deus, vt ſupra fuit probatum non bis. Quapropter peroptimè Sanctus Thomas, vbi ſupra, dixit homines (ideſt forum eccleſiaſticum, ad quem pertinet excommunicatio, & leges condere, & ad ſui obſeruantiam homines obligare, & tranſgreſſores Anathemate ferire.) non poſſe leges condere, de interioribus motibus, cum de illis non poſſint iudicare. Probatur hac eadem concluſio authoritate Canoniſtarum quoque, gloſa enim in capitu. cum quis, extra de ſententia excommunicationis in ſexto, in verſicu. tuo nomine, in fine. infraſcriptis verbis præſenti concluſioni ſe ſubſcripſit, videlicet: ſed dices retento hoc themate, ſi ille amicum, vel ſeruitorem talem non receptauit, vel illum expulit: nec per aliqua exteriora poteſt apparere, quòd ratum habuerit: ſed tamen in veritate ratum habuit corde. dixit Hoſtienſis in capitulo mulieres, extra de ſententia excommunicationis, talem quoad Deum eſſe ligatum; non tamen quoad Eccleſiam militantem, quæ non iudicat de occultis. De ſimonia, capit. ſicut nobis: gloſa quoque in c. conſulere, extra de ſimonia, in verſicu. voluerunt. vbi infraſcriptis verbis noſtræ aſtipulatur concluſioni tacitè, videlicet. Argumentum quòd ſola voluntas facit hominem ſymoniacum, 1. q. 1. c. qui ſtudet,

det, sed hoc non credo, quòd sola volũtas facit hominem symoniacum, dummodo contenta sit suis terminis: infra eo.c.vlt.licèt aliàs peccet, vt ibi: sed hic non fuit contenta suis finibus, imò processum fuit ad actum: & hoc notatur per hoc quod dicit, tam ementes, quàm vendẽtes, vel ad studia emendi processerunt, quantum in eis fuit: Vnde tanquã symoniaci iudicandi sunt. hæc illa glosa, vbi supra. Præsenti quoque conclusioni explicitè se subscripsit Iulius Clarus in sua pract.criminali, lib. 5. §.hæreticus.in vers.quæro, an occultus hæreticus infrascriptis vtens verbis, videlicet. Quæro an occultus hæreticus, scilicet ille, qui solum corde deuiat a fide Catholica, non tamen verbo, scripto, aut facto aliquod signum hæresis ostendit, incidat in pœnam excommunicationis, & alias pœnas a iure impositas hæreticis. Respondeo quod non: & hæc est Theologorum ferè omnium receptissima sententia, vt attestatur Simanchua. de hæreticis.c.41.nu.1.& sequenti.nam (vt vulgò dicitur) Ecclesia non iudicat de occultis. hæc ille doctissimus practichista.vbi supra. Probatur & pręsens conclusio hac ratione (vltra illam quam sup. adduximus in relatione opinionis S. Thomæ.) Cũ enim ex huiusmodi mentali tantum hæresi exterius non expressa aliquo signo (licet in loco occultissimo) Ecclesia, vel forus Ecclesiasticus, vel Iudex, nec alius possit scandalizari, vel in cognitionem eius deuenire patet, quòd nec Ecclesiæ Sanctæ intentio sit illum excommunicationis mucrone voluisse ferire, cum non iudicet de occultis, vt supra probatum fuit non bis. Et licet pręsentem conclusionem mihi ratione, & veritate fultam esse videatur. Quapropter nec de ipsa aliquatenus dubitandum: Tamen quia † Ioannes An-

99 dreas in Glo. in Clem.1.de hæreticis. videtur contrarium asserere, prout sonat eius ibi littera, & ipsum sequuntur non pauci Doctores: iccircò operæpretium duxi eius opinionẽ hic afferre de verbo ad verbum, & aliorum Doctorum, & iura ipsa, quibus ipsi Doctores videntur probare cõtra nostram cõclusionem, vt omnis ambiguitatis fomes ab animo Lectoris euellatur, & post modum Diuina ope fretus spero ipsum ad concordiam adducere, ac per consequens probare ipsum, & sequaces nostrę cõclusioni minimè aduersatos fuisse, referam igitur

Primò eius sententiam: Sciendum ergo quòd Ioannes Andreas in dicta Clem.1. de hæretic. in glo.sua, in vers.eo ipso.ibi infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Hic patet apertè, quòd constitutio militantis Ecclesiæ ligat crimen omnino occultũ ad pęnas excommunicationis, & suspensionis: ad idem supra eo.Clem.1.de statu Mona. §.quia verò. infra Clem. Cupientes. de pęnis. §.quia verò. Nec turbentur aliqui. Nam hoc idem probatur in c.1. in vers. omnem. de scismaticis lib.6. & in c. vbi periculum, in vers.nulli.de elect.in sexto, & c. fundamenta, §.quod si secus, & c.quia sæpe.eo.titu.c.sciant, & c.seqnẽti. & c.indemnitatibus.§.postremo.de elect.in sexto, & c.fin. §.pars verò.de officio deleg. & c.vlt. de offic. ordin. & in c.2 de iudicijs.in versic.prouiso.& in c.1.& 2.de sent.& re iudic.ad finem. in c.pro humani, vers.sacri.de homic. Ad idem antiqua iura. de sent.excommunicationis, c.porro.& c.cũ nõ ab homine, & in c. vlt.de tempore ordinat. patebat idem in c.clericis.de immunit.eccl.in sexto, versic.necnon; &

ex his videtur indubitatum quod Archidiaconus habebat pro dubio, & disputationi relinquebat, an hæreticus omnino occultus sit excommunicatus. Ioannes tenet quod sic, 24.q.1.in summa: & in glo.se de penit.dist.1.c.cogitationis. Placet etiam Goffredæ, & Ray. in summa de hæreric. Ad contrarium inducitur c.erubescant. dist.33. & quod ibi notatur c.habuisse, 32.dist.c.nomen.2.q.1. & 2.q.5.c.consuluisti.& 6.q.1.c.si omnia, & c.1.15. q.6.versic.non potest, 30.q.vlt.§.his ita, & cap.sequen.& c.vltimo, 32.q.5.c.sicut tuis.in fine, & c. sequenti.ext.de simonia facit ad hoc, quia ex voluntate, quæ non procedit in actum non scandalizatur Ecclesia 24.q.3. c.Deus quibus.sunt qui nolunt fateri per clauem Ecclesiæ ligari posse omnino occulta, nisi sint illa expresſè lege Diuina dãnata. Vt vsura, in qua damnatur spes occulta, vt in c.consuluit.de vsuris. Alij dicunt, quòd si factum est publicum, sed occultum quis fecerit, ligare potest Ecclesia, vt in c.quidam, 5.q.1. & in c.si Sacerdos.de offic.ordin.si verò & factum & faciẽs sunt occulta secus, vt in contrarijs: sed vtrique dicto obuiãt allegata iura in prima glosa. Quare de plano fateamur, quòd constitutio militantis Ecclesię ligat omnino occulta: non tamen nominatim de illis iudicat tribunal Ecclesiæ. Imò ipsa Ecclesia inquantum per hominem, iudicat hominem nominatim, & inquantum est collectio fidelium ligatos sic occultos habet pro solutis. de sent.excommunicationis, c.a nobis.el secondo, & sic loquuntur contraria. Hæc omnia dicit Ioan. And. in d.Glo.cuius sententiam (vt iacet in littera) sequuntur Cardinalis Zabarella in eadem Clem.in §.verum.in vers.septimò quæro, qui versiculus est in fine dicti §.vbi infrascriptis vtitur verbis, videlicet: Septimò quæro, an hæreticus omnino occultus sit excommunicatus, glos. eadem ibi ex ijs infert, quòd sic, ex iuribus quæ allegat in proxima quæstione ad partem affirmatiuam: ad idem inducit glosa opinionem Ioannis. deinde refert duas opiniones distinguẽtes, quas improbat, concludens, quòd constitutio Ecclesiæ ligat omnino occulta: non tamen nominatim, quod dic, vt in glosa ibi, quare de plano, & ibi eam signa vsque ad finẽ, quia singularis: & idem Paulus, & in hac glo.ibi relinquebat.de sent.excommunicationis, libro 6. Panormitanus autem idem fateri videtur in c.si.extra de hæreticis, infrascriptis verbis vtẽs, videlicet: Nam pœna ipso iure imposita afficit ipsum delinquentem quantuncumque occultum, vt dicit glo. notabilis in Clem. prima de hæreticis in versic.eo ipso. Ioannes autem de Imola in dicta Clem.1.de hæreticis.in versic.glosa, in versic.eo ipso.refert eadem ferè Ioannis Andr.verba in d.glo. & ipsius dictis se subscripsit, dicens ipsius opinionem probari iuribus adductis ab eodem Io.Andr.vbi supra. His Doctorum sententijs in medium productis, sciendum, quòd licèt ipse videantur prima facie præsenti nostræ conclusioni aduersari, tamen (meo iudicio) non aduersantur: cum quod ipsi dicunt nos non negemus, imò in præcedenti conclusione fassi fuimus, de qua & ipsi Doctores in prædictis locis loquuntur, nõ autem vbi supra loquuntur de præsenti conclusione, & quòd sit hoc verum, quamfacillimè probabitur duplici medio. Primò, exponendo quid ipsi Doctores velint in sua doctrina. Et secundo referendo verba Canonum, quos ipsi pro sua opinione adducunt:

adducunt: Circa primum sciendum, quòd cósul-
tissimè Ioannes Andreas, & sequaces non dixerũt
hæreticum mentalem, qui neque scripto, neque
verbo, neque nutu, aut signo (æquipollenti verbis)
declarauit suam hæresim, esse excommunicatum,
sed benè hæreticum omnino occultum esse excó-
municatum: & quoniam maxima differentia est
inter hæreticum mentalem suprascriptum, & hæ-
reticum omnino occultum, idcirco dico ipsos Do
ctores non loquutos fuisse de præsenti conclusio-
ne: pro cuius maiori intelligentia animaduerten-
dum est, quòd omnino occultus hæreticus dicitur
100 ad differentiam occulti hæretici, † & occultus
ad differẽtiam publici, aut manifesti, seu notorij,
occultus ergo (in proposito) hæreticus is dicetur,
qui aliquam hæresim se tenere propalauit vni tan
tum, vel duobus, vel plurib. per aliqua verba, aut
signa æquipollentia verbis, de quo nondum fuit
accusatus in iudicio, & conuictus, licet posset con
uinci si testes affuissent in dicto loco, & huiusmo-
di hæreticus excommunicatus est, licet nondum
sit condemnatus tanquam hæreticus in foro fori,
in quo adhuc non fuit delatus: & de hoc casu in-
telliguntur iura, quæ adducuntur a dictis Docto-
ribus: quia licet non sit hoc crimen hæresis proba
tum in iudicio, est per accidens, tamen de sui na-
tura poterit probari, & post probationem subse-
qui sententia declaratoria, quòd ille talis sit ex-
communicatus tanquam hæreticus, sed nó prius
Ecclesia ipsum excommunicatum iudicabit, do-
nec sibi in foro fori constiterit illum esse hæreti-
cum, & de hoc casu non est altercatio inter Do-
ctores; sed omnes vno ore idipsum fatentur, aliter
perpauci inciderent ipso facto in excommunica-
tione, immo fuissent superflua in nonnullis Cano
nicis sanctionibus illa verba ipso facto incurrant
in excommunicationem, imò & sequeretur, quòd
nullus incideret in excommunicationẽ, nisi prius
fuisset iudicialiter declaratus talis. Omnino verò
101 occultus hæreticus † dicetur is, qui in loco ab-
ditissimo nemine præsente, protulit aliquod ver-
bum hæreticale, seu aliquam hæresim, vtputa, si
aliquis in sua aula dum esset solus submissa voce
dixisset, non credo immo firmiter teneo Dominũ
nostrum non esse natum de Maria Virgine, vel Spi
ritum Sanctum esse Deum, vel huiusmodi, vel si
hoc scripto protulisset, licet statim combussisset,
vel lacerasset ipsam scripturam, ita vt nullus illam
legere posset, vel pro aliqua signa verbis æquipol
lentia protulisset aliquam hæresim, & de hoc casu
loquuntur quoque Doctores prædicti, quoniam
licet per accidés nunquam huiusmodi hæresis po-
terit in iudicio probari, ac per consequens sequi
sententia declaratoria, quòd ille talis sit hæreti-
cus, ac quòd inciderit in excommunicationem,
tamen de sui natura huiusmodi hæresis sic prola-
ta poterat probari si adfuissent testes, & per con-
sequés huiusmodi hæreticus, incidit in pœnas in-
flictas à iuribus ipsis hæreticis, de hac occulta om
nia hæresis videtur tacitè loquutum fuisse D. Tho.
vbi supra, inquit Io. Andr. arguendo à contrario
sensu. Nam ibi dicit, quod de his Iudices nó possunt
condere leges, de quibus nó possunt iudicare (sup
ple tu nullo modo) vt puta de intimis cordiũ mo-
tibus: cum Deus tantum sit scrutator cordis: er-
go a contrario sensu, de his licebit condere leges,
de quibus possunt iudicare, at illis iudicare, licèt
de huiusmodi exterioribus actibus: ergo & de his
condere leges: & de hoc loquebãtur prædicti Do-
ctores, non autem de hæretico mentali tantum, vt
supra fuit probatum: & sic non aduersantur no-
stræ conclusioni, & quod hæc nostra interpretatio sit
bona, luce clarius elucescet in verbis Canonũ, qui
adducti ab ipsis fuerunt: quos & ego hic ad ver-
bum referam: vt omnia per me allata comproben
102 tur verissima. † Primus ergo Canon adductus à
dicto Ioan. And. vbi supra est Clem. i. §. nos eorũ,
de statu Mona. vbi hæc habentur, videlicet. Nos
eorum in hac parte reprobis ausibus obuiare vo-
lentes hoc edicto perpetuo prohibemus ne Mona
chi, aut regulares Canonici administrationé ali-
quam non habentes ad curias Principum absque
speciali Prælatorum suorum licentia se conferre
præsumant, quòd si vt suis Prælatis, aut Monaste-
tijs damnum aliquod inferant ad dictas Curias se
conferre præsumpserint, excommunicationis sen-
tentiam eos incurrere volumus ipso facto, &c. ex
cuius verbis patet, quòd sententia Ioannis And,
103 † non est contra nostram conclusionem, cum ad
hanc excommunicationem incurrẽdam duo de-
beant concurrere copulatiuè: Vnum pertinens ad
intimum cordis, & aliud ad extrinsecum opus ali-
quo, quorum cessante nó incurritur in censuram,
vt omnes Doctores ibidem fatentur. Vnde patet,
quòd nemo incurrit Canonẽ pro solo intimo cor-
dis motu, nisi secundum ipsum sequatur aliquod
exterius, vt colligitur ex verbis textus, & sic pa-
tet Ioan. And. non intellexisse de nostra conclu-
sione. Secũdus Canon adductus est Clem. Cupien
tes. §. qui verò scienter. de pęnis. vbi hęc habentur,
videlicet. Qui verò scienter postposuerint confi-
tentibus conscientiam facere de soluendis huius-
modi decimis, ab officio prædicationis tandiu
maneant suspensi ipso facto, donec confitentibus
ipsis: (si hoc ipsum sibi dicendi commodè facul-
tatem habuerint) conscientiam fecerint: exinde
excommunicationis incursuri sententiam ipso fa
cto si prædicare præsumpserint prædicta negligen
tia, vt præmittitur, non purgata: hæc in dicto Ca-
none: ex cuius verbis patet quoque sententiã ex-
communicationis fuisse latam pro omissione præ-
cepti perficiendi in operę exteriori, & fuisse latã
pro peccato interiori simpliciter dicto, seu inte-
rius commisso tantum, & non manifestato aliquo
signo: & quia verba textus sunt apertissima, idcir-
co ipsis omissis ad tertium Canonem referen-
dum accedam. Tertius ergo Canon allatus a Io.
Andr. est c. I. de scismaticis in sexto, in vers. omnẽ
personam. Vbi hæc habentur, videlicet omnẽ per-
sonam præsentem, & futuram cuiuscumque fue-
rit præeminentię, conditionis, &c. quæ ipsos Iaco
bum, & Petrum, vel eorum alterum scienter, &
deliberatè pro Cardinalib. habuerit, & tenuerit,
aut ad Cardinalatum admiserit, seu votum eorũ,
vel alicuius ipsorum suffragium in electione Ro-
mani Pontificis admiserit, aut in Pontificem Ro-
manũ elegerit, nominauerit, assumpserit, vel re-
ceperit, seu dederit in his, vel ad hoc auxiliũ, con
silium, vel fauorem excommunicationis senten-
tia duximus innodandum, &c. Ex cuius verbis pa
tet idem dicendum fore de hac constitutione, quod
diximus in alijs pręcedentibus, nec obstant mihi
illa verba (habuerit, & tenuerit) in textu posita,
quoniam non sunt intelligenda ita strictè, quòd si
quis illos teneret pro Cardinalibus in corde tan-
tum, nec proferat de hoc aliquod signum, vel ver-
bum

bum incidant in hũc Canonem, cum odia sint restringenda, & fauores ampliandi, vt in c.odia. de reg.iur.in sexto, cũ hoc non sit verisimile, vt fuit probatum supra, maximè stantibus illis regulis iuris, in obscuris quod minimum est sequendum, vt in c.in obscuris.de reg.iur.in sexto, & in pœnis benignior est interpretatio facienda. vt in c.in pęnis.de reg iur.in sexto, & quòd hæc cõstitutio sit pęnalis patet ad sensum: Nec obstat Glo. (in d.c, in vers.habuerit) dicens. Nota casum in quo punitur deliberata cogitatio, cum aliàs cogitationis pęnam nemo mereatur: de pęnit.dist.1. c.cogitationis: non obstat dico, quoniam omnino est intelligenda ipsa cum grano salis, idest si aliquid exterius patefecerit de cogitatione sua interiori, puta, aliquod obsequium licet occultissimum, vel alicui suam mentem declarauerit signo, aut scripto, & huiusmodi. & ad hoc adduco notabilia verba, quibus vtitur Ioan.de Anania declarando, quando quis dicatur credere hæreticis adhoc, vt incidat in pęnas hæreticis debitas, & tamen nulli dubium est credere pertinere ad actum interiorem mentis, iuxta illud Apostoli. Corde creditur ad iustitiam: Ananias ergo in c.excõmunicamus, §.credentes, de sent. excommunicationis, & Dominicus a Sancto Geminiano in c.2.de hæreticis, in sexto, & Ioan.And.in d.c.2. & Archidiaconus omnes prædicti Doctores vnanimes dicunt illos dicendos credentes hæreticis, qui ore proprio fatentur se credere dictis eorum, & ij qui aliquid pertinens ad eorum votum perpetrant. Ecce quomodo etiam dicta verba glosæ sunt intelligenda, vt non tantum cogitatione habeant illi pro Cardinalibus, sed & hoc aliquo signo, vel verbo oportet eos exprimere, vt incidant in excommunicationẽ, maximè, quoniam vbi eadem ratio, idem esse debet & ius ergo nec & ipse Canon, & glosa nostræ aduersatur conclusioni, vt per se patet, Quartus Canon a Ioan And. adductus est in c.vbi periculum, §.nulli.de elect.in sexto, vbi Gregori⁹ Decimus in generali Concilio Lugdunensi, infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. Nulli ad eosdẽ Cardinales aditus pateat, vel facultas secretè loquendi cum eis: nec ipsi aliquos ad se venientes admittant: nisi eos qui de voluntate omniũ Cardinalium inibi præsentium pro his tantum, quæ ad electionis instantis negotium pertinent vocarentur: Nulli etiam fas sit ipsis Cardinalibus, vel eorum alicui nunciũ mittere, vel scripturam. Qui verò contra fecerit scripturam mittendo, vel nuncium, aut cum aliquo ipsorum secretè loquendo ipso facto sententiam excommunicationis incurrat. hæc in d.§.& sequenti, vbi supra. Ex cuius verbis patet Ioan. And, non locutum fuisse de hæretico tantum mentali, sed de omnino occulto, qui expressit suam hæresim aliquo verbo, vel signo, licet hoc fuerit factum nemine sciente, cum adduxerit hunc Canonem, qui excommunicauit pro exteriori opere pcedente cogitatione, & nõ pro cogitatione tantũ suis terminis contenta, vt per se patet in litera dicti Canonis modo relati. Quapropter ipso omisso ad relationem quinti Canonis a Ioan.And.adducto me transferam, qui est in c.fundamenta. §.quòd si secus. de elect.in sexto, vbi Nicolaus Tertius inter alia infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. Quod si secus factum fuerit nominationem, electionem, & assumptionem huiusmodi decernimus esse nullas, &c.& non solum nominatores, electores, & assumptores: verum ẽt noĩati electi, &c. Si hmõi nominationi cõsẽserint, aut se de ipsis quomodolibet intromiserint, &c. eo ipso sententiam excommunicationis incurrãt, &c. ex cuius verbis, quàm apertissimè patet verũ esse, quòd diximus. Quapropter de hoc Canone dicendum mihi occurrit quod dixi in relatione tertij, & quarti Canonis, quoniàm eadem est ratio, ne tedio afficiam Lectorem eadem sępius repetendo. Sextus Canon relatus a Ioan.And. est in c.quia sępe contingit, de elect. in sexto, vbi Bonifacius Octauus infrascriptis verbis vtitur, videlicet. Quia sæpe contingit, quòd Cathedralibus, & regularibus, ac collegiatis Ecclesijs vacantib. capitula, cõuentus, collegia, & singulares earundem personæ bona a Prælatis ipsarum dimissa, vel vacationis tempore obueniẽtia, &c. diuidũt, surripiunt, &c. Decernimus vt hi, qui præmissa de cętero præsumpserint eo ipso sint, & tandiu maneant ab officio, & beneficijs quibuscunque suspensi donec plenè restituerint, &c. hæc in dicto Canone, de quo nihil noui occurrit dicẽdum, sed tantum repetenda, quæ dixi circa Canonem tertium, & quartum. Quapropter ipso omisso, ad septimum recitandum me transferam. Septimus ergo Canon allatus a Ioan.And. vbi supra, est c.sciãt cuncti.de elect.in sexto, vbi Gregorius Decimus in generali Concilio Lugdunensi infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Sciant cũcti, qui clericos, aut quaslibet alias personas Ecclesiasticas ad quas in aliquibus Ecclesijs, Monasterijs, aut alijs pijs locis spectat electio, pro eo quòd rogati, seu aliàs inducti eum pro quo rogabantur, seu inducebantur eligere noluerunt, vel consanguineos eorum, &c. grauare præsumpserint se ipso facto excõmunicationis sententia innodatos. hæc in dicto Canone, de quo idẽ dico sicut dixi de tertio, & quarto, cum de per se sit apertissimus. Octauus Canõ adductus a Ioan. And. est in c.generali cõstitutione. de elect. in sexto, vbi Gregorius Decimus in dicto Concilio generali Lugdunensi infrascriptis verbis vtitur, videlicet. Generali constitutione sancimus vniuersos, & singulos qui regalia, custodiam, siue guardiam aduocationis, seu defensionis titulum in Ecclesijs, Monasterijs, &c. de nouo vsurpare præsumant, & qui hoc procurant eo ipso excommunicationis sententię decernimus subiacere, hæc ibi inter alia. de quo dico, vt dixi circa tertium, & quartũ Canonem supra adductum cũ sit eadem ratio. Nonus Canon adductus a Ioan. Andr. est in cap. indemnitatibus. §. Postremo, de electio.in sexto, vbi Bonifacius Octauus infrascriptis vtitur verbis, videlicet: Postremò hi quos ad dirigendas in huiusmodi electionibus moniales easdem deinceps contigerit euagari ab his prorsus abstineant: per quæ inter eas super faciendis ipsis electionibus oriri possit discordia, vel exhorta nutriri, aliàs eo ipso excommunicationis sententiæ se nouerint subiacere. hæc in dicto Canone. circa idem prorsus dico, quod dixi supra, circa tertium, & quartum Canonem, cum sit eadẽ ratio de hoc Canone, & de illis. Decimus Canon allatus à Io.Andr, in d.glo. est.c.fin.§.pars verò.de offic. Iudic.deleg.in sexto. vbi Alexander Tertius infrascriptis vtitur verbis, videlicet: Pars verò, q̃ hoc fieri procurabit sententiam excommunicationis incurrat, à qua non possit absolui, nisi ei, quem sic fatigauit indebitè, primò satisfaciat integraliter

liter de expensis.hæc in dicto Canone, de quo idē dicendum, quod dixi circa tertium, & quartum Canonem supra relatum. Vndecimus Canon allatus à Ioan.Andr.est in c.fin. de officio ordinarij, in sexto. §. alioquin. vbi Bonifacius Octauus infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Alioquin Episcopi eorum Superiores ab ingressu Ecclesiæ cæteri vero ab officio, & beneficio tandiu eo ipso nouerint se suspensos quousque restitutionem fecerint de prædictis.hæc in dicto Canone inter alia de quo dico, vt dixi in Canone tertio, & quarto supra relatis. Duodecimus Canon est in c.a.de iudicijs in sexto, vbi ipso facto excommunicantur Iudices fingentes casum, vt ipse vadant ad mulieres pro testimonio ab ipsis excipiendo, & est Canon Bonifacij Octaui, de quo Canone dico, vt dixi in dicto Canone tertio, & quarto, cum sit eadem ratio in hoc, quæ est in ipsis. Tertiusdecimus Canon est in c.1. de sent. & re iudic. in sexto, §. si quis. vbi Innocentius Quartus infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Si quis autem Iudex Ecclesiasticus Ordinarius, aut etiam delegatus famæ suæ prodigus, & proprij persecutor honoris contra conscientiam, & contra iustitiam in grauamē partis alterius in iudicio quicquam fecerit per gratiam vel per sordes ab executione officij per annū nouerit se suspensum, &c. hæc in dicto §. ex quo patet quoque Ioan. And. non intellexisse de nostra conclusione, immo tacitè ipsi fauisse, vt probaui in Canone tertio, & quarto supra relato. Quartusdecimus Canon a Ioan. And. vbi supra relatus est in c.2 de sent. & re iudic. §. nos itaque, circa finem, vbi Innocentius Quartus inter alia hæc dixit, videlicet. Authoritate Apostolica firmiter inhibendo, ne quisquam de cætero sibi tanquam Imperatori, vel Regi parcat, & intendat decernēdo quoslibet, qui ei deinceps, vel vt Imperatori, vel Regi consilium, vel auxilium præstiterint, seu fauorem ipso facto excommunicationis sententiæ subiacere: hæc in dicto Canone inter alia. Circa quem dico idem, quod dixi in prædictis Canone tertio, & quarto, cum sit eadem ratio, vt patet ad sensum. Quintusdecimus Canon allatus a Io. And. est in c.pro humani §.sacri.de homic. in sexto, vbi Innocentius Quartus in generali Concilio Lugdunensi excommunicat ipso facto eos, qui per quosdam assassino procurauerint Christianum aliquē interfici, vel huiusmodi defenderint, vel receperint, vel auxilium, aut consilium, &c. præstiterint. hæc in dicto Canone. Circa quem dico idē quod dixi circa tertium, & quartum Canonem supra allatum, cum sit eadem ratio. Decimussextus Canō allatus a Ioan.And. in dicta glo. est in c. porrò. ext. de sent. excommunicationis, vbi Alexander Tertius dicit, quòd percutiens clericum, licet occultē tenetur petere absolutionem ab excommunicatione a Papa, de quo Canone idem dico prorsus quod dixi circa Canonem tertium, & quartum supra adductum. Decimusseptimus Canon est in c.cum non ab homine. ext. de sent. excommunicationis, vbi Clemens Tertius dicit vitandum secretē eum, qui incidit in excommunicationem propter violentam occultam manuum iniectionem in clericum: hæc in dicto Canone, circa quem dico idem quod dixi circa tertium, & quartum Canonem, vbi supra relatum. Decimusoctauus Canon allatus a Ioan. And. vbi supra est in c.fin. ext. de temp. ordin. vbi habetur, quòd occultus homicida debet abstinere a ministrando in ordinibus iam susceptis circa quem Canonem, idem dico, quod dixi circa tertium, & quartum Canonem supra allatum. Decimus nonus Canon allatus, & vltimus a Ioan. Andrea in dicta glo. est in c.clericis. de immun. Ecclesiarum, in sexto, vbi excommunicātur ipso facto quæcunque personæ Ecclesiasticæ soluunt, vel soluere promittunt aliquam partem fructuum beneficiorum, seu bonorum Ecclesiarum sibi cōmissarum: ex quo Canone quàm apertissimè patet Ioan. And. locutum fuisse de eo qui voluntatem, vel suam prauam mentem aliquo verbo, aut opere exterius demōstrauit, vt colligitur ex iuribus ab ipso adductis, ac per consequēs paret ipsum non aduersarium fuisse nostræ conclusioni, sed vt clarius innotescat veritas nostræ conclusionis referam nonnullas Doctorum celeberrimorum sententias vltra adductas. Quapropter sciendum, quòd Glo. in c.cum quis. de sent. excommunicationis, in sexto, in versic. tuo nomine, inter alia infrascriptis vtitur verbis, videlicet, sed dicis retento hoc themate, si ille amicum, vel seruitorem talem non receptauit, vel illum expulit: nec per aliqua exteriora potest apparere, quòd ratum habuerit, sed tamen in veritate ratum habuit corde: dixit Hostiensis supra eodem c. mulieres. talem quo ad Deum esse ligatum, non tamen quo ad Ecclesiam militantem, quæ non iudicat de occultis. De simonia c. sicut nobis. & supra a nobis, el secondo, hæc illa glosa: Dominus autem Præpositus quoque nostræ astipulatur conclusioni tacitè in multis locis, & primo in c.1.1.q.1.col.2.in versic. ideo, & sequenti, vbi infrascriptis vtitur verbis, videlicet Ideo intelligo hæc verba voluntas, scilicet cum effectu, vt scilicet progrediatur ad pactum, & ad actum, aliàs si sola voluntate committitur per solam penitentiam remittitur ext. de simonia, c. vltimo. Ideo glosa in d.c.fin. cum misterio dixit, quòd non fuit symoniaci, &c. quæ nota quia per ea infertur, quòd extrauagantes, & constitutiones pœnales loquentes de simonia, non habent locum in simonia mentali, per regulam in pœnis. de reg. iur. in sexto, hæc ille Doctor, vbi supra. qui & ibidem in colum. 3. in vers. non obstat, inter alia infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Prohibitio autem simoniæ etiam circa sacramenta, & spiritualia respicit actum exteriorem promissionis, dationis verborum, & obsequij, c. gratiā, c. sunt nonnulli, & c. ordinationes infra eod. Ideo sola voluntate committi symoniam non dicimus, qui in his nō accommodantur verba prohibitionis ergo nec dispositio prohibitiua. & hoc patet ex verbis diffinitionis huius glosæ, dum dicit simonia est cupiditas, vel voluntas studiosa, & sic sola voluntas non sufficeret, nisi appareret de aliquo signo exteriori. vt in c. sicut nobis. de simonia. hæc omnia Doctor ille: ex cuius verbis elicitur ipsum Doctorem nostræ conclusioni astipulari, cum dixerit paulò ante (vt fuit supra relatum) quòd constitutiones pœnales loquentes de simonia, non habent locum in simonia mentali, & postea subintulit, quòd sola voluntas non sufficeret (scilicet ad incurrendas pœnas) nisi de ipsa appareret per aliquod signum exterius: & licet hoc dicat de crimine simoniæ, tamen idem dicendum fore de crimine hæresis per se patet, cum & simonia dicatur hæresis symoniaca, vt in c. per tuas, el primo. ext. de simonia. maximè cum sit eadem ratio,

Attamen

104 Attamen † posset quis rursus contra nostras adductas rationes in declarationem intētionis Ioannis And. & sequacium insurgere dicendo, omnes tuæ rationes non concludunt in tui fauorem, eo quòd expresse patet Ioan. And. loquutum fuisse de hæretico mentali, & non tantum omnino occulto, quod luce clarius videtur patere per illa verba, quibus idem Io. And. vbi supra vtitur in dicta Glosa, dicēs, & ex his videtur indubitatum, quòd Archidiaconus babebat pro dubio, & disputationi relinquebat, an hæreticus omnino occultus sit excommunicatus, Ioan. tenet quòd sic, & c.ecce Ioan. And. iam legerat, quæ dixerat Archidiaconus de hac quæstione. & tamen Archidiaconus infrascriptis vsus fuit verbis in cap. cum quis. de sent. excommunicationis in sexto, videlicet. Et istis rationibus videtur posse dici in hæreticis occultis in eorum cordibus, scilicet, quòd non sint excommunicati, hęc sunt verba Archidiaconi. qui post nonnulla, infrascriptis vtitur verbis, videlicet: sed quicquid sit dictum hæc disputationi relinquo: hæc ille Doctor. Ex quibus videtur prima fronte Ioan. And. voluisse loqui etiam de hæretico mentali. Nihilominus † si vtrorumque Doctorum verba librentur iusta statela neuter eorū aduersatur nostræ conclusioni, & quòd Archidiaconus non aduersetur patet, quia ibi multa iura, & rationes adducit pro nostra conclusione: nec mihi obstant allata supradicta verba ipsius, videlicet, & ex his videtur, &c. quoniam dedita opera, & non a casu Archidiaconus vsus fuit illis verbis, videlicet; in hæreticis occultis in eorum cordibus, & non addidit tantum, nec per signa, vel verba suam hæresim fuerunt professi, vel detegerunt, sed solum dixit in hæreticis occultis in eorum cordibus, ac si apertè dixisset in hereticis omnino occultis licet per signa aliqua, vel verba prolata in loco occultissimo suas hæreses manifestassent, & quòd hæc interpretatio sit bona, patet p. ea, quæ ipsemet Archidiaconus vbi supra subintulit, sed Ioan. And. no. contradicens, quòd hæreticus quantumcunque sit occultus excommunicatus est: ex quibus verbis patet ipsum locutum fuisse de hæretico omnino occulto, qui aliquid hæreticum verbum protulit, vbi nullus abfuit, non autem de purè mentali hæretico, & sic patet responsio ad vtrosque Doctores, enim verò aliàs insulsè dixisset Archidiaconus, dicēs, sed Ioan. And. contradicens si ipse locutus fuisset de alio casu, scilicet de hæretico purè mentali, Ioan. And. de occulto omnino, sed euitetur hoc absurdum in Archidiacono dicendum, quòd Archidiaconus idē dixit cum Ioan. And. licet diuersis verbis vsus fuerit, vt patet ad sensum, & quòd Ioan. And. per illa verba, videlicet. Hæreticus omnino occultus incidit in excommunicationem non aduersetur præsenti nostrę conclusioni iam per superius allata abundè satis fuit probatum, & sic remanet inconcussa nostra conclusio, & etiam habes pie Lector hic examinatam quotidianam hanc quæstionem nunquam bucusque ita ad partes discussa, & hæc dicta sufficiant quo ad præsentem conclusionem, Et per hæc patet etiam responsum ad sententiam Panormitani in capit. fin. ext. de hæreticis.

Decima conclusio. Nō solum hæretici sunt excommunicati, verum etiam & ipsis hæreticis cre-
106 dentes, † hæc conclusio probabitur triplici medio. Præmissa enucleatione istius termini, vt sciamus, quis dicatur credens quoad subiectam materiam. Quapropter memoriæ necessariò erit cōmendandum, quòd credens quoad subiectam materiam. Primò is dicetur, qui ore proprio dicit se credere sentētiæ alicuius hæretici proferentis aliquam hæresim, & iste iudicatur hæreticus, vt habetur in c. penultimo, §. credentes, vbi Gregorius Nonus infrascriptis verbis vsus fuit, videlicet: Credentes autem eorum erroribus, hæreticos similiter iudicamus. Secundo is etiam dicetur credens qui adorauit, vel reuerentiam more hæreticorum exhibuit. Tertiò qui confessionem, vel cōmunionem recepit ab hæreticis. Quartò qui aliqua opera pertinentia ad hæreticorum ritum perpetrauit, qui omnes meritò dicendi sunt credentes in nostra materia, cū ex factis pręsumatur affectus, 32. q. 5. c. qui viderit, & c. sicut enim, & cap. nuper. ext. de bigamis. & l. dolum. ff. de dolo, & plus est facto, quàm verbo aliquid facere intelligendo de factis, quæ pertinet ad vitam hæreticorum errantium, & per quæ error exprimitur, & quintò credentes dicuntur quoque illi, qui aliàs fuerant hæretici, & postmodum abiurauerunt, denuo visitāt hæreticos, vel illis alimoniam, vel ducatum præstant, licet huiusmodi potius dicendi essent receptatores, seu fautores, quàm credētes: Sextò, qui sæpè audiunt prædicationes, seu sermones hæreticorum. Attamen pro maiori intelligentia prædictorum, sciendum, quòd Archidiaconus, Dominicus a Sancto Geminiano, & Ioannes And. in c. 2. de hæretic. in sexto, & Ioan. de Anania in c. excommunicamus, el primo, §. credentes. ext. de hæretic. colum. 3. in versic. vltimo, potest hic dubitati prædictis omnibus se subscripserunt, & Alphōsus Aluarez in suo speculo vtriusque iuris in titulo de apostatis. in versic. credentes autem hæreticis, necnon & infra notabilia addiderunt, videlicet. Primum quorum est, quòd visitantes hæreticos, vel illis alimoniam præstantes (si non fuissent lapsi) non sunt statim esse credentes hæreticis iudicandi, & secundum, quòd nec qui semel audiuit eorum sermones. His ergo præmissis ad rem nostram regrediendo, dico præsentem cōclusionem probari triplici medio. Primò enim per text. in c. excommunicamus, el primo, §. credentes. ext. de sent. excōmunicationis. Vbi Innocentius Tertius infrascriptis verbis vsus fuit. Credentes præterea, receptatores, defensores, & fautores hæreticorū excommunicationi decernimus subiacere, hæc in dicto Canone probatur quoque per Bullam cenę Domini, relatam in conclusione septima præsentis quæstionis. Probatur & secundo authoritate præadductorum Doctorum. Probatur & tertiò hac ratione. Cum credere hæreticis, cum errore sit illorum hęresibus adhærere, mirum non esse debet, si & ipsi eodem vinculo excommunicationis vinciantur, cum & ipsos hęreticos esse dicatur in c. penultimo, ext. de hęreticis, §. credentes.

107 Vndecima conclusio, hęreticorum † receptatores sunt etiam innodati maioris excommunicationis vinculo. Hęc conclusio probabitur triplici medio. Pręmisso tamen huius termini receptatoris, enucleatione.

Sciendum quòd variè reperitur a Doctoribus enucleatus terminus hic, videlicet receptator in proposito, Hostiensis in sua summa in titulo de hęreticis, §. quę pęna imponitur infrascriptis vtitur verbis

verbis

verbis, videlicet fautores, & receptarores, qui hę-
reticis aliquod consiliũ, vel auailium, ideſt ij sunt,
qui in terra sua tenere, fauorem, aut negotiatio-
nem, cum eis exercere præsumpserint, & tales ip-
so iure sunt excommunicati. hæc Hostiensis, vbi su
pra: Archidiaconus vero in c. 2. de hæretic. in sex-
to, col. 2. in verſ. receptatores. infrascriptis verbis
vtitur, videlicet. Receptatores illi dicuntur tales,
qui scienter hæreticos recipiunt. ad hoc habes ef-
ficax argumentum infra eo in c. fęlicis. de pœnis
in sexto, iuxta principium ibi receptaueris, vel
defensauerit scienter. & c. & facit optimè. ff. ad l.
Iuliam de adult. l. mariti. §. quæsitum: Nam licet
secundum vires grammaticæ hoc verbum sit fre-
quentatiuum, tamé in iure pro simplici verbo po-
nitur, scilicet receptare pro recipere: vt probatur.
ff. de recept. l. fin. hoc saue notãdum videtur, quòd
iura ciuilia videntur intelligere illum esse rece-
ptatorem, qui latenter recipit, ideſt cęlat, vt con-
seruatas manus Iudicis euadat, vt innuitur in l. 1.
& 2. ff. de recept. & in l. congruit. ff. de officio præ
sidis. hæc Archidiaconus, vbi supra, cui aſtipula-
tur Dominicus a Sancto Geminiano. in eodem c.
2. & Ioan. de Anania in c. excommunicamus, el
primo, de hæreticis in §. credentes. Alphonsus Al-
uarez in suo speculo vtriusque iuris, in titulo de
apostatis in fine. dicit, quòd receptatores dicun-
tur, qui scienter hæreticos recipiunt latenter, siuo
manifestè: Syl. veró in sua summa in versic. hęresis.
§. septimo. in verſ. receptator. refert sentẽtiam Ar-
chidiaconi, & ipsi se subscripsit. Caietanus autem
in sua summula in versic. excommunicatio, c. 1.
dicit, quòd receptator hæretici solus est, qui reci-
pit hæreticum quatenus hæreticum, quoniam ex
intentione, & proposito maleficia distinguuntur
apud iura, & formaliter termini intelligendi sunt
apud sapientes in qualibet facultate, hæc ille. Na
uarrensis Doctor in suo Manuali c. 27. titu. de Bul
la cęnę, nu. 55. in versic. quarto, quòd fautores in-
frascriptis verbis vtitur, videlicet. Quartò, quòd
fautores, receptatores, & defensores solum dicũ-
tur ad effectum incurrendi hanc censuram, qui
hæc faciunt eis eo respectu quo sunt hæretici: vt
rectè notauit Caietanus. Tum argumẽtum in l. in
delictis. §. si detracta. ff. de noxa. tum quia tenetur
quis hęretico extremè egenti subuenire. argum. c.
pasce. diſt. 86. tum quia poteſt quis (licet non te-
neatur) eidem etiam non extremè egenti subue-
nire: arg. c. duo iſta nomina. 23. q. 4. ibi, quia pec-
cator eſt, corripe, quia homo miserere: & ibi, nul
li homini claudenda eſt misericordia, sicut nulli
peccatori impunitas relaxãda eſt. Tum quia alio-
qui omnes ferè Catholici etiam Religiosi Germa
niæ, Angliæ, Scotiæ, & bonę partis Galliarum in-
ciderent in has censuras quippè, qui habet com-
mercium cum hæreticis, quatenus sunt homines,
quod sine aliquo fauore, vel auxilio eis præſtando
haberi nequit. Tum quia nullo Canone contrariũ
probatur, licet multis probari possit cum pręsumi
fauere hæretico, qui sciens eum esse talem, fauet
ei sine aliqua circunſtantia, quæ excusare posset
eum etiam in foro exteriori a tali præsumptione,
quales multæ occurrere possunt fundatæ in timo-
re, necessitate, cognatione, vel vtilitate in pace, mi
litia, & bellis in quibus videmus, & legimus Ca-
rolum Quintum, & Philippum Secundum (omniũ
Regum quos ætate sua terra coluit, & colit Catho
licissimos) fauisse donis Ducibus, & militibus lu-
theranis maieſtati suæ militantibus. Quoad forũ
autem interius, in quo sola veritas inspicitur (c.
tua. desponſ.) facile eſt discernere fauorem datũ
alicui eo respectu quo malus, & hæreticus eſt, a
dato eidem, eo quòd proximus, & a Christo re-
demptus eſt, d. c. duo iſta: hæc ille Doctor vbi su-
pra. Glosa veró in c. fęlicis. de pœnis in sexto, in
verſ. receptauerit infrascriptis vtitur verbis, vide-
licet. Pari enim pœna sunt puniendi pessimi rece-
ptatores, sine quibus delinquẽtes diu latere non
possunt, vt in l. 1. ff. de receptatoribus, & l. 1. & 2.
C. de his, qui latro. occul. Nisi essent consangui-
nei, vel affines. Hæ dicta glo. his omnibus descri-
ptionibus huius termini receptatores varij addu-
ctis operæpretium duxi ea illis omnibus vnã bre-
uem descriptionem hic tradere, quæ sit secundum
mentem omnium Doctorum, qui fuerunt supra
108 recensiti. Descriptio sit hæc. Receptatores † hæ-
reticorum illi dicuntur (secundum subiectam ma-
teriam) qui semel, aut pluries in domibus suis,
aut alijs locis hęreticos recipiunt occultè, aut ma-
nifestè, vt hæretici sunt, ideſt hoc solo respectu, q
sunt hęretici, & vt sic recepti euadant manus Iu-
dicis eos persequentis pro crimine hęresis: non
autem eo respectu, quòd sunt cõsanguinei, vel af-
fines: vel alijs de causis honestis, quando eos non
persequuntur Iudices, quoniam etiam si sint con-
sanguinei non poterunt recipi, & occultari, vt nõ
capiantur a Iudicibus prędictis, vt doctissimè do-
cet Glosa in c. excommunicamus, el primo, §. cre
dentes. ext. de hęreticis. in versic. receptatores, &
defensores. infrascriptis verbis, videlicet. Rece-
ptatores, & defensores, sine quibus hęretici mane
re diu non possunt. Vnde meritò isti sunt punien-
di, immo grauius delinquũt, qui aliorum errores
defendunt, & acrius puniri debent, vt in cap. qui
aliorum. 24. q. 3. & ideo simili pœna cum hęreti-
cis puniuntur. vt in c. qui consentit, 11. q. 3. etiam
si essent consanguinei, argum. in c. si quis Episco-
pus. ext. de hęreticis. hęc illa glosa, quæ eſt Bernar
di, sed vt hæc sentẽtia glosæ optime probetur, ad
ducam verba dicti Canonis in d. c. si quis Episco-
pus. Sciendum igitur, quòd in d. c. hæc habentur,
videlicet. Si quis Episcopus hæredes instituerit
extraneos a consanguinitate, vel hæreticos etiam
consanguineos, aut paganos pertulerit, saltẽ post
mortẽ ei anathema dicatur, atq; eius nomen in-
ter Dei sacerdotes nullo modo recitetur. hæc in
dicto Canone, cui similis eſt immediatè subse-
quens Canon. Vbi hæc habentur, videlicet. In eos
qui Catholici non sunt (etiam si consanguinei fue-
rint Episcopi, vel Præsbyteri nihil conferant: de-
nique hoc quod de Episcopis, & Præsbyteris di-
ctum eſt, debet de reliquis clericis exaudiri. Hęc
in dicto Canone. Ex quorum duorum Canonum
verbis luce clarius patet nemini licere fauere, seu
recipere hæreticos, ita vt non possint capi a Iudi-
cibus etiam si consanguinei sunt, quia tunc poto
runt dici receptatores hæreticorum, vt hæretici
sunt, quod non contigit, quando eos Iudex non
persequitur, vt quàm apertissimè colligitur ex au-
thoritatibus adductis. His ergo pręmissis pro in-
telligentia conclusionis me trãsferam ad proban-
dam ipsam conclusionem: sciendum igitur, quòd
noſtra præsens conclusio probatur triplici me-
dio. Primò enim per textum in c. excommunica-
mus. el primo. §. credentes. ext. de hæretic. vbi hęc
habentur, videlicet. Credentes pręterea, recepta-

torȩs,

tores, defensores, & fautores hæreticorum excom
municationi decernimus subiacere. hæc ibi. Nec
non per processum Curiæ, seu per Bullam promul
gari solitam in die cęnę Domini relatam in cóclo
sione prima præsentis §. Probatur & secundo Do-
ctorum authoritate omnium præadductorũ. Pro-
batur & tertiò, & hac ratione. Cum enim ipsi re-
ceptatores impediant actu, etsi non verbis ipsos
Ecclesiasticos Iudices ne possint punire hæreti-
cos inimicos dogmatũ Ecclesiasticorum, meritò
igitur excommunicationis mucrone ipsi veniunt
abscindendi a reliquis mébris ipsius Ecclesiæ San
ctæ, & illis sic abscissis impedimentum afferre ne
participent de suffragijs ipsiusmet Ecclesiæ.

Duodecima conclusio. Hæreticorum defensores
109 sunt ét & ipsi vincti vinculo † excóicationis ma
ioris. Hæc cóclusio probabit triplici medio postq̃
fuerit tradita ethimologia termini vnius in cóclu
sione contenti, videlicet, qui dicantur hmói de-
fensores hæreticorũ. Quapp sciendũ erit, ꝙ mul-
tis modis pót qs dici defensor alterius. Primo mó
delictum authorizando: scđo defendendo in actu
delicti: tertio modo defendendo post delictũ, pu-
ta impediendo ne delinquétes veniát examinádi
vel puniédi ad manus Iudicis: quartò impediédo
ne veniát ipsi criminosi ad manus offensi, vel con
sanguineorũ, vel alterius priuati volentis ꝓpria
authoritate vindicare delictum ipsum, seu facere
vindictá delicti hmõi. vltimò defendendo in iu-
dicio. His pmissis sciendum, ꝙ in casu nostro com
prehendunt defensores. Primo oés, qui defendunt
errorem hæreticorũ, quia aliás appellari poterũt
Hęresiarchę, vt in c.qui alios. 24 q. 3. secundò dñr
illi qui pro virib. suis, vel potétia ne hæretici de-
ducantur ad manus Iudicũ Ecclesiasticorũ ꝓcu-
rant. Tertiò oés aduocati, & procuratores, q post-
q̃ iá cognouerint verè illos esse hęreticos, procu-
rant eorũ absolutioné: secus tñ erit si credant in-
nocentes, & fuisse iniustè molestatos, vt q̃ elegan-
tissimè docet Imo. in Clem. 1. de pęnis. hæc oía no
sabilia excerpsi ab infrascriptis Doctor. videlicet,
ab Archid. in c. 2. de hæret. in 6. & Dñico a S. Ge-
miniano ibidé, a Ioá. de Ana. in c. excóicamus, el
primo. §. credentes. ext. de hęret. Item ab Imo. vbi
sup. & a Cardinale Zabarella in d. Clem. 1. de pœ-
nis. & ab Alphóso Aluarez in suo speculo vtriusq;
iuris, titulo de apostatis in fine, & a Syluestro in
sua summa in vers. hæresis, 1. §. septimo. His ergo
pręmissis, sciendũ ꝙ præsens conclusio probat̃ tri
plici medio. Primò per tex. q̃ apertissimũ in c. ex-
cóicamus. §. credentes. ext de hæret. cuius tenoré
verborũ retuli in pcedenti conclus. Probat̃ quoq;
per Bullá cenę Dñi relatam in 1. conclus. psentis
§. Probat̃ quoq; & scđo authoritate Doctor. quos
paulo ante retuli: nec nõ oĩum Canonistarũ in d.
c. excóicamus. Probat̃ & tertio hac róne. Cùm ma
ximè lędatur Ecclesia Sancta ex nõ punitione hæ
reticorũ, eo ꝙ multi fideliũ eorũ puersis dogma-
tib. corrũpantur: meritò & ipsi debent tanq̃ inimi
ci ipsius, & hostes boni publici per excóicationé
euelli a corpore mistico Dñi nostri Iesu Christi,
quod est S.R.E. constituta ex multis fidelibus.
110 Tertiadecima cóclusio. Hæreticorũ † fautores
sunt quoque excóicati maiori excóicatione. Hęc
cóclusio probabit̃ verissima, enucleato hoc termi
no, videlicet, fautores. Quapp sciendũ est, ꝙ fauto
res in proposito dupliciter poterunt considerari.
Vel ex omissione, vel ex cómissione. Fautores ex
omissione sunt in duplici differentia, alij sunt per
sonę publicæ, vt Iudices, Rectores Ciuitatum, &
alij officiales deputati ad procurandum bonum
publicũ: alij sunt personæ priuatæ, & dñr hmói,
oés aliæ a prædictis officialib. his præmissis scien-
dum, ꝙ fautor ex omissione sunt in duplici differé
tia. Nam alius est persona publica, alius verò per-
sona priuata: quapropter dicendum, ꝙ qui est pu
blica persona idest, is qui publica authoritate fun
gitur, (vt Præses, Iudex, gubernator alicuius Ciui
tatis, vel castri:) ex sola omissione poterit dici fau
tor hæreticorum, vtputa, si ab Ecclesia condem-
natos hæreticos non fugat, & punit, vt debet, vt
in c. qui potest. 23. q. 3. statuit Anastasius, & Da-
masus Papa infrascriptis verbis. Qui potest obuia
re, & perturbare peruersos, & non facit, nihil est
111 aliud, quàm fauere impietati † eorum, nec ca-
ret scrupulo societatis occultæ, qui manifesto fa-
cinori desinit obuiare. hæc in dicto c. & idem ha-
betur in c. qui vitijs. 23. q. 5. vbi Augustinus hæc
docuit, videlicet. Qui vitijs nutriendis parcit, &
fauet ne contristet peccantium voluntatem non
tam est misericors, quàm qui non vult cultrum ra
pere a puero ne audiat plorantem, & non timet ne
vulneratum doleat, vel extinctum; hæc in dicto
Canone. Sed si verò. Non est quis persona publi-
ca, sed priuata tunc subdistinguendum est, quòd
aut huiusmodi personæ priuatæ sunt aliquo iura-
mento astrictæ ad indicandum Iudicibus Eccle-
siasticis, (vt multi sunt) huiusmodi hæreticos, aut
non, si primo eo ipso quo astricti sunt iuramento
ad indicandum, & non indicant, dicuntur fauto-
res hæreticorum, vt per allegata iura patuit, eo
quòd ratione iuramenti præstiti dici possunt per-
sonæ publicæ quoad subiectam materiam. Si ve-
rò non sunt iuramento astrictę dicendus quoque
est fautor quicunque hæreticos fauet verbis, vtpu
sa, si quis excusaret iniustè hæreticum non ex lin-
guæ lubrico, nec per locum, sed in conuenticulis,
vel inter laicos (vt multi faciunt) dicendo sæpe, illi
homines non sunt tales quales dicuntur, licet nõ
negent ista, vel illa, quæ de ipsis dicuntur: vel for-
tè, quia aduocati sunt aliqui, & defendendo eos
excusant eorum excessus, possunt dici fautores, ha
bita tamen consideratione personarum, temporis,
& locorum. non enim hæc omnia possunt ad vn-
guem perstringi: plerunque enim homines simpli
ces ad amorem hæreticorum hæc verba prouo-
cant, & deuotionem quam habent ad Ecclesiam
minuunt, & eneruant, & quòd huiusmodi falsi ex-
cusatores fauere videantur, insinuat Canon in c.
vltimo, 2. q. 1. in quo Canone habetur excommu-
nicatos fuisse duos Episcopos, qui fautores Lotha
rij Regis fuerunt: & est Canon Nicolai Papæ. Idé
ferè habetur in c. ita corporis, 11. q. 1. vbi idem
Nicolaus Papa infrascriptis verbis vritur, videli-
cet. Ita corporis tui motibus consensisti, & relaxa-
sis voluptatum habenis, temetipsum in lacum mi
seriæ, & in lutum fęcis prohibitũ deiecisti, vt qui
positus fueras in gubernatione populorũ, effectus
sis ruina multorũ: probat hoc Teugaldi, & Gũtarij
dudum Epõrũ legitimus casus, q pro eo, ꝙ te mi-
nimè competenter erudierint: quinimò quia pua
ricationé tuá tegere argumentis suis, & sub qua-
dam iustitiæ spé fucatis quibusdá exquisitis adin-
uentionib. æquitatem obstruere luduerũt nostra
sunt Apostolica depositi authoritate, & ab oĩ Epa
tus regimine rçaliter sequestrati. hęc in d. Canone

ex quib. omnibus prædictis elicitur, ꝙ per hmõi coluratas defensiones intelligitur quis fautor esse alicuius. At vbi esset lapsus linguæ, seu loquacitas quędam inconsiderata, solum tunc dr̃, ꝙ huiusmodi non diceretur fautor comprehensus in hac materia de qua sermo hr̃ in præsenti conclusione, quia illud ad pęnam, vel damnum trahi non cōuenit. vt in l. famosi. ff ad l. Iuliam maiest. similiter, qñ quis per iocum aliquid diceret. Attamen qui facto ipso fauet probatione non indiget, puta in eo qui tali alimoniam procurat (intelligendo de eo qui talem alimoniā illi, vt hæretico procurat) secus de eo qui ne fame moreretur ipsum cibat, vt hoīem, non vt hæreticum, vt docet perpulchrè Doctor Nauarrensis, cuius verba retuli sup. in eodē tñ §. conclusione quinta.) Qui liberat (.s. iniustè nō seruato iuris ordine.) Qui administrar ea quæ ad liberationem hæretici spectant, & si quis faceret suprascriptis similia aliqua in fauorem hæreticorum, vt hæretici sunt, vt sup. late disseruimus, dum loquuti fuimus de receptatoribus in conclusione quinta, & de defensoribus hæreticorū conclusione sexta præsentis §. nō aũt propriè dicendi erūt fautores hæreticorum illi Prælati, qui ex auaritia non faciunt fabricari carceres ad custodiam hæreticorum, secus tñ si hoc facerent, vt postmodum facilius hæretici capti fugam arripere possent, qa idem esse, ac si eos iniustè liberaret. In his omnibus, quæ adduximus ꝓ interpretatione istius termini fautores hæreticorū concordant omnes Doctores, qui fuerunt adducti in præced. cōclusione, & præcipuè Archid. His ergo præmissis sciendum, ꝙ præsens conclusio probatur triplici medio. Primo enim per iura adducta in præcedenti conclusione: secūdo authoritate Doctorum, qui fuerunt relati in supradicta conclusione sexta: & tertio ratione adducta in dicta conclusione præcedenti. Cum sit par ratio in vtraque.

Quartadecima conclusio. Hæreticorum libros sine authoritate Summi Pontificis, vel sedis Apostolicæ quicunq; qūolibet scienter legentes, aut tenentes, imprimentes, seu qūolibet defendentes ex quauis causa publicè, vel occultè, quouis ingenio, vel colore incidunt in excōicationē Papæ reseruatā in Bulla cęnę Dñi. Hæc conclusio probat̃ triplici medio. Primo ꝑ textū ipsiusmet Bullę cœnæ, relatum in 1. conclus. pręsentis §. & scđo authoritate Doct. Nauarrensi in suo Manuali c. 27. sub titu. de Bulla cęnę. nu. 56. in vers. septimò, quod q legit. vbi infrascriptis verbis vtitur, quib. & ego vsus fui in pręsenti conclusione, & iccirco illa non repetā. Probat̃ & tertio hac rōne. Cum. n. naturaliter homo vnusquisq; scire desideret, & ad sciam assequendam duo sint media, loquendo naturaliter, videlicet, vel audiendo hoīes peritos loquentes, vel eorum scripta relicta accuratè perlegendo sæpe sępius, ac eadem memoriæ commendando: sed sicut homo euadere potest doctus in dogmatibus Catholicis altera prædictorum modorum, sic & poterit corrūpi euadēdo peritus altero modorum in falsis dogmatib. traditis ab hæreticis. Inde consequens q̃ apertissimum elicitur, ꝙ sicut peroptimum fuit, vt Ecclesia Sancta excōicationi subijceret credentes hæreticis in sequendo eorū doctrinam illā sæpius audiendo ab ipsis, sic & in proposito sanctissimè statutū fuit ꝑ Sanctā Ecclesiam, vt sub pœna prædictæ excommunicationis latę sententiæ incurrendæ nullus præsumeret tenere, &c. vel legere libros hæreticorum ne corrūperetur eorum fides per illos, iuxta illud, corrumpunt bonos mores colloquia praua, eo quòd quis dum legit libros sermocinatur, author illius libri cum lectore, vt patet ad sensum, ne etiam in nobis illud perficiatur, quod protestatur Propheta dicens, cum Sancto Sanctus eris, & cum peruerso peruerteris, & quod quis a vera fide peruertat legendo huiusmodi libros experientia quotidiana nos docuit.

Quintadecima cōclusio. Quicunque habet, vel
113 legit libros Catholicorum referentium dicta hęreticorū ēt desumpta ad verbum ex libris eorum non incurrit hanc excōicationem. Hæc conclusio probatur triplici medio. Primo per arg. in d. Bulla cęnæ Domini arguendo a contrario sensu cum enim ibi dicatur, ꝙ non sunt excōicati legentes libros hæreticorū: ergo non erunt contenti in d. Cōstitutione legentes libros ꝑdictos, maximè, cū simus in odiosis, & pęnalib. vbi strictior est interpretatio faciēda, vt in c. odia, & c. in pęnis. de reg. iur. in 6. Probat̃ & scđo auctoritate Doctoris Nauarrensis in suo manuali, c. 27. tit. de excōicationib. per Bullā in cęna Dñi. vbi in nu. 56. in vers. septimò, ꝙ qui hēt. de verbo ad verbū ꝑsenti cōclusioni se subscripsit. & iccircò eius verba nō referā. Probat̃ & tertio ꝑsens conclusio hac rōne. Si. n. nostra conclusio non esset vera sequereutur duo absurda. Primū quorū est, ꝙ sequeretur, ꝙ opera Diui Augustini, Ambrosij, S. Thomæ, & multorum sacrorum Doct. & Theologorum, qui fuerunt ꝓpugnacula quædam Fidei Christianæ non possent legi, aut apud se haberi, qđ est falsissimum, & ꝙ hoc consequens sit verum perse paret. Cū dicti Doct. vt in nobis plantarent veras fidei radices multas hæreticorū sñias retulerunt in eorum scriptis, vt postmodū contra ipsas arguendo, illas falsissimas esse, & nulli rationi cōsentaneas probarent, vt sic radicitus euelleretur a cordib. fidelium oīs ambiguitatis fomes, vt patet ad sensum: s̃m absurdum proculdubio est, ꝙ si non esset vera nostra conclusio, sequeretur, ꝙ nemini liceret audire sermones & concionariones, & lectiones Theologicæ in q. bus adducunt̃ aliquę hęreses, & impugnant̃, vt magis magisq; veritas elucescat, vt patet ad sensum.

Decimasexta conclusio. Quicunque tenet, aut
114 legit libros † Catholicorum elucidatos per annotationes hæreticorum sine licentia Sũmi Pontificis, vel Inquisitorum incidit in excommunicationem, non tamen Papalem. hæc conclusio probatur duplici medio. Probatur enim primo per tenorem dictæ Bullæ in cœna Dñi. Vbi prohibetur sub reseruata excommunicatione tenere, aut legere libros hæreticorum, & appellatione librorū hæreticorū non veniunt libri Catholicorū, quib. fuerunt factę annotationes ꝑ hęreticos, tum quia denominatio fieri debet a principaliori, sed principale quid est liber, & nō annotationes in ipsos imò ipsę sunt accessorium quid, vt patet ad sensum, cum ipsę annotationes accedant ad libros, & non è contra: tum etiam quia sumus in materia pœnali, in qua non fit extensio, vt in capit. in pœnis. de reg. iuris in sexto. Probatur vero præsens conclusio, quòd quicunq; hmõi libros tenuerit, &c. incidant in excōicationē, probatur (inq̃) ꝑ censuram indicis librorum prohibitorū, quæ censura annotata fuit post regulas indicis librorum, vbi hæc verba habentur, videlicet. Ad extremum

vero

vero omnibus fidelib.præcipitur, ne quis audeat
contra harum regularum præscriptum, aut huius
indicis prohibitionem, libros aliquos legere, aut
habere: Quòd si quis libros hæreticorum, vel cu-
iusuis authoris scripta ob hæresim, vel ob falsi
dogmatis suspicionem damnata, atque prohibita
legerit, siue habuerit: præter peccati mortalis rea
tum quo afficitur, iudicio Episcoporum seuerè
puniatur. hæc in dicta censura: Probatur quoque
& secundò præsens conclusio authoritate Docto-
ris Nauarrensis vbi supra, qui post relata a me in
præcedenti conclusione infrascriptis vtitur verbis
(postquam iam dixerat, ꝙ non incident in hanc
excommunicationem Papalem contentam in præ
dicta Bulla illi, de quibus in præcedenti cóclusio-
ne, videlicet. Neque eadem ratione, qui legit li-
bros Catholicorum elucidatos per annotationes
hæreticorum, licèt iste incidere posset in censurã
indicis librorum Pij IIII. hæc ille Doctor, vbi sup.
Decimaseptima cóclusio. Non solú hæretici cre-
dentes, fautores, &c. incident in excóicationé, &
alias pęnas, vt reliqui hęretici. Verum ét suspecti
115 † de hæresi reperti, & saltem bis citati ad respó-
dendu de fide, si in citationib. specialis mentio de
hoc habeat, nisi ad arbitriú Epi, & Inquisitorum
iux. considerationé probabilis suspitionis, qualita
temq; personæ propriam innocentiã congrua pur
gatione móstrauerint, imò & velut hęretici venięt
puniendi, si ab hmói suspitione ꝑ annú se non pur
gauerint ipso iure, nec ad hoc erit necessaria ali-
qua snia declaratoria: hæc conclusio probabit du
plici medio pręmissa enucleatione istius termini,
videlicet suspecti de hæresi: sciendú ergo, ꝙ mul-
tis de causis quis poterit dici suspectus de hęresi,
vtputa si legerit quis sępe libros hæreticorum có-
tinentes doctrinam cótra Ecclesiastica dogmata
scienter sine debita licentia, vel si illos receperit,
vel fautor illorú fuerit, vel hmói, vel aliquem actú
fecerit, vel verbú protulerit contra dogma Eccle-
siastica, de quib. cum esset accusatus non cóparuit
responsurus obiectis in iudicio contra ipsum, &
hmói. & vltra ṗdicta est & alius casus, vt puta si qs
in excóicatione per annú insorduerit pro quacun
que causa, quia hoc talis habebit suspectus de hę-
resi, & tunc procedetur contra eum ꝑ Iudicé Ec-
clesiasticum sicut cótra suspectú de hæresi, vt fuit
cautú in Concil. Trid. in sess. 25. de reform. c. 3. in
fine, infrascriptis verbis, videlicet. Excóicatus ve-
116 rò quicunq; † si post legitimas monitiones non
resipuerit, non solú ad sacramenta, & cómunioné
ac familiaritaté nó recipiatur: sed si obdurato aío
censuris annexus, in illis per annú insorduerit, ét
contra eum, tanq̃ de hęresi suspectú procedi pos-
sit. hæc in d. Concil. Trid. His ergo ṗmissis scien-
dum, ꝙ præsens conclusio probatur per text. in c.
excóicamus. el primo, §. qui aút inuenti. ext. de hę
retic. vbi Innocétius III. infrascriptis vtitur verbis,
videlicet. Qui aút inuenti fuerint sola suspitione
notabiles, nisi iuxta suspectionis considerationé,
qualitatemq; personæ propriá innocentiam con-
grua purgatione monstrauerint: anathematis gla
dio feriantur, & vsq; ad satisfactionem condignã
ab oíb. euitétur: ita ꝙ si per annú in excóicatione
perstiterint: ex tunc velut hæretici condénentur.]
hæc in d. Canone. Idé fuit ijsdé verbis statutú per
tex. in c. ad abolendá. §. qui verò conuenti. ext, de
hæret. Idé probatur per text apertissimum in c. cú
contumacia. de hæret. in 6. vbi Alex. IIII. Papa in-
frascripta statuit, videlicet. [Cum contumacia in
causa ṗsertim fidei suspitioné præsumptioni adij-
ciat vehementé: si suspectus de hęresi vocatus a vo
bis, vt de fide rńdeat, excóicationis vinculo ꝑ eo
ꝙ parere subterfugit, aut cótumaciter se absétat ꝑ
vos fuerit innodatus, quá per annú aío sustineat
pertinaci: ex tunc velut hæreticus condénet.] hæc
in d. Canone. hoc ipsum probatur quoq; per text.
in Aucten. Gazaros. C. de heret. vbi dř, ꝙ [suspect⁹
de hæresi per annú permanens, eum ex tunc sicut
hæreticú condénat.] hęc ibi, q̃ confirmauit postea
Bonifacius VIII. in c. vt inquisitionis. de hęret. in
6. vt ét docuit glo. ibidé vers. reges. Probař quoq;
hæc eadé cóclusio. Et scđo authoritate Doct. Glo.
in d. c. excóicamus. in vers. suspitione nostrę con-
clusioni se subscribens, infrascriptis verbis vtiř, vi-
delicet. Suspitione, i. præsumptione, & nota ꝙ sola
suspicio, siue ṗsumptio purgationé inducit, qd si
non fiat punit, vt hic patet arg. sup. de cohabitat.
cleric. & muli. c. tua nos. & intellige, ꝙ sit probabi
lis ṗsumptio, siue suspicio: aliàs non indiceretur
purgatio, & sic nó obstat c. 1. 2. q. 1. & ita hic respi
citur infamia: hæc illa glosa. Io. de Ana. in d c. ex-
cóicamus, el primo, §. q aút nřæ cóclusioni astipu
lans infrascriptis vtiř verbis, videlicet. Suspect⁹ de
heresi se nó purgaos ad arbitriú Superioris excói
cať. & existens ꝑ annum in excóicatione damnať
vt hæreticus: & ideo dicit text. (vt hæreticus) quia
iste nó est propriè hereticus: sed tm̃ pp cótemptú
clauiú Ecclesiæ, s. quia steterit in excóicatione ꝑ an-
num, incurrit pęná hęretici, & idé Doctor ibidé,
in vers. Nota pęná illius. infrascriptis verbis nřæ
se subscripsit conclusioni, videlicet. Nota pęná il-
lius, qui se nó purgat: & aduerte, ꝙ iste tex. innuit
ꝙ ille, qui non monstrauit innocentiam suam, d'et
excóicari, & expectař per annú anteq̃ códe̅net,
sed contra, imò vř, ꝙ statim ꝙ se non purgauerit
ad arbitriú Epi dét statim vt hæreticus condéna-
ri, vt in c. ad abolendá. in vers. qui verò. sup. eo. di-
cit hic Io. And. ꝙ iste tex. non loquiř in eo, qui de-
ficit in purgando se, sed loquitur in eo, qui est ne-
gligens in suscipienda purgatione: quo casu puni
tur, vt hic dř, sed si suscepit purgationé, & deficit
in illa, vel quia non voluit iurare, vel qa non inue
nit compurgatores pp vehementem suspitionem,
quæ erat contra ipsum, tunc puniř statim, vt conui
ctus non expectato anno, de quo ét in c. inter. in-
fra de purgat. Canon. hęc ille, vbi sup. qui & paulò
post infrascripta dixit, videlicet. Ex ṗdictis, & ex
his, q̃ habétur in gl. Pót dici, ꝙ lapsus anni aliqń
inducit violentá ṗsumptioné, aliqń inducit iustá
condemnationé. Concludit quoq; paulò post: idé
Doctor post Host. ibidé, ꝙ non erit necessaria alia
snía, sed lapsus anni: & hoc per tex. in Auth. Gaza
ros. C. eo. vbi litera dicit, ꝙ si sic per annú permá-
serint, eos ex tunc sicut hæreticos condemnamus,
nec obstat, ꝙ crimen hæresis sit de foro Ecclesiæ:
quia dicta cóstitutio fuit per Ecclesiá procurata,
& approbata, vt probatur in tex. coniúcta gl 2. in
c. vt inquisitionis. in princ. infra eod. lib. 6. vbi Pa
pa in effectu mandat illá Auth. seruari in foro Ca-
nonico, & intelligiř de perseuerátia in hmói ex-
cóicatione ꝑ annú cótinuú, eo ꝙ dictio, per, posi-
ta in d. Canone designat continuitaté: hæc oía Io.
de Ana. vbi š. cui cósérit Gl. í d. c. vt inquisitionis.
in vers. leges. gl. quoq; in d. c. cú cótumacia. í vers.
vehementé. infrascriptis verbis se subscripsit pńti
cóclus. videlicet. Nota ex hac decretali suspicioné

vehementem,præsumptionem violentam propter
suspicionem citatur, vt veniat responsurus:si con-
tumax est iam dicitur vehemẽter suspectus, & ex-
communicatus,si per in illa persistit, iam illa quæ
erat vehemens præsumptio transit in violentam,
vnde ex tunc, vt hæreticus cõdemnatur, vt hic: In-
de est quod notat Bernardus supra de præsumpt,
c.litteras.in glo.penultima, quòd non vehemens
præsumptio, sed violentam condemnationem in-
ducit, & est similis ad hoc quod notatur in c.in-
sinuatum. ext.de simonia in vltima glo. hæc illa
glo.quæ idem sentit in subsequenti, versic respon
deat,in eodem cap.vbi infrascriptis vtitur verbis,
videlicet. Ergo vt habeat locum hæc decretalis re
quiritur, quòd hoc expressum sit in citatione: vt
scilicet de fide veniat responsurus:sicut in senten
tia requiritur,quòd sit citata pars, aliàs sine appel
latione rescinditur.vt in l prima. §.item cum eo.
ff.quæ sent.sine app.rescin.hæc in d.glo.Ioan.An-
dr.in dicto c.cum contumacia nostræ conclusioni
quàm libentissimè se subscripsit quoque dicens, ꝙ
117 particula, per, † denotat temporis cõtinuitatẽ,
vt dixi in relatione opinionis Ioannis Anan. qui
hoc accepit a dicto Ioan.And. Idem sentit Archi-
diaconus in dicto c. cum contumacia: quem ad
vnguem sequitur Dominicus a Sancto Geminia-
no de verbo ad verbum ferè nostræ conclusioni
se subscripsit in d.c.cum contumacia. Idem assẽ-
rit Pan. in c.fin.ext.de pęnis. Idẽ tenet Felin. per
oĩa in c.excõicamus, el primo. ext.de hæreticis.

Decimaoctaua conclusio Hæreticus suscipiens
118 † purgationem, vt se purget de suspitione de
hæresi habita contra ipsum si deficit in purgatio-
ne, vel quia noluit iurare, vel quia non inuenit cõ-
purgatores, est tanquam hæreticus puniẽdus: hęc
conclusio probatur duplici medio. Primò per ar-
gumentum in c.inter. § fin. ext. de purgat. Cano.
vbi Innocentius Tertius Synnonensi Archiepisco-
po.infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. Quòd
si forsan in purgatione defecerit, eum Ecclesię di
sciplinæ mucrone per cellas, & ab officio, & bene-
ficio depositum ad agendam pęnitentiam in ar-
ctum Monasterium detrudere non omittas. hæc
ibi. Ex cuius verbis patet, quod suscipiens purga-
tionem, & deficiens punietur, ac si fuisset conui-
ctus. Probatur quoque præsens conclusio authori-
tate Doctorum, qui fuerunt adducti in præced.
conclusione, & omnium Doctorum in dicto §.

119 Decimanona conclusio. Suspectus † de hæresi
efficitur quicunq; in excommunicatione per an-
num pertinaci animo perseuerauerit, & nõ se ex-
cusans se non posse obedire aliqua rationabili cau
sa, quo anno transacto procedetur contra ipsum,
sicut contra suspectum de hęresi, eo videlicet mo
do, quem adduximus in præced. Vndecima cõclu
sione. præsens conclusio probatur triplici medio.
Primò authoritate sacri Concilij Trid. relati in vn
decima conclusione prædicta, vbi dicitur, ꝙ pro-
cedatur contra ipsum, sicut contra suspectum de
hæresi, arg. quoque in c.fin.ext.de pęnis, vbi Hono
rius III. infrascriptis verbis vsus fuit, videlicet. Gra
uem Capituli Laudensis recepimus qõnem, ꝙ cũ
Comes Registrensis pro multis iniurijs quas irro
gat eidem per Iudices a sede Apostolica delega-
tos excõicationis vinculo fuerit innodatus: idem
per duos annos, & amplius in excõicatione persi-
stens, iuri parere pertinaciter renuit, claues Eccle
siæ contemnendo: licet igitur hmõi pertinacia nõ
careat scrupulo hæreticæ prauitatis: volentes tñ
nobilitati parcere, &c. ex cuius verbis elicitur, ꝙ
suspectus de hæresi habetur si quis ꝑ annũ in ex-
cõicatione pro quacunq; causa lata insorduerit.
Probatur & secundo Doctorum authoritate. Ioã-
nes. n. de Ana. nostræ conclusioni se subscripsit in
c. excõicamus, el primo, ext de hæret. §. qui autẽ.
in fine in vers. & subdit. vbi infrascriptis verbis
vtitur, videlicet. Et subdit, ꝙ licet talis excõica-
tus pro alio crimine, ꝗ pro crimine hæresis, nõ ha
beatur post annum, vt hæreticus: tñ surgit talis su
spitio de hæresi contra eum, ꝙ poterit iudici pur
gatio, quam si præstare neglexerit per annum, &
sic steterit, poterit vt hæreticus condemnari: per
hanc litterã, & sic dicit, ꝙ consuluerunt aduocati
Florentini, qđ procedit si nullas defensiones alle
garet: secus si allegaret impotentiã soluẽdi, eo ca
su quo fuerat excõicatus, quia non soluebat, vel
quid simile: tunc. n. probata legitima defensione
cessaret præsumptio ꝓmissa, quæ subest, qñ nihil
allegat: nam tunc vr̃ extitisse in excõicatione in
contemptu clauiũ, argum. supra in c.fi. de pœnis.
qđ est singulare notabile. hæc ille. Pan. quoque in
d.c.fin. in vers. in Glosa in vers. hæreticæ prauita-
tis. nostræ in cõclusioni se subscribẽs infrascriptis
verbis vtitur, videlicet. Dic ꝙ aut fuit quis excõi-
catus pro contumacia cõmissa in causa hæresis: &
tunc ꝑ lapsum anni hr̃ pro hæretico, & põt puniri
vt hæreticus, vt in c. cũ contumacia. de hæret. lib.
6. Aut fuit excõicatus pro contumacia in alia cau
sa, & tunc licet steterit per annũ, vel plus in excõi
catione, non hr̃ pro conuicto de hæresi, vt notatur
in d.c. cum contumacia, sed tñ insurgit suspitio
contra eum de hæresi: vt est text. notabilis hic, &
est hæc suspitio probabilis, & non violenta, ẜm
Inn. qui dicit hanc suspitionem non sufficientem
ad condemnãdum eum de hæresi, sed poterit sibi
indici purgatio in qua si defecerit habetur pro cõ
uicto: vt in c. inter. in fin. ext. de purgat. Canon. &
in d.c. excõicamus. hæc oĩa Pan. vbi sup. Cui asti-
pulatur Felin. in d.c. excõicamus, el primo, ext. de
hæreticis. in vers. sed quærit Pe. de Ancha. hic. vbi
infrascriptis. Quid de excommunicato ob aliam
cãm, & tollerante per annum (excõicationem, s.
ipsam) in quo dicit Dñs Cardinalis, & sequitur
Anan. ꝙ poterit procedi tanquam contra suspe-
ctum de hæresi per tex. notabilem in c. fin de pœ-
nis. & ita dicit consuluisse aduocatos Florẽtinos:
& esse valde quotidianum. hæc ille.

Vigesima conclusio. In odium hæresis est statutũ
120 ꝙ si aliquis ex ministris † iustitiæ, vel dñis tem-
poralib fuisset excõicatus (eo, ꝙ se intromisisset in
Officio S. Inquisitionis liberando hæreticũ, vel iu
dicando, vel ꝓcedendo in causa hæresis) & in ex-
cõicatione per annũ perdurasset pertinaciter: ex
tunc velut hæreticus condẽnabitur: hæc cõclusio
probatur duplici medio. Primo per tex. apertissi-
mũ in c. vt Inquisitionis. §. ꝓhibemus, & seq. § de
hæretic. in 6. vbi Bonifacius VIII. infrascriptis ver
bis confirmauit nostrã conclusionem, videlicet.
Prohibemus quoq; districtius ꝑtãtib. dñis tẽpora
lib. & Rectorib. eorundem Officialib. supradictis,
ne ipsi de hoc crimine, cũ sit merè Ecclesiasticũ,
quoquõ cognoscant, vel iudicẽt, siue captos ꝓ eo
dẽ crimine absq; dictorũ Eporum, siue Inquisito-
rũ, vel saltẽ alterius eorundem licentia, vel mãda-
to a carcere liberent, aut executionem pro hmõi
crimine a Diœcesano, vel ab Inqsitorib. seu Inqui-
sitore

ſitore iniunctam, promptè prout ſuum ſpectat of-
ficium facere, ſeu implere detractét, vel aliàs Diç
ceſanorum , aut Inquiſitorũ iudicium, ſñiam, ſeu
proceſſum directè, vel indirectè impedire pręſu-
mant. Si quis verò de prædictis Poteſtatibus dñis
temporalib. Rectorib. vel eorum Officialibus, ſeu
baliuis contra prædicta fecerit aut præfato fidei
negocio ſępè fatis Diçceſano Epõ, vel Inquiſito-
ribus incumbenti, ſeu opponere fortè præſumpſe
rit, vel ipſum aliquatenus impedire, necnõ & qui
ſcienter in pręd ictis dederit auxilium, conſilium,
vel fauorem, excommunicationis ſe nouerit mu-
crone percuſſum, quem ſi per annum animo ſub-
ſtinuerit pertinaci, ex tunc velut hæreticus cõdem
netur: hæc in dicto Canone. Probatur & ſecundo
authoritate Doctorum Canoniſtarũ in d. Canone.
& Fęlin. in c. excommunicamus. el primo. ext. de
hæretic. qui explicitè noſtræ ſe ſubſcripſit con-
clnſioni .

Vigeſimaprima cõcluſio, hęreticorum bona ip-
121 ſo † iure ſunt confiſcata dummodo hmõi confi-
ſcationis bonorum executio, vel ipſorum bonorũ
occupatio fieri non debet per Principes tempo-
rales antequam per Epiſcopum loci, vel aliam p-
ſonam Eccleſiaſticam, quæ ſuper hoc habeat po-
teſtatem ſententia ſuper eodem crimine hæreſis
fuerit promulgata contra ipſum hæreticum.

Primò per text. apertiſſimum in c. cum ſecun-
dum leges. de hæretic. in ſexto, vbi inter alia Boni
facius Octauus infraſcriptis vſus fuit verbis, vide-
licet. Bona hęreticorum (qui grauius, horribilius,
ac deteſtabilius, q̃ prædicti delinquunt) ipſo iure
de fratrum noſtrorum conſilio decernimus confi-
ſcata. Confiſcationis tamen huiuſmodi executio,
vel bonorum ipſorum occupatio fieri non debet
per Principes, aut alios dominos tẽporales, iuxta
Gregorij Papæ prædeceſſoris noſtri declaratio-
nem antequam per Epiſcopum loci, vel aliã per-
ſonam Eccleſiaſticam, quæ ſuper hoc habeat po-
teſtatem, ſententia ſuper eodẽ crimine fuerit pro
mulgata: hæc in dicto Canone .

Probatur & ſecundo authoritate Doctorum in
dicto Canone, & glo. ibidem in verſic. ipſo iure.
Probatur & tertio hac ratione. Cũ enim quis per
hæreſim de directo iniuriam irrogat ipſi Domi-
no largitori omnium bonorum meritò ipſis bonis
debebit priuari tam vero Dño ingratus, vt dein-
ceps tanquam profugus in terra, paupertatis, ac
miſeriæ mucrone ſępius confeſſus in mendicitate
ducat vitam ſuam .

Vigeſimaſecunda concluſio. Pręd icta concluſio
erit intelligenda vera, quòd ſcilicet requiratur
contra ipſum hæreticum de hæreſi ſua ſententia
declaratiua a Iudice Eccleſiaſtico antequam con
122 fiſcatio bonorum exequutioni mãdetur, † quan
do factum non eſſet notorium: verum ſi factum eſ-
ſet notorium, tunc huiuſmodi ſententia non eſſet
neceſſaria: quoniam ſufficeret Iudici aſſignare illi
hæretico terminũ ad excuſandũ hmõi factum hæ
reticum: ꝙ ſi ille talis in ſtatuto termino non ex-
cuſaſſet, vel excuſationes friuolas adduxiſſet (qđ
eſt idem) ſtatim executio publicationis bonorum
dicti hæretici fieri poſſet, non p̃miſſa alia ſñia de-
claratiua. Hæc concluſio probatur triplici p̃miſſa
tñ (ad intelligentiam ipſius) enucleatione aliquali
illius termini, videlicet. Notoriũ: Sciẽdum igitur,
123 ꝙ notorium † eſt duplex (prout docet Pan. & gl.
in c. veſtra. ext. de cohab. cleric. & mul.) videlicet.
124 Notoriũ iuris, † & notoriũ facti. Notorium aũt
iuris aliquod eſſe dr̃ tripliciter. Primò dr̃ illud no
toriũ iuris, de quo aliquis in iudicio fuit condem
natus: & ſecundo dr̃ illud notoriũ iuris quod in iu
dicio legitimè interrogatus quiſq; confeſſus fuit:
& tertiò illud quoq; dicetur notoriũ iuris de quo
quiſq; fuit in iudicio legitimè conuictus. Notariũ
125 † aũt facti eſt duplex, vel dupliciter conſideran-
dum occurrit. Alio. n. modo conſideratur notoriũ
ex parte rei notoriæ: alio modo ex parte eorum
126 quib. res effecta eſt notoria. Notorium † facti ex
parte rei notoriæ eſt triplex. Primò aliqđ dr̃ noto
rium facti permanentis, vt palatium in platea, &
dr̃ notorium, quaſi res nota oĩb. illam videre volẽ-
tib. eo ꝙ illud factum permanet ibi firmiter. Secũ
do aliquod dr̃ notorium facti tranſeuntis, & non
redeuntis: vt ſi in conſpectu populi ſit aliquis in-
terfectus, eo ꝙ hmõi factũ notorium fuit pro tunc
qñ fuit homicidium hmõi perpetratum, licet non
pro nunc, ſed ſolum ſit notorius effectus ipſius ho
micidij: Tertiò dr̃ aliquod notorium facti inter-
pollati, & hoc notorium exemplificari põt in no
torio vſurario, & notoria meretrice, qm̃ licet ſit
notorium Franciſcum eſſe vſurarium, eo ꝙ ſemp
eſt parat' mutuare ſub vſuris, vt ſepius mutuauit,
& Bertam meretricẽ, quia eſt parata admittere
oẽs mechos ad ſe ingredientes, vt ſepius fecit, tñ
nec vſurarius ſemper ſine interpollatione actu mu
tuat ſub vſuris: nec meretrix ſemper, ſine inter-
pollatione actu mechatur, qm̃ aliàs nunquam dor
miret, comederet, & alia exerceret neceſſaria vitę
quod eſt impoſſibile. Notorium verò ex parte eo-
127 rũ † quib. res effecta eſt notoria, facile arbitrio
Iudicis poterit dignoſci, & idcircò nihil ad prę-
ſens. de ipſo dicam cum parum noſtræ materiæ
deſeruiet .

His præmiſſis ſciendum, ꝙ præſens concluſio p-
batur duplici medio. Primo. n. per arg. in ordina-
rij, §. qđ ſi fortè. de offic. ordinarij, in 6. Vbi Grego
rius X. in Concilio generali Lugdunenſi infraſcri
pta ſtatuit, videlicet, ꝙ ſi fortè iuſto impedimẽto
ceſſante nullã diſpenſationem infra idem tp̃s con
tigerit exhiberi, Eccleſię beneficia, pſonatus, ſeu
dignitates, quæ ſine diſpenſatione aliqua eo ipſo
illicitè detineri conſtabit per eos ad quos eorum
collatio pertinet liberè perſonis idoneis cõferan
tur. hæc in dicti Canonis, §. ex cuius verbis q̃ facil
limè elicitur veritas noſtræ cõcluſio. cũ ex ipſo ha
beatur, ꝙ poſtquam cõſtabit aliquem illicitè deti
nere Eccleſiſtica beneficia, vel dignitates eo ipſo
poterunt ipſa beneficia alijs conferri, & nulla ſit
mentio de priuatione facienda ſententia median
te, ſed ſolum ꝙ poſſint illa conferri, ac ſi apertè di
xiſſet lator Canonis, quòd ſtatim conſtito de illi-
cita retentione non ſolum huiuſmodi beneficiati
ipſis priuentur ſine ſñia declaratiua, verum etiam
illico poterunt ſimul & ſemel alijs conferri, ac ſi
nunquã huiuſmodi beneficiatus illa poſſediſſet .
Probatur & ſecundo præſens concluſio Doctorũ
authoritate. Glo. enim tacitè noſtræ concluſioni
ſe ſubſcripſit in dicto c. ordinarij, in verſ. nullam.
dicens. Nullam vel minus ſufficientem, quaſi di-
cat, ſi adduxerit pro ſe excuſationem nullam, vel
minus ſufficientem omnino priuatus eſt ipſo iu-
re. vt apertius in caſu p̃ſentis concluſionis docuit
Dominicus a S. Geminiano in c. cum ſm̃. de hęre-
tic. in ſexto, vbi iiſdem ferè verbis noſtræ conclu-
ſionis vtitur. in verſ. Nota ꝙ ſuper facto Archid.

in dicto cap. ordinarij. §.quod si fortè, elegantissimè dicit, quòd in versic.nullam. quòd nullam, vel minus sufficientem, quoniam ista duo æquipollent,vt in c.inter corporalia. ext. de translat, Episcopi, vbi dicitur in §.sed neque.Cum non intelligatur Ecclesia viduata quasi sponsum non habeat, sed quia sponsus eius nondum sit consecratus adhuc quo ad quædam, quasi viri maneat solatio destituta. Sicut (iuxta communem modum loquendi) illa dicitur Ecclesia viduata, quæ licet Episcopum habeat, inutilem tamen perhibetur habere.hæc in d.§.ex cuius verbis pulcherrimè eli-
128 citur illud axioma. Nullum † & minus sufficiẽs æquipollent Idem docet Io.And.in eo. §.quod si forte.in versi.in gl.vel minus. Vbi dicit, æquiparatur actorem,vel syndicum non esse,vel inhabilem esse.hæc ille Doctor:qui & in principio dicti c.ordinarij tacitè se subscribens nostræ cõclusioni infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. Et per hoc nota,quòd qui suam defensionem in termino congruo ad id assignato non exhibet, illam præsumitur non habere, vt in c.pastoralis.de exception, & traditur possessio illis plus nõ vocatis. hęc ille.

129 Vigesima tertia conclusio. Hæretici† (etiam si essent occultissimi) necessario non erunt Episcopis, vel Inquisitoribus denunciandi non præmissa correctione fraterna. Primò, quòd periculum non essent in mora, & ex correctione fraterna secreta verisimiliter ipsi emendarētur, quod posset verificari in illis,qui per ignorantiam in hæresim cecidissent,& essent dociles. Attamen quia hodie huiusmodi hæretici ratissimè ex simplici correctione emendari assoleut,immo forsan ipsi sic celati,vt alios decipiant correctoribus fingere possent se bonos Christianos, & iam correctos dum ab ipsis conspiciuntur. Iccircò stante huiusmodi pertinacia,& calliditate eorum dicendum videtur tutius secretè denunciandos ecclesiæ fore. & loquor de hæretico propriè dicto de quo supra loco suo, non autem de eo qui luce clarius liquet, quòd ex lapsu linguæ,vel ignorantia aliquod hæreticum pronũciauit,& statim correctus,gratias egit correctori affirmans se nunquã audisse illud esse hæreticum,quia de tali loquitur Sanctus Thomas,cuius sententiam infra afferam. & hoc dico semper remittendo me correctioni Sanctæ Ecclesiæ. Hæc conclusio probatur quatruplici medio. Primò iure positiuo contento in nonnullis Cõstitutionibus, seu ordinationibus,quas in scriptis assolent pleriq; omnes Reuerẽdi Inquisitores hæreticæ prauitatis authoritate sibi tributa a sede Apostolica in quibus ipsi Inquisitores præcipiunt omnibus, vt statim denuncient sibi hæreticos quosque quomodolibet sibi notos, sub pœna excommunicationis lata sententia, vt poterit videri in ipsis ordinationibus.Probatur iure Diuino præsens conclusio. Habetur enim apud Matthei Euangelium c.18. quòd dixerit Dominus.si autem peccauerit in te frater tuus, vade corripe eum inter te,& ipsum solum:si te audierit,lucratus eris fratrem.Si autem non te audierit:adhibe tecum adhuc vnum, vel duos, vt in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum: quod si non audierit eos:dic Ecclesiæ.Hęc.n.sunt verba ipsius Dñi,quæ interpretantes infrascripti Doct.Theologi nostræ conclusioni se subscripserunt, & vltra eos poterimus,& nos(Deo dante) probare nostrã conclusionem ipsis verbis Dñi. Sciẽdum igitur,ꝙ licet ẽm sonum verborum prędictorum oporteret nos asserere, ꝙ nullo casu esset hæreticus statim denunciandus,sed postquam fuisset per nos secretè correctus,& postmodum aliàs coram testibus: tñ cum iuxta text.in c.intelligentia. ext. de verb. signif.vbi hæc habentur, videlicet.Intelligentia dictorum ex causis non est assumenda dicendi,quia non sermoni res, sed rei est sermo subiectus: hæc in dicto Canone. ex cuius verbis Glo. ibidem in vers.ex causis, & duobus sequẽtibus versiculis infrascripta asserit notatu dignissima.Primò ꝙ non statim debemus intelligere, vt verba prima facie sonare videntur: maximè quando ambigua sunt, sed debemus recurrere ad intentionem loquẽtis. & secundo ꝙ rei est sermo subiectus, idest intentioni,seu intellectui sermo seruire debet:quia nõ in folijs,sed in radice rationis,& in sensu cõsistit Euangelium:verba enim instituta sunt,vt per eas quis in alterius notitiam cogitationes suas proferat: quia sicut animus præfertur corpori,ita sententia verbis.His ergo præmissis dico, ꝙ cum intentio ipsius Domini per illa verba fuerit nobis præcipere,vt correctionem fraternam præmittamus denunciationi ad hoc,vt fama fratris conseruetur,& sic sine lęsione eius emenderur:inde consequens elicitur, quòd desperata correctione per secretam monitionem sit denunciandus huiusmodi frater, iuxta illud vulgatum axioma. Quicquid agitur, propter finem agitur:& omnia media reddunt ad finem: quando ergo per media aliqua homo scit se non posse peruenire ad finem, cõsultissime facit ipsis omissis, aliud mediũ inquirere, & hoc medium est ipsa denunciatio: maxime in casu præsentis conclusionis,cum ipsi hæretici rarò emendent per secretam correctionem, immo quãꝗ sępissimè fingũt se hilari vultu recepisse correctionem,vt secretè deinceps mortiferam pestiferę hæresis veneno possint cõmodius inficere animas imperitorum:sic ergo in proposito paret nostram conclusionem probari quoque iure Diuino benè intellecto. Probatur quoque præsens conclusio Doctorum authoritate,& primo sciendum ꝙ S. Thom. in 2.2.quæst.33. art.septimo in corp. q.inter alia infrascriptis vtitur verbis,videlicet. Quædam enim peccata occulta sunt, quæ sunt in nocumentum proximorum, vel corporale vel spirituale,puta, si aliquis occultè tractet quõ ciuitas tradatur hostibus, vel si hæreticus priuatim homines a fide auertat, & quia ille, qui sic occultè peccat,nõ solum in re peccat, sed etiam in alios, oportet statim procedere ad denunciationem,vt huiusmodi impedimentum impediatur, nisi fortè aliquis firmiter æstimaret, quòd statim per secretam monitionem posset huiusmodi mala impedire. Hęc ille Sanctus vbi supra,ex cuius verbis, quàm apertissimè probatur nostra conclusio. Ricardus quoque de Mediauilla in 4.sent. distin.19. quæst.3.articulo primo in corpore q. nostræ conclusioni astipulatur infrascriptis vtens verbis inter alia,videlicet.Si autem est secretũ,distinguendum est, quia aut tardatio denunciationis eius probabiliter videret in notabile nocumentũ corporale,seu spũale. Vt si aliquis tractaret occultè quõ ciuitas hostib. traderetur, vel occultè homines auerteret a morib.vel a fide.Aut non imminere tale periculum.Si sic,festinandum esset procedere ad denunciationem:nec est necessarium expectare quousque præcedat secreta monitio,

quia

quià magis cauendum est detrimento boni corporalis, & spiritualis Reipublicæ, quàm famę ipsius peccatotis. Si peccatū est occultum, nec pro tardatione denunciationis imminet tale periculum. Ad hæc distinguendum est, quòd aut probabiliter creditur per conditionem, & signa peccatoris, & alia quæ probabilitatem possunt aggrauare, quòd homo circa eum per secretam monitionem non proficeret, sed ille magis exasperaretur contra corrigentem, & præmunitus subterfugia quæreret, vt corrigi non posset, & tunc non debet secreta monitio pręcedere denunciationē: & sic intelligit illud Sapientis, Prouer. cap. 9. Noli arguere derisorem ne oderit te: Aut speratur, quòd secreta monitio proficeret circa ipsum: quod semper credendum est, nisi per signa probabilia contrarium videatur: & tunc dico, quòd ex pręcepto Diuino debet secreta monitio publicā pręcedere denunciationem: non tamen necessarium est, quòd præcedat denunciationē sectetam: quæ fit soli prælato. hæc omnia Riccardus vbi supra. Attamen ne eadem sępius repetam hìc non adducam tenorem verborum, quibus infrascripti Doctores vtuntur in subscribendo se præseoti nostræ conclusioni, ne tedium Lectori afferam potius, quàm solamen, cum ferè eadem verba, & ipsi vtantur, quibus vsi fuerunt D. Thom. vbi supra. & Riccardus vbi supra. Quapropter sciendum quòd præsenti conclusioni se subscripsit quoque infrascripti Doctores in infrascriptis locis. Petrus à Palude in quarto sentent. dist. 19. quæst. 4 Caietanus in Commentarijs, 2. 2. Sancti Tho. vbi supra. Gabriel Biel in tractatu super Canonem Missæ in lectione 74. in litera S. Sotus in lib. quinto quæst. 5. artic. 1. in versic. quando verò crimen 1 sub titulo de iustitia & iure. Panor. in cap. nouit. colum. 20. extra de iudicijs, Archid. in cap. si peccauerit. 2. quæstio. 1. Archiepiscopus Flo. in 2. par. summæ maioris titu. nono, sub rubrica de Accedia cap. 6. §. 7. & omnes summularij in versic. correctio frater. Nicolaus de Orbellis in 4. sent. dist. 19. ferè per totum: frater Ioseph Augles in libro inscripto flores Theologorum quæstionum sub titulo de correctione fraterna, difficultate quarta, cōclusione secunda. Probatur & tertiò præsens conclusio hac ratione irrefragabili, quæ est talis. Cùm ex charitatis præcepto bonum cōmune bono particulari semper sit præferendum, & iuxta Philosophum in politicis. Bonum quanto communius sit, tantò diuinius, eò magis quòd hoc docent Ars, & natura ipsa: vt exemplo Medici patet: Medicus enim peritus putridū brachium abscindit à corpore sano, vt illius putredo non corrumpat reliqua membra sana ipsius corporis: Vnde patet potius saluti communitatis cōsulendum fore, quàm particularis, quando vtrique prospicere non possumus: sic ergo in proposito, huiusmodi hæretici non præmissa correctione fraterna quando de ipsa nō est spes, sunt denunciandi Reuerendis Inquisitoribus, vt statim sic impediantur, ne alijs decipiant.

Vigesimaquarta conclusio. Hæreticorum laico
130 rum bona † confiscata pro crimine hæresis sunt applicanda fisco seculari, si ipsi subsint dominis secularibus in temporalibus. Si verò subsunt Ecclesiæ, ipsi Ecclesiæ fisco sunt applicanda: Hęc cōclusio probatur triplici medio. Primo enim per text. apertissimum in cap. vergentis, extra de hęreticis. vbi Innocentius Tertius nostræ conclusioni infrascriptis verbis astipulatus fuit, videlicet. In terris verò temporali nostræ iurisdictioni subiectis bona hæreticorum statuimus publicari: & in alijs idem præcipimus fieri per Potestates, & Principes seculares, quos ad id exequendum (si forsè negligentes extiterint) per censuram ecclesiasticam compelli volumus, & mandamus appellatione remota. hæc in dicto Canone. Probatur & secundò Doctorum authoritate: Ioannes enim de Ana. in dicto cap. vergentis, vel alias Pergentis. nostræ conclusioni se subscribens, inter alia infrascripta dixit. Nota quòd quando imminet casus
131 bonorum † confiscandorum: Considerandū est in cuius territorio illa bona sunt: quia per illum est publicatio facienda in cap. postulasti, supra de foro compet. (Adde tu Lector) quòd in dicto cap postulasti, Innocentius Tertius infrascriptis notabilibus verbis vtitur, videlicet. Postulasti per Sedem Apostolicam edocere. Vtrum Sacerdos habens Ecclesiam in vna diœcesi, & residens in eadem: domicilium verò patrimonij ratione in alia: ibi delinquens, ab eo in cuius diœcesi habet patrimonium pro delicto ibidem commisso, debeat iudicari præsertim in causis, quæ officij, seu beneficij priuationem exposcunt: Ad quod breuiter respondemus, quòd per Episcopum in cuius diœcesi deliquit, sententia promulgari poterit in eundem. Sed ab eo, in cuius diœcesi beneficium obtinet, erit quoad illud executio facienda. hæc in dicto Canone, (sequitur Ana. vbi supra.) & loquitur iste text. de publicatione, hoc est de actuali executione, quia condemnatio semper spectat ad Iudicem ecclesiasticum: in crimine hæresis, vt in cap. cum secundum. de hęretic. in sexto, hæc ille Doctor in principio dicti c. qui. & in tertia colum. in versicu. nota quòd Papa. infrascripta duo notabilia concludit, & probat: quorum primum est, quòd Papa in terris subiectis sibi quoad temporalem iurisdictionem exercet potestatem Principis secularis: & in illis terris camera Papæ est fiscus, & per ipsum fit publicatio, & cōfiscatio bonorum: Secundum verò est, quòd in terris Imperij Papa potest ratione delicti ecclesiastici imponere pœnam publicationis bonorum, apprehensio tamen bonorum non fit per Iudicem ecclesiasticum, vt in cap. cùm secundum, de hæreticis in sexto. hæc omnia Ioannes de Ana. vbi supra. Dominus quoque Felinus nostræ astipulatur conclusioni, in dicto cap. vergentis. in principio infrascriptis verbis, videlicet. Nota confiscationem esse faciendam per Dominum territorij in quo hęreticus conuincitur, & intellige de actuali executione: Nam condemnatio est officium ecclesiastici, hæc ille Doctor. Panormitanus quoque in dicto cap. vergentis, in notabili primo. nostræ conclusioni se subscripsit infrascriptis verbis, videlicet. Nota primo, quòd in terris subiectis Ecclesiæ, quoad temporalem iurisdictionem Ecclesia per omnia vendicat sibi iura Principum: Vnde Camera Papæ tenet locum fisci. Nota secundo, quòd in terris Imperij, potest Papa ratione delicti ecclesiastici infligere pęnam publicationis bonorū: apprehensio bonorum tamen non fit per Iudicem ecclesiasticum, sed pet secularem, vt hìc, & in c. cum secundum. de hæretic. in sexto. Probatur & tertiò præsens conclusio & ratione: quæ quidem ratio poterit elici non incongruè ex verbis Do-

Domini

mini dicentis reddēda fore quæ sunt Cæsaris Cæsari, quę Dei, Deo: & idcircò dicendum, quòd publicationis bonorum confiscatio est applicanda ijs, qui dominium temporale habent super hæreticos, quoniam ipsa bona sunt temporalia, vt patet ad sensum.

Vigesimaquinta cōnclusio. Hæreticorum bona intelliguntur confiscata à die commissionis heresis: quapropter alienatio quælibet facta post, est nulla. itaque post condemnationem criminosi istius ipsa bona integrè erunt applicanda fisco,
132 † licèt fuissent alienata per huiusmodi hæreticos subsequuta sententia declaratoria huiusmodi fuisse hæreticos à tali tempore: etiam si ipsa bona per diuersas manus pertransissent: nec fiscus tenebitur pretium restituere emptoribus talium bonorum, nisi forsan pretium solutū pro illis, & aliquid loco eius pretij esset in bonis hæretici, vt puta, si hæreticus vendidisset aliquam villā, & emisset aliam, vel annuos redditus, & huiusmodi, vel ipsum pretium non fuisset consumptum, vel si cōsumptum fuisset in necessarijs ipsius, & familię, pro quibus opus fuisset sibi expendere de reliquis bonis extantibus, quæ modo non essent in suo dominio, vel aliquis eorum emptor præscripsisset possessionem bona fide per spatium centum annorum contra Ecclesiam Romanā, & per 40. annos contra alias Ecclesias, cap. cum secundum, de hæretic. in sexto. Hæc conclusio probatur triplici medio. Primo enim per argumentum in cap. cum secundum, de hæret. in sexto. cuius verba retuli in conclusione vigesimaprima, præsentis quæst. ib i in versic. ipso iure de fratrum nostrorum consilio decernimus confiscata: ex cuius verbis patet veritas conclusionis, cum ibi dicatur ipso iure bona hæreticorum esse confiscata, ac si apertè dictum sit ibi, quòd eo ipso quòd quis effectus est hæreticus, bona erunt confiscata, vt peroptimè infrascripti Doctores asseuerant ibidem. Probatur quoque præsens conclusio per argum. in cap. fina. de præscriptionibus in sexto. vbi Bonifacius Octauus, infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. Si quis exigentibus culpis, vel excessibus ab eodem cōmissis bonis, quæ à Romana, vel alijs tenent Ecclesijs sint per sententiam, vel ipso iure priuati: statuimus, vt in apprehendendis, vel occupandis postea quādocunque bonis eiusdem nullus (licèt leges humanæ super hoc alia tempora statuere videantur) ipsis Ecclesijs temporis lapsus obsistat: nisi contra ipsam Romanam Ecclesiam centenaria, vel contra alias Ecclesias quadragenaria prę scriptio legitimè sit completa. Si post mortem hę reticorum, qui dum viuerent, Catholici putabantur, bona ipsorum à Catholicis eorum filijs, vel nepotibus, aut extraneis quibuscūque spatio 40. annorum fuerint præscripta bona. Sancimus eos super bonis huiusmodi, etiam si ad Romanā pertenire deberent Ecclesiam, in hoc casu non esse vlterius molestandos: quamquam illi, quorum bona fuerant, tunc detegantur hæretici extitisse. hæc in dicto Canone. Probatur quoque & secundò præsens conclusio Doctorum authoritate. Glossa enim in dicto cap. cùm secundum, in vers. ipso iure. infrascriptis verbis nostræ conclusioni se subscripsit, videlicet. Intelligamus ergo confiscentur ipso iure, vt hic vides: & intelligo ipso iure confiscata à tempore commissi criminis. C. eod. titu. l. 4. Idem dico in crimine læsæ maiestatis, vt in l. donationes, ff. de donatio. hæc dicta glo. vbi supra. Archidiaconus quoque nostræ se subscripsit conclusioni in dicto cap. cùm secundum, in verf. & aduerte. vbi infrascriptis verbis vtitur, videlicet. Et aduerte quomodo hæc litera loquitur indistinctè. Vnde dico, quòd donatio, siue alienatio facta per hæreticum ante damnationem nō tenet, licèt dominia bonorum hæreticorum nō pertineant ad fiscum, siue ad Ecclesiam, nisi demum damnatione sequuta super crimine. tamen ex quo est sequuta damnatio, effectus huius damnationis trahitur retrò ad diem commissi criminis: & ex die cōmissi criminis videtur ei interdicta alienatio. Vt in præalleg. §. l. quisquis. C. ad l. Iuliam maiest. Hoc tamen intellige cum determinatione eius quod habetur supra eod. lib. sexto. de prę script. c. si qui. §. t. (Adde tu, quòd dictus Canon est finalis ibi) & vbi hæreticus alienauit: fiscus, vel Inquisitores non tenentur pretium restituere emptori. & est ratio, quia vt prædixi effectus damnationis trahitur retrò ad diem commissi criminis: & sicut post damnationem non posset bona alienare: eodem modo nec ante damnationem à die commissi criminis, non potuit alienare. Arg. in l. donationes. C. de donatio. inter virum, & vxorem. Nā si hoc est in crimine læsæ maiest. multò fortius in crimine hæresis, cùm maius sit crimen, quòd in Deo cōmittitur principaliter quàm quod in homine. & ratio est, quia fiscus siue Inquisitores talia bona, vt sua videretur vindicare: arg. prædictarum legum. Quo casu certum est vendicantem pretium non debere restituere, C. de furtis. l. inciuilem. & hoc verum intelligo nisi pretium, vel loco pretij inueniatur in bonis hæretici. Arg. l. si cum do. §. vltimo. & l. sequen. ff. soluto matrimo. intelligas quòd non solum aduocabit rem non restituto pretio emptori, qui emit à venditore, quantuncumque bonam fidē habuerit, & quantuncumque per plures manus ambulauerit, & ratio est, quia non habuit ius vendendi arg. ff. de min. in causæ, §. vltimo, ff. de contrahen. emptio. l. si quis sub hoc, & est ratio, quia effectus damnationis trahitur retrò vt prædictum est, & sic bona vendi non poterant, vt patet ex præmissis: sic etiam tenebat Dynus in prædictis. hæc omnia Archidiaconus, vbi supra. Ioan. quoque Andreas in dicto cap. cum secundum, præsenti quoque se subscripsit conclusioni in versic. in glo. terminatum. ibi. infrascriptis verbis, videlicet, In tantū quòd vendicantur bona per officium, vel fiscum à de manibus Prioris in illo, dato pretio per quotcumque manus transierint. nisi pretium, vel aliquid loco pretij esset in bonis hæretici. arg. l. si cum dotem. §. vltimo, & l. sequenti, ff sol. matrim. & ratio est quia hæreticus ipse nō habebat potestatem dicta bona vendendi, & ad alios transferendi, prout docuerunt inter alios Ioanues Monach. Archid. & Ioannes And. in cap. cùm secundum, de hæreticis in sexto.

Limita allata in dicta cōclusione vigesimaquinta, prout docuit Bart. in l. post. ff. de donat. dicendo quòd administratio bonorum confiscatorum propter hæresim incursam, & in ea perseuerantiā
133 ipsius hæretici pro necessitate eorū vitæ, † vt pro comedendo, & huiusmodi non est illis prohibita, sed solùm voluntaria. ex quibus elicit Sylucster in vers. hæresis primo, §. vnde donatio. nu. 14. & ideo is, cuius. his pręcisis verbis vtens. Et ideo is, cuius

bona

bona sunt, ipso facto sunt confiscata, vel alteri in pœnam applicata, ne sit damni ei, cui alienat, nō potest sine mortali alienare, nisi pro necessitate vitæ, vt pro comedendo: vel nisi aliàs esset soluen do pro damno dato, vel nisi emptori reuelaret conditionem rei ita esse: & hoc si tale delictum propter quod sua bona sunt confiscata, potest aliquo modo probari: quia si esset totaliter improbabile, tunc ille posset alienare etiam titulo oneroso, vel lucratiuo: & tali pacto vtique erit intelligenda, ac limitanda sententia Ioan. Aud. in c. 1. de homic. in sexto. & Panor. in c. cùm non ab homine, ext. de foro compet.

Sublimita singulariter id, quod diximus, quòd
134 tunc alienatio bonorum hæreticorum † per ipsos facta esset nulla: quando eorum delictum posset aliquo modo probari: quia si esset improbabile tunc posset alienare. Nam hoc non est simpliciter verum stante decisione Sanctæ Ecclesiæ, & habetur in c. 2. de præscript. in sexto. vbi Bonifacius Octauus, his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. [Si qui (exigentibus culpis, vel excessibus ab eisdem commissis) bonis, quæ à Romana, vel ab alijs tenent Ecclesijs, sunt per sententiam, vel ipso iure priuati: statuimus, vt in apprehendendis, vel occupandis postea quandocúque bonis eisdem, nullus (licèt leges humanæ super hoc alia tempora statuere videantur) ipsis Ecclesijs temporis lapsus obsistat: nisi contra ipsam Romanam Ecclesiam centenaria, vel contra Ecclesias alias quadragenaria præscripta, legitimè sit completa. Si post mortem hæreticorum (qui dum viuerent Catholici putabantur) bona ipsorum à Catholicis eorū filijs, vel nepotibus, aut extraneis quibuscunque spatio quadraginta annorū fuerint bona fide possessa. Sancimus eos super bonis huiusmodi (etiam si ad Romanam pertinerent Ecclesiam) in hoc casu non esse vlterius molestandos, quamquam illi, quorum bona fuerant, nunc detegantur hæretici extitisse.] hæc ibi. vbi communiter per glo. & Doctor. ex quibus omnibus elicitur apertissimè, quod non fuit sic generaliter intelligendum illud dictum, quòd vbi delictum alicuius propter quod ipso iure sunt confiscata eius bona esset improbabile, posset ille alienare, & alienatio valeat; cùm hæc regula fallat in bonis hæreticorum, in quibus succedens quomodocumque tenebitur ad restitutionem eorum fisco, nisi eos excusauerit legitima præscriptio quadragenaria cum bona fide.

Vigesimasexta conclusio. Pœna confiscationis
135 bonorum, quā incurrit ipso iure hæreticus, extenditur, & meritò, ad bona dotalitia, quæ sibi fuerant assignata ab vxore sua sciente ipsum hęretticum tempore, quo contraxerat cum ipso: nam ipsa etiā bona confiscabuntur. Prout docuit tex. apertissimus (& ibi per Doctores communiter) in c. decreuit. de hæret. in sexto. vbi Bonifacius Octauus his præcisis verbis vsus fuit, videlicet. [Decreuit fęl. record. Innocentius Quartus, quòd propter hæresim maritorum, vxorum Catholicarum, dotes non debeant confiscari. Quod intelligendum fore censemus, nisi fortè mulieres ipsæ, cum viris matrimonia contraxissent, quos hæreticos, tunc sciebant.] hæc ibi.

Vigesimaseptima conclusio. Excommunicatio
136 nis pœna, † quam meritò incurrunt hæretici, & eorum fautores, receptatores, & ceteri (de quibus supra) extenditur ad sepelientes hæreticos ipsos, & receptatores &c. (& si non reperiatur huiusmodi excommunicationem fuisse reseruatam Summo Pontifici) & à tali incursa excommunicatione non poterunt absolui, nisi prius illis exhumatis eorum corporibus. Hæc conclusio ad verbum probatur per text. in c. quicunque de hęret. in sexto. vbi Alexander Quartus, his præcisis verbis vsus fuit, in principio, videlicet. [Quicunq; hæreticos, receptatores, defensores, vel fautores eorum, scienter præsumpserint ecclesiasticæ tradere sepulturæ: vsque ad satisfactionem idoneam excommunicationis sententiæ se nouerint subiacere: Nec absolutionis beneficium mereatur, nisi proprijs manibus publicè extumulent: & proijciant huiusmodi corpora damnatorum. & locus ille perpetua careat sepultura.] hæc ibi. vbi communiter Doctores.

Vigesimaoctaua, & vltima conclusio. Non solùm hæretici sunt inhabiles ad quęcunque beneficia, & ecclesiastica obtinenda, & officia publica administranda, verum etiam ipsorum inhabilitas extenditur primò ad omnes filios eorū vsq; ad lineam paternam secundam, & primam maternam: nec non secundo ad omnes, pro quibus ipsi intercedentes obtinuerunt eis beneficia,
137 † prout docuit ad verbum apertissimus texr. in c. 2. §. hæretici autem, & in §. sequenti. & in c. statutum. de hæretic. in sexto. & ibi communiter per Doctores nemine discrepante. Nam in dicto c. 2. §§. supradictis. Alexander Quartus Papa his pręcisis verbis vsus fuit, videlicet. [Hæretici autem, credentes, receptatores, defensores, & fautores eorum, ipsorumque filij vsque ad secundam generationem, ad nullum ecclesiasticum beneficiū, seu officium publicum admittantur. Quod si secus actum fuerit, decernimus irritum, & inane.] hęc in dicto §. hęretici autem. in d. c. statutum. hęc habentur, videlicet. [Statutum fęlicis recordat. Innocentij, & Alexand. prædecessorum nostrorum, ne videlicet hæretici; receptatores, defensores, & fautores eorum, ipsorumque filij vsque ad secundam generationem ad aliquod beneficium ecclesiasticum, seu publicum officium admittantur: quod si secus actum fuerit irritum, & inane. Primum, & secundum gradum per paternam lineam comprehendere declaramus: per maternam verò ad primum dumtaxat volumus hoc extendi. Hoc sanè de filijs, & nepotibus hæreticorum, credentium, & aliorum huiusmodi, qui tales esse, vel tales etiam decessisse probantur, intelligendum esse videtur: non autem illorum, quos emendatos esse constiterit: & reincorporatos Ecclesiæ vnitati, & pro culpa huiusmodi, ad mandatum Ecclesiæ pœnitentiam recepisse: quā ipsi, vel iam perfecerunt; vel humiliter prosecutioni eius insistunt, vel parati fuerint ad recipiendam eandem.] hęc ibi. & in dicto §. sequenti. (scilicet) Ad hæc. infrascripta habentur, videlicet. [Ad hæc quoscunque viros ecclesiasticos, qui ad præces huiusmodi pestilentium personarum, dignitates, personatus, & quęcunque alia ecclesiastica beneficia sunt adepti, ex nunc priuamus taliter acquisitis, volentes, quòd tales, & habitis careant perpetuò, & si receperunt illa scienter ad alia, vel similia nequaquam in posterum admittantur.] hæc ibi. Ex quibus omnibus luce meridiana clarius patuit veritas præsentis nostræ conclusionis. & cùm plerique

rique Doctores de hac eadem materia latius loquuti fuerint, scilicet, de pœnis, quas incidunt hæretici: & nostrum propositum fuerit, hic peragere solùm de extensione pœnarum ipsis meritò inflictarum à iure. sufficeit agere de casibus, in quibus ipsæ pœnæ extendetentur ad alios, pro quorum intelligentia maiori præposui notabilia illa de quotuplicitate significationis filiorũ, & de ipsorum speciebus: & quando in pœnalibus dicta in persona patrum, extendantur ad eorum filios, & ad quos filios: vt subtraheretur iudicibus errandi in exigendis pœnis impositis patribus, vel in exequendis in personis filiorum innocentium.

Constitutio Sanctissimi D. N. Gregorij Diuina prouidentia Papæ XIIII. super immunitate Ecclesiarum.

Gregorius Episcopus seruus seruorum Dei ad perpetuam rei memoriam.

CVm alias nonnulli prædecessores nostri, & præsertim felic. record. Sixtus Papæ V. nec non Pius etiam V. sum zelo ducti, diuersas facultates, & indulta extrahendi, etiã in casibus quibusdam à iure nõ præmissis ex Ecclesijs criminosos, & delinquentes compluribus secularibus Principibus, eorũq; Curijs, & Magistratibus, sub varijs modis, & formis concesserint, prout in illis plenius continetur, experientia postmodum docuit, tùm ob diuersitatem, & differentiam huiusmodi indultorum, tum quia plerique eorundem Principum Ministri, ex hoc ipso illa diuersimodè, etiam latius, quàm par erat, & ad suum libitum interpretandi orationem arripuerunt, illisque abuti cęperunt, subortam esse non mediocrem in aliquibus locis libertatis, & immunitatis ecclesiasticæ perturbationem, & confusionem, alibi verò ne ipsos quidem laicos indultis huiusmodi vti voluisse, aut potuisse, quod populis inueterata erga Ecclesias reuerentia deuotis, & assuetis, scandali potius quàm quietis orationem præberent. Illud etiã absurdum sępenumero secutum est, vt infimæ interdum conditionis laici non modo iuris, sed etiam litterarum penitus ignari, & imperiti, dum quasi Potestates, aut Ministri Curiæ secularis in aliquo castro, aut oppido iurisdictionem exercebant, facultatum, & indultorum huiusmodi limites longè excesserint, eaq; suo arbitratu in sensus minus rectos, & ab intentione concedentis oĩno alienos detorserint, & illorum prætextu quicquid sibi in mentem venit, attentare præsumpserint, in graue iurisdictionis, & immunitatis ecclesiasticæ preiudicium, locorum, & personarum diuino cultui dicatarum contemptum, ipsius Diuinæ Maiestatis offensam, & scandalum plurimorum. Quare pro commisso nobis à Domino Pastoralis officij munere prædictis absurdis, & scandalis obuiare, ac differentias huiusmodi ad vniformem regulã reducere, omnemque dubitandi, ac perperam interpretandi orationẽ dilucida declaratione submouere, abusus tollere, & ne ecclesiastica iura planè conculcentur, & negligantur, opportune prouidere decreuimus, prout etiam dictus Sixtus prędecessor noster ijsdem de causis motus statuere decreuerat, licet morte præuentus hoc adimplere nequiuerit: ita tamen, vt quando præsẽns temporũ calamitas, & nimia, quæ iam inualuit peruersorum hominum malitia id exposcit, aliquid, etiam ad terrorem delinquentium, & ad coercenda eorum facinora, vltra id, quod prisca maiorũ nostrorum disciplina, & vetus sacrorum Canonũ norma præscripserat in quibusdam casibus, congrua moderatione adhibita permittamus. Hac itaque nostra perpetuò valitura Cõstitutione omnia, & quæcunque priuilegia, indulta, & gratias tam per prædictum Sixtum, ac Pium V. quàm alios quoscunque nostros prædecessores, aut nosmetipsos, Sedemq; Apostolicam, eiusvè Legatos, super abducendis, vel extrahendis ab Ecclesijs, Monasterijs, Sacellis, domibus regularibus, & secularibus, locisvè sacris, aut Religiosis, aliasque in casibus à iure præmissis hominibus certorum tunc expressorum, vel non expressorum criminũ reis, aut fraudolẽtis decoctoribus, etiam in odiũ certorum delictorũ, & pro bono, pace, & quiete publica, & ex causis vrgẽtissimis, ac necessarijs, & æquipolentibus casibus in iure expressis, atque ex paritate, identitate, aut maioritate rationis excusis, perpetuò, vel ad certum nondum elapsum tempus, seu ad vitam alicuius Principis, aut beneplacitum, seu alias quomlibet concessa, etiã iteratis, aut multiplicatis vicibus, approbata, & innouata, ac vsu recepta, literasque Apostolicas, sub plumbo, aut in forma breuis, seu alias quomodocunque desuper confectas, quarum tenores hic literę volumus pro expressis, ac ad verbũ insertis, sublata penitus omni differentia, ita ad vnam tantum formam reducimus, & moderamur, vt laicis ad Ecclesias, locaque Sacra, & Religiosa prædicta confugientibus, si fuerint publici latrones, viarumque grassatores, qui itinera frequentata, vel publicas stratas obsident, ac viatores ex insidijs aggrediuntur, aut depopulatores agrorum, quivè homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis Ecclesijs, earumvè Cemeterijs committere non verentur, aut qui proditoriè proximum suum occiderint, aut assassini, vel hæresis, aut læsæ maiestatis in personam ipsiusmet Principis rei, immunitas ecclesiastica non suffragetur. Sed vniuersis, & singulis venerabilibus fratribus nostris Patriarchis, Primatibus, Archiepiscopis, Episcopis, cæterisque Ecclesiarum, & Monasteriorum Prælatis, tam secularibus, quàm cuiusuis ordinis regularibus, districtè præcipiendo mandamus, & præcipimus, vt laicos in casibus prædictis

dictis, delinquentes, ad eorum Ecclesias, Monasteria, domos, & alia loca supradicta sacra, seu Religiosa respectiuè confugientes, & in eis se recipien. atque morantes, qui prædicta delicta, eorumvè aliquid iudicio suo commisisse videbantur, quando à Curia seculari fuerint requisiti, & quilibet eorum fuerit requisitus, Ministris, & officialibus Curiæ secularis absque irregularitatis nota, aut alicuius censuræ ecclesiasticæ incursu tradi, & consignari curent, & faciant, & quilibet eorum curet, & faciat. Ne autem curia secularis prædicta Ministri facultate illos per se, & propria authoritate extrahendi, & abducendi sibi olim, vt præfertur, attributa, & per præsentes reuocata, abutantur, volumus, dictaque authoritate decernimus, & declaramus, vt curia secularis eiusq; Iudices, & Officiales, ab Ecclesijs, Monasterijs, locisque Sacris prædictis laicum aliquem, vt præfertur, delinquentem in nullo ex casibus supradictis sine expressa licentia Episcopi, vel eius officialis, & cum interuentu personæ ecclesiasticę ab eo authoritatem habentis, ad quos solos, & non alios Episcopis inferiores, etiam si aliàs ordinarij sint, aut nullius diœcesis, aut Conseruatores, ab hac Sede specialiter, vel generaliter deputati, prædictam licentiam dandi facultas pertineat; occurrente autem casu, in loco exempto, & nullius diœcesis, tunc ad Episcopum viciniorem deuoluatur hæc cognitio, & non ad alios: capere, extrahere, aut incarcerare non possint, nisi eo casu, quo ipse Episcopus, & dictæ personæ ecclesiasticę requisitæ illos in delictis superius expressis culpabiles tradere, aut capturæ, & carcerationi interuenire, & assistere recusauerint, tuncque reuerentiæ Ecclesiæ, & locis sacris debitæ memores prædictos delinquentes minori, quo id fieri poterit, cũ scãdalo, & tumultu extrahere curent. Quodq; delinquentes laici prædicti, postquam, vt pręfertur, ab Ecclesijs, locisvè sacris extracti, & capti fuerint, ad carceres Curiæ ecclesiasticæ reponi, & inibi sub tuto, & firmo carcere, ac opportuna custodia data illis, si opus fuerit, per Curiam secularẽ, detineri debeant, nec inde extrahi, Curięq; seculari prædictæ cõsignari, nec tradi possint, nisi cognito prius per Episcopum, seu ab eo deputatum, an ipsi verè crimina superius expressa commiserint, tuncque demum, de mandato Episcopi, per Iudicem ecclesiasticum curiæ seculari, quacunque appellatione postposita, consignentur. De crimine verò hæresis cognitio ad forum ecclesiasticum tota pertineat, neque in ea curia secularis se quoquomodo intromittat; Sicuti etiam prohibemus, nè contra ecclesiasticas personas seculares, aut cuiusuis ordinis, vel militiæ, etiã S. Ioannis Hierosolymitani regulares quoquomodo etiã vigore prædictorum priuilegiorum, indultorũ, aut concessionum, quæ omnia ad terminos iuris per præsentes reducimus, procedant, aut se intromittant; illasvè ab Ecclesijs, Monasterijs, Domibus, locisque sacris, aut Religiosis, etiam in casibus in hac Constitutione expręssis, extrahere, abducere, capere, carcerare, aut cognoscere de criminibus ad forum ecclesiasticum pertinentib. aliàs, quàm de iure, & per priuilegia eisdem ordinibus, aut militijs concessa permittitur, quomodolibet præsumant. Quod si quis quacunque dignitate, & authoritate prædictas, præmissorũ, aut alio quouis prætextu, quicquàm præter, aut contra huius nostræ Cõstitutionis tenorem attentare præsumpserint, declaramus, eum ipso facto, censuras, & pœnas easdem incurrere, quæ cõtra libertatis iuris, & immunitatis ecclesiasticæ violatores, per sacros Canones, & Conciliorum generalium, nostrorumque prædecessorum Constitutiones sunt promulgatæ, sicque per quoscunque Iudices ordinarios, & delegatos, etiam causarũ Palatij Apostolici Auditores, & S.R.E. Cardinales, sublata eis, & eorum cuilibet, quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate in quauis causa, & instantia iudicari, & diffiniri debere, nec nõ irritum decernimus, & inane, si secus super his, per quoscunque quauis authoritate scienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obstantib. præmissis, etiam Sixti, & Pij V. quam aliorũ quorumcunque, prædecessorum nostrorum, litteris Apostolicis, priuilegijs, indultis, & facultatibus, quibusuis personis, etiam Imperiali, Regia, Ducali, aut alia quauis dignitate, & authoritate fulgentibus, aut Republicis, Dominijs, Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, terris, & locis, eorumvè curijs, Parlamentis, Senatibus, Consilijs, Communitatibus, Vniuersitatibus, Collegijs, aut Præsidentibus, Proregibus, Gubernatoribus, Locatenentibus, Vicarijs, Potestatibus, alijsq; Magistratibus, Officialibus, Ministris, aut Consiliarijs, ex prædictis, vel alijs grauioribus, & vrgentioribus causis, tam illorum intuitu, & contemplatione, siue ad eorũ preces, & instantiã, quàm etiam motu proprio, & ex certa scientia, deque Apostolicæ potestatis plenitudine per modũ statuti, & legis perpetuæ etiam in vim contractus, & fratrum nostrorum consilio, sub quibuscunque tenoribus, & formis, & cum quibusuis præseruatiuis, restitutiuis, mentis, attestatiuis, derogatoriatum, derogatorijs, alijsque validissimis, efficacissimis, & insolitis clausulis, nec non irritantibus, & alijs decretis, etiamsi inibi caueatur expressè, quòd illis, nisi sub certis modis, & formis, & nisi de expresso eorum consensu, ad quorũ fauorem concessæ fuerint, derogari possit, & aliter factæ derogationes, nullius sint roboris, vel momenti, & aliàs quomodolibet concessis, etiam sæpius approbatis, & innouatis: Quæ omnia, & singula, ac illorum tenores pro expressis habẽtes, quatenus præmissis omnino, ac perpetuò tollimus, & abrogamus, ac ad terminos præsentis Cõstitutionis, quoad superius descripta dumtaxat, reducimus: & nolumus cuiquam de cętero suffragari, & qualibet alia dictæ Sedis indulgentia generali, vel speciali per quæ præsentibus non expressa, vel ad verbum non inserta, effectus earum quomodolibet valeat impediri. Vt autẽ pręsentes litteræ ad omnium notitiam facilius deducantur, mandamus illas in valuis S. Ioannis Lateran. & Principis Apostolorum, Basilicarum de Vrbe, nec non Cancellariæ Apostolicæ, de more affigi, & publicari, earum etiam exemplis inibi affixis, & dimissis, ac post publicationem huiusmodi, volumus, & decernimus, vt omnes, & singulos, quos concernunt, & concernent in futurũ, perinde arctent, & afficiant, ac si eorum cuilibet personaliter intimatæ fuissent: earũdem verò pręsentium transumptis, etiam impressis Notarij publici manu subscriptis eandem fidem in iudicio, & extra illud, vbique gentium, & locorum haberi volumus, quæ eisdem originalibus litteris haberetur,

beretur, si essent exhibitæ, vel ostensæ. Nulli ergo orationi hominum liceat hanc paginã nostræ moderationis, præcepti, mandatorum, decretorũ, reductionum, declarationum, prohibitionis, sublationis, abrogationis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autẽ hoc attentare præsumpserit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum eius se nouerit incursurum. Dat. Romæ, in Monte Quirinali, Anno incarnationis Dominicæ, millesimo quingentesimo nonagesimoprimo, nono Cal. Iunij, Pontificatus nostri Anno primo. L. Dat.

M. Vestrius Barbianus.

Registrata apud Marcellum Secretarium.

A. de Alexijs.

Anno à Natiuitate Domini, millesimo quingentesimo nonagesimoprimo, indictione quarta, die vero vigesimaoctaua mensis Maij, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris, & D.N.D. Gregorij Diuina prouidẽtia Papæ XIIII. An. primo. Retroscriptæ litteræ Apostolicæ affixæ, & publicatæ fuerunt in valuis Basilicarum Principis Apostolorum de Vrbe, & S. Io. Lateranen. necnon Cancellariæ Apostolicæ: & aciei Campi floræ, vt moris est, per nos Catherinum Menandi, & Nicolaum Drouyn, Curs.

Pompeus Guerra Magister Curs.

SVMMARIVM.

1 Immunitas, seu emunitas Ecclesiæ, quid sit.

2 Immunitas vnde dicatur.

3 Immunitatis appellatione, quid veniat in materia censurarum, & quomodo differat à libertate ecclesiastica, immunitas ecclesiastica, & exemplificatur.

4 Homines liberi malefactores ad Ecclesiam pro quocunque crimine non expresse à iure exceptuato, confugientes, an gaudeant immunitate Ecclesiæ, vt extrahi ab ipsa inuiti non possint. num. 4.

5 Confugiens ad Ecclesiam, inuitus non erit extrahendus. & quare.

6 Confugientes ad Ecclesiã, si curiæ seculari traditi fuerint a prælatis, vel ipsi sponte Ecclesiam egrederentur: vel per vim licitè extracti fuerint, puniuntur; & si traditi non fuerint, quid contra eos faciet Curia secularis, quando illi aliqua de causa non gaudebunt immunitate ecclesiastica, secundum Remigium.

7 Episcopi, & reliqui Iudices ecclesiastici obseruare tenentur, quæ in prima conclusione diximus seruanda à Laicis, & regulariter, & quare.

8 Iudex ecclesiasticus poterit etiam inuitum confugam ad Ecclesiam restituere Curiæ seculari: si prius obtinuisset ab eo medio iuramento, vel aliqua cautione validiori, quòd non puniet cum pœna corporis afflictiua: vt sunt mors, mutilatio membrorum, verberatio, carcer, & huiusmodi: sed solùm pœna pecuniaria, pro damnis illatis proximo propter crimen ab ipso perpetratum, & quare. & hæc multipliciter probantur.

9 Confuga huiusmodi an possit detrudi in Monasterio ad peragendam pœnitentiam perpulchrè disputatur, examinando sententiam Innocentij, & aliorum Doctorum.

10 Principes, & prælati in quibus assoleant delinquere, in transgressione immunitatis ecclesiarum circa personas confugarum ad ipsas Ecclesias.

11 Confugiens ad Ecclesiam, quomodo legitimè puniendus erit, vt seruetur quod à iure præcipitur, secundum Panormitanum, & alios.

12 Impugnatio limitationis vnicæ.

13 Responsio, & interpretatio sententiæ Bessij.

14 Confuga ad Ecclesiã, gaudebit immunitate Ecclesiæ, si commisisset simplex homicidium, idest sine animi præparatione, vel deliberatione, ex interuallo præcedente, vt puta, commissum in rixa, ad differentiam dolosi homicidij.

15 Dolosum homicidium quid sit.

16 Homicidium voluntarium, & appensatum, non tamen proditorium, vel interueniente pecunia perpetrans confugiens ad Ecclesiam gaudebit Ecclesiæ immunitate.

17 Homicidium qui commiserunt mediante pecunia de iure communi confugientes ad Ecclesiam, gaudebunt immunitate Ecclesiæ: non tamen hodie, vt in sequenti limitatione.

18 Confugientes ad Ecclesias, nondum consecratas, gaudebunt immunitate Ecclesiarum.

19 Ecclesia non consecrata gaudet immunitate, quæ fuit ædificata authoritate Episcopi, Archiepiscopi, Summi Pont. vel alterius ordinarij exempti.

20 Ecclesia, quod ædificium dici possit.

21 Ecclesia propriè non dicitur non consecrata; sed Basilica: & hæc erit differẽtia inter Ecclesiam, & Basilicã propriè vtrumque summendo, etsi priuilegiũ Ecclesiæ simpliciter collatum extendatur ad Basilicam. & quare.

22 Ecclesia nondum consecrata, quare gaudeat priuilegio immunitatis: & quæ differentia sit inter Ecclesiam & Oratorium, & an oratorium gaudeat immunitate Ecclesiæ.

23 Ecclesia Diuino cultui dicata authoritate ordinarij, retinet huiusmodi priuilegium, licèt nondum ibi fuissent celebrata Diuina. & quare.

24 Hospitale, quando dicatur locus Religiosus.

25 Oratoria priuata, non ædificata authoritate Episcopi, licet sint cultui Diuino dedicata: & in ipsis fuerint aliquando Diuina celebrata; non tamen efficientur loca sacra, nec gaudebunt immunitate Ecclesiæ. & quare.

26 Verba non sunt semper intelligenda quoad vsum, seu actum; verum etiam quoad aptitudinem, et quare.

27 Ecclesia, siue Basilica ædificata sine authoritate Episcopi gaudebit immunitate si ex post facto fuisset dedicata cultui Diuino, et conuenienter dotata, et quare.

28 Oratorium vt gaudeat immunitate Ecclesiæ, quæ requiratur.

29 Ecclesia authoritate Episcopi fundata, quamuis postea interdicta, gaudebit immunitate Ecclesiæ.

30 Confugientes ad loca propinqua infra spatium quadraginta passuum circumcirca Ecclesiam matricem, et triginta circa capellas, seu Ecclesias alias, fruentur eadem immunitate.

31 Passus quid sit, et vnde dicatur quoad præsentem materiam.

32 Ecclesiæ, et capellæ illæ gaudent immunitate, spatia quadraginta, vel triginta passuum circumcirca, quæ sunt extra ciuitatem, et non in ciuitate.

33 Confugientes ad Cœmiterium, vel atrium, vel porticum Ecclesiæ, quando gaudeat immunitate Ecclesiæ.

34 Hospitale

34 *Hospitale authoritate Episcopi fundatum, ac dotatum gaudebit, eadem ecclesiæ immunitate. & quare.*

35 *Hospitale deputatum ad vsum pauperum authoritate Episcopi, non erit ad humanos vsus deputandum, & quare.*

36 *Dormitorium, & claustrum tam Clericorum secularium, quàm regularium gaudẽt immunitate Ecclesię.*

37 *Palatium Episcopis, & Cardinalis gaudet immunitate Ecclesiæ.*

38 *Ecclesia destructa sine Episcopi authoritate, vel cum spe reędificationis gaudet immunitate ecclesiæ.*

36 *Confugiens ad Ecclesiam vidente, & persequente iustitiæ ministri non priuabitur immunitate Ecclesiæ. & quare. & exemplificatur.*

40 *Ductus ad carcerem à ministris iustitiæ, si ipsum permittant ingredi in aliquam Ecclesiam: & ibi permanere voluerit, gaudebit immunitate Ecclesiæ, & quare.*

41 *Confugiens ad Ecclesiam extracto carcere gaudebit immunitate Ecclesiæ.*

42 *Captus à familia Curiæ, qui ab ea seipsum eximit, currensque ingrediatur Ecclesiam, gaudebit immunitate Ecclesiæ.*

43 *Percutientes, vel occidentes Clericos, confugientes ad Ecclesiam, eadem immunitate gaudebunt, ac si laicos occidissent. & quare.*

44 *Excommunicatus confugiens ad Ecclesiam fruetur immunitate ipsius Ecclesiæ.*

45 *Publicus latro, & nocturnus depopulator agrorum cõfugientes ad Ecclesias non gaudebunt immunitate ipsius Ecclesiæ.*

46 *Occidens aliquem, vel mutilans in ecclesia, vel Cęmiterio confugiens ad Ecclesias quascunque non gaudebit immun. Ecclesiæ, quando hoc non fecisset nisi sperasset in immun. Ecclesiæ.*

47 *Occidens, vel mutilans in Ecclesia, vel Cęmiterio sine animo, vel spe immunitatis Ecclesiæ consequendæ, ac fruendæ, fruetur immunitate Ecclesiæ, & quare. & exemplificatur.*

48 *Auxilium à lege frustra poscit is, qui commisit in legem.*

49 *Cessante vna causa finali alicuius dispositionis, remanente alia, non cessabit dispositio. & quare.*

50 *Occidens, vel mutilans aliquem existentem in Ecclesia, vel Cęmiterio, non gaudebit immunitate, licet ipse fuisset extra Ecclesiam. & quare. & exemplificatur.*

51 *Percutiens, vel vulnerans sine morte, vel membri mutilatione in Ecclesia, non priuabitur immunitate, & quare.*

52 *Homicidium proditorium committens non gaudet immunit. Ecclesiæ, etiã si post ipsum ad Ecclesiam confugerit. & quis dicatur homicidium proditorium committere.*

53 *Homicidium proditorium quotupliciter cõtingat fieri. Percutiens aliquem etiam proditoriè animo occidendi, vel mutilandi, morte vel mutilatione non sequuta, gaudebit immunit. ecclesię ad eã cõfugiendo, et quare.*

55 *Impugnatur veritas præsentis nostrę sublimitationis, auctoritate Doctorum, quib. statim sigillatim respondebitur.*

56 *Responsio ad sententiam Couarruuias.*

57 *Responsio ad sententiam Nauarri.*

58 *Responsio ad Innocentij sententiam.*

59 *Furtũ in ecclesia cõmittẽs, vel aliquid graue, persistẽs in eadem Ecclesia an gaudeat eius immunitate.*

60 *Furtũ, vel aliud graue crimen in ecclesia aliqua perpetrans, an gaudeat immunitate, si se contulerit in aliam Ecclesiam.*

61 *Crimini assassinij, & lęsæ maiestatis diuinæ, & humanę obnoxij, confugientes ad Ecclesiam, non gaudebunt immunitate Ecclesiæ.*

61 *Existẽs in ecclesia, et mutilãs, vel occidẽs aliquẽ extra ecclesiã, nõ gaudebit immun. eccle. ẽt si in ipsa permãserit, vel ad aliam ecclesiam confugerit, & quare.*

63 *Cõclusio illa vulgatissima, in qua habetur, ꝙ in quo quis deliquit, debeat puniri, quomodo sit intelligenda.*

64 *Clerici seculares, et regulares post crimẽ perpetratum confugientes ad ecclesiam non gaudẽt immu. ecclesię.*

65 *Hæretici, Iudęi, & alij infideles non gaudebunt immunitate Ecclesiæ.*

66 *Criminosus, quẽ diximus gaudere immun. eccle. cõfugiẽs ad ecclesiã, vel alia loca, nũquã poterit criminaliter accusari, vel puniri de criminibus a se perpetratis.*

67 *Confugę huiusmodi, si pauperes fuerint, donec in talibus locis perdurauerint, ecclesiæ rector tenebitur illos alimentare. & quare.*

68 *Animaduertere quæ debeant Iudices vtriusque fori circa materiam præsentis immunitatis. nn. 68.*

De extensione pœnarum inflictarum à iure violantibus immunitatem Ecclesiæ, de casibus ibi expreßis ad alios casus non expressos.

ACVRI de extensione pœnarum incurrendarum à violantibus immunitatem Ecclesiæ, ne fines propositæ materię in pręsenti quæstione examinandæ egrediamur, operæpretium duximus hic solũ pertractare de his, quæ Iudici criminali ecclesiastico, scire opus sit: Quapropter (Deo optimo maximo Duce) infra per nonnullas conclusiones, & earum ampliationes, & limitationes procedemus, præmittendo tamen illis tria notabilia. Pręmisimus igitur constitutionem nouissimam editam à fęlic record. Gregorio Quartodecimo, vt facilius ad ipsam recurratur: cùm infra sæpe de ipsa mentio sit facienda.

1 Præmitto ergo primò, quòd immunitas,† seu emunitas Ecclesiæ dicitur priuilegium, seu libertas ecclesiæ, qua ipsa ecclesia gaudet circa multa: inter quæ connumeratur priuilegium sibi cõcessum; vt malefactores ad ipsam confugientes sint salui; & quod immunitas sumatur pro libertate, probatur duplici medio. Primo per totũ tit. de immunitate ecclesiæ in iure Pontificio repositum, & in iure ciuili, per totum titu. de iure immunitatis, ff. & de his, qui ad Ecclesiam confugiunt. C. & secundò probatur authoritate Doctorũ, scilicet Goff. Host. in summa eod. tit. & aliorũ super dictos iuris vtriusq; tit. & aliorũ Doctor. & glo. in capit. cùm deuotissimam. 12. quæstio. 2.

2 Præmitto & secundo, ꝙ immunitas,† seu emunitas dr̃ quasi extra munia, idest munera data libertas: & dicitur ab e, quod est extra. Vel di immunitas quasi puritas: vnde dr̃ quis immunis nedũ à muneribus, & honoribus, verũ ẽt à peccatis, prout sumit in c. fi. ext. de purga. Canon. & ibi per Docto. & per supradictos Doctores vbi supra.

3 Præmitto & tertio, & si dixerimus, & prob-

perimus paulò ante, quòd immunitas, seu emunitas ecclesiastica dicatur libertas, qua ipsa Ecclesia gaudet: nihilominus sciendum, quod hoc
3 verissimum erit, † si sumpserimus largo modo, quasi confundendo ipsa vocabula: sed si strictè in materia censurarum sermo erit habendus, scilicet ad discernendum censuras ecclesiasticas, in quas quis ipso iure inciderit, debebimus seruare proprietatem ipsorum terminorum; & sic distinguere inter ecclesiasticam libertatem, & ecclesiasticam immunitatem. Nam per ecclesiasticam immunitatem, intelligenda ac sumenda erit exemptio loci Sacri (vti intelligimus in toto præsenti tractatu. Sed per libertatẽ ecclesiasticam intelligenda erit exemptio personæ ecclesiasticæ, & non solùm in sua persona, sed etiam in omnibus, quibus per liberum arbitrium vtitur, & quæ possidet. Quapropter si quis aliquo modo locum sacrum iniuria afficit, non erit reus violatæ libertatis, sed solum immunitatis ecclesiasticæ, ac per consequens, nec indè incurret censuras latas contra violatores ecclesiasticæ libertatis; sed solum is, qui iniuriatur personæ ecclesiasticæ, libertatem eius impediendo, ne vtatur suis &cæt. hic violat ecclesiasticam libertatem. Vnde Benedictus XI. in Extrauag. inter cunctas, §. incendiarios, sub titulo de priuilegijs, ponit distinctos casus, violationem libertatis, & violationem immunitatis ecclesiasticæ. vt docuit Cardinalis Caietanus in sua summula in titu. immunitatis Ecclesiæ violatio.

His ergo præmissis, pro maiori intelligentia afferendorum in discussione præsentis quæstionis scitu dignissimæ. Prima conclusio sit hæc. Ad Ec-
4 clesiam homines liberi † malefactores pro quocunque grauissimo crimine non expresè a iure exceptuato, & infra a nobis in ampliationibus, & limitationibus præsentis conclusionis afferendis non inserto, confugientes contra ipsorum voluntatem de iure extrahi nullatenus poterunt de ipsa ecclesia à Iudice seculari: diximus contra voluntatem eorum: quoniam si ipsi confugientes, postea voluntariè seducti blanditijs, aut ventosis promissionibus egrederentur ipsam Ecclesiam, tunc proculdubio non gauderent tali immunitate: cùm sola violentia fuerit prohibita eis vtroque iure. Hæc conclusio probatur triplici medio. Primo enim per textum in capitulo inter alia, §. si liber, extra de immunitate Ecclesiæ. vbi Innocentius Tertius scribens Regi Scotiæ, infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. [Si liber quantumcumque grauia maleficia perpetrauerit, non est violenter ab ecclesia extrahendus.] Nec inde damnari debet ad mortem, vel ad pœnam, sed rectores ecclesiarum sibi obtinere debent membra, & vitam.] hæc ibi, & sunt hæc verba generalia in se complectentia omnes homines non solum eos, qui iurisdictione carent, verùm etiam Principes omnes (vt clarè elicitur ex ipsa decretali Epistola directa ad Regem Scotiæ) quem fuisse Principem nulli dubium est: nec non Iudices omnes, tam seculares, quàm ecclesiasticos, cùm ibi neminem excipiat. Imò videtur expresè ibi fuisse prohibitum ipsis etiam Iudicibus ecclesiasticis, cùm contrarium fuerit ibi specialiter præceptum: dicendo quod rectores ecclesiarum ipsis criminosis confugientibus ad ecclesiam obtinere debent membra, & vitam: ac si apertè dixerit ibi Papa Innocentius Tertius, qui conditor Canonis illius fuit, non solum nullatenus debent ipsi rectores ecclesiarum tales violenter extrahere ex ecclesia, sed non solum hoc Iudicibus secularibus attentare volentibus contradicere tenentur, verum potius omnino procurare illis debent indulgentiam pœnæ de iure aliàs ipsis infligendæ. Idem & clarius probatur per textum in capitulo frater, decimaseptima quæstione quarta. vbi enarratur infrascripta verba scripsisse Papam Gelasium Victori, Constantino, Martirio, Fœlicissimo, Sereno, & Timotheo Episcopis, videlicet. [Frater, & Coepiscopus noster Epiphanius sua nobis relatione suggessit, Benenatũ, & Maurum Beneuentanæ municipes ciuitatis in contumelia Religionis acerba nimis, & plectibili contumacia prosiluisse: qui confugientem ad ecclesiæ septa, curialem suum, nec illic quidem tutum, aut de iniuria sua securum esse sinerunt: ausi irruptione temerariæ mentis admittere, quod nec Potestatibus quidem, nec Principibus vnquam licuit perpetrare: vt hominem in Sanctuarijs constitutum (captata Sacerdotis absentia) reluctantem, reclamantemque violenter extraherent. Quos, quantum sua nobis suggestione patefecit, meritò indignos esse Sacra communione patefecit. Et si reuera tanti facinoris constat admissum; nostra etiam auctoritas in hac parte consentit. Nec enim iure ad supplicandum debet admitti, qui admittere sacrilegium non dubitauit. Nullus enim intra limina tantæ venerationi deputata vtrumque sibi licere existimet pro suæ voluntatis arbitrio: vt & humilitatem sibi vendicet, & furorem. Et fratres charissimi supradictos si manifesta reos facit conquestio, ab omnibus parochiarum vestrarũ ecclesijs nostræ præceptionis authoritate prohibete: vt non solùm hi, qui in iniuriam Sanctorum locorum prosiliuisse probantur, meritò consequantur pro facti sui qualitate vindictam: verùm etiam cæteri à tali præsumptione vltionis istius timore reuocentur.] hæc ibi. ex quibus patuit, quòd nulli hominum liceat violenter tales confugas extrahere ab ecclesia: ac per consequens, nec Iudicibus secularibus, nec ecclesiasticis liceat. Idẽ habetur in c. reũ, 17. q. 4. vbi hęc habent, videlicet. [Reum ad ecclesiã confugientem nemo abstrahere audeat; neq; indè donare ad pęnã, vel ad mortẽ: vt honor Dei, & Sanctorũ eius conseruetur: sed rectores ecclesiarũ pacẽ, & vitã, ac membra eius obtinere studeant: tñ legitimè cõponat quod inique gessit.] hæc ibi. ex quibus elicit apertissimè, ꝙ non solùm Iudices ecclesiastici tales confugas ex ecclesijs inuitos violenter extrahere non possunt, verũ potius, ꝙ teneant summo studio obtinere à Iudice seculari tria, videlicet, pacẽ, idest, vt molestiã nullã corporalẽ (vt puta, carcerẽ, vel fustigationẽ, aut aliã pęnã corporis afflictiuã d. cõfugis inferat) vitã, nè occidant; & mẽbra, idest nè mutiletur aliquod membrum corporis ipsorum: & iccircò Canon præmiserat verba illa ibidem, videlicet. [Nemo abstrahere audeat, neq; indè donare ad pęnã.] scilicet corporis afflictiuã, vt ibi omnes Doctores exponunt, & latius infra probabimus. Tamẽ præcipitur ibi, vt talis confuga [legitimè cõponet, quod inique gessit.] scilicet satisfaciendo pecuniariter parti læsę de dãno tẽporali illato. Idẽ probaẽ per text. in cap eos. in principio, distinct. 87. vbi ex Concilio

Arausicano

Arausicano primo. hæc habentur, videlicet. [Eos, qui ad Ecclesiam confugerint, tradi non oportere: sed loci Sancti reuerentia, & intercessione defendi.] hæc ibi: sed quia verba vniuscuiusque Canonis, & legis sunt intelligenda cùm effectu: vt in capitulo relatum, extra de Clericis non residendis, & in capitulo hæc autem verba. de pœnitentia distinctione prima, & in l. 1. §. hæc autem verba, ff. quòd quisque iuris. & latius diximus, in quæstio. in qua agitur: sententia diffinitiua, à quibus executioni mandari debeat. conclusione prima, & in quæstio. An affectus, seu conatus sit puniendus eadem pœna, qua effectus. conclusione quinta. Inde sequitur, quòd dicti capitu. eos, verba videlicet. [Sed loci Sancti reuerentia, & intercessione defendi.] sunt intelligenda, cum effectu; vt scilicet, ecclesia ad se confugientes non tantum verbis defendat, sed omnino immunes à pœnis corporis afflictiuis seruet: non permittendo illos puniri à Iudice seculari huiusmodi pœnis. Idem apertius probatur per textum in capitulo nullus, decimaseptima quæstione quarta. vbi hæc habentur, videlicet. [Nullus Clericorum seruum, aut discipulum suum fugientem ad ecclesiam extrahere audeat, vel flagellare præsumat. Quod si fecerit, donec dignè pœniteat, à loco, (cui honorem non dedit) segregetur.] hæc ibi. ex quibus sumi poterit argumentum à minori, ad maius negatiuè. sic arguendo: si Canon statuit non posse Clericos extrahere violenter ex ecclesia discipulos, aut seruos suos confugientes ad ecclesiam: multò magis tacitè statuit eos nō posse violenter extrahere alios extraneos confugas ex ecclesijs. Si ergo Clericis non licet, multò minus licebit Episcopis, & rectoribus Ecclesiarū, ad quos ex officio tenētur iura, & immunitatem ecclesiarum incessanter, & omni conamine tueri. Idem probatur quoque iure Imperatorio: Nam in l. 2. C. de his, qui ad ecclesiam confugiunt. Hæc habentur, videlicet. [Fideli, deuotaque præceptione sancimus, nemini licere ad Sacrosanctas Ecclesias confugientes abducere: sub hac videlicet definitione, vt si quisquam contra hanc legem venire tentauerit, sciat se maiestatis crimine esse retinendum.] hæc ibi. ex quibus quoque patuit veritas præsentis nostræ conclusionis. Probatur quoque eadem conclusio, per tex. apertissimum, in l. præsenti, in primo respon. C. de his, qui ad eccles. confu. vbi hæc habentur, videlicet. [Præsenti lege decernimus, per omnia loca valitura (excepta hac vrbe regia, in qua nos diuinitate propitia degentes quoties vsus exegerit, inuocati singulis causis, atque personis præsentanea constituta præstamus.) nullos penitus, cuiuscunque conditionis sint, de Sacrosanctis Ecclesijs orthodoxæ Fidei expelli, aut trahi, vel protrahi confugas: nec pro his venerabiles Episcopos, vel Religiosos œconomos exigi, quæ ab ipsis debeantur: ijs, qui hoc moliri, aut facere, aut nuda saltem cogitatione, atque tractatu ausi fuerint tentare, capitali, & vltimi supplicij animaduersione plectendis. Ex his ergo locis, eorumque finibus, quos anteriorum legum præscripta sanxerunt, nullos expelli, aut eijci aliquando patimur.] hæc ibi. Idē probatur Constitutione supradicta Gregorij XIIII. ędita in anno 1591. sub mense Iunij, in qua fuerūt confirmata omnia iura statuentia de immunitate Ecclesię, nonnullis casibus exceptis, & insertis in infrascriptis limitationibus. tenorem verò dictæ Cōstitutionis referam in fine præsentis tractatus. Idem probatur & secundò Doctorum infrascriptorum auctoritate. Nam glo. in d. c. inter alia. infrascriptis vtitur verbis, post casus enarrationē, videlicet. Nota distinctionem huius decretalis, circa fugientes ad ecclesiam. Item confugientes ad ecclesiam, debēt ibi defendi. & in versic. extrahendus. dicit, quòd non sit extrahēdus neque iudeus. Idem docuit Bart. in d. l. 2. & in l. plerique, num. 8. ff. de in ius vocan. dicens, quòd cōfugiēs ad ecclesiam non poterit inuitus ex ecclesia extrahi. Idem docuit Azo in sua summa, titu. C. de his, qui ad ecclesias confugiunt. in fine dicens, si autem aliquis temeritate sua confugam extraxerit de ecclesia, aut extrahere conatus fuerit, tanquàm crimine læsæ maiestatis commisso tenetur, & vltimum supplicium patietur, vt in d. l. a. docuit Innocētius in dicto c. inter alia. Idē docuit Host. in d. c. inter alia. & in summa eod. titu. §. in quantum, & ad quos. in vers. alias autem: qui post enumerationem trium casuum, videlicet, qui sunt in tantum, videlicet, homicidium vel mutilatio facta in ecclesia publicus latro, & nocturnus populator agrorum, subdit infrascripta dicens. Alias autem quantumcumque enorme, seu graue crimē commiserit, debent rectores ecclesiarum iuuare sibi vitam, & membra idonea cautione recepta: (addens) Et nota, quòd quandiu est intra ecclesiam, non est tamen per violentiam eijciendus, nec detinendus, nec constringēdus, nec requies, nec vestis, nec victualia eidem deneganda, vt in l. præsenti. C. de his, qui confugiunt ad eccles. & si quis facere attentauerit, sciat se maiestatis crimine irretitum, & sic vltimo supplicio punietur. hęc ille. Idē docuit Io. And. in dicto c. inter alia. & in c. 1. ext. de homic. idē docens etiā in persona Iudicis ecclesiastici (de quo statim dicā.) Idē docuit Ant. de Butrio in d. c. inter alia, col. 1. vers. nota à contrario. idē docuit Panor. in d. c. inter alia, nu. 9. vers. si vero nullo modo. dicens, q̄ si nullo modo huiusmodi criminosus (qui confugit ad ecclesiā) 5 † velit de ecclesia exire, & fortè timens tyrannidē Iudicis secularis, nullo modo debet extrahi per Iudicē, vel per aliū. Nam vt innuit text. duplex est immunitas. Prima vt vllo modo extrahatur inuitus: Secunda, vt non condemnetur inde ad pœnā corporalem. vt hic, & facit tex. in dicto cap. reum, & in d. l. a. vbi indistinctè prohibetur extractio. hæc Panormitanus vbi supra. Idem docuit Henricus Boich, in capitu. Ecclesia, column. 3. in vers. aut deliquit longè ab ecclesia, extra de immunitate eccles. Idem docuit Ioannes de Anan. in capitulo primo. Idem docuit Marianus Socinus in dicto capitulo primo. dicens, quòd communis Doctorum sententia tenet, quòd homicida volūtarius à proposito gaudeat immunitate eccles. si ad ipsam confugerit. Idem docuit Archid. in dicto cap. frater. & in dicto capitu. reum, & in dicto cap. eos. Idem docuit Geminianus in dicto capitu. eos. Idem docuit Præpositus in dicto c. eos. Idem docuit Cardinalis à Turrecremata, in dicto cap. reum; in dicto cap. frater; in dicto c. nullus; & in dicto cap. eos. Idem docuit Cardinalis Zabar. in Clem. 1. colum. 2. versic. tertio quæro. de pœnitent. & remiss. Idem docuit Anchar. in dicta Clem. 1. colum. 1. versicu. secundò principaliter quærit. Idem docuit Imola in dicta Clement. 1,

columna secunda, versiculo secundo principaliter quærit. Idem docuit Augustinus de Arimine in additio. Angel. in tractatu de maleficijs, versiculo quòd fama publica, numero 59. versiculo tu autem in hac materia. in quibus casibus quis. Nam ibi se subscripsit Hostiens. & Imola vbi supra. Idem docuit Didacus Couarruuias, in libro secundo, variarum resolutionum, capitulo vigesimo per totum: sed præcipuè in numero sexto, in versiculo septimò deducitur ex his: dicens esse hoc assertum commune. Idem docuit Iacobus de Bello visu. in sua practica iudiciaria. titulo de fuga reorum, numero tertio. Idem docuit Alexander in consilio 154. Idem docuit Augustinus de Arimine, in additio. in tracta. Angel. de malefic. versiculo in Scalis Sancti Petronij, numero secundo, §. tu autem in hac materia adde in fine sequens sententiam Innocen. Ioannis Andreæ, Butrij, & Panormitani, in cap. inter alia, extra de immunitate eccle. Idem docuit Angel. in tract. de maleficijs, in versic. quod fama publica, num. 59. §. quarto quæro. vbi postquam docuisset, quòd de iure ciuili propter crimina atrociora perpetrata à confuga ad eccle. vt puta propter homicidia, raptum virginum, & similia quis poterit capi in eccle. dummodo prius requirat Episcopum. Tamen de iure Canonico dicit, quòd ecclesia cum suo Cœmiterio habent immunitatem, præterquã quando in eis aliquis occidit, vel membrum mutilatur, & postea in ecclesiam aufugit, vt in cap. fina. extra de immunitate ecclesiæ. ita dicit Salycetus in Authent. si quis. C. ad l. Iuliam de adult. tenet etiam, quòd fortè per rationem positam in dicto capit. fin. potest extendi ad quodlibet delictum, per quod eccle. violatur. Item quando esset latro publicus, qui homines in stratis publicis inuadit, vel quando esset agrorum depopulator, vt in cap. inter alia, eodem tit. & notat glo. ibidem, quod dicit esse notabile propter alios, qui sunt de terris eccle. quia in illis seruatur ius Canonicũ, vt notat glo. in cap. 2. de arbitris in sexto. Sed prædictis obstant, quæ idem Angel. ibidẽ, in versic. in scalis Sancti Petronij, nume. 2. & aduertas. infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. & aduertas, quòd si delictum sit cõmissum in eccle. vel in Cœmiterio, Iudex tamen laicus non potest capere malefactorem, & eum de loco sacro extrahere; sed Episcopus debet eum capere, & tradere Iudici seculari: vt est textus in Authent. si quis ei. C. ad l. Iuliam de adulter. Secus autem si deliquit extra eccle. & in eam postea fugit: quia per Iudicem laicum potest capi, & extrahi. vt in Authent. de mandatis Principum. §. sed neque homicidæ. Et est ratio, quia quando deliquit in eccle. non deliquit in territorio Iudicis secularis, & ideò ipsum in eccle. capere non potest: Ita dicit Cynus in. dicta Authent. si quis ei. quod nota ad limitationem eorum, quæ dixi supra in glo. super versicu. quod fama publica: scilicet in materia capturæ. hæc ille, quæ non obstant: cum loquatur hoc procedere de iure ciuili, non autem de iure Canonico: vt ibi dixerat: & id, quod addit, quod nota ad limitationem, &c. dixit, vt intelligas, quòd in tali casu non habet locum, quod ibi dixerat, quòd prius requirat Episcopum, vt patet: & sic non est contrarietas aliqua. Idem docuit Syluester in summa in versiculo immunitas tertio, in principio. Idem docuit Nauarrus in suo manuali, capitulo vigesimoquinto, titulo de statu Iudicum, numero decimoseptimo; versiculo nono. qui abstrahit. Idem docuit Egidius Bossius in sua praxi criminali, titulo de captura, numero trigesimosecundo, in versiculo quæritur etiam, quòd neque obnoxius crimini læsæ maiestatis confugiens ad ecclesiam de iure poterit inde inuitus extrahi. per textum in dicto capitulo inter alia. Idem docuit Iulius Clarus in sua praxi criminali, quæstio. 30. versicu. primo, & versic. quæro. quem sequutus fuit Hyppolitus Bonacossa in suo thesauro communium opinionum, in versi. fugientes rei ad ecclesiam, dicens hanc esse communem opinionem. probatur & tertiò hac ratione, videlicet. Cum enim deceat concessum Principis esse mansurum (vt docet text. in cap. decet. de regul. iur. in sexto) & à Principibus mundi, scilicet Pontificibus, & Imperatoribus fuerit ecclesijs hoc priuilegium immunitatis, ac securitatis, consequendæ ipsis reis confugientibus ad ecclesias ipsas concessum: inde cõsequens fit, quòd ipsi rei quantuncumque sint obnoxij pro grauissimis criminibus pœnæ corporis afflictiuæ, ex tali confugio ipsam pœnam euadent non meritis ipsorũ, verum potius meritis ipsius Domini nostri Iesu Christi capitis Sanctæ Ecclesiæ Catholicæ, quę nõ solùm est sine macula, sed nec poterit aliquo pacto immunda reddi criminibus scelestorum hominum. Sed hic notandum erit, quòd quàmuis nonnulli Doctores voluerint, quòd homicida voluntarius si consulto, & præuia deliberatione post repentinum irę motum (absque tamen vlla proditione) extra ecclesiam aliquem occiderit, possit inuitus extrahi ab ecclesia, vt refert Didacus Couarruuias in lib. 2. variarum resolutionum, nu. 7. §. in his profecto casibus, tamen ipse contrarium docuit, qui ibidem, sed in §. nono, ab eisdem cõclusionibus: dixit hanc esse communem opinionem, quàm approbauit quoque Alexander in consilio 147. cùm is gaudeat immunitate eccle. vt satis apparet arguendo à loco speciali, in capit. inter alia, capitulo finali, de immunitate ecclesiæ, & capitulo primo, extra de homicidio, & voluerunt omnes Canonistæ in dicto capitulo primo, extra de homicidio, vt sunt Innocen. in capitu. inter alia, extr. de immunitate eccle. Io. And. in dicto c. 1. dicens, quòd gaudeat hac immunitate non tantum homicida voluntarius, verum etiã insidiosus. idem Antonius de Butrio, Panor. Henricus Boich, & Marianus Socinus, in d. c. 1. Quapropter concluditur falsam esse eorum sententiã, de iure communi, sed hodie veram, per supradictam Extrauag. Gregorij XIIII. Papæ. Sciendum tamen, quòd Iulius Clarus in sua praxi criminali quęst. 30. in principio amplectitur nostram hãc conclusionem, dicendo veram esse communem opinionem de iure. (adde tu cõmuni) sed quod hodie non obseruetur, quia illi, qui post delictum aufugiunt ad Ecclesiam, † si spontè traditi

6 fuerint à prælatis, vel aliter sponte exierint, vel per vim licitè extracti fuerint, puniuntur, etsi traditi non fuerint, solent inquiri, & citari, etsi non compareant, condemnantur ad pœnam mortis, vel aliam corporalem. iuxta qualitatem delicti: & ita hanc partem immunitatis Ecclesiarum hodie non esse in vsu attestatur Remigius. De immunitate Ecclesiæ, folio septimo, & sequenti. & folio 235. in quæstione tertia in fine.

Affirmatque

Affirmatque in specie illam in Hispania non obseruari. Vt dixi infra, versiculo, successiue quaero. haec ille, Cuius doctrina si bene ponderabitur, apparebit, quòd ipse, & obseruatio ab ipso relata, nihil opponit contra praesentem conclusionem: quoniam ipse loquitur in casu, quando licitè extrahitur reus ab Ecclesia, vel Clericus sponte ipsum donantibus. ergo in casu, in quo illicitè extraheretur, & quando Clerici reos non sponte donarent Curiae seculari, remanet vera nostra conclusio, & tamen ipsum hoc docuisse per se patet ad litteram. nec obstat huiusmodi interpretationi sententiae Iulij Clari id, quod ipse subdidit, dicens: [etsi traditi non fuerint, solent inquiri, & citari; & si non compareant, condemnantur ad poenam mortis, vel aliam corporalem, iuxta qualitatem delicti.] Non (inquam) cum consulto non dixerit violenter post condemnationem huiusmodi extrahitur, & sententia exequutioni mandatur, sed solum dixit, condemnatur; quasi dixerit, quòd Curia secularis exequitur officium suum, & tunc sententia exequutioni mandabitur, quando ipse reus sua sponte fugiendo, vel quocunque modo, aut causa (praeter extractionem violentam, sibi illatam à Curia) contigerit ipsum reperiri extra Ecclesiam: & quod hoc sit consonum intentioni ipsius, elicitur ex verbis praecedentibus, quibus retulerat ipsum dicens, ita dixit Abbas communiter teneri (in capitulo inter alia, extra de immunitate Ecclesiae) quòd huiusmodi rei traditi spontè ab Episcopo, non possint condemnari ad mortem: quapropter patuit, quòd & ipse Iulius Clarus astipulatus fuerit praesenti conclusioni, quod apertius patet ex ijs, quae ipsemet ibidem subintulit, in versicu. hinc est. Vbi postquam dixisset, quòd licet de iure cõi non solum Ecclesiae ipsius ambitus gaudeat hac immunitate, sed etiã quicquid est per 40. passus, circa ipsam Ecclesiam, si sit matrix; & per 30. si sit alia Ecclesia, tamen quòd vsu hoc non obseruetur, vt refert Igneus, & Remigius. ipse tamen Iulius Clarus ibidem subdidit, dicens. Bene verum est, quòd Senatus vltimo Octobris 1559. P.N. iussit Praetori Papiae, vt restitueret Ecclesiae quendam Pitium imputatum de vxoricidio, captum in cubiculo cuiusdam domus sitae intra 16. passus ab Ecclesia maiori, dummodo ipsa domus cohereret Ecclesiae, & esset ipsius Ecclesiae: & ita his concurrentibus seruandum esset in hoc Ducatu. aliàs verò non esset à communi consuetudine recedendum. haec Iulius Clarus vbi supra.

Amplianda ergo primò erit praecedens conclusio, vt, quod dictum fuit in ipsa, de Iudicibus secularibus: idem sit dicendum regulariter
7 de Episcopis, caeterisque † rectoribus Ecclesiarum ipsarũ, ad quas cõfugerunt huiusmodi criminosi: Nam regulariter nec ipsos inuitos ipsi Episcopi ac rectores ecclesiarum, ad quas confugerunt tales poterunt sine violatione immunitatis ecclesiasticae extrahentes de ecclesia, tradere Curiae seculari, etiam ad petitionem Iudicum secularium, sed ipsos retinere in Ecclesia tutos ab incursu, ac violentia curiae secularis omnino tenebuntur. Haec ampliatio probatur triplici medio. Primò (vltra omnia iura allata paulò antè in probationem praecedentis primae conclusionis, iuxta ipsorum interpretationem inibi allatam: cùm ex ipsis luce meridiana clarius elucescat Episcopos, ac reliquos Ecclesiarum rectores ex credito sibi ministerio, ac pastorali officio teneri, pro viribus tueri immunitatem Sanctae Ecclesiae: cui, & non sibi tale priuilegium fuit concessum) per textum in capitulo reos sanguinis, 23. quaestione quinta. vbi haec habentur, videlicet. [Reos sanguinis defendat Ecclesia, ne effusione sanguinis particeps fiat.] haec ibi. idem probatur per argumentum in capitulo vnico, extra de natis ex libero ventre. vbi haec habentur, videlicet. [Indecens esse credimus, vt progeniti ex libertà, siue libera filij ad seruitia retrahantur. Propterea tibi praecipimus, vt si documenta nulla sint ab ecclesiae parte, quae documentis huiusmodi debeant obuiare, ab eius molestia sine aliqua retractatione compescas eandem: durum est enim, vt si alij pro mercede libertates tribuunt: ab ecclesia, à qua tueri debent, reuocentur.] haec ibi. Dixi probari praesentem ampliationem per argumentum in dicto capitulo vnico, quoniam, & si explicitè, & ad verbum ibi non probetur praesens ampliatio, benè tamen implicitè, & secundum mentem conditoris ipsius Canonis, vt elicitur ex ratione ipsius allata in fine dicti Canonis. [ab ecclesia, à qua tueri debent, reuocentur.] ex quibus verbis patuit ipsum Gregorium Papam dicti Canonis conditorem voluisse docere, quòd proprium ecclesiae sit tueri oppressos, & non opprimere ac per consequens, arguendo ab identitate rationis: dicendum erit praesentem ampliationem probari dicto Canone. Probatur & secundò Doctorum authoritate omnium qui fuerunt citati in probationem praecedentis conclusionis, & si id explicitè non dixerint, sed solùm, quòd rectores debent ipsos confugas tueri, & quòd non sint inuiti extrahendi ab ecclesia, ad quam confugerunt: sed ibi requies, & victualia sint illis ministranda. infrascripti verò Doctores explicitè praesentem ampliationem docuerunt. inter quos est Ioannes Andreas in dicto capitulo inter alia, columna prima, in versicu. per hanc glos. infrascriptis vtens verbis, videlicet. Per hanc Glosam videtur Innocen. sentire, quòd per Iudicem ecclesiasticum fugiens ad ecclesiam benè possit inde abstrahi, & puniri ecclesiastica poena: pro hoc faciat, quia contra seculares potestates, non contra ecclesiasticas videtur haec immunitas adinuenta. Ad primum, decimaseptima quaestione quarta: Frater. ibi, quòd nec Potestatibus quidem, vel Principibus: & in capitulo diffiniuit, decimaseptima quaestione quarta, violans puniri iubetur seueritate Regia. ergo de laicis loquitur. Ad secundum facit, quia ecclesia non praesumitur priuilegiasse contra se, vt in capitulo cùm instantia, extra de censibus. Item Iudex ecclesiasticus non imponit poenam mortis, vel truncationis, à quibus debetur immunitas fugienti. vt hic, & capitulo de raptoribus, trigesimasexta quaestione prima. Praedicta concluderent quae dicta sunt in ecclesiastico Iudice, locum habere in ecclesiastico dominio, scilicet, cùm seruus ecclesiae fugit ad ecclesiam. Non puto Innocentium: sic intellexisse: imò abstractio violenta, etiam per ecclesiasticum Iudicem, vel Dominum de subdito, vel seruo fieri non poterit: Vnde l. 2. C. de his, qui ad Ecclesiam confugien. dicit, nemini licere confugien-

tes. &cęt. Et Canones 17. quæstio. 4. sic iacent, reum ad Ecclesiam fugientem, nemo abstrahere audeat. Item diffiniuit Sanctum Concilium, vt nullus audeant confugientem &c. Vniuersale igitur negatiuum, etiam ecclesiasticos includit, vt in capitu. vnico, extra de natis ex libero ventre, & in capitu. conquerente, in principio, extra de restitutio. spoliat. Item patere legem, &cęt. vt in capitu. cùm omnes, extra de constitutionibus. Ad id, quod dicitur ecclesiasticum Iudicem non imponere pœnam mortis, vel truncationis? Respondeo, quòd de omni pęna loquitur hic text, & apertius Canon, cuius textum ponit glo. (Adde tu glo. in dicto cap. inter alia, in versic. ad pęnam. dicens, quòd interim ab omni genere pœnarum sunt securi, vt in cap. id constituimus, 17. quæst. 4.) Vnde nec glo. nec Innocentius loquitur de pœna, sed de pœnitentia. concordat quod notatur in prædicto cap. de raptoribus. 36. quæst. 1. Hæc omnia Ioannes And. vbi supra, quem ad verbum sequutus fuit Henricus Boich. in dicto cap. inter alia. colum. 4. in principio. Idem docuit Antonius de Butrio in dicto cap. inter alia, colum. 2. in versic. quero quam pœnam euitet hic confugiens ad Ecclesiam? dicens, quòd euitat pœnam corporalem, & sanguinis effusionem: & postea ibidem consecutiuè, refert oīa prædicta verba Io. And. & ipsi se subscripsit: Idem docuit Panormitanus in dicto cap. inter alia, nume. 11. in versicu. sed dubitatur. an Iudex ecclesiasticus possit istum confugientem arcere, refertque ad verbum prædictā sententiam Ioannis And. & addit (in nume. 12.) infrascripta, videlicet. Aduerte quia Io. And. apertè tangit, quid in subdito, vel seruo Domini ecclesiastici, vel in Iudice ecclesiastico, respectu secularis personæ. Et concludit, quòd per istos violenta abstractio fieri non debet; quod mihi satis placet. & allego pro eo, capit. nullus. 17. quæstio. 4. vbi tex. expressè dicit, quòd nullus Clericorum seruum, aut discipulum suum confugientem ad Ecclesiam extrahere audeat, vel flagellare præsumat. hæc ille. idem tacitè docuit glo. in dicto cap. reos sanguinis, in versic. defendat. his verbis vtens, videlicet. Omnes fugientes ad Ecclesiam tenetur defendere, vt 17. quæstio. 4. cap. reum. & hoc verum est, siue rei sint, siue non: nisi in casibus in cap. inter alia, & cap. vltimo, extra de immunit. Eccle. sed illos, qui non fugerint ad Ecclesiam quandoque iuuabit, quandoque non: si enim est spes correctionis: debet eos iuuare, vt in cap. est iniusta, 23. quæstio. 4. Item si iniustè sint condemnati aliqui, omnibus modis iuuabit eos: si autem iustè? tunc temperatè, & non impor tunè iuuabit eos: sed tantum intercedendo pro eis: ne ex indiscreta defensione incidat Ecclesia in malam opinionem, vt in cap. hi, qui. 14. quæst. vltima, & in cap. non inferenda. 23. quæstio. 3. Et licèt teneatur aliquos defendere: non tamen tenetur pro eis bellum mouere, vt in l. addictos supplicio, C. de Episcop. audien. hæc glo. ibi. Idem docuit Archidiaconus, & Cardinalis à Turrecremata in dicto cap. reos. sequentes glos. supradictam. Idem docuit Zen. in Clemen. 1. de pœnitent. & remissio. vt ibidem retulit Ioan. de Imola. idem docuit Cardinalis Zabarell. in dicta Clemen. 1. colum. 2. versicu. septimo quæro, an Episcopus. afferens quòd hoc ipsum latius probauerit in dicto cap. inter alia. quæstio. quinta. Probatur & tertiò præsens ampliatio hac ratione, videlicet, Cùm vnusquisque pati teneatur, quod iuris ipse in alterum statuere, ac exequi intendat, prout docuit text. in capitu. cùm omnes, §. sua. extra de constitutio. vbi hæc habentur, videlicet. [Cùm igitur, quod quisque iuris in alterum statuit, ipse debeat vti eo. & Sapientis dicat auctoritas; Patere legem, quam tu ipse tuleris.] Indè sequitur, quod Iudex ecclesiasticus meritò à iure compellitur non solùm non extrahere inuitum confugam ex Ecclesia, verùm potius ipsum inibi tueri, vt ipsa Pontificia ac Imperatoria iura statuerunt.

Limita dictam primam ampliationem, asseuerando ipsam veram, antequam intercesserit apud Iudicem secularem, & obtinuerit medio iuramento, vel alia cautione validiori, iuxta qualitatem Iudicis, quòd ipsum confugam non puniet aliqua pœna corporis afflictiua, vt sunt mors, mutilatio membrorum, verberatio, carcer, & huiusmodi, & si velit ipsum solùm punire pœna pecuniaria, pro damnis illatis proximo propter crimē perperratum ab ipso confuga: quoniam in tali ca

8 su ipse Iudex † ecclesiasticus tenebitur ipsum cōfugam etiam inuitum tradere ipsi Iudici seculari. hæc limitatio probatur triplici medio. Primo enim per argumentum apertissimum in cap. metuentes Dominos. 17. quæstio. 4. vbi Gelasius Papa his verbis vsus fuit, videlicet. [Metuentes Dominos famuli, si ad Ecclesiæ septa confugerint, intercessiones debent quærere, non latebras: ne hæc ipsa præsumptio tarditatis temeritatem augeat renitendi. Filius etenim noster vir spectabilis Petrus quæritur seruum suum in Ecclesia Sancti Clementis diutius commorari: cui cùm deputasset sacramenta præstari, illum egredi nulla ratione voluisse. & ideo directus supradictus homo de præsenti cum eo, quem elegeris esse mittendum, cùm de impunitate eius sacramenta præbuerit; eum statim facias ad Dominum suum modis omnibus remeare: aut si in hac pertinacia fortè perstiterit, post sacramentum sibi præstitum reddatur inuitus.] hæc ibi. Dixi probari præsentem limitationem per arg. in d. c. metuentes, quoniam & si explicitè non loquaē de criminoso libero, sed solùm de seruo crīi quia eadē ratio militat in vtro que cùm loquatur de seruo criminoso; meritò de criminoso libero idem fuisse ibidem statutum negandum non erit. Idem probatur per textum in capitulo de raptoribus, 36. quæstione prima, vbi hæc habentur statuta in Aurelianensi Concilio primo capitulo quarto, videlicet. [De raptoribus autem id constituendum esse censuimus, vt si ad Ecclesiam raptor cum rapta confugerit, & fœminam ipsam violentiam pertulisse constiterit, statim liberetur de potestate raptoris, & raptor mortis, vel pœnarum impunitate concessa: aut ad seruiendum subiectus sit, aut redimendi, se liberam habeat facultatem. Si verò quæ rapitur patrem habere constiterit, & puella raptorē consenserit, potestati patris excusata reddatur; & raptor patri superioris conditionis satisfactione teneatur obnoxius.] hæc ibi. Ex quibus elicitur, quòd confugiens ad Ecclesiam non poterit condemnari ratione admissi criminis, nisi pœna pecuniaria iuxta qualitatem damni illati ratione criminis perpetrati. Idem probatur apertius per text. in c. reum. 17. q. 4. vbi hæc habentur, videlicet.

videlicet. [Reum ad Ecclesiam confugientem nemo abstrahere audeat, neque inde donare ad pœnam, vel ad mortem, vt honor Dei, & Sanctorum conseruetur, sed Rectores Ecclesiarum pacem, & vitam, ac membra eius obtinere studeant: tamen legitimè componat quod iniquè fecit.] hæc in dicto Canone ex quo probatur apertissimè præsens limitatio, & quòd talis non possit nec carceribus mancipare in pœnam criminis sui: cùm carceratio summopere aduersetur paci ipsius confugæ, cum sit pœna corporalis, sed quòd possit puniri solum pœna pecuniaria, quæ potius dicenda erit satisfactio damni illati, quàm pœna, quod elicitur apertissimè ex verbo illo [componat] vt communis vsus loquendi vsurpauit. Idem apertius probatur per text. in c. diffiniuit sanctum Concilium. 17. q. 4. vbi hæc habentur diffinita in sacro Concilio Toletano duodecimo, cap. 10. videlicet. [Diffiniuit sanctum Concilium, vt nullus audeat confugientes ad Ecclesiam, vel residentes inde extrahere, aut quodcunque nocibilitatis, vel damni, seu spolij residentibus in loco Sancto inferre, sed esse potius his ipsis, qui Ecclesias petunt per omnia licitum in triginta passus ab Ecclesiæ ianuis progredi: in quibus triginta passibus vniuscuiusque Ecclesia in toto circuitu reuerentia defendatur, sic tamen, vt hi, qui ad eam confugiunt, in extraneis, vel longè separatis ab Ecclesia domibus nullo modo abscedant: sed in hoc triginta passuum numero absque domorum extranearum receptaculo progrediendi aditum obtinebunt: qualiter ad requisitę naturæ vsum debitis exeant locis, & nullo teneantur euentu necessitudinis, qui dominicis se defendêdos commiserint claustris. Si quis autem hoc decretum tentauerit violare, & Ecclesiasticæ excommunicationi subiaceat, & seueritatis regiæ feriatur sententia. Ipsos autem, qui ad Ecclesiam confugiunt fecerunt, si iuxta priscorũ Canonum statuta hi, qui eos repetunt sacramenta reddiderint, & Sacerdos Ecclesiæ ipsos ab Ecclesiæ non abstraxerit foribus, aut fuga talium si euenerit, Sacerdoti quærenda est: aut damnorum sententia secundum electionem Principis huiusmodi Sacerdotibus irroganda.] hæc ibi. Idè adhuc apertius probatur per text. in c. id constituimus. 17. q. 4. & est Concilij Aurelianensi primo, c. 3. & 5. vbi hęc habentur, videlicet. [Id constituimus obseruandum, quod Ecclesiastici Canones decreuerunt, & lex Romana constituit: vt ab Ecclesiæ atrijs, vel domo Episcopi reos abstrahere omnino non liceat, sed nec alteri consignare, nisi ad Euangelia datis sacramentis de morte, & debilitate, & omni pęnarum genere sint securi: ita vt ei, cui reus fuerit criminosus de satisfactione conueniat. Quòd si quis sacramenta sua cõuictus fuerit violasse, reus periurij non solum a communione Ecclesiæ, vel omnium clericorum, verum etiam & a Catholicorum conuiuio separetur. Quòd si is, cui reus est noluerit sibi intentione satisfaciente componi & ipse reus de Ecclesia actus timore discesserit ab Ecclesiæ clericis non quæratur. Seruus etiam qui ad Ecclesiam confugerit ꝓ qualibet culpa, si ad non pro admissa culpa sacramentum susceperit, statim ad seruitium Domini sui redire cogatur, & postquam dato Sacramento Domino suo fuerit consignatus: si aliquid pęnę pro eadem culpa, qua excusatur, probatus fuerit pertulisse; pro cõtemptu ecclesiæ, & præuaricatione fidei, à communione, & conuiuio Catholicorũ extraneus habeatur. Si verò seruus pro culpa sua ab ecclesia defensatus Sacramenta domini Clericis exigentibus de impunitate perceperit: exire nolentem à domino liceat occupari.] hæc ibi. Per quæ fuit apertissimè probata præsens limitatio: cum ibi dicatur [Vt ab ecclesiæ atrijs, vel domo Episcopi reos abstrahere oĩno non liceat, sed nec alteri cõsignare, nisi ad Euangelia datis Sacramentis de morte, & debilitate, & omni pœnarum genere sint securi.] Ex quibus verbis elicitur argumentum à contrario sensu: ꝙ inde eliciatur, Rectores ecclesiæ (ad quam reus confugit) teneãtur recepto prius iuramento, ꝙ Iudex secularis nõ puniet, ipsum reum rõne delicti perpetrati pœna capitali, nec pœna mutilationis mẽbrorum, nec carceris, nec fustigationis: cùm ibi dicatur [& omni pœnarum genere.] Quapropter cùm appellatione pęnarum, veniant non solùm pœnæ introductę de iure ciuili, verum etiam introductæ de iure Canonico, quæ ambæ genera pœnarum habet sub se multas species pœnarum: & cùm summopere ad percipiendum verum intellectum dictorum verborum dicti Canonis, scilicet [ab omni pœnarum genere sint securi.] Ex quibus elicit, ꝙ si Rectori videbitur, poterit expetere a Iudice seculari non solum simplex iuramẽtum, verum etiam aliam securiorem cautionem arbitrio suo, habita ratione personæ Iudicis, & qualitatis iã delicti, quàm eorum contra quos tale crimen fuerat perpetratũ. operæpretium duxi post præsentis limitationis probationem ipsa genera pœnarum cum suis specierum hic inserere, vt Iudex tam secularis, quàm Ecclesiasticus sciat quid iurauerit, vel quale iuramentum receperit, & quando illius transgressor fuerit Iudex secularis. Vide ergo ibi: hic tamẽ silentio non prætermittã, quòd ponderanda sunt quoque verba illa dicti c. id constituimus, videlicet. [ita vt ei, cui reus fuerit criminosus de satisfactione conueniat.] per quæ verba patet sacrum Concilium Aurelianense innuisse, quòd dictus criminosus confuga ad Ecclesiam non veniat puniendus aliqua specie pœnarum propriè dictarum, sed solum pœna impropriè dicta, scilicet satisfactionis faciẽdæ de damno, aut iniuria ei, cui talis confuga detrimentum aliquod ex ipso crimine perpetrato intulisset, & si pœna, prout peroptimè docuit quoque Glo. in c. inter alia, in versic. ad pœnam. & in vers. puniendus. ext. de immu. eccles. per me hic paulò post ad verbum referenda. Idem probatur per text. apertissimum in c. inter alia. ext. de immu. eccles. vbi Innocentius Tertius scribens Regi Scotiæ infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. [Inter alia & infra. Tuis quæstionibus respondẽtes iuxta sacrorum statuta Canonum, & traditiones legum ciuilium, ita duximus distinguendum, quòd fugiens ad ecclesiam, aut liber, aut seruus existit: si liber quantumcunque grauia maleficia perpetrauerit, non est violenter ab ecclesia extrahendus: nec indè damnari debet ad mortem, vel ad pœnam, sed Rectores ecclesiarum sibi obtinere debent membra, & vitam: super hoc tamen, quod iniquè fecit, est aliàs legitimè puniendus, & hoc verum est: nisi publicus latro fuerit, vel nocturnus depopulator agrorũ, qui dum itinera frequentata, vel publicas stratas obsidet aggressionis insidijs, ab ecclesia extrahi potest, impunitate non præstita, secundum Canonicas

nonicas sanctiones. Si verò seruus fuerit, qui confugerit ad Ecclesiā: postquam de impunitate sua Dominus eius Clericis iuramentum præstiterit, ad seruitium Domini sui reddire compellitur et inuitus: alioquin a Domino poterit occupari.] hæc in dicto Canone, semper memoriæ retinēdo, & executioni mandando ab omnibus Iudicibus vtriusque fori, & pro veritate præsentis nostræ limitationis erunt ponderanda verba illa ipsiusmet Canonis, videlicet. [Nec inde damnari debet ad mortem, vel ad pœnam, sed Rectores Ecclesiarum sibi obtinere debent membra, & vitam.] quasi diceret Summus Pontifex ibi, quòd non debet confuga ad Ecclesiam damnari ad mortem, vel ad pęnam, scilicet propriè dictam corporis afflictiuā, vt omnes infra referendi Doctores docuerūt: sed efficaciter obtinere debent Rectores membra, & vitam, scilicet tutam, ac liberam, & non carcerib. mancipatam, quæ sine dubio esset aliàs dicenda mors ciuilis, ne dicam mors continua, cum indè homo carceri mancipatus abundet immensis miserijs, & eget etiam minimo auxilio, vt experientia rerum magistra tales in dies docet: & quod dixi efficaciter obtinere debent, &c. probatur, quoniam semper verba vniuscuiusque legis sunt intelligenda cum effectu. vt in c. relatum. ext. de clericis non resid. & quòd dictus Canon loquatur in terminis præsentis limitationis elicitur ex verbis illis ibidem contentis, videlicet [Et hoc verum, nisi publicus latro, &c. q, &c. ab ecclesia extrahi poterit impunitate nō præstita, sm Canonicas sanctiones.] Nam iuxta iuris regulam, exceptio firmat regulam in contrarium. Quapropter dicemus, quòd ex ipso Canone elicitur, quòd licet regulariter ab ecclesia extrahi confuga criminosus non possit, nisi prius obtenta a Rectoribus Ecclesiarum ipsius impunitate a Iudicibus secularibus, iuxta Canonicas sanctiones: tamē hæc regula fallit in publico latrone, & nocturno agrorum populatore, vt in dicto Canone arguendo modo a contrario sensu, dicendum erit: quòd ex ipso Canone habeatur, quòd obtenta a Rectoribus criminosi cōfugæ modo supradicto impunitate, ipsi Rectores tenentur dictos criminosos etiam inuitos assignare, ac effectualiter tradere Iudicibus secularibus, illis tribuendo facultatem ipsos extrahendi. Hæc limitatio probatur & secundò Doctorum sententia: Nam ipsi se subscripserunt infrascripti Doctores, videlicet Glo. enim in d.c. inter alia, versic. ad pęnam. dicit ad pœnam, ab omni genere pœnarum interim sunt securi. 17. quæst. 4. c. id constituimus. & in versic. puniendus. dicit pecunialiter duntaxat, vel alia satisfactione præter pœnam corporalem. 17. q. 4. c. reum. & c. id cōstituimus. & in vers. compellitur, tacitè dicit, quòd præstito iuramento prædicto talis confuga debet cōpelli ad egrediendum ab ecclesia, vt in dicto Canone explicitè habetur. & iccircò dicit. Compellatur 17. q. 4. c. metuentes, & c. id constituimus. & C. de his, qui ad eccle. confu. l. si seruus. quasi diceret nō solum per istum textum hoc præcipitur, sed & per supradicta iura. hęc Glo. illa. Idem docuit Glo. in d. c. de raptoribus. in vers. vel pœnarum. dicens. corporalium a talibus liberatur hic auctoritate Canonum, non autem a pœna pecuniaria, quam sustinet. vt in cap. denique. 36. q. 2. (Adde tu quòd ibi hæc habentur, videlicet. [Denique & puellæ pater illius, quæ vim concubitus nulli desposata pertulerit quinquaginta dragmas argenteas accipiet: ipsa autem in coniugio permanebit] hæc ibi. Idē docuit Glo. notabilis in d.c. reum. dicens ad quid enim impetraret Ecclesia ei vitam si pro eodem crimine postea decapitaretur? Dicas ergo quòd hoc est priuilegium Ecclesiæ, quòd talis a modò, nec vitam, nec membrum perdat, sed quòd aliàs pecuniariter satisfaciat. Vel si hoc non potest, seruiat ei perpetuò quem læsit. vt in c. de raptoribus, 36. q. 1. hæc Glo. illa. Idem docuit Innocentius in d. c. inter alia. interpretando dictum Canonem. in vers. [Ad pœnā corporalem] infrascriptis vtitur verbis, se subscribendo præsenti limitationi, videlicet. Ad pęnam corporalem, idest sanguinis effusionem, posset ta
9 men in Monasteriū detrudi † ad penitentiā agendam. [Ad pœnam] 17. q. 4. c. id constituimus. [Mēbra] idest, promissionem de vita, & mēbris saluandis: etsi necesse fuerit iuramentum, & etiam maiores cautiones. vt in c. litteras. ext. de restitu. spoliat. [Puniendus] pecunialiter, vel aliàs præter pęnam sanguinis. 17. q. 4. c. reū, & c. id constituimus. sed nunquam in carcere mittēdus. hæc omnia sunt verba præcisa ipsius Innocentij vbi supra, ex quibus. Primò elicitur apertissimè ipsum Innocentium approbare præsentem limitationem, in qua diximus talem confugam non fore puniendū pęna aliqua corporis afflictiua, sed pecunialiter, & quòd sit assignandus Curiæ post cautionem congruentem receptam de tale promissum obseruando Secundò, ꝙ non obstant his, quæ diximus inibi, scilicet, ꝙ inde non punietur dictus confuga pęna aliqua corporis afflictiua, vt sunt mors, mēbrorum mutilatio, verberatio, carcer, & huiusmodi. Non (inquam) obstant verba dicti Innocentij supra per me hic recensita, videlicet. Primò, posset tamen in Monasterium detrudi ad pœnitentiam peragendam. Secundò vel aliàs præter pęnā sanguinis. Nam illa verba quibus vsus fuit primò. Posset tamen, &c. à Doctoribus recensitis in probationem ampliationis præcedentis non sic ad sonitum verborum interpretanda fore asseueratur, sed secundum mentem ipsius Innocentij. Nam ibi Innocentius non loquitur de pęna, sed de pęnitentia. & pro hoc facit Glo. in c. de raptoribus. 36. q. 1. quæ videtur innuere, quòd talibus potest iniungi pęnitentia: & quòd ipse Innocentius non loquatur de detrusione propriè dicta, idest de carceratione, comprobabo ex duobus. Primò quia ipsemet Innocentius subintulit hæc verba. [Sed nunquam in carcerem mittendus] nam si per detrusionem in Monasterium intellexisset de pœna carceris ab ipso confuga sustinenda, eum non fiat cū sanguinis effusione, quam videtur ipsum voluisse per dictum text. in d. c. inter alia, omnino fore excludenda: ipse (inquam) Innocentius sibi videretur contrarius, cùm (vt retulimus supra) ferè immediatè dixerit, [sed nunquam in carcerem mittendus] quæ verba si ponderassent tot celeberrimi Doctores, non ita laborassent in exponendis illis verbis ipsiusmet Innocentij supradictis, videlicet. [Posset tamen. &c.] Nam Imola in Clem. 1. col. fin. in versic. quintò. nunquid Episcopus. de peniten. & remiss. limitat dictam sententiam Innocentij dicens veram esse solum, si Monasteriū (in quo ponitur confuga ad pęnitentiam) esset nimis arctum sicut carcer, qui possit reputari perpetuus; Vbi panis angustiæ, & aqua doloris dari possit, &c.

& recitat quoque sententiam Zen. ibidem contrariantem ipsi Innocentio, & sic possunt concordari dictæ opiniones (vt docuit Panormit. in d.c. inter alia, numero 12. versic. sed circa duo.) Nam etsi Innocentius, & Ioannes Andr. in dicto capit. inter alia videantur sentire vnà cum Laurentio, quòd Index Ecclesiasticus fugienti ad Ecclesiam possit indicere etiam inuito pœnitentiam de peccato publico, dummodo inuitus non extrahatur ab Ecclesia, vt sic consulatur pariter immunitati Ecclesiasticæ, & animæ ipsius fugientis. & ratio istius decisionis est (secundum Panormitanum vbi supra) qnoniam immunitas Ecclesiæ non intelligitur concessa in præiudicium animæ. Potest enim quis compelli ad agendum pœnitentiam de peccato publico (vt diximus) vt in c. 1. de spons. & c. fin. 25. q. 6. Nec Ecclesia excusat, cùm hæc pœnitētia imponatur in Ecclesia. vt in c. in capit. dist. 50. Ex his ergo patuit, quòd Innocentius (si benè ponderentur verba ipsius) se subscripsit præsenti limitationi. Nam nec credendum erit, quòd ipse Innocentius per illa verba ipsius [Puniendus pecunialiter, vel aliàs præter pœnam sanguinis.] voluerit docere Iudicem secularem posse talem reū confugam ad Ecclesiam tali cautione præmissa posse punire pro admisso scelere omni alia pœna, præter pęnam sanguinis, quia (vt diximus) sibimet esset contrarius, statim subiungendo [Sed nunquā in carcerem mittendus] cùm pœna carceris non sit pœna sanguinis, (vt patet ad sensum.) Quapropter dicta verba ipsius Canonis [Puniendus pecuniariter, vel aliàs præter pœnā sanguinis] erunt exponenda, prout communiter dicunt Doctores: scilicet vel aliàs satisfaciendo parti læsæ propter crimen perpetratum: vt paulò post referendo sententias aliorum Doctorum dicam latius, cum ex tali confugio ad Ecclesiam sint facti liberi ab omni genere pęnarum, vt docuit textus supra per me relatus in c. id constituimus. 17. q. 4. Idem docuit Hostiensis in summa titu. de immun. ecclesi. §. in quantum, & ad quos. vers. aliàs autem. Insfrascriptis verbis vtens, videlicet. Aliàs autem quātumcunque enorme, seu graue delictum cōmiserint, debent Rectores Ecclesiarum innare sibi vitam, & membra, idonea cautione recepta. arg. in c. ex transmissa. extra de restitu. spoliat. scilicet iuratoria tantum. vt in c. id constituimus. 17. q. 4. sed & fideiussoria, ac pœnali, si timeatur, quòd is, qui eum petit non benè seruaret iuramentum suum. arg. in d. c. ex transmissa. & c. litteras. §. fin. ext. de præsumptionibus. Super hoc autem, quòd iniquè gessit, est aliàs legitimè puniendus. vt in d. c. inter alia. §. si liber. hæc Hostiensis. cuius verba exponenda erunt iuxta interpretationem verborū dicti c. inter alia, & verborum Innocentij. Idem docuit Ioan. And. in d. c. inter alia. col. 1. vers. dicit Host. his verbis vtens, videlicet. In hac constitu-

10 tione delinquunt † Principes, & Prælati: Principes, quia si talis consuga ponit pedem ext. Ecclesiam, statim eum capiunt, si non exit, ipsum obsessum detinent, requiem, vestem, victualia denegando cōtra Canones, & leges allegatas in Glo. Prælati verò in hoc delinquunt: quia quantumcunque fugiens grauia commiserit, ipsum tamen in totum saluare nituntur, ita quòd nullam pœnā pecuniariam patiantur, contra id, quod hic dicitur, & contra bonum iustitiæ, quod est summum. vt in c. cum deuotissimam. 12. q. 2. hæc ibi, & in colum. 2. ibidem. versic. iuramentum dicit. Idem videtur in præcedenti casu, (scilicet de homine libero confuga) nisi in vtroque, quòd non seruaretur iuramentum verisimiliter præsumatur. arg. in c. clericos. ext. de cohabit. cler. & mul. & in c. ex transmissa. & in c. litteras. ext. de restitu. spoliat. quo casu præter iuramentum erit maior cautio exigenda. hæc Ioan. Andr. vbi supra. Ex cuius dictis tria eliciuntur tam ex sua, quàm ex Host. sententia. Primum quorum est, quòd Principes peccant prohibentes ad tales confugas ferri necessaria. Secundum, quòd Prælati tenentur saluare eos quo ad omnem pœnam præter pecuniariam. Tertium, quòd Prēlati ante talium assignationem debent cautionem tutam de seruando iuramento facto (de non puniendo tales, nisi pœna pecuniaria ratione damni illati) exacto à Iudicibus secularibus. Idem docuit Panormitanus in dicto c. inter alia, nu. 8. his verbis vtens, videlicet. Quæritur

11 quia textus dicit, quòd fugiens † ad Ecclesiā est aliàs legitimè puniendus. quæritur qua pœna puniatur? sol. Dicit Glosa in vers. puniendus; quod pecuniariter, vel aliter satisfaciet præter pœnam corporalem. Et idem Doctores communiter hic dicentes, quòd ciuiliter, cum illis agi potest: accusari verò etiam processu temporis non possunt: aliàs modica esset hæc immunitas Ecclesiæ. Dixit tamen Innocentius, ꝙ prætextu huius criminis poterunt repelli à promotione. Aduerte puto, ꝙ ciuiliter, & criminaliter, cum istis agi etiam dum existunt in Ecclesia: dummodo nō consequātur pœnam corporis afflictiuam, vt hic: vbi textus dicit, ꝙ sunt aliàs legitimè puniendi, ergo loquitur de accusatione criminali: hinc post multa dicit Glo. notabilis in c. reum. 17. q. 4. ꝙ priuilegium Ecclesiæ operatur, vt omnino neque vitā perdat, neque membrum: sed aliàs pecuniariter satisfaciat, vel si hoc non potest, seruiat ei perpetuò, quē læsit. arg. in c. de raptoribus, 36. q. 1. quod nota. Ad idem firmat ibi Archid. dicens, ꝙ illa sententia fuit Hugonis, vt fugiens ad Ecclesiam nō debeat amplius puniri pœna mortis, membrorum, vel verberum, sed debet puniri pecuniariter, & satisfacere, & hoc innuit hic iste textus, dum dicit, quòd componat, &c. quod sonat quo ad satisfactionem pecuniariam, non tamen propter hoc negatur secundum Hugonem, quin etiam possit satisfacere, puta, iurando illi fidelitatem, vel præstando aliud seruitium, prout voluit Glo. præallegata. Sed tu considera, quòd text. hic vtitur verbo [puniēdus] & vnum ius debet per aliud suppleri: vnde (vt dixi) poterit puniri ad omnem pœnam præter corporalem: Fateor tamen, quòd poterit cum læso componere, prout eis placuerit. Nam satisfactum intelligitur qualitercunque voluntati creditoris satisfiat, vt in l. si rem. §. omnis. ff. de pignor. actione. Sed ego quæro qualiter mandabitur executioni ista pœna, & qualiter procedetur contra istum ad condemnationem, ex quo est in Ecclesia? Aduerte circa modum procedendi, dico, ꝙ poterit exire Ecclesiam. Nam ex illo solo confugere ad Ecclesiam consequitur immunitatem: vt in c. id constituimus. 17. q. 4. & hic Prælati, tamen de facto violant has immunitates: debent enim a Iudicibus secularibus de vita, & membris seruandis obtinere, vt hic, & dicit Innocentius, ꝙ si necesse fuerit exigere super hoc iuramentum, & etiā maiores cautiones. argum. in c. literas. ext. de restitu.

ftitu.fpoliat.& c.grauem, eat.de fent.cacommun, quod benè nota. Et eo exeunte poterit fieri proceffus, & fententia eaecutioni in bonis mandari, vel poterit aliter componete cum læfo . vt fupra dixi.Si verò nullo modo velit de Ecelefia caire,& fortè timens tirannidem Iudicis fcecularis , nullo modo debet de Ecclefia eatrahi per Iudicem, vel alium.Nam(vt innuit textus) duplex eft immunitas. Prima, vt nullo modo eatrahatur inuitus.Secunda, vt non condemnetur inde ad pœnam corporalem,vt hic,& facit teatus in d.c.reum.& in l. 2.C.de his.qui ad Ecclefiam confugiunt: vbi indiftinctè prohibetur extractio:poterit ergo tunc citari in ecclefia , & tenetur comparere per fe , aut per procuratorem,vt probatur in l.præfenti.C.de his,qui ad eccle.vbi tcatus,& Bart.fi autem noluerit per fe, vel per alium comparere fi lis erat conteftata ante fugam,procedetur ad fententiam pecuniariam,vt hic,& ibi , & mandabitur fententia eaecutioni in bonis. Si autem non erat lis conteftata,procedetur ad primum, & fecundum decretum,fecundum qualitatem caufæ, vt in d.l.præfenti hæc procedunt refpectu Iudicis fecularis, quo ad reum laicum.hæc Panorm.ibi.qui ibidem, fed num.11. concludit,quòd Iudex Ecclefiafticus tali confugæ nolẽti egredi de ecclefia poffit indicere pœnitentiam de peccato eius publico,etiam ipfo inuito : dummodo inuitus non extrahatur ab ecclefia , quia tali pacto confuletur immunitati ecclefiæ , & animæ ipfius : hæc ibi Panormitanus; fed notandum , quòd verba hæc Panormitani erunt intelligenda cum grano falis, & fecundum ipfius fententiam, & non fecundum corticem nudum ipforum verborum: quoniam aliàs effet ipfe Panorm.fibi contrarius,eo quòd ibidem , fed qu. 13. in fine in verf.& ea his omnibus. cùm ibi fubfcribendo fe præfenti limitationi referens fupra fcriptam fententiam Hoft. & Ioan.And.ipfam approbauit his verbis vtens,videlicet.Et ex his omnibus patet fecundum Hoft.quòd contra hanc cõftitutionem delinquunt Principes,& Prælati:Principes , quia fi fugiens ad ecclefiam ponit pedem extra ecclefiam,ftatim eum capi faciunt,& fi non exit,tenent eum obfeffum , & denegant victualia, & quicquid mali facere poffunt,faciunt contra illum.contra l.præfenti. & Canones præallegatos. Prælati verò in hoc delinquunt,quia quantumcunque grauia fugiens commiferit,ipfum tamen feruare in totum nituntur:ita,quòd nullam pœnam pecuniariam patiatur cõtra id,quod hic dicitur, & contra iuftitiam, quæ eft fummũ bonum . vt in c.cùm deuoriffimam.10.q.2.Ideo optabat Hoft.& benè , quòd in hoc , & in alijs vtrique effent fuis terminis contenti.hæc omnia Panorm. vbi fupra. Ex quibus patuit ipfum quoque docuiffe Iudicẽ Ecclefiafticum teneri(recepta cautione de nõ imponenda pęna corporali ipfi confugæ a Iudice fecnlari) ipfum confugam remittere dicto Iudici feculari puniendum pœna pecuniaria, vt fic parti læfæ poffit fatisfieri de damno illato ab ipfo. Ex quibus etiam elicitur apertiffimè ipfum fe fubfcripfiffe præfenti limitationi,& quòd illa verba(quibus ipfe vfus fuerat paulò antè, fcilicet in eodem c.inter alia.nu.12.dicendo,quòd Iudea Ecclefiafticus nullo pacto deberet talem confugam ad ecclefiam,ea ipfa inuitum extrahere)fint intelligenda fecundum mentem ipfius poftea eapreffam, fcilicet ante receptam tutam cautionem a Iudice feculari de ipfo confuga non puniendo pęna corporali:fed folum pecuniaria in fatisfactionẽ damni illati:quod & colligitur qnoque ea eo,quòd ipfe retulit fententiam fupradictorum Canonũ,qui hoc expreffè præceperunt, vt ea ipforum tenore hìc paulò ante relato a me patuit.Idem docuit tacitè Antonius de Butrio in d.c.inter alia. Primò cùm in col.1. verf. Nota, quòd confugiens.his verbis vtatur,videlicet : Nota , quòd confugiens ad Ecclefiam, totalem non confequitur immunitatem: fed pœnam corporis, vel membri debilitationem,ac mortem non fuftinet. Et fic nota,quòd propriè illa dicitur pœna ftrictè, quæ infert dolorem corporis,vel membri diminutionem. hæc ille.Secundò cum referat fententiam Innocentij,& ipfi fe fubfcripferit(illi non aduerfando) qui præfenti limitationi fe fubfcripfit, vt patuit fuperius ea eiufdem Innocentij verbis a me relatis. Idem docuit Archid.in d.c.reum , in verf.in eadẽ Glo. ibi,nec membrum.Infrafcriptis vtens verbis,videlicet,hæc fuit fententia Hugonis dicentis, quòd fecurè tenendum eft , quòd omnis pęna corporalis,fcilicet mortis , & membrorum , & verberum debet remitti ea toto ; fed reneturad pœnam pecuniariam,fecundum quod iniuriam, vel damnũ intulit , & in hoc cafu intelligitur hoc capitulum infra eo.c.id conftituimus. & hoc notatur per id, quod dicit hoc capitulum. [Componat]eft enim componere pro damno dato,vel offenfa.vel iniuria pecuniariter fatisfacere.Non tamen negandũ eft quin , & alia fatisfactione fatisfacere poffit, dummodo fiat præter corporalem,puta, iurando fidelitatem,vel feruitium præftando, vt hic dicit Glo. fed de corpore de eætero nũquam punietur pro illo crimine,pro quo fugit ad ecclefiam.arg. infra eo.c.id conftituimus. & ita quantum ad pœnàm corporis ecclefia præftet ei immunitatem, non quo ad aliam, fecundum Hugonem.hæc Archid.vbi fupra,qui(breuius tamen)eadem repetic in d.c.id conftituimus. qui rurfus de cadem materia loquens in c eos.dift.87.infrafcriptis verbis vtitur,videlicet eos tradi,ideft ad pœnam corporalem , vel tradi antè præftitum iuramentum de impunitate corporali, quo præftito reddi debet, fi non vult eaire,occupatur a Domino. hęc ille. qui idem docens in d. c. de raptoribus, in verf.in prima Glo.ibi liberatur, infrafcriptis vtitur verbis,videlicet, & hoc propter fauorem, & priuilegium ecclefiæ:non autem liberatur a pecuniarijs: debet enim componere quod iniquè commifit, 17.q.4.c.reum. & c.id conftituimus. & dift.87.c. eos qui.& hic eft argumentum eapreffum,quòd fugientes ad ecclefiam liberatur ab omni pęna corporali, quæ a Iudice erit inferenda ; & eft contra opinionem multorum,& contra leges,quibus hic ora claudnntur.hæc ille. Idem docuit Cardinalis a Turrecremata in d.c.de raptoribus in verf.[Pęnarum.]his verbis vtens,videlicet corporalium,a quibus pęnis propter fauorem,& priuilegium ecclefiæ liberatur , non autem a pecuniarijs:debet enim componere quod iniquè commifit , vt in c, reum.17.q.4.& eft hic argumentum expreffum,quòd fugientes ad ecclefiam liberantur ab omni pęna corporali,quæ a Iudice effet inferenda. Et eft cõtra opinionem multorum , & contra leges.quib. hic ora clauduntur. hæc ille, vbi fupra,qui idem docens in d.c.reum . diait talem confugam non poffe puniri a Iudice aliqua pœna corporali : fed tenę-

tenebitur satisfacere damno illato pecuniariter.
Idem in d.c. id constituimus, dicit recepto iura-
mento a Rectore Ecclesiæ (ad quam criminosus
confugerat) de impunitate ab omni pęna corpo-
rali dictum confugam esse omnino actualiter tra-
dẽdum, vel Iudici, vel Domino suo, si esset seruus.
& addit, dicens. Nota, quòd sacramentum debet
præstari non solum pro impunitate fugæ ad Ec-
clesiam, sed etiam criminis commissi, pro quo fu
git. vt in d.c. reum. & in d.c. de raptoribus. hæc il
le, qui idem docens in c. eos. dist. 87. dixit, ꝙ tales
confugas ad Ecclesiam non oportet trahi ad pœ-
nam corporalem, vel tradi ante præstitũ iuramen
tum de impunitate corporali, quo præstito reddi
debet, si non vult exire, occupatur a Domino. ar-
gum. in d.c. reum, & c. id constituimus. hæc ille.
Idem docuit Præpositus in d.c. eos. dicens talem
confugam ad Ecclesiam esse immunem a pœna
corporali, & quòd debeat tradi ante præstitum
iuramentum de impunitate. Idem docuit Gemi
nianus in d.c. eos. vtens ijsdem verbis Prępositi su
pra relatis. Idem docuit Bossius in sua praxi crimi
nali. titu. de delicto, nu. 24. Idem docuit Syluester
in summa vers. immunitas, tertio §. quarto quæri-
tur. Probatur & tertiò præsens limitatio hac ra-
tione, sicut enim non decet Iudices seculares ta-
les confugas inuitos extrahere ex Ecclesia, ne ĩn-
dè iniustè priuent Ecclesiam sua immunitate: sic
nec decet rectores Ecclesiarum (recepto iuramen
to, ac sequuta cautione de ñon imponenda cor-
porali aliqua pęna, talibus confugientibus ad Ec
clesiam ipsos non tradere Iudici seculari, vt pecu
niariter satisfaciat damnificatis per eos, ne tales
sine sua culpa priuentur rebus suis. Quapropter
patuit ex allatis veritas præsentis limitationis.
12 Etsi verissima comprobata fuerit † præsens li-
mitatio, tamen contra ipsam quis posset insur-
gere ductus sententia Aegidij Bossij in sua pract.
crim. titu. de captura, nu. 24. vbi postquam subscri
psisset præsenti limitationi, addidit infrascripta,
videlicet si tamẽ delictum esset graue, magis con
ueniret ei procedere ad suam pœnam, quàm hoc
modo punire, & ita hoc mane factum est in Sena-
tu (scilicet Mediolan.) tamen Iudex ex auctorita-
te sua debet talem extrahere ab Ecclesia, licet ve
lit tantum pœna pecuniaria punire, sed auctori-
tate Ecclesiæ, vt vides. Hæc Bossius, vbi supra. Cui
13 quamfacillima erit responsio. † Nam animaduer
tendum erit ipsum consulto non dixisse Episco-
pum ad hoc teneri, sed ei magis conuenire, quasi
posset, si vellet vt delicta atrociora atrociori pu-
nirentur ad terrorem aliorum, & vt sic bono com
muni consulerentur hoc solo respectu: Quod ta-
men omnino negamus: cùm Episcopi sit seruare
sacros Canones, & potius expugnare violatores
immunitatis Ecclesiasticę, & illis obuiã ire totis
nixibus, quàm tale quid dissimulando præiudica-
re priuilegio Ecclesijs concesso a Deo, tot Impe-
ratoribus, ac Summis Põtificibus, eo magis quàm
aliquatenus punitur talis confuga, scilicet pœna
pecuniaria: stantibus etiam tot iurium, ac Docto
rum auctoritatibus supracitatis.
Amplia secundò præcedentem primam cõclu-
sionem, dicendo, ꝙ contenta in ea locum etiã ha-
14 bent in eo, qui commisit † homicidium simplex,
& appello homicidium simplex non solum illud,
quod commissum est casu, culpa tam leui, quàm la
ta, verum etiam quod fuit perpetratum mediante
dolo nulla tamen animi deliberatione ex inter-
uallo præcedente. Nam dolosum homicidiũ pro-
priè dicitur (vt docet Iulius Clarus in sua praxi
15 crim. §. homicidium. vers. dolosum autem †) quan
do quis animo aliquem occidendi, illum interfi-
cit: dicitur tamen simplex homicidium (vel annui
mus) quando huiusmodi deliberatio illum occi-
dendi animum occidentis ex improuiso, non ex
interuallo præcessit in homicida: sed in rixa, vel
calore iracundiæ superuenit, vtputa, si quis casu
obuiam habuerit inimicum suum, & ira commo-
tus illum interfecerit, & nõ apparuerit aliquo si-
gno, quòd antea deliberasset illum interficere.
Nam huiusmodi homicida simplex gaudebit hac
immunitate Ecclesiæ (de qua sermo fuit in ipsa
prima conclusione.) Hæc ampliatio probatur tri
plici medio. Primò enim omnibus iuribus ci-
tatis, ac ad verbum relatis in probationem di-
ctæ conclusionis primæ. Cum inibi contineatur
vtique pręsens ampliatio, eo quòd generaliter ibi
dicatur, & fuerit probatum, ꝙ omnes quocunque
grauissimo crimine commaculati confugiẽtes ad
Ecclesiam gaudent immunitate ipsius. Necnon
& per argum. in c. 1. ext. de homic. vbi hæc repe-
riuntur canonizata ex lib. Exodi, videlicet [Si qs
per industriam occiderit proximum suum, & per
insidias, ab Altari meo euellas eũ, vt moriatur.]
hæc ibi. Dixi probari præsentem ampliationẽ per
argum. in d.c. 1. quoniam etsi inibi secundum cor
ticem contenta in præsenti ampliatione non re-
periantur. Tamen benè continentur in sententia,
& secundum mentem ipsius arguendo a contra-
rio sensu, & ab exceptione: cùm exceptio firmet
regulã in contrariũ: sic arguendo. si ibi solus euel
li ab ecclesia, vt moriatur pcipiatur is, qui aliquẽ
interfecit per industriã, & insidias. Indè ergo se-
quitur, ꝙ is, qui quodcunque aliud homicidium
commiserit non per industriam, nec per insidias
non poterit euelli ab Ecclesia, sed ibi permanebit
tutus sine periculo mortis, & capturæ ab aliquo
Iudice. Dixi & [ab exceptione,] quoniam cum
in iure Canonico (cui standũ erit in præsenti ma-
teria, vt omnes ferè Doctores asseuerant) reperian
tur solum tres alij casus (de quibus latius infra) sci
licet. Primus mutilans, vel occidens intra eccle-
siam, vt in c. fin. de immun. eccles. & secundus, Pu-
blicus latro in stratis, & tertius Nocturnus depo-
pulator agrorum. vt in c. inter alia. ext. de immu-
nit. Eccle. Inde sequitur quòd homicida (de quo
dicitur in præsenti ampliatione) gaudeat immu-
nitate ecclesiæ. Probatur & secũdò Doctorum au-
ctoritate (vltra citatos in dicta prima conclusio-
ne) infrascriptorum Doctorũ, qui specialiter hãc
docuerunt ampliationem. Innocentius enim con
uincitur hoc docuisse in c. inter alia. vers. quãuis
posset dici. ext. de immunit. eccle. qui eo ipso, ꝙ
ibi his vtatur verbis, videlicet. Quamuis posset di
ci, ꝙ quicunque insidiosè offendit, hoc priuilegio
non gaudet, quia non debet gaudere priuilegio,
qui committit in legem. hæc ille. arguendo modo
a contrario sensu apertissimè inde elicitur ipsum
implicitè docuisse, quòd homicida, qui aliquem
insidiosè non interfecerit, gaudebit immunitate
ecclesiæ. Idem docuerunt Ioannes And. Anton. de
Butrio, Panormitanus, Marianus Socinus, & Feli-
nus in d.c. 1. cõfutantes dictum Glo. in d.c. 1. vers.
per insidias. dicentis, ꝙ per dictum tex. omnis ho
micida priuaretur immunitate ecclesiæ, cuius ta-
men

men dictum Felinus ibidem, col.2.versic.in glo. in fine limitat dicens ipsum solum verificari in homicidio proditorio (de quo infra dicetur.) Idē docuit Ioan.de Ana. in d.c.1.col.2. vers.in eadem Glo.in fine. Idem docuit Didac. Couarruuias in lib.2.variarum resolut.cap.20.nu.7. In his profectò casibus, qui hāc doctrinam, ac sententiam vocat de iure veriorem, Idem docuit Alex. in consi. suo 175. per totum lib.7. idem docuit Bossius in sua praxi crimin.titu.de captura, nu.21. Idem docuit Iulius Clarus in sua praxi crimin. lib.5.§.fin. quæst.30.vers.scias tamen, quòd hæc conclusio. Addens, ꝙ hæc consuetudo ab omnibus obseruetur: prout etiam illā iussit seruari Senatus, in quodam Augustino Palmerio die 15. mensis Februarij anno salutis 1550. Idem docuit Ang. in tract. de maleficijs. in vers.quòd sama publica 59. Nam ibi postquam dixerat, & probauerat, ꝙ de iure ciuili quisque confugiens ad ecclesiam propter crimina atrociora, vt propter homicidium, raptum virginum, & similia possit auferri ab ecclesia, subinfert dicens: Et prædicta procedunt de iure ciuili. De iure verò Canonico ecclesia cum suo cęmiterio habent immunitatem præterquam, quando in eis aliquis occiditur, vel membrum mutilatur, & postea in Ecclesia aufugit. vt in c.fin. ext.de immun. eccles.ita dicit Saliccetus in Aucten.si quis ei.C.ad l.Iul.de adult. tenet etiam quòd fortè per rationem positam in d.c.fin.potest extendi ad quodlibet delictum, per quod ecclesia violatur. Itē quando esset latro publicus, qui homines in stratis publicis inuadit, vel quando esset agrorum depopulatur. vt in c.inter alia.ext.eod. titu.& notat Glo. ibidem. quod dicit esse notabile propter alius, qui sunt de terris Ecclesiæ, quia in illis seruatur ius Canonicum, vt notat Glo. in c.2.de arbitris, in sexto. hæc omnia Ang. vbi supra, cuius sententia quidem, etsi nō probetur præsens ampliatio quo ad sui generalitatem, tamen negari non poterit, quin saltem approbet ipsam quoad illos, qui sunt de dominio Ecclesiæ, quamuis meo iudicio melius egisset, si astipulatus fuisset illi etiam quo ad sui generalitatem, comprehendendo quoque eos, qui sunt de dominio Imperatoris, Regum, & cæterorum Principum secularium: cùm & ipsi Principes debeant potius exequi Sanctiones Ecclesiasticas, & violatores punire, quàm transgredi, irreuerentiam exhibēdo sacrosanctis Ecclesijs, & earum priuilegia contemptui habendo: vt peroptimè, & Catholicè annuit Bossius in sua praxi crim. titu.de captura, nu.21. vers.quæro an in ecclesia sit licitum capere delinquentem? dicit non, esse licitum capere etiam homicidam, etsi de iure ciuili liceat. vt in Aucten. de mandat. Princip. & in l.2. C.de his, qui ad eccles. consu. vbi hoc docuerunt Glo.& Doctores: tamen de iure Canonico per c. inter alia.& c.fin.extr.de immun.eccles.& per Doctores ibidem aliter obseruatur: Nam tales gaudent immunitate Ecclesiæ, & ita seruatur a Iudicibus Deum timentibus: quicquid dixerit Practicus Papiensis in forma Inquisitionis in prima Glo. vers, ex his potest non improbabiliter quæri: hæc Bossius ibi: ex quibus patuit ipsum se subscripsisse præsenti ampliationi, cui & August.de Arimino in addit. super Ang. in tract. de males.loco supracitato, vers.tu autem in hac materia astipulatus fuit se subscribēdo omnibus ferè Doctorib. per me citatis in probationem primæ conclusionis, qui hoc ipsum explicitè docuerunt. Vide ergo ibi. Idem rursus idem Augustin. confirmauit eodem modo ibidē. in vers.in scalis Sancti Petronij, nu.2.vers.tu autem in hac materia.

Probatur & tertio præsens ampliatio hac ratione, videlicet. Cum.n.odia sint restringenda, & fauores ampliandi, vt in c.odia, & in c in pęnis. de regu.iuris in sexto, & odium, ac pœnale sit valde Christianum priuari immunitate Ecclesiarum in casu, in quo ipsum priuandum fore iure Ecclesiastico cautum non est: inde sequitur, ꝙ homicida (de quo in præsenti ampliatione sermo habetur) gaudet immunitate ecclesiæ, cùm nullo iure Pontificio caueatur contrarium.

Amplia & tertiò dictam primam conclusionem
16 in eo, qui homicidium commisit † voluntariè, & appensatè, seu præuia plena deliberatione nulla interueniente pecunia, sed pro propria vlciscenda iniuria, vel alia quauis iniusta causa: sine tamen proditione, vel modo proditorio, seu per insidias: (de quo infra dicetur.) Nam hic talis homicida confugiens ad ecclesiam gaudebit immunitate ecclesiæ. Hæc ampliatio probatur triplici medio. Primo per arg. in omnibus iuribus Pontificibus citatis in probationem primæ conclusionis. arguēdo a speciali, iuxta regulam illam vulgatissimam (de qua latissimè loquuti fuimus supra in sua quæst.) exceptio firmat regulam in contrariū: cū inibi casus in p̄senti ampliatione decisus non reperiatur exceptus, vt patuit ibi ex tenore dictorum Canonum necnon per arg. in c.1. ext.de homicidio. arguendo eodem modo, quo arguimus, & interpretati fuimus in pręcedēti ampliatione, iuxta communem intelligentiam, cum inibi excipiantur ab immunitate ecclesiæ solum is, qui per insidias, & industriam aliquem occiderit: & quando quis talis homicida sit dicendus latius dicetur infra paulò post in limitatione. Probatur & secundo præsens ampliatio auctoritate Doctorum quamplurimorum ex citatis in d.conclusione prima, imò & omnium Canonistarum tam in dictis iurib. inibi citatis, quàm in c.1.ext.de homicidio. nec non infrascriptorum Doct. Nam huic ampliationi specialiter se subscripsit ex Canonistis Didacus Couarruuias, qui (in lib.2.variar.resolut.c.20. nu.7. §.in his profectò casib.) postquam retulisset nonnullos Doct.qui aduersantur præsenti ampliationi, se subscribens Panor.sententiæ in d.c.1. qui præsentem ampliationem docuit ad verbum, asseruit hanc esse veriorem sn̄iam, licet (vt veridicus Doctor) addiderit hæc verba, videlicet. Et si p̄p auctoritatem dictorum Doct.contrarium sępissimè fiat. hæc ille. Ex quib. apertissimè elicitur ipsū confutasse sententiam Bart. & sequacium docentium contrariū. Idem docuit Bossius in sua praxi crim.titu.de captura, nu.21.& ante ipsum Alex.in consi.175.per totum.lib.7.& in consi.145. nu.4. 6.& 11.libro 7.dicens se ita consuluisse in contingentia facti dicens hoc esse secundum communem opinionem, Idem docuit Conradus in sua practica crimin. fol. 268. num.6. in fine. sequens dictum Alexan. vbi supra. Idem docuit Blancus in sua practica crimin. fol.4. num.26. dicens hanc opinionem obseruari. Idem explicitè docuerunt Canonistæ in dicto cap.1. inter quos est Marianus Socinus, qui in num.3. & in tract.de cita. articulo 17. quæst.6. colum.1. dicit præsentem ampliationem communiter approbari, & cōtrariam

repro-

reprobari. Non negamus tamen contrariæ ſententiæ quamplurimos Doctores ſe ſubſcripſiſſe, cui non me ſubſcribam ſtantibus tot, tantiſque Pontificijs iuribus, citatis in prima concluſione, regulam generalem tradentibus, quòd omnia crimina includat dicta immunitas, exceptis ibi expreſſis: nec dictæ regulæ, & præſenti ampliationi aduerſatur (vt aliqui arbitrantur) tex. in d.c. 1. vbi hæc habentur, videlicet: [Si quis per induſtriã occiderit proximum ſuum, & per inſidias, ab Altari meo euellas eum, vt moriatur.] hæc ibi. Dixi ꝙ dictus textus non obſtaret præſenti ampliationi: quoniam communiter a Doctotibus ibidem intelligatur eum committere homicidium per induſtriam, & inſidias, qui proditorium committit homicidium, non autem eum, qui voluntariè, & appenſatè cõmitteret homicidium. Nec obſtat huic ampliationi id, quod docuit Iulius Clarus in ſuà praxi. quæſt. 30. verſ. punctus eſt. dicens, ꝙ ſententia contraria ſit magis communis, & tradat, quòd ita fuerit iudicatum per Senatum Mediolanenſẽ ſæpiùs, cùm per ſe pateat huic ampliationi fauiſſe tot iura allata in dicta prima concluſione, & ita obſeruari debeat a Iudicibus Deum timentibus, vt docuit Boſſius vbi ſupra. Et hæc ampliatio de iure cõmuni veriſſima comprobatur ſupradictis auctoritatibus: Tamen hodie contrarium eſt verius, ſtante dicta extrauagante Gregorij XIIII. in qua contrarium fuit deciſum, vt latius ibi.

Probatur & tertio præſens ratione allata in probationem præcedentis ampliationis. Vide ergo ibi.

Amplia & quartò contenta in prima concluſione, dicendo ipſam locum habere de iure cõi tam
17 in eo, qui per pecuniam commiſiſſet † homicidiũ voluntarium, quàm in eo, qui illud fieri mãdaſſet: etſi non verificetur in illis, qui per aſſaſſinos illos infideles aliquem occidiſſent, de quib fit ſermo in c. 1. de homicidio in ſexto, niſi ſimul, & proditorium ſit homicidium ipſum. Hæc ampliatio probatur triplici medio. Primo. n. per omnia iura, & Dnct. citatos in probationẽ ampliationis ſecũdę, & tertiæ, vide ibi. Idẽ docuit (poſt multa notatu digniſſima) Didacus Couarruuias in lib. 2. variar. reſolut. c. 20. nu. 10. verſ. ſeptimò vt ad inſtitutum.

Licet de iure communi verificetur ampliatio quarta: ſecundum Couarr. Hodie tamen vera non eſt, quoniam Gregorius Decimusquartus in Conſtitutione ſua ædita in anno ſalutis 1591. de menſe Iunij declarauit huiuſmodi aſſaſſinos, ſeu homicidia perpetrãtes, mediante pecunia non frui immunitate Eccleſiarum: Quapropter huiuſmodi aſſaſſini confugientes ad eccleſias poſſe extrahi a Curia ſeculari.

Amplia quintò precedentem concluſionem primam, dicendo, ꝙ non ſolùm confugiẽtes ad eccle
18 ſiam † conſecratam, tali immunitate gaudebunt, verum ẽt confugientes ad eccleſiam non conſecratam, cultui tũ, & miniſterio Diuino dicatã, & in qua Diuina officia celebrantur. Hæc ampliatio probatur duplici medio. Primò. n. per text. apertiſſimũ in c. eccleſiæ. ext. de immun. eccle. vbi Gregorius Nouus infraſcriptis vſus fuit verbis, videlicet. [Eccleſia, In qua Diuina miſteria celebrãtur, licèt adhuc non extiterit conſecrata, nullo iure, nullo priuilegio immunitatis adimitur, quia obſequijs Diuinis dedicata nullius eſt temerarijs auſib. profananda. Hæc in d. Canone. Probatur & ſecundò præſens ampliatio Doct. auctoritate. Nam infraſcripti Doct. quam libẽtiſſimè ſe ſubſcripſerunt, videlicet, Glo. in d.c. eccleſiæ. in verſ. adimitur. his verbis vtens, videlicet, ſic ergo patet, ꝙ eccleſia conſecrata eodem gaudet priuilegio, quo & conſecrata ratione Diuini officij, quo ad priuilegium immunitatis. Et confugientes ad ipſam, priuilegium immunitatis, ac ſi conſecrata eſſet, habebunt. Hæc Glo. illa. Idem docuit Innocẽtius in c. inter alia, extra de immunitate eccleſiæ. Nec non & idem docuit Hoſt. in ſumma. titu. de immunit. eccle. §. inquantum. verſ. quid ſi eccleſia. Idem docuit Goffr. in ſumma titu. eo. col. 5. verſ. hoc priuilegium emunitatis. Idem docuit Io. And. in d.c. eccleſiæ. Idem docuit Ant. de Butrio in d.c. eccleſia. Idem docuit Pan. in d.c. eccleſia. Idem Sylueſter in ſumma, verſ. immunitas, primo §. 1. & verſ. immunitas, tertiò §. 1.

Limita dictam quintam ampliationem, dicẽdo
19 ipſam veram, ſi fuerit ædificata d. eccleſia † nondum conſecrata (ad quam confugit dictus criminoſus, vt in concluſione præcedenti) auctoritate Epĩ, vel Archiepĩ Diœceſani, vel Summi Põtificis, vel alterius ordinarij, aliàs ſecus. Hæc limitatio probatur triplici medio. Primò enim per arg. in c. ad hæc. ext. de Religioſis domibus. Vbi Vrbanus Papa Tertius ſcribens Epiſcopo Ariminenſi infraſcriptis vſus fuit verbis, videlicet. [Ad hæc & infra: Inquiſitioni tuæ taliter reſpondemus, quòd ſi locus ad hoſpitalitatis vſum, & pauperum prouiſionem fuerit (ſicut moris eſt) auctoritate Pontificis deſtinatus, cùm ſit Religioſus, non debet mundanis vſibus deputari, ſicut de veſtibus, & ligneis vaſis, & alijs vtenſilibus ad cultum Religionis per Põtificem deputatis antiqua conſuetudo indubitanter obſeruat, & venerabilium patrum edocent ſanctiones.] hæc ibi. Dixi probari præſentem limitationem per argumentum in dicto capit. ad hæc, quoniã etſi ibi nulla fiat mentio de eccleſia non conſecrata, ædificata auctoritate Pontificis alicuius, ſed ſolùm de hoſpitali auctoritate Pontificis ædificato, ſeu deſtinato: nihilominus cùm militet eadem prorſus ratio in eccleſia ædificata auctoritate Epiſcopi: Iccircò dicendum erit, quòd ſicut tale hoſpitale dicitur locus Religioſus non conuertibilis ad profanum vſum: ſic & eccleſia non conſecrata, ædificata tamen auctoritate alicuius Pontificis, & ſicut hoſpitale huiuſmodi gaudet immunitate Eccleſiaſtica, (vt paulò poſt probabitur, ſic & eccleſia non cõſecrata, fundata tamen auctoritate Epiſcopi. Idem probatur per arg. in c. nemo eccleſiam. de conſecrat. diſt. 1. vbi hæc habentur, videlicet. [Nemo eccleſiam ædificet, antequam Epiſcopus Ciuitatis veniat, & ibidem Crucem figat, publicè atrium deſignet, & ante præfiniat, qui ædificare vult, quæ ad luminaria, & ad cuſtodiam, & ad ſtipendia cuſtodum ſufficiant, & oſtenſa donatione ſic domũ ædificet.] hæc ibi. Idem probatur per argumen. in Authen. de eccle. titu. §. ſi quis autem. vbi hæc habentur, videlicet. [Si quis autem voluerit fabricare venerabile Oratorium, aut Monaſterium præcipimus non aliter inchoandam fabricam, niſi locorum ſanctiſſimus Epiſcopus orationem ibi fecerit, & venerabilem fixerit Crucem.] hæc ibi. Idem probatur per argumentum in Authen. vt nullus fabricet orat. dom. ſine licen. Epiſcopi, §. ſancimus igitur, vbi hæc habentur, videlicet. [Sãcimus

Oon igitur

Igitur præ omnibus quidem illud fieri, & nulli li-
centiam esse neq; Monasterium, neq; Ecclesiam,
neq; orationis domū incipere ędificare antequā
ciuitatis Deo amabilis Episcopus orationē in lo
co faciat, & Crucē figat, publicum processum ibi
faciens, & causam manifestam omnibus statuēs,
Multi.n. simulātes fabricare quasi orōnis domos,
suis medentur languorib. non Orthodoxarum Ec
clesiarum ędificatores facti, sed speluncarum illi-
citarum.] hæc ibi. Dixi probari per arg. in d.c.ne
mo, & in d. Authen. de eccle. titu. §. si quis autem;
quoniam etsi explicitè, & ad litteram non probe
tur præsens limitatio, bene tamen implicitè: cùm
ex dictis Canone, & lege eliciatur, quòd ecclesia
non sit ædificanda sine consensu Epi, ac per conse-
quens, ꝙ ecclesia nulla dici possit, nisi ipsa ędifi-
cata fuerit de cōsensu Epi: si ergo talis ædificatio
dici non possit ecclesia: indè sequitur necessario,
ꝙ vt tale ædificium possit frui immunitate eccle-
siæ, opus erit, ꝙ in ipsius ędificatione concurrat
consensus Epi, ac per consequens ecclesia ædifica
ta sine Epi consensu nullo pacto fruetur immuni-
tate Ecclesiarum: Quapropter criminosus confu-
giens ad illam poterit inuitus etiam a Iudice se-
culari extrahi, ac si se recepisset in quemcunque
alium locum prosanum. Probatur & secundò præ
sens limitatio auctoritate Doct. Nam ipsi se sub-
scripserunt implicitè oēs Doct. citati in preceden
ti secūda ampliatione, cū simpliciter dixerint ec-
clesiā non consecratam frui immunitate ecclesię:
quod elicitur ex eorum intentione, eo ꝙ non sit
verisimile ipsos doctissimos viros latere, quòd il-
20 lud solùm ędificium † dici possit ecclesia, quod
ad id fuerit destinatum ab Episcopo, vt latius in
subsequenti ampliatione probabitur per relatio-
nem sententiarum ipsorum: Vide ergo ibi: expli-
citè verò se subscripserunt præsenti limitationi
infrascripti Doctores, Innocentius in c. inter alia,
cùm ibi dicit ecclesiam non consecratam frui im
munitate ecclesiæ, dummodo auctoritate Episco
pi sit ædificata: cùm etiam fiant Diuina officia in
ecclesia non consecrata. vt in c. penult. ext. de im
munit. eccle. & maximè cùm hoc habeat consuetu
do, quæ quia pia est, obseruanda est. vt in c. ad A-
postolicam. ext. de simonia. Idem docuit Ioannes
And. in c. ecclesia. ext. de immun. eccles. sequens
Vincentium dicentem, quòd priuata oratoria cō-
structa auctoritate Episcopi gaudent tali immu-
nitati. vt in c. si hospitali. ext. de eccle. ædif. vel re-
par. qui rursus idem docuit in c. fin. ext. de censi-
bus. col. 1. vers. Host. dicit contrarium. Vbi sequi-
tur ipsum Host. hic, & d.c. penult. ext. de immun.
eccle. Idem docuit Panormitanus in d.c. ecclesia.
Notabili primo, dicens nota primò, quòd appel-
21 latione ecclesiæ venit ecclesia, † quæ nondum est
consecrata. & probatur, capitulo finali. ext. de cō-
secrat. eccles. vel alt. sed dic hoc procedere largo
sumpto vocabulo: strictè autem, & propriè voca-
batur basilica antè consecrationem: post consecra
tionem verò assumit nomen ecclesiæ, & in nota-
bili quinto. ibidem dicit. Nota quintò argumen
tum bonum. Priuilegium ecclesiæ simpliciter col
latum extenditur ad Basilicam, idest Ecclesiam
nondum consecratam: facit l. penultima, ff. de mi-
lit. testam. vbi habetur, quòd de proximo mili-
tandus gaudet priuilegio militum, ideo cùm hæc
Basilica sit irreuocabiliter obsequijs Diuinis de-
dicata, & de proximo consecranda gaudere de-
bet priuilegio Ecclesiarum consecratarum. Nota
vltimò rationem huius textus ibi. [Quia obse-
22 quijs Diuinis dedicata.] Quare Ecclesia † non-
dum consecrata gaudet priuilegio immunitatis.
Fundat enim textus se super ea ratione, quia ob-
sequijs Diuinis est dedicata. & sic videtur, quòd
sufficit sola deputatio alio nondum accedente.
hæc ille. Ex cuius verbis patet ipsum se subscri-
psisse præsenti limitationi quod & adhuc clarius
fecit in capitulo finali. extra de censibus, vtendo
his verbis, videlicet cognoscitur oratorium ab ec
clesia (secundum Doctores) quòd ecclesia est illa,
quæ principaliter deputatur ad celebrationem,
& ad orandum, ac etiam consecratur per Episco-
pum, & constituitur sibi dos pro ministris, & cul
tu Diuino, vt in d.c. nemo. Oratorium verò non
consecratur, nec constituitur sibi dos, nec princi-
paliter fit, vt ibi celebretur, sed vt ibi oretur: vn-
de sine licentia Episcopi non est in istis oratorijs
priuatis celebrandum. vt in c. vnicuique, cum c.
sequenti. de consecrat. dist. 1. Nec possunt habere
campanam publicam. vt in c. patentib. Dicit ta-
men Innocentius, quòd si is, qui habet oratorium
priuatum non honestè illud tractat potest Episco
pus illud facere destrui: argum. in c. omnes Basili-
cæ. de consecrat. dist. 1. quod nota. & ex his infer-
tur ad aliam quæstionem, nunquid ista oratoria
gaudeant immunitate Ecclesiastica, & commu-
nis conclusio est, quòd non: cùm sint loca priua-
ta. Nam hodie potest esse oratorium, quod cras
erit camera ad volūtatem domini: sic dicimus de
hospitali priuato, vt notat Innocentius in c. cùm
inter dilectos. extra de donat. & intellige, quan-
do oratorium non est constructum auctoritate
Pontificis. Nam si intercessisset eius auctoritas, es-
set publicum, & Religiosum, & nō posset amplius
deputari ad humanos vsus, argumentum in capi-
tulo ad hæc. ext. de Religiosis domibus. hæc om-
nia Panormitanus, vbi supra, & quòd oratorium
priuatum non constructum auctoritate Episcopi,
non gaudeant docuit, nouissimè Iulius Clarus in
sua praxi crimin. quæst. 30. versic. sed quid dicen-
dum. sequens Panormitan. vbi supra, & Remigiū
in tract. de immun. eccle. f. 26. nu. 10. Idem docuit
Antonius de Butrio dicto capitulo ecclesia. di-
cens, quòd licet oratorium priuatum nō gaudeat
immunitate Ecclesiæ: tamen si illud fuisset ædifi-
catum auctoritate Episcopi, gauderet immuni-
tate Ecclesiastica allegatque ad hoc dictam Au-
then. de eccles. titu. §. si quis autem, qui Antonius
idem docuit in capitulo finali. extra de censibus,
columna prima, versiculo sed quæro, an tale ora-
torium: Idem docuit Henricus Boich in dicto c.
ecclesia. col. 1. nu. 3. vers. aut quæris de ecclesijs,
quæ sunt. vbi infrascriptis vtitur verbis, videlicet.
Aut quæris de ecclesijs, & tunc, aut de ecclesijs, q̄
non sunt auctoritate Episcoporum, vel Archiepi-
scoporum in suis Diœcesibus, nec auctoritate sedis
Apostolicæ ædificatæ, & tales nō sunt ecclesię, nec
gaudent immunitate. arg. in c. ad hæc. ext. de Reli
giosis domib. arguendo a contrario sensu: Pri-
uatus enim non potest facere locum sacrum. vt
in l. in tantum. §. sacræ, ff. de rerum diuisio. &
in l. tertia, §. si quis in sepulchro dolo malo, &
§. si quis in sepulchro habitasset. ff. de sepulchro
violato. & hoc notat Hostiensis in capitulo au-
ctoritate. extra de censibus. & hic. dicens, quòd
solæ ecclesiæ, in quibus solus Episcopus posuit

prima-

primarium lapidem, quæ sunt ædificatæ ad con
secrandum gaudent immunitate, & non priuata
oratoria, & in hoc concordat frater Ioannes in
summa confessorum. hoc titu. q. 7. vtrum ecclesia:
& est expressum in Authen. vt nullus fabricet ora
toria domus, &c. in principio, col. 5. (Adde tu, &
dic hoc cautum fuisse in d. Authen. & d. §. sanci-
mus igitur præ omnib.) Aut de ecclesijs, quæ sunt
auctoritate Eporum, seu Archiepiscoporũ in suis
Diœcesibus, vel sedis Apostolicæ ædificatæ, & fun
datæ: & tales gaudent immunitate, quantum est
ex parte ipsarum, siue sint consecratæ (vt per totũ
titu. de immun. eccle. siue non sint consecratæ, vt
hic vbi est expressum. hæc Henricus vbi supra, qui
idem docuit in d. c. fin. in fine. ext. de cẽsibus. Idẽ
docuit Cardinalis Zabar. in Clem. 1. col. 1. versic.
sed primò videndum est. de peniten. & remiss. Idẽ
docuit Ioannes de Imola. in d. Clem. 1. col. 2. vers.
Glo. sequentes sunt litterales. Idem docuit Dida-
cus Conarruuias. in lib. 2. variarum resolutionum
c. 20. nu. 4. §. secundum, Ecclesia in cultui. Idem Syl
uester in sua summa, vers. immunitas, tertiò §. 1.
Idem docuit Nauarrus in suo manuali, c. 25. titu.
de statu iudicum, nu. 17. vers. primò, ꝙ per locum
sacrum, idẽ docuit Iulius Clarus in sua praxi cri-
min. q. 30. vers. quæro si cõstructa sit, dicens hanc
esse cõem Doct. sententiam, vt etiã docuerat Re-
migius in tract. de immun. eccle. f. 15. vbi etiã post
Bonifacium affirmat, ꝙ ita seruat cõsuetudo. Pro-
batur & tertiò hac ratione, videlicet, cùm hæc im
munitas sit solum indulta locis sacris, & loca sa-
cra nõ dicantur, nisi ea, quæ auctoritate Epi sunt
constructa, ac dedicata cultui Diuino: inde sequi
tur, ꝙ ecclesia non consecrata, nec dedicata cul-
tui diuino auctoritate Epi nullo pacto gaudeat
immunitate hac (vt tuti sint a pęna corporali cri-
minosi ad ipsam confugientes, & arguendo à con
trario, inde sequitur ꝙ ecclesia non consecrata si
fuisset auctoritate Episcopi ędificata, & cultui Di
uino dedicata tali gaudeat immunitate.

Amplia & sextò dictam conclusionem, dicẽdo
ipsam esse veram, etiam si in tali Ecclesia (ad quã
criminosi confugiunt) nondum fuerint celebrata
Diuina misteria: dummodo fuisset ædificata, &
23 cultui Diuino dicata auctoritate † Epi, vel Ar-
chiepiscopi, vel Papæ, quia in tali casu dicta ec-
clesia gauderet tali immunitate, ac si ibi celebra-
rentur Diuina misteria. Hæc ampliatio probatur
triplici medio. Primo enim per arg in c. ecclesia.
ext. de immun. eccle. vbi hæc habentur, videlicet.
[Ecclesia, in qua Diuina misteria celebrantur, li-
cet adhuc non extiterit consecrata, nollo iure pri
uilegium immunitatis adimitur: quia obsequijs
Diuinis dedicata, nullius est temerarijs ausib. p-
fananda.] hæc ibi. Dixi probari præsentẽ amplia-
tionem per arg. in d. c. ecclesia. qm etsi explicitè
ex ipso non habeatur, bene tamen ex ipso veritas
præsentis ampliationis colligitur, cùm inibi pro
ratione dictæ Pontificũ decisionis, hæc dicãtur,
videlicet: [quia obsequijs Diuinis dedicata, nul-
lius est ausib. temerarijs profanãda.] cùm ergo in
præsenti ampliatione reperiatur ratio fundamen
talis dicti Canonis, & ratio sit anima legis, ac sẽ-
per in vnaquaque lege interpretanda sit ipsa legis
ratio, ac mens attendenda magis, quam cortex,
ac sonus verborum ipsius legis: vt docet text. in
c. intelligentia. & c. propterea. ext. de verbor. si-
gnif. & c. fi. de regul. iur. in sexto, & in l. non du-
bium. C. de legibus. inde sequitur, quòd apertis-
simè probetur præsens ampliatio dicto Canone.
cùm ratio (qua motus fuit Gregorius Nonus cõ-
ditor dicti Canonis) ęquè militet in casu nostræ
ampliationis, eo quòd & dicta ecclesia non con-
secrata, auctoritate tamen Episcopi fundata, fue-
rit Diuino cultui iã dicata, & per consequens non
erit amplius profananda, seu ad humanum vsum
conuertenda: eo magis, quòd talis ecclesia nõ erit
minor dignitate Palatio Episcopali, quod tamen
(vt infra in ampliatione probabitur) gaudet im-
munitate Ecclesiastica. accedit, quòd litera ipsius
Canonis non fundat se super celebratione Diui-
norum misteriorum, licet de ea fiat mẽtio in enar
ratione, sed super deputatione, quia est deputata
Diuinis obsequijs: quæ ratio (vt supra alias dixi-
mus) vendicat sibi locum, licet nondum fuerit ibi
celebratum sacrum misterium. Nam ex quo Epi-
scopus posuit solẽniter primum lapidem, erigen-
do ibi Cruces, prout legitur, & notatur in c. ne-
mo. de consecrat. dist. 1. satis est deputatus locus
ille Diuinis obsequijs. Et ratio posita in dispositio
ne, debet restringere, & ampliare dictum ad limi-
tes ipsius rationis, vt in l. cum pater. §. dulcissimis.
ff. de legatis secundo, etiam contra verba, vt in l.
non dubium. C. de legibus. & in regula. c. fin. de
regu. iur. in sexto, sæpe enim in narratione ponun
tur plura, quia acciderunt sic in facto, sed ratio le
gis est ipsa lex. vt patuit in allegatis iuribus. Idẽ
probatur per argum. in c. ad hæc. ext. de Religio-
sis domibus. Vbi Vrbanus Tertius infrascriptis
vtitur verbis, videlicet. [Ad hæc & infra. Inquisi-
tioni tuæ taliter respõdemus, quòd si locus ad ho
spitalitatis vsum, & pauperum prouisionem fuerit
(sicut moris est) auctoritate Pontificis destinatus,
cùm sit Religiosus non debet mũdanis vsibus de-
putari, sicut de vestibus, & ligneis vasis, & alijs
vtensilibus ad cultum religionis per Pontificem
deputaris antiqua consuetudo indubitanter ob-
seruat, & venerabilem patrum edocent sanctio-
nes.] hæc in dicto Canone. Dixi probari præsentẽ
ampliationem per arg. in d. c. ad hæc: quoniam
etsi explicitè, & ad verbum dictus Canon conti-
neat ea, quæ dicuntur in præsenti ampliatione, be
nè tamen implicitè, & secundum mentem Legisla
toris, cùm ratio (qua vtitur ibi auctor Canonis)
militet etiam in casu præsentis ampliationis. Nã
24 sicut hospitale † illud dicitur locus Religiosus,
quod fuerit dedicatum cultui Diuino ad paupe-
rum subleuamen auctoritate Episcopi, sic & eccle
sia illa dicetur locus Religiosus, quæ ædificata, ac
cultui Diuino fuit dedicata Episcopi auctorita-
te: & sicut in dicto Canone dicitur locus Religio-
sus locus ad hospitalitatis vsum, & pauperũ pro-
uisionem dedicatus auctoritate Pontificis, nec
ibi additur, quòd fuerit iam ibi hospitalitatis v-
sus inceptus: sed solùm quòd ad hoc fuerit desti-
natus à Pontifice: eodem modo prorsus dicẽdum
erit de ecclesia ædificata, & cultui Diuino dedi-
cata auctoritate Pontificis: etsi per accidens non-
dum fuerit Diuina sacrificia celebrata: Quapro-
pter potuit argumentum ab identitate rationis
inibi militare: cùm nullo pacto deinceps talis ec-
clesia possit redire, ac conuerti ad vsus profanos:
eo magis, quòd celebratio Diuinorum facta in
aliquo loco, non faciat illum Religiosum, ac
per consequens gaudentem immunitate ecclesię,
eo ꝙ si hoc non esset verum, sequeretur, ꝙ priuata

35 oratoria † nõ dedicata auctoritate Episcopi cul-
tui Diuino(si in ipsis contingeret Diuina celebra
ri,efficerentur loca sacra,ac gauderent immunita
te ecclesiæ ; & tamen hoc communiter negatur à
Doctoribus, & ratio est quia hodie sunt orato-
ria,& cras erunt cameræ,seu aulæ familiæ , & ta-
men omnes docuerunt , quòd (iuxta text. in c,
semel Deo dicatum . de regulis iuris in sexto ,
vbi hæc habentur,videlicet.[Semel Deo dicatum
non est ad vsus humanos vlterius transferẽdum.]
Deo dicata non possunt ad vsum humanũ,seu ꝓfa
num transferri,& ratio istius decisionis,ac regu-
lę est in promptu,& est talis,videlicet: qm̃ nõ sem
36 per verba † sunt intelligenda quoad vsum,seu a-
ctum verum ẽt sæpe,vt hic quoad aptitudinem,vt
docuit text.in c.maiores.§.cęterum.extra de ba-
ptismo,& eius effectu:vbi hæc habẽtur,videlicet.
[Quamuis nonnulli concedant,ꝙ paruuli credũt,
non per vsum,sed per habitũ fidei , quẽ suscipiunt
in baptismo , sicut & alia multa verba , ſm cõem
vsum loquendi non ad actum , sed ad aptitudinẽ
referuntur.] hæc ibi.vbi Glo. in vers.ad aptitudi-
nem.his verbis idem confirmantib.vtitur , vide-
licet:Sicut & illud participium[Retinens] quod
ponitur in descriptione matrimonij aptitudinẽ,
non ad actum refertur,quæ hr̃ in §.2.27.q. 2.Nam
matrimonium est coniunctio maris,& fęminæ in-
diuiduam vitæ consuetudinem retinens.Intellige
quamuis non retineatur quoad actum, tñ quoad
aptitudinem retinetur:sicut consueuit dici de iu
stitia.ff.de iust.& iure.l.iustitia. ſm quod iustitia
est in creaturis. sic ergo in proposito verba illa c.
ecclesia,videlicet.[Ecclesia in qua celebrantur Di
uina misteria]sunt interpretanda dupliciter,Pri-
mò in qua actu celebrantur Diuina misteria,& se
cundò in qua possunt de iure celebrari Diuina mi
steria mediante aptitudine ad talia celebrãda ibi
acquisita per fundationem,ac dedicationem ip-
sius Diuino cultui factam auctoritate Epi,cũ per
talem dedicationem effecta sit apta, vt in ea Di-
uina misteria celebrẽtur, vt supra latius diximus.
Ex his ergo oĩb.elicitur veritas p̃sentis ampliatio
nis,q̃ probatur rursus per arg. in l.oĩa priuilegia,
C.de Episc.& cleric.vbi hæc habentur, videlicet,
[ꝙ oĩa priuilegia,quib.gaudet ecclesia hospitali-
bus concedũtur.]hæc ibi.Dixi per arg. in d.l.oĩa,
(Vt benè arguit Pan.loco paulò post citãdo)cum
inibi adsit locus arguẽdi a fortiori : sic dicendo,
si priuilegia ecclesijs concessa consecratis exten-
duntur ad hospitalia : quanto magis extendentur
ad ecclesias nondum consecratas de proximo ve-
ro consecrandas actu,vel aptitudine.Probatur &
scđò præsens ampliatio Doct.auctoritate.Nã in-
frascripti Doct.se subscripserunt præsenti amplia-
tioni , videlicet: Innocentius qui in c.inter alia,
ext.de immun.eccles.simpliciter loquitur de oĩb.
ecclesijs non consecratis auctoritate tñ Episcopi
fundatis:nec distinxit inter ecclesiam non conse-
cratam in qua tñ Diuina celebrantur,& ecclesiam
non consecratam in qua nondũ fuerunt celebrata
Diuina,sed pro ratione dixit,cùm in non conse-
crata fiant Diuina,quasi diceret , vt ecclesia non
consecrata gaudeat immunitate ecclesiæ , neces-
sariò requiritur,ꝙ ipsa sit fundata,& Diuino cul-
tui dicata auctoritate Epi,cùm in ipsa postmodũ
possint celebrari Diuina:Vnde ex verbis ipsius eli
citur,ꝙ se subscripserit præsenti ampliationi. Idẽ
& apertius docuit Host.in d.c.ecclesia.quem ibi-
dem sequuti fuerũt infrascripti Doctores, videli-
cet, Ioannes And.in vers.in Glo.1.ibi non gaudẽt,
Antonius de Butrio in versic.quæro cum Glo. Pa
norm.nu.5.vers.Host.tenuit cõtrarium, Henricus
Boich col.1.nu.3. vers.& licet Bernardus.Qui om
nes referunt , & amplectuntur rationem allatam
ab Host.quæ est talis:sufficit enim , quòd locus sit
dedicatus Deo auctoritate Pontificis , primũ la-
pidem imponentis, cum postea non possit ad hu-
manos vsus redire,vt in c.ad hæc.ext de Religio-
sis domibus:& ad text.in d.c.ecclesia.in eo,quòd
dicit [celebrantur] exponit, idest celebrari pos-
sunt: non enim est multum inspicienda celebra-
cio. Nam etsi in priuatis oratorijs(non dedica-
tis cultui Diuino auctoritate Episcopi)celebren-
tur Diuina speciali facultate indulta ab Episco-
pis,non iccirco gaudent immunitate ecclesiæ,nisi
fuissent & ipsa auctoritate Episcopi fundata, &
cultui Diuino dicata. Idem docuit Cardinalis Za
bar.in Clem.1.col.1. vers.sed primò videndũ est.
Idem docuit Gui.& Imo.in d.Clem.1.col.2. vers.
Glo.sequentes sunt litterales.Idem docuit Sylue-
ster in vers.immunitas,primo §.1.Idem docuit Di
dacus Couarruuias in lib.2. variarum resolut. c.
20.nu.4. vers.secundum ecclesiam cultui.addẽs,
quòd in hoc plurimum valeat consuetudo,secun-
dum Abbatem Panormitanum vbi supra, & Gu-
gliel.Mainerium in l.nemo de domo, nu.21.ff.de
regu. iur. quæ quidem potissimum est inspicien-
da, & propterea præcauendum, ne hisce tempo-
ribus Canones ipsos extendamus , cum oporteat
audaciam reprimere eorum , qui passim crimina
hac immunitate freti committunt, qua ratione
aliquot in vrbibus Prælati immunitatem ipsam
in tantum admittunt, & tuentur aduersus Iudi-
ces seculares in his Ecclesijs,quę Sãctissimam Eu-
charistiam ad publicam venerationem, & adora-
tionem continuò habent.hec ille.Idem docuit Iu
lius Clarus in sua praxi crimin. q.30. vers.quæro,
si constructa sit ecclesia dicens hanc esse commu-
nem Doct.sententiam , quàm sequitur Remigius
in tract.de immun. eccles. fol.15. vbi etiam post
Bonifacium affirmat , ꝙ ita seruat consuetudo,
quam sequitur Hippolytus Bonacossa in thesauro
commun.opin.Idem docuit Syl. in summa versic.
immun. primo §.1.Idem docuit Nauar.in suo ma
nuali c.25.titu.de statu Iudicum super agnoscen.
nu.17.vers.primo quòd per locum sacrum , vers.
fugientes rei. Probatur & tertiò rationibus alla-
tis supra in relatione, & interpretatione iurium,
quæ attulimus ad hãc ipsam probandam amplia-
tionem.Ex his ergo omnibus patet etiam respon
sio ad Glo.in d.c.ecclesia, vers.celebrantur , & ad
Abbatem antiquum ibidem dicentes, quòd eccle
sia non consecrata,in qua nondum fuerunt cele-
brata Diuina officia nõ gaudeat tali immunitate.

Amplia septimò dictam primam cõclusionem,
dicendo ipsam habere locum in Ecclesia,seu Ba-
37 silica † ędificata sine auctoritate Epi, si tñ fuerit
ex post facto auctoritate Epi cultui Diuino dedi-
cata,& conuenienter dotata a Dño fundi,& fabri
cæ,cũ ex tali dotatione , & cultui Diuino ꝑpetuò
dedicatione per Epum facta verè effecta sit locus
sacer,ꝙ destrui deindè non poterit sine ipsius Epi
scopi consensu.Hęc conclusio probatur ijsdem me
dijs,quibus supra probauimus ampliationẽ quar
tam , & quintam cum eadem prorsus ratio mi-
litet in casu proposito in præsenti ampliatione ,
quæ

quę in illis, vt p se apertissimè patet. Et scias, q cũ quidã nobilis Ragusinus haberet quoddã palatiũ ext ciuitatẽ Ragusij, & intra muros viridarij ipsi⁹ palatij pro sua deuotione, & cõmodo ędificasset quoddã priuatũ oratoriũ cũ oĩb. necessarijs ad cultum Diuinũ, & vellet ad ipsum oratoriũ se cõferre pro immunitate Ecclesię fruenda, & de hoc me consuluisset, q tunc erã Prior Monasterij S. Marię Lacromen. Ord. S. Benedicti de obseruãtia Cõgregationis Cassinens. alias S. Iustinæ de Padua: Dięcesis Ragusinæ respõdi hac Ecclesiæ immunitate nõ posse frui priuata oratoria, ſm cõem Doct. sententiam, rõnib. supradictis, cũ hodie sit oratoriũ, & cras esse posset coquina, vel stabulũ: idcirco, di
28 xi, q si vellet ibi esse tutus † oporteret ipsum p se, vel per aliũ accedere ad Epum Dięcesanũ, & mediante instrumẽto publico dotare dictũ oratoriũ assignãdo aliquẽ redditũ quolibet anno soluendũ Sacerdoti inibi celebrãti, & ipsũ Sacerdotẽ pñsentare Epo instituendũ in d. beneficio, seu Ecclesia iam facta inspatronatus familiæ suæ in perpetuũ, necnon construere dẽret aliam ianuã in ipso oratorio confinantẽ uię publicę, vt tali pacto de loco priuato efficeret publicus (ad quẽ oĩb. volentib. ad ipsum Diuina misteria audiendi gr̃a se conferre aditus sp pateret tpe celebrationis,) & de loco pfano euaderet locus sacer, & Diuino cultui dicat⁹ qđ consilium cũ dictus nobilis audisset in eo sibi cõplacuit, & accessit per aliũ ad Illustrissimum, & Reuerendissimũ D. Paulum Alberum Romanũ tũc Archiep Ragusinũ: qui idem confirmans annuit voto ipsius nobilis, qui oĩb. ritè perfectis iux. scita sacrorũ Canonũ auctoritate ipsius Archiepi se contulit ad dictum Palatiũ, & sic tutus manebat ab infestatione Curiæ secularis, ac eius familia: cum statim posset se conferre ad dictam ecclesiam: qđ semper notabis, & memoriæ commendabis, & sic poteris iuuare multos nobiles.

Amplia octauo dictam primã conclusionẽ dicẽdo ipsam hr̃e locũ ẽtsi rei confugerent ad eccle-
29 siam fundatã auctoritate Epi, † quis aliqua de cã fuisset interdicta. Hæc ampliatio probaẽ triplici medio. Primo. n. per arg. in d. c. ecclesia, ext. de immun. eccles. interpretãdo d. Canonẽ eo modo, quo fecimus in probationẽ pcedẽtis ampliationis tertiæ arguere a minori ad maius affirmatiuè: sic dicendo, si ecclesia fundata auctoritate Epi in qua nondũ fuerat Diuina mysteria celebrata gaudet tali immunitate, quãtò magis eadẽ immu. gaudebit ecclesia (etsi modo sit interdicta) in qua tñ aliqñ fuerunt celebrata Diuina officia, & quidẽ verũ esse hmõi argumentũ non est, qui non aduertat interdictũ nõ faciat inde ipsam ecclesiã non fuisse Deo Optimo Maximo dicatã auctoritate Epi. Probatur & scdo Doct. auctoritate. Nã explicitè infrascripti Doct. se subscripserunt pñti ampliationi, videlicet, Goffredus in summa, col. 2. vers. itẽ quæritur, an ecclesia interdicta. Host. in summa titu. de immun. eccle. §. inquãtũ. n. 9. vers. sed nunqd hoc priuilegium. Ioã And. in d. c. ecclesia. vers. qđ si ecclesia sit interdicta. Ant. de But. in d. c. ecclesia, vers. quæro an ecclesia interdicta. Pan. in d. c. ecclesia. nu. 8. vers. tertiò quæro. quid si ecclesia sit interdicta. Felinus in c. a nobis. col. 2. nu. 6. vers. ex quo vr̃, ext. de exceptionib. Io. de Imo. in Clem. 1. col. 2. vers. item cemiterium ecclesiæ. de pœnit. & remiss. Cardinalis Zabar. in eadẽ Clem. col. 1. vers. sed primò videndũ. Archid. in c. vxor fœlicis. col. 1. vers. qro an ecclesia interdicta, & in c. frater. vers. itẽ & priuilegiũ immunitatis. 17. q. 4. idẽ docuit Syluester in summa, vers. immunitas 1. §. 1. vers. sed ecclesia quoq;. idẽ docuit Iulius Clarus in sua praxi crim. q. 3. vers. idẽ ẽt dicendum. dicens hoc ẽt approbari a cõi Doct. opinione. Probaẽ & tertiò rõne hac, videlicet arguẽdo ab identitate rõnis. Nã vbi eadẽ rõ, ibidẽ & ius esse dẽt, sicut ergo cõcludunt oẽs supradicti, q licet clericus sit interdictus, vel suspẽsus, vel excõicatus, tñ adhuc retinet priuilegiũ immunitatis Ecclesiasticę circa manuũ iniectionẽ, & circa forũ. vt in c. dictũ. dist. 31. & in c. at si clerici, in si. ext. de iudicijs: Inde sequitur, q idẽ dicẽdum erit de ecclesia cultui Diuino dicata auctoritate Epi subiecta interdicto, s. q non sit denudata priuilegio d. immunitatis Ecclesiasticę tã ab Imperatorib. q̃ a Sũmis Põtificibus, vt infra probauit indulto qđ sibi collatũ fuit in Dei Optimi Maximi honorẽ, qui non solũ nõ deliquit, sed nec in ipso peccatũ cadere põt, & peccata dẽt tenere suos auctores, vt in c. quęsiuit. ext. de his, quę fiunt a maior. par. c. eo magis, q satis ecclesia affligaẽ in eo, q sibi subtrahiẽ debitum seruitutis obsequiũ: vñ non dẽt sine sua culpa in ea duplicari afflictio, qđ fieret, si ipsa ecclesia vltra afflictionẽ (quodãmodo) incursam sine sua culpa rõne interdicti (quę ipsa priuatur diuinorũ officiorũ celebratione: priuaret insuper hac immunitate, seu priuilegio tutos seruandi ab oĩ pęna corporali confugientes pro quocunq; grauissimo crimine ad ipsam ecclesiã. Inde sequitur, q honos, qui ecclesijs debetur, ob Dei reuerentiã præstatur, quæ tñ (vt diximus) propter hominũ culpã cessare non dẽt.

Amplia & nonò contenta in 1. conclus. dicẽda ip-
30 sa vera non solũ de confugientib. ad d. ecclesias, seu infra earũ muros, verũm ẽt dẽ reis se recipientib. intra spatiũ quadraginta passuũ circum circa ecclesiã matricem, & triginta circa Capellas, seu ecclesias alias. Nã ibi hmõi confugæ ẽt gaudebũt tali immunitate. Hæc ampliatio probaẽ duplici medio. Primo. n. iure Pontificio, per tex. apertissimum in c. sicut antiquitus. 17. q. 4. vbi hæc habenẽ statuta a Nicolao Papa, videlicet. [Sicut antiquitus a Sanctis pr̃ib. statutũ est, statuimus, vt maior ecclesia per circuitũ 40. passus hẽat, Capellæ verò, vel minores ecclesiæ triginta. Qui aũt cõfinia earũ confringere tẽtauerit, aut personã hoĩs, vel bona eius inde subtraxerit (nisi public⁹ latro fuerit) quousq; emendet, & qđ rapuit reddat, excõicet.] hæc ibi. Idẽ probatur (quoad ecclesias non matrices, vel Capellas) per text. in c. quisquis. §. sacrilegium cõmittitur. 17. q. 4. vbi Ioãnes Papa VIII. infrascriptis vtitur verbis, videlicet. [Sacrilegiũ cõmittit, si qs infregerit ecclesiã, vel triginta ecclesiasticos passus, qui in circuitu ecclesię fuerint, vel domos, quæ intra pdictos passus fuerint, aliquid indè diripiendo, vel auferendo.] Idẽ probatur per text. apertissimum in c. diffiniuit. 17. q. 4. vbi hr̃, q sacrũ Concilium Toletanum duodecimũ. in capite 10. hæc decreuit, videlicet. [Diffiniuit sanctum Concilium, vt nullus audeat confugientes ad ecclesiam, vel residentes indè abstrahere, aut quodcunq; nocibilitatis, vel dãni, seu spolij residentib. in loco Sãcto inferre: sed esse potius his ipsis, qui Ecclesiam petunt per omnia licitum in triginta passus ab Ecclesiæ ianuis progredi: in quibus triginta passibus vniuscuiusque Ecclesiæ in toto circuitu reuerentia defendatur: sic tamen, vt hi, qui

ad eam confugiunt, in extraneis, vel longè separatis ab Ecclesia domibus nullo modo abscedant: sed in hoc triginta passuum numero, absque domorum extranearum receptaculo progrediendi aditum obtinebunt: qualiter ad requisita naturæ vsum debitis exeant locis, & nullo teneatur euen tu necessitudinis, qui dominicis se defendendos commiserint claustris. Si quis autem hoc decretum tentauerit violare: & Ecclesiasticæ excommunicationi subiaceat, & seueritatis Regię feriatur sententia.] hæc ibi. Pro quorum maiori intelligentia nonnulla infrascripta erunt summopere memoriæ commendanda, & sunt hæc, videlicet:

31 Passus † dicitur spatium alicuius loci distãtis ab aliquo alio spatio quinque pedibus, quia passus habet quinque pedes, vt docuit Glo. in d.c. sicut antiquitus. 17. q. 4. in versic. passus. Necnon glo. & Bart. in l. 3. ff. de verbor. signific. Columella in lib. 5. de re rustica, c. 1. Isidorus, & alij cõmuniter, vt docuit Didacus Couarruuias lib. 2. varia. resol. c. 20. num. 5. versic. quartò deducitur. Ex eo sic dictus, quòd passis & extensis brachijs hanc mensuram conficiamus, vt Isidorus existimat: cui subscripsere Alciat. in lib. de quinque pedum præscriptione. & in l. mille passus. ff. de verbot. signific. Coras. in l. 1. ff. de seruitu. nu. 107. Oldendorpius de actionibus. titu. de rei vendicatione. Pes decem & sex digitos transuersos continet, secundum Alciat. Corasium, Oldendorpium, ac Constantij Harmenopu. lib. 2. titu. 2. Epitomes iuris ciuilis. Budæ. lib. 1. de Asse. Nebris. in lexico iuris ciuilis, dictione, Digitus, Isidorum lib. 15. Ethimologi. cap. 15. Tametsi Glo. in d.c. sicut antiquitus. Doctores in l. 1. ff. si quis caut. errore forsan numeri, quindecim tantum digitos pedi tribuat. Olim enim itinera distinguebantur per milliaria lapidibus erectis, mille quibusque passibus: vnde quintus ab vrbe lapis dicebatur locus distans ab vrbe quinque miliaribus, vt in l. propter litem. ff. de excusat. tuto. & §. qui autem. Institu. de excusat. tuto. His præmissis, probatur & secundo præsens ampliatio Doctorum infrascriptorum auctoritate in infrascriptis locis, videlicet Host. in summa. titu. de immun. eccles. §. in quantum. vers. immunitatem etiam habet. Ioan. And. & Ant. de Butrio in c. fin. ext. de immun. eccle. Panorm. in c. ecclesia, nu. 10. vers. quintò quæritur. ext. eo. titu. Henricus Boich in d.c. ecclesiæ, col. penult. nu. 17. vers. item nota. Syluester in summa, vers. immunitas, tertiò §. primo, Didacus Couarruuias. in lib. 2. variarum resolut. nu. 5. §. quartò deducitur, Oldradus consi. 35. Felinus in c. cum pro causis. versic. Nota, quòd violans propè Ecclesiam. ext. de sent. excommunicationis. Idem docuit Cardinalis a Turrecremata in c. sicut antiquitus. 17. q. 4. Idem docuit Ang. in tract. de maleficijs. versic. in. scalis Sancti Petronij. num. 3. idem docuit Iulius Clarus in sua praxi criminali, quæst. 30. versiculo. Hinc est. Nam postquam dixisset, quòd Igneus in l. 1. in principio, num. 58. ff. ad Silla. (quem etiam retulit Remigius in tractat. de immunit. ecclesiæ, fol. 5 a. in sexta ampliatione. Fab. in pract. arbitr. fol. 486. num. 21.) quòd hoc vsu non obseruetur, subdidit ipse Iulius hæc verba, videlicet. Bene verũ est, quòd Senatus vltimo Octobris 1559. P.N. iussit prætori Papiæ, vt restitueret Ecclesiæ quendam Pitium imputatum de vxoricidio, captum in cubiculo cuiusdam domus sitæ intra sexdecim passus ab Ecclesia maiori, dummodo ipsa domus cohereret Ecclesiæ, & esset ipsius Ecclesiæ. & ita his concurrentibus seruãdum esset in hoc Ducatu, aliàs verò non esset a commu ni consuetudine recedendum. hæc ille. Idem docuit Nauarrus in suo manuali cap. 25. titu. de statu iudicum super agnosc. num. 18. versic. spatium item 40. passuum.

Limita præcedentem ampliationem, dicendo ipsam veram solum, quando dictæ Ecclesiæ sunt

32 ædificatæ † extra muros Ciuitatis terræ, vel alicuius castri; secus si intra dictos muros. Hæc limitatio probatur triplici medio. Primò enim per text. apertissimum in c. quisquis, §. Cappellæ, 17. q. 4. vbi hæc habẽtur statuta a Ioanne Papa Octauo, videlicet. [Capellæ, quæ sunt intra ambitum murorum Castellorum non ponuntur in hac triginta passuum obseruatione.] hæc ibi. Probatur & secundò Doctorum auctoritate. Nam præsenti limitationi infrascripti Doctores se subscripsetunt, videlicet. Glo. in c. sicut antiquitus, versic. passus, 17. q. 4. Hostiensis in summa titu. de immunitate Eccles. §. inquantum, versic. immunitatem etiam habet. Henricus Boich in c. ecclesia. col pe nult. versic. item nota, quòd hanc immunitatem. ext. de immun. eccles. Panormitanus in d.c. Ecclesia, col. fin. vers. quintò quæritur. Cardinalis a Turrecremata in d.c. quisquis, & in c. sicut antiquitus. 17. q. 4. Didacus Conaruuias in lib. 2. c. 20. nu. 5. vers. quartò deduitur. Syluester in summa, vers. immunitas. tertio §. 1. Idem docuit Bossius in sua praxi titu. de captura, nu. 30. addens, quòd ipso die, quo scribebat hoc ipsum Senatus Mediolanensis decreuit morti adiudicando quendam Dominum Franciscum Nigrum, qui confugerat ad dictos passus circuitus Ecclesiæ existentis in Ciuitate. hæc ille. cuius sententiam credo optimam, & secundum ipsam, & hanc limitationem fore intelligendam sententiam supra relatam ipsius Iulij: Vide ibi in ipsa ampliatione octaua. Idem docuit Archid. in c. quisquis, vers. Capellæ. 17. q. 4. Probatur & tertiò hac ratione, videlicet si vera nõ esset præsens nostra limitatio, sequerẽtur hæc absurda. Primum quorum est, quòd inde sequerctur, ꝙ oporteret nos fateri, ꝙ criminosus non gauderet immunitate ecclesiæ, si aliquem occideret, vel mutilare perpetrasset in platea publica proxima Ecclesiæ situatæ intra muros alicuius castri, vel ciuitatis, infra scilicet passus 40. si ecclesia esset matrix, vel 30. si Capella, vel alia ecclesia non matrix, etsi post huiusmodi crimen confugeret ad Ecclesiam, iux. c. fin. ext. de immun. eccles. cuius tenor ad verbum referetur pauló post infra in probationem limitationis secundæ, quod absurdum esse, non est qui non animaduertit; secundũ absurdũ, quod sequeretur inde est, ꝙ criminosus, quem in sequerentur in communi platea ministri iustitiæ, posset quamfacillimè ferè semper euitare capturam, eo ꝙ passim in plateis Ciuitatũ, ac castrorum reperiuntur Ecclesiæ, quod esse quoq; rationi non consentaneum per se patet.

Amplia decimò dictam conclusionem habere et locum in eo, qui post crimen confugerit ad aliqđ

33 cœmiterium † auctoritate Episcopi factum, vel ad atrium, vel ecclesiæ porticum, etiam si prædicta loca fuissent interdicta, vt probauimus in ampliatione septima, siue illud fuisset circa dictos passus circa Ecclesiam, siue longè extaret ab aliqua

Ecclesia,

Ecclesia. Hæc ampliatio probatur triplici medio. Primò per argum. in cap. fin. extra de immun. eccles. vbi hæc habentur statuta à Gregorio Nono, videlicet. [Immunitatem ecclesiasticam. & infra. Nonnulli impunitatē suorum excessuum, per defensionem ecclesiæ obtinere sperantes, homicidia, & mutilationes membrorum, in ipsis ecclesijs, vel earum cæmiterijs committere non verētur: qui nisi per ecclesiam (ad quam confugiunt) crederent se defendi, nullatenus fuerant commissuri: & infra. Cùm in eo, in quo deliquit, puniri quis debet: & frustra legis auxilium inuocet, qui committit in legem: Mandamus quatenus publicè nunciatis, tales non debere gaudere immunitatis priuilegio, quo faciūt se indignos.] hęc ibi. Dixi probari per argumentum in dicto cap. fina. quoniam ex ipso apertissimè elicitur argumentū à contrario sensu, tali pacto: si ergo, quis nō commisit maleficium in Cęmiterio, sed alibi; poterit saluari in ipso cęmiterio: ergo indè etiam sequitur, quòd ipsum cęmiterium vbicumque situetur (cùm ibi nulla ratio habeatur de ipsius continuitate, vel contiguitate cum ecclesia) gaudebit immunitate ecclesiastica. Idem probatur per argum. in cap. consuluisti, extra de consecrat. eccle. vel altaris. vbi hæc habentur, videlicet. [Consuluisti, & infra. Cęmiteria, in quibus excōmunicatorum corpora sepeliri contingit, reconcilianda erunt aspersione aquæ solemniter benedictæ, sicut in dedicationibus Ecclesiarum fieri consueuit.] hæc ibi. Dixi probari præsentē ampliationem per argum. in dicto Canone, quoniā etsi explicitè, ad verbum ipsa non contineatur in eo, bene tamen implicitè, cùm indè eliciatur, quòd Cęmiterium sit Deo sacratum, ac comparetur Ecclesiæ, eo, quòd sicut polluitur ecclesia, & reconciliatione solemni indiget, ex sepultura inibi exibita corporibus excommunicatorum: sic & Cæmiterium: quapropter elicitur, quòd eadem immunitate gaudet cęmiterium, qua ipsa ecclesia: quoad confugientes ad ipsum cæmiterium: cùm & ipsum sit locus Deo dicatus authoritate Episcopi. Idem probatur per argumen. in cap. si quia contumax, 17. quæstio. 4. vbi ex Concilio Triburiensi, cap. 20. hæc habentur, videlicet. [Si quis contumax, vel superbus, timorem Dei, vel reuerētiam Sanctarum Ecclesiarum non habuerit, & fugientem seruum suum, vel quem ipse persecutus fuerit, de atrio ecclesiæ, vel de porticibus quomodolibet ecclesiæ adherentibus per vim abstraxerit: pro emunitate nongentos solidos Episcopo componat: & ipse publica pœnitentia iusto iudicio Episcopi mulctetur.] hæc ibi. Idem probatur per argumentum in c. si quis in atrio. 17. quæst. 4. vbi hæc habentur ex Concilio Triburiensi, videlicet. [Si quis in atrio Ecclesiæ pugnam commiserit, aut homicidium facit: quicquid pro emunitate violata emendandum est, altario soluatur, cuiuscunque fuerit ecclesia illa.] hæc ibi. Dixi probari præsentem ampliationem per argumentū in dicto Canone: quoniam etsi in ipso non cōtineantur omnia verba ipsius ampliationis, benè tamen ex ipso elicitur veritas ipsius, eo quòd indè elicia tur cæmiterium, seu atrium, ac porticum ecclesiæ gaudere immunitate ecclesiæ, sicut & ipsa ecclesia. Idem probatur per argum. in l. quę Religiosis, ff. de rei vendi. vbi dicitur. [Quæ Religiosis adhærent, religiosa sunt.] hæc ibi inter alia. Probatur & secundò præsens ampliatio Doctorū sententia. Nam infrascripti Doctores se subscripserunt præsenti ampliationi, videlicet. Glo. in dicto cap. si quis contumax, in versi. adhærentibus. glo. in dicto cap. consuluisti. versic. cęmiteria, gl. in dicto cap. fina. versic. quo faciunt se indignos. Hostiens. in summa tit. de immun. eccle. §. in quantum, versic. immunitatem etiam habet. Archidiaconus, in dicto cap. si quis contumax. Cardinalis à Turrecremata in dicto cap. si quis cōtumax. Io. And. Antonius de Butrio in dictis c. consuluisti, & cap. fina. Panormitanus in dicto cap. fin. num. 4. & in cap. ecclesia, nu. 10. extra de immuni. eccles. Henricus Boich in dicto cap. ecclesia. colum. penult. num. 14. versicu. & nota, quòd cæmiterium. Imola in Clemen. 1. colum. 2. num. 8. versic. item cæmiterium ecclesiæ. de pœnitent. & remiss. Cardinalis Zabar. in dicta Clemen. 1. colum. 1. versic. sed primò quærendum est. Felinus in cap. cùm pro causa, num. 3. versic. nota, quòd violans propè ecclesiam, extra de sentent. excommu. afferens dictum cap. cùm pro causa, in fauorem præsentis ampliationis. Nauarrus in suo manuali cap. 25. titu. de statu iudicum superiorem agnoscentium, num. 17. §. primò, quòd per locum, versic. cæmiterium. Item probatur & tertiò præsens ampliatio hac ratione. Cùm loca cultui Diuino dicata authoritate Pontificis gaudeāt hac immunitate, vt latius fuit probatum in ampliatione tertia, & loca annexa locis Religiosis, dicantur & ipsa religiosa: Indè sequitur veritas præsentis ampliationis cùm dicta loca fuerint dicata cultui Diuino authoritate Episcopi.

Amplia vndecimò dictam conclusionem dicēdo ipsam habere locum etiam in hospitali autho
34 ritate Episcopi fundato, † ac per consequens dote assignata perpetua dicto hospitali per ipsum, vel alias, vt sic confugiens ad ipsum, gaudeat immunitate ecclesiæ: quia verè tūc dicetur locus religiosus, nisi consueto contrarium obtinuisset, cū in hoc cōsuetudo valere possit. Hęc ampliatio probatur triplici medio. Primò enim per argumentū in cap. ad hæc, extra de Religiosis domibus. vbi hæc habentur, videlicet. [Ad hæc, & infra. Inquisitioni tuæ taliter respondemus, quod si locus ad hospitalitatis vsum, & pauperum prouisionē fuerit (sicut moris est) authoritate Pontificis destinatus, cùm sit Religiosus, non debet mundanis vsibus deputari, sicut de vestibus, & ligneis vasis, & alijs vtensilibus ad cultum Religionis per Pontificem deputatis, antiqua consuetudo indubitanter obseruat, & venerabiliū patrum edocent sanctiones.] hæc ibi. Dixi probari præsentem ampliationem per argum. in dicto cap. ad hæc. quoniam etsi ibi explicitè non dicatur, quòd Hospi-
35 talia † authoritate Pontificis destinata gaudeant immunitate ecclesiæ (de quo hic sermo habetur) nihilominus tacitè idipsum edocet, dicendo, q̄ dictum hospitale sit religiosum, & nullo pacto tale ædificium conuertendū ad humanos vsus: cùm conclusio ab omnium Doctorum sententia approbata sit, quòd vnusquisque locus Religiosus non conuertibilis ad profanum vsum gaudeat hac ecclesiæ immunitate, scilicet vt cōfugientes ad ipsum non possint puniri aliqua pœna corporali, vt latius dictum fuit, & probatum supra in ampliatione tertiæ. Probatur & secundò Doctorum omnium authoritate in dicto cap. ad hæc, implicitè tamen

tamen interpretando eorum sententiam, prout interpretati fuimus dictum Canonem: explicitè verò se subscripsérũt præsenti ampliationi infrascripti Doctores, videlicet, Archidiaconus in cap. definiuit.col.1. vers. in loco sancto, nec Hospitali.17.quæst.4.Bald.in l. si quis ad declinandam, §. in omnibus, num.21.C.de Episc.& Cler. Alex.in consil.19.col.2.lib.2. Panor.in c.Ecclesia, num.7. extra de immun.eccle. Felinus in cap. de quarta, col.4.vers.tertia declaratio, extra de præscrip. Didacus Couarruuias in lib.2.variar.resolu. cap.20. num.4.vers.tertiò, constat.Syl.in vers.immunitas primo, §.primo. Nauarrus in suo manuali, cap.25. tit.de statu iudic.superior.cognosc. num.18. vers. Hospitale item.

Amplia duodecimò dictam conclusionem, di-
36 cendo ipsam habere etiam locum in † dormitorio, & claustro tam Clericorum secularium, quàm regularium: eo quòd & dicta loca gaudent etiam immunitate Ecclesiæ. Hæc ampliatio probatur duplici medio. Primò enim per argumentum in cap.cùm pro causa, extra de sentent.excommuni, vbi Innocentius Tertius infrascriptis vtitur verbis, videlicet. [Cùm pro causa, quæ inter G, & F, Gabilonen. Ecclesiæ Archidiaconos vertebatur, eis cõcesserimus Auditorem: procurator G.allegauit, quòd cùm F. Archidiaconus in succentorẽ in communi dormitorio manus iniecisset temerè violentas, & eum traxisset verberando per claustrum: Tu frater Archiepiscope eum ob uiolentã manuum iniectionem, & violationem immunitatis ecclesiæ fecisti excõmunicatum publicè nunciari.] hæc ibi. Dixi probari præsentẽ ampliationem per agumentũ in dicto Canone. Primò quoniam etsi dictus Canon non videatur decisiue dictis verbis vti, sed solum enarratiuè: nihilominus ex ipsius verbis elicitur Summum Pontificem fateri, quòd dicta loca gaudeant immunitate ecclesiæ: eo quòd aliàs non vsus fuisset terminis illis, videlicet. [Ob violentam manuum iniectionem, & violationẽ immunitatis ecclesiæ.] Dixi & secundò probari per argum. in dicto Canone: quoniam etsi ibi mentio tantum fiat de dormitorio, & claustro Clericorũ secularium: tamen ex identitate rationis idẽ tacitè statutum expositiuè inibi fuisse de dormitorio, & claustro clericorum regularium apertissimè colligitur. Probatur & secundò Doctorum authoritate. Nam infrascripti se subscripserunt præsenti ampliationi, videlicet, Innocentius in dicto c.cùm pro causa. & ibi glo. vers.ob duplicem.Io.And.in dicto c.cùm pro causa sequens glo. prædictam.ibidem, Ant.de Butrio. Idem docuit Panor. in dicto cap.cùm pro causa, num.4. addens, ꝙ hæc verba, videlicet, ex quo infero, quod sicut non potest quis capi in ecclesia, sic nec in claustro ipsius ecclesiæ. Idẽ docuit Bar. in l. præsenti, num.2, C.de his, qui ad ecclesiam confugiunt. quoad claustrum. Nam his verbis vtitur, videlicet. Nota secundò, quòd priuilegium, quod habet ecclesia, competit etiam finibus Ecclesiæ: hoc est locis circunstantibus.ibi, ex his ergo locis, eorumque finibus &c. & sic si stant in ostio, non possunt capi. hæc ille. Nauarrus verò in suo manuali cap.25. titu.de statu iudic. super agnoscen.num.17.ad verbum se subscipsit præsenti ampliationi.

Amplia tertiodecimo dictam conclusionẽ, di-
37 cendo ipsam habere etiam locum in Palatio † Episcopi, vel Cardinalis; ita quòd rei confugientes ad ipsum, gaudẽt immunitate ecclesiæ; etiam si ipsum palatium non sit ecclesiæ contiguum, sed ab ecclesia separatum: Hæc ampliatio probatur duplici medio. Et primo per text. in c. id constituimus. in principio, 17.quæst.4. vbi hæc habentur, videlicet. [Id constituimus obseruandũ, quod ecclesiastici Canones decreuerunt, & lex Romana constituit, vt ab Ecclesiæ atrijs, vel domo Episcopi reos abstrahere omnino non liceat, sed nec alteri consignare, nisi ad Euangelia datis sacramentis: de morte, & debilitate, & omni pœnarũ genere sint securi: ita vt ei, cui reus fuerit criminosus, de satisfactione conueniat.] hæc ibi. Probatur & secundò Doctorum authoritate. Nam infrascripti se subscripserunt præsenti ampliationi, videlicet, Glo.in dicto cap. id constituimus, vers. vel domo, Innocentius in c.inter alia, ext.de immuni.eccle. Hostien.ibidem. Henricus Boich, in c. ecclesia, colum.fin.extra de immun.eccle. Panor. in d.c.ecclesia, num.9. Archidiaconus in d.c. id constituimus, colum.2.vers.in 1.glo.in fine. Syluester in versic.immunitas tertiò, §. 1. Didacus Couarruuias in lib.2.variar.resol.cap.20 nu.5.versic. quinto insertur. dicens hanc esse communem opinionem, inducens ad hoc & Oldra.in cons.35. & Barbatius in consil.33.num.7.lib.4. Remigius in tract.de immunitate ecclesiæ folio 70. in 15. ampliatione, & Nauarrus in suo manuali, cap.25.titu.de statu iudicum, num.18. & Hyppolitus Bonacossa in thesauro commun. opinionum, versic. Palatium: etsi non seruetur in practica, quando esset remotum ab ecclesia, per 40. passus, vt docet Iulius Clarus in sua praxi quæst.30. vers. scias etiam: qui ibidem versic. item adde, quód sicut docet communiter teneri, quòd palatium Cardinalis habeat immunitatem Ecclesiæ.

Amplia quartodecimo contenta in conclusione prima, dicendo, quòd ecclesia etiam destru-
38 cta † sine authoritate Episcopi, vel cum spe reædificationis gaudeat immunitate ecclesiæ, secus dicẽdum erit si nulla spes adsit restaurationis, vel si fuisset destructa authoritate Episcopi; propter delictorum Clericorum, secus si vt transferretur in alium locum, velut alij ecclesiæ vniretur. etsi Remigius, nec Iulius Clarus hanc clausulam non apponant locis infra citandis, sed solum Innoc.& Syluester sequens Innocentium: quia in his casibus duobus vltimis, criminosi confugientes ad talem ecclesiam, non possent frui immunitate ecclesiæ. & hanc ampliationem docuit medijs Remigius in tract.de immuni. ecclesiæ, folio 92. ampliatione vigesima. asserens hanc esse communem Doctorum sententiam, prout ipsum refert, & sequitur Iulius Clarus in sua praxi criminali, quæst. 30.vers. maius est dubium, & hoc meritò: nam ecclesia destructa, & translata in alium locum auctoritate superioris retinet omnia priuilegia, & iura, quæ antè destructionem habuerat, & idem si vniatur alteri ecclesiæ, & idem dicitur de ciuitate, & alijs locis profanis, vt peroptimè docuit Innocentius Quartus Papa in cap.2. colum.1.versicu.nota, quod quando ecclesia, vel ciuitas, extra de noui operis nunciatio. citans ad hoc proban. tex.in cap.1.ext.ne sede vacante. Quem citat, & sequitur Syluest.in versic.ciuitas, §.2. Idipsum docuerunt, & infrascripti alij Doctores, sequentes Innocentium in dicto cap.2. videlicet Bart.in l.3,

in

in fine, ff. de collegijs illicitis. Alex.in l.inter ſti-
pulantem,§.ſacram,num.13.ff.de verbor.obligat.
Iaſon in dicto §.ſacram,num.30. Arct.in §.ſacra,
num.9. verſic.in glo. remanet. inſtitu.de rerũ di-
uiſ.Flor.in l.ſeruitutes,§. ſublatum,ff.de ſeruit.vr-
banor.prædi.Benedictus Vadius in addit.ad Bal.
in l.in tantum,ff.de diuiſ. rerum de materia præ-
ſentis ampliationis vide Remigium de immuni-
tate eccleſiæ, folio 98.

Amplia primam concluſionem, & quintodeci
39 mo in eo,quem fugientem ad Eccleſiam † ob ali
quod crimen (& exceptum in ſequentibus limi-
tationibus) Iudex aſpectu, & curſu perſequitur.
Nam hic talis extrahi ab eccleſia de iure non po
terit. Hæc ampliatio probatur triplici medio,pri
mo omnibus iuribus citatis in ipſa prima cõclu-
ſione. & ſecundò Doctorum authoritate infraſcri
ptorum,qui ſpecialiter loquuntur in caſu noſtro,
vltra illos inibi citatos, qui generaliter loquun-
tur, & ſunt Bald.Romanus,Alex.& Iaſon in l.ple-
rique,ff.de in ius vocan. Caſſanæ.in conſuetu.Bur
gund.rubrica 1.§. verſicu.Archid.num.116.Ioan.
Lupi.in rubrica de donatio.§.38. nu.4.Rod. Soa-
rez in l.a.titu.de los gouiernos, quæſtio. 5. Ioan-
nes Igneus, in l.1. in principio,colum.2. & 3.ff.ad
Syll. Lugdunenſ. in Alex.Conſilio 24.num.26.lib.
2. ſcribens ibi Alex. (qui ibi docuit contrarium)
loquutum fuiſſe argumentando, non autem affir-
mando. Idem docuit Couarruuias in l.a. variarũ
reſolutio.cap.20 num.12.§.decimoquinto. & rur-
ſus idem ſentijt Bald.in l.cunctos populos. C.de
Summa Trinit.& Fide Cathol.in colum.31. Nun-
quid ergo curiæ quem ſequitur Felinus in cap.fi-
na.nu.33.verſic. poſtea ſubdit. extra de foro com
pet.dicens, quòd familia perſequens reum confu
gientem ad eccleſiam, incidit in Canonẽ,ibi ca-
piens eum. non attento initio licito:nam læditur
aliena iuriſdictio. hæc Felinus. vbi ſupra. Idẽ do-
cuit Boſſius in ſua praxi crimin.tit.de delicto,nu.
92.verſi.aliquid tamen dicunt. Addens,quòd ita
vidit obſeruari, & quòd Cyn.nunquam dixit cõ-
trarium, etſi allegetur in contrarium. & idẽ ipſe
Boſſ.ibidem docuit fore dicendum de capto à fa
milia, qui antequam perueniſſet ad carceres eua-
dendas manus familiæ ingreſſus eſt eccleſiam, de
quo caſu idẽ docuit Nauar.in ſuo manua.c.25.de
ſtatu iudic.ſuper. agnoſc.num.19.§. tertiò, quòd
ex hoc, aſſerẽs idem docuiſſe Remig.ſupradictũ,
in fallen.31. Idem Couarru.vbi ſupra.verſic.deci-
moſeptimo perpenſis Ioannes Ign.in d.l.1. col.3.
Idem Remig.in tract.de immun.eccle. ſolio 203.
in fall.3.in fine. Idem docuit Iulius Cla.in ſua pra
xi crimina.quæſtio.30. verſic. pone, familia inſe-
quitur aſſerens, quod ſi familia inſequatur reum
per loca profana, & ipſe cucurrerit ad eccleſiam,
& ibi ſe receperit, nullo pacto poſtea poterit ab-
ſtrahi inuitus ab eccleſia, & ita fuit per Senatum
Mediol.obſeruatum in caſu cuiuſdam Alex. Ma-
gni 13.Feb.1543. Boerius in deciſio.110.col. pe-
nult.dicit pronunciatum fuiſſe iuxta præſentẽ am
pliationem contra Cynum (contrarium aſſeren
tem) in Authen.ſi quis ei.C.de adult.quem poſtea
dictus Alex.in dicto conſil.videbatur ſequi.noſtrę
quoque ampliationi ſe ſubſcripſerunt & infra-
ſcripti, videlicet. Iul.Clar.in ſua praxi crim.quæ
ſtio.30.verſic.pone. dicens hanc eſſe communem
opinio.Docto.quem ſequutus fuit Hyppol.Bona-
coſſa in theſauro commun.opin. verſic. fugientes
rei. Probatur & tertiò hac ratione, videlicet; Cũ
nullo iuri adhereat contraria ſententia, & exce-
ptio firmet regulam in contrarium:& in iure,iam
Pontificio, quàm Imperiali deciſio caſus præſen-
tis ampliationis, expreſsè non fuerit reprobata.
at potius tacitè approbata, cum tamen quatuor
caſus excipiat (loquendo de iure Pontificio, cui
ſtãdum in hac materia. Inde ſequitur veram fuiſ-
ſe præſentem ampliationem, & contrariam ſentẽ-
tiam nullius momẽti, eò magis, quòd in talibus
(vt docuit Boſ.vbi ſupra.) attendendus eſt finis,
& non principium: quando attendendo finẽ ma
gis fauetur defenſioni, vt etiam docuit Bart.in l.
quid ait lex.§.quod ait lex.ff.de adulterijs.

Amplia concluſionem primam, & decimoſex-
tò in eo, qui fuiſſet condemnatus, & bannitus ca
pitaliter, & poſtea comprehenſus à familia iuſti
40 tiæ: ſi dum duceretur ad carceres † pertranſiens
per ſupradicta loca ſacra gaudentia tali immuni
tate, ingreſſus illa fuerit:nam inuitus indè extra-
hi non poterit ſine violatione dictæ immunita-
tis eccleſiæ, vt elicitur ex argumento elicito à iu-
ribus & Doctoribus citandis infra in limitatio-
nibus aſſerendis arguendo à ſpeciali. Cùm inibi
expreſsè non contineatur veritas præſentis am-
pliationis, eo quòd negari non poterit (propriè
loquendo) quòd aſſignari ratio differentiæ inter
caſum hic contentum, & qui continetur in præce-
denti ampliatione. Non obſtante in contrarium
doctrina infraſcriptorum Doctorum, videlicet. Ar
chidia.in cap.ſicut antiquitus, 17.quæſtio.4 Ioan
nes Lupi in rub.de donationibus,§.38.nu.4.Ioan
ne Igneus in l.1.in principio,colum. 3.ff.ad Sylla.
Oldradus in conſilio ſuo 54.& Didacus Couarru-
uias in libro ſecundo variarum reſolutionum,ca
pitulo vigeſimo, num. 12. §.decimoſexto. nitens
hoc ipſum probare per text.in l.ſi quis poſt hanc.
C.de ædificijs priuat.vbi dicitur,quòd de ciuita-
te ad villam non licet transferre ædificiorum or
namenta, de ciuitate verò vna ad aliam poteſt,ſi
de labenti auſertur ædificio: de vna villa ad aliã
licet, etiam ſi per ciuitatem tranſitum faciat. At-
tamen (bona pace tanti viri dixerim) neſcio quo
modo ſuum aſſumptum probetur tali iure, cum
etſi ciuitates ſint aliqualiter priuilegiatæ,nulla ta
men reperitur ſicut eccleſia, quæ hoc ſpeciale im
munitatis priuilegium obtinuit. nec poterit ar-
gui ab identitate rationis, tum quia non eadem
ratio militet: tùm etiam hæc extenſio eſſet odioſa
duplici reſpectu. Primò, quia in pœnalibus regu
lariter non fiat extenſio per identitates rationis:
& priuari hac immunitate eſt pœnale, vt patet ad
ſenſum: cùm etiam hoc fuerit conceſſum in fauo-
rem eccleſiæ, ac cultum Diuinum: eò magis,qđ à
diuerſis non debeat fieri illatio. Quapropter me-
rito me ſubſcribam contrariæ ſententiæ Doctorũ
aſtipulantium expreſsè præſenti ampliationi: qui
fuerunt infraſcripti, videlicet, Nicolaus Boerius
deciſ.110.colum.2. Nauarrus in manuali cap.25.
titu.de ſtatu Iudic.ſuperio.agnoſcen.num.19.ver-
ſicu.tertio.quòd ex hoc. dicens eſſe communem
ſententiam contra Archid.dicens hoc ipſum veri-
ficari etiam in eo, qui iam damnatus ducitur ad
ſupplicium: quia iam eſt intra eccleſiam; ſi eua-
ſus à familia intra eccleſiam ſe recepiſſet. Idem
docuit Iulius Clarus in ſua praxi criminali. q.30.
verſic.ſcias autem, dicens hanc eſſe communem
ſententiam Doctorũ, addens quòd Senatus Me-
diolanenſis

in cuius honorem hoc priuilegium ipsi Ecclesiæ fuit indultum; tamen eorum sententia erit intelligenda cum grano salis; scilicet iuxta sententiã supradictorum in casu, in quo excommunicatus non est in mora petendæ absolutionis. Infrascripti ergo Doctor.simpliciter dixerant. excommunicatos gaudere etiam immunitate Ecclesiæ, videlicet, Didaeus Couarr.in lib. 2.varia.resol.cap. 20.nu.11.§. duodecimò, vt primam huius Nauar. in suo manu.cap.25.titu. de statu Iudicum superior.agnos.num.19.versic.tertiò, quod ex hoc infertur. & Iul.Clar. in sua praxi crimin. quæst.30. quæro etiam, nunquid excommunicatus, asserés hoc ipsum dixisse Remig.in tract.de immu.eccle. in fallen.19. num.9.& addit, quòd hæc conclusio, in puncto iuris, licet patiatur aliqualem difficultatem: tamen propter honorem Dei in practica nõ esset recedendum ab ea. hæc ille. & hoc videtur verissimum, etsi Felinus in cap.2. colum.2. extra de exceptionibus dicat excommunicatum, non posse frui tali immunitate. tamen poterit concordari secundum eius mentem, dicendo ipsum loqui de excommunicato obstinato, ac incorrigibili; non autem de eo, per quem non stetit, quin ab excommunicatione absolueretur, vt in præsenti nostra ampliatione.

Limita primo conclusionem primam dicendo contenta in ea non habere locum in publico latro
45 ne, † & nocturno depopulatore agrorum, qui dũ itinera frequentata, vel publicas stratas obsidet aggressionis insidijs, ab ecclesia extrahi possunt si ad ipsa cõfugerint, impunitate nõ pstita, nec promissa. hæc limitatio probabitur triplici medio, præmittendo tamen ei enucleationem dictorum terminorum: Quapropter sciendum, quòd publicus latro is dicitur, secundum Panormitanum, in cap.inter alia, num.5. extra de immunitate Ecclesiarum qui palam, & publicè furatur, vt sunt pyratæ, vel qui publicè stant in stratis, vel isti habentes arcem, vel castrum, & disrobant homines transeuntes. Nocturnus verò depopulator agrorum dicitur is, qui obsidet stratam publicam disrobando transeuntes: & differt à publico latrone: quia iste clandestinè furatur; & moratur in loco: vnde dicitur nocturnus depopulator agrorum, secundum Innocentium, quia in nocte segetes destruit, dum ibi se abscondit, iacet, & latet: & quia propter homicidia, & rapinas, quas faciunt in stratis, comburunt, & destruunt agros illorũ, qui eis non seruiunt. Nam secundum Hostien.in summa titu.de immuni.eccle.§. in quantum, vers. sin autem longè. depopulator, seu populator agrorum dicitur vastator, seu combustor, qui de nocte comburit segetes vicinorũ, & dicitur à verbo populor popularis, seu depopulor depupularis, quod in mala significatione accipitur, quasi destruo destruis, seu dispergo, dispergis. His ergo præmissis præsens limitatio. Primò probatur per text. apertissimum, in cap.inter alia, §.& hoc verum, extra de immunit.Eccle. vbi Innocentius Tertius scribés Regi Scotiæ his vsus fuit verbis, videlicet. [Et hoc verum est, nisi publicus latro fuerit, vel nocturnus depopulator agrorum, qui dum itinera frequentata, vel publicas stratas obsidet aggressionis insidijs, ab Ecclesia extrahi potest, impunitate non præstita, secundum Canonicas sanctiones.] hæc ibi. Idem probatur, quoad publicũ latronem per text.in c.sicut antiquitus, 17.q.4. vbi Nicolaus Papa scribens Episcopis infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. [Sicut antiquitus a Sanctis patribus statutum est, statuimus, vt maior ecclesia per circuitum quadraginta passus habeat; capellæ verò, vel minores ecclesiæ, triginta. Qui autem confinia earum confringere tẽtauerit, aut personam hominis, vel bona eius indè subtraxerit: nisi publicus latro fuerit, quousque emendet, & quod rapuerit reddat, excommunicetur.] hæc ibi. Probatur & secundò Doctorum infrascriptorum auctoritate. nam infrascripti se subscripserũt ei, videlicet. Glo.in dicto cap.inter alia, versicu. nisi publicus latro glo.in dicto cap. sicut antiquitus, versi.nisi publicus. Innocentius, Ioãnes And. Antonius de Butrio, & Panormitanus. in dicto c. inter alia. Hostien.in summa titu.de immun.eccl. §.in quantum, versic. sin autem longe ab ecclesia. Goffre.in summa eodem titu. colum.2. versic. & quamuis ab hoc priuilegio. Henricus Boich, in c, ecclesia, eodem tit.& vt vnico verbo referam reliquos Doctores. dico omnes Doctor. hoc docuisse nemine excepto in dictis iuribus, & in tracta. de immunit.Eccle. Idem docuit Syl.in versic. immunitas tertiò, §.2. Nauarrus in suo manuali, cap. 25.titu.de statu iudicum superio. non agnoscen. num 2. versic.quartò, quòd non gaudent. Idẽ Iulius Clarus in sua praxi crimin.quæstio.30.versic. quæro nunquid generaliter. Idem fuit hodie cõfirmatum à Gregorio Quartodecimo, in sua Constitutione super hoc specialiter ædita: cuius tenor fuit relatus in principio præsentis quæstionis. vide ibi.

Limitatur & secundo dicta conclusio, dicendo ipsam non habere locum in confuga ad Ecclesiã,
49 † si in ipsamet ecclesia, vel in alia, vel cæmiterio, aliquem interfecisset, vel mutilasset, non interfecturus, vel mutilaturus, nisi per ecclesiam (ad quam confugit, sperasset se defendendum fore: Hæc limitatio probatur triplici medio. Primò enim per text. apertissimum in cap.fin.extra de immunit.eccle.vbi Gregorius Nonus scribens Toletano, & compostellano Archiepiscopis, infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet. [Immunitatẽ ecclesiasticam.& infra. Nonnulli impunitatem suorum excessuum per defensionem ecclesiæ obtinere sperantes, homicidia, & mutilationes membrorum, in ipsis ecclesijs, vel earum cæmiterijs committere non verentur: qui, nisi per ecclesiam, ad quam confugiunt, crederent se defendi, nullatenus fuerant commissuri: & infra. Cùm in eo, in quo delinquit, puniri quis debeat: & frustra legis auxilium inuocat, qui committit in legem: Mandamus, quatenus publicè nuncietis, tales non debere gaudere immunitatis priuilegio, quo faciunt se indignos.] hæc in dicto Canone. Idẽ nouissimè fuit statutum à Gregorio XIIII. in sua Constitutione super hoc specialiter edita in anno 1591. mense Iunij, cuius tenorem ad verbum referam in fine præsentis tractatus. Probatur & secundò Doctorum infrascriptorum authoritate, videlicet, Glo fina.dicti cap.fin. Innocentij in c.inter alia, versic.item etiam potest dici: Goffred.in summa eodem titu.colum.2. versicu. item excipiuntur & illi. Hostien.in summa, eodem tit. §.in quantum, versic.si verò maleficium commiserat. Ioann. And. Antonij de Butrio, & Panormitani in dicto cap. fina. Henricus Boich, in cap. Ecclesia, colum.2. num.8.versic.si secundum Canones,

& in

& in col.3. verf.aut extra ecclesiam. Didacus Couarruuias in lib.2.variar.resol.c.20.num.15. verf. vicesimo primò, ex Canonibus Sylueftri. in verfic. immunitas tertio,§.2. Nauarrus in fuo manuali, cap.25.titu.de ftatu Iudicum fuperior.agnofc.nu. 20. in verficu. quartò, quòd non gaudent: & Iulij Clari in praxi fua crimin.quæftio.30.verfic.quęro,nunquid generaliter.

Amplia dictam limitationem dicendo habere locum etiam in furantibus in ecclefia, cùm offendant Ecclefiã, vt omnes Doctores fupradicti ibidem docuerunt, & nouiffimè Iulius Clarus in fua praxi crimi.quæft.30. verf. item quæro nunquid.

Sublimita fingulariter allata in dicta limitatione fecunda, dicendo ipfa non habere locum in
47 eo, qui mutilat,† vel occidit in ecclefia non animo, feu fub fpe immunitatis affequendæ, in ecclefia poftmodum permanendo, fed accidentaliter, & hoc probatum fuerit apertiffimis documentis in iudicio: vt puta, fi ibi rixa cœpta fit ab his, qui vel amici antea fuiffent, vel faltem non inimici: vel fi rixa cœpta fuiffet extra ecclefiam, & alter rixantium fuiffet ingreffus ecclefiãm, infequente eum altero, & ibi poftea mutilante, vel interficiente. Hæc fublimitatio probatur triplici medio. Primò enim per argum. in cap. fin. extra de immunita.eccle.cuius tenorem ad verbum retuli in prędicta limitatione fecunda. Dixi probari præfentem ampliationem per argum. in dicto Canone: quoniam etfi explicitè inibi ipfa non contineatur: benè tamen implicitè continetur, arguendo ex verbis ipfius à contrario fenfu: eò magis, quòd fumus in pœnalibus, in quibus regulariter fieri non debet extenfio, fed magis reftrictio: vt in c. odia, & c. in pœnis. de reg. iur. in fexto. eo quòd in dicto c.fin. excipiatur à regula (quæ dicit confugientes ad Ecclefiam effe tutos) & tertiò, qui fpe immunitatis ecclefiæ inibi mutilat, vel occidit: ergo implicitè concedit confugam mutilantem, vel occidentem in ecclefia, vel cœmiterio, non fub fpe immunitatis, fed alia de caufa effe tutandum ab ecclefia, & permittendum gaudere tali immunitate: quod etiam videtur apertè elici ex verbis ipfiufmet Canonis, videlicet. [Cùm in eo, in quo delinquit puniri quis debeat: & fruftra legis auxilium inuocat, qui committit in legẽ.] Inde ergo fequitur (arguendo à contrario fenfu, quòd in iure eft argumentum fortiffimum) quod hic talis non debeat puniri in eo, in quo non deliquit. Vnde cùm in dicto Canone damnetur fpes immunitatis affequendæ, & talis confuga nõ peccauerit fub fpe immunitatis (vt fuppofuimus) inde fequitur, quòd non debeat comprehendi in dicta Conftitutione, cùm fit cafus longè diuerfus à contento in ipfo Canone, & regula fit, quòd à diuerfis non fiat illatio: maximè in materia pœnali (vt eft hæc iftius Canonis, quod & probatur alia ratione: Nam cum dictus Canon addiderit illa
48 verba, videlicet. [Et fruftra legis † auxilium inuocat, qui committit in legem.] Inde fequitur fe voluiffe apertè dicere, quòd hæc conftitutio comprehendit folùm eos, qui intendunt fraudem facere legi, & abuti priuilegio legis, quod propriè denotant verba illa [committit in legem.] eo, quòd cùm maxima iniuria affecerit legem, indè fequitur quòd etfi inuocauerit legis auxilium, & fauorem, meritò ei talia erit denegandus, cum aufus fuerit ipfi legi fraudẽ facere. Ex his ergo oĩbus vř eliciendũ, q̃ nr̃a fublimitatio probetur d.c.fi. Idẽ vř probari verbis cõftitutionis nouiffimè latę à Gregorio XIIII. In anno 1591.menfe Iunij. Nam ipfe Pontifex Sũmus nitẽs derogare tot indultis Apoftolicis cõceffis contra iura cõia decernentia quos cõfugas ad ecclefiã ibi effe tutos. Inter alia his verbis vfus fuit, videlicet. [Ita ad vnũ tantũ formã reducimus, & moderamur, vt laicis ad ecclefias, locaq; facra, & religiofa prędicta cõfugiẽtib. fi fuerint publici latrones, viarumq; graffatores, qui itinera frequẽtata, vel publicas ftratas obfident, ac viatores ex infidijs aggrediũtur, aut depopulatores agrorũ, quive homicidia, & mutilationes mẽbrorũ in ipfis ecclefijs, earũve cœmiterijs cõmittere nõ verent.] hęc ibi. At qm̃ is dicẽdus vř nõ vereri, aliquid facere, qui volũtariè, & appenfatè aliquid facit, nõ aũt qui neceffitate vel cafu, feu nulla pręuia deliberatione aliqđ facit, vt pfe patet, inde fequit nr̃am fublimitationẽ probarĩ quoq; d. nouiffima Cõftitutione, rõnibus infra afferendis: eò magis, q̃ incõfultus calor vitio iracundiæ caret, & à pęna iuris ordinaria: quẽquam reũ eximit, vt latius infra probabimus, & in trac. de conatu puniẽdo latiffimè. Idẽ probař per arg. in l.1. C.ad l.Corn. de ficcarijs. vbi hęc habenř, videlicet. [Frater vefter rectius fecerit, fi fe Præfidi prouinciæ obtulerit. Quid fi probauerit, nõ occidendi animo hominẽ à fe percuffum effe, remiffa homicidij pęna, fecundũ difciplinã militarẽ, fententiã proferet: crimẽ,n.contrahitur, fi & volũtas nocendi intercedat. Cęterũ ea, quę ex improuifo cafu potiur, quàm fraude accidũt, fato plerũque nõ noxæ imputanř.] hęc ibi. Dixi probari prefentẽ fublimitationẽ per arg. in d.l & nõ per dictã l. qm̃ etfi in d.l.1. nulla fiat ad verbũ mentio de materia pñtis fublimitationis, benè tñ implicitè arguendo ab identitate rõnis. Nã ex ipfa apertiffimè elicit, q̃ qui nõ dolofè, fed ex improuifo cafu aliquid facit, nõ fit puniendus pęna ordinaria à lege ftatuta, cũ crimen tũc verè contrahať, cũ adeft voluntas nocẽdi, noxæ verò nõ afcribať quicquid fierer potius ex improuifo cafu, q̃ ex fraude: quæ quidẽ rõ fummopere militat in cafu pñtis fublimitationis, cũ fupponať, q̃ talis cõfuga nõ ex fraude, fed ex improuifo cafu mutilauerit, vel occiderit: vnde fi nõ tutus effet in ecclefia, in qua hoc crimẽ cõmiferat, vel in alia ecclefia (cũ idẽ fit, vt oẽs Docto. docuerũt) talis cõfuga, vtiq; fequereť, q̃ eadẽ pęna effet puniẽdus, qui ex fraude, & pcifa intẽtione fraudulẽta in ecclefia occidiffet, vel mutilaffet, quia is, qui ex improuifo, ac inconfulto calore iracundię, perfequẽs inimicũ fuũ, per plateã vfq; ad ecclefiã ibi nulla fpe immunitatis mutilaffet, vel occidiffet illũ: q̃ vtiq; effe à rõne remotiffimũ, nec nõ cõtra rõnem d. Canonis probabiť & fecũdò Docto. authoritate: At qm̃ nõ defunt q̃ dicãt, q̃ pñs oña fublimitatio cõiter à Doctorib. reprobeť ideircò expreffa verba infrafcriptorũ Docto. quib. ipfi vtunť ad probandũ pñtem fublimitationẽ ad verbũ hic referã: Sciendũ igiť, q̃ Hoft. in d.c. fin. (quẽ refert ac fequiť Henric. Boich. in c. ecclefia, col.3. verf. aut nõ ex propofito, ext. de immu. eccle.) his pcifis verbis vtẽs, fe fubfcripfit pñti fublimitationi, videlicet. Aut nõ ex ꝓpofito, nec intẽdens per ecclefiã liberari, fed ex abrupto, puta, quia probat, q̃ ipfe, & ille, quẽ iux. ecclefiã interfecit, nullas habebãt antea inimicitias inter fe ; fed ex verbis ibidẽ inter eos ortis ad homicidia peruenerunt,

uenerunt, & talis immunitate eccclesiæ gaudere
debet, & sic intellige quod notat Hugo. Vnde pręsumitur contra eum, quòd malitiosè causa immu
nitatis consequendæ hoc fecerit, nisi contra probet, saltem per verisimiles coniecturas, secũdum
Hostien. pro quo facit l. 1. C. ad l. Cornel. de sicar.
hæc ille. vbi supra: Idem docuit Ioannes And. in
dicto cap. fin. versic. in glo. vltim. his verbis, videlicet. Quæ opinio Hug. posset vera esse in eo, qui
non ex proposito propter veteres inimicitias, sed
ex verbis noniter ortis homicidium ibi cõmisit,
secundum Hostien. idem docuit Antonius de Butrio in dicto cap. fin. vers. non obstant iura, extra
de immu. eccle. referens dictam sentẽtiam Host.
Idem docuit Cardinalis à Turrecremata, in cap.
diffiniuit, col. 2. vers. secundus est. his verbis, videlicet. Secundus est, si in ipsa ecclesia cõmisit maleficium sperans se ab ecclesia defendi, quod semper præsumitur, nisi contrarium probetur, nõ debet per Ecclesiam defendi, ex c. immunitaté, extra de immu. eccle. hæc ille, cuius verba sunt ponderanda: Nam non dixit simpliciter, ꝙ qui committit maleficium in ecclesia priuetur immunitate ecclesiæ: sed addidit, sperans se ab ecclesia defendi, quod semper præsumitur, nisi contrarium
probetur: ac si apertè diceret, quòd si probetur
aliquem commisisse maleficium in ecclesia alia
de causa, quàm spe immunitatis ecclesiæ, ꝙ tunc
ab ecclesia debeat defendi. ex his ergo patuit, ꝙ
Cardinalis à Turrecremata se subscripserit pręsenti sublimitationi. Idem docuit Imola in Clem. 1.
colum. 2. vers. Ioannes de Lignano hic dicit. de pęnitent. & remiss. his verbis vtens se subscribendo
Ioanni de Lignano, videlicet. Ioannes de Lignano hic dicit, quòd §. quod si delinquentem Auth.
de mandat. princip. non contradicit Canonibus,
imò concordat: quia omnes casus positi in dicto
§. exceptis duobus primis, intelligũtur, qñ delictũ
fuit cõmissum vel intra ecclesiam, vel cęmiteriũ,
vel de proposito insidioso: Vnde si aliquis occidit
hominé in ecclesia, & illud non fecerit insidiosè:
ecclesia enim habet ipsum defendere: maximè si
sit cõsuetudo, iux. notata per Innoc. in c. Inter alia,
ext. de immu. eccle. hæc ille. Idé docuit Panor. in
d. c. fin. nu. 8. si rectè librentur ipsius verba: vt post
eorũ relationé probabimus: etsi quàmplurimi dicant ipsum aduersari pñti nřæ veræ sublimitationi: Quapropter sciendum, ꝙ Panor. inibi infrascriptis vsus fuit verbis, videlicet, Sed circa prædicta
quæro; pone, ꝙ delinquens in ecclesia, non deliquerit ibi eo animo, vt defenderetur ab ecclesia,
nunquid excluditur ab hac immunitate? videtur
primo, quòd non: quia tex. ille videtur se fundare
super illa spe veniæ, vt patet ibi. [Quæ nisi per
ecclesiã.] Host. tenet cõtrarium, mouetur primò,
quia præsumptio iuris, & de iure est contra delinquentem in ecclesia: Arg. hic. præterea secundum
eum, licèt hæc ratio cesset, non propter hoc cessant aliæ rõnes, quæ subijciuntur in textu; quę videntur causæ finales huius dispositionis: videtur
tamen postea dicere, quòd si potest constare, ꝙ
non ex proposito, propter veteres inimicitias, sed
verbis nouiter ortis homicidium ibi commiserit,
quòd tunc habebit immunitatem, & in hoc casu
saluatur opinio Hugo. de qua in glo. & videtur
velle, quòd præsumatur iste animus, ex quo non
habebat cum offenso inimicitiam: & cum hoc dicto transeunt communiter Doctores hic; quę opinio est magis æqua. Sed mihi non multum placet,
quia text. allegat duas rationes, quæ satis militant in casu nostro. Prima, quia in eo debet quis
puniri, in quo deliquit. Item quia frustra legis auxilium inuocat, quasi dicat, quòd ex quo deliquit
in ecclesia, & per consequens contra ecclesiam
non debet reportare aliquod comodum occasione ecclesiæ. Hæ enim rationes vendicant sibi locum etiam in eo, qui non deliquit sub spe venię.
Prima autem ratio, de qua in principio cap. potius fuit impulsiua, quàm finalis: & præsupposito, quòd etiam esset finalis: tamen ex quo subsunt
aliæ finales, & illarum quælibet per se sufficit, ces-
49 sante vna, † nõ cessat legis dispositio, vt in §. affinitatis. institu. de nupt. (adde tu, quòd sententiæ Panormitani dictam regulam probantis, per
dictum §. affinitatis, concordat id, quod prius docuerat Bart. in l. ita stipulatus, nume. 15. versicu.
nec obstat, ff. de verborum obligatione. his verbis vtens, videlicet. Nec obstat, quòd hic ponuntur duæ rationes copulatiuæ: quia quando lex ponit duas causas, seu rationes finales: si vna deficit, & alia remanet: remanet etiam iuris dispositio, vt institut. de nupt. §. affinitatis, &c.) quòd
autem istæ aliæ rationes, quæ subijciuntur in textu per se sufficiant, patet ex alijs iuribus, vt in capitulo quia frustra, extra de vsuris. & in capitulo
cùm olim, extra de officio delega. vbi generaliter militant istæ rationes: quia præterea potest
esse, quòd non suberat vetus inimicitia, & nihilominus non commisisset delictum, si sciuisset ab
ecclesia non defendi. Nam in delictis præsumitur
malus animus, vt in capitulo primo, & quod ibi
notatur, extra de præsumptio. hæc omnia Panormitanus vbi supra, cuius quidem sententiam nonnulli nituntur afferre aduersus præsentem nostrã
primam sublimitationem. At ego (vt verum fatear) nescio quomodo hoc asserere hi audeant:
cùm ipse Panormitanus, etsi afferat nonnullas rationes contra ipsam, tamen non concludit contra
ipsam, sed solùm attulit dictas rationes dubitandi, postquã iã explicitè dixerat nřę sublimitationi se subscripsisse cõiter Doct. & ꝙ ipsorũ opinio
esset magis ęqua, quàmuis subdiderit, ꝙ ipsa sibi
non multum placeat: quasi diceret, & si mihi placeat, tñ non multũ, & ꝙ fuerit ipse Panor. assipulatus pręsenti sublimitationi, probať per ea, quę
ipsemet Panor. dixerat de eadem materia in c. inter alia, nu. 13. vers. præterea, & vltimo, ext. de immuni. eccle. vbi volens probare, ꝙ hęc immunitas
non fuerit cõcessa Clericis, & Religiosis. infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Pręterea & vltimo, cũ
occidentes in ecclesia gaudeant hac immunitate,
nisi malitiosè in ecclesia id fecerint, vt in c. fin. infra eodem. sequeretur, quòd Clerici (maximè
qui communiter viuunt) rarò, aut nunquam punirentur de delictis eorum, cùm plurimum delinquant in ecclesia: cuius contrarium apertè probatur in cap. nullus, 17. quæstione quarta, & clarius in capitu. 2. & cap. illorum, de sent. excõmu.
cum similibus. hæc ille. Ex quibus elicitur ratio
arguendi, ꝙ ipse fuerit amplexatus præsenté sublimitationem, cùm ipsam attulerit ad confutandã
rõnem, qua Clerici nõ debeant gaudere immuni.
Ecclesiæ ad ipsam cõfugiendo. Idẽ docuit in d. c.
inter alia, n. 17. infrascriptis verbis vtẽs, videlicet.
Nã homicida tũc non gaudet hac immunitate cũ
delictũ cõmisit in ecclesia sub spe immu. ecclesię,

secus ergo si non ex proposito occidat, & rursus ibidem, nu.21. his verbis vtitur, videlicet. Itē cōtra c.fi.infra eo. Inducēdo illud.c.per locū à speciali, ꝙ argumentū validū est in iure, vt legitur & not.in c.præsenti, §.loca.de præben.lib.6. Tunc.n. delinquens ex proposito non gaudet hoc priuilegio, quādo illud delictum cōmisit in ecclesia sub spe immunitatis, secus si extra, etiam sub spe immunitatis. Valet enim argumentū à contrario sensu, ex quo nō reperitur de iure cōtrarium, vt in c. cùm Apostolica, extra de his, quę fiunt à pręlatis. Idem apertius docuit Henricus Boich, in c.ecclesia, col.3.nu.9.vers.aut non ex proposito, extra de immun.eccle.vbi infrascriptis vtitur verbis, videlicet. Aut non ex proposito, nec intendens per ecclesiā liberari, sed ex abrupto, puta, quia probat, ꝙ ipse, & ille quem iuxta ecclesiam in cęmiterio interfecit, nullas habebant antea inimicitias inter se; sed ex verbis ibidem ortis inter eos ad homicidia peruenerunt, & talis immunitate ecclesiæ gaudere debet: & sic intellige quod notat Hugo. Vnde præsumitur cōtra eum, ꝙ malitiosè causa immunitatis consequendæ hoc fecerit, nisi cōtrariū probet saltē per verisimiles coniecturas, secundum Host.c.fin.extra eodem tit.pro quo facit l.1.C.ad l.Cornel.de sicar.hæc ille, qui etsi explicitè loquatur de interficiente extra eccle.sed prope ipsam, idest, in cęmiterio, tamen idē implicitè docuit de interficiente, vel mutilante intra ecclesiā: & quod hoc sit verum probatur primò, quia explicitè loquitur de cęmiterio, quod in hoc ecclesiæ æquiparatur in dicto c.fi.& secundò, quia ad probādum idipsum citauit Host.qui explicitè se subscripsit pręsenti sublimitationi; vt supra probauimus afferendo eiusdem sententiam: Nauarrus verò in suo manuali cap.25.titu. de statu iudicū superior.agnosc.nu.20.dicit, quòd quamuis sit hæc communis opinio in theorica, tamen in praxi nō est recepta, secundū Stephanum in decis.422.Capell.Tholos.quod Lusitania nō seruat, cuius leges distinguere videntur (vt in præsenti limitatione) lib.2.ordin.titu.4. Remigius quoque in tract. de immu.eccle.in 3.fallentia, nume.3.dicit hanc esse cōem opinionē: nō nego tamen Iulium Clarū in sua praxi crim.q.30.vers.itē quæro nunquid.in fine.dixisse, ꝙ hæc opinio cōis apud eum, & communiter dices nō posset in practica obtineri, eo ꝙ semper viderit obseruari, ꝙ qui in ecclesia deliquit, reputetur indignus, vt eius immunitate se defendat.

Limita & tertiò primam conclusionē, dicendo ipsam non habere locum in eo, qui existens extra
50 ecclesiā mutilat, aut occidit iaculo, † scloppo, vel alijs armis existentē in ecclesia, vt elicitur ex verbis, ac mente supra recensitæ Constitutionis Gregor.Quartidecimi. Cū ibi dicatur [quòd nō gaudeat immu.ecclesiarū, qui homicidia, & mutilationes membrorū in ipsis ecclesijs, earumvè cęmiterijs cōmittere nō verent.] hęc ibi. Diximus hoc elici ex d.Cōstitutione, cū id eliciatur ipsum voluisse declarare priuādū fore hac immunitate eū, qui existēs personaliter in dictis locis, supra dicta commisit maleficia, cuius decisioni astipulari vī Bart.in l.libellorū, ff.de accusationib.vbi egit de puniendo criminoso pro maleficio perpetrato in confinib.duorū dominiorū. Nā patet quòd is dicatur offendisse ecclesiā, cū ipsam polluat, & quātum in se est, facit ꝙ ecclesia nō sit locus tutus, similē illā faciendo nemorib.periculosis: eò magis ꝙ cōsumet delictū in ipsa ecclesia, quod docuerūt infrascripti Doct.hoc elicientes ex mente d.c.fin. eod.titu & sunt videlicet, Bal.in l.si quis.nō dicā rapere, col.3.C.de Episc.& Cler.& in l.multū interest pen.col.vers.sed hic quæro.C.si quis alteri, vel sibi.Pau.de Castro in l. sicut proponitur, ff. de fideiusso.Hyppolitus de Marsilijs in l.vnica, num. 250.& sequentib.C.de raptu virginū.Didacus Couarruuias in lib.2.variar.resol.cap.20.nu.15. vers. vigesimoseptimo ex his.Panormitanus in cap.fin. in fine, extra de immu.eccle.Nauarrus in suo manua.cap.25.tit.de statu Iudicum agnosc. superio. num.21. versic.nemo itē ea gaudet. Attamen notandum, quòd supra citati Doct.addiderunt prę-
51 dictæ limitationi dicentes, ꝙ tali immu.† priuātur non solū occidentes, ac mutilantes, modo ibi contento, verum etiam, quòd percusserunt, vel vulnerauerunt aliquem existentem in ecclesia, quòd forsan verum erat ante supradictam Constitutionem, quæ post eos emanauit, non autem hac tempestate, stante prædicta Constitutione, in qua solùm recensentur dicti casus, & ipsa emanauerit in derogationē tot priuilegiorum contra iuris cōia formam indultorum, vt ex cōtextu verborū ipsius elicitur, cùm ibi non dicatur de percutiente, & vulnerante sine mutilatione. Etsi posset dici ipsā extendi ad debilitatem mēbrorum aliquod principale, cum militet eadem prorsus ratio, quæ in mutilante; eo quòd sicut mutilato membro quis vti non potest ad suum commodum, ita & membro debilitato, vt patet ad sensum.

Limita & quartò regulam traditam in prima conclusione dicendo, ꝙ etsi locum habeat dicta
52 conclusio in homicida voluntario, † vt omnes docent in c.1.de homic.ipsa tamen non procedit in confuga ad ecclesiam, qui homicidium perpetrauit (& in ampliatione secūda, & tertia, latius probauimus, proditoriè: quod fieri cōtingit his modis enarratis per Felin.in c.1.extra de homic.Primus quorum est, quando quis vnum habet in corde, & aliud in ore. secundum Pet.de Anchar.in d. c.1.allegantē, l.1.ff.de pactis dotal.& l.3.in princ. ff.ad l.Iul.maiest.quē sequitur Io.de Anan. in c.1. de homic.col.2.in principio.Secundus, secundum eundem Pet.in socio percutiente socium in via.allegat ipse.l.fin.C.de delatorib.lib.10.quod intelli-
53 go verum, † solùm secundum etiam mentem ipsius Petri, quando in via nulla alia noua occasione orta, seu litigio, socium quis interfecerit: secus ex repentino motu iræ aliqua de causa in via concepto occiderit, quia tale homicidium dicendum non esset voluntarium (propriè loquendo) ac dolosum, sed solùm (vt ipsi dicunt) culposum, seu sine dolo, cum aliquali culpa perpetratum, vt peroptimè docuit quoque Bar.in l. respiciendum, §. delinquunt, versicu. alio modo committitur, ff.de pœnis. vbi infrascriptis notatu dignissimis verbis vtitur, videlicet. Alio modo committitur ex proposito proditoriè: est enim prodere, vnum actibus ostendere, aliud in mente gerere, vt notatur in l. 1. ff. de præuari. & in l.4. in principio, ff. ad l. Iuliam maiestatis, & ideo si veniens tecum, nulla interueniente rixa, te percutio: non possum dici contra te fecisse insultum; sed dicor fecisse proditoriè: quia aliud gerebam in animo, quam illud, quod gerebam in actu. pro hoc, l. finali. C. de delatoribus libro decimo.

Tertius

Tertius modus est, quando quis sedens tecum in mensa, te interfecit: vt docuit Bart. vbi supra. cuius sententia non debet secundum corticē enucleari, sed secundum sensum, & mentem ipsius paulò ante relatam ad verbum in casu simili: vt benè elicitur tum ex supradictis verbis immediatè præcedentibus à me supra relatis, cùm etiā, eo ꝙ ipse Bart. tradere nobis volens, quando homicidium dicatur fieri proditoriè, post supradicta immediatè dixit, vel si sedens tecum in mensa, hoc faciebam, ac si apertè diceret Bar. ibidem, si quis pacificè sedens in mensa tecum, nulla suborta noua occasione te interfecerit, vtique hic talis proditor meritò dicendus erit.

Quartus modus, secundum eundem Bart. ibidē subsequēter est, qñ quis cū esset amicus alicuius, vel saltem inter ipsos nullus antea fuerat rancor, percussit illum de retro: nō añt diceretur proditoriè percussisse; quando quis cū esset alicuius inimicus, eo ꝙ inter eos rancor erat, te percutio de retro: quia tunc illum percutiendo taliter, nō erit dicenda talis percussio facta proditoriè: quia illud, quod facio in actibus, ostendebā me tibi desæuire velle. hæc Bart. vbi supra. & si Didacus Couarruuias in lib. 2. variar. resol. cap. 20. nu. 7. §. tandem in his prænotatis. dicens, ꝙ Bar. sequutus fuerit Gerard. in singu. 14. contra quos ipse insurgēs his vtitur verbis, videlicet, aduersus quos animaduerto id homicidium commissum fuisse per industriam insidiosam, quod sufficit, vt homicida proditorius dicatur, tex. in c. 1. ext. de homicidio, & præterea ex iure regio expressim hęc Bar. opinio corruit. perpensa l. vlt. tit. 7. ab. 8. ordina. quā ob rem mihi potius placet hunc homicidam proditorium omnino esse: hæc ille.

Quintus modus secundum Felynum vbi supra, est, qñ quis occidit aliquem veneno. dicens, quòd plus est aliquem occidere veneno, quàm gladio: vt in l. 1. C. de malefic. & mathe. per quam dixit Bal. in l. nemo C. de Sum. Tri. ꝙ talis est proditor.

Sextus modus est secūdum eundē Felinum vbi supra, quando quis mouet bellum sine diffidatione, vt docuit Ioann. Aud. in cap. 1. de homicidio: in sexto.

Septimus modus est, secundum eundem Felinū vbi supra, quādo quis permittit transire per suum territorium gentem inimicam, & non reuelat, secundum glo. in l. si quis à Barbaris. C. de re milit. lib. 12.

Octauus modus est secundum eundem Felinū, vbi supra, quando quis conuiua secum conuiuantes occultè offendit, vt docuit Bald. in c. 1. col. 5. qui. mo. feu. amit. allegās illud Domini, apud Marcum, c. 14. vers. 18. Amen dico vobis, quia vnus ex vobis tradet me, qui manducat mecum.

Et notandum, ꝙ prędicti modi dicendi homicidium fuisse proditoriū videntur ad rē nostrā facere: & si gl. in c. Clericus, qui adulationib. dist. 46. enumeret nonnullos alios modos proditionis his verbis vtens, videlicet. Proditor dicitur, qui propter timorem non defendit veritatē, & qui tacet eam, vt in c. nolite, 11. q. 3. Item qui crimen alterius sibi soli motum manifestat, vt in c. si pecca uerit, 2. q. 1. Item qui malitiosè circumuenit aliū, & callidè seducit, vt in periculum salutis trahat, vt in c. si cupis, 16. q. 1. Item qui rem sibi commissam exponit hostibus, vt in eade forma, 22. q. 5. Itē qui iussa veritatis contęmnit; vt in c. abijt. 11. q. 3. Item qui secretum sibi commissum reuelat, vt in cap. Neruí dist. 13.

His ergo præmissis pro maiori intelligentia pręsentis quintæ limitationis. Sciendū, ꝙ præsens limitatio probatur triplici medio. & primo per text. apertissimum, in c. 1. ext. de homic. vbi hęc reperiuntur Canonizata ex lib. Exodi, c. 21. videlicet. [Si quis per industriam occiderit proximū suum, & per insidias, ab altari meo euellas eum, vt moriatur.] hæc ibi. Sed antequam ad recitationē sententiarum Doctorum me accingam, opus erit enucleare quidditatem illorum principalium terminorum, videlicet. [Industriam, & insidias.] Sciendum ergo quòd communiter dicta verba à Doctoribus ibidem summuntur pro proditorio homicidio. Idē nouissimè decreuit Gregorius XIIII. in sua Constitutione ædita anno salutis 1591. de mense Iunij. vbi inter alia dixit, quòd nullatenus fruatur ecclesiastica immunitate is, qui perpetrauit homicidium proditorium. Quapropter lis antiqua inter Doctores circa materiam pręsentis casus est absoluta. Sciendum insuper ꝙ duplex reperitur apud Doct. sententia circa pręsentem limitationem ad inuicē contraria. Nā ipsi limitationi se subscripserunt infrascripti Doct. videlicet. Glo. in d. c. 1. vers. per insidias. Innocentius in c. inter alias. vers. quamuis posset dici. ext. de immu. eccl. his verbis vtens, videlicet. Quamuis posset dici, ꝙ quicunque insidiosè offendit, hoc priuilegio non gaudet, quia non debet gaudere priuilegio, qui committit in legem. Felinus in d. c. 1. col. 2 versic. in glo. prima. in fine. dicens, ꝙ sententia dictæ glosæ verificetur in homicida proditore. Idē docuit Io. de Ana. in dicto c. 1. col. 2. in vers. in eadem glo. in fine. Didacus Couarruuias in lib. 2. variar. resolution. cap. 20. nume. 7. § 8. constat. asserens hanc esse communem Doctorum opinionem, approbatam, ac receptam consuetudine totius christiani orbis, & refert infrascriptos Doctores. idem sentientes, videlicet, Aretinus in capitulo cùm nō ab homine, colum. 10. extra de iudicijs. Guido Papæ decisio. 121. Regia. l. vltima, titulo 14 partę prima. Stap capitu. 21. Exodi, Alexander in consilio 145. libro septimo, numero quinto, Speculat. in tracta. de Concilio, 2. par. titu. 45. Eleganter Nicolaus Boerius decisione 19. asseuerās opinionem hanc apud Gallos fuisse admissam; Petrus de Ancharano, in dicto capitulo primo, & capitulo inter alia, eodem titulo. Practica Ferra. in titulo de forma inquisitionis. Alciatus de præsumptio. Regia 3. præsumptione 33. & libro septimo, Parerg. capitulo sexto. Cassanus in consuetudi. Burgundiæ, Rubrica prima, §. quinto, versicu. Archidiacon. numero 113. Ioannes Ignetus in l. 1 §. si Dominus, numero septimo, ff. ad Syllania. Addidit dictus Couarruuias vbi supra, ꝙ hic sit vetus sensus præfati c. 1. quod deductū ab ea lege, quę Exodi, c. 21. refert. nā & Ioab, qui duos Principes insidiosè occiderat, cū ad altare cōfugisset, iussu Salom. apud ipsum altare occisus est, vt habetur 3. Regū, c. 2. & narrat Iosephus. lib. 8. Antiq. Tñ ibidē vbi sup. nu. 7. vers. nono ab eisdē conclusionibus deducit. dicit, ꝙ simplex homicida, & spōte, non fortuitò iniurio se aliquē occiderit, gaudebit immunitate ecclesię, & ꝙ hanc opinionē esse cōem doceat, & sequatur Alexand. in consil. 145. lib. 7. consultò, præuia deliberatione post repentinum iræ motum, & rursus ibidem, nu. 10. vers. septimò,

vt ad institutū docet, quòd si quis mandauerit aliquē Christianum interfici per quosdā infideles dicti assallini (vt oēs Doct. docuerunt in c. 1. de homic)incidat in excōmunicationē,& sit diffidatus, ita q̀ impunè poterit occidi,& non gaudeat immun.eccl.ad ipsam confugiens.Tamen qui conductus pecunia (qui communiter assassinus dicitur) homicidiū hac de causa fecerit (nisi proditoriè ipsum fecerit) confugiens ad ecclesiam, gaudebit immunitate Ecclesiæ reliquis maleficis confugis indulta.Vide ipsum a supradicto nu.10.per totū, quia hanc conclusionem disputat accuratissimè, & optimè decidit. Idem docuit Iulius Clarus in sua elegantissima praxi criminali quæstio.30.versicu.scias tamen.dicens hanc esse communē opinionem, quem retulit,& sequutus fuit Hyppolitus Bonacossa in suo thesauro cōmunium opinionum.versic.fugientes rei ad Ecclesiam. Idem docuit Nauarrus in suo manuali,capitulo 25.tit. de statu Iudicum superiores agnosc.dicens hanc esse communem opinionem cōtra Panormitanum, quam D.Remigius à Gogni confirmat (dicens hoc praxi, & vsu receptum in tractatu de immun. eccle. copiosè probat in fallētia vndecima,& duabus sequentibus)Ita docuit (vt refert Iulius Clarus vbi supra) circa proditorium homicidam, q̀ non gaudeat) Antonius Gomesius in cap.10. in tractatu de delictis. Plaza in lib.primo delict.capitu.21.num.6. Menchiaca in lib.3.de testamētis, §.22.post num.53.vers.illud autem. Idem docuit Igneus in l.1.§.si Dominus,nu.7 ff.ad Syll.dicens hanc communem conclusionē esse vsu receptam sæpius ex communi vsu Iudicum. sed sciendū, q̀ huic sententiæ refragati fuerunt infrascripti Doctor.videlicet Io.And. Antonius de Butr. Panor. Henricus Boich,& Marianus Socinus in dicto c.1. de homic.qui simpliciter dixerunt, q̀ omnis homicida tam voluntarius,quàm casualis,& proditorius gaudeat immunitate ecclesiæ;quorū sententiæ, etsi sint maximæ authoritatis. Nihilominus cum cōtraria opinio sit communior, & nō solùm vsu,seu consuetudine ipsa recepta quoad homicidium proditorium: imò hodie hæc omnino erit amplectenda , stāte dicta Constitutione Gregorij Quartidecimi hoc expressè statuentis : cuius præcisa verba retulimus in principio huius quæstionis. Vide ergo omnino ibi.

Sublimita dictam quartam limitationem,dicēdo ipsam non habere locum in eo, qui etiā insidiosè, seu proditoriè percusserit † aliquē animo
54 mutilandi,vel occidendi,& per se nō steterit quin effectus sequeretur: tamen ille talis percussus indè nec mutilatus,nec mortuus remansit : quoniā hic talis percussor etiam in foro fori puniendus esset mitiori pœna regulariter. de quo latius sup. in quest.de conatu puniendo,& pœnis indè extēdendis.Hic ergo nō proderit de iure confugiens ad ecclesiam immunit.ecclesiæ, si post tale attentatum proditorium (non sequuto effectu) homicidium confugisset ad ipsam ecclesiam , vel alia supra recensita loca gaudentia eadem immunitate: cùm pœna ordinaria dicti homicidij perpetrati (sequuto effectu) inter alias, sit(iuxta præcedentem limitationem) vt non gaudeat talis homicida immunitate ecclesiæ, si ad ipsam confugerit : Quapropter ne puniatur eadem pœna attentās delictum (non sequuto effectu) qua venit puniendus delictum consumans,sequuto effectu.

vt latius dixi in tracta. de conatu ad maleficium perpetrandum puniendo,conclusione quinta.dicendum erit, quòd hic talis gaudeat immunitate Ecclesiæ. Hæc sublimitatio probatur triplici medio. Primo enim per argumentum in capitulo primo, extra de homicid. vbi sententia libr.Exodi, capitulo 21. versicu. quartodecimo. his verbis canonizata reperitur, videlicet. [Si quis per industriam occiderit proximum suum, & per insidias, ab altari meo euelles eum, vt moriatur.] hæc ibi. Dixi probari præsentem sublimitationem per argumentum in dicto capitulo primo, eo, quòd ex ipso eliciatur apertissimè locus arguendi à contrario sensu tali pacto, videlicet. Si quis per insidias, ac proditoriè aliquem interficeret, non gaudeat immunitate ecclesiæ: etsi hoc negetur à nonnullis celeberrimis Doctoribus (de quibus paulò post) tamen dato,quòd dictus Canon talem homicidam priuet immunitate ecclesiæ: arguendo modò à contrario sensu, patebit, quòd ex eodem met Canone elicietur,luce meridiana clarius, quòd is, qui proditoriè non occiderit, & si percusserit animo occidendi,tali morte non sequuta,non veniat puniendus pœna priuationis dictæ immunitatis ecclesiæ,indultæ regulariter omnibus maleficis, præter supradictos specialiter in iure exceptos,cùm in foro fori(de quo est sermo) dicendus non erit aliquis homicida, (vt pœna ordinaria homicidij veniat puniēdus) attentans homicidiū,ēt animo occidēdi,morte illius nō sequuta: cū alias sequeret, q̀ falsum esset illud axioma vulgatissimū apud Canonistas,& Iuristas elicitū, tā à sacris Canonicis sanctionibus, quàm Imperialib.s. q̀ conatus ad maleficia perpetrāda in iudicio criminali , nō sequuto effectu criminis intētati,nō veniat puniēdus pœna ordinaria à iure statuta, ac si fuisset sequutus effectus,sed mitiori arbitrio Iudicis (nisi in iure præcipiatur specialiter puniri conatū eadē pœna,ac si fuisset sequutus effectus,vt in crimine lesę maiestatis humanę) eò magis,q̀ sumus in pœnalibus,in quib.regulariter nō concedit fieri extēsionē: iux.vulgatissimas iuris regulas.c.in pœnis,& c.odia.de reg.iu.in sexto (vt latius probauimus in nrō trac.de extēsione pœnarū) etsi nō negemus aliquādo concedi hmōi extensionē ratione maioritatis, vel identitatis rationis (vt ibi latius) tamen asseuerare non erubescimus neminem ex Doctoribus ausum fuisse, vel audere posse asserere, quòd in aliquo casu possit fieri extensionem legum pœnalium, arguendo per minoritatem rationis, & quamuis ex dictis eliciatur veritas præsentis sublimitationis: tamen quia non defuerunt qui contrarium docere voluerunt : iccircò alijs medijs probabo. verissimum esse axioma illud, quòd conatus ad maleficia perpetranda non sequuto effectu intento in iudicio non poterit de iure pœna ordinaria plecti, sed mitiori arbitrio Iudicis, ponderatis circunstantijs facti. Sciendum ergo, quòd & præsens sublimitatio probatur per argumentū in cap.perpetuo,de elect.in sexto. in quo reposita reperitur Constitutio Gregorij Papæ Decimi in Concilio generali Lugdunēsi his verbis cōtenta, videlicet. [Perpetuo sanctionis oraculo declaramus, q̀ scienter in electionib. nominātes indignū propter suffragiū in scrutinio prestitū,(Nisi adeò in eo perstiterint, q̀ ex votis eorū cōis electio subsequatur) nequaquam potestate eligendi priuentur, & licèt

pre

pro eo, quòd indignum nominando scienter contra conscientias suas agunt: Diuinam vindictam, & Apostolicæ vltionis metum, quem qualitas facti suaserit, possint non immeritò formidare.] hæc ibi. Dixi probari præsentem sublimitationē, per argumētum in dicto capitulo, Perpetuo. quia arguendo ab identitate rationis, idem ex illo eliciatur: cùm inibi dicatur non puniendum fore eum pœna priuationis potestatis eligendi (quæ pœna ordinaria erat indicta cōtra eum, qui scienter indignum eligeret) & si hoc attentare, ac perficere conati fuerint, nisi fuerit subsequutus effectus talis attentationis, scilicet nisi ex votis talium nominantium indignum fuisset subsequuta electio talis indigni: Reliqua iura, & sententias Doctorum idipsum docentium, & impugnationem præsentis sublimitationis reperies supra, in quæstio. vnica de extensione legis pœnalis punientis perpetrantes crimina ad conantes ipsa crimina perficere non sequuto effectu in probatione conclusionis quintæ.

Restat modò, vt enarremus nonnullos Doctores, qui hanc ipsam sublimitationem ad verbum insequantur, & falsam esse asseuerant, (etsi præsenti sublimitationi se subscripserint expressè, Io. And. Antonius de Butrio, Panormitanus, Henricus Boich, & Marianus Socinus in dicto capitulo primo, de homicidio asserendo, quòd homicida insidiosus, seu proditorius gaudeat immunitate ecclesiæ: & arguendo à fortiori: implicitè multò magis tali immunitate gaudebunt si nō sequatur homicidium attentatum) proditoriè, vt specialiter docuerunt Boerius in decisione 110. & Rebuffus in secundo Tomo Regiarum constitu. in tracta. de immunitate Ecclesiæ, articu. primo; quæstio. quinta. Aduersantur igitur præsenti su-

55 blimitationi expressè infrascripti Doctores, † videlicet Ioannes Igneus in l. 1. §. si Dominus, num. 7. ff. ad Syllan. qui in nume. 20. subdidit, ita iudicatum fuisse. Didacus Couarruuias, in lib. 2. variarum resolutionum, cap. 20. num. 7. §. octauo cōstat. Remigius in tract. de immu. eccle. fall. 11. quē refert & sequitur Nauarrus in suo manu. c. 25. tit. de statu Iudicum superior. agnoscent. dicens hanc esse communem opinionem. & Innocentius IIII. in c. inter alia, ext. de immu. eccl. dicens, ꝙ quicūque aliquē insidiosè offenderit, non gaudebit hac immunitate ecclesię: quia nō debet gaudere priuilegio, qui committit in legē. His etiam, sententijs Doctorum non obstantibus, adhùc dicimus sublimitationē nostrā esse verissimam tot tantisq; legum, Doctorum, ac rationum oraculo probatā:

56 Tamen † ad maiorem veritatis notitiam respondebimus dictis authoritatibus Doctorū. Quapropter sciendū, ꝙ etsi Couarruuias prędicta dixerit: tn̄ doctissimè materiā conatus ad maleficia perpetranda pertractans in initio secundæ partis, relectionis, num. 6. versic. verum circa illationē refert quamplurimos Doctores supra per me citatos docuisse, quòd is, qui conatus fuit aliquòd perficere delictum de atrocioribus, & per se non stetit, quin perficeretur, tamen non fuit sequutus effectus aliquo impedimento facti, etiam si fuisset deductus conatus ad proximum ipsius consumati sceleris actum: etsi veniret puniendus eadem lege, qua puniretur ipsum crimen, si fuisset consumatum, tamen non eadem pœna, sed mitiori. Ipse tamen Couatruuias consulit Iudicibus, vt examinent circunstantias, & actus concurrentes in ipso atrociori delicto perpetrando, & tunc iudicēt, qua pœna veniat puniendus talis conatus, scilicet ordinaria, aut extraordinaria. & in hoc sistit pedem dicendo, quòd ponderatis omnibus circūstantijs criminis attētatis aliquādo ipse conatus veniret puniēdus pęna ordinaria, & aliquādo extraordinaria. & in vers. tertio est omnino considerandum. dicens, ꝙ conatus in alijs criminibus nō atrocioribus non venit puniendus pœna ordinaria, sed extraordinaria. Hæc omnia docuit Couatruuias. ex quibus elicitur, ꝙ ipsius sententia sit, quòd etsi communiter Doctores tenuerint, quòd conatus ad proximum delicti actum deductus nō sit puniendus regulariter in atrocioribus criminibus pęna ordinaria, sed extraordinaria, ponderatis tn̄ conditionibus omnibus ipsius delicti: & in nō atrocioribus semper conatus debeat puniri pęna extraordinaria. Quapropter deducendo eius doctrinā ad rem nostram. dico, ꝙ stare nō possit (cùm reuerentia tamen tanti Doctoris) assertio eius in casu proposito in pnti sublimitatione: tum quia ipse ibi non probat authoritate alicuius Canonis, nec ratione, imò contra cōem Doctor. sententiam ꝙ est glo. & Felin. in casu proposito, tā eruditissimus, in d. c. 1. ext. de homic. consultò. nō dixit, ꝙ si quis proditoriè percuteret aliquē animo occidendi, priuandus esset immunitate ecclesiæ, sed solùm, quòd ex tali Canone haberetur quartus casus, in quo confuga ad Ecclesiam non frueretur immunitate Ecclesię: Vnde si vera esset Couarruuias sententia, & quintus casus à iure haberetū, quod vtiq; est contra regulā argvē di à speciali, vt oēs Doctor. dixerunt: imò ni fallor videtur aduersari ijs, quæ ipsemet dixerat de conatu puniendo: cùm ibi dicat puniendum fore regulariter extraordinariè, & loquitur de criminibus attentatis, quorum consumatio prohibetur à iure certa pœna statuta: ad hoc accedit, ꝙ in dicto cap. 1. de homicid. non dicitur, euellendum fore ab altari conantem interficere proditoriè, sed occidentem proditoriè: cùm ergo à tot, tantisque doctissimis viris loquentibus generaliter de puniendo conatu, doceamur, quòd etiam in atrocioribus non veniat quis puniendus pœna ordinaria, & pœna ordinaria in casu nostro, esset ipsum attentantem homicidium, vel mutilationem priuare immunitate Ecclesiæ: patet ipsum non fore priuandum à Iudice seculari, sed seruandum à Iudice ecclesiastico imposita sibi pœna extraordinaria: sed si voluerimus reuereri tot iuris Canonici lucernas fulgentissimas, dicemus ipsum non fore puniendum aliqua pœna: cùm non sit intelligendus dictus textus in capitulo primo, quoad attentantem homicidium proditorium. Et hæc sufficiant in responsionem sententiæ Couarruuias.

57 Ad Nauarrum † modò: facilior erit responsio, cùm ex dictis ipsius in capitulo si quis non dicam rapere. de pœnitentia distinctione prima, per totum, agentis de conatu in maleficijs puniendo regulam generalissimam tradiderit, quòd quicumque conatus fuerit aliquod crimen perpetrare, & deuenerit ad proximum ipsius actum, & quamuis per se non steterit ipsum consumare, nūquā tn̄ veniet puniēdus pęna ordinaria indicta à quacūq; lege, vel statuto, sed pęna extraordinaria. Quapropter nō cesso mirari quo in suo manu. vbi

supra. loquens de attentante homicidium proditorium dixerit, quòd si quis proditorie attētet homicidium committere, aliquē percutiendo, & si homicidiū nō sequeretur, oihilominus esset priuandus immonitate Ecclesiæ, si ad ipsam confugisset; addens, ꝙ hæc sit cōmunis Doctorum opinioı cùm ex hucusq; allatis patuit, quòd loquēdo de conatu ipso puniendo communiter. ferè omnes dicunt (quos & ipse Nauarrus sequitur) attētantem fore puniendum pęna extraordinaria, & non ordinaria: & tamen ipse, & alij quamplurimi interpretati fuerunt dictum c.1.de homic. habere locum solùm in occidente aliquem proditoriè, sic quòd talis sit priuandus immunitate Ecclesię, quę erit pęna ordinaria statuta in ipso Canone quoad Iudices ecclesiasticos. Quomodo ergo dicta pęna ordinaria veniat puniendus attentans proditorium homicidium, ipso non sequuto? eò magis, quòd dictum text. Ioann. And. Antonius de Butr. Panormitanus, Henricus Boich, & Marianus Socinus, ibidem interpretantes. dixerunt, quòd ex dicto textu non eliciatur, quòd proditorius homicida sit priuandus immunitate ecclesiæ: si ergo nō venit priuandus proditorius homicida, scilicet sequuto homicidio: quomodo veniet priuandus illud homicidium attentans, ipso non sequuto? Vbi ergo fundatur hęc assertio, quòd est communis opinio: cùm nec glo. nec Felinus ibidem hoc dixerint, imò nec Canon ille in dicto c.1. sed solum omnes dicti Doctores loquantur de homicida proditorio, & tamen patet in foto fori neminem puniendum de homicidio pœna ordinaria, secundum ius commune, neque dicendū fore homicidam propriè loquendo eum, qui solùm homicidium attentauerit: eò magis, ꝙ & pęnæ sint restringendæ, & fauores ampliandi: & hoc priuilegium immunitatis fuerit introductum in fauorē ecclesiæ, & in cultum Diuinom, etsi in utilitatem reorum confugarum cędat: & quis ignorat, quòd iura extendenda siot, quando sumus in fauorabilibus, vel in fauorem, & honorem ecclesiarum, & cultus Diuini augumentum, vt in casu nostro: vt peroptimè ponderauerunt Doctores supra citati in dicto c.1.de homicid. ad hoc ipsum probandum accedit nouissimè Constitutio Gregorij Papæ Quartidecimi in principio tecēsita, vbi statuit omoes confugientes ad ecclesias &c. fruantur immunitate ecclesiarū, pręter ibi expresse exceptos, inter quos patet nō esse eum de quo in præsenti sublimitatiooe. & latius probauimus supra io quęstio. de extensione legū pęnalium, in quęst. de extendendis legibus pęnalibus, & non correctorijs conclusione octaua. vide ibi, vbi reperies (vltra aliqua iura) explicitè id docoisse infrascriptos Doctores, videlicet Glosa in capitu. primo, §. fin. versico. priuare, extra de postulatio. pręlat. glo. in capitulo sciant cuocti. versiculo alios, de electio. in sexto. Paoormitanom in dicto capitu. primo, nume. 31. versicu. nota glosam. & apertius io capitulo oihil, nume. nono, versic. secondò principaliter, extra de electio. Dominicum à Sancto Geminiano in dicto capitulo sciant concti, in fine. Philippum Francum in dicto capitulo sciant cuocti, columna secunda, in versiculo in eadem glosa. & io capitulo primo, columna qoarta, versiculo quinto limita. de temporum ordinand. in sexto. Euerardum in Topica iuris cap. loc à ratione legis, numero 68. Decium in l. factum cujoe, §. in pœnalibus. in versiculo sextò fallit. numero 14. ff. de regulis iuris, & specialiter in materia immun. eccle docuit idem Henricus Boich, in cap. ecclesia, colum. 3. versicu. item fauor immun. extra de immuni. ecclesiæ. infrascriptis verbis vtens, videlicet. Item fauor immunita. ecclesiæ debet ampliari, vt hic, & supra c. proximo per totum, & hanc rationem assignat Host. hic, & G. de Monte Lau. in Clemen. 1. de pœn. & remiss. & hoc potest probari sic, quia standum est regulę, quæ est in cap inter alia, extra eod. præterquā in casibus exceptis, verificat regulam, vt in l. quæsitum, §. denique, ff. de fundo instructo. item priuilegia, & iura sic sunt interpretanda, vt vtrumque saluum sit, si fieri possit, vt io cap. cum dilecti, ext. de coosuetu. in c. cum tu. extra de testibus, in cap. commissum, extra de spoosalibus. & io c. Abbate sanè, extra de verborum significatio. Modò ab vna parte est priuilegium ecclesiæ, ab altera ius volēs maleficia puniri, vt in c. vt fame, extra de sententia excom. Modo data immonitate ecclesię, nihilominus potest seruari ius, scilicet puoitionis maleficij, & hoc si talis exeat voluntariè, & supposito, quòd ibi remaneat, detrudetor in monumenta ad pœnitentiam peragendam, vt notat Innocentius, & Host. in dicto c. inter alia: & hoc credo verius. Hæc omnia Henricus vbi supra, & notandū, quòd hæc dixit de proposita quæst. ab ipso paulò antè, & asserens, quod delinquens ex proposito motus stimulo naturali: & gaudebit immunitate. Aut sine stimulo naturali, & tune subdidit prædicta omnia, ex quibus patuit veritas præsentis sublimitationis, & fundamentorum ipsius. Ad hoc ipsum probandum accedit Constitutio Gregor. XIIII, adita io anno 1591. mense Iunij, in qua fuit statutum, quod omnes criminosi confugieotes ad ecclesiam fruerentur immunitate ecclesiæ, præter inibi expresse exclusos, inter quos nō connumerantur qui proditoriè vulnerauerunt, non sequuta morte, sed solum homicidæ proditorij. Quapropter patet fuisse decisam supradictam quæstionem per me hic propositam, & examinatam.

Ad sententiam Innocentij facillima erit respon
58 sio, † dicendo ipsum non loquutum fuisse in casu præsentis sublimitatioois, sed in casu limitatioois quartæ tali pacto ipsius verba interpretando. [Quamuis posset dici, quòd quicunque insidiosè offendit, hoc priuilegio non gaudet.] idest, quicunque insidiosè offenderit aliquem occidendo, hoc priuilegio non gaudet, quoniam alias si generaliter verba illa caperentur, sequeretur hoc absurdum, quòd quicunque per insidias, & clam furaretur aliquid ab aliquo, vel aliquam aliam iniuriam alicui irrogaret, oon gauderet tali priuilegio: cum his operibus illos offenderet: Quapropter Innocentius benè iotellectus non aduersatur præsenti sublimitatiooi, semper memoriæ commendandæ, & nunquam obliuioni tradendæ: quia sæpè hoc contingit in facto: vt contigit Ragusij, me ibi tunc commorante. Nam quidam nobilis Ragusinus volens interficere alium nobilem de nocte nixus fuit ipsum iaculo scoppi interficere, attamen ipsum leuiter solum tetigit. & post hoc ingressus Ecclesiam Sancti Francisci inibi, & in Monasterio tutus ab offensa familiæ, curiæ secularis diu permansit.

Limita

Limita dictam conclusionem primam, & quintò dicendo ipsam non habere locum in commit-
59 tente † furtum, vel aliquod graue delictum in ecclesia, quoniam talis non gaudebit immun. ecclesiæ, cùm semper videatur hoc fecisse sub spe gaudendi dicta immunitate, & hoc etiā obtinuit consuetudo, eo magis quòd Doct. infra citādi dicāt, ꝙ in tali casu nulla habēda sit ratio, an fuerit crimen tale commissum sub spe, vel sine tali spe. Hęc limitatio probatur per arg. in c. fin. ext. de immunitate ecclesiæ, etsi ibi specialiter nominentur homicidia, & membrorum mutilationes: tamen cū ratio expressa in ipso Canone militet etiam in alijs: idcirco & ipsa constitutio (etsi pœnalis) ad ipsos merito extendenda erit, vt latè probauimus quamplurimis legum vtriusque iuris, & Doctorū auctoritatibus, in tract. de extensione legum pœnalium in quæst. de extensione legum pęnalium, & correctoriarum simul, cōclusione tertia, fallen. prima. Vbi probauimus, ꝙ quando ratio est scripta in lege pœnali etiam corrigente, tunc licita erit extensio talis legis non solum ex maioritate rationis, verum etiam ex identitate rationis, etiā in casu non expresso, quasi a iure sint tacitè parificata, quando talis rationis identitas, vel maioritas in dicto casu viget, vt docuerūt infrascripta iura per Antonium de Fantucijs, & Doct. Nā hoc probatur per arg. in l. ijs solis. §. de cæteris autem. C. de reuocan. donat. per arg. in l. emptor, §. Ancilla, versic. si tamen. ff. de rei vendic. & per arg. in c. si postquam. §. si verò. de elect. in sexto, & clarius per infrascriptos Doct. videlicet per Glo. in Clemen. 1. vers. eligatur. de elect. & ibidem per infrascriptos, videlicet per Cardinalem Zabar. in vers. vigesimusecundo quæro. per Pet. de Ancha. col. 2. vers. quartò nota, per Imo. col. 3. nu. 18. vers. ex ista Glo. nota duo. & rursus idem ibidem nu. 35. 36. & 38. vers. nonò fallit. per Pan. ibidem nu. 8. & rursus per Panorm. eundem in c. nihil, num 9. ext. de elect. per Bal. in l. fin. C. de indicta viduitate tollenda. per Pet. de Ancha. in c. Canonum statuta, colum. 20. vers. prædictis adde, per Bal. in Authen. quas actiones. C. de sacrosanctis eccles. per Antonium de Butrio in c. fin. col. 33. in vers. fallit primo, per totum. ext. de consuetudine, per Imo. in l. si verò. §. de viro. ff. soluto matrimonio, & per quā plurimos alios Doct. quorum sententias recensui ad verbum pro maiori dilucidatione veritatis dictæ primæ fallentiæ in supradicto tractatu de extensione legum pęnalium loco supracitato. Dixi notanter, ꝙ committens aliquod graue crimen in ecclesia non gaudet ipsius immunitate, quia crimen esset leue, etsi in ecclesia perpetretur, tamen non priuabitur immunitate ecclesiæ, vt ferè omnes Doct. docuerunt, & signanter Pan. (post Host.) in d. c. fin. nu. 9. vers. sed ego vltra. in fine. cuius seriem verborum infra referam. Henricus Boich Aufrer. in Capella Tolosana. decis. 422. Syln. in vers. immunitas, tertio §. 2. particula tertia. Ange. Castren. filius Pauli de Castro in consi. 419. col. 1. lib. 2. consil. patris, vbi asserit hanc opin. esse communem. Didacus Conarruuias in lib. 2. variar. resol. c. 20. num. 15. vers. vigesimoquinto. Probatur etiam inquam præsens limitatio per arg. in d. c. fin, vbi secundum dictæ decis. in qua præcipitur priuandum fore immunitate ecclesię homicidam & mutilantem in ecclesia sub spe immun. assignatur ibi. Prima quarū est [cum in eo, in quo delinquit puniri quis debeat.] Cum ergo ipsi criminosi in ecclesia furantes, vel alia aliqua crimina grauia committentes sacrilegium incurrant in dedecus, & in irreuerentiam cultus Diuini, merito priuandi sunt fauore ipsius Ecclesiæ, & tali immunitate Ecclesiæ. Secunda ratio fuit his verbis contenta, videlicet [& frustra legis auxilium inuocet, qui committit in legé.] Quapropter cum meritò qui transgreditur legem Ecclesiæ de nō violando ipsam Ecclesiam crimen ibi perpetrādo dicendus sit committere in legem, contemnendo implicitè Legislatorem, inde sequitur, quòd frustra dicendus sit inuocare auxilium Legislatoris Ecclesiæ. Ex his ergo elicitur, ꝙ præsens nostra limitatio probetur d. c. fin. supradicto modo interpretando ipsum, etsi de furto, vel de alijs criminibus ibi non fiat mentio, sed solum de homicidio, & mutilatione in Ecclesia, vel cemiterio perpetratis: arguendo ex identitate rationis expressæ in dicto Canone. Probatur idem per arg. in c. frater, & Coepiscopus, §. nec enim. 17. q. 4. vbi hæc habentur, videlicet. [Nec enim iure ad supplicandum debet admitti, qui admittere sacrilegiū non dubitauit.] hæc ibi. Dixi probari præsentem limitationem per arg. in d. c. frater. §. nec enim, eo ꝙ & si ad verbum ipsa limitatio ibi non contineatur, bene tamen secundum sententiā, cùm ibi tradatur dicta regula, quòd non admittitur ad supplicandum, c. ad supplicata obtinendum ab ecclesia, qui sacrilegium perpetrando, ecclesiam læsit. & ꝙ qui aliquod furtum, vel aliud maleficium facit in Ecclesia, sacrilegiū incurrat, elicitur ab ipsa ethimologia vocabuli: sacrilegium enim est rei sacræ violatio: id enim proculdubio violatur, cui debita reuerentia denegatur, vt omnes Doctores ferè in c. sacrilegium. 17. q. 4. docuerunt, at Ecclesiæ tunc debita reuerentia denegatur, quādo agitur ibi aliquid contra destinatum opus, quod ibi fieri debet, sed ecclesia, & alia loca sacra destinantur ad cultum Diuinum, & opera Deo grata excercenda: inde fit, ꝙ quicunque aliquod crimen ibi perpetrat, is sacrilegium incurrit, & meritò erit ab ipsa Ecclesia expellendus, prout verbo, & opere ipse nos docere dignatus fuit Dominus Iesus Christus (vt refert apud Matth. c. 21. vers. 12. & 13.) vbi hęc habentur [Intrauit Iesus (Dominus noster) in templum Dei, & eijciebat omnes vendentes, & ementes in templo, & mensa numulariorū, & Cathedras vendentium columbas euertit, & dicit eis, scriptum est. (Adde Isai. c. 57. versic. 7.) domus mea domus orationis vocabitur: vos autem fecistis illam speluncam latronum.] hæc ibi. Ex quibus poterit etiam sumi argumentum, ꝙ & pręsens nostra limitatio sit consona iuri Diuino. Probatur quoque per tex. in c. ad Episcopos. 17. q. 4. vbi Gelasius Papa scribens Epiphanio Episcopo infrascriptis verbis vtitur, videlicet. [Ad Episcopos cæteros direximus iussionem, vt eos, qui ecclesias violasse perhibentur, accessu earum iudicent esse indignos.] hæc ibi. Probatur & secundo Doctorum auctoritate. Glo. enim in d. c. fin. in versic. quo faciunt se indignos, infrascriptis verbis se subscripsit, videlicet. Quo faciunt se indignos, & meritò, quia non iure ad supplicandum debet admitti, ubi committere sacrilegium non expauit, 17. q. 4. c. frater, & Coepiscopus. & c. sequenti. Vnde sumptum fuit. Idem dicit lex. Quomodo illis, qui in Ecclesia scelus studuerunt perpetrare per-

mittimus

mittimus aliquod auxilium ex terminis Ecclesiasticis inuenire, hæc Glo. illa. Idem docuit Host. in summa (loquens de furto) titu. de immun. eccle. §. inquantum. vers. quid si committit furtum. Idē docuit Ioan. And. in c fin. ext. de immun. eccle. in fine, idem docuit Ant. de Butrio in d. c. fin. in fine. Idem docuit Didacus Couarrunias (quo ad perpetrantem quæcunque crimina in ecclesia) in lib. 2. variar. resolut. c. 20. nu. 15. vers. vigesimoprimo. ex Canonibus. Idem docuit Nauarrus in suo manuali c. 25. titu. de statu Iudic. superio. agnosc. nu. 10. vers. quòd non gaudent, dicens hanc esse communem sententiam Doct. Henricus Boich in c. ecclesia, col 2. nu. 7. vers. si fugit propter delictum. ext. de immun. eccle. Cardinalis à Turrecremata in d. c. frater, vers. vbi in Ecclesia, dicens, quasi diceret non debet recipi in ecclesia, qui non timuit in Ecclesiam delinquere: & est argumentum, ꝙ quisque debet puniri in eo, in quo deliquit. Idem docuit Pan. in d. c. fin. nu. 9. Idem docuit Syluester in vers. immunitas. 3. §. 2. idē docuit Iulius Clarus in sua praxi crim. q. 30. vers. item quæro nunquid immunitas. asserens hanc limitationem consonam esse communi Doctorum sententiæ.

Ex his ergo patet, ꝙ sententia Goffredæ in summa eo. titu. & Pan. in d. c. fin. nu. 9. vers. sed quæro vltra alios, si ſm corticem, & prima fronte interpretentur verba ipsius Pan. non erit admittenda, sed nec ratio eorum: quoniam etsi dictus Canon sit pœnalis, & restringenda sint odia, & pœnæ, tamen hæc constitutio vergit in fauorem Ecclesiæ, vt inde in maiori reuerentia habetur, & nē videatur subministrare fomitem criminosis faciēdi domum Dei & orationis, speluncam latronum, eo magis, quòd Panormitanus ipse in Clem. 1. nu. 8. de elect. & in c. nihil. nu. 9. ext. de elect. tradiderit hāc regulam (vt paulò antè retulimus.) dicens, ꝙ in pęnalibus fieri possit extensio, quādo ratio expressa in lege pœnali militauerit in alio casu inibi non expresso eo magis, ꝙ idipsum videtur ipsum Panorm. sentijsse in fine dicti vers. sed quæro, sequens Host. vbi his verbis vtens, videlicet, & ꝓcedit dictum Host. secundum vnum intellectum, qui datur ad Auth. de mandatis Principum, & satis posset dici, ꝙ in omnibus grauibus delictis hēt locum hoc ç. propter idētitatem rationis. ad quod not. Glo. in l. 1. C. dē condict. indebiti, tum propter rationes, quæ hic ponuntur, quæ sunt generales ad omnia delicta, saltem enormia: & hoc nota. hæc ille, sed nec obstare videtur præsenti quintæ limitationi constitutiō supradicta Gregorij Quartidecimi, dicentis, ꝙ in omnibus casibus non expressis inibi seruetur ius commune, in quo habetur, ꝙ confugiens ad Ecclesiam inde nō possit extrahi pro quocūque crimine perpetrato: & inter casus inibi expressos non reperitur, casus furti non videtur ibi expressus, vt patebit ex tenore dictæ constitutionis per me ad verbum relatæ hic in fine præsentis tract.

Probatur & tertiò hac ratione, videlicet. Cùm vbi eadem ratio militet, & idem ius locum habere debeat, & rationes duæ finales assignatæ a dicto Canone militent in casu proposito in præsenti limitatione: inde sequitur, ꝙ talis extensio (ꝓpriè loquendo) non erit dicenda extensio, sed mentis Legislatoris enucleatio, cui semper standum fore omnes Doctores acclamant.

Amplia primò dictam limitationem quintam dicendo ipsam habere locum etiam in quacūque alia Ecclesia, in qua criminosus non delinquisset,
60 qm̄ graue crimen perpetrans † in vna Ecclesia, si confugerit ad aliam (in qua non peccasset) non gaudebit immunitate Ecclesiæ. Hæc ampliatio probatur duplici medio. Primò enim Doctorum auctoritate. Nam huic ampliationi se subscripserunt infrascripti Doctores, videlicet Archid. in c. frater, & Coepiscopus. vers. in argumentum, 17. q. 4. Cardinalis à Turrecremata ibidem. Henricus Boich in c. ecclesia. col. 3. vers. & intellige sanè. extra de immun. eccle. Didacus Conarruuias in lib. 2. variarum resolut. c. 20. num. 15. versic. vigesimotertio.

Probatur & secundò hac ratione, videlicet: Cū vna enim sit solùm Ecclesia in toto terrarum orbe, iuxta illud Cantici Canticorum Salomonis, c. 6. vers. 8. [Vna est columba mea] & illud, quod habetur ex Sancto Cypriano, in c. Nouatianus. 7. q. 1. vbi dicitur, ꝙ vna Ecclesia sit per totum mundum in multa membra diuisa à Domino nostro Iesu Christo. Idem docuit ipsemet Sāctus Cyprianus, & habetur in c. loqtur Dominus. 23. q. 1. Inde apertissimè sequitur, ꝙ eadem ratione is, qui aliquod graue crimen committit in vna Ecclesia, sicut propter illud priuandus venit immunitate ecclesiæ illius, si ad ipsam confugeret, sic eadem ratione venit priuādus immunitate ecclesiæ etiam si non ad eandem Ecclesiam (quam specialiter læsit) sed ad aliam confugerit, eo ꝙ cùm vnicum corpus Ecclesia habeat, etsi multa membra diuisa in multa ædificia, ac personas: indè sequitur, ꝙ quēadmodum is dicetur offendere corpus alicuius, etsi non omnia insimul ipsius corporis membra lęsisset baculo, vel gladio: pari ratione is dicendus erit omnes ecclesias, seu vnicæ Ecclesiæ omnia membra lędere, qui vnam Ecclesiam, seu vnicę ecclesiæ membrum vnicum offenderit.

Sublimita singulariter, quæ allata fuerunt in supradicta limitatione quinta, dicendo illa hodie non habere locum quoad obnoxios crimini assas-
61 sinij, † & crimini læsæ maiestatis Diuinæ, & humanæ in personam Principis. Nam huiusmodi criminosi confugientes ad Ecclesiam non gaudebūt immunitate Ecclesiæ, prout apertissimè docuit Gregorius Quartusdecimus Papa in sua sæpe relata Constitutione, & in principio præsentis quęstionis reposita,

Limita & sextò singulariter allata in prima conclusione: dicendo ipsa non habere locum in eo,
62 qui existens † in Ecclesia, vel cęmiterio, aut alio aliquo loco gaudente immunitate Ecclesiæ, aliquo genere armorum enormiter percutiens aliquem existentē extra Ecclesiam mutilauerit, vel occiderit aliquem. Nam talis post perpetratum tale crimen confugiendo ad ipsam Ecclesiam nō gaudebit immunitate ipsius. Hāc ergo quotidianam quæstionem, & scitu dignissimam continens limitatio, meritò Deo Optimo dante probabitur triplici medio. Primo per arg. in c. fin. ext. de immun. eccle. Nam ponderanda erunt ipsius textus verba. quæ talia sunt, videlicet [Immunitatem Ecclesiasticam, & infra. Nonnulli impunitatem suorum excessuum per defensionem Ecclesiæ obtinere sperātes, homicidia, & mutilationes membrorum in ipsis ecclesijs, vel eorum cęmiterijs committere non verentur: qui (nisi per ecclesiam, ad quam confugiunt) crederent se defendi, nullate-

nus fuerāt commissuri.& infra. Cùm in eo, in quo deliquit puniri quis debeat, & frustra legis auxilium inuocet, qui committit in legem. Mādamus quatenus publicè nuncietis, tales non debere gaudere immunitatis priuilegio, quo faciunt se indignos.] hæc ibi. Dixi probari præsentem limitationem non per dictum c.fin. sed per argumentū in d.c.fin. quoniam etsi ad verbum ibi non contineatur veritas istius limitationis.(vt per se patet) bene tamen elicitur veritas illius ex mente Legislatoris nobis ibi patefacta ex recensione rationum, quibus ipse motus fuerat ad ipsam Constitutionem condendam: cùm & ipsæ militent in casu præsentis constitutionis. Nec obstat, ꝙ dicta constitutio sit pœnalis, & correctoria simul, & ꝙ sit pęnalis, non indiget probatione, cùm inde quis priuetur maximo commodo, quod subministratur regulariter reis confugientibus ad ecclesias post crimina perpetrata, eo ꝙ inde extrahi non possint inuiti, nisi promissa sibi efficaciter indulgentia, & liberatione ab omni pœna corporis afflictiua, etiam si pro admissis criminibus de iure subijciendi essent vltimo supplicio, & quòd dicta Constitutio sit quoque correctoria, apertissimè patet, cùm per ipsam correcta sit Cōstitutio c.inter alia.ext.de immun.eccle. vbi fuit concessa huiusmodi immunitas omnibus criminosis confugientibus ad Ecclesias, præter quam publico latroni, & nocturno depopulatori agrorum, ita ꝙ ante dictam Constitutionem d.c.fin.crimina committens in Ecclesia, ibi persistens, post tale sacrilegium immane tutus erat ab omni pęna corporis afflictiua, nec inde inuitus extrahi potuisset a Iudice seculari, vel Ecclesiastico, nisi præmissa ꝑmissione secura de ipsum non puniendo pęna corporis afflictiua, & hæc habebantur per Constitutionem d.c.inter alia.æditam ab Innocentio Tertio, quam postmodum ponderans Gregorius Nonus, & animaduertens inde scandala maxima, & irreuerētiam Ecclesiarū posse euenire, ne domus Dei, quæ domus orationis dicitur, & esse debet, spe veniæ facinorosi efficerent speluncam latronum, ibi varia crimina perficiendo obliti penitus Dei Omnipotentis timorem, correxit ipsam Constitutionem excipiendo & alium casum. Quapropter peroptimè fuit consultum cultui Diuino, & temeritati compescendæ criminosorum. Non inquam obstat ergo, ꝙ dicta Constitutio in d.c.fin. sit pęnalis, & correctoria: etsi talis regulariter esset potius restringenda, quàm extendenda, iuxta quamplurima iura Doctorum sentētias, ac rationes, quas attulimus ad idipsum probandum in nostro tract. de extensione pęnarum, in quæst. de extensione constitutionis pœnalis, & correctorię in fallentia prima conclusionis tertię, in qua fallētia prima fuit probatum extendendam fore constitutionem pœnalem, & correctoriam ad alium casum non expressum in ipsa, quando ratio in ipsa constitutione scripta militaret in alio casu arguēdo a maioritate, vel identitate rationis: eo quòd tunc haberentur dicti casus, ac si expresse a iure fuissent porificati: Et de hoc ibi latius, etsi in probationem quintæ limitationis citauerim nonnullos ex quamplurimis allatis in probationem dictæ primæ fallentiæ. Vide ibi, & ꝙ rationes scriptæ in d.c.fin. in decisionem quæstionis ibi decisæ militent in casu proposito in præsenti limitatione etiā, quamfacillime (Deo Optimo Maximo duce) probabimus. Sciendum ergo, ꝙ duæ rationes finales, & principales inibi assignantur, quarum prima continetur sub his verbis, videlicet, [Cùm in eo, in quo deliquit, puniri quis debeat.]

63 † At hic (de quo loquimur in præsenti limitatione) deliquit quasi ecclesia priuando tacitè priuilegio ipsi indulto a Deo, scilicet vt nemini liceat inibi transgrediendo legem Diuinam ipsam efficere speluncam latronū: sed vt potius possit quisque inibi orando Dei iram prouocatam contra se ex criminibus ipsius placare, & sibi ipsum Deum reddere propitium: meritò & ipsa ecclesia huiusmodi facinorosum priuauit immunitate, quod & comprobatur per aliam rationem assignatam in eo.c.fin. videlicet. [& frustra legis auxilium inuocet, qui committit in legem.] .s. ipsius legis intētionem ac præceptum de non offendendo aliquē in Ecclesia. Nam vt benè docuit Pan. (loco paulò post citando) iccircò etiam dispositio d.c fin. habet locum in casu pręsentis limitationis, quia delictum huiusmodi inchoatum fuit in ecclesia, licet alibi fuerit consummatum, immo videtur nō absurdè posse dici, quòd in terminis præsentis limitationis delictum fuerit consummatum in Ecclesia respectu delinquentis, cùm fecerit quod in se fuit, cum effectus delicti videatur dicendus quid accidentale, eo ꝙ semper iudicium faciendū magis erit de his, quæ fiunt per se, quàm de his, quæ fiunt per accidens, idest præter intētionem agentis, eo ꝙ is, qui iaculauit lanceam extr. ecclesiam statim ipsam iaculando ex inordinato affectu deliquit, nec poterit negari quin talis iactus veniat puniendus, dato ꝙ non percusserit eum, quē percutere intendebat iaculator, eo magis, ꝙ propriè loquendo, percussio (si sequuta fuisset) non esset ꝑ se delictum, sed effectus primi delicti, scilicet iaculationis, aliàs essent dicenda duo delicta, quod esset absurdissimum. Animaduertendum ꝙ eodē ferè modo videtur probari præsentem limitationem auctoritate Constitutionis prædictæ Gregorij Quartidecimi infra referendæ ad verbū in qua dicitur non gaudere immunitate ecclesiæ, qui homicidia, vel mutilationes in ecclesia perpetrant. Probatur insuper per argum. in c.1.ext. de præsumptionibus. Vbi hæc habentur, videlicet. [Sicur noxius est, qui mittit lanceam in mortem, ita vir, qui fraudulenter nocet amico suo.] hæc ibi: quæ sunt extracta ex libro Prouer. Salomonis, cap. 26. vers. 18. & 19. Dixi probari præsentem limitationem per arg. in d c.1. quoniam etsi explicitè inibi non probetur, benè tamen implicitè, cùm ex delicti inchoatione etiā veniat quis puniendus, & efficiatur reus illius fori, in cuius territorio inchoauit delictum, seu vt paulò ante dicebamus, hæc inchoatio delicti poterit dici quo ad ipsum delinquentem, etiam delicti consumatio: Quapropter dicunt communiter Doctores in d. c.1. & c. fin. de foro compet. & Ioan. And. in c. in obscuris. de regu. iur. in sexto, ꝙ si quis iaculasset lanceam extra territoriū, in quo ipse iaculator reperitur, vt aliquem interficeret: respectu criminis inchoati efficietur reus fori illius territorij, in quo tunc personaliter erat, sed respectu criminis consummati efficietur reus illius territorij, in quo iaculationis crimen fuit consummatum: Quapropter ꝑ tali crimine poterit conueniri in vtriusque territorij foro, & erit locus præuentioni inter Iudices vtriusque loci. & de hac quęstione latius alibi lo-

co

go suo dicemus. hæc diximus obiter pro intelligentia textus citati in fauorem præsentis limitationis. Cùm ergo ex tex. in d.c.1. & ex supradictis Doctoribus elicitum fuerit, q iaculans ext. territorium, ratione iaculationis efficiatur reus illius territorij, in quo eius persona pro tunc reperiebatur, & hoc quidem contingit, quia ex tali delicto iaculationis offenditur forus illius loci, in quo erat. Vnde meritò debebit priuari omni commodo dicti fori, & puniri a Iudice illius fori pro tali delicto. Indè apertissimè sequitur, q cum inde forus Ecclesiæ fuerit offensus: iaculator ipse priuandus erit commodo immunitatis ecclesiæ, & puniendus à Iudice Ecclesiastico ratione talis criminis, & sic poterit puniri ab vtroque Iudice, s. ab Ecclesiastico ratione inchoationis criminis, (cùm Ecclesia sit de foro Ecclesiastico, & dicatur esse in territorio Ecclesiastico, quicunque ibi reperitur) & a Iudice seculari ratione consummati delicti in suo territorio, vbi scilicet habet iurisdictionem super laicos.

Probatur insuper præsens nostra limitatio per arg. in c. cùm voluntate. de sententia excommunicationis, vbi Gregorius IX. infrascriptis vtitur verbis, videlicet [Cùm voluntate & proposito distinguantur maleficia, excommunicationis sententiã non incurrit, qui excommunicato in his, quæ ad absolutionem, vel aliàs ad salutem animæ pertinent in locutione participat, licet etiam alia verba incidenter (vt apud eum magis proficiat) interponat.] hæc ibi. Idem probatur per arg. in c.1. §. nec tantum. 15. q. 6. vbi hæc verba protulisse Papam Alexand. ibi dicitur, videlicet. [Nec tantum attendenda sunt quæ fiunt, quantum quo animo fiant.] hæc ibi. Idem dicitur in c. proposito. & in c. sicut enim. 32. q. 5. vbi habetur, q peccatum non facit opus sine volũtate, ita & iustitia ex opere non consummatur, nisi & voluntas affuerit. Idẽ probatur per arg. in c. omnis iniquitas. de pęnit. dist. 1. vbi hæc verba Diui Hieronymi in Esaiam. c. 33. recensentur, videlicet. [Omnis iniquitas, & oppressio, & iniustitia, iudicium sanguinis est, & licet gladio non occidat, voluntate tamen interficit.] hæc ibi. idẽ probatur per arg. in c. nunquid Cain, de pęnit. dist. 1. vbi habentur hæc verba Diui Cypriani, videlicet [Nunquid Cain, cùm Deo munus offerret, iam peremerat fratrem? & tamen parricidium mente conceptum Deus prouidus ante damnauit] hæc ibi. Dixi probari præsentem limitationem per arg. in dictis iuribus, quoniam etsi materia pręsentis limitationis non contineatur inibi explicitè, benè tamen implicitè, cùm ex illis eliciatur, q in maleficijs principium operũ; quod procedit ex voluntate spectetur, quod & apertius docuit text. in l. Diuus, ff. ad l. Cornel. de sicar. vbi hæc habẽtur, videlicet. [Diuus Adrianus in hæc verba rescripsit. In maleficijs voluntas spectatur, non exitus.] hæc ibi. Ex his ergo omnibus elicitur, q potius principiũ maleficijs spectetur, quàm exitus. Quapropter peroptimè probatur his iuribus præsens limitatio, cùm principium iaculatoris extra ecclesiam fuerit volũtas ipsius iaculationis existẽtis in Ecclesia, & iccircò meritò dicetur ipsum priuandum fore immunitate ecclesiæ, cum peccauerit in ecclesia. Probatur insuper præsens limitatio Doctorum auctoritate, quorũ aliqui se subscripserunt expresse, aliq vero tacitè, qui verò expressè sunt infrascripti, videlicet Panorm. in c. fin. num. 11. vers. item quæro quid si in loco. ext. de immunitate Ecclesiæ. Sylu. in vers. immunitas tertiò, §. sexto quæritur particula secunda, Nauar. in suo manuali c. 25. titu. de statu iudic. superior. agnosc. nu. 21. vers nemo item ea. dicens hanc esse communem opin. Implicitè quoq; se subscripserunt omnes Doct. citati in probationem immediatè se subsequentis quæstiunculæ absolutè duabus cõclusionibus hic appositæ ad maiorem dilucidationẽ pręsentis sextæ limitationis.

Limita septimò conclusionem primam, dicẽdo
64 ipsam non hře locũ in clericis † secularib. vel regularib. post crimen confugientib. ad ecclesiã. Nã a Iudicibus Ecclesiasticis eorum Superioribus benè poterunt etiam inuiti extrahi, & puniri pęnis Ecclesiasticis. Hanc limitationem tãquam verissimam approbetur, & tuetur multis rationib. Panorm. in c. inter alia. nu. 13. ext. de immunitate ecclesiæ, cuius sententiam dicit esse communem, & vsu ipso receptam Diaz in sua praxi Canon. crim. c. 115. & nouissimè Iul. Clar. in sua praxi crim. q. 30. vers. vlterius quæro. Idem docuit Didacus Couarruuias in lib. 2. variar. resol. c. 20. nu. 16. versic. vigesimonono constat.

Limita & octauò dictam conclusionem primã dicẽdo ipsam non habere locum in hæreticis, Iudæis, & alijs infidelibus, q si confugerint post cri
65 mina † ad Ecclesiam, indè possent inuiti extrahi, & pęnis ordinarijs a iure statutis puniri, & ratio est, cum non debeat tueri ab Ecclesia is, qui ad ipsius gremium conuolare per susceptionem sacri baptismi, & obseruãtię dogmatum fidei Christianæ recusat. Huic limitationi se subscripserunt cõmuniter Doct. inter quos est Pan. in c. inter alia, nu. 6. ext. de immun. eccles. Henricus in c. ecclesia, col. 2. vers. aut ille, qui non est Catholicus. ext. eo. Boer. in decis. 310. Ananias in c. Iudæi. Not. 1. ext. de Iudæis. Oldr. cons. 54. Salic. in l. 1. de his. q confug. ad Ecclesiam. Cyn. in l. præsenti, q. 1. C. eo. quorum opin. communem esse fatetur in l. ex Senatusconsulto, num. 10. ff. ad l. Corn. de sicar. Nauarr. in suo manuali c. 15. tit. de iudic. super agnoscen. Iulius Clarus in praxi sua crim. q. 30. versic. præterea quæro. etsi nonnulli contrarium teneant. idipsum probatur auctoritate Greg. XIIII. in sæpè supra recensita sua Constitutione.

66 Secunda conclusio sit. Reus quisque † confugiẽs ad loca supra citata priuilegiata non solùm tunc non poterit puniri criminaliter pro crimine ab eo perpetrato, sed nec vnquam de ipso accusari criminaliter, etsi a promotione tanquam criminosi, vel irregulares possent repelli: sed solum ciuiliter, vt in primæ conclusionis primæ ampliationis limitatione vnica. Hæc conclusio probatur vltra tot media allata in probationem dictæ vnicæ limitationis, ex quibus implicitè hæc nostra conclusio probatur. Diximus implicitè, quoniam reuera eo ipso q ibi fuit probatum talem cõfugam non fore puniendum, nisi pecuniariter, per consequens elicitur fuisse probatum ipsum fore solum puniendum ciuiliter: ac indè non posse amplius accusari criminaliter, sed solum ciuiliter, si non satisfecisset parti læsæ propter tale crimen perpetratum, cuius gratia ad Ecclesiam confugit. Probatur ergo solummodo Doctorum infrascriptorum auctoritate, videlicet Ioannis And. in c. inter alia. col. fin. versic. in glo. pecuniariter. ext. de immu. eccle. Antonij de Butr. in d. c. inter alia. co

lum.

Inm.2.verſ.veniamus ad Glo. Archidiac.in c.reū. 17.q.4.Glo.in d.c.reum, verſ.vel ad mortem.Syl-ueſt.in ſua ſumma, verſ.immunitas, tertiò §.quartò quæritur.& ratio iſtius concluſionis eſt in prō-ptu, quoniam aliàs dicta immunitas Eccleſiæ indulta eſſet fruſtratoria, ſi confuga ad ipſam poſſet criminaliter rurſus accuſari, cum inde neceſſariò ſubſequi poſſet pœna criminalis, & ſic aliquando ſanguinis. contra mentem tot Imperatorum, & Summorum Pontificum.

Tertia & vltima concluſio. Reis confugis ad ec-
67 cleſias, † Rectores ipſarum alimenta præſtare tenebuntur: ſi ipſi cōfugę non poſſent ex propria domo, vel conſanguineis, aut amicis, vel labore manuum ſuarum ipſi ſibi parare. Hæc concluſio probatur triplici medio. Primò enim per tex.in l.pręſenti.§.pen.C.de his, qui ad eccle. confug. vbi hæc ad verbum habentur, videlicet. [Et ipſi, ſcilicet confugę, per ęconomum Eccleſiæ egētium, & pauperum alantur expenſis.] hæc ibi. Probatur & ſecundò Doctorum ſententia. Nam glo.in d.l.præſenti.verſ.victualium. & ibidem communiter per Doctores idipſum docuit, prout & infraſcripti alij, videlicet Glo.in c.definiuit, verſ.defendatur. 17.q.4.& ibi Archidiac.col.2.verſic.in prima glo. ibi Eccleſia. ibidem quoque Cardinalis a Turrecremata, col.2. nu.4. verſ.ſurgit quæſtio vnde viuent iſti. Pan.in c.inter alia.nu.28. ext.de immu. eccle. Felinus in c.ex reſcripto.in fine.ext.de iure iur. Bal.in primo vol. conſiliorum, conſi.490. col. 1. Pau.de Caſt.in vol.2.cōſi.471. quos ſequutus fuit Boſſius in ſua praxi crimin.titu.de captura. Sylueſter in ſua ſumma.verſ.immunitas eccleſ.tertio §. quintò quæritur. Probatur & tertiò patentiſſima ratione, quoniam aliàs fruſtratoria eſſet ipſa immunitas, cùm dicti confugæ indè ſaltem iudirectè priuarentur dicta gratia Eccleſijs conceſſa in ſubſidium fidelium ad ipſas confugientium, & in honorem Eccleſiarum contra pijſſimam mentem tot Summorum Pontificum, & Catholicorū Imperatorum, & Regum.

Denique Iudices tam laici, quàm Eccleſiaſtici
68 † accuratiſſimè perlegant ſupra recenſitū (in principio præſentis quæſtionis) tenorem Conſtitutionis Papæ Gregorij Quartidecimi, vt poſſint ſcire, quando poſſint vti propria iuriſdictione ſine grauamine conſcietiæ, & proximorum iniuria, quoniam aliàs incurrent pœnas inibi ſtatutas contra tranſgredientes ipſam rationabilem Conſtitutionem, quæ quidem in vtrorumq; ſolamen, ac vtilitatē emanauit, & ipſo Deo Optimo Maximo duce vſu ipſo vniuerſorum illa fuit recepta.

Et hæc pauca de multis dicta ſufficiant.

F I N I S. h.49.